

14
7 Q
167

AVGVSTINI NIPHI
Philosophi Suessani Expositio

SVPER OCTO ARISTOTELIS STAGIRITAE LIBROS de PHYSICO AVDITV: Cum duplici textus tralatione, Antiqua videlicet, & Noua eius, ad Græcorum exemplarium veritatem ab eodem AVGVSTINO quàm fidißime Castigatis:



AVERROIS ETIAM CORDVBENSIS IN EOSDEM LIBROS *Proœmium, ac Commentaria, cum ipsius AVGVSTINI Suessani refertissima Expositione, Annotationibus, ac Postremis in omnes libros Recognitionibus, Castigatissima conspiciuntur:*



HIS DEMVM OMNIBVS PRO STVDIOSIS, ad quæque scitu digna inuenienda Locuplentißimus INDEX literarum serie congestus Nuper additus est:

QVORVM DILIGENS CASTIGATIO LEGENTI PATEBIT.





VENETIIS.
Apud Hieronymum Scotum.
M D L I X

ACCVRATISSIMVS Index conclusionum,& eorum omnium notabilium dictorum.

QVAE AVGVSTINI NIPHI Suessani refertissimis commentarijs Super Octo libros Aristotelis Physicę Auscultationis scitu digna continentur, nuper additus.



Geometra

cui

Nunc

Tempus

INDICIS TOTIVS
Libri Finis.

AVGVSTINI

AVGVSTINI NIPHI
MEDICES SVESSANI

Super procemium Auerrois cordubensis in libris Physicorum clarissima expositio.

DICIT. { Intētio mea in hoc sermone. } Premittit Auer. intentiū suum in gn̄ali, & inquit, intentionē suā esse in p̄senti. s. sermone glosare lib. illum Arist. cuius titulus est physicus auditus, vt dicemus. Adijcit signāter ī hoc sermone, nā (vt vr̄ in arabico) Auer. tres fecit in Arist. lib. cōmentādi formas. vnā graecorum more. quae paraphrasis graece est, cuius habemus cōmentationes libri de Gn̄atione, & illas librorū logicae Arist. Praedicamentorū Porphyrij libri de Interpretatione, quā in iuuenili aetate ferunt edidisse. Aliā quā mediā vocant cōmentationem, cuius sunt cōmentationes libri Priorum, & nōnulla paruorum librorum. nā vltra literae paraphrasem, digreditur ēt circa literam frequenter. Hāc tradunt scripsisse in virili aetate. Aliā quam magnā cōmentationem vocant, quā nūc edere proponit, in hac senili aetate, cuius habemus librum Physicorū, librum de caelo. librum de aīa, & librum metaphysices iure subiecit in hoc sermone. qm̄ in alijs nō fuit expositor, vt in hoc Them. euphrada vbiqꝫ paraphrasem imitatur. Alexan. Aphrodiseus medias assecutus est cōmentationes. Simplicius vero cōmentationes magnas, vt obseruarūt Porphy. Ammo. Philop. Sirianus, & plures alij Graeci. { Et s̄m vsum glosatorum } spātium quid in hac praefatione assequi vult subscribit, & causam addit. vult itaque more graecorum expositorum, vt Alex. Them. & Simplicij, octo capita intentare vt exponit causa est, vt morem imitet graecorū. { Licet plura ex istis } Excusat se. nā Arist. ipse in procemio huius libri quod incipit. { qm̄ quidē. } Horum. s. capitum tria perfecit, quemadmodum ipsemet Auer cō. 5. submeminit, dum inquit, istud est prologus libri, & continet intentionem, ordinem, & modum doctrinae demonstratiuae. Igitur videt̄ intentatio horum superflua, saltem quo ad illa tria. Respondet se velle facere haec octo non necessitate imitandi, quia saltem tria superfluūt, sed necessitate imitādi, vt videlicet graecorum morem imitetur. { Dico q̄ intētio scientiae naturalis. } Nūc exequitur primum quod erat intentio, & primo in generali totius Scientiae Naturalis; & vult intentionem oīs sciae naturalis esse circa duo. hoc est cognoscere causas rerum sensiliū & accidentiū propriorum illarum rerum, scrutata tñ debita vltate, quia non causas penitus e materia separatas, neqꝫ causas omnino materiae assignatas, sed causas vt inquit Them. (qua auditio sensus, & visionum ope ipsum potestatis intellectum perficiunt. Intelligibiles quidem omittens, quia nimis separatae materiae, assignatas vero qa singulares, quarum nulla est ars nec scia. Animaduersione dignum rerum sensilium, & affectionum illarum. esse causas rōne geminas. vna quidem rōne proximas, vt materia, forma agens, & finis corporei quaeque quia sensiles sunt, sciae naturali accomodātur. Altera vero rōne remotas, queque quum intelligibiles sint, iure meta. competunt. rōnabiliter itaque sensiles causas rerum & affectionum pertractare proponit. Dubitare consueuimus an eadem sint causae rerum naturalium & affectionum? Quod non videtur. 1. quia Auer. vtitur copulationis nota, quę cadit inter diuersa. Amplius affectuum differentiū causae sunt differētes, sed affectio differt e subiecto ipso, igitur habet alterā cām. Solebam dicere, vt Auer. ait. 8. auscul. physi. com. 4. q̄ dans formam dat consequentia formā mediāte illa forma, & igitur eadem erunt cāe affectionum & formarū, e quibus affectiones ipsae fiunt, sed ordine quodā, nā formae sunt causae. 1. affectionum. 2. Tunc ad. 1. patet, quia licet differunt, sunt subordinatae, mō ordinatorum eadē pōt esse causa. Ad secundum, relatiua illa intelligitur, qm̄ differunt, & nulla rōne ordināt̄ur. { Quia subiectum istius artis } Vr̄ (vt omnes sentiunt) reddere causam intēti. Sed dices, causa rei est demonstratio: rei demonstrātio constat maiore & minore, igitur hęc Auer. propō erit, aut maior, aut minor, aut tota demonstratio pōne differens. Vr̄ q̄ Auer. velit duos syllogismos. primus rerum quae intenduntur in aliqua arte, principia & causae intenduntur: res sensiles intendunt̄r igitur rerum sensilium principia & causae intenduntur, q̄ erat intentio. minor prosyllogizat̄ hoc secundo syllogismo, subiectum scientiae intenditur: res sensiles sunt subiectum: igitur res sensiles intenduntur. propositio itaque Auer. est minor prosyllogismi, & sic non superfluit. { Subiectum dico } Duplex est apud Auer. subiectum. quicqd velit Arist. alterum quidem vt materia, qd' ēt apud nōnullos meta. rō materialis appellatur, estque illa quae oīa in scia continet, & oibus effect. illius subijcitur. Duo. n. sunt de rōne materiae sciae vt contineat cuncta in scia pertractata, & vt capax sit affectionum oīum. subiectum eiusmodi vt materia, apud Auer. est res sensilis, apud vero The. est res naturalis. Alterum vero subiectum est vt forma. quā ēt rōnē formalem vocāt, verbi causa lignum spectat naturalis, & lignum spectat faber, at naturalis ipsum spectat, quatenus principium cōtinet motus, carpentarius quatenus artis affectioni subijcit. Igr̄ tria sūt de rōne subiecti vt forma, primum vt p ipsum oia cōsiderent. s̄m, vt p ipsum differat scia a sciētia. naturalis. n. a carpētaria in hoc differt, q̄ cōsiderat lignum, quo lignum hēt, vn̄ motus principium. tertium vt aequet̄ scientiae, hoc est vt nec excedat illā, nec excedatur. Quae rō docet, vt subiectum totum scię naturalis sit res sensilis, vt transmutat̄ hoc est vt continet principium motus. igitur erit subiectum scientiae naturalis res sensilis vt mobilis. Auer. itaque. 1. materiam, nunc formam scientiae naturalis accepit. Haec pauca in generali de subiecto. Sed ambiges, quia quod mouetur, est singulare, sed nullum singulare est subiectū in aliqua scientia. igitur res sensilis vt mouetur, nullibi est subiectum. Huic Auerro. responsionem innuit, quod res sensilis vt mouetur, hoc est inquantum habet principium motus est subiectum, hoc est inquantum naturalis, nam res sensilis vt naturalis, est mobilis, aptitudine non actu, vt exponit ipse. 8. meta commen. 5. modo nihil prohibet rem naturalem vniuersalem posse moueri, & si nūquam moueatur. Sed obijcies. eiusdem est actus & potentia: res sensibilis vniuersaliter accepta est mobilis in potentia, igitur interdum actu mouebitur. Dici potest pro nunc esse eiusdem actum & potentiam, quando potentia accipitur e materia ipsa, nam materiae est potentiae, & eiusdem actus. at qm̄ potentia e forma euenit, pōt formae ipsius esse potētia, & totius esse actū. Ex his accipitur apud Auer. subm totius sciae naturalis esse rē sensilem quatenus naturalis, hoc est quatenus claudit principia motus. Sed iuata haec q̄ri solet, an ita sit q̄ res sensiles quatenus sensiles, vel naturales sint subm aequatū totius sciae naturalis. Pri⁹ expositor ī cōmētationib⁹ suis asserit ens mobile eē materiā, siue rōnē materialē subiti scię naturalis, Ens. n. & res aequalia sunt, aequalia q̄ꝫ mobile, sensile, & naturale. sur̄ apud Auer materia scię naturalis erit ens mobile. Haec expō declarat̄, qm̄. 12. me cō. 5. ait sciam naturalē cōsiderare de ente mobili. idem. 4. met. cō. 1. vbi naturalē asserit cōsiderat̄ de p̄te entis, hoc est de ente mobili, & de illius accn̄tibus. Adhuc Aristo. 12. met. inquit naturali quidē enim non inquantū entia, magis autem inquantum motum participant considerationem vtiqꝫ quis distribuet. igitur de ente mobili. Rem hanc enititur Escu. in lib. 16. quaestionum hoc modo suadere. subiectum primae affectionis in sciētia est subiectum primum illius

Tres commentandi forma. Auer.

Quales graecorum commentationes.

Intētio sciae naturalis.

An eadē causae rerum & affectionum.

Causa intētionis.

Quo duplex subiectum.

Dubiū quo res sensilis sit subiectum.

Quo eiusdem sit actus et potentia.

Positio Auer. de subiecto.

Pō expositoris.

Persuasio Esculani.

sed ens in potentia moueri est subiectum primæ passionis scientiæ naturalis hoc est motus, diffinitio motus ostēdit, igitur ens mobile est subiectum. multæ aliæ rōnes fiunt, quas breuitatis causa omittimus. Secunda expositio est noui expositoris, q ens mobile, hoc ē corpus mobile, sit subiectum, quā quoq Albe. vbique supponit. Hæc fuit etiam positio Alex. & The. loquū.n. Them. esse intentionem de rebus naturalibus, quatenus naturales, res vero naturales idem est & corporeas dicere. Hoc etiam sentire videtur Arist. 2. huius. vbi hęc tria considerauit, rem naturalem, ens secundum naturam, & naturā. naturam vult materiam & formam esse, ens naturale habens materiam & formam, ens secundum naturam, accidentia q̄ illi insunt. vt Auer. ibi exponit. cō. 4. idem Arist. 1. cœli ad principium: liteq primus lib. phy si. est de principijs subiecti, vt Alex. & Them. aiunt & Auer. submeminit. 8. auscul. phy. cō. 4. Sed in. 1. de materia agitur & forma, quæ non nisi corporis principia & partes sunt, igitur & corpus est materia artis. Demum Auer ipse in. 2. lib. Destru. Destru. vbi mouet quōes naturales (quas nos bona causa non exposuimus) disputa. prima, in solutione primi dubij, ea propria intentione asserit materiam scientiæ naturalis esse corpus mobile. idem quoque Auicen. inter Arabes peritissimus in. 1. lib. suæ sufficientiæ, & in. 1. met. idem etiam Algazel in lib. diuisionis scientiarum. hic non parua nubis exorta est diu dubō. Ideo animaduertendū tria esse quæ quæstionem faciunt. 1. quid sit subiectū sciæ naturalis vt materia, quæ dicitur ratio materialis subiecti. 2. quid subiectum vt forma, hoc est rō formalis subiecti. 3. quæ sit prima affectio siue passio totius subiecti, q̄ et competit materiæ subiecti, propter formā illius. Quod quidem materia totius scientiæ non sit ens mobile, arguitur. 1. quia tunc eadem essent principia, subiecti, & species subiecti. Nam materia & forma sunt subiecti principia, & eadem species entis mobilis. 2. quia tunc probaretur species subiecti scientiæ esse contra Auer. 1. huius. cō. vlt. & 2. de anima. cō. 27. & 12. met. cō. 5. consequentia patet, quia probatur materiam esse & formam esse, quæ sunt species entis mobilis. 3. ex nouo expositore colligitur hæc ratio, q hoc dato hæc scientia esset, aut meta. subalterna, aut pars meta. deducitur consequentia, nam si mobile est differētia entis accidentalis, facit subalternationē, si essentialis facit speciem & partem subiecti. Hęc contra primam positionem. Quod vero non corpus mobile arguitur. 1. nulla scientia probat suum subiectum esse. 1. huius. cō. vlt. & 2. huius cōmen. 22. & 26. sed corpus mobile esse, probatur in. 6. naturalis auscul. quia vt Escul. arguit in. 6. probatur omne mobile esse corpus. igitur probatur compossibilitas partium, & ita totum esse. 2. corpus est subiectum motus inquantum ens in potentia ad motum. igitur ens in potentia ad motum est primum subiectum motus, & tale est ens mobile. 3. 6. meta. si nulla entia essent præter naturalia, scientia naturalis esset prima, hæc consequentia nulla esset, nisi ens mobile esset subiectum. 4. corpus mobile non competit omnibus consideratis in scientia, quia non corpori cœlesti, esset enim cœlum compositum ex materia & forma, nec materiæ, nec formę quia nullum horum esset corpus. Circa has positiones nonnulli recentiores eiusmodi non differentes esse contendunt. 1. quia omne ens mobile est ens quod mouetur, vel potest moueri, modo tale omne est corpus. 2. omne quod mouetur est in actu. 5. phy. omne ens in actu est cōpositum & corpus. sic volūt idem esse ens mobile, quod corpus mobile, sed multiuoca, vt cultellus, et ensis, ac gladius. Sed hoc stare non potest, aliquod enim moueri, potest intelligi multifariam. Vno modo terminatiue, qua ratione forma ipsa mouetur, quatenus est terminus motus. Alio modo substantiue, & hoc non vna ratione est. nam aut successiue, aut subito. successiue mouetur corpus in loco. subito, materia quatenus mox formam recipit. Quod etiam nō est vna ratione, nam aliud mouetur subito perfectiue, vt sensoria a sensilibus, aliud corruptiue, vt materia ab agēte per abiectionem contrarij. Tho. igitur p ens mobile intelligit cōmune ad omnia hæc. qua ratione entis mobilis plures sunt species. Prima præcipua corpus mobile, quia mobile est subiectiue, successiue, & corruptiue prima materia, quoniam motu subito corruptiuo mobilis, formæ materiales, quando ipsæ sint termini motus. rationalis & sensitiua anima, quia mobilia motu perfectiuo, quo fit vt ens mobile sit cōmunius corpore mobili & sic istæ positiones plurimū differunt. Alij vero ens mobile esse subiectum primum contendunt secundum pdicationem & continentiam, corpus mobile principale, quanquam hæc distinctio subiecti in contentiuū & principale non sit peripatetica. Iō soliti sumus aliter consulere, q subiectum interdum accipi solet pro genere, quod est primum prædicatum de omnibus consideratis in sciētia, & hac ratione ens mobile est subiectum scientiæ naturalis. Alio modo propria specie subiecti, ad quam omnia considerata reducuntur aliqua reductionis rōne, quo quidem modo corpus mobile dicimus subiectum totius scientiæ naturalis, quando ad ipsum omnia reducuntur modo aliquo, nā alia reducuntur ad ipsum vt principia, qua ratione reducuntur ad corpus mobile materia & forma quædam vero vt affectiones, veluti motus, tempus, & id genus. alia vt fines quemadmodum intelligentiæ, alia vt genera. qua ratione ens mobile reducitur ad corpus, qui igitur ens mobile asserunt esse subiectum, recte sentiunt de genere subiecti Qui vero corpus mobile etiā bene aiunt de specie prima subiecti. Tunc ad rationes vtriusque partis, ad primam dicerem non esse inconueniens eadem esse interdū principia subiecti, & illius species, vt intelligentiæ sunt entis principia, & illius primæ species, sed quando est hoc, in libro. meta. dicimus. Ad secundam dicerem non esse inconueniens species subiecti probari esse quādo illemet sunt subiecti principia, at vbi sunt species tm, tunc esset inconueniens, & de hoc alibi.

Positio noui expositoris. S. Tho. & h.

Quæ quæstionem faciunt.

De subiecto quæstio contra positionem Tho.

Contra secundam positionē Alb. & aliorum.

Ad rationes.

Ad tertiam patet solutio. physica. n. nec est pars nec subalterna meta. pars non, quia ens non est genus, nec etiam subalterna, quia principia scientiæ naturalis non probantur propter quid in met. sed forte ad hominem. Tunc ad primam alterius partis dicerem in. 6. esse probatum, omne mobile esse corpus, non tamen omne corpus mobile esse, quia probāa possibilitate. n partium non semper pbat possibilitatem totius, nisi eo modo quo partes sunt, modo illæ sunt partes propositionis, & ita probatur propositionem totam esse veram, & sic nihil ad rē. Ad alia dicimus q probant genus subiecti esse ens mobile, non tamen primā subiecti speciem. Hæc de materia & de subiecti quasi forma agamus. quidā aiunt esse illud naturā, siue naturalitatem, vt habetur hic & 2. huius, cō. 3. & 8. met. cō. 5. nā natura vel naturalitas nihil aliud est q̄ principium motus. De ratione. n. subiecti quasi formæ sunt tres (vt diximus) conditiones. prima vt sit ratio inhęrendi primam passionem. 2. vt sciētiæ æquetur & omnibus consideratis in sciētia. 3. vt distinguat scientiam ab alijs. igitur subiectum naturalis scientiæ erit ens mobile, vel corpus mobile vt naturale. Alij volūt subiectū quasi formā esse mobilitatē. nec inconueniens idē esse rōnem formalē & rōnē habere affectionis. vt rōnale quatenus est principium est dīa. quatenus affectio vel aptitudo, est passio. Et de prima passione transigamus, quidam asserunt primā passionem esse mobilitatem argumento, q est aptitudo quædā conueniens subiecto primo, & oībus rōne subiecti, & de quiete aiūt q sit priuatio passionis, q̄q̄ et sit aptitudo vtriusq motus & quis. mihi vero vr primā passionē esse disiūctū hoc, motus vel quies, oē. n. corpus mobile, aut ens mobile mouetur vel quiescit: hæc. n. competit omni & soli & semper, & est per se nota, quatenus sensu patet. oē. n. quod mouetur sentitur moueri, & omne quod quiescit ēt, Ex his perspicuum, quod quemadmodū qd vr, aut sentit est triuū: nā aliud est qd sentit, & oē corpus:

De subiecto quasi forma.

Prima positio.

Secunda pō.

De prima passione.

Prima positio

Propria sola.

pus: aliud quo sentitur, & est color: aliud affectio, hoc est sensatio ipsa. Sic subiectum scientiæ naturalis est corpus mobile: ratio subiectandi est mobilitas, aut naturalitas, affectio est motus vel quies. *Cōsultatio de neoterici differentes propositiones.* Sunt qui non inepte volunt duplicem esse rationem subiecti, alteram quidditatiuam, & hæc est naturalitas, alterā subiectiuā, vt est mobilitas vt duplex est ratio visibilis, vna quidditatiua, vt color, alia subiectiua, vt materia, quā efficitur subiectum. Hæc res in posterum consideranda omittitur. Argumenta in principio soluta sunt. Hæc de subiecto scientiæ naturalis.

Intentio libri specialis. { Et intentio huius libri } Nunc in speciali quæ sit Intentio præsentis libri physicorum adijcit, & vult in hoc lib. consideranda esse tria, primum est rerum naturalium communes causas, communes dico omnibus rebus naturalibus, vt materiam, formam, agentem, & finem, communia, vt conueniunt omnibus rebus naturalibus. *Dubitatio.* Sed dices: de causis cōmunibus tractat metaphysicus, igitur non philosophus. *Solutio.* Respondet Auerro. 7. meta. com. 5. ꝙ de communibus causis pertractat philosophus maxime in hoc lib. & met. sed aliter, atque aliter philosophus quidem respectu generis proximi, vt sunt principia rerum, vt cōtinentur sub corpore naturali atque mobili, metaphysicus vt sunt principia rerum quatenus continentur sub generalissimo, vt sub substantia vel ente, & sic differunt eiusmodi de causis communes considerationes.

{ Et cognoscere causas primas. } Secundum considerandum est de causis primis rerum naturalium quatenus cōpetit huic scientiæ, nam materia prima & mouēs primū cōpetunt huic scientiæ. prima. n. materia pertractabitur in isto primo, & motum primum quod est mouens nos primum, vt cœlum tractabitur. 7. inde. Forma autē prima & finis qui met. mouens dicitur, non competunt huic scientiæ, sed met. Animaduertendum ꝙ differt dicere communia principia et prima principia, siue cōmunes causas & primas causas. nā materia prima ea est ad quā stat vltimata resolutio in materijs, forma prima vero ad quā stat vltima resolutio in actibus. causæ vero communes, quæ cōmuniter omnibus competunt, & de omnibus prædicantur, vt materia cōmuniter transmutabilis prædicatur: & de prima materia simplici, & de materia cōposita vt elemento respectu mixti. Animaduerte secundo apud The. ꝙ principia sunt in duplici differentia, quædam causæ dicuntur a philosophis, vt efficientes & fines: quædā vero cōcausæ, vt forma & materia. Verū Plato addidit causis exemplarem, concausa officialē, siue instrumentariā, quicquid velit Arist. *Dubitatio.* Sed dices: cur primam materiam & primum agens hæc scientia considerat, primā formā, & primum finem non. *Solutio.* Dici potest, quia prima materia & primum mouens sunt causæ per motum, nec possunt intelligi sine motu: & solum mobilibus cōpetunt, vt forma prima & finis primus possunt esse cōmunes mobilibus & imobilibus, & ita cōsiderari absque motu possunt.

{ Et consideratio in consequentibus } Tertiū in hoc lib. considerandum est de consequentibus, aut accidentibus essentialibus rerū naturalium, vt loco, tempore, vacuo, finito, & cæteris id genus, vt dicemus. Intentio igitur tota est de rebus sensibilibus siue naturalibus quo quidem ad causas cōmunes & primas huic scientiæ cōpetentes, atque quo ad accidentia siue affectiones cōmunes omnibus rebus naturalibus. *Dubitatio.* Sed dices: igitur tunc idem esset subiectum totius & partis, vt totius scientiæ naturalis, & sciētiæ huius libri. *Solutio.* Respondetur ꝙ non est inconueniens sub diuersis rationibus: hic. n. vt The. loquitur de omnibus rebus naturalibus tractatur, & in tota scientia naturali, sed hic sub rationibus cōmunibus tantum, in tota scientia naturali sub rōnibus cōibus & proprijs. Hæc de intētione.

Vtilitas. { Vtilitas eius est. } Ea pieta libri intentione, nunc de vtilitate. & primo vtilitatē totius scientiæ naturalis proponit, ex quo pōt & haberi vtilitas huius libri: & vult, ꝙ vtilitas totius scientiæ naturalis sit pars vtilitatis scientiæ speculatiuæ. Animaduertendum ex Primo de Anima com. 2. ꝙ pars iuuat toti, tum quo ad esse, quando totum nō erit perfectum parte eius ablata, tum quo ad actionē, quoniā pars est vt instrumentum totius. Cum igitur sciētia naturalis sit vna pars scientiæ speculatiuæ, vt patet. 6. meta. erit iuuans illi iumento quo pars toti iuuat, quo fit vt vna eademque vtilitate scientia naturalis sit vtilis nobis, qua tota scientia speculatiua, sicut vna etiam vtilitate nobis prosunt totum & illius pars. Qua etiam ratione euenit vt scientia huius libri sit vtilis vtilitate, qua nobis prodest tota scientia de natura.

Ordo. { Et declaratum est } Declarat modo quę sit vtilitas sciæ speculatiuæ totius, & cui conferat, & qua vtilitatis rōne. Declarabitur. o. ꝙ scientia speculatiua ipsa hominibus prodest, & ꝙ iuuat iuuamēto finis & ita vtilitas est maxima. Animaduertendum ꝙ finis prodest ordinatis in finem. primo quatenus perficit illa, qua ratione iuuare dicitur iumēto formę. secundo quatenus ponit illa in quiete, & sic iuuat iumento finis. Has igitur duas iuuandi rationes entitur declarare. & primo ꝙ iuuet iumento formæ, & potest syllogizari sic. omne id quo homo ipse constituitur in esse vltimo & substantia perfecta, prodest homini iumento formæ. Ponit minorem vel illius vim, sed declaratum est in scientia considerante in operationibus voluntarijs scilicet morali, vt. 10. ethi ca. 10. ꝙ esse hominis secundum vltimam perfectionem ipsius & substantiam perfectam, est ipsum esse perfectum per scientiam speculatiuam, hæc est minor, cui adde conclusionem, videlicet, ꝙ scientia speculatiua prodest homini vtilitate formæ. Animaduerte ꝙ scientia speculatiua, quæ & intellectus speculatiuus dicitur in libro de anima, est prima perfectio animæ rationalis atque illius forma. Itemque & prima hominis perfectio & illius forma, animę quidem primo & per se, hominis vero secundo, & quasi per accidens, propterea Auerro. in minori adijcit secundum vltimam perfectionem ipsius, & quo ad animam, & substantiam eius perfectam, & hoc quo ad hominem ex anima & corpore constitutum. *Dubitatio.* Sed dubitatur contra minorem, primo quia non videtur ꝙ esse hominis sit esse perfectum per scientiam speculatiuam, quia tunc cui deficeret eiusmodi scientia, deficeret esse, & ita ignorans non esset homo. secundo esse hominis est anima & corpus, scientia nec est anima nec corpus, igitur nec hominis esse. *Solutio.* Ad hęc respondetur & primo debes scire quod vita non est vna ratione secundo de anima, quando est intellectu, sensu, motu, appetitu, atque vegetatione, principaliter autem intellectu, vt Aristo. & Auer. declarant. 12. me. com. 38. & 39. Secundo debes scire ꝙ viuere est vna ratio pro actu primo, quo etiam dormiens viuit. quatenus animā habet in corpore: alia ratione pro actione actuque secundo, quo & vigilans proprie viuere dicitur, vt Aristo. ait viuere viuentis est esse. Tunc ad primam dicerem ꝙ cui deest scientia speculatiua, deest esse & viuere pro actu secundo actioneque ipsa: non autem pro primo, essentiaque. Ad secundum dicerem etiam ꝙ esse hominis est anima & corpus, dum esse pro actu primo intelligitur. & sic Auer. minor est intelligenda.

Quod iuuamēto finis. { Et ista dispositio. } Secundo declarat ꝙ prodest iuuamento finis, & ratio componitur sic. omnis dispositio hois quæ est fœlicitas hominis vltima & sempiterna vita prodest homini iuuamento finis. Addit minorem, sed hæc dispositio est sibi fœlicitas & sempiterna vita, igitur prodest homini vtilitate finis. *Dubitatio. 1.* Dubitant fortasse recentiores contra minorem. primo quia non videtur ꝙ perfectio per scientias speculatiuas sit fœlicitas vltima hominis, quia. 3. de anima. cōm. 36. authoritate The. fœlicitas vltima hominis est deus, vt etiā 9. & 10. Ethi. habetur, vbi dicitur ꝙ deus est fœlicitas sibi & alijs, modo deus nō est scientia speculatiua: secundo, fœlicitas nō habetur demonstrationibus, vt ait ibidem Auer. igitur scientia speculatiua non est fœlicitas. *Dubitatio. 2.* Quod vero scientia speculatiua non sit sempiterna vita hominis, dubitatur primo quia viuere

viuere hominis est esse eius, sed esse illius est corruptibile, et sic non sempiternum. secũdo ipse ponit ꝙ nõ reminiscimur post mortẽ, igitur scientia speculatiua non remanet post mortem, & sic non est sempiterna. *Pro solutione.* Animaduertendum, ꝙ aliter dicendum est sm nos catholicos, aliter secundum Auer. vt in lib. de intellectu prolixe declarauimus. *Prima conuenientia.* Cõuenimus tamẽ cum Auer. & græcis expositoribus, primo ꝙ deus sit fœlicitas, vt cõditiones fœlicitatis disseminatæ in lib. ethi. demonstrent. Sunt.n. conditiones octo, vt sit primo simpliciter pfectũ quoddã, primo ethi. 8.ca.2. vt p se expectatur. 10. ethi.ca.9. & 1.ethi.cap.6. 3. vt sit, quid optimũ. pulcherrimum, delectabilissimum. 1. ethi.ca.11. 4. omnino finis. 1. ethi. cap.14. 5. honorabilissimũ. 2. ethi. ca.16. 6. nullis indigens ac per se sufficiens. 10. ethi.ca.17. 7. principium & causa bonorũ. 1. ethi. ca.16 8. bonum supra omne bonum. 1. ethi. cap.4. Hęc octo, & si Arist. de fœlicitate humana colligat, potissimũ deo competunt, vt discurrenti patet. *Secunda conuenientia.* Secundo conuenimus ꝙ vnã ponimus fœlicitatem ipsius dei & intelligentiarum atq; hominis, dei quidem per essentiã & primo intelligentiarum participatione dei, hominis vero participatione dei, intelligẽtiarumq;. *Prima differẽtia.* Sed differimus primo, quia aliter nos participamus intelligentijs, & deo sm Auer. & aliter secundum theologos. nam Auer. fingit nos participare intelligentijs atq; deo mediante scientia speculatiua, quem intellectum speculatiuũ vocat. Credit.n. iste bonus homo, vt in ipso tertio lib. de anima com. 36. declarauit, in libroq; de fœlicitate, ꝙ iste sit ordo, deus sit forma proximæ intelligentiæ, vtpote saturni, hæc saturni forma illius iouis, hæc iouis illius quę martis, hæc illius quæ solis, hæc illius quæ veneris, hæc illius quæ mercurij, hæc illius quæ lunæ, hæc lunæ forma est rerum omniũ naturalium; quo fit vt deus sit forma omnium rerũ naturaliũ, vnde & forma formarũ a The. dicitur, sed qua ratione forma dicatur in lib de intellectu perquiritur. Credit ẽt ꝙ omne quod formatur ab aliqua forma vel aliquibus formis, formetur a forma illius formæ, & forma formæ, donec habeat formam, vt ipse accepit. 3 lib. de anima. & in lib. de fœlicitate. *Qũo status.* Ex his status fœlicitatis sic proficiscitur apud Auer. ꝙ cum mediãtibus phãtasmatibus scientia speculatiua, siue intellectus speculatiuus: siue res materiales intelligibiles formæ efficiuntur humani intellectus, eodẽ ordine omnes formæ illarum vsq; ad primam formã efficiuntur formæ eiusdẽ intellectus, cum nãq; ab intelligibilibus noster formetur intellectus, mox & ab intellectu lunæ q est forma intellectorum formabitur, & ab intellectu mercurij, qui est forma intellectus lunæ vsq; ad deũ, qui est forma formarũ, & ibi stat, cum ille sit supremus animæ gradus. *Demonstratio Auer.* Erit igitur ratio hæc intellectus potestatis est forma hominis, huius intellecta sunt formæ, intellectorũ deus & cæteræ intelligentiæ: igitur deus & intelligentię post acquisitionem omnium scientiarum speculatiuarum erũt formæ intellectus humani, & hominis. *Verificatio.* Tunc verificatur dictum Auer. cũ inquit, & ista dispositio, hec est adeptio omnium scientiarum speculatiuarum est sibi fœlicitas vltima, aut proxima dispositio ad fœlicitatem vltimam, nam per illã hõ dependet e prima forma vt a deo, qui est fœlicitas suprema. 12. met. cõ. 38. & est huiusmodi sempiterna vita. Est n tunc deus vita sempiterna sibi & homini, cũ sit illius forma. Cũ.n. deus sit æternus, & hoĩ tunc forma, igr̃ æterna vita, licet non pro eo esse ęterno.

Solutiones. Tunc ad primam diceret Auer. se intelligere per scientiam speculatiuam aggregatum ex intellectu speculatiuo & ipso deo. Ad secundum patet fœlicitatem pro deo tũ non acquiri demonstratione. sed pro aggregato saltẽ sm partem demonstratione acquiritur. Ad alia duo patet solutio. Hæc diceret Auer. vt a græcis expositoribus accepit. Nos vero catholici cum Auer. sentimus deum ipsum esse fœlicitatem, & vltimum hominis finem: Sed de modo adipiscendi dissentimus. Nullum.n. medium adipiscendi ponimus, quod sit necessarium, sed medium congruentis, dicimus esse vitiorum compressionem, & virtutum adeptionem. cum enim anima est e vitijs remota, & habet gratiam, quæ per baptismum cõfertur, potest esse fœlix, & hoc modo pueri & mulieres possunt fœlicitari. sed de his in libro de intellectu satis.

Ratio cõis. { Et in hac scientia. } Declarauit seorsum scientiam speculatiuã conferre homini vtilitate finis & vtilitate formæ nunc simul vtranq; vtilitatem sic persuadet. omnis dispositio q̃ facit hominem prædicari ęquiuoce de docto & in docto, prodest homini vtroque iuuamento formę. videlicet & finis. dedit minorem, sed in hac scientia manifestum est, ꝙ prędicatio nominis. hõ perfecti per scientias speculatiuas, & non perfecto actu, siue nõ habentis aptitudinem vt perfici possit, vt mutus, aut surdus, aut naturã stolidus, est æquiuoca, vt in exẽplis declarat & patet. Aladuerte ꝙ hanc rõnem, & hęc exẽpla ab Alex. alijsq; gręcis accepit Auer. nã Arist. scribit hæc 3. politicę. ca.6. constat autem Auer. non vidisse politicã, vt in fine. 10. ethi. ipsemet testatur. ait.n. Aristo. ibi in hoc differunt viri ab vno quoque multorũ, sicut a non bonis bonos aiunt & picta per artem auris & reliqua. *Dubitatio contra minorem.* Sed contra minorem ambiges, nam vniuocatio sumitur a forma, sed vna est forma specie fœlicis & indocti, igitur non æquiuoce. *Solutio.* Dici põt ꝙ æquiuocatio nõ vna rõne est, quia accipi põt ab actu 1. & ab actu. 2. Hõ igitur prædicatur æquiuoce de fœlici & infœlici penes actum secundum, non autem penes actum primum, quomodo Aue. 7. met. cõ 39. inquit. ꝙ manus abscissa a brachio non est manus nisi æquiuoce, quatenus caret officio manus, quo in toto vtebatur, licet forte sit ipsa manus vniuoce penes actum primũ, mõ hõ fœlix perfectus est per omnes scientias omnesque intelligentias, & ipsum deum. igitur actu. 2. differt ab infœlici indoctoque, inde fit vt æquiuoce hac rõne dicatur homo. Vnde & Themi inquit ꝙ fœlix hõ est quasi deus, & Arist. 10. ethi. ca.10. est deo simillimus, & poeta non est minor nisi solo Ioue. *De vtilitate consequente.* { Et cũ hoc. } Hactenus de ipsa vtilitate accidente perfecit. nunc de consequente. declarabit.n. ex scientia ipsa speculatiua omnes in nobis proficisci virtutes, quæ non parum ad vitam prosunt. Anima diuersione dignum oẽs homines pares natos esse, vt dicitur in politica, sed accidẽtaliter differunt nobilitate. Nobilitatis autem gradus quatuor sunt. imus & quasi non gradus est genus, quod vulgares sanguinem vocant. hic quia e natues est, minimus habet, maior vero hoc & secũdus sunt diuitiæ ipsæ, q̃ pariunt genus, genus aũt nequaq̃ diuitias, maior diuitijs est virtus, qui tertius est nobilitatis gradus. Nã e virtutibus diuitiæ proficiscuntur, & per consequẽs genus e diuitijs nõ virtutes. Maximus omnium & quartus est scientia & intellectus, nam ab intellectu & scientia exoriuntur virtutes, & consequẽter diuitię & genus, e virtutibus aũt nequaq̃ scientia. Declarat igitur ꝙ origo virtutũ est scientia & consequenter oĩum partium nobilitatis. Et hoc ait, qm̃ scientes has ne scientiam naturalẽ, cum erunt secundum ordinem naturalem vt dicemus, oportet eos esse officiosos & nobiles in oĩ virtutum specie, vt in iustitia & reliquis, & ita vtilitas consequens est quatenus e scientia naturali omnes virtutum species, & omnis nobilitatis pars exorta est, iure ipsa supremũ nobilitatis gradum posita erit. *Dubitationes maxime.* Sed circa hęc plures emergunt dubitationes, quas licet in nostro lib de intellectu pertractauimus, ad vtilitatem iuuenum raptim quędã transigamus. prima vtrum scientia speculatiua prosit morali. Quod non, quoniã oppositum moris impedit speculari. 7. phy. com. 20. nam vt authoritate Platonis inquit. sedatis passionibus in nobis exoritur scientia. 2. nullum mobilius est vtile vtiliori, scientia naturalis nobilior est morali. Secundo dubitatur, quia naturalis non tantum confert morali, sed medicatiuæ & omnibus mechanicis, vt dicit The. igitur Auer. mancus. 3. dubitatur ꝙ scientia naturalis destruat omnia bona, quia ipsa tradit animæ mortalitatem, e quo omne malum proficiscitur. Amplius, dato ꝙ pec

q per naturalem scientiam animæ haberetur immortalitas, ex ipsa nulla habetur miseria post mortem, igit & boni & mali pares essent post mortem, & sic tolletur omnis ratio viuendi. Hæ sunt dubitationes arduæ in hac materia. Et (vt diximus) licet diligentius de his in lib. de intellectu, nunc propter iuniores nonnulla agamus de his. Accipiamus itaq; primo, q virtutes præcipuæ quatuor sunt. ordine quodã constitutæ. vt moralis, intellectualis, heroica, atq; diuina, vt ex. 6 ethi. lib. satis colligitur. prima quidem moralis, quatenus sensus nobis prius insunt, intellectualis secunda, quatenus nobis. 2 loco intellectus inest. Heroica tertia, quatenus habitus est post potestates. vltima diuina, quatenus & finis omnium. Accipimus 2. hominem duas secari in partes, in rõnalem, & in sensitiuã, siue animalem. at rationalis non vna ratione est, quando mens sit vna: quæ est locus primæ fœlicitatis, intellectus altera cum sit locus rationum omniumq; scientiarũ naturalium. Rursus animalis pars, quia plurima sui rõne appetitu afficitur, interdũ appetitu mouetur cõmuni, quare nus fit communi peculiarmate in extrema cadit vitiosa. Interdum appetitione particulari, quo cholericus in iram, pituitosus in mansuetudinem, melancholicus in tristitiã, sanguineus in letitiam frequenter labuntur. Accipimus 3. rationalẽ & animalem natura cõtrariari, nam animalis proprio impetu in animalium lapsus facile cadit, rationalis suapte natura deprecatur ad optima, vt Arist. est auctor in fine libri ethi. Qua ratione euenit cũ homine connasci duellum vitæ coæuum, cum rationalis & animalis partes coæuæ rixentur. Vnde recte Seneca huic astipulatur, dum ait. nihil esse homini inimicius homine, propter, videlicet cõnatum duellũ. Stoici per idem neminem fortem diiudicabant, nisi qui se vincere posset. hinc proficiscitur vt homo sit nexus atque mediũ caducorum, & ætheriorum, rõnali quidem parte diuinus, animali & corporea potestate caducus. Accipimus. 4. aliter animalem partẽ statui in homine, aliter in brutis beluisque ipsis. In beluis quidem nullatenus animalis pars rõnis capax est qñ per essentiam irrationalis habeatur, inde fit vt actus illius etiam cõmensuratus nunq̃ virtutis habitum ingenerẽt, quemadmodum infinities si sursum lapidem proiicere nunq̃ huic cursui propenderet, cum natura grauis sit omnino deorsum pensa. At animalis hominis pars rationis est capax, quando assuescere potest, & illi consentire. rursus etiã intellectus hominis, quæ rationalis pars habetur, & intellectus Dei ac intelligentiarum differunt, nam ille dei intelligentiarumque nullatenus delinquere potest, nec ab appetitu sensili detrahi potest, cum sit simpliciter optima a labe omnique materia absoluta, at hoĩa ea pars quę rõnalis dicitur, apta est cõuerti ad animalẽ, efficique brutalis atque irrõnalis, vnde intantum potest illi assuescere, vt eligat omnino omne id quod animalis appetitus dictat. His e rebus proficiscitur. 1. q non vna ratione potest duellum hominis elidi atque auferri, qñ vno modo amoueri potest per ascensum, quando pars appetitiua animalis omnino assueuerit rationi, vt inde omnis sit ablata brutalitas, solaque relicta rõnalitas. alio modo per descensum, quando, videlicet ratio ipsa oĩno conuersa sit ad appetitum irrõnalem, ita vt omnis rationalitas sit ablata, omnis brutalitas relicta. hac itaque duplici rõne cessat innata hominis pugna. Sequitur. 2. studiosum differre a vitioso, studiosus quidem totus rationalis factus est, cum deleta sit ab eo omnis brutalitas, at vitiosus penitus brutalis redditus est, propter rõnis lapsum, quod Pithagoras dogmatizauit, cum rationalem animam egredi & ingredi dixit corpora, quod nõ remigrare, sed affectu sensus. Vltertius ex hisce sequitur, q in omnibus appetitibus sensuũ, ingeneratis virtutibus, virtus habebitur moralis, quare, cum intellectus duello a speculatione detinebatur, tunc morali virtute acquisita, maximum sibi ad speculationem dabitur momentum, quo scientiis speculatiuis capiendis maxima cõmoditas adiicietur, post virtutes igitur virtus proficiscetur intellectualis, ab his virtus exorietur heroica, nã illa nihil aliud prorsus, nisi plena ac perfecta rõnis cum appetitu concordia. Hac relicta cũ mens pura restet, conueniens ac idonea remanebit dei, & intelligẽtiarum materia, & ita illa omnia ita suscipiet vt materia formas, & inde ad fœlicitatẽ assurget, quare post moralem virtutẽ emergit intellectualis, post intellectualẽ heroyca, post heroycã diuina. Moralis igitur prodest rõnali, hæc heroycę, heroyca diuinæ. Hinc ad primã quæstionem patet moralem prodesse omnibus, & sibi quoq; speculatiuã conferre, quatenus ratio origo est virtutum, quoq; tolluntur prima duo argumenta. Ad tertium dicẽdum speculatiuã regaliter prodesse morali & hæroicæ, vt dominus seruo, Primo Politicæ. Ad secundum dubiũ patet ex The. scientiã naturalem etiã prodesse medicinæ aliis multis, quod Auer omiserat, quia facile. Ad tertium dubium Stoici & Cynici pariter sentiunt, etiã concessa animæ rationalis corruptione hominem fore cum virtutibus viuẽdum. vt Diogenes in epistola ad Hipponem, & in alia ad Monemum, vbi rõnalis animæ persuadet corruptibilitatem, pariter cum virtute. Tum q data animæ cęde. adhuc homo esset homo, & differẽs ab animalibus, igitur & vita eligendi diuersa ab illis, quæ virtute perficitur. Tum quia adhuc homo haberet appetitum capacem fœlicitatis, & per virtutes aptum disponi, vt tradit Auer. sed omnis debet conari ad fœlicitatem, igitur ad medium quo illa habeatur, modum sunt virtutes peripatetici vt Auer. in. 3. de anima. com. 14. contrarium sentiunt. Vnde voluit Auer. q si rõnalis anima, saltem sm intellectum non esset æterna, virtutes essent homini inutiles, nã virtutes morales sunt vt disponant ad fœlicitatem, modo stãte animæ corruptibilitate fœlicitas diuina erit impossibilis, igitur ordinatum in finem etiã inutile. Sed de hoc plura diximus in lib de aĩa, & in lib de intellectu. quæ vide. Ad quartã quæstionẽ (vt diximus in lib. de intellectu) diuersi diuersa sensere: cæci quidem lumine reuelationis, Academici. n. vt Plato Socrates, & Speusippus sensere rõnales animas exolui e corporibus, accedere vero ad compares stellas, & in illis beari, aut tristari pro actionibus vitæ, quas meruerunt Pythagorei materias ipsas egredi & corpora migrare in illa quorum affectiones acceperunt, & hanc miseriã vocat malorum hominum, bonorum vero animas, ait, ascendere ad stellas compares, atq; beari in eis. Anaxa. e quo fortasse Auer. & magna Græcorum, & Arabum pars acceperunt, solũ animæ intellectũ putat remanere, qui vnus est vt antea, ppter quod nulla sibi accidit miseria, aut beatitudo post mortem. Auic. vero & Algazel dixerunt animã si post mortẽ remanet cum virtute heroyca, conuerti ad lumen intelligẽtiæ agentis, q̃ quidẽ conuersionẽ beatitudinem vocant. Si cum brutalitate, aiunt in illa lumen illud extingui, & sic perpetuo tristari. Hisaah, Cõcina, Epicurus, Archelaus, Esiodus, & alij asserunt rõnalem quę iustitiã exercuit gaudere in psalmodia, cantu, iocunditateque. ac illas quæ obscuris actibus deditæ fuerunt, de primi atque in orbẽ tristem dilabi, & sic tenebra, tristitia, magnoque igne perpetuisque incẽdijs cõtremisci. Philopo. qui inter primos christicolas enumeratur in lib. de aĩa, rationalem animã per lapsum ad appetitũ sensualem effici corporeã credit, ita vt quæ plus labitur, plus corporeitatis capit, & sic magis atque magis. vnde dixit rõnalem aĩam in corpore per vitia corporeitatem esse sortitã, & eam recedere cum illa, & ita post mortem remaneat corporea, & fœlicitatis inepta, & sic fit vt ab igne patiatur, donec tota, q̃ acquisiuit corporeitatẽ deleat, qua ablata restat pura, & capax beatitudinis, & ita tristitiã negauit æternã. Aristote. vero in lib. de natura deorum, rationales animas remanere affirmare, sed illas cum omnibus affectionibus, quas in corporibus acquisiuere, propter quod animæ malorũ cum restent cum affectionibus luxuriæ, & auaritiæ, & cæterorum, appetunt iterum exercere illarum affectionum

actus, & cum eis desint corpora quibus exerceant illos, detinentur hac exercendi libidine perpetuo, & hanc, siue libidinem, siue appetitum exercendi, vocat miseriã perpetuo. Bonorum vero animæ cum heroyca virtute elatę sunt, post mortem capaces remanent beatitudinis, & sic beantur, per hoc q deus & intelligentiæ hærent vti formę illis, locus beatitudinis est stella compar, siue illa sit dominator totius genituræ, siue dominus signi tunc horoscopantis, per quod anima descẽdit. nã cum per illam descendat, par est vt ad illam redeat, est cõpar corpori, quatenus corpus ad illius similitudinem formatum est. Ideo par fuit vt anima magis in illa beetur, aut tristet q̃ alia cum sit magis compar corpori, e quo anima recedit Nos vero christicolæ verius sentimus, dicimus.n. animas beari, atq; damnari pro qualitate meritorum, beari quidem deo, vt libere vult ipsam animam beare, damnati vero igne, quatenus inter cætera elementa solus ipse est aptius instrumentum diuinæ iustitiæ. Sed hæc in transitu sint dicta, nam latius in lib. de intellectu. Et declarauit.) Generatim accepit virtutes exoriri ex scientia naturali, nunc quibus principijs exoriãtur, declarat, &c. i. quibus principijs exoriatur audacia siue fortitudo. Et vult exoriri fortitudinem contra mortis metum. i. cum dedicerimus hominem vix esse portiũculam sensilem respectu vniuersi, & viuendi spatium via esse totius temporis momentũ. vnde constituto isto principio ex phy. facile erit homini accidere, & fortem esse contra mortis metum. Et similiter.) Secundo ex hoc q genitum omne corrumpi dissolui'q; in simplicia oportet, & partes proprijs elemẽtis reddi atq; restitui vniuersitati, nihil.n. est aliud corruptio q̃ dissolutio compositi, propter hæc fiet homo audax, tum ob vitæ paruitatem, tum ob mortis necessitatem. Et ijs duabus rationibus Sylla persuasit fortitudinẽ Bochi filio dum per Iugurtę exercitum erant pertransituri, vt Salust. narrat Iugurtino, quasq; tõnea ẽt The. in procemio collegit, e quo Auer. forte accepit. Et proprie.) Confirmatur idem per signum, quia sapiens cum habet perfectionem humanam, vt fœlicitatem qua ipse beatur est humanitus, vt quando habet virtutem meliorẽ oĩbus, ambigens ne perdat eã exponit se morti, vt de martyribus videmus, qui habent fidem dubitantes ne fidem perdãt, morti se exponunt. Attamẽ ipse in Socrate exemplificat, qui (vt narrat Pla. in Phædone) habens fidem & perfectionem in virtutibus non timuit mortem, & sic veneno interficit, quia sibi erat impositum q iuuentutem corrũpebat, dum prædicabat vnum esse deum, & non plures, vt gentiles illi credebant. Legitur.n. Socratem potuisse aufugere e carceribus, dubitans forte se perdere animi fortitudinem stetit iudicio magistratuum præeligens mortẽ præ vita. Apponit tamen quãdam parenthesim. d. { quãuis credatur de Soc. q non fuerint ei declaratæ disciplinæ cõmunes, vt logica & met. } quæ dicuntur omnibus cõmunes vt dicitur in hoc. i. neque propriæ vt sciæ speciales, physica & mathematica, quia circa moralia negociãs de natura nihil. i. met. hac parenthesi interposita, reddit causam cur Soc. interẽptus fuerit ab Atheniensibus, & inquit { quia noluit ambulare in via propria populorũ } non.n. secutus est leges cõmunes illi populo, sed nitebatur viã aliam persuadere, multa alia exempla potuisset ponere, sed hoc vnũ satis patet. Et simil.) Infert nonnulla. primum q monstrum fœlicitatis ineptũ non est nutriendum, vt in politica Arist. traditur, ideo ait. similiter cum sciuerit q perfectionem habere non potest sicut mõstrum erit mors pręeligenda supra vitã. Et manifestum) Secundo infert q quando sapiens quispiam partẽ beatitudinis acquisierit, partem vero non, totum illius posse nõ est, nisi in acquirendo, vt multi animo fortes, & nõ actu vel habitu se exponunt morti, vt fortitudinẽ nanciscant. Sed ambiges. i. vtrum Philosophis conueniat fortitudo. secundo, an mors pertimescenda sit. Quod nõ competat Philosophis fortitudo. arguitur. nam Philosophis cõpetit regere, quia intellectu vigent. i. pollitice, robustis competit fortitudo, quia corpore valent, igitur non Philosophis. Amplius Plato in hiparcho, lib. de philosophia confutans Solonem & Hyppiam sophistã ait. officium Philosophi esse diuina noscere & humana gubernare. Sed fortitudo non requiritur, nec ad notitiam diuinorum, nec ad humanorum gubernationẽ. vt.n. dicit Aris. 3. topi. ca. 3. si quidem oẽs essemus iusti, nihil esset vtilis fortitudo, at si omnes fortes, vtilis iustitia. Ad secundam quæstionẽ arguo terribilissimum omnium est pertimescendũ, mors omnium est terribilissimum. 3. ethi. Ad primam solitus etiam dicere Philosopho audaciã cõuenire quæ est promptitudo animi se exponẽdi morti pro quacunq; virtute, non aũt fortitudinem quæ est audacia se exponẽdi morti in bello pro republica boni gratia, & tempore congruo. nunc dico Philosopho per se quatenus Philosophus est nullam competere virtutem per se quatenus habet aĩam in corpore consequenter cõpetunt oẽs. Pro secunda quæstione tres fuerunt positiones, extremæ quidẽ duæ, & media, Stoici quidem mortẽ esse expetendã aiunt deprehenso fine, vt deprehensa miseria humana, vel bono diuino post mortẽ acquirendo. Et hanc põnem longo tempore Romani principes sectati sunt, vt Cato postq̃ Cæsarem patriam tyrãnizare persensit, pugione se interfecit, Cassius quoq; cum in bello deuictus fuit ab Octauio, interfecit se. Brutus etiam idem fecit & alij multi, deprehenso quoq; bono diuino post mortẽ, acquirendo. Multi se interfecerunt Stoici argumẽto hoc sit finis expetendus, media ad illum expetenda sed fœlicitas post mortẽ expetenda est, quæ euenire non põt nisi morte interueniente, igitur & mors expetẽda. quo quidem argumẽto visus Soc. in Phædone mortis metũ aufugit, vtens etiã cigni exemplo. qui mortem præsentiens præcantat. Protinus quoq; Stoicus eodẽ argumento postq̃ audiuit Platonem de animæ immortalitate, se interfecit. Eodem etiã argumento persuasit Xenocra. mortem Assioco. Epicurei mortem esse pertimescendam persuadent. 1. quia omnes cõmuniter aufugiunt illam. 2. quia esse est expetitum, igitur mors odienda. Arist. vero & Xenocra. mortem, nec esse expetendam, nec pertimescendã persuadent, & primo. 3. ethi. ca. 13. nam quod nec est voluntariũ nec inuoluntariũ nõ est expetendum, nec aufugiendum. sed mors est eiusmodi vt senectus. Xeno. arguit. illud pertimescendum est, quod non bis accidit. sed mors non nobis accidit, quia dũ sumus non aduenit, sed dum mortui, tunc nõ sumus. igitur non pertimescenda, & hęc positio est tenenda, & per hæc ad quæstionẽ. { Iterum oportet. } Quomodo iustitia ex sciẽtia exoritur naturali, nunc declarat, & syllogismus est, sapiẽs imitatur naturã quantum põt, sed natura est iusta, vt patet in substãtia rerum, hoc est elemẽtorum vt exponit The. qui abbreuiauit Aristo. elementa.n. & partes vniuersi cũctæ, & sibi inuicẽ cedunt, & suũ amat vnaquæq; ordinẽ, & æquabilitatẽ atque geometriã, igitur sapiens debet esse iustus. Exemplo igitur naturæ sapiens efficitur iustus. Sed ambiges cõtra maiorẽ. i. q vilior non debet conari assimilari nobilius, sed sapiens est nobilior tota natura. 10. ethi. cap. 10. igitur illi non debet assimilari. Secundo deterius debet assimilari nobiliori, sed Deus solus est sapiẽte nobilior. 10. ethi. ibidẽ. & deus nec iustus nec iniustus, vt ibidem ait. igitur nec sapiens. Dicendum q opus naturæ est opus primæ intelligentiæ apud The. in lib. de anima. Sapiens igitur appetit assimilari primæ intelligentiæ per se, naturę vero per accidens, quatenus est regulata a deo. Ad secundum dicendum, q sapiens nouit deum esse iustum iustitia distributiua, quia est qui bona bonis & mala malis distribuit, vt in lib. de bona fortuna dicitur. et quo ad hanc iustitiam appetit illi assimilari, non aũt quo ad iustitiã cõmutatiuam. Abstinentes vero per abstinentiam intelligit cõtinentiam, & temperantiã, & castitatẽ, e philosophia naturali sic abstinentia exoritur, quia vile & turpe est fugiendum. Volu-

pta

Signum primum exẽplũ.

Primum consequens.

Secundum.

Dubitationes Prima.

Secunda.

Ad Primam.

Ad secundam

Sol. ad primã.

Sol. ad scdam.

Positio Romanorum.

Quo se Stoici interfecerunt.

Quid pretiam

Quid Xenocrates Assioco. põ Epicureorum.

Positio Peripateticorum.

De iustitia.

De abstinentia.

ptas vilis & turpis, qa propria aialibus. igitur fugiēda.
2.arguit, quod non est de dispositionibus hominis inquā
tum homo, non est expetendum, sed voluptas non est de
dispositionibus necessarijs ad hominem, ne dum de perfe
ctione: igitur fugiēda. Quod vero non de perfectione ho-
minis sit, eo patet, q voluptas est de necessitate materiæ
Quod religiosi ideo voluptas euitanda. { Et erunt. } Quomodo e Philo
sophia exorta est religio omnis, nunc narrat & non pro-
bat, asserens Philosophos sustinere leges diuinas, & ordi
nes naturales, & hæc est religio. Religione.n. homo cum
De liberalitate. Deo cōiungitur per hunc modum. { Et est manifestū. }
quod liberalitas inde etiā exorta sit, argumēto q studiū
in pecunia est de desiderijs præter naturam. nā pecuniæ
& diuitiæ sunt bona fortunę, & fortuna est extra naturā.
De sublimitate. igitur diuitiæ sunt præter naturam. Similiter debēt: Quo
pacto inde proficiscatur sublimitas, quæ est immobilitas
in factis & verbis. & hoc proponit q debent esse subli-
mes quatenus amare debent veritatem in operibus & di
ctionibus, siue verbis, & non tantum in his virtutibus
valebunt, sed in omnibus alijs quæ consequuntur mora
lem. { Si autē dicatur. } Dubitat contra dicta, & soluit.
& totum patet. Sed circa nonnulla horum occurrunt dif
ficiles dubitationes. Primo, non videtur cum fœlicitate
stare timorem, non.n. esset summum bonum. quare male
Auer. ait, fœlicem timere ne amittat fœlicitatem Secun-
do videtur, q monstra sint educāda nam politicus est na
turæ imitator, sed natura producit monstrum: igitur ars
nō debet ipsum corrumpere, ageret.n. cōtra naturā. Ter
tio, q voluptas sit expetenda, vt Epicurus sentit argumē
to Aristippi, quia eam omnia appetūt, & hoc est bonū.
2.argumento Eudoxi, dolor fugiendus est, igitur volu-
ptas expetenda, cuius sententiæ est Philoxenus, & plu-
res. Tunc rationes Auer. nullę prima non, quia voluptas
videtur homini, naturalis, naturalissimum.n operū vi-
uentium est generare tale quale ipsum igitur de esse ho-
minis. Amplius, voluptas est dei. 12. met. & sic non va
let secunda rō, nec tertia, quia voluptas sequitur animæ
perfectionē. Quarto dubitant, quia Auer. ipse qui est Phi
losophus, est & lex, & omnium legū deprauator. igitur
contra se. Quinto dubitant. quia desiderium in pecunijs
videtur esse naturale. Tum, quia diuitiæ sunt finis politi
ci, & finis est a natura intentus. Secundo per diuitias ha-
betur liberalitas. 2.ethi, igitur si naturalis est liberalitas,
& diuitiæ etiā. Tertio diuitiæ sunt instrumentum vitæ.
1.politicę contra solutionem igitur non odendę. Sexto vi
detur q Philosopho non cōpetat sublimitas, quia nec na
turæ est forma. Septimo dubitatur contra expōnem du-
bij. r. virtus est maius quoddam quocunq bono collato
a principe: igitur non debet Philosophus declinare a vir-
tute propter non præmiari. 2.propter id quod non est fœ-
licitas nemo debet declinare a fœlicitate: sed honores &
præmia non sunt finis nec bonum, nec fœlicitas: igitur p
priuationē horum nemo debet declinare a bono, & hāc
rationem seruauit Democritus, Diogenes, & alij plures.
Ad has dubitationes per ordinem dicēdū, & ad primam
Auer. vult. fœlicitatem hominis non esse bonum simpli-
citer, & optimum simpliciter, sed optimum & bonū ho
mini, at bonum hominis differt ab illo dei. vt deus ab ho
mine, Deus est simpliciter optimum & extra naturā &
fortunā, ideo illius fœlicitas est simpliciter optima extra
naturā & fortunam, nostra aūt, cum homo sit sub fortu-
na & natura, est admixta cū aliqua miseria. Sed meliua
nos catholici dicimus, natura tenemus beatitudinem no-
strā esse summum bonum, & cum nulla miseria admix-
tum, quia eā in patria expectamus, non autem in vita.
Ad secundum Aristo. hoc argumento persuadet monstra
non esse nutrienda, quia finē ciuilē consequi non possunt.
igitur sunt frustra, & nihil est tenendum frustra. tunc dice
ret q monstra non sunt a natura, sed errores naturæ, igi-
tur ars nō debet illa sequi. Catholici vero sentiunt bonū
non esse propter ciues, sed propter deum, ideo educanda
sunt, quia talem finem habere possunt. Ad tertiam Arist.
10.ethi.ca.2. vult voluptatem non esse bonum simplici-
ter, sed concomitari bono, propter quod inquit, volupta
tem esse cum fine, non autem finem, sed Cicero in lib. de
finibus bonorum & malorum, vult nec semper volupta
tem esse expetendam, vt quando non est finis hominis,
nec dolor semper fugiendus, nam tunc fortitudo & pru-
dentia destruerentur, quarum nulla habetur sine dolore.
Amplius in quo & bestiæ & porci cōmunicant nequaq̄
hominis est finis: in voluptate & bestiæ & porci conue-
niunt, vt arguit Auic. in lib. suæ meta. 9. ca. 7. contra legē
suam. rursus & Pla. arguit: voluptas non potest mutari
in oppositum, sed cum voluptate est miseria semper ad-
mixta, nam cum intensior atq intensior fit, secum tra-
hit miseriam. inquit.n. Plautus in amphitrione. Ita dijs
placitum est vt voluptati sit tristitia admixta.

Per hoc ad argumenta. Primum tollitur quando non
semper voluptas expetenda, quia non a forti, aut pruden
ti. Similiter nec dolor, semper fugiendus, immo experen
dus interdum Ad rationes contra Auer. prima tollitur q *Ad rationes contra Auer.*
homini est naturalis secundum corpus, non autem in eo
q homo. Deletur secunda, quia voluptas vilis habetur,
quæ animalis est & corporea, sed quę fœlicitati annecti-
tur, non vilis est. Tertia vero refellitur q consequitur ani
mæ perfectionem merito corporis Ad quartam dubita- *Ad quartam.*
tionem sapiens cum cognoscat Deum quatenus optimū
& honorabile, enititur sibi coniungi quantum potest, me
dium est religio ideo omnes sunt religiosi Deum & ve-
nerantes, & excolentes. vnde & Pla. in hyparcho de Phi
losophia lib. (vt diximus) Philosophi officium est diuina
cognoscere, & humana gubernare, vt per hoc illi copule
tur: sed q Auer. & aliqui hæresiissent, est, quia Deum nō
cognouerunt, tamē religionem eam seruarunt, quatenus
diuina deprehenderunt. ex Philosophia itaq exoritur re
ligio, licet multi Philosophi per accidens sint irreligiosi.

Ad quintam dicendum q differunt diuitiæ & pecuniæ, *Ad quintam.*
nam pecuniæ non sunt diuitiæ, vt primo politicæ probat,
& maxime per exemplum Midæ, sed sunt adinuentæ
propter cōmodum mercium & ciuium, & locorum. at
diuitiæ sunt per sufficientia ad vitam, vt possessiones &
animalia, & serui, & cætera eiusmodi. Tunc dico q ex-
cessus diuitiarum est extra naturam. 10. ethi. vt defectus
earum ēt, sed competens mensura est finis vel saltem in-
strumētum vitæ, & quo ciuis multas potest exercere vir
tutes, vt liberalitatem, & munificentiam & id genus. Ad *Ad sextam.*
sextam dicendum q decet Philosophum esse īmutabilē
circa finem sed potest mutari circa media. quando.n. effi-
citur immutabilis, Deo persimilis fit: natura ēt est immu
tabilis per se & vniformis, ad finē, sed multotiens a casu
impeditur. Ad septimā dici potest q rationes illæ conclu *Ad septimam.*
dunt sapientem sm ordinem naturalem, & secundum di
ctam rationem non deberet declinari a virtute pro quo-
cunq cōtrario, sed si declinat est ab errore, & a causa nō
naturali, sed apparente. Animaduerte tamen q fœlicitas *Nota.*
& virtus non sunt sine honore. quia sunt virtutum signa
& ornamenta. expetuntur itaq vt testes, & si non vt fi-
nis primus, & innuit Auer. per dialecticos pure specula-
tiuos: habentur.n. hi, vt phantastici, & immanes a plebe
principibusque, & vt inutiles rebus agendis. hæc de vti-
litate. { Ordo autē } Nunc de ordine, & quæ inquit, pa *De ordine.*
tent. sed ambiges q illæ tres causæ videntur vna. Secun
da enim non differt a prima. nam ideo cōmune esse repe-
titum, quia notius. Tertia non differt a secūda & prima.
essent enim propositiones primæ. quia comunes & pro-
priæ, hoc est speciales: quia posterius notæ, Dici pōt om-
nes esse vnam, dicuntur tamen quatenus vna est alterius
declaratio, hęc pauca de ordine. { Diuisiones aūt. } Nūc *De diuisione.*
de diuisione, & potest esse diuisio omnium scientiarum
& præsentis libri, primam quęrere a The. secundamque.
at Auer. breuibus se expedit, quia The. longiusculus est,
sermo patet hic de diuisione.

{ Proportio. }

Propertio. { Propertio. } Nunc de proportione huius lib. ad scientias loquitur. & sermo patet. Animaduerte tamē q scientiam speculatiuā diuidit in duos modos siue species. Nā vna est quæ enumeratur propter exercitium, vt mathematicæ, aliæ propter finem humanum, vt diuinam & naturalis. *Dubitationes.* Sed dices quo modo mathematicæ sunt propter exercitium, naturalis & metaphysica propter finem. *Solutio quorundam.* Respondet quidam, q apud antiquos mathematicæ erant loco dialecticæ. antiqui enim vt Plato ait in lib. de regimine ciuitatis, non habuerūt logicam, nec dialecticam, sed loco illius adinuenere mathematicas, quas pro exercitio primum pueros docebant. *Cōfutatio. Solutio propria.* Sed hi non sunt nostra accusatione nec nostra ita digni. Animaduerte igitur q ad fœlicitatem requiritur primō virtutis heroicæ adeptio, qua anima ipsa expolietur ab omni sorde, atq; brutalitate. & ita primo hic requiritur vt remouens prohibens.

Secundo requiritur adeptio intellectus speculatiui, vt immediate disponens ad fœlicitatem. intellectus autem speculatiuus est ex ambabus scientijs speculatiuis metaphysica & naturali: igitur physica & metaphysica requiruntur vt dispositiones imediatæ. nam per has duas sum me anima preparatur ad fœlicitatem sed quis homo has discere non potest absque Logica & Grāmatica, nam logica est sciendi instrumentum. 2. meta com. 15. grāmatica vero est necessaria pro inuentione aut doctrina. nam omnis scientia vel inuentione fit posterioris a priori, aut per doctrinam a magistro: quarum nulla sine grāmatica fit. igitur fœlicitati sunt necessariæ metaphysica & naturalis immediate, logica & grammatica mediate, sed quia mathematica, nec mediate, nec immediate est necessaria, ideo. 3. meta. dicitur scientia carens fine: cum nec sit fœlicitas, nec immediata dispositio ad illam, nec mediata causa sine qua non, sed finis illius siquis est erit vt anima ipsa exerceatur. sunt enim mathematicæ similes & affines rebus metaphysicis quo ad abstractiones, ideo dum anima se exercet in mathematicis, facile potest assurgere ad simpliciter abstracta: recte itaq; inquit esse eiusmodi enumeratas propter exercitium. *Via doctrinæ.* { Viæ doctrinæ. } Nūc de vijs doctrinæ, & inquit q viæ doctrinæ huius libri, sunt species doctrinæ vsitatæ siue consuetæ in hac scientia, cuiusmodi sunt modi siue species omnium disciplinarum, videlicet tres modi demonstrationum, cuiusmodi sunt demonstratio signi, demonstratio causæ, & demonstratio simpliciter. addit q signum & causa sunt plus vsitatæ & consuetæ in hoc libro, & in scientia naturali, & aliquando in scientia naturali est consueta & vsitata demonstratio simpliciter. Item quinq; et sunt consuetæ in hac scientia maneries, siue species disciplinæ, quæ sunt diuisio, diffinitio, enthimema, & inductio sunt quinque in hac scientia consueta, demonstratio, diuisio, diffinitio, enthymema, atque inductio, quia vno istorum quinque vtitur ars demonstratiua, vt dicitur in posterioribus, sed vsquequo vsitatur enthymema in scientia demonstratiua, & inductio est alius ab vsu, quo vsitatur in rhetorica & dialectica, & sic debent legi verba Auer. quæ cōtter corrupta inueniuntur. *Dubitationes.* Ex his patet, primo tres esse demonstrationis species, ideo primo dubitabis, an sit verum: Secundo, quid sit vnaquæq; illarum. Tertio, an physicus vtatur omnibus illis quinque, an quibusdā tantum. Quarto, plures sunt species disciplinæ q̄ quinque, quia vltra has sunt exemplum, & compositio, quarum nihil meminit. Quinto, an physicus vtatur inductione & enthymemate. *Pō græcorū.* Ad primam græci expositores tantum demonstrationem simpliciter, quā vocant propter quid, sub demonstratione reponunt, nec demonstrationem signi, nec demonstrationem causæ enumerant inter demonstrationis species, sed asserunt illas esse syllogismos tantum, hoc autem credidere primo, quia cui non conuenit definitio eidem non competit definitum, sed demonstrationi signi, & demonstrationi causæ non competit definitio demonstrationis: igitur nec demonstratio. Amplius in libro posteriorum Aristo. nullibi meminit nisi demonstrationis propter quid. Auer. autem tres esse demonstrationis species vbique concedit, signi causæ & simpliciter, quā vocat aliquando causæ & esse. Sed quid per vnāquāque harum intelligat, declaremus. demonstratio itaque signi est illa, cuius medium nullatenus est notum naturæ, sed nobis tantum, quia vel sensu, vel sensibus, vel memoria vt deficit nunc luna, igitur interponitur terra. fumus est, igitur ignis. *Positio Auer.* hac est in hac muliere, igitur peperit, & id genus: sunt enim media nobis nota tantum. *Positio specierum demonstrationis.* demonstratio vero causæ ea est, cuius medium est notum naturæ per se quia causa tantum, nobis autem per accidens, quatenus per effectum iā patuit: vt interponitur terra, igitur luna deficit, & id genus, medium enim sensu non patuit, sed nobis per effectum quasi per accidens patuit. demonstratio autē simpliciter est ea cuius medium est nobis per se & naturę notum, naturę quatenus causa, nobis quatenus sensile. vt demonstrationes mathematicæ. media. n. sunt causæ passionū, & sunt sensibilis per se, cum sint quantitates, quæque demonstratio dicitur causæ, & esse causæ quidem quatenus est per medium, quod est causa passionis, esse vero, quatenus per medium habetur prædicati ad subiectum inhærentia. dicitur etiā demonstratio simpliciter, quatenus omnis euidentiæ rationem cōtinet hæc declaratio habetur. 2. cœli. commen. 35. Ex his patet, q demonstratio signi est magis in scientia naturali consueta. demonstratio vero causæ raro rarissime demonstratio simpliciter, quia non nisi in libro de anima. vbi ostendit numerum sensuum per numerum sensitiuorum. sensitiua enim sunt causæ sensuum, & patent nobis, etiam alibi tacta est, vt octauo huius com. 58. meminit de quinq; alias. Prætermisit compositionem, quia intelligitur in definitione, & exemplum, quia ad inductionem reducitur. Ad vltimum dicendum q dialectica vtitur inductione topica; naturalis vtitur inductione demōstratiua est enim. 3. priorum. cōmen. 19 & secundo huius. commen. 80. inductio duplex demonstratiua, vt quæ fit in prædicatis per se, vt hic ignis calefacit igitur omnis calefacit, & dialectica in prædicatis probabilibus. vt hæc mater diligit filium suū, & illa, & illa: ergo omnis mater. Theorica vtitur inductione pro exemplo ab vno simili ad aliud, vt Themistius primo posterio. cap. primo. Item naturalis vtitur enthymemate demonstratiuo, dialecticus vero enthymemate topico, rhetorica enthymemate pro commento, vt ait ibidem Themistius. De libri nomine deq; auctoris nomenclatura. quæ dicit ipse patent, est Themistio vero vberius legere potes, e quo fere præfationem hanc Auerro. excepit. Hæc de præfatione Auerrois, Alexandri, ac Themistij dicta satis, in quibus copiose diximus, quia etiam hunc sermonem horum pro præfatione nostra accepimus nec plura.

Finis Procemij.

Augustini

AVGVSTINI SVESSANI IN PHYSICAE AVSCVLTATIONIS LIBRVM PRIMVM.

ACCVRATISSIMA EXPOSITIO.

AVGVSTINI SVESSANI DILVCIDATORIS TEXTVS.

CVM circa doctrinas omnes, quarum principia, aut causæ, aut elementa sunt, intelligere & scire ex illorum cognitione contingat: (Tunc enim rem unãquãque cognoscere putamus, cum causas primas intelligimus, primaq; principia, atq; ad elementa usque:) patet & entẽdum esse ea determinare prius, quæ sunt circa principia Scientiæ Naturalis.

Antiqua interpretatio.

Intelligere εἰδέναι cognoscere. scientias. μεθόδους vias. methodos. facultates. scientias.

QVoniam intelligere & scire contingit circa omnes sciẽtias, quarum sunt principia, aut causæ, & elementa ex horum cognitione: (tunc enim opinamur cognoscere unũquodq;, cum causas primas cognoscimus, & principia prima, et usque ad elementa:) manifestum & de Natura Sciẽtiæ tentandũ determinare prius quæ circa principia.

et noiè ant.

CVM Aristo. vt diximus, intẽtio sit tractare de rebus naturalibus, præponit more Græcorum proœmiũ. & primo ostendit ordinem proce C dendi in Scientia Naturali, ostendens esse incipiendum à cognitione principiorum rerum naturaliũ. & syllogismus literæ est. Oĩa habentia principia, causas, & elementa, non sciuntur nisi ex cognitione causarum principiorum, & elementorum, res naturales omnes habent principia, causas, & elementa: igitur omnes res naturales non sciuntur, nisi ex cognitione principiorum, causarum, & elemẽtorum. Maior probatur ex communi hominum opinione, vt in libro Posteriorum dictum est. De ratione tangit primo Maiorem. secundo ibi. (tunc enim putamus) tãgit illius probationem. tertia ibi, {patet & enitendum,} infert con- D clusionem. Quantum vero ad verba græca attinet, verbum illud Doctrinas, græce est, μεθόδους, quod sonat scientias, melius doctrinas. nam scientia est in esse quieto, doctrina in motu: modo de his loquitur, quatenus sunt in acquisitione, non autem in acquisito esse, in fieri, non in facto. * At per principia, intelligit, vt Expositor ait & recte, causas mouentes, & agentes, in quibus attenditur ordo processus cuiusdam. per Causas vero intelligit formam & finem, ex quibus potissimum res ipsæ dependent secundum esse & fieri. per Elemẽta vero proprie ipsas intelligit proprias causas materiales. De his vero in cõmẽto dicemus. Vsus est autem di- A siunctionis nota ad denotandum non omnes scientias per omnes causas demonstrare. nam Mathematica nõ demonstrat nisi per causam formalem, Metaphysica per formalem, finalem, atq; agentem: Naturalis vero per omnes. In textu etiam adijcit (intelligere & scire,) si possit pluribus intelligi modis, videt mihi ipsum per intelligere velle cognitionem per definitiones, per scire vero cognitionem per demonstrationem: vtraque enim est per causam. Animaduerte tamen quòd in finè literæ non aliter principia, causas, & elementa sumit q̃ in principio, vt recte aduertit Expositor, & male Auer. quia in tam breuibus non est consonum Aristot. æquiuocasse. Per elementa igitur intelligit materiam: quia id, qđ est vltimũ in cognitione, est materia, est. n. B materia pp formam, forma aũt ab agẽte propter finẽ, aũt ipsa est finis. & ita per principia, agentes & mouentes causas vult, per causas, formam & finẽ, per elementa, materiam, vt prius exposuit. Sic enim incipit cognitio ab agente in formam, & finem, hoc est, in causas, & causas in elementa. Hæc est crassa literæ expositio diui Thomæ primi Expositoris, quam profecto acceptamus: consonat enim græcis verbis, & sensui expositorum.

S. Thomæ expositio.

** In naturalium cognitione, a principiis, i. ab agẽtibus & mouentibus à cãis. i. à forma & fine: ab Elemẽtis. i. à materia, incipiendum est.*

AVGVSTINI SVESSANI IN AVERROIS CORDVBENsis Commentaria, super Libros Physicorum Expositio.

COMMENTVM PRIMVM.

INcœpit hunc librum.} Vt diximus. positum est in vsu, vt Auer. legatur, propter carentiam bonorum expositorum vsq; ad hæc tempora: ideo propter recẽtiores, nos quoq; vt diximus, errorẽ sequemur communem. Illud tamen protestandum esse censeo, vt tandiu huius Auerrois dicta acceptentur, quandiu verbis Arist. consonant. vbi vero aut suarum translationum errore, aut verborum Arist. obscuritate, minus consonabunt, nos, liuor absit verbo, refellemus. Auerroes itaq; primo præponit textus præsentis intentionem: & vult Aristo. incipere à causa, ob quam fuit consyderatio huius sciẽtiæ in cognitione causarum rerum naturalium. Nec hæc expositio cõtradicit nostræ, quia si dat causam, cur à principijs rerum naturalium incipit. tradit etiam ordinem procedẽdi ad cognitionem rerum naturalium.

Dicta Auer. quomodo suscipienda.

Cõmentator dcã hic vult Philosophum incipere propter quid ex causis pẽdeat pfectior est.

{Et dixit.} Nunc exequitur, & accipit maiorem syllogismi, quẽ in fine colliget: videlicet q̃ omnia habentia principia, causas, & elementa, nõ cognoscuntur nisi ex cognitione principiorum, causarũ, & elementorũ.

Intelligere cõius est quã scire quod intelligere p causam dicit.

{Et nõ intendebat.} digreditur circa verba, & ostendit q per intelligere & scire non intelligit synonima, hoc est, multiuoca, cũ eiusmodi incongruant sciæ demonstratiuæ. ideo vult, qđ per intelligere Arist. intelligat aliquid cõius q̃ scire. Contingit enim intelligere indifferenter per causam & sine causa, sed scire nõ nisi per causam. vult igitur Arist. vt verbũ scire specificet ipsum intelligere ad intelligere per causam, sic, quod ambo illa simul innuant sciam perfectam. Hæc expositio, pace Auerrois, nõ sonat. primo, quia cum duplex sit cognitio per causas, definitio, & demõstratio: & in scientia Naturali vtroq; modo res ipsas naturales cognoscamus. Aristo. tantum scientiæ demonstratiuæ meminisset, & sic esset diminutus. Secundo frustra est specificatio, quando est ratio & nomẽ specificum ad rem, de qua intendimus: si igitur tantum est intelligere per scire, quantum per intelligere & scire (nam qui scimus nisi per causam? & hoc est scire perfecte) frustra est hęc specificatio. Melius igitur per intelligere, cognitionẽ p definitionem: & per scire, cognitionem per demonstrationem est exponendum. hæ tamen rationes apud multos nullæ habebuntur, sed scio quod expositio hæc est magis consona. Sunt qui per intelligere volunt cognitionem principiorum (nam principiorum est intellectus) per scire vero cognitionẽ cõclusionum. Sed hæc expositio friuola est, primo, quia principiorum est cognitio per causam, quatenus conclusiones sunt, & sic cognitio eorum erit scientia, & non intellectus. Secundo, quia Arist. illorum principiorum dixit esse intellectum, quæ terminis cognoscuntur, vt patet. 1. Poste. & non quæ per alia prima sciuntur. {Scientia enim.} Suæ expositiones causam affert, quoniam sciẽtia est duplex, perfecta, quæ est per causam, & imperfecta, quæ est sine causa, vt illa, quæ aut sensu, aut obseruatione, aut ab effectu habetur. Arist. igitur maiorem suam, omnia habentia principia, & reliqua, intelligit de scĩa perfecta: quod verba illa duo intelligere & scire innuebant. Sed dubitatur contra hoc. nam perfectior scientia est illa, quæ est euidentior, vt videbitur cõ. 2. & 3. Sed scientia ab effectu est euidẽtior, quia effectus est nobis proximus. Solitus eram tam dicere esse duplicem causam, alteram, quæ sensibus proxima existit, vt causæ mathematicæ, alterã, quæ à sensibus remota est, vt causæ metaphysicæ. diximus Auer. loqui tãtum in causis primo modo. Sed dicimus aliter, quod differt notitiã esse perfectiorem, & euidentiorẽ. est. n. visio Solis parua multo perfectior, quam visio lapidis magna, licet illa lapidis sit euidentior. sic notitia rei per causam est perfectior, at per effectum est euidentior.

Contradicit expositioni.

Auer. Propria expõ. Secundũ quã intelligere, cognitionem per definitionem, scire vero per cãm sumitur.

An notitia rei p cãm sit pfectior quã per effectum.

Solutio.

Euidentiorẽ cognitionẽ nõ cõtingit semp perfectiorem esse.

{Et intendebat per vias} Viæ græce sunt μέθοδοι (nos trãstulimus doctrinas) recte Auer. animaduertit. nõ. n. bene dixisset scientias, vt trãslatio nostra habet, sed rectius vias, quia in eis itur a notis ad ignota per nota, & ita fit in doctrinis. {Et dixit habentibus principia.} Reddit causam Auer. cur Arist. vsus est disiũctione, & non copulatione. quia non oĩs scientia speculatiua consyderat per omnes causas, vt Metaphysica; quæ cõsyderat de rebus carentibus causis. Sed contra hoc dubitatur. Primo, quia contradicit sibi. 12. Meta. cõm. 1. vbi ait, q primus Philosophus consyderat causas, & principia entis in eo, q ens. 2. Metaph. consyderat ens, & passiones entis: non potest autem passiones spectare sine causis tribus. motores enim cœlestes, de quibus est metaphysica, habent causam formalem, finalem, effectiuam, vt in lib. Destructio Destru. dispu. 3. in solutio dubij. 18. Igitur contradictiones hæ concordari possunt per Auer. Primo cœli. cõm. 20 & 4. Cœli. cõm. 1. & in substantia, & 3. dispu. libri Destructio Destructio. Dico q causæ possunt accipi secũdum famosam rationẽ causæ, quomodo omnis causa per motum est causa, & hac ratione res metaphysicæ carent causis, alio modo pro his, è quibus alia dependent quauis dependentiæ ratione, & hoc modo res illæ non carebunt causis.

Dubitatio.

E

Solutio.

{Et dixit principia} Reddit etiam causam, cur Arist. vsus est varijs nominibus, videlicet causa, principio, & elemento. ait enim hoc fecisse ad notãdum omnes species, omnesq; modos causarum, vt efficientem, finem, & formam, & materiam.

Vt oẽs cãrum modos tangeret, diuersis vsus ẽ in tex. nominibus.

{Et intendebat.} Nunc reddit nominibus significationes proprias. vult enim per Principium, causam mo-
F uentem & agentem. nam principium est, vnde motus propriæ. per Causas, intelligit finales, quia causa, cum sit communis omnibus, per excellẽtiam intelligitur de fine. per Elementa, intelligit materiam & formam, cũ sint partes rei. Hæc expositio parum differt à nostra. nos enim per elementa solum materiam volumus, per causas, formam, & finem, propter causam dictam. possunt enim accipi nomina hæc cõmuniter aut proprie. communiter quidem accipiuntur, cum confundunt, principia pro causis & elementis, & econtra: propriæ vero accipiũtur, vt modo modo dixit. Et addit, {& sic vt mihi videtur exposuit. Alexan.} expositio igit Auer. est vna cũ expositione Alexã. {Et intendebat Arist.} Reddit modo causam, quare Arist. vsus est disiunctione. & voluit hoc fecisse, quia quædam scientia consyderat de causa formali tãtum, vt Mathematica, quædam
G de tribus, vt de agente, & forma, & fine, vt Metaphysica, quædam de quatuor causis, vt Naturalis. & quia ita esse non patet, vsus est sermone in forma dubitationis, siue disiunctionis. non enim patet, an Mathematica sola vtatur, nec de Metaphysica, an tribus, propterea disiunctione vsus est.

Per principia, cãs mouentes, cãs, Finalem, Elemẽta, Formam & materiã intelligit philosophus.

Quia non oĩbus causis oẽs vtuntur sciæ, nota disiũctionis, ideo philosophus in hoc sermõe vsus ẽ.

{Et impossibile.} Refellit tacitã expositionem. posset enim quis dicere literam esse legendam copulatiue. hoc refellit, quia impossibile est, vt hæc nota, Aut, sit vt copulatiua: nam potest scientia perfecta haberi ita per vnam causam, sicut per plures, vt in Mathematica potest haberi scientia perfecta per vnum genus causæ, quia non plura consyderat, quemadmodum in sciẽtia Naturali, per quatuor, quia quatuor consyderat. Ex omnibus his vult habere maiorem, & illius expositionem, deinde probat illam per consensum omnium, vt
H fecit in libro Poste. & patet.

Contra tacitam expõnem inuenit Auer.

{Et intendit vt videtur.} Exponit nonnulla verba posita in probatione maioris, & vult esse intelligẽdum p causas primas, primam materiam, & vltimam, siue primam formam: hæ enim sunt primę & simplices causę. nam quæ sunt præter hæc, siue inter hæc, sunt materiæ compositæ & formæ compositæ. Per prima vero principia, intelligit primum agens, & vltimum finem oĩum rerum. At per elementa intelligit causas existẽtes in re propinquas, & essentiales, siue in genere causæ agẽtis, siue formæ, siue finis, siue materiæ. Per elementa igit vult causas proximas cuiusuis generis causæ.

Expõ aliorum verborum.

{Et innuit per hoc.} Addit causam quare adijcit particulã illam, Vsq; & vult esse additam ad notandũ processum. nam doctrina incipit à causis remotis simplicibus, & tendit in proximas.

Vsq; processũ dicit.

{Et

Non inconueniens. Aut Auer. æquiuoca sumi hæc diuersa noīa in tex. assumpta.

Et sm-hoc.} Dicet quis contra Auer. igitur Aristo. aliter accepit noīa hæc in maiore, aliter in illius probatione. Respondet concedendo totum, quia modicam habuit sollicitudinē de noībus. sunt.n. nomina ad placitum, ideo vtitur illis quolibet ad suum propositum. Deinde his expositis omittens minorem, infert Arist. vt ait conclusionem, & ipse componit syllogismum in commento, & totum patet.

Expositio hæc Auer. mala ē.

Animaduerte ꝙ expositio Auer. circa nomina illa posita in probatione maioris non placet mihi. nam nullibi. Arist. vt legi, vsus est noībus æquiuocis in tam breui sermone. Amplius in Naturali Sciētia, licet processus forte sit ē materia simplici & forma, non est tamen ē primo fine, aut primo agente. Circa tamen hæc sunt dubitationes.

Dubitāes. Prima. An Mathematica tota sola ex causis formalem consyderet.

Prima dubitatio est, vtrum Mathematica abstrahat à tribus generibus causarum, & solum formam consyderet. Et videtur ꝙ non, quia forma & materia sunt ad aliquid: igitur, si consyderat formam, consyderat materiam. Antecedens patet. 2. huius, cō. 26. & 4. huius, com. 11. Amplius vt dicitur. 2. poste. & in. 2. huius, & 7. Meta. Mathematicus consyderat materiam intelligibilem: igitur non tantum formam.

Secunda. An Metaphysicus cās oēs speculetur.

Secundo quærunt, vtrū Metaphysicus omnia quatuor genera causarum consyderat. & breuiter ꝙ sic per verba eiusdem. 2. Metaph. commen. 6. itemq;. 7. Meta. commen. 9. & 12. Metaphysi. commen. 5. & 6. & alibi.

Tertia. An distinctiua illa vera sit.

Tertia dubitatio est, quia illa disiunctiua maior videtur falsa, vt de Mathematica, Metaphysica, & Philosophica patet: est enim quælibet pars falsa, igitur tota falsa.

Quarta.

Quarto dubito quid per formam vltimam siue primam, quidue per materiam primā, & quid per formam & materiam compositas intelligit Auer.

Quinta.

Quinto quærunt omnes, vtrum ad perfectam notitiam rei, requiratur cognitio omniū causarum: & licet aliæ multæ dubitationes fieri soleant, hæ pro nūc sufficiant.

Solutio ad primam secundū alios. Vide Bur. in prolo. huius.

Ad primam respondent recentiores ꝙ Mathematica solā formam cōsyderat, non quidem dantem esse, sed declarantem esse, cuiusmodi est definitio.

Confutatio.

Sed cōtra, quicunq; consyderat definitionem, cōsyderat illud, è quo definitio ipsa sumitur. sed definitio sumit à forma dante esse: igitur Mathematicus consyderat formam dantem esse. & ita redit argumētum idem quod prius.

Solutio sortiū colarū terminista vel nominales.

Sortricole dicunt, ꝙ quatuor causas cōsyderat Mathematicus, non tamē cōsyderat quatuor causas. Prima pars patet. quia hæc consyderat vt argumentū dicit, & hæ sunt quatuor causæ, non tamen sub ratione qua causæ sunt: solam.n. formam sub ratione qua forma consyderat. Alij dicunt, quod omnia genera causarum consyderat, sed in frequentiori vsu demonstrat per formam.

Vide Bur. vbi supra.

Ad secundam respondent recentiores, ꝙ Auer. intelligit per Meta. eam partem, in qua tractatur de substantijs separatis, quæ solum habent tres causas, & carent materia.

Confutatio.

Sed contra, quia à pari philosophica abstraheret à materia, quia in illa parte principaliori, vbi tractat de substantijs separatis, vt in. 8. materiam non cōsyderat quia substātiæ abstractæ carēt materia.

Solu. propria.

Ideo animaduerte ꝙ Metaphysicus solū tres causas, quatenus causæ sunt, consyderat finē, formā, & agentē. nā hæ cōes sunt separatis & cōiunctis in materia, etiā vt causæ, quia vero materia, vt materia, non est cōis separatis & materialibus, ideo solum illam consyderat sub ratione potentiæ, quæ est vna entis differentia. Metaphysicus.n. consyderat, quæ sunt abstracta à motu. modo abstracta à motu sunt in duplici differentia, quædam sunt abstracta à motu per essentiam, vt Deus & intelligentiæ, quædam per participationem, quæcunq; ab intellectu possunt inueniri cōia rebus abstractis & materialibus, vt ens, bonum, actus, potentia, forma, finis, agēs, & id genus: materia autem vt potentia bene à Metaphysico consyderatur. Tunc patet solutio per tertium Metaphysicæ com. 3. concedo enim ꝙ omnes causas consyderat, tres propriæ, materiam sub ratione cōmuni.

Ad tertiam.

Ad tertiam videtur Auer innuere ꝙ illa disiunctiua, vt disiungit terminos, falsa est, sed, vt disiungit intellectum terminorum, est vera. est enim sensus ꝙ omnis scientia consyderat, aut omnes. aut plures, aut vnam causam: & sic teductiue est vera pro qualibet illius parte.

Idem vbi supra.

Ad quartam respondet recentiores multis modis, tā Auer. 1. Cœli cōmen. 1. vult per primam materiam & vltimam, siue primam formam, causas simplices, vt materiam elemēti & formam elemēti: at per materias compositas & formas compositas, vult causas compositas: per materiam compositam quidem ipsum elemētum, quod est materia mixti: per formā vero compositam, formām mixti. quæ, licet non sit composita ex formis elementorum essentialiter, est composita dispositiue, quia illa esse non potest, nisi præsint elementariæ formæ.

Ad vlti.

Ad vltimam quæstionem sine argumentis recentiores principaliter dicunt tria. primo, ꝙ ad perfectam notitiam simpliciter alicuius rei definitiuam, quam incomplexam vocant, dicūt nō esse necessarium cognoscere omnes causas, è quibus res illa dependet, sed tantum materiam & formā, è quibus ipsa rei definitio constat. Dicunt secundo ꝙ ad perfectam rei cognitionem simpliciter demonstratiuam, quam complexā aiunt, esse necesse cognoscere omnes causas. Dicunt tertio ad perfectam in genere esse necesse cognoscere causas illius generis: & in his omnibus per causas intelligit per se causas, non per accidens. Sed pace horum dixerim, hæc stare nō possunt & inuicē repugnant. primo, quia rationes pro prima conclusione cōtradicunt secundæ conclusioni. & rōnes pro secunda cōtradicunt primæ, vt intelligenti patet. Secundo, prima cōclusio contradicit secundæ. nam demonstratiua notitia ex definitione aut subiecti, aut passionis depēdet: igitur, si ad notitiam definitiuam simpliciter non sunt necessariæ nisi duæ causæ, nec ad demōstratiuā plures illis necessariæ erūt, nisi demōstratiua possit alio modo quam per definitionem haberi, contra Arist. vbiq;. Tertio cognitio definitiua ex sola forma est, vt Auer. vult in multis Metaphysicæ locis.

Actoris sensus vlt. dubi. Rei pfecta notitia, pūt ipsā existentiā concernit, ex causarū oium cognitione consurgit: ad rei vero definitiuam notitiam formam, & materiam cognoscere necesse ē.

Propter hæc & alia multa, videtur breuibus esse dicendum, ꝙ res scibiles, vel abstrahunt ab existentia, vel concernunt existētiam. concernit.n. existentiam eclipsis. quando in actu sumitur, tonitruum, nix, grando, & reliqua sublimia, quoties accipiūtur, vt effectus rerum: abstrahūt vero ab existentia, quādo in aptitudine sumuntur, vt eclipsabilitas: sic enim est lunæ passio, & cætera id genus. Tunc diceremus ad perfectam notitiam rei definitiuam, prout concernit esse, & existentiam, esse necesse cognoscere omnes causas, è quibus esse & existentia proficiscuntur, & hoc modo Arist. definit tonitruū: est.n. sonus extinctionis exhalationis in nubibus, vt expurget pluuia. Sonus.n. loco formę tangit, extinctionis vero loco agētis, in nubibus aūt loco materiæ, vt expurgetur pluuia loco finis: ecce quo oēs cāe sunt, & hac definiēdi forma res meteorologicæ definiunt.

Tertio Meteo.

Secūdo dicerē ad pfectā notitiā definitiuā simpliciter rei abstrahentis ab existētia, esse ne-

cesse

cesse tãtum formã & materiam, è quibus solis est rei essentia, cognoscere: formam quidem vt totam essentiam, materiam vero vt sine qua non, & subiectum essentiæ. hæc patet. nam ex quo abstrahit ab existentia, abstrahet ab agente & fine, quæ sunt causæ rerũ, quatenus illæ existunt in effectu, & non in aptitudine. tunc conformiter dicitur de notitia demonstratiua. nam ad demonstratiuam rei existentis necessaria est cognitio omnium causarum. nam hæc sine definitiua esse non potest: ad demonstratiuam vero rei abstrahẽtis ab existentia, etiam simpliciter sufficit cognoscere materiã & formam, vt dictum est.

Dubium.

Sed cõtra arguunt. primo, quia perfectior est cognitio rei per omnes quam per duas causas, Secũdo, quia addatur notitiæ per duas causas habitæ hæc, quæ habetur per alias duas, & patet illam intẽdi. Ad hæc respondeo, & ad primũ ꝙ perfectior est cognitio rei per omnes quam per duas, quando omnes pertinent ad rei esse: modo res ipsa definibilis, vt abstrahit ab esse in effectu, abstrahit etiam à causis extrinsecis, & sic pillas nõ potest definitio nec augeri, nec minui. Ad secundam per idem dico, ꝙ non potest addi, quia res vt abstrahit ab existẽtia nõ est cognoscibilis ꝑ causas extrinsecas.

Solutiones.

AVGVSTINI SVESSANI

MEDICOS IN PRIMVM PHYSICORVM.

RECOGNITIONES.



Extus iste est difficillimus, vt diuersitas eorum, qui exponunt, ostendit. nam Græci, & Arabes, & Latini circa huius expositionem, & nos longo tempore elaborauimus: omnes tamẽ conueniũt ꝙ Arist. more boni oratoris huic libro præmittat procemiũ. sed, cum procemium plura continere possit, quid faciat in hoc procemio, non est exploratum. Simplicius vir doctissimus asserit Aristo. in hoc procemio proponere intentionem totius Sciẽtiæ Naturalis. quæ expositio consona videt naturæ procemij. omne enim procemium continere debet intentionem: qm̃ per intẽtionem, vt Rhetoricorum. 3. patet, attenti reddũtur auditores, Sed dices hæc expositio non est consona conclusioni, quæ fit in textu. concludit. n. Aristot. in scientia Naturali esse prius agẽdum de principijs, quod videtur attinere ad ordinem procedendi. Soluere videtur Simplicius ꝙ Arist. non attulerit conclusionem principalem, quæ est principalis intẽtio sciẽ Naturalis, sed aliquid loco illius. Sed pace tanti viri dixerim, tunc Arist. non fuisset sibi consonus: quoniã debebat ponere intentionem secundum Simplicium, q̃ non posuit. quonam modo fieri põt vt posuerit intentionem. li eam non ponat? Quare consueuimus dicere, vt sæpe diximus, Arist. in procemio præsenti, & hoc in textu assignare ordinem procedendi in Scia rerum naturalium, vt auditores dociles reddat. nam vnũ supponit, & aliud in præsenti textu explicat, & probat. supponit, enim ꝙ intentio scientiæ Naturalis sit pertractare de rebus naturalibus, idest de effectibus naturæ, & de eorum causis. sic enim scientia naturalis differt ab Historia naturali: quippe cum historia naturalis sit de effectibus, qui accidunt in natura, & non de causis eorum, at Scientia Naturalis est de effectibus, & de co-

Simplicius intentionẽ huius sciã in hoc procemio intendere Philosophũ volut.

Qua nã procemium habere oporteat lego Auer. in huius libri procemio.

Refutatio

Expositio propria.

Ordinem procedendi in hoc procemio Arist. ponere putat.

E rum causis. nec curauit hoc quod supponit hic explicare, sed ipsum supponit tanquam explicandũ in Primo libro de Cœlo, qui est primus librorum particularium. Id vero, quod probat in præsenti textu, est, ꝙ volenti agere de rebus naturalibus per suas causas, agendum sit prius de causis, & de principijs, & elementis, vt ex eorum cognitione procedamur ad rerum naturalium cognitionem: per quæ demonstrauit ordinẽ procedendi vniuersalem, quem vult seruare in scia Naturali. Hanc expositionẽ olfecit Auer. in principio commenti, cum dixerit Arist. incœpisse à causa, ob quam fuit considerario huius scientiæ, in cognitione causarum rerum naturalium. Expositor autem non modo hanc expositionem olfecit, sed aperte explicauit. Qua ratione fit, vt sit huius textus hæc conclusio, ꝙ volenti procedere ad cognitionem rerum naturalium, agen-

F dum sit ptius de principijs, quod Arist. facit. nam volẽs agere in scientia naturali de rebus naturalibus, in hoc libro, qui Physicæ Auscultationis inscribitur, agit communiter de principijs rerum naturalium, & de his, quæ rebus naturalibus communiter accidunt ex illis principijs, vt legentibus totum Auscultatorium librum perspicuum erit, Sed quo nam modo probetur conclusio, & de reductione textus in artem Prioristicam, nõ parua ambiguitas est. Simplicius, & ante ipsum Alexander & Porphyrius, & ante hos Theophrastus, sic componunt syllogismum. Quæcunq; habent principia, scire contingit ex cognitione suorum principiorum: naturalia habent principia: igitur naturalia scire contingit ex cognitione suorum principiorum. & hanc expositionem Auer. sectatur. Sed pace tantorum virorum dixerim, hic syllogismus nunquam fuit Arist. qm̃ ille syl-

Forma syllogistica totius rationis in tex. posita, ex diuersis sumpta. Qua Simpli.

Refutatio.

G logismus est Arist. cuius ipse ponit aliquas propositiones, vtputa vel omnes, vel plures, vel saltem prosyllogismi, vt docuit Primo Priorum, cum declarauerit resoluere orationes syllogisticas in syllogismos. at huius syllogismi nihil ponit, nec eius prosyllogismi, vt patet legenti verba, nec valet dicere, vt Simplicius asserit, Aristo. non posuisse conclusionem, sed aliquod loco illius: quoniam tunc hoc habet locum, quando id, quod ponit, esset aliquo pacto ad propositum conclusionis. Quare melius dicendum syllogismum Arist. esse hunc: In omni scientia, cuius principia sunt: procedẽdum est ex cognitione principiorũ: Sciẽtia Naturalis est scientia, cuius sunt principia, igitur in scientia naturali procedẽdum est ex cognitione principiorum. De ratione primo affert Maiorem, & illius probationem ex communi hominum opinione, quomodo probari solent

Propria expõ.

H per se nota: deinde infert conclusionem ibi {Manifestum.} per quæ patet verba Arist. esse legẽda suspensiue vsq; ibi {manifestum.} Sed Simplicius circa minorẽ sui syllogismi, quẽ putat esse Arist. primo disputat, deinde circa maiorem. Minor autem erat, naturalia habent principia. ideo quærit, cur Arist. hanc minorem nõ probarit, sed tantum assumpserit. Theophrastus in principio rerum Naturalium librorũ ab ipso conditorũ, minorem illam sic demonstrauit. Naturalia sunt corpora composita: omne autem corpus compositũ principia habet, ex quibus cõponitur: igiť naturalia principia habent. Quod aũt naturalia sint corpora cõposita, Theophrastus probat, quia tam corpus q̃ corpus habens est cõpositũ: & naturalia sunt vel corpora, vel corpus habẽtia: igiť naturalia sunt corpora cõposita, Hoc pacto Theophra. minorem demõstrauit, q̃ videlicet credunt Arist.

Cur Arist. Naturaliũ nõ probarit principia esse: sed supposuit.

Theophra. Non probauit hoc philosophus, sed huius secũdo supposuit, vbi cuncta naturalia corpora ex principijs cõposita esse probauit.

Arist.accepisse indemonstratam. Videtur autem hæc Theophrasti expositio satis ad verba Aristot.2.huius, vbi distinguit q̀ sit aliud natura, aliud ens naturale, aliud ens ſm naturam. vbi ens naturale compositum corpus autumat:quod habet naturã,i.materiã vel formam: naturam vero, materiam vel formam, ens vero secundum naturam omne accidens rebus naturalibus. & sic Aristo.non probauit eam, quia supponit probatam.2.huius.

Porphyrius. Nam naturalia habere principia ad Met. ꝓbare spectat.

Porphyrius vero asserit Aristo. eam non demonstrasse, quia probare eam attinet ad artificem superiorem, vt ad Metaphysicum, qui probat naturalia habere principia, & talia, quibus naturalis vtitur vt concessis, ac datis. Sed istud, quod Porphyrius asserit, est quæstio non hic disputanda. posterius enim disputabitur, vtrum sciẽtia inferior posit probare sua principia.

Simplicius.

Melius cum Simplicio puto esse dicendum, q̀ Aristote.minorem illam non probarit, quia eam acce- B pit vt dignitaẽ, & propter hanc causam incœpit hunc librum à causali particula. {Quoniam,} ad indicandum propositiones assumptas esse vt concessas, licet maiorem persuaserit ex inductione, atque communi hominum consensu, ac opinione, quomodo probantur dignitates.

Verborum tex.expõ.

Sed quod ad verba attinet, quærit quid per Principium, quid per Causam, & quid per Elementum intellexerit Arist.

Alex. Principiũ, efficiens. Causa formam. Elemẽtum, materiam putat.

Alexan. asserit Aristote. intellexisse per principium causam efficientem, quæ est principium vnde motus: per Causam vero, cuius gratia, & formam, quoniam in ijs, quæ natura constant, forma finis idem est. per Elementum vero intellexisse materiam: quoniam materia inexistit ei, cuius est materia. Hanc expositionem Alexander ab Eudemo accepit.

Obiectio. Simplicij.

Contra obijcit Simpli. quoniã authoritate Porphyrij, quot modis dicitur causa, tot modis dicitur princi- C pium: ergo non potest accipi principium pro efficiente, quin pro eodẽ accipiatur causa. Deinde, quia non videtur elementum solum accipi pro materia, cũ etiã forma insit causato.

Error Auer.

Et propterea Auer. per elementa intellexit materiam & formam, & asserit hanc expositionem fuisse Alexãdri. Et errauit primo, quia hæc sua expositio non fuit Alexandri, cum Alexander per elementa solum materiam intellexerit, & non formam. deinde, quia nõ potest principium pro vno, & causa pro alio accipi, cũ, vt Porphyrius inquit, causa & principium eisdem, & tot modis dicantur.

Simpli. ac propria expo per principia aut cãs cõia cãrũ genera, ꝑ Elementa proximas cãs intelligere oportet.

Quare dicamus Aristo. per principia & causas, intellexisse eadem genera causarum, sed communia, & per eleméta, principia, & causas proximas, & sic erit sensus. {Quoniam intelligere & scire contingit circa omnes scientias, quarum sunt principia aut causæ.} idest quarum sunt commu- D nia genera causarum omnia vel plura, & {elementa} idest & quarum sunt omnia vel plura genera causarum proxima, ac propria. quasi dicat, quoniam intelligere scientificum contingit circa omnes scientias, quarum sunt causæ communes, & proximæ, {ex horum cognitione.} & reddens causam dicit, {tunc enim opinamur cognoscere vnumquodq;, cum causas primas} idest communes {& principia prima} idest communia {cognoscimus, & vsq; ad elementa} idest & vsq; ad causas proximas. Et hæc videt̃ expositio Simplicij, quæ optima est. quia Arist. per principia & causas in prima & secunda parte textus, non intelligit diuersa causarum genera, sed eadem: quoniam particula {aut} non disiungit inter diuersa appellata, sed inter diuersas appellationes, quibus appellãtur res, quæ sunt causæ. nam res, A quæ appellantur causæ, eadem alia ratione principia appellari possunt. Et per elementa etiam in prima & secunda parte textus, semper proximas causas intelligit, quæ alio nomine dicuntur proxima principia: & sic non æquiuocat Aristote. vt Auerrois putat, in tam breui contextu. Sed dices, vt Auerrois ait, tunc Aristoteles nõ complexus esset omnes scientias in maiore, quia non omnis scientia cõtemplatur suum proprium scibile per omnia genera causarum. Patet solutio, quia est complexus omnes scientias, quarũ sunt causæ, non autem quarum sunt omnes causæ, quæ alio nomine dicuntur principia: sed quarum sunt causæ, scilicet communes causæ, aut principia, scilicet cõmunia, & quarum sunt elementa, quæ sunt proximæ causæ. Illa enim particula causæ, quæ accipitur indefinite, facit vt posit accipi scientia pro omni scientia, cuius B sunt causæ.

Auer. expõ derisibilis est.

Expositio igitur Auer. est omnino derisibilis, quoniam cogitur imponere Aristote. æquiuocationem. Ex hac nostra expositione, quæ Simplicij esse videtur, patet textum esse legendum, vt in antiquis codicibus legitur, sic: {quarum sunt principia aut causæ, & elementa.} Nam prima pars disiungit appellationes, quibus res, quæ sunt causæ, appellant̃: quasi dicat, quarum sunt principia, siue alio nomine, quæ dicũtur causæ: secunda vero coniungit elementa, quæ sunt proximę causæ, & dicit {& elementa} idest & quarũ sunt elementa. hoc est, proximæ causæ, quasi dicat. In omni scientia, cuius sunt principia communia, quæ alio nomine dicuntur causæ, & elementa, quæ sunt causæ siue principia proximaq; cõtingit scire ex cognitione illorum. Cum vero dixit {intelligere & scire.} Alexander intellexit pro eodem, quasi synonima: sed reuera diffe- C runt. quoniam intelligere siue cognoscere per sensum, & opinionem, & immediata, quorum nullum cognoscimus per demonstrationem. ideo Simplicius per intelligere & scire, intelligit cognoscere scientificũ: quod an sit bene dictum, in nostris commentarijs patet. Et cum dixit, {tunc enim arbitramur cognoscere} per cognoscere intelligit, vt dixit, sciẽtificum cognoscere. Et cum dixit, vnumquodq;} intelligit vnumquodq; scibile, cuius sunt causæ communes, & proximæ. Et cum dixit, {causas primas. & principia prima} intelligit communes causas, quæ appellantur duplici nomine, nunc videlicet causæ primæ, nunc principia prima. Et cum dixit, {vsq; ad elementa} per eleméta intelligit causas, vel principia proxima. & sic per causas & principia idẽ intelligit, alia tamen appellatione. per elementa vero aliud, non quidem aliud secundum genus causæ, sed D aliud secundum propinquum & commune. Nam per causas & principia, communes causas, & per elementa proprias causas intelligit, ac proximas, & quidẽ in eodem genere causæ. Et per scientiam de natura, intelligit scientiam naturalem, quæ pertractat de rebus naturalibus.

Quid per sciẽtiã de natura.

Ex quo patet eos nõ recte exponere, qui per scientiam de natura intelligunt solum scientiam naturalem, quę traditur in.8.libris Phy. semper enim Arist. per scientiam de natura intelligit sciẽtiam naturalem, vt Primo de Cœlo patet, cum dixit, {scientia de natura ferè plurima videtur,} & reliqua.

Dubitatio.

Sed dices, videtur Arist. intelligere per scientiam de natura, scientiam traditam in hoc libro, quia in hoc libro prius agit de principijs in Primo & Secundo lib. deinde de principiatis. Non habeo pro absurdo eum intelligere vtrũq;, qm̃ scientia naturalis, quæ tradit̃ hic, tota scientia de natu-

ra est. nec differt. nisi q in hac agatur de rebus naturalibus sub ratione vniuersali, in tota autem sciētia de natura sub ratione vniuersali & particulari. Et cum dixit {quæ circa principia,} intellexit ea omnia quæ attinent ad principia rerum naturalium. quoniam tractabit numerum, videlicet q tria sint: qualitatem, q eorū aliqua sint contraria: substantiam, quia vnumquodq; quid sit. Hactenus de textu, nunc accedamus ad recognoscendum ea quæ diximus in commentarijs. Sed circa ea quæ Auer. dicit de mathematicis, puto posse defendi, demonstrationes mathematicas esse proprie demonstrationes, quæ tamen nec sunt per causam, nec per effectum, & hoc non iniuria, quoniam Mathematicus nec causam consyderat, nec effectum, cum ratio causæ & ratio effectus ad Metaphysici consyderationem attineat. Quòd si nec causam nec effectum consyderet, nec demonstrationes conficere poterit per causam nec per effectum, cum semper qui demōstrat, consyderet id quod demonstrat, & causam vel effectū per quem demonstrat. quare Mathematicus demonstrat, qui nec per causam, neq; per effectū syllogizabit. quandoquidem Mathematico in processu propositiones assumptæ, licet sint notiores ipsa conclusione demōstrata, tamen respectu rei significatæ per cōclusionem nec causam, nec effectum Mathematico representant. Ex his concedi potest aliquid sciri perfectissima demonstratione, atque certissima, quod tamen nec per causam, nec per effectum scitur, immo nec quia, nec propter quid. Sed dices, Mathematicus scit: sed scire est p causam, & quoniam illius est causa: igitur non potest scire nisi per id, quod scit esse causam eius, quod scit. Insuper Mathematicus in sciendo demonstrat: sed demonstratio aut est quia, aut propter quid, vt Aristote. dicit. 1. Poster. ibi. {sed differt quia & propter quid.} igitur mathematicus scit propter quid, cuius contrarium dictum est. Sed defendi potest. nam scire est per causam, aut per id quod æquiualet causæ: & sic mathematicus non scit per causam, & quoniam illius est causa, sed per aliquid, quod in demostrando æquiualet causæ, immo potissimæ causæ. nec scit quia nec propter quid, sed per aliquid, quod æquiualet ei, quod est propter quid. Vnde alijs verbis dici potest. Scientiam Mathematicam esse per causam identicæ, non autem formaliter. Ex his sequitur scientiam demōstratiuam, per quam de Deo scimus aliqua prædicata qualitatiua, vt quod Deus sit * indiuisibilis, quia est intellectus, & q sit vnus, quia primum ens simpliciter, esse per veram demonstrationem: quæ tamē nec est per causam, nec per effectum, cum in rebus diuinis nihil sit causa, nihilq; effectus: est tamen per id, quod in demostrādo æquiualet causæ, vel effectui, aut ipsi quia, vel propter quid. Qua ratione fit, vt propositiones in mathematicis, vel metaphysicis demonstrationibus, quæ sunt de Deo, necessariæ sint nobisq; notiores, quæ tamen respectu rei significatæ per conclusionem, nec causam nec effectum significant. hæc de prima recognitione.

De metaphysica.
** al. lege, in uisibilis.*

Secunda recognitio.

Vlterius Auer. in commento asserit maiorem syllogismi esse legendam sub disiunctione. tum vt omnes sciē complecteretur (nam est Metaphysica sciētia, quæ nō consyderat in demonstrando per omnia genera causarum, tum etiam vt complecteretur diuersa causarum genera. & hæc ambo non sunt bene dicta. Primū quidem non dicitur, quia, si maior sub disiunctione acciperetur, de nulla facultate erit vera: quoniam nulla fa-
E cultas est, quæ consyderat aut principia tantū, aut causas tantum, aut elementa tantum. non enim Naturalis consyderat principia tantum, intelligendo per principia, vt ipse intelligit, nec causas tantum, nec elementa tantum. insuper non erit vera de mathematica, nec de metaphysica: igitur prima ratio, quā asserit, friuola est. Secunda etiam reprobata est, quia vt diximus, textus emendatus in codicibus græcis legitur partim sub disiunctione, cū dicitur principia aut causæ, partim sub copulatione cum dicitur, & elementa. Est etiam falsa expositio Auer. hæc, quia causa & principium dicunt totidem modis, vt Porphyrius inquit. hæc de secunda recognitione.

De ordine procedendi.

Vlterius quæritur hic ordo procedendi assignatus in textu, qui est à cognitione principiorū, causarum, & elementorum, vtrum sit ordo in scientia naturali totali, an particulari. non in scientia naturali
F totali, quoniam in hoc libro, in quo agitur de principijs communibus, agitur etiam de cōmunibus principiatis, ergo nullus est liber in Naturali Philosophia, in quo prius agatur de principijs, quin in eodē agatur de principiatis. Si ordo intelligatur in scientia particulari, quæ habetur de particulari cōclusione, vt de illa, cerebrum hominis est maius quam in cæteris animalibus: vel de illa, homo hominem, & equus equum generat, aut de illa, homo solus inter animalia est erectæ staturę, aut de alijs eiusmodi, tunc sequuntur duo: vt q non semper procedendum sit a remotis causis. nam in cognitione talium conclusionum satis est procedere per proximas causas, vt Arist. docuit Primo de partibus, & Primo de Generatione animalium: cuius contrarium dicit {tunc enim opinamur cognoscere} scilicet scientifice {vnūquodq; cū causas primas cognoscimus, & prima prin-
G cipia vsq; ad elementa.} Secundum quod sequitur, est contra Auerroem in commen. qui asserit Mathematicum consyderare vnum genus causæ, Metaphysicum tria causarum genera, Naturalem quatuor, vt intelligit in demonstrando. Modo, si ordo intelligatur in particulari in scientia. quæ est vnius conclusionis, non est verum, vt in ea procedatur per cognitionem omnium generum causarum: nam illa conclusio, cerebrum hominis maius est cerebro cæterorum animalium, solum demōstratur per vnum genus causæ. videlicet, quia debet refrigerare calidum cordis hominis, quod est maius calido cordis cuiusq; animalis. sic enim eam demonstrauit. Aristo. lib. 3. de partibus. Insuper illa, homo hominem, & equus equum generat deducto impedimento, demonstratur per genus causæ efficientis. quia vnumquodq; agens, deductio impedimento, generat sibi si-
H mile in specie. Ad hæc illa conclusio, homo vnus inter cætera animalia est rectus, demōstratur per genus causæ materialis, quia homo solus inter cætera animalia est excellenter calidus, atq; ex partibus calidioribus constitutus, quarum est erigere corpus. demonstratur etiam per genus causæ finalis, quia homo solus superiora spectat, vt igitur facile possit superna spectare, homo solus est erectus. vnde illud. Ouid.

"Pronaq; cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumq; videre
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus."

Modus tuendi Auer.

Non ergo ordo ille bene intelligitur in particulari sciā Naturali, quæ est vnius conclusionis, Defendi potest fortasse, quòd ordo procedendi intelligatur solum in sciētia totali: nam in facto, huiusmodi ordinem seruat. quia in præsenti lib. Physi. agit de communibus principijs,

cipijs,& communibus causis, deinde descendendo specialim ad particulares res naturales,agit de illis ꝑ principia,& causas propinquiores,& sic suo ordine in cæteris libris procedit semper. Et ad obiectionem patet solutio,quoniam agitur de communibus principiatis in hoc libro, in quo agitur & de cõmunibus principijs necessitate doctrinæ:quia agi nõ potest de relatiuis, quin necessitate doctrinæ agatur de correlatiuis. non autẽ necessitate ordinis procedendi in scientia totali. quia ordo in scientia naturali totali non requirit,nisi vt agatur prius de communibus principijs, deueniendo postea ad propinquiora. Si vero ordo procedendi intelligatur particulariter,vt puto secundum rei veritatem esse intelligẽdum,(nam ſm veriorem expositionem puto Aristo.assignasse ordinem in doctrina demonstratiua,quem Philosophus Naturalis seruare debet in scia de natura)etiam obiectiones diluuntur. Prima quidẽ, quia,cum Aristo.asserit in libris de Animalibus,non esse demonstrandam conclusionẽ nisi per proxima principia,intelligit demõstratione contracta ad librum de Animalibus, nam demonstratione, quæ est extra librum de Animalibus,nihil prohibet demonstrare per principia communia,contracta tamen ad genus scientiæ naturale. Secũda vero diluitur, quoniam Auer. non intelligit ꝙ semper naturalis conclusio demonstretur per omnia causarũ genera, sed ꝙ Naturalis possit demonstrare per omnia genera causarum siue vnam, siue plures conclusiones, Mathematicus nõ nisi per vnũ genus causæ, Metaphysicus vero per tria, non tamen semper omnem conclusionem. Auer.ergo dictum intelligi debet in vna vel pluribus cõclusionibus. Quod aũt hic Arist.hunc ordinẽ intellexerit in doctrina particulari,in proximo tex.patebit. Vltimo circa ea,quæ diximus in commentarijs de notitia perfecta, non est parua difficultas,sed pro vlteriori dilucidatione accipiamus Primo, definitiuã notitiam haberi per definitionem,demonstratiuam vero haberi per demonstrationem.de homine enim quid sit, notitia habetur per definitionem,de hoĩe vero ꝙ sit disciplinæ capax, habetur per demonstrationem quare ratione sit, vt prima notitia,notitia sit definitiua, secũda vero demonstratiua,nam ad secundam prima est necessaria: nõ.n. potest haberi demonstratio, nisi medium sit definitio aut subiecti,aut prædicati conclusionis. Secundo accipiamus definitiuam cognitionem alicuius rei dupliciter posse esse, verbi causa hominis,aut perfectam simpliciter. videlicet cum faceret cognoscere hominẽ ſm omnia prædicata quidditatiua,& essentialiter qualitatiua,quot quibusue homo intelligibilis est: aut perfectam in genere,vt cum faceret cognoscere hominem secundum omnia prædicata quidditatiua, & essentialiter qualitatiua contracta ad certũ genus scibile,quot quibusue cognosci potest.vt ſm oĩa prædicata qualitatiua & quidditatiua contracta, vel ad ens inquantum ens,quod est genus scibile metaphysicum: vel ad ens quatenus quantum,quale est genus scibile mathematicum:vel ad ens mobile,quod est genus physicũ.semper enim hæc hominis notitia perfecta esset in genere. His suppositis de notitia definitiua recognoscẽdo ea, quæ diximus, afferamus,ꝙ, si loquimur de definitiua perfecta simpliciter,cum illa sit rei ſm omnia prædicata quidditatiua, & essentialiter,qualitatiua, quibus quotue cognosci potest,si talis res habeat omnes causas propinquas & remotas,à quibus accipiuntur prædicata omnia,quibus cognosci potest, ad cognitionẽ talis rei definitiuam requiritur cognitio omnium causarum tam remotarum,quam propinquarum. verum hæc cognitio non erit in certo genere, sed in genere sciendi misto. Si vero nõ habeat nisi aliquas causas, vt intelligentiæ, quæ non habent causas, nisi agentem. & finalem,& formalem, & tantum propinquas, videlicet Deum,qui est earum causa propinqua in triplici genere causæ,ad cognitionem simpliciter perfectam taliũ definitiuam,non requiritur cognitio omnium causarum,sed solum earum,à quibus depẽdent. Et si res sit, quæ nõ dependet ab aliquibus causis,vt Deus,ad perfectam notitiam Dei simpliciter definitiuam, non requiritur cognitio alicuius causæ, cum nullam habeat. Tunc ex his sequitur notitiam causati physici, vt abstrahit ab existentia, non posse esse simpliciter perfectam per vnam,aut duas causas, videlicet materialem & formalem,vt in Commentarijs diximus. nam, cum effectus consyderantur,vt abstrahit ab existentia. consyderatur secundum certum genus scibile. non ergo, vt sic,eius notitia potest esse simpliciter perfecta: quippe cum perfecta simpliciter sit rei, quæ non contrahitur ad certum genus scibile. Quòd si loquimur de definitiua notitia perfecta in genere, nonnunquam requiritur cognitio omnium causarum, non tamen secundum omnem rationem, sed vt causæ illæ omnes contrahuntur ad certum genus scibile. vt, si notitia perfecta in genere definitiua sit hominis contracti ad genus physicum, hæc erit per omnia genera causarum, nõ tamen secundum omnem rationem, quia nõ secundum rationem,qua sunt remotæ. Aliquando requiritur cognitio vnius generis causæ, vt si sit res contracta ad genus mathematicum. Aliquando requirit cognitio triũ generũ causarum, vt si res habeat tres causas contractas ad certum genus, vt intelligentiæ. Aliquãdo ad notitiam definitiuam perfectam in genere nullius generis causæ requiritur notitia: vt si Deus cognoscat contactus ad genus scibile metaphysicum: nullã enim habet causam. Hæc de notitia definitiua. De notitia vero demonstratiua dicamus,ꝙ,cum medium in demonstratione sit definitio alterius extremi, tunc ad demonstratiuam requiritur cognitio omnium causarũ, quando medium in ea fuerit definitio assignata per omnia genera causarum. Quando vero per medium,quod est definitio assignata per vnum genus causæ, demonstratiua erit per vnum.& genus vt breuiter dicam, pro ratione definitionis ita de demonstratiua dicatur. Hactenus de recognitionibus primi tex.& primi cõmen.

VLT. RECOGNITIO.

De notitia definitiua recognitiones.

De notitia demonstratiua.

DILVCL *Insita autem nobis uia hæc est,ut è notioribus nobis atq; manifestioribus ad notiora,ac naturæ manifestiora proficiscamur. non enim sunt eadem nobis atq; simpliciter nota. Quapropter hoc modo ex his quæ naturæ quidẽ minus sunt nota nobis autem manifestiora,ad ea, quæ apertiora, naturæq; notiora proficiscamur necesse est.*

ANTI. *Innata est autem ex notioribus nobis uia, & certioribus ad certiora naturæ & notiora,non enim eadem et nobis nota sunt, & simpliciter. Vnde necesse est secundum hunc modum procedere ex incertioribus quidem naturæ,nobis autẽ certioribus ad certiora naturæ, & notiora.*

Textũ hunc Them. vir magnus exponit hoc modo. Arist. hactenus cõclusit in tractãdo de rebus naturalibus, esse pertractandum de principijs: de principijs

Themistius. Solius nobis priora et qua

notiora facilius capimus.

Natura vero q̃ ex sui substantia simpliciora habentur.

autem nihil demõſtrari põt, nã ſi demonſtratio ex prioribus exiſtit, priora inueſtigãtes, principiorũ principia inuenire velle videbimur} vult ꝙ Ariſt. ſoluat per hoc, ꝙ prius eſt dupliciter, & ad nos, & ad naturã. nobis ea priora videntur eſſe, quæ notiora ſunt nobis, quæq; facilius poſſumus deprehendere: naturæ autem priora ſunt illa, quæ ex ſua ſubſtantia ſimpliciora habenẽ. vult ꝙ Ariſt. ſoluat quæſtionem, & nõ quod ſyllogizet: ſed nos huic non cõtradicimus, quia reuera cõtradici non poteſt, ſed expoſitionẽ Auer. magis conſuetam iam ſectabimur. {Cum declarauit.} Auer. itaq; aliter textum hunc introducit: & vult, ꝙ, cum Ariſto. concluſerit de principijs eſſe tractandum, nũc ratiocinaẽ vias, quibus de his erit tractandum. {Et via inducens.} Nunc tãgit rationẽ, cuius accipit maiorem, videlicet à nobis notioribus eſt procedendum ad tractandũ de principijs. Cui maiori poſſunt addi plures minores: quarũ prima eſt, F ſed incertiora naturæ ſunt nobis notiora: cuius probatio eſt, quia non ſunt eadem nobis & naturæ nota, igiẽ ab incertioribus naturæ, nobis autẽ certioribus procedendum ad tractandum de principijs. Huius rationis tangit maiorem, & illius probationẽ, & concluſionẽ. {Quia illa quæ ſunt cognita.} Soluit quæſtionẽ Auer. vtrum non ſemper eadem ſint nobis & naturæ nota; Reſpondet ꝙ in naturalibus nunquam eadem vel rariſsime ſunt nobis & naturæ notæ: in mathematicis autem, de facto quæ ſunt nobis nota, eadem ſunt etiam naturæ manifeſte {Quia igitur.} Ex his concludit differentiam inter demõſtrationem ſigni, & demõſtrationem ſimpliciter. & vult ꝙ demonſtratio ſimpliciter ea ſit, in qua proficiſcimur è nobis & naturæ notis, vt in mathematicis: in quibus demonſtrationes ſunt cauſæ & eſſe, vt in prooemio diximus, At cum proficiſcimur G ab eis quæ nobis nota ſunt, & non naturæ, demonſtrationes erunt ſigni, nõ ſimpliciter. Quid vero ſit demonſtratio cauſæ, dictum eſt. reliquum commenti patet.

Dubitatio.

An eadẽ ſint nobis & natura notiora tã in naturalibus, quã in mathematicis

Secunda.

Tertia.

Circa hæc dubitatur, Primo, vtrum poſsint aliqua eadem eſſe nobis & naturæ nota, vt in mathematicis. Videtur ꝙ non: primo quia proceſſus contrarij non poſſunt coincidere in vnum: ſed proceſſus naturæ & noſter ſunt contrarij, vt Themi. ait: igiẽ nunq̃ in vnũ coincident. Secundo, ſi in mathematicis idem eſſet notum nobis, & naturæ, tunc idem eſſet ſimplex & compoſitum, quia, vt Themi. inquit, notum nobis eſt compoſitum, naturæ vero ſimplex. Tertio Ariſtot. inquit. Non enim ſunt eadem nobis atq; ſimpliciter nota. modo ſignum negatiuum diſtribuit vniuerſaliter, vt ſit ſenſus, nulla eadem ſunt nobis & naturę nota.

Solutio. 1.

Propter hæc argumenta nos aliquando contra Auer. cum Græcis ſu- H ſtentauimus nulla eadem eſſe nobis & naturæ nota, vt etiam nec in mathematicis. argumẽto videlicet, ꝙ naturæ nota ſunt cauſæ, nobis vero effectus: ſed impoſsibile eſt eadem eſſe cauſas, & effectus ad idẽ comparata: igitur non poſſunt eſſe aliqua nobis & naturæ nota. Tunc ad rationem Auer. dicerem, demõſtrationes mathematicas eſſe certiſsimas, quatenus media ſunt cauſæ nobis notæ, modo, ſi eſſe debent per nota nobis & naturæ, cauſæ, deberent eſſe ſimul cauſæ & effectus. Ariſto. enim hic vocat notum nobis id, è quo nos procedimus vt eſt effectus. Dicerem igitur media mathematica eſſe naturæ nota per ſe, per accidens vero, nõ quatenus media, ſed quatenus poſſunt ſcribi in puluere, ſunt nota nobis.

Solutio Auer.

Auer. vero opinatus eſt enuntiatum Ariſtot. eſſe legendum indefinitæ, & ſic hæ duæ ſubcontrariæ E ſunt ſimul veræ. eadem non ſunt nobis nota & naturæ, vt in naturalibus: ſecunda, eadem ſunt nobis nota, vt in mathematicis: vbi medium quatenus cauſa eſt, naturæ notum dicitur, quatenus vero accidens per ſe ſenſile, nobis notum dicitur. qua ratione euenit, vt in illis non fiant duo proceſſus, ſed vnus tantum è cauſa ad effectum. Animaduerſione tamen ꝙ in aliquibus naturalibus idem eſt notum nobis & naturę, vt color eſt notior nobis quam ſpecies in medio, & eſt notior naturę, quia illius ſpeciei cauſa eſt, vt patet. Tunc ad rationes, & ad primam dico, quòd proceſſus illi non ſunt contrarij niſi in naturalibus, at in mathematicis ſecus eſt. Et per idem ad alia.

Nota.

RECOGNITIONES.

Simplicius.

Intendit Ari. modum cognoſcendi principia huius ſcia tradere.

TExtus iſte varijs modis exponitur. aliter enim eum exponit Themiſtius, aliter Simplicius, quẽ imitatur Auer. De expoſitione Themiſtij ſatis diximus in commentarijs, At ſecundum Simplicium, poſtq̃ Ariſt. demõſtrauit eum, qui de naturalibus ſcientiam habiturus eſt, oportere principia talium cognoſcere, tranſcẽdens deinde ad doctrinam principiorum, ipſorum doctrinam prius determinat. Ergo ſecũdum Simplicium Ariſto. nunc tranſit ad modum doctrinæ principiorum, & ſic redit in expoſitionẽ Themiſtij, qm̃ aſſerit Ariſto. quærere, vtrum poſsibile ſit principia diſcere. Cauſa vero quæſtionis eſt, quoniam omnis doctrina & omnis diſciplina *διανοητικὴ* fit ex principijs. impoſsibile autem principiorum principia accipere: quare de principijs recte doctrina habere non poteſt: & propterea vult Ariſt. hic tradere modũ cognoſcendi principia. qui poſsibilis eſt, & ſic Simplicius incidit G in expoſitionem Themiſtij. dicunt enim ambo modũ cognoſcendi principia non eſſe per ſyllogiſmum demonſtratiuũ, cuius propoſitiones nobis repreſentent cauſam, qm̃ tunc principiorũ eſſet principium, quod non attinet cognoſcere ad Naturalem Philoſophum; ſed ad Metaphyſicũ, ſed eſſe per ea, quæ ſunt nobis nota ſecundum ſenſum. Nam nobis notiora biſariã ſunt, aut tanquam principia & cauſæ, quæ in textu ſm̃ naturam, vel ſimpliciter dicunẽ, vt ſi demonſtraremus mundum bonum eſſe, qm̃ conditor bonus eſt: aut nobis notiora ſunt tanq̃ cauſata & effectus, vel tanq̃ conſequentia, velut cum demonſtramus Deum bonum eſſe, qm̃ mundus, cuius ipſe eſt conditor, bonus eſt, vel cũ demonſtramus animã eſſe per ſe mobilem, qm̃ aĩata corpora intenus mouẽtur. Hæc expoſitio ad longum declaratur à Simplicio, quoniam accipit eã à Themiſtio, H licet eam Themiſt. breuiter tradiderit. Hanc expoſitionem omnes deberemus tenere propter authoritatem tantorum virorum, cum quibus melius eſt errare quam cum alijs vera dicere. Verum propter duo hanc expoſitionem non teneo, primo, quia impoſsibile eſt eam applicare textibus, qui ſequuntur, vt patebit. Secundo, quia dato quod applicari poſsit, vt eam Simplicius applicat, tamẽ cum difficultate & labore id fit, vt patet conſyderanti ea, quæ extorquẽdo Simplicius ait. Si ergo poſterius facile hunc textum exponent, facileq; cum ſequentibus concordare, hoc videẽ eſſe agendum. Quare dicamus Ariſto. in proximo textu vnum ſuppoſuiſſe, tanq̃ poſterius declarandum in principio libri de Cœlo, vbi magis, ac proprius conueniebat: alterum autem expreſſe, quod expreſsit, vt diximus, eſt doctrinæ ordo. quod ſuppoſuit, eſt intentio Scientiæ naturalis,

Nobis notiora duplicia ſunt.

Qualis expõ Simp.

Expõ propria.

naturalis, quæ est in toto suo ambitu agere de rebus naturalibus, de accidentibus rerum naturalium, & de causis accidentium. Arist. ergo supponens hanc esse intentionem Scientiæ Naturalis, nunc in hoc secundo textu assignat viam, qua vult procedere ad scientiam rerum naturalium, & accidentium, & causarum rerum naturalium. Quare assignare videtur ordinem in doctrina totali, cum textu priori ordinem assignauerit in doctrina particulari secundum veriorem expositionem. nam res naturales, & accidentia rerum naturalium, & causæ accidentium, consyderari possunt in vniuersali, & particulari per speciem: ideo talem ordinem ponit in scientia horum, vt prius agatur de rebus naturalibus, accidentibus, & causis rerum naturalium in vniuersali, postea in particulari per species. & sic facit. Nam in physica auscultatione agit de rebus naturalibus, & accidentibus rerum naturalium, & de causis accidentium in vniuersali, postea in particularibus libris incipiendo à libro de Cœlo, per speciem agit de eisdem. vnde & Auer. Primo libro de Cœlo dixit librum de Cœlo esse primum librorum: in quibus incipit Arist. agere de rebus naturalibus, & accidentibus, & causis rerum naturalium in particulari. Intendit ergo in præsenti & sequentibus textibus secundum hanc expositionem Arist. hanc conclusionem, In Scientia de natura prius agendum de vniuersalibus rebus naturalibus, & de vniuersalibus accidentibus rerum naturalium, & de vniuersalibus principiis accidentium. dico vniuersalibus, hoc est vniuersalissimis, quæ esse possunt inter limites Scientiæ naturalis, vt Auer. dicet posterius. Hanc conclusionem probat Arist. & potest eius ratio sic reduci ad artem prioristicam, vt sit syllogismus. ex his, quæ sunt prius nobis nota, proficiscendum est ad ea, quæ sunt nobis posterius nota: vniuersales res naturales, vniuersalia rerum naturalium accidentia, & vniuersales accidentium causæ, sunt nobis prius notæ minus vniuersalibus rebus, & minus vniuersalibus accidentibus, & minus vniuersalibus accidentium causis: igitur procedendum nobis est ab vniuersalibus, & rebus, & accidentibus, & causis ad minus vniuersalia, & res, & accidentia, & causas. Huius syllogismi Arist. accepit primo maiorem in præsenti textu. secunda ibi, {Sunt autem primum} accepit minorem, tertia ibi {vnde ex vniuersalibus} intulit conclusionem. Hæc expositio est pulcherrima, quoniam dilucide ac facile connectit tres textus, qui secundum expositionem priorem non facile connecti possunt. Vnde dicit, {Innata est autem via ex notioribus & certioribus nobis ad certiora, & notiora naturæ}, i. simpliciter. hæc est maior syllogismi. Quod vero ad verba attinet, dixit {innata,} quoniam talem esse viam procedendi non potest ratione probari, nisi quia hic ordo procedendi nobis est à natura insitus. &, cum dixisset notiora & certiora, non diuersa intelligit, sed idem, vt sit alterum alterius expositio. Sed dices, contra, quia in mathematicis idem est nobis, & simpliciter notum: quasi respondens dicit, {non. n. eadem} subaudi in naturalibus {sunt & nobis, & simpliciter nota,} veluti in mathematicis. Demum epilogat maiorem, & dicit, {vnde necesse est secundum hunc modum procedere}, i. in naturali scientia {ex incertioribus quidem naturæ, nobis autem certioribus, ad certiora naturæ & notiora.} Hæc de maiore.

Cōm. 1. — Conclusio præsentis tex. — Cōm. 4. — Forma syllogistica. — Applicatio ad verba textus apta expō.

DIL. TC. *Sunt autem primum nobis nota atq; manifesta composita magis, posterius uero nobis, qui hæc diuidimus, nota fiunt* A *ex hisce principia. atq; elementa.*

ANT. *Sunt autem primum nobis manifesta & certa confusa magis, posterius autē fiunt ex his nota elementa, & principia nobis diuidentibus hæc.*

Expositor credit Arist. ratiocinari ad probandum ex vniuersalibus esse procedendum ad tractatum de principiis. exponit. n. per verbum illud græcū συγκεχυμένα, confusa, hoc est, vniuersalia. quod stare nō potest, quia statim subdit, posterius vero nobis, qui hæc diuidimus, nota fiunt ex hisce principia, atq; elementa: constat autem species & minus vniuersalia non esse principia, neq; elementa vniuersalium, nisi valde æquiuoce. Propterea videtur mihi esse de principiis tractandū dupliciter, & demonstrando de eis affectiones proprias, & definiendo illa. Ideo duo facit, primo B docet demonstrare de illis passiones, deinde ibi {sustinent autem} docet definire illa. & in prima etiam duo facit, quia primo docet qualiter ad demonstrationem de principiis proficiscimur, secunda ibi {vnde ex vniuersalibus} quo è principiis ad effectus procedimus. Erūt igitur in prima parte duo processus, Primus, quo proficiscimur ad demonstrandum de principiis propria illis, secundus, quō procedimus ad demonstrandū de effectibus passiones per principia. conclusit itaq; in proximo textu è nobis notioribus, & naturæ ignotioribus esse ad principiorum tractatum proficiscēdum, nunc sub hac conclusione sub accipit hanc minorem, Sed composita sunt nobis nota, simplicia vero naturæ nota: igitur ad tractandum passiones de principiis è cōpositis effectibus proficiscendum, quia effectus ex illis componunt. Habes igitur primum processum, quo C ad passiones principiorum proficiscimur, & hanc expositionem omnes ignorant, & quid velit Arist. nemo tetigit. inquit. Sunt autem nobis primum nota atq; manifesta συγκεχυμένα, hoc est, confusa, siue composita, quod idem est, posterius autem nobis, qui hæc diuidimus procedendo per resolutionem, fiunt nota ex hisce principia atq; elementa. hæc est minor, & conclusio. Animaduertendum tū quod Arist. fortasse non subaccipit, sed auget in latus. nam conclusio proximi textus erat, quod ab incertioribus naturæ procedendum est ad tractatum de principiis. Rectius igitur auget in latus accipiendo sub eadem maiori hanc minorem, sed cōposita sunt nobis notiora quàm principia: igitur è compositis erit proficiscendum ad demonstrationem principiorum. quo fit vt totus syllogismus sit, è nobis notioribus proficiscendum ad naturæ notiora: cōpositi effectus sunt nobis notiores, at illorum principia & elementa sunt notiora naturæ: igitur è compositis effectibus ad principia atq; elementa proficiscendum. & sic habetur primus processus, quæ est demonstratio signi, siue demonstratio quia. & tunc huius syllogismi solam minorem accepit, & omisit maiorem ex textu proximo, & conclusionem.

S. Thoma. Ex vniuersalibus esse procedendum dicit. — Propria expō. — Hanc Scotistæ sequuntur. Vide etiam Sco. 3. de. pri. q. 2. Melior & alia expositio.

Expo. Commen. 3. Auer.

{Dicit & illa.} Primo accipit sub maiori data, quæ erat è nobis notioribus incedendum est, hanc videlicet minorem, sed composita sunt nobis notiora: igitur ex cōpositis, i. accidentibus illorum est procedendū ad cognitionē principiorum. & in hoc apparet quod bene Auer. exposuit verbum συγκεχυμένα: intellexit. n. composita. confusio. n. quædam est compositio.

{Causæ

E {Causæ autem.}Soluit dubitationem.videtur.n. ꝙ nihil sit naturæ notum,nam natura non cognoscit. Respondet:ꝙ hæc propositio debet intelligi hypothetice:videlicet ꝙ,si natura cognosceret, primo cognosceret causas,quia illa.primo occurrũt operationi naturę. {Vnde videtur.}Declarat hoc per exemplum:nam ita est de natura vt de artifice, sed ipsi artifici causæ sunt prius notæ.incipit.n. agere effectus ex causis: igitur & in natura idem erit.

{Si igitur.}Declarat nunc ꝙ effectus sunt notiores nobis,& arguit sic.si nos ageremus res naturales,causę essent prius notæ nobis:sed nos non agimus causas: igitur causæ non sunt prius notæ nobis, & sic dispositio est contraria. nam naturæ ipsi causæ sunt prius notæ, quia agit res ex causis, nobis vero effectus, quia non agimus res ex causis,vt patet. Dubitatur primo contra solutionem primi dubij sic,si causæ essent notæ naturę, natura cognosceret: sed natura non cognoscit: igitur causę non sunt notæ naturæ. Secundo,cõditionalis nihil ponit in esse: igitur nihil dicitur esse notũ naturæ de inesse,per hoc ꝙ si natura cognosceret,prius cognosceret causas. Secundo dubitatur contra exemplum. nam 7.Meta.cõm.23.vult duos esse motus agentis artificialis,realem,& intentionalem:& vult in primo esse prius notum effectum,in secundo vero causas,ex quibus sic arguo,si natura cognosceret,haberet duos motus, & si haberet duos motus,effectus esset primus motus. Tertio dubitatur contra tertium, & videtur ꝙ ipse cõmittat fallaciam consequentis: nam arguit à destructione antecedentis ad destructionem consequentis sic,si nos ageremus res naturales,causæ essent prius notæ nobis: sed nos non agimus eas:igitur causæ non sunt prius notæ nobis. ecce quõ arguit à destructione antecedentis. Secundo videtur ꝙ destructio sit falsa: nam nos agim⁹ res naturales.Sol.n.& homo generant hominem, Secundo huius. Ad hæc sunt multæ responsiones, quidã per naturam volunt esse intelligendum Deum,qui est natura(vt ita dicam)naturans:huic.n.primo causę ipsę notæ sunt,deinde effectus.Huic facit Them.1. de Anima.cap.23.vbi ait,opus naturæ esse opus intelligentiæ non errantis,vt etiam Auer.12.Met.cõm.18.concedit, & tunc per hæc patet ad quæstionem, & ad argumenta.Sed contra hoc arguunt quidam. In deo nullus est ordo,vt.12.Met.tex.& cõm.51. igitur in ipso non sunt hæc prius,illa posterius. Hæc ratio pace horum nulla est:nam q̃q̃ in Deo non sit ordo realis, est ordo rationis ex parte nostri modi considerandi.nam attributa Deo insunt ex nobis.12.Met.cõ.39. Aliter tñ vult Themistius ꝙ nota naturæ sunt illa, quæ sunt priora naturæ:vnde per notum non intelligit cognitum, sed prius naturæ ipsi statutũ,& tunc obiectiones cessant. Auer. aliter vult ꝙ per notum naturæ, sit intelligendum id quod,si natura cognosceret, prius illud cognosceret, vt causæ ipsæ:& sic hypothetice & non categorice dicuntur nota naturæ hæc. Tunc ad primum dico,ꝙ concludit causas non esse notas naturæ categorice, sed cũ hoc stat illas esse notas naturæ hypothetice. Ad secundam per idem, dico ꝙ causæ non dicuntur notæ naturæ in esse, sed hypothetice, & hoc satis. Ad tertium dico, quòd exemplum illud debet intelligi quantum ad motum realem, non autem quantum ad motum intentionalem. Ad quartum dicendum,quòd non arguit, sed sumit duo disperata simul vera & per se nota, vt patet.

Prima dubia.
Secunda.
Tertia.
Vide Burleũ.

RECOGNITIONES.

Si recte intellexi, quæ Simplicius longa oratione in suis expositionibus dixit, velle videtur Aristo. declarare,quæ nobis prius,& quæ posterius nota sunt. Nam,cum dixisset non eadem esset nobis nota,& simpliciter suapte natura. exponit quæ nobis sint nota, queúe suapte natura, ac simpliciter certa sunt. & vult ea nobis esse nota,quæ sunt συγκεχυμένα.i. composita,& quæ sunt magis vniuersalia, posterius vero partes simplices,quæ tota componunt, & ipsa minus vniuersalia.Cuius rationẽ affert, qm̃ composita sensu cognoscimus, cum promptiorem multi hanc cognitionem habeãt:simplicia vero intellectu intelligimus. Etenim animalia singula & plantas prompte cognoscimus, ꝙ hoc sit homo,& hoc equus,& illud ficus,aut vitis: ꝙ autem ex quatuor elementis composita sint,& quõ se F habentia elementa, animal, aut plantam constituant, non est cuiusuis hominis cognoscere,sed eius dũtaxat, qui in Summa Philosophia versatus est. Sic quoq; vniuersalia totaliorem habentia cognitionem, & manifestiorem notiora sunt nobis particularibus.cognoscere .n.id,quod in spatio mouetur, animal sit magis quam homo, & homo quam Socrates facilius cognoscitur; hæc est expositio Simplicij. Hæc expositio licet possit verbis Arist.conuenire,tñ,vt diximus,ponit confusionem.Quare dicamus ꝙ cum Arist. accepisset maiorem syllogismi,nunc assignat minorem, quæ est, sed magis vniuersalia.i.res,& accidentia, & principia, sunt prius nobis nota:nota vero nobis post hæc sunt minus vniuersalia,s.res,& accidentia,& principia,conclusionem dicet textu proximo. vnde dicit: {Sunt autem primum nobis manifesta, & certa cõfusa magis,}.i.ea quæ sunt G magis confusa, hoc est magis vniuersalia, videlicet & res & accidẽtia & causæ, posterius autem ex his,}id est, post hæc{nobis diuidentibus hæc}.i.particularizantibus illa, {nota fiunt elementa & principia, subaudi & res,& accidentia. Ex his patet Arist.per συγκεχυμένα, id est confusa,intellexisse vniuersalia, quæ confusa dicuntur confusione continentiæ.nõ.n.per confusa exponendum est composita tantum, vt Auer. exposuit, quia tunc solum Aristo.comparasset inter composita, & internas causas ex quibus componuntur.nec per cõfusa exponendum est composita,& vniuersalia, vt exponit Simplicius,quia esset in textibus confusio: acciperet.n.quod est præter rem.

Simpli.
Qualis expõ Simpli.
Quid p cõfusa

Sed dices Arist. asserere,confusa magis esse prius nota,posterius vero fieri ex his nota elemẽta & principia; vbi apparet eum comparasse inter composita,& elemẽ H ta quæ partes sunt. Similiter dixit.{Ex his,}qm̃ ex compositis deuenimus in cognitionem simplicium. Ergo per confusa composita intellexit, & hoc fuit argumentum,quod fecimus in commentariis contra expositorem.Potest dici ꝙ comparatio fieri non potest, nisi ea quæ comparantur vtraq; participent re,in qua comparantur. modo composita, licet participent cõpositione,tñ simplicia,ex quibus constant, non participant, quare exponi non potest confusa magis.i.magis composita:qm̃ simplicia quibus comparantur non sunt cõposita.ergo per confusa intelligit vniuersalia: nam inter res naturales,& accidentia,& principia sunt magis & minus vniuersalia.Et licet Arist. non expresserit nisi elementa,& principia, laconice locutus est, sed debet attice suppleri res,& rerum accidentia,hoc pacto:{Posterius autem nota elementa,& principia.}subaudi & res,

An per Confusa magis, q̃ prius nota sũt Composita sumi debeant vt voluit Auer. & Expo. aũt vniuersalia, & cõposita, vt placuit Simp. vel vniuersalia vt ipsi placuit.

ret,& accidentia.& cum dixit: {Ex his} intellexit non propter illa,sed post illa vniuersalia. qm in Scientia naturali primo agit de rebus, & rerum accidentibus, & principiis,& causis in vniuersali,vt in hoc libro, deinde agit de eisdem in particulari per speciem,vt in cæteris libris.Qua ratione fit,vt Auer.qui intellexit per cõfusa composita tantum,non bene intellexerit: qm tũc Arist.posuisset hic ordinẽ in doctrina particulari, & ita esset superfluus,quia talem ordinem assignauit primo textu. nec bene Simplicius, qui per confusa exposuit vtraq; videlicet cõposita,& vniuersalia, quia sic Arist. esset superfluus, & confusus. superfluus, quia ordinem in doctrina particulari assignauit primo textu:confusus vero,quia miscuisset ordines, qui non debent misceri.quare recte expositorum est, exprimat ordinem in doctrina totali.In cõmentariis quærebam an eadem nobis,& naturæ nota sint.Ideo animaduerte quid per nota naturæ,& quid per nota nobis intelligendum sit.

Vtrum eadem nobis & natura nota sint.

Prima opi. Tex.cõ. 20.

Quidam per naturam Deum intellexerunt, nec an ratione.nam Arist.lib.de Cœlo & Mun.primo Deum naturam appellauit,cum dixerit: {Recte videtur natura futurum ingenitum & incorruptibile eximisse à contrariis.} vbi patet per naturam, Deum intellexisse. Sed dices,ergo nota naturæ erunt quæ Deo sunt prius nota:et posterius nota naturæ erunt, quæ Deus posterius cognoscit. Prætermissis his quę in commentariis diximus,nunc dici potest nota naturæ esse, quæ Deus cognoscit esse priora: quæ vero Deus cognoscit esse posteriora, sunt ipsi naturę posterius nota, licet vtraque vno intuitu cognoscat:qm vnica ratione cognoscendi,quæ est sua essentia,hoc pacto simplicia,& causæ,& id genus sunt prius nota naturæ, cõposita vero ꝙ causata,posterius.nam Deus eadem ratione cognoscendi, quæ, est sua essentia, hæc priora,illa posteriora esse intelligit.

Secunda pi.

Alij vero per naturam intellexerunt agens naturale,asserentes priora naturæ esse,quæ prius occurrunt operationi naturæ,quæ,vt Auer.dicit,sunt nota naturæ ex conditione,si videlicet natura cognosceret: posterius vero nota quæ posterius occurrunt operationi naturæ,quæq; si natura cognosceret, & posterius cognosceret, sunt hac ratione causæ & simplicia prius nota naturę,posterius vero nota sunt composita, & causata: illa quidem ꝙ operationi naturæ prius occurrant, hæc autem ꝙ posterius.

Quæ nobis prius nota sint & quæ posterius.

Quæ vero sint nobis prius,quæue posterius nota,dicamus. Prius nobis nota sunt,quę in cognitione nostra prius occurrunt,quęcunq; hæc sint:posterius vero, quæ in cognitione nostra naturali, posterius occurrunt, quæcunq; hæc sint. Ex his sequitur, quæcunq; sunt naturæ nota, hæc eadẽ esse nobis nota.contra etiã,quęcunq; sunt nobis nota, hæc eadẽ esse naturę nota,non tñ æque primo,nisi per accidens,vt in mathematicis,vbi ęque primo sunt nobis,& naturæ nota per accidens, quatenus media sunt in puluere descriptibilia.in naturalibus vero,respectu effectuum insensibilium, vt colores, qui sunt causæ specierum,sunt æque primo nobis, & naturæ noti,in cæteris vero nequaquam.Hæc de mente Auer.

Propria expo. prius. Nota natura, quæ prius in natura constituta sunt, vti simplicia & causa, posteriora vero, quæ posterius sunt

Nos vero arbitramur omnem difficultatem ortam esse ex hoc verbo natura.nam in græco legitur in datiuo τῇ φύσει, & interpres etiã in datiuo transtulit:sed re vera in ablatiuo transferri debet, cũ in sermone græco sit datiuus absolutus, qui pro ablatiuo ponitur: sicq; dico ea esse prius nota natura, quę simpliciter,suapteq; natura sunt prius in ordine rerum naturalium statuta:non.n. notũ

A natura,pro cognito, sed pro statuto in natura Arist.accepit,& sic quæcũq; simpliciter in natura. Vnde Arist. inter nota natura,& nota simpliciter, nullam facit differentiam:posterius ergo nota natura sunt, quæ simpliciter in rerum natura statuta sunt. Ergo hac ratione priora natura erunt simplicia, erunt causæ: posterius vero erunt composita, & causata. Insuper prius nota natura erunt minus vniuersalia, tum quia partes vniuersalium sunt,tum etiam,quia illis genitis,vniuersalia fiunt,& illis omnibus corruptis vniuersalia corrumpuntur:posterius vero nota natura erunt vniuersalia,quasi composita sint respectu particularium,& quasi genita particularibus generatis.Hactenus de notis natura.

constituta, vt composita, & causata.

Quapropter ex uniuersalibus in singularia proficiscamur oportet:totum.n.ipsum sensu notius est:uniuersale uero totum est quoddam quando multa complectatur ut partes.

DILVC.

B *Vnde ex uniuersalibus in singularia oportet procedere: totum enim secundum sensum notius est:uniuersale autem totum quoddam est, multa enim comprehendit, ut partes, uniuersale.*

ANT. tex.c.4.

Hactenus quo processu proficiscendum sit in cognitionem principiorum,causarum,& elementorum,declarauit,asserens esse procedendum specie demonstrationis signi,quæ dicitur demonstratio quia,hoc est ab effectibus compositis ad causas: nunc sub illa maiori accipit tertiam minorem,& declarat è contra in cognitionem effectum esse proficiscendum specie demonstrationis propter quid,hoc est,è prioribus naturæ.est .n.iste ordo, ꝙ p effectus adipiscimur causas, deinde retrocedimus ab ipsis causis ad effectus & hoc sic ratiocinatur:E nobis notioribus procedendum ad vniuersaliora principia:at vniuersaliores causæ sunt nobis notiores ꝙ principia aut causę particulares:igitur è causis & principiis vniuersalioribus ad effectus particulares incedendum. de ratione primo infert conclusionẽ, & inquit:Quapropter ex vniuersalibus causis atq; principiis per intermedia ad singularia,hoc est,effectus particulares proficiscamur oportet.hæc est conclusio.deinde tangit minoris probationem. esset enim minor. Sed vniuersalia sunt notiora nobis: declaratur, totum in sensu notius est sensu: igitur totum in intellectu, notius est intellectu, sed vniuersale totum quoddam est, vt saltem apud intellectum: igitur notius.quod vero sit totum,eo patet, quia complectitur multa vt partes.

Commen.

Syllogismus.

C

Vnde litera potest resolui in tres syllogismos,quorũ primus erit:E nobis notioribus est proficiscendum:vniuersalia notiora:igitur ab vniuersalibus proficiscendum.minor prosyllogizatur sic,totum est notius partibus apud illam potentiam, ad quã est totum,vt apud sensum,notius est sensu,si apud intellectum,notius est intellectu.vniuersale totum est: igitur notius partibus. Minor prosyllogizatur, complectens multa, vt partes,totum est quoddam:vniuersale complectitur multa,vt partes:igitur totum quoddam. non enim dixit esse totum simpliciter,sed totum quoddam quia non complectitur multa proprie, sed vt partes. Hæc est vna expositio, vt promisimus iam:hoc.n.modo cepimus exponere.

Huius litera tres sylls sunt.

D

Expo. Commen. 4. Auer.

{Cum declarauit.} Litera modo exposita est sm me, nunc exponam sm Auer.& The.qui in hoc sunt concordes. Volunt igitur ambo ꝙ Arist. velit ponere ordinem

Auer.cũ Themistio.Hic, ordinem librorũ ponere Philo-

Sophum voluit secundum quod liber hic, qui de vniuersalibus est ceteris praeponendus dicitur.

nem librorum. nam, postq̃ de principiis est agendum, & de illis procedendum & tractandum est à posterioribus, de quibus principiis est agendum primo? respõdet Arist. ꝙ primo de principiis vniuersalibus. nam, vt bene Themistius inquit, vt in libris resolutoriis, is, qui est de Syllogismo tractatus, præpositus est ei, qui quærit de Demonstratiuo, Dialectico, atq; Sophistico, ita tractatus, qui de principiis vniuersalibus tractat, præcedere debet eum qui de principiis est particularibus. quare liber Physicæ auscultationis præpositus est cæteris. nam hic agitur de principiis vniuersalioribus, quantum est possibile Scientiæ Naturali. Quod autem tractatus de vniuersalibus sit aliis præponendus, rationes factæ declarant. Hæc expositio multũ valet & textui consonat. Sed dubitabis, quia tunc oportet Metaphysicam Præponi physicę, quia illa est de vniuersalissimis. Iam. n. sæpe. n. respondimus ꝙ tractatus de vniuersalibus & vniuersalissimis præcedit infra ratione subiecti scientię, hoc est, dummodo non transcẽdat rationem formalem subiecti. {Et intendit.} Exponit quid per vniuersalia Arist. velit. & vult esse intelligẽda vniuersalissima principia & vniuersalissimas causas: & tu intellige tam de causis q̃ de accidentibus vniuersalissimis, vt fieri potest in Scientia Naturali. & per hoc patet in hoc libro esse tractandũ de vniuersalissimis causis, & vniuersalissimis accidentibus, communibus omnibus rebus naturalibus, vt diximus in procemio, cuiusmodi sunt vniuersalissima materia, vniuersalissima forma motus, tempus, locus, & id genus.

Dubi.

Per singularia, non individua, vt quidã placet, sunt spẽs magis intelligendum est sensisse Arist.

{Et cum dicit.} Exponit quid per singularia Arist. intelligat. posset. n. obiici, De singularibus non est scientia: igitur ab vniuersalibus nõ proficiscimur in singularia. Respondet Auer. ꝙ Arist. intelligit per singularia vltimas species, aut quasi vltimas. Quidam volunt esse intelligendum per singularia, indiuidua: nã licet de illis non habeatur scientia per se, habeatur scientia propter vniuersalia. Sed hoc stare non potest. nam in nullo librorum philosophiæ naturalis Arist. tractat de singularibus vt indiuidua sunt, immo particularissimi libri sunt de Animalibus & stirpibus, nullibi tñ de singularibus loquitur: quare bene Auer. per singularia species intelligit. Deinde Auer. exponit nonnulla, & patent. {Causa igitur.} Colligit nũc Auer. ꝙ vna est causa amborum dictorum. duo. n. sunt dicta, Quòd ad cognitionem principiorum est proficiscendum demonstratione quia, à compositis effectibus: & Quòd principium doctrinę totius Scientię naturalis est ab vniuersalibus. & hæc duo sunt dicta per vnam maiorem, & duas minores. Maior communis est, à notioribus nobis proficiscendum: vniuersum demõstratum est motus nobis, & hoc quo ad sensum: igitur ab eo proficiscendum in cognitionem principiorum. & vult ꝙ indiuiduum demonstratum sit principium fidei, hoc est demonstrationi signi. Demonstratio. n. signi vocatur vbiq; fides. Secundum declaratur accepta eadem maiori, sed hac alia minori. E nobis notioribus proficiscendum: vniuersalia nobis notiora. & hoc quo ad intellectum: igitur ab vniuersalibus in doctrina de principiis primo agendum. Et ideo vult illa esse principiũ scientiæ, hoc est demonstrationis propter quid: vbiq;. n. per scientiã intelligit demonstrationem propter quid. Reliquum commenti patet. Sed circa hæc dubitare solitus sum, vtrum in naturalibus sint duo processus, vnus ab effectu ad causæ inuentionem, alter à causa inuenta ad ef-

Demõstratio signi quæ fides dicitur.

Scientia ipsam pro quod demõstrationi vbique Philosophus intelligit. An in naturalibus duo sint processus alter

E fectum. videtur ꝙ non, quia tunc esset circulus in demõstrationibus, & per consequens contra Arist. 1. Poste. Secundo, tunc idem esset nobis notius & ignotius respectu eiusdem, vt effectus esset nobis notior in demonstratione signi, & ignotior in demonstratione causæ & propter quid. Respondet The. in hoc loco & inquit: Cum igitur compositorum rationẽ exquirimus, ea è naturæ prioribus indicare oportebit, cum vero de principiis agimus, ex his quæ priora sunt nobis, & est illa quidem propria demonstratio, hæc vero q̃q̃ non propria, tñ sufficiens ad demonstranda ea quæ volumus. In quibus verbis concedit. The. duos processus, & ambos demonstratiuos: vnum quidem ab effectu ad causam, alterum vero à causa ad effectum. Sed videtur contrarius sibi. 2. Poste. cap. 30. vbi inquit. Nullum. n. incommodum suscipitur, si talis causa cum sua conclusione retorquetur: nec. n. eadem vtrinq; ratio est, sed cum ab euentis ad causam subitur, syllogismus tantum vocatur, cum è contrario est absoluta demonstratio dicitur. Ex his apparet processum ab effectu in causam esse syllogismum tantum, contrarium hnic, è causa ad effectum esse demonstratiuum. Philoponus voluit esse duplicem effectum, per se, qui sequitur essentialiter ad causam esse: & per accidens, quod apud Them. dicitur euentum: tunc vult ab euẽtis, hoc est, ab effectibus per accidens ad causam, esse syllogismum tantum, vt interiit: igitur decapitatur. contra vero esse demonstrationem propter quid, vt decapitatur: igitur interiit. At in effectibus per se est è contra, ab effecto in causam esse demonstrationem, à causa in effectum esse syllogismum tantum, vt eclipsatur: igitur interuenit terra: hæc demonstratio est. sed interuenit terra: igitur eclipsatur, syllogismus est tantum. & tunc per G hoc Themistii tollitur contradictio: nam in præsenti textu concedit regressum in effectibus per se ibi negat in euentis, licet Philoponus differt à Themi. Auerroes autem vbiq; concedit regressum, & vult esse demonstrationem signi ab effectu in causam, è contra rẽ causæ, vbi tñ est medium notum nobis & naturæ, vt in mathematicis demõstratio est simpliciter. hanc positionem habes. 2. Cœli. cõm. 35. & Octauo huius. cõm. 53. 50. & 65. Tunc ad rationem, recentiotiores volunt esse quatuor notitias, Prima est effectus per sensum, aut ob seruationem: Secunda est inuentio causæ per effectũ, quæq; demonstratione signi habetur, Tertia est eiusdẽ causæ per intellectus negotiationem, ex qua cum prima crescit notitia causæ in tantũ, vt digna sit effici medium demonstrationis simpliciter. Vltima est eiusdem H effectus notitia propter quid per talem causam sic certam, vt sit medium. Imaginantur ꝙ notitia prima effectus sit vt sex, inuentio causæ per effectum vt quatuor, quæ addita illi, quæ per effectũ habebatur, erit vt octo, è qua tandem redditur ad effectum, & habetur illius notitia vt octo. ex his patet solutio ad rationes. est. n. regressus, sed non circulus: quia non est in demonstrationibus eiusdem speciei. similiter non idem notum & ignotum, vt patet. Sed contra hanc instãt, primo, quia quid est hæc negotiatio? non demonstratio, vt patet, nec definitio, quia non differt à causa: non inductio, nec enthymema: igitur nihil est. Secundo, tunc posset haberi aliqua notitia perfectior, & non per demonstrationem, vt illa quæ habetur per negotiationẽ. Ad hæc dici potest, ꝙ illa negotiatio est compositio & diuisio. nam causa ipsa inuenta, intellectus componit & diuidit

ab effectu ad causam, alter è contra.

Resp. Philop.

Auer. explo.

Responsio pri.

Notitiæ quatuor sunt.

Replic.

Destructio.

dit donec cognoscat causam sub ratione medij. nam licet idem sit causa & medium, differunt ratione: causa enim dicitur quatenus ab ea effectus proficiscitur, siue ipsa sit notior effectu, siue non. est autem medium, quatenus definitio. ab effectu igitur ad causam, est processus inuentionis causæ: negotiatio est ad causam vt medium ac definitio. sed, cum definitio nõ inuenitur nisi cõpositione & diuisione, ideo inuenitur causa per hæc sub ratione medij, ex qua postmodum proficiscitur ad effectum: & sic patet ad primum. Ad secundum patet solutio: compositio. n. & diuisio sunt syllogismi, vt Secundo Poste. dicitur. Nec est inconueniens syllogismo aliquam inchoatam notitiam intendi, & fieri maiorem q̃ erat, & non per demonstrationem.

RECOGNITIONES.

QVia Simplicius per confusa intellexit tam cõposita q̃ vniuersalia, & Ari. declarauit quo cõposita sint prius nota suis simplicibus, ex quibus componuntur, nunc vult eum declarare via consequentiæ, vniuersalia esse prius nota minus vniuersalibus. Sed ad quam intentionem Arist. hoc faciat Simplicius non exposuit. Auer. autem, qui sequitur hanc expositionem, vult Aristoteles. prius statuisse ordinem in doctrina particulari, qui seruandus est in hac scientia, & genus etiam demonstrationis, quod videlicet est demonstratio signi. at nunc vult, vt declaret, magis vniuersalia esse prius nota minus vniuersalibus, vt explicet ordinem in doctrina totali. nam, cum intentio scientiæ de natura sit agere de rebus naturalibus, & de rerũ naturalium accidentibus, atq; de accidentium rerum naturalium causis, vult vt Arist. quasi ex eadem causa deducat, vt prius de his tribus in vniuersali, & post in particulari agendum sit. causa vero eadem, ex qua hũc ordinem deducit, est ꝙ à notioribus nobis procedendum sit. & ita vult, vt huic maiori, quasi alia minorem subiiciat, videlicet, sed vĩa sunt prius nobis nota minus vniuersalibus: igitur in Scientia de natura procedẽdum est ab vniuersalibus ad minus vniuersalia: & sic sensit Arist. attulisse ordinem in doctrina totali. & ad hanc intentionem voluit Arist. declarasse magis vniuersalia esse prius nota minus vniuersalibus, quod Simplicius non expressit, nec Themistius, à quo & Auer. Simp. acceperunt. quãuis ex verbis Themistij, hanc esse intentionem, quam Auer. expressit, accipi possit, cũ per exempla, quæ affert, hanc esse intentionem clare habetur. *Propria pō.* Sed quomodocunq; sit, hæc expositio nõ conuenit consequentibus, vt superius diximus, & posterius dicemus. Ideo dicamus, ꝙ, cum Aristo. accepisset maiorem, & minorem syllogismi, nunc assignat conclusionem, & dicit: {Vnde ex vniuersalibus in singularia oportet procedere.} Hæc est conclusio: Et intelligit per vniuersalia, vniuersalissimas res naturales, vniuersalissima rerum naturalium accidentia, & vniuersalissima eorum principia. quasi dicat, vnde in pertractatione rerum, causarum, & accidentium naturalium oportet procedere ex vniuersalissimis rebus, accidẽtibus, & causis ad minus vniuersalia eadem. & sic per vniuersalia, vniuersalissima intelligit, quæ esse possunt in genere physico, vt recte exponit Auer. & per singularia intelligit minus vniuersalia, ad quæ tandem descendit Scientia de natura, vt etiã recte Auer. exposuit, & hunc ordinem seruat Arist. Nam in hoc libro agit de vniuersalissimis rebus naturalibus, vniuersalissimis accidentibus, & de vniuersalissimis causis horum postea de-

A scendit ad hæc ipsa particularius. deinde probat minorem syllogismi principalis, videlicet ꝙ magis vniuersalia sint nobis prius nota, & dicit: {totum. n. ſm sensum notius est. {Sensibus, partibus suis, ex quibus componitur. ergo pari ratione totũ secundum intellectũ notius est partibus suis, ex quibus constat. accipiatur igitur hæc pro maiore, tunc addit minorem, & dicit. {Vniuersale enim multa}. i. minus vniuersalia, {comprehendit vt partes} Quoniam aliqua ratione compositum ex minus vniuersalibus est saltem compositione continentiæ. per quæ patet minus vniuersalia esse prius nota natura, magis autem vniuersalia esse posterius nota natura. *Quō vniuersalia nota natura.* patet, quia minus vniuersalia sunt prius statuta in natura, & ita prius nota natura ac simpliciter. quia vero magis vniuersalia ex minus vniuersalibus composita sunt, saltem compositione continentiæ, ideo sunt po-

B sterius statuta in natura, & sic in natura posterius nota, nobis autem prius cognita. Magna fieri digradatio solet de regressu in naturalibus demonstrationibus. *De regressu.* dico in naturalibus demonstrationibus, quia in mathematicis non sit regressus, vt superius diximus. *Prima pō.* Iuniores in hac difficultate imaginantur in regressu demonstratiuo tres notitias, quarum prima est de effectu, quia est, hoc est, ꝙ propositio effectum significans vera sit, & hæc notitia ex sensibus habetur. ꝙ enim homo sit scientiæ capax, sensu patet. Secunda vero notitia est propter quid eius, quod sensui patuit. dubitamus enim propter quid homo sit scientiæ capax, & non brutum, & dicimus, quia habet animam rationalem. Ergo effectus, aut propositionis effectum significantis duæ sunt notitiæ: altera, quia vera est, & hæc sensu perspicua est: altera propter quid est, & hæc nota

C fit nobis inuentione causæ. causæ vero, vel propositionum, quæ causam significant, vna est notitia, & hæc est inuentio, quæ nihil aliud est, q̃ quia est causa, vel quia veræ sunt propositiones, quæ significant causam. imaginantur ergo per hanc notitiam, quæ est inuentio causæ, vel quia veræ sunt propositiones, quæ significant causam, haberi propter quid effectus, vel haberi propter quid conclusio, quę significat effectum vera est. ergo in regressu demonstrationis naturalis sunt tres notitiæ, quarum duæ effectus sunt, tertia vero causæ est inuentio, quæ quidem relata ad effectum est propter quid illius, relata autem ad causam est quia illius, quæq; inuentio est per effectum acquisita. Exẽplum afferri potest omnium eorum, quæ traduntur in libris de Animalibus. nam ibi Aristoteles. 1. in Historia colligit effectus, quia sunt per sensum, deinde in-

D uestigat causas. *Erectus est homo, quia calidissimis mẽbris constat.* etiam exemplum est huius conclusionis, homo est erectus. nam, quia hæc vera est, patet sensu, propter quid autem patet, quia calidissima mẽbra habet. ex eo enim, quia homo erectus est, patet hominem habere membra calidissima, quia vero habet membra calidissima, est erectus. *De duplici demonstratione quia, & propter quid.* Sunt igitur duę demonstrationes, prima quæ dicit, quia omne animal erectum membra habet calidissima: homo est animal erectum: igitur homo habet membra calidissima. quæ vero dicit propter quid, hæc est, omne animal habens membra calidissima est erectum: homo habet membra calidissima: igitur homo est erectus. ꝙ homo sit erectus, patet sensu, propter quid homo sit erectus, patet, quia membra habet calidissima, ꝙ vero membra habeat calidissima, patet quia est animal erectum. *Contra negotiationem.* Ex his patet non esse necessariam negotiationem, vt

per

per eam reddatur notitia causæ maior, vt nos olim diximus, qm̃ sola notitia quia causæ est propter quid effectus. Sed cum Arist. verba & Alexandri, ac Themistij, Philoponi, ac Simplicij commentaria diligentius reuoluerim, videtur mihi in regressu, qui fit in naturalibus demonstrationibus, primum processum, quo syllogizatur causę inuentio, esse syllogismum tantum, qm̃ coniecturalis tantum, cum per ipsum solum coniecturabiliter syllogizetur causæ inuentio: secundum vero, quo syllogizatur per inuentionem causæ propter quid effectus, esse demonstrationem propter quid, non qui faciat scire simpliciter, sed ex conditione, dato ꝙ illa causa sit, vel dato ꝙ propositiones veræ sint, quę representant causam & nulla alia causa esse posit. Innuit hanc opinionem Aristo. lib. Meteororũ Primo, cum ait: Qm̃ de immanifestis sensui putamus sufficienter demonstrasse ꝓm rationem, si ad posibile reduxerimus ex his quæ nunc apparent, existimabit vtiq; aliquis sic de his maxime accidere.} vbi Alexander asserit causæ inuentionem esse coniecturalem, contra vero ab inuentione causæ ad effectum esse demonstratiuum, non simpliciter, sed ex conditione, dato ꝙ illa causa sit, & etiam ꝙ nulla alia causa esse posit. Quam partem Themistius sectatur. 2. Posteriorum, & Auerro. etiam. 2. de Cœlo & Mundo, quasi in idem veniens, asserit inuentionem orbium epicyclorum, & excentricorum per apparentia, quæ nos videmus, esse coniecturalem, cum sit coniecturalis syllogismus, quo illa demonstratur: contra vero dicit esse demonstrationem, non quæ faciat scire simpliciter, sed ex coditione, dato ꝙ illa causa sit, & nulla alia esse posit. nam si illi sunt, apparentia sunt, sed vtrum alia causa esse posit, non est simpliciter nobis notum. Ex his sequitur Them. per syllogismum intelligere coniecturalem demonstrationem, cum dicit processum ab effectu in causam esse syllogismum tantum, cum vero dicit esse demonstrationem, abutitur verbo demonstrationis pro syllogismo coniecturali. Sed occurres, quia tunc scientia de natura non esset scientia. Dicendum, scientiam de natura non esse scientiam simpliciter, qualis est scietia mathematica, est tamen scientia propter quid: quia intentio causæ, quæ habetur per syllogismum coniecturalem, est propter quid effectus. per hæc delentur obiectiones, quæ contra hæc fieri solent: Prima quidem deletur ex eo, quia non est circulus in demonstratione, cum primus processus sit tantum syllogismus, secundus vero demonstratio propter quid. deletur etiam Secunda obiectio, quia effectus semper est notior ipsa causa in genere notitiæ quia est. nunquam .n. causa potest esse ita certa quia est, sicut effectus, cuius esse est ad sensum notum. Ipsum vero quia est causæ, est coniecturale, vtrum tale esse coniecturale est notius ipso effectu, in genere notitiæ propter quid. nam posita inuentione causæ semper scitur propter quid effectus. vnde & Arist. in libro Meteororum concedit se non tradidisse veras causas effectuum naturalium, sed quo erat sibi posibile coniecturabiliter, sed de his hactenus.

Propria opinio. — Ca. de cometis — Cap. 30. Com. 35. — Dubiũ.

E F G H

DILVC. *Habent autem aliqua ex parte modo eodem & nomina ipsa ad rationem. totum enim quoddam & indistincte significant, quemadmodum circulus. Definitio uero ipsius in singula diuidit. Et pueri primum quidem omnes homines patres, atq; matres fœminas appellant, posterius autem discernunt horum utrunq;.*

ANT. *Substinent autem hoc idem quodammodo & omnia ad rationem: totum .n. quoddam & indistincte significant, ut circulus, definitio autem ipsius diuidit in singularia. Et pueri quidem primum omnes uiros patres appellant, et matres fœminas posterius autem determinant horum unumquodq;.*

Viros ἄνδρας homines. patres πατέρας tatas matres. μητέρας mammas. determinant διορίζει definiunt discernunt

Hactenus quo processu sit proficiscendum in cognitione principiorum declarauit, qm̃ demonstratione signi. nunc in processu definitiuo rerum naturaliũ quo ordine sit incedendum addit: & vult idem esse seruandum, vt inquit Themi. in nomine & ratione. & appellat nomen id quod definitur, rationem vero definitionem ipsius. Vt igitur in processu demonstratiuo procedimus à compositis effectibus in causas, deinde regredimur ad effectum, sic in processu definitiuo procedimus primo à definitis diuidendo, deinde è causis componendo proficiscimur in definita. Huius syllogismus est ex eadem maiori, videlicet, ex nobis notioribus proficiscendum: definita sunt nobis notiora q̃ definitiones: igitur è definitis ipsis ad definitiones proficiscendum. Minor declaratur, totum notius est partibus: definitum totum est, definitio diuidit in partes igitur definitum notius. Hoc totum signo probat puerorũ, qui prima in ætate, cum in eis cognitio incipit, homines omnes patres appellãt, fœminas quoq; omnes matres, at, cum creuit in eis cognoscendi facultas, parentũ propria, quasi definientes, animaduertunt. Verum Them. exemplum hoc non ad definitiones accommodat, sed ordinem librorum, videlicet ꝙ ab vniuersalibus sit incipiendum. potest tamen vtriq; aptari, vt patet. Sic igitur habes regulam & in demonstrationibus, & in definitionibus vtiam, quasi per vnam rationem.

Litera syllogismus.

Expositio Commen. 5. Auer.

{Cum declarauit causam.} Auer. primo introducit literam, & eam intelligit, vt nos exposuimus, ideo verba eius patent. Animaduerte tamen ꝙ genus & differentiam vul: esse elementa speciei. nam, vt mixtum ex elementis conficitur, sic species ex genere atq; differentia. licet illa partes rei, hæc partes rationis nonnunquam dicantur.

{Et dixit quodammodo.} Soluit Auer. vnum literarium dubiũ, quia non videtur ꝙ bene cõparauerit definitum ipsi vniuersali: quia non vna ratione ambo tota sunt, nec vna ratione partes illorũ modo eodem se habent. Respondet Auer. ꝙ totum est triplex, vniuersale, quod à nonnullis totum in modo dr̃ in libr. Topi. quiditatiuum siue essentiale, vt species ipsa, cuius proprie est definitio. totum materiale vt indiuiduũ, quod, quatenus ex partib' fit integralibus, totũ est integrale, quatenus ex materia & forma, totũ naturale. Vult igit̃ ꝙ vl'e & definitum non eadem totius ratione sunt tota. nam vniuersale est totum ad species, & ita est totũ in modo vniuersale, species partes subiectiuæ: definitũ est totum essentiale siue quidditatiuum, partes vero essentiales genus & differentia. totum physicum est indiuiduum, partes sunt membra, aut materia & forma: quia igitur non vno modo penitus se habent, adiecit quodammodo.

{Et hoc.} Quod vero quodlibet totum suis partibus nobis notius sit, regula fuit: quotiam totum integrale notius est apud sensum q̃ suæ partes. propter quã quoq;. regulã ẽt accñtia sunt nobis prius nota q̃ causæ: quia accidentia sunt sensibilia primo, causæ vero non.

{Et quæ-

{Et quæret aliquis.} Mouet Auer. quæstionem. nã videntur in dictis Arist. inanis repetitio. nam textu illo, Sunt autem primum nobis manifesta & certa composita, intelligi per composita species: & hic, sustinent idem quodammodo hoc nomina ad rationem, intelligit species: igitur inanis repetitio. & ꝙ in primo intelligat species, patet, quia nõ potest intelligere indiuidua signata. nam ab illis non proceditur in demonstrationibus: sunt. n. extra artem & scientiam. hic etiam nõ potest intelligere nisi species, quia solius speciei est definitio: igitur est inanis repetitio.

{Ad hoc autem.} Respondet & vult, ꝙ ibi species, & hic species intelligit: sed aliter atq; aliter. nã ibi loquutus est de speciebus in comparatione ad partes, vt causæ sunt, & in processu sm fidem, hoc est, in processu demonstratiuo demonstratione signi: hic in processu definitiuo, ad partes sm imaginem, hoc est, definitiuas. Sic igitur licet idem intelligit, non eodem modo, quia ibi in demonstratione fidei, hoc est signi, hic in definitione processuq; definitiuo.

Processus secundum fidẽ, est secundũ demostrationem signi.

{Sunt igitur tres.} Ex his concludit esse tres modos siue species compositionis. prima est compositio speciei ex suis causis quiditatiua atq; essentialis, secunda generis ex speciebus vlis atq; in modo, & ambę hæ notiores sunt intellectu partibus suis. tertia est compositio indiuidui ex partibus sm sui qualitatẽ, hoc est, ita particulares vt ipsum est, & hoc compositum hac cõpositionis ratione apud sensum notius est partibus.

{Et ex eo.} Ordo autem compositionũ talium & regula hęc est, vt quia totum sensile notius sensu fuit partibus, scitum est, composita illis duobus modis notiora esse intellectu partibus.

{Et ideo.} Ex his quasi colligit aliam responsionẽ, ꝙ in textu illo tertio potuit intelligere per composita, non tantum species, sed indiuidua. nam, vt nunc dictũ est, indiuidua possunt esse principia acquisitionis vlis propositionis. Cum. n. scimus totũ sensile, quod est indiuiduum esse sensu notius partibus, scimus ita esse in alijs apud intellectum: igitur potest esse principiũ inuestigationis vlis. sed re vera prima responsio est melior. nam ibi loquitur in demonstratione quia, vbi indiuiduum non potest esse medium, nisi fuerit inductio.

{Signum eius.} Nunc per signum hæc confirmat, & animaduerte ꝙ intellectum pueri vigorari potest intelligi per se, vel per accidens. per se falsum est, quia intellectus non senescit, vt in libro de Anima diximus: per accidens vero est cõcedendum. nam vt dicit Plato, sedatis motibus pueri, & sensibus exterioribus & interioribus vigoratis, per hoc ꝙ humor recedit, intellectus quo ad illius operationem vigorari videtur. Cætera commenti patent.

Singulare secundum sensum primũ est cognitum secundũ quosdam Bur. Scot. Ioan. Sa Ant. And. & alios plures.

Sed circa hæc plures occurrũt qõnes. prima est quę prius cognoscuntur ab intellectu nr̃o, vtrũ minus vlia vel singularia, aut magis vlia? Animaduerte ꝙ hic sunt duæ pones. vna tenet singulare per se posse ab intellectu nr̃o cognosci, quatenus singulare: alia, ꝙ singulare ꝑ se, quatenus singulare, ab intellectu minime cognosci possit. ideo primi tenent absolute singulare esse primũ cognitũ, & magis ab intellectu nr̃o cognosci ipso vli. Quod vero singulare ꝑ se ab intellectu nr̃o cognosci possit, pluribus rõnibus arguitur. Primo, quia intellectus cognoscit differentiã inter vle & singulare: igitur deprehendit per se extrema. Secundo intellectus componit hanc propositionẽ, Plato est homo: igitur

A cognoscit extrema illius. operatio. n. secunda, & composita supponit simplicem & primã, vt in lib. Peri her. Tertio prudentia est de singularibus, & illa est operatio intellectus. Quidam alij, qui subtiles habentur arguunt, primo intellectus per se fertur in esse: igitur in quodlibet contentum sub ente, & ita in singulare. Secundo, intellectus per se intelligit ens: igitur maximũ ens magis intelliget: sed singularia sunt maxima entia, vt indiuidua substantiæ, quæ sunt substantiæ primæ.

Tertio, si singulare non per se intelligeretur, esset, qa adderet materiam: sed per materiam addit ad esse: igitur ad cognoscibilitatem. Quarto, aut singulare mouet intellectũ, aut vniuersale. non vle, quia mouere est actio & operatio: sed actiones & operationes sunt singularium. 1. Meta. igitur singulare mouebit. Quinto, cuius syllogismi propositiones intellectui patent, con-
B clusio eidem patere debet: sed propositiones syllogismi particulares in tertia figura intellectui patẽt, vt omne B A: omne B C: igitur aliquod C A. patet esse singulare C ipsum. Vltimo, intellectus imponit nomina singularibus: igitur intelligit illa. hoc supposito, volunt cognitione confusa, & non definitiua singulare esse prius notum, maxime sit fortius mouet sensum. quod addunt propter eum, qui venit è remotis. Hæc positio peccat in duobus, primo, quia dato ꝙ singulare per se intelligeretur à nobis, adhuc nõ oportet ponere ipsum esse prius notum intellectui, vt dicemus in nostra positione. Secundo, singularę intelligi à nostro intellectu per se contradicit authoritatibus & rationibus. primo, quia, si singulare ꝑ se intelligitur ab intellectu, aut ab intellectu, quatenus intellectus est, vel ab intellectu coniuncto sensibus. si ab intellectu, quatenus intelle-
C ctus est, tunc ẽt ab intellectu separato, contra Auer. 12. Meta. cõm. 51. & contra omnes: si ab intellectu, quatenus coniunctus est, tunc non intelligitur ab intellectu per naturam intellectus. igitur propter coniunctionẽ, quam habet ad sensus, & ita mediante sensu, vt arguit Auer. 3. de Anima. cõm. 10. Secundo, è quocũq; remouetur ratio intelligibilitatis & modo quo remouetur, remouetur intelligibilitas: sed ab indiuiduis remouetur ratio intelligibilitatis. nã ratio intelligibilitatis est forma & actus. 9. Meta. comm. 20. singularia non sunt per se formæ, sed participatiue, quia compositũ est ens in actu propter formam. 2. de Anima cõm. 4. igitur & per accidens intelligibile. Tertio arguo argumentis Auer. omne receptum recipitur in subiecto per modũ recipientis. 3. de Anima cõmen. 5. sed intellectus potestate est vle per essentiam: igitur non recipit nisi vle.
D Vel sic, intellectus potestatis est vniuersale per essentiã: igitur essentialius recipit & vniuersalius ꝗ vle participatiue: sed corpus in communi non recipit hunc colorem. 7. Metaph. igitur intellectus, qui per essentiã est vlis, non potest recipere cognitionem particularẽ huius hominis. Quarto, intellectus agens comparatur intelligibilibus, vt lumen coloribus. 3. de Anima cõm. 5. 28. & 2. de Anima cõm. 67. sed lumẽ dat coloribus esse sensile in actu: igitur intellectus agens dat intelligibilibus intellectum actu: igitur singularia, non quatenus singularia, intelligibilia sunt. Quinto, plus differt intellectus ab imaginatiua, quã imaginatiua à sensibus exterioribus: sed imaginatiua non potest in obiectũ sensus exterioris sub ratione illius: igitur nec intellectus in subiectum siue obiectum imaginatiuæ sub ratione singularis. Multæ rationes fieri solent, sed hæ satis sint.

Reprobatur hæc põ.

Quod contra dicat Auer.

Sed

Responsio ad Argumenta. De singularium cognitione.

Sed pro solutione quæsiti animaduerte ꝙ duplex est responsio: vna expositorum, alia Auer. Pro respósione expositorū, debes scire quód singulare est duplex: quoddam æquiunce, pro quanto est vnum in tota specie, cuiusmodi est Deus, & quælibet intelligentia. hæc enim propria sunt vniuersalia per essentiam, sed dicitur singulare vnaquæque quatenus vna numero est in tota specie: & de hoc modo singularibus non loquimur, quia patet illa per se intelligi per essentiam saltem à seipsis. Alio modo accipitur singulare vniuoce, prout est indiuiduum determinati prædicamenti, vt hic homo, Socrates, & Plato: & hoc propter materiá, vt nunc suppono, & de hoc est qó. Secundo animaduerte ꝙ species intelligibilis, quam ponunt in intellectu genitã ab intellectu agente & phantasmate, potest dupliciter cósyderari: vt similitudo, & sic primo representat vniuersale, & naturam, è qua primo genita est. alio modo vt effectus quidam genitus è singularibus phantasiatis, & sic representat singularia ipsa, quo effectus represent causam. Tunc dicunt expositores ꝙ intellectus directe, & per se intelligit solum vniuersalia, & omnia sub ratione vniuersalis. nam intelligit per speciem quatenus similitudo est, & illa primo representat vniuersale. reflexe vero vtpote quando redit ad cognitioné speciei intelligibilis, intelligendo talem speciem, quodammodo intelligi singularia phantasiata, quo modo per effectum percipimus causam, vt per artificiū percipimus artificem. primo igitur actu fertur in vniuersale: & cùm conuertitur ad speciem, & intelligit illam vt effectum, intelligit ipsum singulare. Et per hoc patet solutio ad omnia argumenta. nam intellectus reflexe intelligit, & sensus directe cognoscit singulare. quæ sufficiunt ad omnia argumenta.

Respon. Auer.

Auer. autem. 3. de Anima. cóm. 10. vult ꝙ intellectus, quatenus intellectus, non intelligit ipsum induidium per se, quatenus indiuiduum, sed intellectus mediantibus sensibus cognoscit indiuiduum sub aliqua habitudine ad vniuersale, vt pars illius, vt differens ab illo, vt conueniens cū illo: seorsum autem acceptum sub nulla habitudine ad vniuersale, ab intellectu non intelligitur, sed tantum à sensu. Vnde, cùm indiuiduum intelligitur sub habitudine ad vniuersale, hoc est, vel vt differens, vel conueniens, vel pars, vel tale aliquid, intelligitur quatenus subit rationem vniuersalis, & sic non quatenus singulare per se seorsum. per hæc ad argumenta etiam patet. hęc de cognitione singularium.

De primo cognito.

Restat nunc disputare de primo cognito. vbi animaduertendum est, ꝙ de primo cognito duæ primæ fuerunt positiones. nam tenentes singularia per se esse à nobis, intellectuq; nostro intelligibilia, & quádoq; per se intelligi, ipsa primo cognosci à nobis, & post ipsa vniuersalia deprehendi contendunt. Qui vniuersalia tantum per se, singularia per accidens intelligi asserunt, in parte conueniunt, & in parte differunt. quantum quidem ad definitiuã cognitionem rei, quam vocant distinctam, volunt vniuersalia prius cognosci: sed, quantum ad cognitionem confusam, quam vocant quid nominis, vel quid nomen significet, differunt. nam quidam vniuersalia prius intelligi contendunt, atq; prius significata nominum illorum venire in notitiam nostram probant: alij contra, minus vniuersalia semper prius, quo ad significationes nominum occurrere asserunt. alij autem credentes mediare asserunt minus vniuersale prius cognosci, cuius singulare fortius & prius mouet sensum, vt in proxima E distantia: at in remotã, cum singulare magis vniuersalis fortius moueat, magis vle præcognosci volūt. quorum rationes & euasiones, & sophismata hic omitto: alibi. n. longius perquisita sunt. Ideo ad veritatis inquisitionem magis intendens, dico ꝙ vle est in duplici differentia:

Propria pō.

Vniuersale duplex.

quoddam enim est per essentiam, qua ratione Plato formas separatas vniuersalia asserit esse, Arist. vero Deum & substantias omnes intellectuales vles per essentiam concedit esse. hæc quoq; nonnunq̄ vlia in causando dicuntur, hoc est, vniuersales rerum causæ. Alia sunt vlia participatiue, vt animal vle, & homo vlis, & id genus. quæ dicuntur vlia participatiue, qm̄ sua natura sunt formæ singulares, sed participatione intellectus, qui per essentiam est vniuersalis, efficiūtur vniuersales. 12. Meta. cóm. 4. hæc nonnunq̄ vniuersalia in prædicando dicūtur, quia aut sunt in pluribus, F aut dicūtur de pluribus, vt Arist. inquit in libro de Interpretatione, & in lib. Poste.

Prima pō.

Vniuersalia itaq; primo modo apud omnes posterius cognoscuntur, vt in Primo de Anima cóm. 8. exponit Auer animal vniuersale, aut nihil est, aut posterius est: quia idea Platonis, aut nihil est, aut si quid est, illa posterius cognoscitur. & in hoc Peripatetici omnes conueniunt.

Quod metaphysica posterior Physica.

Qua ratione euenit vt Metap. fit post Physicam. nam metaphysica, aut est de vniuersalibus per essentiã, aut de vniuersalibus per indifferentiam ad illa, & ad res materiales, vt sunt ens, vnum, & id genus. si quidem de vniuersalibus per essentiam, illa post physicam erit: si de vniuersalibus p indifferentiam, etiam post physicã erit, qm̄ illa abstrahi non possunt, vt cõia naturalibus & separatis, nisi sint ipsa separata.

Vniuersale prædicatiuum duplex.

At, si de vlibus sit sermo, quæ sunt participatione talia, cum eiusmodi vle sit duplex, aut com- G plexum, vt propositio vlis, siue syllis vniuersalis: aut incomplexum, vt vle prædicabile, tunc quæstio non est vna ratione soluenda. nam, si loquimur in propositionibus vlibus, possumus adhuc loqui de his in comparatione ad propositiones minus vles, aut in comparatione ad singulares. si in comparatione ad singulares,

Secūda propō.

vles sunt quandoq; prius notæ, vt in scientijs speculatiuis, quarum principia sunt innata, vt in mathematicis: in his n. vles præcognoscuntur, vt. 1. Poste. asserit Arist. In scientiis vero, quarum magna pars per obseruationes habetur, vt physicæ, & practicæ, quo quidem ad earum inuentionem, singulares, ex quibus vles inductione proficiscuntur, præcognoscuntur: quo vero ad illarū doctrinationem vles præcognoscuntur, qūo magister ipse discipulum docet. non. n. nisi ex vniuersalibus procedit ad singulares propositiones. Vbi ve- H ro comparantur magis vles ad minus vles, vbiq; vniuersaliores præcognoscuntur: propterea liber Physicū sit de propositionibus vniuersalioribus cæteris præponitur: fiunt. n. huius propositiones ex terminis vniuersalioribus, vt dixit Auer. in proœmio.

Titulus q̄stionis de primo cognito, quo sumendus.

Dubitatio igitur de his nulla apud latinos nódum facta est. restat igitur vt dubitatio solum sit de vniuersalibus & minus vniuersalibus prædicabilibus. De quibus sit hæc dubitatio sic intelligenda, vtrum vle præcognoscatur singulari vel minus vniuersali, hoc est, an res ipsa, vt Socrates, prius ab intellectu nostro præcōcipiatur sub conceptu magis vniuersalis, vt conceptu animalis, q̄ conceptu minus vniuersalis, vt conceptu hominis.

Antequàm de quæstione dicam, debes scire ꝙ sunt indiuidua speciei, & indiuidua generis proximi, & indiuidua generis remoti, vsq; ad ens. nam Socrates potest

appre-

apprehendi, vt hic homo, vt hoc animal, vt hoc corpus, vt hæc substantia, atque hoc ens. cum enim Socrates distat, deprehenditur primo quatenus hoc ens, deinde quatenus hæc substantia, deinde quatenus hoc animal, deinde quatenus hic homo, vt Socrates & Plato. qua ratione euenit vt duo sint ordines, alter quidē vniuersalium, alter indiuiduorum illi ordini vniuersalium correspondens. Secundo debes scire, q in omni ordine totum est præcognitum parti, vt si est totum sensile, est præcognitum parti sensili, si totum vniuersale præcognitum parti subiectiuæ, si totum definitiuum est præcognitum partibus definitiuis, vt diximus cognitione confusa & quid nominis. Ex ijs sequitur solutio quæstionis, q, si magis vniuersale comparatur minus vniuersalibus vt totum, & minus vniuersalia illi vt partes, de mente Auer. absolute magis vniuersalia sunt præcognita cognitione quid per nomen importetur, & confuse. hoc patet ex his duobus. nam vt indiuiduum generis est præcognitū indiuiduo speciei, quia totum ad illud, sic magis vniuersale minus vniuersali. Ex 2. vero patet idem, qm̄ in omni ordine totū est præcognitum partibus, vt supposuimus de mente Auer. Si vero minus vl'e comparetur ipsis magis vniuersalibus, vtpote generi & dr̄ia, vt totum definibile, sic minus vniuersale est præcognitum, & hoc per rōnem in textu, & per signum in pueris: comparari vero inuicem non possunt ambo vt tota, quia totum nō ad totum refertur, sed ad partes, ideo acceptis vtrisque, vt totis, neutrum neutro est præcognitum. Horum signū Auer. ponit, quia totum apud sensum notius est: igitur omne totum est præcognitum partibus suis apud eam potestatem, è qua cognoscuntur ipsa omnia. Aduerte tñ q in hoc dupliciter solitus sum alias loqui. nam dum quæritur quid prius cognoscitur confuse, an vniuersale, an minus vl'e dici potest q vel loquimur in cognitione naturali, quæ præcedit actum volūtatis, hoc est, quid nobis naturaliter prius occurrit sublato omni voluntario actu, & tunc dico inter hæc non posse poni ordinem essentialem ex parte intellectus. nam, cum intellectus sit in potentia pure passiua, est in potentia neutra, nec potest poni ex parte rerum apprehensarum. nam, cum res ipsæ varijs occurrēdi modis possint occurrere, nūc sic, nunc aliter, illud erit prius, qd' occurrit vt totum, aut illud prius, cuius singulare fortius monet sensum. Sed qm̄ frequentius indiuidua magis vniuersalia prius nobis occurrunt, & rationes totorum vniuersalium sæpius præmouent, vt in pluribus magis vniuersalia occurrunt. at, si loquimur post actum intellectus, vt qn̄ voluntas intuat in operationem, tunc illud est prius cognitum, quod volūtas vult. Rōnes vero & cōfutationes hinc inde fieri solitę omittantur. nam passim habentur. hæc de primo cognito.

Vlterius quærere solem, vtrum definitio & definitum sint idem in re: Arist. enim & Auer. videntur absolute velle non differre nisi penes implicitum & explicitū, & ita esse penitus idem. Animaduertendum itaque primo apud Auer. definitionem nihil aliud esse nisi formam explicitam rei composita definibilis, hoc autem quibus rōnibus afferat Auer. collegi in lib. Destructio Destru. disp. 5. in solutione tertij dubij. Secundo animaduertendum, sine materia nullum compositū definiri posse, vt Auer. 1. de Aīa cō. 16. alter definitio esset diminuta. qua rōne fit, vt aliqd interdū priueat ad definitionē p se, vt forma, cuius definitiuis partes nihil

Modus primus soluendi.

Sent. Auer. Vniuersalia magis præcedunt in cognitione quid nominis.

An definitio et definitum sint idem in re.

A aliud sunt, q formæ partes. 5. Met. cōm. 30. aut per accidens, quo materia pertineat ad definitionem, ponitur. n multa vt causa sine qua non, & sic per accidens necessario: hac ratione fit, vt non vera pars sit definitionis, sed apparens pars. 7. Meta. cōm. 34. eo mō quo subiectum ponitur in definitione simi, aut aquili. Hæc de definitione. Et de definito agamus, definitū triplex, quoddā per se primo, vt forma ipsa. nam definitio per se primo solā formā explicat: quoddam per se, sed non primo, & sic compositum vl'e, vt species, per se definitur: quoddam nec primo, nec per se, vt singularia. De primo Auer. loquitur. 7. Meta. cōm. 37. de. 2. loquitur ibidē. cō. 4. & 21. item q; 8. Met. cō. 9. de. 3. loquitur. 7. Met. cō. 51. Ex his tollitur cōtradictio inter dicta Aue. & Arist. vbi. n. afferunt definitionem & definitum esse penitus eadem, volunt & sumunt definitum per se pri-
B mo: vbi vero volunt definitionem re differre à definitis, sumunt alijs modis. nam vt sic sunt cōposita, & ipsa composita differunt realiter à forma ipsa. Hæc de definitione, & de definito, & de proœmio Arist. satis.

De definito Triplex definitum.

Solutio q̄onis.

RECOGNITIONES.

Secundum Simplicium Arist. accepit duo, & q totum sine compositum sit nobis notius partibus simplicibus, quæ ipsum componunt: & quod vl'e sit prius notum minus vl'i. Et licet vtrunque Arist. probauit, tñ in hoc textu vult, vt rursus probet compositum esse nobis prius notum suis simplicibus partibus, quæ ipsum componunt. & sic vult q primum exēplum de circulo conueniat composito, ac toti proprie. nam in toto cōposito sunt partes, vt in totalitate confusa. sic in ipso circulo sunt, partes definitionis. Secundū ve-
C ro exemplū vult esse cōueniēs vl'e respectu minus vl'is. Auer. aūt exponit Arist. velle declarare illud, quod significat nomen rei definibilis, esse prius notū suis definitiuis partibus propter candē causam, propter quā vniuersale est prius notū nobis minus vl'ibus. & hoc propterea, quia ipsum definibile est totum, ea, ex quibus constat definitio, sunt partes: hoc idem probat exemplis. Sed re vera hæ expositiones non placent. illa Simplicij quidē non placet, quia textus legitur in græco cum nota aduersatiua. igitur aliquid vult dicere, qd' nōdum dixit, nec probauit. Illa Auer. caret causa, quare videlicet Aristot. velit declarare definibile esse prius notū suis partibus, quibus definitur. Quare Arist. aliud intendit. nam primo textu declarauit ordinē in doctrina particulari demonstratiua, quē seruabit in pertractatione rerum naturaliū, & explicauit genus demōstra-
D tionis, quo vult vti in hac scientia: In. 2. textu assignauit ordinē procedēdi in doctrina totali vsque ad præsentem locū. at nunc assignat ordinem procedendi in doctrina particulari definitiua: & vult, q in definitione quid nominis, procedendum sit à minus vl'ibus ad magis vl'ia, vt cognitione quid nominis speciei. s. circuli, qui definitur, ad cognitionē quid nominis partium definiti, quæ sunt magis vl'ia, videlicet genus, & differentia. sed in cognitione quid rei prius nobis nota sunt magis vniuersalia, & per illa sūt nota species, quę sunt minus vniuersalia, & hoc proponit cum dicit: {Sustinent autem hoc idem, } idest hunc eundem ordinem {quodammodo & nomina} scilicet definibilia {ad rationem} idest ad partes definitionis, quem sustinere diximus in doctrina totali magis vniuersalia ad minus vniuersalia. & sic vult in cognitione definitiua qd no-

Simpl. Probat Arist. compositū esse prius notū suis partibus.

Auer. Arist. probat. definitū notius esse suis definitiuis partibus.

Confutatio. Simp.

Auer. Propria expō. Vult Arist. demonstrare ordinem procedendi in doctrina definitiua.

minis, definibilia ipsa prins nobis nota suis partibus, ex quibus definiuntur, & minus vniuersalia magis vniuersalibus. Quòd vero qualis ordo est inter magis vniuersalia, & minus vniuersalia in doctrina totali, talis sit & in doctrina particulari definitiua quid nominis, probat, & dicit { totum enim quoddam, & indistinctè. } nomina ipsa definibilia {significant, vt circulus: definitio autẽ ipsius diuidit in singularia}.i.in simplices partes, quibus circulus definibilis est. Et cùm dixit nomina ad rationem sustinere hoc idem, addidit {quodãmodo. } quia nomina ad rationem eiusdem ordinem sustinent, non simpliciter: quia licet in vtroq; ordine principium sit totum, tamẽ ratio totius alia est in ipso vniuersali respectu minus vniuersalium, & alia nominis definibilis ad partes rationis. illa enim indifferẽtiæ atq; continentię est, hæc vero compositionis: ergo idẽ ordo est in doctrina totali, quo proceditur à magis vniuersalibus ad minus vniuersalia, & in doctrina particulari definitiua quid nominis, quo proceditur à minus vniuersalibus ad magis vniuersalia. idem dico, quia in vtroq; processu principium procedendi totum est, non tñ simpliciter: quia totum alia ratione accipitur in vno, & alia ratione in alio. Quòd autem definibilia in cognitione quid nominis, sint nobis prius nota ipsis magis vniuersalibus, quæ sunt eius partes, exemplo cognitionis puerorum demõstrat, & dicit, {pueri quidem omnes viros patres} siue tatas appellant, & omnes fœminas}, idest mulieres { matres} siue mammas, per quæ innuit pueros prius de patre & matre habere quid nominis. cognoscuntur enim pater & mater qd nominis, si appellabimus omnes viros patres, & omnes fœminas matres. {posterius antem determinant} idest definitiue cognoscunt { horum vnumquodq;}.i. patrem & matrem ex cognitione earum partiũ, ex quibus componitur pater, vel mater. Quod exemplũ docet in cognitione quid nominis definitiua esse prius nota minus vniuersalia, quæ sunt tota, magis vniuersalibus, quæ sunt partes. contra vero in cognitione definitiua quid rei magis vniuersalia, quæ partes sunt definitiuæ, prius nota sunt minus vniuersalibus, quæ sunt definita. Quod autem exemplum istud sit assignatum pro comparatione definiti ad partes, patet, qm̃ aliter Arist. committeret transgressionem saltãdo. Sed dices, tunc eadem erunt prius, & posterius nota. nam in doctrina definitiua quid nominis minus vniuersalia sunt prius nota, in doctrina vero totali magis vniuersalia. Et diluitur hæc obiectio, nam idem quatenus totum potest esse prius, ac posterius notum respectu eiusdem, non tamen eadem ratione accipiẽdo totum, quia in doctrina definitiua quid nominis minus vniuersale est prius notũ, quatenus est totum s̃m compositionem: in doctrina vero totali magis vniuersale est prius notum, quatenus est totum s̃m continentiam: & sic non est in vtroq; totum prius notum eadẽ ratione. Sed quæres adhuc, cur minus vniuersalia respectu magis vniuersalium in doctrina totali non subeunt rationem totius, veluti in doctrina particulari definitiua quid nominis? Causa autem in próptu est, quia minus vniuersale, vt subest rationem totius, est totum essentiale compositum, & ita est totum definibile: & sic non potest esse nobis prius notum, nisi in doctrina definitiua quid nominis, magis vero vl'e, vt sub est rationem totius respectu minus vniuersalis, nõ sub est rationem totius, nisi s̃m cõtinentiã: & sic erit prius

In cognitione quid nois definitiua minus vniuersalia notiora sunt magis vniuersalibus, & contra in definitiua quid rei.

Dubi. 2.

E nobis notum in doctrina totali. Causa autem, quare in vtraque doctrina ordo est procedere à toto ex naturali insitu ab Arist. assignatur, quoniam nulla alia ratio assignari potest, vt Arist. demonstrauit per verbũ { innata est autem nobis via. } Ex iis patet in toto hoc prooemio Arist. tria fecisse, quia primo textu declarauit ordinem in doctrina particulari demonstratiua, cũ conclusisset esse manifestum in scientia de natura esse procedendum per cognitionem principiorum, causarum, & elemẽtorum: textu vero, {Innata est autem} declarasse ordinem in doctrina totali: textu autẽ, {substinent autem} exposuisse ordinem in doctrina definitiua. Auer. autem in commento aliter colligit ea quæ Arist. fecit in prooemio. quæ, cum exposita sint in cõmentarijs, bona fronte prætermitto. Est tamen attentione dignum, Auer. intellexisse tres syllogismos assu-

F mendo sub eadem maiore tres minores. Maior quidẽ est, ex nobis prius notis est procedẽdum ad posterius nobis nota. Si acceperimus sub hac, sed effectus compositi sunt nobis prius notis suis causis simplicibus, cõcludemus ordinem in doctrina demonstratiua, videlicet, q̃ sit procedendum à cõpositis effectibus ad causas simplices. Si autem acceperimus, sed magis vniuersalia sunt nobis prius nota minus vniuersalibus, concludemus ordinẽ in doctrina totali q̃ debeamus procedere à magis vniuersalibus ad minus vniuersalia. at, si acceperimus, sed definibilia sunt prius nobis nota q̃ partes definientes, concludemus ordinem in doctrina definitiua q̃ debeamus incipere à cognitione quid nominis rei, quæ definitur. & sic sunt tres syllogismi ex vna tantum maiore, quia licet augere in latus.ℏ. Post. De primo vero cognito ab Arist. & ab Auer. cæterisq;

G Græcis expositoribus non habemus nisi duo, & q̃ in doctrina totali magis vniuersalia nobis sint prius nota minus vniuersalibus, cùm magis vniuersalia in tali doctrina rationem totius habeant: & q̃ in doctrina particulari definitiua quidem minus vniuersalia nobis sint prius nota, cum minus vniuersalia in hac rationem habeant totius, magis vero vniuersalia rationem partium: demonstratiua vero composita prius nota sint componentibus, & effectus suis causis. nec alia ex iis, quæ dixerunt habemus. Hinc emersit digladiatio inter iuniores, cum cõtingat aliquid cognosci distinctè aut confuse, qua nam cognitione dicant Arist. & expositores cognosci hoc prius, illud posterius, distinctè an confuse? Si.n.in ordine doctrinæ totalis prius nota sunt magis vniuersalia minus vniuersalibus cognitione confusa, scientia vniuersalis, quæ habetur de illis

H esset imperfecta, & scientia, quæ habetur in libris Auscultatoriis de vniuersalibus rebus naturalibus, vniuersalibus accidentibus, & vniuersalibus causis eorũ, esset imperfectior scientia, quæ habetur de eis per spẽm. at, si cognitione distincta, tũc essent nota, vt partes, & sic probatio Arist. non esset ad propositum, qui probat ea esse prius nota nobis, quia tota. Et licet de huiusmodi quæsito pluribus in locis disseruimus, tamen iuxta expositionem huius prooemij, quæ nunc occurrit nobis de nouo, hanc rem dilucidare oportet. Accipiamus itaque notitiam, qua aliquid cognoscimus prius, aliquid posterius, bifariam esse. aut Vniuersalem, & hęc dicitur doctrina totalis, in qua plures notitiæ particulares & eiusdem, & alterius rationis continentur, & hoc pacto vniuersa scientia de natura dicitur doctrina lis notitia, in qua aliqua prius, aliqua posterius cognoscuntur

Prooemii Epilogus.

In doctrina totali magis vniuersalia prius nota minus vniuersalibus. contra autẽ in particulari doctrina definitiua.

An vniuersalia minus vniuersalibus prius & notiora sint in totali doctrina cognitione confusa vel distincta. Dilucidatio quæsiti.

scuntur: aut Particularem, & hæc est duplex, aut terminotum, & hæc definitiua notitia dicitur, aut propositionum, & hæc est discursiua. Notitia quidem, quæ est doctrina vniuersalis, totalisúe, qua aliqua prius, aut posterius cognoscnntur, nō est, qua quæ prius cognoscuntur distincte vel confuse cognoscantur, aut quia vel propter quid, sed qua prius pertractatione aggregante plures notitias cognoscuntur, notitia vero, quę dicitur doctrina particularis, si terminorum est, ea est, qua aliqua prius, alia posterius cognoscuntur confuse, vel distincte. confuse quidem, cum terminus cognoscetur quid significat, distincte vero, cum cognoscetur res significata quid est. si autem demōstratiua est, qua prius vel posterius nota cognoscūtur, quia vel propter quod cognoscuntur. Ex ijs sequitur primo quæsitum, si magis vniuersalia sint nobis prius nota minus vniuersalibus, est multiplex, sicuti notitia multiplex est. quia vel totalis, vel particularis, & sic ad ipsum per distinctionem est respondendum. Sequitur secūdo, ea, quæ in totali doctrina prius aut posterius nota dicuntur, non esse prius nobis nota, aut posterius cōfuse vel distincte notitia quid, aut propter quid, notitia quod nominis, vel quid rei, sed pertractatione aggregante has notitias omnes, & adhuc plures. nam, cum cognoscuntur prima principia in vniuersali, quia tria vel contraria, cognoscuntur notitia demonstratiua quia vel propter quid: cum vero cognoscitur quid vnūquodq; sit, cognoscitur confuse, vel distincte. Sequitur tertio, ea, quæ dicuntur nobis prius nota in doctrina particulari demonstratiua vel posterius, non dici prius vel posterius nota distincte vel confuse, sed solum vel notitia quia, vel ꝓpter quid. Sequitur. 4. ea, quæ dicūtur prius vel posterius nota ī doctrina particulari definitiua esse sola prius vel posterius nota distincte, vel confuse, qm̄ hæc sola cognoscuntur quid nominis, vel quid rei. Ex ijs sequitur dilucidatio, cū quæritur sint ne prius nobis nota magis vniuersalia, an minus, qm̄ vel loquimur in doctrina totali, vel particulari. Si in doctrina totali, sic magis vniuersalia, immo vniuersalissima sunt nobis prius nota minus vniuersalibus, non quidem confusa vel distincta notitia, quia vel ꝓpter quid, sed pertractatione aggregante plures notitias, & eiusdem & alterius rationis. Si autem loquimur in doctrina particulari, aut in demonstratiua, aut in definitiua. si in demonstratiua, cum hæc sit propositionum, aut loquimur in notitia quia, aut in notitia propter quid. si loquimur in notitia quia, ꝓpositiones qui significant effectum, prius nobis notæ sunt propositione quæ significat causam illius effectus: & intelligo quouis modo propositiones sunt, siue vniuersale, siue minus vniuersales. sin autem in notitia propter quid, propositiones, quę causam significant, prius nobis notæ sunt ꝓpositione significante effectum illius causæ. Si autem loquimur in doctrina definitiua, aut loquimur in notitia confusa, aut distincta. Si in confusa, minus vniuersalia sunt prius nota nobis magis vniuersalibus: quoniam respectu illorum tota sunt: sin autem in distincta, magis vniuersalia prius nobis nota sunt minus vniuersalibus: qm̄ respectu illorum partes sunt. Sed aduersus hanc dilucidationem sunt dubitationes non leues, prima quidē, qm̄ in ipsa inductione aliqua prius, aliqua posterius cognoscūtur, vbi propositiones significantes res singulares prius nobis notæ sunt propositione significante rem vl̄em. deinde in ipso exēplo est

Dubitat.

A vnum singulare prius notum altero. Ad hæc accipio speciem lapidis, quæ genita est in intellectu nostro ab obiecto representato per phantasma, & ab intellectu agente, & quæro quid prius nobis representabit? Nō, cum illa possit representare lapidem sub ratione magis vniuersalis, videlicet corporis, vel minus vniuersalis, vi delicet Zaphyri, quęro quid prius nobis representa bit? vltimo accipio aggregatum ex omnibus scientijs speculatiuis, & certum est hoc aggregatum esse vnam totalem doctrinam: ergo, si in doctrina totali vniuersalissima sunt nobis prius nota, tunc Metaphysica esset prima pars huius doctrinæ totalis, quæ tn̄ est vltima: & consequentia patet, qm̄ est de vniuersalissimus. Sed dubitationes hmōi facile delentur. prima quidem diluitur, quia inductio non est doctrina, ideo inter partes eius nō est per se ordo. Interdum. n. propositiones, B q̄ significant singularia, sunt nobis prius notæ, vt illa, omnis mula est sterilis, nobis prius nota est, q̄ illa particularis, hæc, quæ est in vtero, est sterilis. aliqn̄ cōtra, propositiones significantes singularia nobis prius notæ sunt notitia experimentaria. quare inter inductionis partes non est per se ordo, & sic non est doctrinalis notitia: & cùm de ordine, qui est per accidens non sit sciētia, ideo de tali nec Arist. nec nos locuti sumus. Simili ratione de exemplo: per accidens. n. vnum singulare est altero prius vel posterius notum, & ita inter propositiones, quæ significant singularia, non potest esse per se ordo. Diluitur etiam. 3. obiectio, vno modo asserendo inter representationes illas non esse rerū, quæ cognoscuntur ordinem, nisi ex conditionibus. verbi causa, Dato ꝙ indiuiduum moueat sensum à remotis, species eius representabit prius lapidem sub ratione corporis, C tione corporis, si sub ratione lapidis: dato vero ꝙ moueat de proximo, sitq; impedimentum omne deductū representabit lapidē sub ratione lapidis. Sed, quia eiusmodi cōditiones indiuiduo, quod sensum mouet, sunt accidentales, iure inter has representationes erit ordo per accidens. quare, cum conditiones eiusmodi promouent ad cognitionem magis vniuersalis, magis vl̄e prius cognoscitur, qn̄ ad cognitionem minus vl̄is, minus vl̄e prius cognoscitur. Accedit ad hæc ꝙ si ordo esset per se, omnia minus vniuersalia intermedia præcognoscerentur, cuius contrarium experimur: ꝙ si huiusmodi ordo sit per accidens, non erit doctrinalis, & illius causa reddi non potest, nisi ex conditionibus requisitis, quæ promouent ad diuersum modum cognoscendi. Melius autem dico per distinctionem, si intellexeris in notitia simplici, cum hæc sit definitiua, dico ꝙ D species prius representabit lapidem quid nominis, & minus vl̄e in notitia confusa, in notitia distincta prius magis vniuersalia, quæ sunt illius partes. Sin autem in notitia complexa demonstratiua, dicendum est, vt est dictum. Hactenus de primo cognito. Multa dixerunt de huiusmodi quæsito Alexander, Philoponus, Porphyrius, & Simplicius, non tamen peruenerunt ad dilucidationem rei.

Solutiones.

Singulare vnū altero prius, vel magis notum esse p accidens est.

Necesse est itaq; aut vnum esse principium, aut plura: et si vnum, aut immobile, & Parmenides atq; Melissus dicunt, aut mobile, vti Naturales, quorum alij aerem, alij aquam primum principium esse autumāt. Si vero plura, aut numero finita, aut infinita: & si finita sint pluraq; uno, aut duo, aut tria, aut quatuor, aut alio quodam numero constituta erunt. Si autem infinita, aut perinde, ut DILVCI.

Democritus genere quidem unum, figura autem, aut forma diuersa, aut contraria quoque esse oportet.

Hactenus de intentione procemium perficit, nunc prosequitur: & primo de rerum naturalium principijs opiniones & veritatem inquirit, procedit autem diuidendo positiones de principijs conformiter diuisioni entis, & inquit: Necesse est itaq; rerum naturaliū esse aut vnum principium, aut multa. est enim prima entis diuisio in vnum, aut multa. Rursus esse vtraq; pars habuit opiniones. & si vnum sit rerum naturalium principium, aut immobile esse oportet, aut mobile. est.n. hæc diuisio vnius prima, videlicet ad immobile & immateriale siue abstractum, aut ad mobile, materiale, & coniunctum. Parmenides & Melissus, de quorum opinione infra dicemus, principium rerum naturalium vnum esse & immobile aiunt, qui, cùm motum negēt, non naturales dicti sunt, Sed Theologi vocantur à Platone in Parmenide. Naturales vero vnum esse aiunt, sed mobile, qui cum motum admittant, naturales græco verbo physici nuncupantur. Horum alij aerem dicunt rerum naturalium principium, vt Diogenes: alij aquā, vt Thales Milesius: alij ignē, vt Heraclitus Ephesius: alii vero horum medium vapores, videlicet inter aerem & aquam, vt Hyppon & Cricias vulgares Philosophi, quorum quidem nullus nisi Hesiodus poeta atque theologus posuit terrā: hic enim fuit primus apud græcos, qui in cinerem nos verti commemorari iussit: cæteri à rerū principijs terram ob crassitudinem atque mobilem immobilitatemq; distinguunt. Si vero plura sint rerum principia, cum prima multitudinis diuisio sit per finitum aut infinitum, ideo alij finita numero, alij infinita esse aiunt. Eorum vero qui finita posuerunt, Parmenides, vt dicemus, duo terram & ignē autumat: Hyppon & Cricias tria, ignem, aerem, & aquā è quibus vapores exoriri asserunt. Empedocles agrigentinus quatuor videlicet elementa, hic etiā alio quodam numero principia statuit, addens concordiam & discordiam, & ita sex ponit. hi sunt qui finita contendunt. Eorum qui infinita, alij, vt Democritus, substantiam atomorum. i. indiuiduorum corporū arbitratus est vnam esse genere, sola vero figura siue forma, aut specie diuersa: nam licet hæc indiuidua, siue minima corpora sint natura, diuiduæ sunt magnitudines, aliæ triangulæ, aliæ quadrangulæ, aliæ alijs figuris & speciebus descriptæ: vt in libro de Genere anno præterito disputabimus. Alij infinita asserunt, sed contrarietatibus differre, vt Anaxagoras clazomenius homœomerias, hoc est, similares partes qualitatibus distinxit, caliditate, frigiditate, atq; nigritia, vt Themistius asserit. de rerum itaq; naturalium principijs necessitate diuisionis constitutæ, hæ sint positiones. Dubitat Auer. hic primo, & inquit: Et secundum naturam diuisionis deberet dicere & si vnum, aut erit finitum, aut infinitum, vt dicunt Parmenides & Melissus. Respōdet ꝙ Arist. hanc diuisionem innuit per eam quam dedit de multitudine, quia dixit: Et si plura, aut finita, aut infinita. per hanc itaq; diuisionem datam circa multitudinem innuit illam circa vnum. Secunda dubitatio esse potest, quonammodo possint Parmenides & Melissus dicere vnū tantum esse ens, videlicet principium, cū principium sit relatiuum ad principiatū? Sequetur.n. non tm̄ principium esse, vt si tm̄ pater est, non tm̄ pater est, vt Sorticolæ aiunt. Respondet Auer. ꝙ hi per

Entis prima diuisio est per vnū et multa.

Hesiodus cō memorari iussit in cinerem nos verti.

Cōm. 6. Auer. Dubi prīa. Auer. Solutio.

2. Dubi.

Solutio.

E principium accipiunt ens, vt dicetur: modo, ens non est relatiuum. Vlterius debes scire, vt Auer. ait, ꝙ omnis multitudo, aut est rerum fm̄ formam, hoc est speciem, aut fm̄ quantitatem, hoc est, numerū. quia omnis differentia, aut est specifica, aut numeralis: si specifica, dicitur multitudo fm̄ formam: si numeralis, dicitur fm̄ quantitatem. Ideo Democritus de multitudine principiorum asserit hos modos, quo quidem in loco colligere soliti sumus indiuiduorum principium distinctiuum esse quantitatem, quæ res, cùm propositum nostrum transcendat, Metaphysicis omittatur. Tertia dubitatio esse potest, quare Aristot. non diuisit plura per mobile, & immobile? R̄ndet Auer. quia nullus asserit plura principia quiescentia esse, quā quoq; solutionem expositor sectatur in hac parte. Hæc tamē solutio non mihi placet, nam ponentiū plura, alij sunt

F qui ponunt omnia immobilia esse, vt Zeno Eleates, quē Arist. confutat in lib. 6. & in 8. tex. cōm. 22. alij qui ponūt omnia semper moueri, vt Heraclitus Ephesius, quem confutat Arist. in huius libri Octauo, tex. cō. 23. & ita falsum est quod Auer. ait, nullū dixisse plura principia quiescentia esse; cùm Zeno posuerit plura & entia & principia, & asserat omnia semper quiescere. Melius igitur diceremus, vt dixit ipse in solutione ad primā, ꝙ hanc diuisionem innuit per primam, videlicet cùm dixit, & si vnum, aut mobile, aut immobile.

Differētia est, aut specifica, aut numeralis est.

Cur Arist. plura non diuisit per mobile & immobile. Solutio. Confutatio.

Propria Solutio.

Eodem autem modo etiam quærunt, qui entia quot sint perquirunt: quærunt nanq;, utrum ea, ex quibus res ipsæ constant, unum aut plura sint? & si plura, finita ne, aut infinita? Quare principium quærunt ac elementum, utrū sit unum, an plura? DILVC.

G Fuerunt alij Philosophi, vt Themistius asserit, qui de entibus apud Veteres philosophati sunt, probat modo Aristo. ꝙ hi, qui philosophabantur de entibus, non aliter volebant intelligere quæstiones suas, quàm illi, qui philosophati sunt de principiis. huius rationem asserit Arist. quia similes quæstiones mouebant, & similes diuisiones fecerunt de entibus, veluti illi de principijs. propterea concludit eos quærere principia, dum quærunt de entibus. quo fit, vt posterior es per ὂν hoc est, ens, idem velint quod Primi per ἀρχὴν, hoc est principium. Auer. autem reddit causam cur isti æstimarūt principium esse ens tantum, & ait hoc fuisse pro tāto, quia hi solum materiale perceperunt principiū, & nō formale: propterea naturales formas aut non esse, aut accidentia esse asserūt: quo sequi videtur apud eos vniuersam rerum substantiam esse materiam. ideo qui aerem rerum materiam asserebant, nihil aliud res ipsas

H esse arbitrabantur nisi aerē: similiter & in cæteris. Quę ratio docet vt quæstiones de entibus sint quæstiones de rerum principijs, quæ & ἀρχὰς τε στοιχεῖα græce nuncupantur, hoc est, principia elementaria. Hę de principijs & entibus positiones esse possunt, vt per naturam diuisionis entis patet.

Easdem de entibus pōnes, q de principiis sunt, ut dicit.

Cōm. 7. Auer.

Cōsyderare igitur si unum sit, atq; immobile ipsum ens, disputationi de natura non congruit. Nam et ut Geometriæ disputatio ulterius non congruit aduersus eum, qui principia tollit, sed aut ad aliam attinet scientiam, aut ad eam, quæ omnibus est communis, sic & illi nulla est aduersus eū ratio, qui naturæ principia elidit. Non enim principiū est, si unum tantum sit, atque illo modo unum: principium enim, aut alicuius, aut aliquorum est. DILVC.

Aduersus

Aduersus igitur has positiones per ordinem procedit Arist. & contra Parmenidam & Melissum primo sumit, q eorum positio nõ est physica, nec aduersus eos disputatio pertinet ad Scientiam de Natura, & syllogizat sic. Disputatio contra tollentes prima principia Scientiæ Naturalis, non est naturalis, vt per simile declarat in Geometria. non enim ad Geometriam attinet puncta & lineas demonstrare, neq; ad Arithmeticum vnitates. Sed, vt addit Themistius, ex ijs veluti subiectis atq; constitutis ea efficere atq; colligere quę sequuntur. addo Minorem, sed positio dicens vnũ esse principium tñ & immobile, tollit principia Scientiæ Naturalis: igitur ad Naturalem Philosophum non attinet. Minor in litera hac ratione probatur: quia Parmenides & Melissus dicunt tantum vnum esse ens, & nullum aliud, quia vnum tantum principium dicũt, & illud esse ens: modo, sequitur, si tantum vnũ est, ens nullum principium est. vbi nanque sit principium etiam principiatum sit necesse est, & ita multa erunt: quare ens non est tantum vnum: quæ ratio docet, vt nullum principium Scientiæ Naturalis sit. Themistius autem extra textum probat minorem sic, quia isti tollũt motum: quo sublato, principia tolluntur naturalia, immo vero ipsa plane natura, quod Arist. innuit cùm inquit, non enim principium vllum est, si vnum ens tantũ sit, vt aiunt: quia ad esse ens vnum tantum sequitur non esse principiorum vnum tantũ, & addit {atq, illo modo sic,} hoc est, immobile, nam sic tolletur motus & definitio naturæ. Quod vero ad verba attinet Aristo. cùm inquit {aut ad aliam attinet scientiam, aut ad eã quæ est omnibus communis} per aliam intelligit subalternantem, vt docet Themist. per eam, quæ est omnibus communis, vult, Dialecticam & Metaphysicã, quæ ad omnes probabiles rationes inducere possunt. Hanc expositionem etiam sentit Auer. in præsenti cõmento. Debes tamen scire; vt in commento octauo colligitur, q triplicia sunt principia Scientiæ Naturalis, alia quidem cognitionis, quæ ab Arist. Primo Posteriorum describuntur; q sunt immediatæ propositiones, quibus in scientia cuius sunt, nõ sunt aliæ priores, & Secundo Metaphysicæ dicuntur, vt fores domicilij, quas nemo in scientia ignorare debet, & propterea dicuntur præcognitiones, aut communes animi conceptiones: & quæ hac ratione dicuntur principia cognitionis, hæc sunt, motus est, entia naturalia plura sunt, & id genus: hæc enim sese habent, vt puncta & lineę in Geometria, & vnitates in Arithmetica. propterea vt in Geometria, omnes conclusiones supponunt puncta esse & lineas vt præcognitiones, sic naturales motum esse & plura entia naturalia, vt facilé constat in omnibus discurrendo. Alia sunt principia essendi, quæ rerũ naturalium sunt causæ, vt materia & forma, quæq; p principia ipsius cognitionis ad inuenta sunt. Tertia sunt principia partim cognitionis, partim existendi, veluti entia naturalia habere principia, quæ sunt causę motus & quietis: hæc enim propositio definitiua, ens naturale est quod habet principium motus & quietis, est principium cognitionis, quatenus propositio immediata: essendi vero, quatenus forma & definitio: vt enim definitio, est cognitionis principiũ, vt vero forma, est essendi causa. Ad propositum igitur accepit Aristo. principium pro principio cognitionis & esse, licet vnũ expressit, alterũ tacuit. Dubitat hic nouus expositor, vtrum dictio exclusiua addita vni relatiuorũ

Respõ verborũ

Rerum naturalium principia triplicia sunt.

Vide Egi. de roma. sup hunc tex.

An dictio exclusiua addita

A excludat aliud, ita vt valeat, tantum principium est: igitur principiatum non est. Respondet nouus expositor, q per dictionem exclusiuam excluduntur omnia quæ sunt non de intellectu primo termini cui additur nota exclusionis, & ita vult q excludatur suum correlatiuum. Sed hæc responsio stare non potest, primo, quia vnum correlatiuorum videtur esse de intellectu primo alterius, quia est de definitione illius, vt dicitur in Prædicamentis. Secundo, quia prædicata secundi modi non excluduntur, quæ sunt de intellectu secũdo. stat enim q tantum homo sit, & risibile sit. Videtur igitur mihi q dictio exclusiua excludat omne illud, de quo potest verificari hoc relatiuum aliud à termino, cui additur nota exclusionis, vt dicendo tantũ homo est, excluduntur equus, bos, leo, & id genus, nam quilibet horum est aliud ab homine: qua ratione nõ ex- B cluduntur partes, nec essentiales, nec definitiuæ, nec prædicata secundi modi, cùm nec aĩal, nec risibile sit aliud ab homine, nec caput vel brachium est aliud ab homine, cùm sit idem illi secundum esse partis: ideo dicẽdo, tantum pater est, excluditur filius, quoniam filius est aliud quid à patre: & dicendo, tantum principium est, excluditur principiatum propter eandem rationem. Ideo hæc propositio, tantum principium est, implicat opposita, propterea infert contradictorium, vt Sorticolæ dicunt.

relatiuo, suum correlatiuum excludat.

Sol. noui expositoris, quę sic. Confutatio.

Propria respõ. Dictio exclusiua excludit oĩa de quibus verificatur terminus aliud ab eo, cui dictio exclusiua additur.

Praeterea simile est cõsyderare, utrum hoc modo sit unũ, quemadmodum de quauis alia positione differere, earũ quæ sermonis causa dicuntur, qualis est illa Heracliti, aut cuiusuis dicentis ipsum ens unum hominem esse. DILVC.

Videtur Arist. confirmare rationem dictã, proptereà græcum illud verbum ἔτι, quod in translationibus C antiquis legitur, igitur, transtuli Præterea. & vis cõfirmationis est, q nullus artifex debet eniti contra positiones manifeste falsas. vt. n. dicitur. 1. Topic. al' q quouis proferente contrarium sollicitari est stultum. Modo, intendere vtrum ens sit vnum illo modo, videlicet immobile, simile est ac si disputaretur aduersus quãuis aliam positionem earum, quæ sermonis causa conceduntur non secundum rem, qualis propter sophisma conceditur illa Heracliti, q omnia sunt in motu: aut cuiusuis dicentis ipsũm ens totum esse vnum hominem tantum, vt illa Parmenidis, propter alium cauillum. Sic igitur patet non esse physicũ disputare aduersus eiusmodi falsas & improbabiles positiones, vt ijs rationibus constat.

Nullus artifex dis eniti contra pones manifeste falsas.

Aut contentiosam rationem soluere, quod quidem ambæ rationes habent, & Melissi, & Parmenidis: nam & falsa D *sumunt, & syllogismo peccant. Ratio tamen ipsius Melissi ineptior habetur, nullam prorsus nobis ambiguitatem afferens, quando uno absurdo dato, caetera accidunt, quod quidem uidere non est difficile.* DILVC.

Debet textus sic continuari: Aut contentiosam rationem soluere disputationi de natura non congruit. quam quidem contentionem ambæ rationes habẽt & Melissi & Parmenidis: nam & falsa sumũt, & hoc quo ad materiam: & assyllogisticæ sunt, hoc est, forma & syllogismo peccant. Addit inter vtrasq; rationes cõparationem, & verba translatione patent, quibus vult vt neq; instare, neq; soluere rationes illorum sit physicũ officium. Quod vero ad verba attinet, illud φορτικόν, vel vt latine scribam phorticos, in translationibus antiquis onerosã legitur, quod Auerroes vanum

Declaratio verborum.

exponit. Est autem ratio Melisi magis vana, quàm illa Parmenidis, quia nullam prorsus concludit conclusioné, cùm minor sit negatiua in prima figura. illa vero Parmenidis, & si non concludit intentam cóclusionem, concludit aliquam. Cauillus autem Melisi potest componi hunc in modum, omne quod non habet principium est infinitum: omne quod non generatur nó habet principium: igitur omne quod non generatur est infinitum. minor probabatur à destructione antecedentis hoc modo. Si aliquid generatur habet principium: igitur si aliquid non generatur, non habet principium. sub conclusione accipiebat, Sed ens non generatur: igitur est infinitum. Vltra, ens est infinitū, (assumatur vna maior) sed omne infinitū est immobile & vnum: igitur est infinitum vnum & immobile. hęc est ratio Melisi. Hæc itaq; ratio peccat primo in prima minori, cùm sit negatiua in prima figura, & eius probatio est à deductione añtis, & sic peccat in forma dupliciter. Secundo sumit falsa, nam maior falsa est: hippocentaurus. n. non habet principium, & tamen non est infinitum. sic cœlum non habet principium, quod tñ est finitum. Per idem minor est falsa, nam cœlū nón generatur, & tñ habet principium saltem magnitudinis. hæc igitur ratio peccat in materia, & est assyllogistica.

Cauillus Melisi.

Cauillus vero Parmenidis erat, quicquid est pręter ens est non ens: quicquid est præter vnum, est præter ens, quũ vnum & ens conuertuntur: igitur quicquid est præter vnum est non ens. tunc arguitur, vnum est, & nihil non vnum est: igitur tantum vnum est. Hæc ratio licet sit contentiosa, peccat tamen minus, cùm non videatur peccare in forma aperte, vt illa Melisi, non autem concludit propositum, sed de hac dicemus infra. Debes scire, vt dicit Auer. ꝙ hic cauillus Parmenidis est etiam peccans, primo quia æquiuocis vtitur, nam vnũ potest capi pro principio numeri, & sic minor est falsa: aut pro eo quod conuertitur cum ente, & sic est vera: & non concludit propositum, sed tantũ ꝙ quicquid est præter vnum transcendenter est nihil, siue non est ens, quod conceditur. Secundo peccat, quoniam maior potest esse propositio infinita & negatiua, & diuersimode pôt verificari: & hoc si syllogismus formetur modo nostro. si vero formetur modo Auer. illa propositio est minor, sed quia res hæc latius infra disputabitur, nunc sit dictum intantum.

Cauillus Parmen.

DILVC.

Præterea nobis ea quæ natura sunt, aut omnia, aut aliqua moueri subyciatur, ut ex inductione perspicuũ est. Itaq; neq; simul cũcta soluere docebit, sed aut ea quæ quis ex principÿs ostendens mentitur. Quæ uero non mentitur, minime soluere competit, ueluti quadrationem eam, quæ quidẽ per portiones comprobatur, ad Geometram dissoluere attinebit. Illa autem Antiphontis ad Geometram non pertinet.

Vt Auerrois commentatiori & expositori videtur, Arist. assignat aliam causam, cur nõ omnes cauilli sunt soluendi in arte cuius fiunt, & Auer. resoluit textus in duas causas. Ego vero cum ijs sentio, ꝙ Aristo. reddit causam cur quidam cauilli sunt soluendi, quidam non, & est vna tantum causa, quicquid velit Auer. videlicet ꝙ illi sunt soluendi, qui peccant suppositis principijs artis, vt in geometria cauillus Hippocratis Chij, & Brissonis, quo probare enitebantur quadrationem soppositis principijs Geometriæ. cauillus vero Antiphontis, qui principia Geometriæ non supponit, non est in illa soluendus. Quales vero fuerint cauilli, & quo nã mo-

Propter vnam tantũ cãm nõ omnia argumenta in aliqua arte facta soluenda non sunt.

E do proficiscantur, ex Themist. & Cómen. & omnibus expositoribus constat. Quod vero ad verba attinet, verbum illud præterea, quod græce est δὲ, licet latine sonet. Autem, aut Vero, hic cùm Arist. reddat secundam rationem, videtur potius esse accipiendum, vt trãstulimus: qua etiam ratione verbum illud, Itaq;, illatiue latinum fecimus, licet græce aduersatiue scribatur. Dixit etiam, aut omnia, aut quædam, vt Auer. ait, propter animam & formas, siue motores cœlestes: est enim dubium, vtrum sint mobiles aut non, sed licet non moueantur, sunt naturales etiam vt immobiles sunt, cùm sint principia motus. Aut forte dixit, quædam partes centrales terræ, quæ an moueri possunt dubitatur: similiter de tota terra, aut de polis mundi, aut alijs, vt dicemus in Octauo. Secundo Auer. addit, ꝙ omnia hæc dixit ad denotandum ꝙ intentio principalis, Scientiæ

F Naturalis siue physici, est tractare quidditates rerum naturalium, per accidens vero refellere positiones falsas. Ex quibus verbis patet contra nonnullos, quidditates videlicet rerum naturalium in particulari esse cõsyderandas in Scientia Naturali; & non tantum in metaphysica: quæ res cũ metaph. sit, metaphysicis omittitur, esset. n. transgredi, si rem illam aggrederemur.

Quiditates rerũ naturaliũ in particulari cõsyderare Physicum hẽt, etsi aliqui contra riũ sentiant.

DILVC.

Verum cum de natura non naturales ambiguitates ipsos dicere accidat, bene se habebit forsitan aliquantisper de ÿs disserere; habet enim hæc consyderatio philosophiam ipsam.

Quia Aristo. disputare vult contra Parmenidem & Melissum non naturales, quasi sese excusans ait: Verũ cùm de natura non naturales ambiguitates ipsos dicere accidat. ex ea parte, qua sunt de natura, bene se habebit

G forsitan aliquantisper de iis disserere. quod vero non in toto, sed in parte disputare de his bene se habeat, hac ratione constat, quia hæc consyderatio habet philosophiæ siue metaphysicæ códitiones, propterea de hac potius metaphysice, quàm physice agemus. Dubitant vnum in Scientia Naturali possint principia demonstrari; ꝙ sic arguunt de motu, qui teste Auer. est principium cognitionis, & potest demõstrari: quia habet causam in ipso subiecto mobili. Ioannes Gandauensis asserit triplex esse principium, doctrinæ, vel, vt Auer. dixit, cognitionis: esse & doctrinæ, & esse. Vocat autem principia doctrinæ omnia per se accidẽtia rerum sensiliũ, vt motus & pluralitas entiũ: principia esse appellat materiam, & primum motorẽ: principia doctrinæ & esse, vult esse formas rerum sensibiliũ. Sed licet verũ sit principia esse in triplici differẽtia, vt Auer. sentit, tñ Ioannes non intelligit. quæ sint illa. Primo, quia

H non omnia accidentia per se rerum sensiliũ sunt principia doctrinæ siue cognitionis, vt Auer. loquitur. quia, vt Auer. vult, hæc sunt supponenda, & ita omnes passiones, rerum naturalium essent supponendæ, quod Auer. non concederet. Secundo principia esse illa sunt, quibus subiectum, & principalissima subiecti species est: talia sunt materia & forma, & forte primus motor: igitur hæc omnia sunt essendi principia. Tertio, Auerroes dixit, quòd principia cognitionis & esse sunt, vt res naturales habent principium motus, & quietis: igitur male exponit principium cognitionis & esse. Propterea dicendum, vt diximus, quòd principium doctrinæ siue cognitionis sunt præcognitiones, siue suppositiones vt motus est, & plura entia, mobilia sunt, principium esse est vt materia, & for-

An naturalis demõstret principia, & quæ nã principia sit, tam cognitionis quã esse & cognitionis & esse.

Dubo.

Distinctio Ioannis.

Confutatio.

Expõ propria.

& forma,& omne quo subiectum est: principium cognitionis & esse, est definitio rei naturalis, aut propositio definitiua, quæ constat ex definibili & definitione. Definitio enim ex parte, qua forma, est principiũ esse: ea vero parte, qua notior & definitio, est principiũ cognitionis & suppositio. Ex his patet solutio ad quæstionẽ, ꝙ principia cognitionis demonstrari nõ possunt, cùm sint immediatæ propositiones, quibus nulla est prior in genere scientiæ, cuius sunt: & ita motum esse, & plura mobilia esse demõstrari non possunt, principia vero esse possunt demonstrari, vt in hoc primo videtur: demonstrat enim materiam per transmutationem, & formam per actionem, & in Octauo motorem primum per motum. Principia autem cognitionis & esse, ex ea parte qua sunt principia esse sunt fortasse demõstrabilia. cùm. n. definitiones sint principia esse & cognitionis, ex parte qua sunt formæ, sunt demonstrabiles, ex parte qua definitiones demonstrari non possunt. Tunc ad rationem dico, quòd licet motum esse habeat causam in Scientia Naturali, vt naturam ipsam, quia vero natura non cognoscitur in hac scientia nisi per motum, ideo dico motum non posse demonstrari esse, nec sufficit ipsa negociatio: qm̃ omnem certitudinem de natura nanciscimur ex ipso motu: & ita non oportet vt omne habens causam possit demõstrari, nisi illa causa sit certificabilis, quo ad quẽdam gradum notitiæ, quẽ ab illo habente causam non nacti sumus. Hæc de quæstione.

Sol. q̃onis. Principia cognitionis demonstrari non possunt, principia vero esse, demõstrari possunt.

DILVC. *Cùm principium omniũ commodissimum sit ipsum ens multipliciter dici, quonam modo asserentes omnia unũ esse dicunt, unum ut substãtiam omnia, an quantitatem, an qualitatem? Rursus etiam, si substantia unam cuncta esse dicãt utrum ut hominem unum, aut equum unum, aut animam unam? Et si qualitatem unam, utrum albedinem, aut caliditatem aut aliquid id genus? hæc enim nimium distant, neque dici possunt.*

Antequàm cõtradicat positioni Parmenidis & Melissi, facit diuisionem in eorum positione, & inquit: Cùm principium omniũ commodissimũ sit ens multipliciter dici, icciros, quonam modo asserentes omnia vnum esse dicunt, quærendum est, vtrum videlicet vnum ens substantiam, aut quantitatem, aut qualitatem, aut aliquid cæterorum prædicamentorũ? hæc quo ad primam entis diuisionem. Deinde subdiuidit dicens. Rursus etiam, si substantiam vnam cũcta esse dixerint, vtrum, aut hominem vnum, aut equum vnũ, aut animam vnam? Similiter de qualitate ac quãtitate subdiuidi potest positio eorũ. & quia quis dicere posset has diuisiones non esse per opposita, addit. Hæc. n. nimium distant, neq; dici possunt esse eadem ac coincidere, vt ꝙ omnia sint vna substantia, vel vna quantitas, & eiusmodi. Ex his patet Arist. non fecisse diuisiones duas, alteram videlicet realem in decem Prædicamenta, alteram intentionalem in vniuersalẽ & particularem, vt expositores credunt: sed est prima entis diuisio in decem Prædicamenta, & subdiuisio cuiuslibet in species, & indiuidua per ordinẽ. Sed dices, Arist. petere videtur, quia sumit ens multipliciter dici: igitur petit entia esse plura.

Asserẽtes Aristo. duas ĩ tex. diuisiones entis posuisse, alterã realẽ, in. x. Pradi. alterã intentionalẽ, vt patet tex. minime capiunt.

Auer. solutio. intuit hoc principium esse acceptũ, vti famosum atq; notum omnibus. Aut, vt Sorticolæ sentiunt propositio disiunctiua non asserit plura esse, sed vnum tm̃, vt si dixero homo currit vel quiescit, hęc

Disiunctiua vnũ tantũ ponit, etsi duo exprimat.

A propositio non ponit vtrunq;, videlicet hominẽ currere & quiescere, sed alterum tantum. eodem modo, si petitur ens multipliciter dici, accipitur hoc disiunctiue, non autem copulatiue. ideo non ponitur plura entia esse. hæc satis pro nunc. De vniuocatione entis, cũ sit quæstio metaphysica, trãseo. quæ enim raptim hic, & quasi suppositiue accipiuntur, nolo principaliter disputare, ne videar multos libros in vnum corradere. veluti multi ignari faciunt, qui, vt, videantur scribere in logica, quæstiones pertractant physicas, aut metaphysicas, proprias autẽ logicas pertractationes omittunt, vt qui nihil in illis sciunt. Alij in naturalibus trahunt metaphysicas disputationes, & tales homines nunquã possunt addiscere, potissimum cum sint addicti. Debes scire apud expositionem Themistij, ꝙ Aris. innuit diuisionem primam hunc in modum: Si omnia B sunt vnum ens, aut vnum simplex, videlicet per disiũctionem, aut vnam substantiam, aut vnam qualitatẽ, & cœterorũ aliud: aut vnum composite, videlicet copulatiue, vt & substantiam, & qualitatem, & alia. & horum membrorũ alterũ explicat, alterũ subticuit: qua rõne non est petitio principij, vt fabulant recẽtiores.

Non debent: quæ vni arti propria sunt, in alia arte tradi.

DILVC. *Si quidem enim erunt & substantia, & qualitas, & quãtitas, siue hæc sint abiuncta inter se, siue coniuncta, multa entia profecto erunt. Si uero omnia erũt qualitas, aut quãtitas, siue substantia sit, siue non sit, hoc absurdum erit, si ipsum impossibile oporteat absurdum nuncupare. Nullũ nãq; cæterorum è substantia ipsa separari potest, si quidem hæc omnia de subiecta dicuntur substantia.*

Facta diuisione arguit, si omnia sunt vnum ens, aut omnia sunt vnum ens copulatione, videlicet & substã C tia & accidẽs: aut vnum ens simplex, videlicet aut accidens aut substantia. Si quidem enim erunt vnũ ens copulatione, videlicet & substantia, & qualitas, & quantitas, siue hæc sint abiuncta inter se, siue coniũcta, multa entia profecto erunt: vnum. n. copulatione est plura seorsum simpliciter. si vero omnia erunt vnũ simplex, videlicet aut qualitas aut quantitas, hoc est aut accñs, aut supp. substantia non accidens: quia siue ipsa substãtia sit in rerum natura, siue non sit in rerũ natura, hoc absurdũ erit & impossibile, si ipsum impossibile oportet absurdum nuncupare: quia nullum cæterorũ è substantia ipsa separari potest. Si quidem hæc omnia accidentia de subiecta dicuntur: substantia, & ita esse non possunt omnia vnum accidens præter substantiam: an vero omnia erunt vnum substantia, in textu sequenti dicetur. Ex hac forma arguendi patet Aristotelẽ non D petere principium, nec apparenter, nec existenter.

DILVC. *Sed, cum Melissus ipsum ens infinitum asserit esse, ipsum ergo ens erit aliquod quantum: infinitudo enim in quãto est. substantia itaque infinitam, aut qualitatem, aut affectionem non contingit esse, nisi per accidens, quatenus ipsa simul quanta sunt quædam. Infiniti nanq; ratio quanto competit, non autem substantiæ, neq; qualitati. Quòd si & ipsa substantia sint & quantitas, id quod sunt unũ ens, duo erunt sane, sin uero sint solum substantia, ipsum ens infinitum non erit, neq, ullam habebit magnitudinem: esset enim quantum aliquod.*

Probat nunc, ꝙ omnia non possunt esse vnum ens simplex qđ est substantia. Et arguit dicens: Sed cũ Melissus ipsum ens infinitum asserit esse, ipsum ergo ens

erit aliquod quantū. cuius rationem addit, quia infinitudo in quanto est duntaxat. Propterea cōcludit, substantiam itaq; infinitam, aut qualitatem, aut affectionem non contingit esse, nisi per accidēs, quatenus ipsa sunt simul entia & quanta quædam. quia infiniti, vt diximus, ratio quanto competit, non autem substantiæ, aut qualitati, sic igitur id esse non potest substantia sola. Deinde epilogat rationem hanc hac forma dicens. Quòd si & ipsa omnia sint & substātia & quantitas in simul, id quod sunt vnū ens, plura erunt, videlicet duo sane: sin vero sint omnia solum substantia, ipsum ens infinitum non erit, neq; vllam habebit magnitudinē: esset enim aliquod quantum, & ita plura. Est igitur epilogus rationis, si omnia vnum sunt substantia, aut omnia sunt vna substantia sola, & sic erunt non ens infinitum: aut omnia erunt substantia & quantitas insimul & sic plura erunt. Hæc est vis rationis. Quærunt hic primo, vtrum ratio finiti vel indefiniti soli quanto competat. Et videtur quòd non, nam quilibet motor cœli est finitus, quorum nullus est quantus. Secundo si sic, tunc substantia ipsa non finiretur per fines ac terminos proprij generis, sed per quantitatem & terminos alterius generis. Ioannes Gandauensis in Octauo huius voluit nihil esse finitum aut infinitum, nisi quantū molis, & ꝙ sunt differentiæ quanti molis, hoc probare videtur authoritate Auer. cōm. 79. qui vult primū motorem non esse finitum nec infinitum, quia nec est quantus, nec in quanto: & patet eum loqui de quanto molis, & ita recte Arist. inquit {infinitudo enim in quā to est, } postmodum ait {infiniti nanque ratio quāto competit} loquitur enim de quanto molis ac prædicamentali. Sed hic homo in omnibus semper errat, Addictus enim ipsius Auer. dictis, sæpe truditur in aniles fabulas. Primo, quia Arist. in libro de Motibus Animaliū, inquit: Adhuc autem oportet virtutem æquare mouentis, & eam quæ manentis, est enim aliqua multitudo vigoris & virtutis, per quam manet id quod manet, quemadmodum etiam per quam mouet mouēs, & reliqua. Ex his arguo, est multitudo vigoris & virtutis: igitur duplex quantitas, altera molis prædicamentalis videlicet, altera vigoris & virtutis: & ita duplex ratio finiti vel infiniti, altera quidem quæ est in ipsa mole, altera vero in ipso vigore, & ita ratio finiti non tantum q̄ntitati prædicamentali competit, vt Ioannes credit. Rursus secundo, in libro de Gener. in tex. & cō. 37. habetur, ꝙ aliqua sunt comparabilia & æqualia in q̄tum mensuræ, aliqua in quanto quo possunt. vbi patet velle duplicem quantitatem, videlicet molis & mensuræ, & potentiæ siue vigoris: igitur duplex ratio finiti. Tertio, in. 2. Cœli, cōm. 39. probat Auer. omnes motores orbium esse finitos vigore, quia mouent finita velocitate. vbi patet eos esse non quantos prædicamentaliter, & ita ratio finiti potest non quanto competere prædicamentaliter. Propterea videtur mihi esse dicendum ad aures Aristo. duplex esse quantum, vnum acceptum à mensura potentiæ, alterum acceptum à mensura ponderis. Dicimus enim terram esse maiorem igne aliquo, illum tamen esse pollentiorem, & ita potest duplex ratio finiti esse, vna quæ ponderi competit, altera quæ vigori. Addimus tamen nihil esse finitum vel infinitum, nisi sit quantum prædicamentaliter, aut attributione ad quantum prædicamentale. Vnus nanque motor cœlestium est maior altero, non penes magnitudinem qua sit aut quantus aut tātus, sed penes magnitudinem quam monet aut maiorē aut minorem, & ita quantitas vigoris attributione ad quantū molis proficiscitur. & hoc sufficit rationi Arist. contra illos. Quærunt secundo, vtrum ratio infiniti tollat rationem generis. &, ne sit contentio verbi, non loquimur de infinito secūdum diuisionem, quod dicitur infinitum in potentia: nam cùm hoc sit actu finitum, cō stat ipsum non tollere rationem generis. nec de infinito successione, vt motus & tempus, quoniā hæc sunt in genere: loquimur igitur de infinito ẜm extrema. Respondent nonnulli, qui acuti nuncupantur, & videntur distinguere de infinito secundū extrema, quia alterum est in quantitate, vt linea infinita, & corpus infinitum, & id genus: alterum in vigore, vt ens infinitum, & bonum infinitū, & id genus. nunc ponunt duas regulas, Prima est ꝙ nunq̄ sequitur ad summum in inferiori, summum vel optimū in superiori, nisi illud inferius sit nobilissimum contentum sub illo superiori. vt non sequitur, perfectissimus equus: igitur perfectissimum animal. sed gratia materiæ sequitur, perfectissimus homo: igitur perfectissimum animal, quia homo est perfectissimum animalium. & vt dixi de animali, ita de ente dicunt. Non enim sequitur, optimum ens ad aliquod eorum, quæ continentur sub ente, nisi illud simpliciter perfectissimum sub ente. Secunda regula, omne id, ad quod non sequitur perfectissimū ens, potest esse in genere, vt licet linea infinita, aut corpus infinitum sit perfectissima quantitas, cui nihil desit in ratione quantitatis, quia tamen est limitatum ens, & non perfectissimum ens, cùm sibi desit aliquid in ratione entis, ideo est in genere. Tunc dicunt duo, Primum, ꝙ infinitum ens tollit rationem generis, vt per regulam secundam habetur, & ratione patet: quia tollit omnem potentialitatem, quam requirit ratio generis. Secundum est, ꝙ infinitum quantum non tollit rationem generis, patet per primam regulam, & ratione: quoniam hæc infinitas non tollit omnem potētialitatem, quam requirit ratio generis, sed tantum ponit infinitatem secundum quod alicuius imperfectæ entitatis, in qua potest bene esse cōpositio requisita ad generis rationem. Sed hæc positio non est peripatetica, quia apud Aristot. infinitum, siue secundum quid, siue simpliciter hoc modo sumptum, tollit omnem rationē entis, cùm nec sit actu ens, nec possibile, vt Tertio huius videbitur. Modo quicquid tollit & repugnat rationi superioris, tollit & repugnat rationi inferioris: cùm igitur infinitum hoc modo sumptum repugnet rationi entis, etiam repugnabit quanto & generi. Secundo, diuisio entis in decem Prædicamenta est diuisio entis quod est, aut potest esse, aut saltem non repugnat esse, vt dicetur Tertio huius. modo infinitū hoc modo acceptum, nec est ens, nec potest esse, & repugnat esse: igitur substantia fugit rationem prædicamē ti & generis. Propterea dico apud peripateticos, ꝙ omne infinitum secundum extrema, siue in mole, siue in virtute est ens simpliciter, vt si esset corpus infinitū esset ens simplr. Huius causa est, quia omne tale excedit aliquam sui partem aliquantam in perfectione infinito excessu, & ita omne tale est infinite perfectū, & per consequens infinitum ens, licet ẜm denominationem dici soleat esse secundum quid infinitum, absolute tamen & secundum rem omne tale est infinitū simpliciter. Aliter quandoq; diximus, ꝙ non sufficit ad rationem generis limitatio in ente: & ita licet linea infinita

Marginal notes (left): 1. quæstio. An infiniti, vel finiti ro quātitati solum cō petat. — Pō Ioan. Nihil finitum, vel infinit. nisi quantu volēs, falsū dicit. — Ioannis Gandauēsi nulla, vel parua fides ad hibenda est. — Infiniti, vel finiti ratio non tantum quantitati molis cō petit, sed virtuti. — Pō propria. — Auctor. Finiti ratio al tera est q ponderi, altera vigori competit, nullatamē existit nisi à Quanto prædicamētali.

Marginal notes (right): An infinitum secundū extrema, tollat gene ris rationē. — Respon. aliquorum. — Regula. Summum in inferiori, non sequitur summū i superiori, nisi id sit perfectissimū in to to genere. — Regula. Quod perfectissimum minime sequitur in genere est. — Infinitum ens tollere rōnē generis, non aut infinitū quantum, communiter dicitur. — Prima. — 2. responsio.

finita si esset, esset limitatum ens, non tamen limitatum in genere, qm̃ non omnis limitatio est generis, nisi ea quæ stat cum entitate, & sic oĩa hæc quæ dicunt, sunt voluntaria & no peripatetica, & si Auer. in commento dicat, quantum esse genus infiniti, loquitur de genere secũdum opinionem & famã. Tertio quærũt, vtrũ substantia materialis sit per se diuisibilis, & omissis rationibus hinc inde solẽt esse positiones extremę.

An sensibilis substãtia sit p se diuisibilis.

Prima vult ꝙ substantia materialis sit diuisibilis pure per accidens. Secunda positio, quæ est Ioannis, tenet ꝙ substãtia materialis sit per se diuisibilis mediate. Pro prima positione, licet Ioãnes plures adducat rationes, quas soluit, potiores videnť hæ. Prima, cuicunq; p accidens cõpetit antecedẽs, eidẽ p accidẽs cõpetit & consequens: modo quantitas & diuisibilitas se hñt, vt antecedens & consequens, nã valet, quantũ est: igitur diuisibile. ergo, cum substantiæ materiali cõpetat per accidens quãtitas, etiã diuisibilitas per accñs cõpetet. Secundo, si posset aliquid esse diuisibile per se. et per accidens quãtum, tunc aliquod esse posset diuisibile, & nõ quantum: contra oĩa quæ dicet. 8. huius. Consequentia tenet, quia omne per se non repugnat esse absq; eo quod est per accidens. Tertio, impossibile est aliquod vnum per se cõpetere pluribus diuersorum prædicamentorum. primo, quia diuersæ sunt differentiæ & genera: secundo, quia quæ conueniunt in aliquo prædicato per se, oportet vt sint eiusdem naturæ, aut vt conueniant in eadem natura, quare esse diuisibile, cũ competat per se quantitati, vt de cubo dicitur, Quarto huius, non potest per se competere substantiæ. Pro positione Ioannis plures fieri solẽt rationes, vt ipse narrat. Prima, quia omne p accidens põt non esse, vt pluribus authoritatibus probare enitiť. Secundo, quia accidens non est per se subiectum accidentis, & ita diuisibilitatis ipsa quantitas subiectum esse nõ potest. Tertio, cuius est potentia per se, eius est actus per se, vt in libro de Somno dicitur: actus diuisionis non est ipsius quantitatis per se: igiť nec aptitudo, siue ipsa diuisibilitas.

Concor.

Hæ positiones, siue contrariæ siue eædem, possunt concordari. Possumus. n. dicere, ꝙ diuisibilitas cõpetit per accidens substãtiæ materiali in suo vniversali pro aliquo eius indiuiduo. vniuersale. n. substantiæ materialis est ipsa substantia: modo', p accidens diuisibilitas cõpetit substãtię materiali, vt substantia est, quia põt abesse ab aliquo indiuiduo illius, vt à primo motore, & alijs id genus, competit vero per se substãtiæ materiali in suo particulari, quatenus substantia materialis est, quia, vt sic, includit materiam & dimẽsionem. Hæc solutio accipitur. 5. Metaphy. cõmen. 27. & est in textu. in exemplo de talpa. &. 6. huius commen. 15. &. 7. huius. commen. 2. tũc facile patet solutio ad rationes vtriusq; partis, vt intelligenti constat. Ad primam dico, ꝙ substantiæ materiali pro suo particulari competit per se dimensio & diuisibilitas, nõ tamen pro suo vniuersali. Ad secundã dico, ꝙ substantia materialis pro suo particulari est per se diuisibilis, & per se quanta, nõ aũt in suo vniuersali. Ad tertiam dico, ꝙ potest vnũ per se cõpetere pluribus diuersorum generum, quãdo vnum illorum intelligitur in altero. modo, licet substãtia, vt substãtia, & quantitas vt quantitas sint diuersorum generum, tamen substantia materialis per se includit dimensionẽ & diuisibilitatem. Ad rationes Ioãnis patet solutio. Ad primam quidem, quia omne per accidens potest non esse, eo modo quo est p accidens. mõ diuisibilitas per

Res diuersorũ prædicamẽtorum ĩ aliquo p se pdicato conuenire, est impossibile, nisi alterum in altero intelligatur.

A accidens competit substantiæ materiali in suo vniuersali: & per idem potest non inesse illi in suo vniuersali, vt diximus. Ad secundam concedo, ꝙ nullum accidẽs est per se subiectum accidentis per independentiam, potest tamen esse subiectum accidentis dependenter. Ad tertiam respondeť, ꝙ eiusdem est potentia & actus secundum materiam, non autem secundum rationem & formam: & ita diuisio est substantiæ materialis & & quantitatis, quæ sunt eadem secundum materiam subiectum. Multæ aliæ quæstiones fiunt, quæ ex factione proficiscuntur: ego vero, cum nulli addictus sim, eas transeo.

Præterea cum & ipsum unum multifariam dicatur, ueluti & ipsum ens, consyderandum est quo nam modo ipsum omne, unum asserant esse. Dicitur nãque unum, aut conti- B *nuum ipsum, aut indiuisibile, aut ea quorum eadem atq; una ratio est eius. quod est esse, ceu temetum & uinum.* DILVC.

Secundo arguit hypotheticæ, diuisiue, destructiue, hoc modo. si omnia sunt vnum, aut cõtinuum, aut indiuisibile, aut definitione: sed neutro modo esse põt: non igitur omnia erunt vnum. Circa hanc rationẽ primo probat maiorẽ, ꝙ inquit. Præterea cum & ipsum vnum multifariam dicatur, veluti & ipsum ens, considerandum est quo nam modo ipsum omne, vnum asserant esse. Dicitur nãq; vnum aut cõtinuum ipsum, qua ratione lineam ipsam vnam dicimus, aut indiuisibile, cuiusmodi sunt punctus & nota, aut ea quorum ratio est vna, vt temetum & vinum, aut vestis & tunica. Est igitur maior, si omnia sunt vnum, aut continuũ, aut indiuisibile, aut definitione: & hæc maior patet, quia non C pluribus modis dicitur de eis. Sed dices, nonne vnũ adhuc pluribus alijs modis sumiť. 5. Metaphy. vt pro vno genere, & vno analogia, & vnũ aggregatione? Respondet nouus Expositor, primo, quia Arist. vtitur modis famosis apud antiquos. Secundo, dicit omnes alios reduci ad hos tres: nam vnũ genere, specie, & analogia, reducuntur ad vnum definitione, vnum aggregatione ad vnum continuum. Tutius tamen respondetur, ꝙ ipsi Antiqui volebãt omnia esse vnum simpliciter: modo vnius simpliciter hi tres sunt tantum modi, cæteri sunt modi vnius secundum quid.

Quæcunq; vnũ simpliciter sũt aut vt cõtinuũ aut vt indiuisibile, aut definitione, vnum sunt.

Dubitatio.

Responsio.

Si quidem igitur ipsum unum continuum sit, multa nimirum ipsum ens erit, quando continuum ipsum in infinitum diuisibile sit. DILVCI.

Probat minorem per ordinem. & primo, ꝙ omnia D non sint vnum continuum, quoniam vnum continuũ est multa, saltem potestate, quoniam continuũ ipsum in infinitum diuisibile est. Sed dubitãt, primo, quia cœlum est continuum, & tamen non est diuisibile. Secundo videtur ꝙ ratio non concludit, nisi ꝙ sint multa potestate, non actu, modo hoc antiqui concederent. Ad primum respondent quidam, ꝙ cœlum est diuisibile saltem secundum designationem, quomodo ipsum diuidere solent Astronomi. Per idem ad secundum dicunt esse multa actu per designationem. Sed hæc responsio nulla est, quia fortasse antiqui cõcederent oĩa ea vnum secundum res, & multa per designationem. Nouus Expositor vult ꝙ continuum est multa secundum vbi, vt longa oratione declarat. Sed hæc expositio est contra textum, subdit enim Arist. quando cõtinuum ipsum in infinitum diuisibile sit, nõ continuum esse

Continuum oẽ cum secundum realẽ separationem diuisibile in infinitũ sit, in aliquam diuiduorum actu diuidi necessarium est.

esse diuisibile in infinitum. Sexto huius, & nõ intelligitur secundum vbi, sed per partes ipsas. Propterea videt mihi primo dicere, ꝙ omne continuum est diuisibile secundum realem separationem, saltem in suo vniuersali, & in eo ꝙ continuum. Secundo, ꝙ omne quod est tale in suo vniuersali, oportet vt actu sit reale, vel possit esse tale in aliquo indiuiduo illius vniuersalis. Ex his habetur solutio. Ad primum dico ꝙ cœlum est diuisibile, saltem in suo vniuersali, licet vt cœlum non diuidat vnquam. Ad secundum dico, ꝙ si illud est possibile in suo genere, oportet vt actu sit in aliquo indiuiduo illius, aut possit esse, modo omne possibile quãdoq; erit, & potest poni in esse, & ita propositum habebitur.

DILVC. *Habet tamen dubitationem de parte ipsa atq; toto, quæ quidem licet forsitan ad sermonem nostrum non attineat, est tamen ipsa propter se consyderatione digna, utrum uidelicet unum an plura sint pars atque totum, & quonam modo sint unum uel plura: & si sint plura, quonam pacto plura? eritq; de partibus non continuis eadem contentio. Et si toti ipsi utraq; pars unum sit, perinde ut indiuisibile, etiam ipsæ partes inter se eædem erunt.*

Mouet dubitationem, quæ non videtur ad propositum, videlicet, vtrum pars & totum vnum sint an plura? Hæc dubitatio pro tanto videtur facere ad rem, pro quanto dictum est, ipsum continuum esse vnum actu, plura tamẽ potestate, quatenus est plura partibus, qm̃ pars aliud quid est à toto: propterea quærit de toto & parte an vnum sint, an plura. Et quia hæc dubitatio videtur satis remote ad rem sequi, ideo adiecit. Quæ quidem licet forsitan ad sermonem nostrum nõ attineat, est tamen ipsa propter se consyderatione digna. addit contentionem hanc, non tantum esse de toto ex parte in continuis, sed etiam in contiguis. Placet omnibus Expositoribus Arist. soluere, cum inquit. Et si toti ipsi vtraq; pars, siue vtraq; medietas vnum sit, perinde vt indiuisibile, etiam ipsæ partes ambæ inter se eædẽ erũt & indiuisibilitate. Videtur autem hæc solutio, nec ad propositum, nec clara. Ad propositum quidem non, quia quæstio mota est comparando partem toti, solutio est comparando partem partibus. Amplius quęstio erat de parte singulatim accepta, solutio est de vtraq; parte respectu totius. Non clara vero, quia esse possunt partes eædem toti, & tamen differentes inter se. Auer. vult ꝙ non Aristo. non soluat, sed arguat pro vna parte quæstionis, videlicet an partes sint aliæ à toto. Et arguit primo ꝙ sic, quia, si partes sint eædem toti, vt cuidam indiuisibili, totum ipsum erit vnum indiuisibile, & partes eædem inter se. quæcunq; enim alicui indiuisibiliter eadem sunt, etiam inter se eadem indiuisibiliter erũt, inquit Auer. Et sermo oppositus isti, hoc est, argumentum pro parte opposita non exprimitur propter suam famositatem & explicat sic ipsum. Si quælibet pars est aliud à toto, omnes partes erunt aliud à toto: sed totum nihil aliud est quam omnes partes simul congregatæ: igitur totum est aliud à seipso. Vnde syllogismus est, omnes partes sunt: aliud à toto: totum est suæ partes: igitur totum est aliud à toto. Auer. respondet ad sophisma & ad quæstionem: & vult ꝙ quælibet pars sit aliud à toto diuisim tenta, omnes tamẽ compositæ sunt suum totum. Hanc solutionem Auer. ad verbum accepit à Themistio, qui inquit. Quãuis enim singulæ diuersæ sint ab eo vniuerso, quod continet, omnes tñ efficiũtur illud vniuersum. ecce quomodo vna

Qua Thε.

E est solutio. Sunt qui volunt intelligere responsionem Auer. de toto aggregatione, nõ de toto per se: nam de toto per se volunt ipsum dicere aliquid additum distinctum à partibus. Cuius positionis fortasse ratio est, quia Auer. 7. Metaphy. commen. 60. inquit. Sed ex congregato ex eis fiet aliquod additum aliud à componentibus, vt syllaba quæ fit ex literis. syllaba enim non est literæ ex quibus fit, sed est aliquid additum literis. Et similiter caro non est terra & ignis, ex quibus componit sed est aliquod aliud additum. Sed hæc positio non est ad mentem Auerro. nam. 7. Meta. com. 39. vniuersaliter inquit. Intendebat ꝙ ens eiusdem speciei, i. ꝙ esse totius est esse partium. & com. 48. ait. Et vniuersaliter oĩs natura congregata ex duabus naturis cõuenientibus, necesse est vt sit de natura componentium. & ita videt Auer. vniuersaliter velle, ꝙ totum sit suæ partes simul F sumptæ, & è contra partes simul sumptæ sint totum: & hæc sunt vera de omni toto cũ suis partibus, vt Auer. vbiq; innuit. Est tamen attentione dignum ꝙ totum per se, quod est vere & per se vnum, vt mistum & compositum ex materia & forma, & id genus, addit partibus ordinem essentialem, quo partes ipsæ componuntur in ipso toto, totum vero tactione, aut cõtinuatione, talem ordinem partibus non superaddit, & ita intelligit Auer. 7. Meta. com. 60. ꝙ additum dicit partibus, non ꝙ dicit esse, aut entitatẽ aliam, sed ordinem. Qua ratione fit, vt totum sit suæ partes ordinatæ, partes vero simul sumptæ non sunt totum, nisi addatur ordinatæ: partes enim simul sumptæ & ordinatę sunt suum totum, at in totis contiguis vel continuis totũ est suæ partes simul sumptæ, siue cum ordine siue præter ordinẽ, cui de ratione totius hoc modo accepti nõ sit ordo essentialis. Hæc sine dubio est positio Auer. vbiq;, vt. 4. G huius. com. 43. & alibi. Et licet quæstio hæc sit magis metaphysica, tamen quædam breuibus pertingamus. Est igitur prima positio quorundam acutorum iuniorum, Primo, ꝙ totum distinguatur realiter à partibus coniunctum & diuisim, & probant primo: quia aliter non esset differentia inter totum quod est per se vnũ, & totum per accidens, quia vtrũq; esset suæ partes. Secundo, totum ipsum est per se terminus generationis, partes vero nec coniunctæ, nec diuisæ sunt per se terminus generationis: igitur totum distinguitur à partibus. Tertio arguunt ratione Arist. in fine. 7. Meta. quia manet A & B, & non manet A B: modo idem realiter non potest manere & nõ manere: igitur A B, est aliud realiter ab A & B. similiter argui potest in alijs. Quarto, tunc compositum, vt est animal non esset per se causatum à suis causis intrinsecis, quoniam nihil est causa H sui. Quinto, tunc nullũ ens esset, cui per se inesset propria passio, siue propria operatio, aut quodcunq; accidens proprium illius speciei, quia hæc nõ sunt materię nec formæ. Dicunt secundo, ꝙ totum ipsum est alia quædam entitas absoluta. realiter distincta à partibus simul sumptis, & diuisim acceptis. & hoc probant maxime per hoc, ꝙ solus respectus non sufficit ad hoc, vt totum dicatur per se vnum, quia per idem esset in toto per accidens. Dicunt tertio, ꝙ illa entitas super addita partibus est forma, non quidem partis & perficiẽs partem, sed quiditas quædam totius: dicta quidem forma respectu totius, non constitutiua aut informãs, sed forma, qua compositũ est ens quidditatiue. Multa alia addunt quæ omitto. Pro hac positione arguunt iuniores Primo, quia ea, quæ fundant prædicata contradictoria realiter

Expositio aliquorum.

Confutatio.

Auer. Totum per se est suæ partes ordinatæ, partes vero simul sumpta ipsum totum sunt si sint ordinatæ.

realiter diuersa, sunt realiter distincta. Secundo, quia homo esset æternus: nam hæc materia & forma æterna, demonstratis materia & anima rationali: hæc eadé sunt homo: igitur homo est æternus. Tertio per rationem Arist. quæ sunt eadem eidem numero, sunt eadem inter se: & ita materia & forma esset idé numero. Quarto, tunc quatuor essent mille, & alia multa. Multa alia facit Albertilla, quæ cum ipse soluat, prætcrimus. Sed hæc positio, vt mihi videtur, nó est peripatetica, & esse videtur contra eos. Cõtra ens quidem, quia distinctio realis per eos est inter ré & rem: res aût est essentia cú existentia: igitur totum haberet aliam existentiã à partibus, quod nunq́ est auditũ à seculo. Secundo ipsi sumunt pro maxima, q̃ quæcũq; sunt realiter distincta, possunt separari secundum rem in esse: modo nec partes simul sumptæ possunt à toto separari, nec totum ab illis: igitur non distinguuntur realiter. Tertio, quęcũq; sunt eadem formaliter, sunt eadem realiter, quia p eos distinctio realis infert formalem, & identitas formalis infert identitatem realem: modo totum & partes sunt idem formaliter, quia partes per eos sunt de quidditate totius, & ita hæc erunt eadem realiter. Est etiam contra Peripateticos quo ad modum loquendi, & quo ad rem ipsam. quo quidem ad modum loquédi. quia nó inuenimus apud Peripateticos distinctiones hoc modo dictas. Nulli. n. legi ab Arist. Alexan. Theophrasto, Themist. & Auer. aliqua distingui realiter, vel formaliter, vel essentialiter, sed aut numero siue subiecto, aut ratione siue definitione. & apud Peripateticos quæcunq; ratione & definitione eadem sunt, subiecto eadem & numero erunt. Tales itaq; modos loquendi sophisticos & extraneos, non ad aures peripateticorum dijudicamus, nec dignos Philosopho. Quo vero ad ré ipsam, quia Aristo. 2. de Anima, inquit. Sed vt oculus est anima & visus, ita quoq; anima & corpus animal. Vbi Auer. com. to. Inquit idem, & Themistius etiá idé ibidem sentit. Præterea apud Peripateticos eadem est forma totus & partis, vt Auer. tradit. 7. Meta. com. 36. & vult, q̃ quiditas recti sit ipsum rectũ, hoc est, ipsa forma totius, & eius forma: est. n. forma partis quátenus pficit materiã, quatenus vero ab illa sumit̃ spẽs, & forma totius, pp ea vult, q̃ quidditas sumpta per modũ totius, & concreti, de spé ipsa prædicat̃, vt vero sumit̃ per modũ partis, non prædicat̃. Cucullati huius factionis dupliciter positionem eorum principijs enituntur exponere, vt tollant in dictis eius cõtradictionem. Primo volunt totum distingui realiter à partibus simul & diuisim sumptis mutuo ac vicissim, dicunt tamen illa esse eadem formaliter ác essentialiter: & hoc pro tanto, quia tenent distinctiones nõ habere inter se ordinem, cum vna aliam non inferat. Secundo volunt partes esse toti easdem formaliter, quia sunt de illius, quidditate ac essentia, non tamen è contra: & consequenter dicũt totum esse idem realiter partibus, partes autem non easdem realiter toti: qua ratione concedunt ordinem in distinctionibus. Sed hæc non sunt Peripateticæ dicta, nec hunc modum loquendi vnquam aliquis Peripateticus insomniauit. Quod ideo dico: quia tales confusiones sunt causæ occultationis, nostris temporibus veræ philosophiæ: contra quorum authores in præsentiarum nihil dico, nisi qđ tales non sunt digni legi, aut audire in scholis peripateticorum. Peripatetici vero, vt Themist. & Auer. hic breuibus dicunt, q̃ tenendo verbum Omnes, aut verbũ Partes, collectiue, partes sunt

Realiter sunt formalis distinctio peripatetica minime é.

Expo. cucullatorum.

Totũ realiter distinguitur à partibus simul sumptis, essentialiter autem & formaliter idem sunt.

Pos. peripateticorum.

A suum totum, & oẽs partes sunt suum totum, qm̃ totũ non superaddit aliquam entitatem tertiam partibus simul sumptis, Tenendo vero verbum Omnes, & verbũ Partes, diuisiue, sic hæc est falsa, omnes partes sunt suũ totum, vel partes sunt suum totum, vt rationes Albertillæ nostri recte probant. Vtrum vero totum sit suæ partes, captiunculator noster Albertilla multas sophisticas conclusiones componit: ego vero absolutæ dicorem, q̃ totum est suæ partes, & hoc eodé modo sumendo partes, videlicet collectiue, & non diuisiue, quibus perfacile soluuntur rationes cucullatorum & ciũm illius factionis. Ad primam dicerem non esse differentiam quo ad hoc, q̃ partes sunt suum totum, & totum suæ partes, sed bene quo ad modum, quia totum per se est suæ partes per se, & partes per se suum totum, totũ per accidens suæ partes per accidens. Ad secundũ concedo, partes simul sumptas siue collectiue tentas, esse B terminum per se generationis, nó autem partes diuisiue sumptas. Per idem ad tertium, manet enim A & B diuisine teota, non autem collectiue: propterea collectiue partes sunt suum totũ, diuisiue vero non sunt suum totum. Ad quartum dico, q̃ partes diuisiuæ causant suum totum, & hæ non sunt suum totum. Partes vero collectiue non causant suum totum, & hæ sunt suũ totum. Per idem ad quintum. Ad rationes aliorũ, & ad primam dico, q̃ bene totum & partes diuisiuæ tentæ fundant prædicata contradictoria, non autem partes collectiue, & ipsum totum, quicquid enim de toto, & de illis prædicatur. Ad secundum nego consequentiã, & concedo, hæc sunt æterna demonstratis materia & forma hominis, hæc sunt homo: & nego q̃ homo sit æternus, sed bene est æterna, quod concedo. Ad tertiã C Aristote, ratio est intelligenda, vt iacet: vult enim q̃, si aliqua sunt eadem toti, vt indiuisibili, illa erunt eadem inter se: arguit etiam probabiliter non demonstratiue.

Ad vltimum concedo quatuor esse mille: nam secundum aliam rationem sunt quatuor, & secundum aliam mille. Hæc sunt peripateticæ dicta, & multa alia dici solent, quæ supersedemus breuitatis causa.

Totum est sue partes collectiue, non autem diuisiue.

Solutiones.

Si uero unum est uti indiuisibile, ipsum ens neq; quãtum neq; quale, neq; tãdem infinitum, ut Melissus inquit, neq; finitum erit, ut Parmenides contendit, terminus enim indiuisibile quid est, & non finitum. DILVC.

Secundo destruit secũdam diuisionis partẽ, & probat illud vnum esse non posse indiuisibile, atq; vnum indiuisibilitate. Dicebãt enim tria Veteres, q̃ illud ens, D quod est vnum, erat corpus, & figuratum certa ac statuta figura, finitum vel infinitum. Propterea inquit: si illud ens sit vnum indiuisibile, illud tale ens, quod sic ponunt, neq; erit quantum, hoc est, corpus, neq; quale, hoc est, figura aliqua affectum, neq; tandem erit infinitum, vt Melissus inquit, neq; finitum, vt Parmenides contendit. & huius causam asserit, quia terminus indiuisibile quid est, & non finitum. neq; sup. infinitum.

Si autem omnia entia unum sint ens ratione, ut uestis & tunica, Heracliti sententiam ipsi dicere cogũtur: eadem enim erit boni atque mali essentia, itemq; boni, & non boni. quare & idem erit bonum & non bonum, atq; homo & equus. Et non modo de ipsis entibus eius, quod est unum ratio erit sed eius quod est non unum. Insuper etiam quantitatis & qualitatis eadem erit essentia. DILVCI.

Vltimo

Vltimo confutat tertiam diuisionis partem, & probat, ꝙ omnia non sint vnum definitione, per hoc, quia tunc cogerentur fateri errorem Heracliti, videlicet ꝙ contraria definitione sint eadem, vt bonum & malum. Secundo contradictoria, vt bonum & non bonum, nā vt Themistius inquit, malum est non bonum, & ita, si concedunt contraria esse ratione eadem, etiam cōtradictoria concedere coguntur. Tertio, eadem erunt & disparata, vt homo & equus. Quarto, eadem ratione erunt priuatiue opposita vnum & non vnum, quia de ipsis entibus vnum dicitur, & multa quæ sunt nō vnū, saltem sm apparentiam. Demum eadem erūt diuersa, vt quantitas & qualitas & cætera prædicamenta, Sunt igitur (vt Themistius innuit) quinque modis aliqua nō eadem, aut contrarietate, ceu bonum & malum, albū & non album: cōtradictione, vt bonum, non bonum: disparatione siue differentia, equus, homo, capra, leo, & cætera id genus, priuatione, vt vnum & nō vnum, siue ens & non ens: diuersitate, quantitas, & qualitas, & omnia hæc esse eadem ex dictis sequitur.

Quot modis aliqua nō eadem sint.

Quærūt hic, vtrum aliquod indiuiduum siue indiuisibile possit esse quale. Debes scire ꝙ hæc quæstio non est necessaria, quia Aristo. per quale intelligit figuratum, modo quo veteres dixerunt, illud vnum esse quale, hoc est, figuratum. Sed siue necessaria sit, siue non, Ioan. Gandauensis tenet, ꝙ indiuisibile alteri inhærens, vt punctus aut vnitas, potest esse quale. saltem per accidens, quatenus inest alicui, quod est quale. Et in hoc non facimus vim. nam, si talia indiuisibilia dentur, & actu sint, oportet concedere esse qualia saltem per accidens, vt musicū est grammaticum, quatenus insunt ei quod est musicū & grammaticum. Sed quæstio est de indiuisibili per se existente, quale est Deus, intelligētiæ, & intellectus humanus. Respondet rursus Ioannes, ꝙ indiuisibile hoc modo sumptum, est quale prima ac secūda specie qualitatis, vt intellectus humanus subijcit habitui siue sciē, siue sapientiæ, & hoc quo ad primam speciem subijcitur etiam potentiæ naturali, vt potentiæ intellectiuæ, cum sit potens omnia fieri: non autem esse potest quale, tertia aut quarta spē qualitatis. & hoc probat Ioannes. primo, de tertia specie, quia immobile. secundo vt Arist. arguit, tunc idem posset videri & non videri per casum, in quo ipsum indiuisibile poneretur in vltimo sphæræ, intra quam potest esse visio, tunc videret, quia in vltimo sphæræ visionis: & nō videretur, quia in principio sphæræ nō visionis. Deinde de quarta specie probat, quia illa consequitur quātitatem, vt dicitur. 7. huius: est. n. figura qualitas in quātitate. Sed Ioannes errat physice & theologice. physice quidē, primo, quia prædicamenta sunt ordinata sm prius & posterius natura, ita vt substantia sit prima, secunda quantitas, tertia qualitas, & deinceps cætera. Tunc arguo, quicquid absoluitur à priori, absoluitur à posteriori: sed indiuisibile per se existens absoluitur à quātitate prædicamentali: igit̃ à qualitate, quæ est naturaliter posterior quantitate, & ita vniuersaliter nō potest esse quale, sicut nec quantum. Secundo specialiter ea puritate, apud Auer. quem ipse sequitur, qua intelligentia orbis est substantia separata, & actus purus, intellectus ipse est actus purus: sed nulla intelligentiarum subijcitur accidentibus, propter eius actualem puritatem: igitur nec intellectus humanus. Tertio speciatim arguimus. 3. de Anima, ꝙ intellectus humanus, nec habitui, nec dispositioni, nec potētiæ naturali subest: habitui quidem non, quia ha-

Quæstio. An indiuisibile sit quale.

Pō Ioā. Gan. Indiuisibile p se subijcitur qualitati.

Alia ps pōnis Ioan.

Confutatio.

E bitus est circa potētiam neutram. 2. Ethico. modo intellectus est summe inclinatus ad intellectionem: igitur in illo nō potest poni habitus. dispositioni minime, quia dispositio est habitus corporis. Potentiæ naturali nequaquam, quia potentia & actus sunt circa idem, cū igitur tale indiuisibile subesse nō possit alicui actui potentiæ, igitur nec potentiæ. Sed de his quære diligētius in lib. nostro de intellectu. Sic igitur physice loquēdo dicere cogimur, nullū tale indiuisibile posse esse quale aliqua qualitatis specie. Nec verum dicit theologice. tenent enim Theologi, indiuisibilia subesse posse qualitatibus primæ speciei & secundæ, vt de intellectu & intelligentijs planē dicunt: etiam & tertiæ speciei, qui animas & dæmones Indiuisibiles subesse pœnis & doloribus, maxime animas maleficorum, vt Pythagoras etiā ait, affirmant, & ita nec theologice sentit. Verum, quia F Aristo. physice processit, recte contra veteres militauit. Hæc de quæstione.

At, cum iuniores etiam, quemadmodum & ueteres perturbabantur, ne ipsis eueniet, ut res eadē simul sit unum & plura, iccirço alij ipsum, Est, auferebant, beluti Lycophron: alij dictionem mutabant, hominem non album esse dicentes, sed albere: neq; ambulātem esse, sed ambulare, ne ipsum Est, adijcientes, id, quod est unū, multa diceretur, ac si unice ipsum unum, aut ens ipsum diceretur. DILVC.

Alia positio fuit, (vt Themistius narrat.) ꝙ ea sola esse putandum sit, de quibus hoc verbum Est, prædicabatur, at, cum de sola substātia verbum illud prædicari putarent, vt Socrates est, solam substantiam esse affirmarunt: cæteri vero à multitudine entium abstulerūt. Sed cōtra hoc solitum erat argui, quia hæc est vera, So G crates est albus, Socra. est ambulans, & id genus: sed, cum ipsum Est inter multa constituebat, idem esse vnū & multa sequi videtur, vt Socrates est ens, & vnū, quatenus est substantia, multa vero quatenus subijcitur accidentibus, & ita non tantum substantia ipsa est ens, & vnum. Huic cauillo respōdebant iuniores post Parmenidem & Melissum. & hoc inquit: At, cū iuniores etiā, quemadmodum & veteres, perturbabātur simili absurdo, ne videlicet eueniat, vt res eadem simul sit vnū & plura, iccirco bifariam responderunt: alij, vt Lycophron, ipsum Est, auferebant, dicētes hominem albū, non hominem esse album. Alij, vt Plato, dictionē mutabant, hominem non album esse dicentes, sed albere, neq; ambulantem esse, sed ambulare. Fecerunt autem hoc, ne ipsum Est, adijcientes, id, quod est vnum, vt substantia ipsa, multa diceretur. Et hoc pro tāto pro H absurdo susceperunt, quia ipsum vnum & ens vnice dicti, videlicet pro substantia, cōtendunt, His igitur duobus modis à cauillo aufugiunt.

Sed ea, quæ sunt. multa sunt, aut ratione, quomodo quidem alia est ratio albi & musici: subiecto uero eadem, ipsum ergo unum plura nimirum est. Aut diuisione, uti toti ipsum ac partes, quo quidem in modo deficiunt, concedunt́q; unum plura esse, modo non eadem, sed opposita ratione idem sit, unum & plura, nam ipsum unum est & potestate, & actu. Hoc igitur modo rem hanc nobis assequentibus, impossibile uidetur entia ipsa unum esse. DILVC

Obijcit autem Aristo. quasi respondens & declarās, quo nam modo potest idem esse vnum & plura, & concedit vnum posse esse plura multifariā, ad propositum

vero

vero trifariam. Primo subiecto & ratione, vt Socrates subiecto vnus est, ratione vero & accidente plura. Secundo diuisione, quo modo aliquid est vnum toto, plura vero partibus. Tertio in actu vnum, plura potestate, & in horum modorũ secundo defecerunt & coacti fuerunt concedere vnum plura esse, non eodem respectu, sed diuerso: veluti idem est vnũ actu, plura potestate. Quod vero ad verba græca attinet, Arist. nonnunquam εἶναι, hoc est, esse, pro ratione siue essentia, ac definitione sumit: propterea quotiẽs sic sumit, nos positionem trãsferemus. Verba vero illa, subiecto vero eadem, græce leguntur, eodem vero ambo: Quæ cum nequaq̃ sonent, nos ad sensum, vt clariusculus textus esset, illo modo transtulimus. Verba etiam illa, modo non eadem, sed opposita ratione idem sit vnum & plura, obscure in græco sic leguntur, tanquam non contingens idem vnum esse ac plura, nõ opposita autem. Sed cum superfit negatio secundo loco posita, melius ad sensum trãstuli modo illo. Qui enim verbis adijciunt, ita ad vnguem. Arist. codices non modo nõ intelligũt sed euertunt. Verum, vt promisimus, vbi græca series obscura est, & aliqua aut linguæ differentia, aut verborum obscuritate, ad sensum transferemus, semper in commentationibus nostris annotabimus, vt fideliores cæteris habeantur. Debes scire ꝙ tantum substantiam esse, potest intelligi dupliciter. Vno modo per se ac principaliter, & sic recte veteres & iuniores concedunt, & hoc etiam Aristo. ipse in .7. Meta. libro concedit. Alio modo solam esse ens, hoc modo vt sit ens & nihil non substantia sit ens aliquo modo, & hac ratione Aristot. positionem hanc hac in parte refellit. Et de positione illorum hactenus.

Verborũ expõ.

Declaratio positionis Antiquorum.

DILVCI. *Insuper etiam, ea, ex quibus demonstrant, soluere non est difficile: vterq; enim captiose ratiocinatur, & Melissus & Parmenides. nam & falsa sumunt, & syllogismo peccant. Melissi tamen captiuncula magis est fatua, quippe cum nullam prorsus difficultatem afferat. uerum uno absurdo dato, cætera accidunt, quod quidem non est difficile.*

Duo, vt inquit Auer. requirit perfecta disputatio, & vt positio reprobetur, & rationes soluantur. Hactenus positionem. Asserit tamen quæstionem soluere difficile, quia ac cauillos, non esse difficile, quia vterq; captiose ratiocinatur, quod græce est sophistice, latine captiose, siue vitiose, siue litigiose, siue contentiose, nam & falsa sumunt, & ita peccant quo ad materiam & ἀσυλλογίστως εἰσι, hoc est, & in syllogismo vitio committunt, vel in forma peccant. Melissi tamen λόγος siue ratio, siue cauillus, siue captiũcula magis est φορτικὸς hoc est, importuna, aut inepta, aut stulta: quippe cum nullam prorsus difficultatem afferat.

Disputatio. duo exigit, & vt põ reprobetur, & rões soluantur.

Com. 22. Auer.

Auer. inquit, ꝙ sermones eiusmodi sunt vani, q̃m nõ attingunt finem, ob quem instituebantur, cum nõ concludant. Sermo tamen Melissi est magis vanus, quia omnino non concludit: sermo Parmenidis concludit, sed non quæ sunt ad propositum suum. verum, vt inquit, vno absurdo dato, cætera accidũt, quod quidem non est difficile.

DILVC. *Quod quidẽ igitur Melissus uitiose argumentetur, perspicuum est, putat enim esse sumendum, si omne quod factum est principium habet, etiam quod non factum est, principium non habere. Deinceps etiam hoc absurdum esse putare, cuiuslibet esse principium rei, & nõ temporis, & generationis non simplicis, sed etiam alterationis, quasi non fieret ulla subitaria mutatio.*

A

Vt vero intelligaẽ ratio Melissi, debes scire ꝙ potest formari enthymematice à primo ad vltimũ, medijs nõ variatis hoc modo: qđ factum est habet principiũ: igiẽ quod non factum est non habet principium. tenet enthymema à destructione antecedentis, ad destructionem consequentis. Vltra, quod non factum est, nõ habet principium: igitur ens non habet principium. tenet enthymema, quia ens non fit cum nec ex ente, nec non ente, vt dicetur. vltra, ens non habet principium: igitur nec habet finem. tenet etiam enthymema, quia omne non habens principium non habet finem. Vltra, ens non habet principium, neq; finem: igitur est infinitum, per descriptionẽ infiniti. est infinitum: igitur immobile & vnum, immobile quidem, quia nullum habet locum extra, ad quem moueri possit, vnum vero, quia totum occupat. Sic igitur ipsum ens est vnum, infinitũ, & immobile, vt Melissus sentit, sed cauillus hic, vt Themi. innuit, trifariam peccat. Primo, quia arguit ab opposito antecedentis ad oppositum cõsequentis: non.n. sequitur, est factum: igitur habet principiũ: quare, si non factum, non habet principium, vt non valet, si homo est, animal est, non autem est homo: neq; igitur aial. si ambulat Socra. mouetur: non autem ambulat: non igitur mouetur. Secundo peccat. quia Melissus sumit factum omne habere principiũ. Modo principiũ est aliud temporis, vt cum dicimus genituræ suæ principium habuisse Platonem, hunc vel illum diem. aliud rei & magnitudinis, quemadmodum caput viæ & cuiusuis spatij dicimus esse principium. tũc ad rem, videẽ ꝙ illa propositio est æquiuoca, omne factũ habet principium: & est vera de principio temporis. homo enim, equus, olea, atq; platanus, cum fiant, principium habent temporis suæ genituræ, & ex hoc nõ habetur propositum, s. ꝙ, si non habent principium temporis, non habeat principium magnitudinis. Si vero de principio magnitudinis intelligatur, sic illa propositio est falsa, cũ non omnia facta principium magnitudinis habere possunt, qualia sunt ea quæ non simpliciter fiunt, sed per alterationem & momentariã mutationẽ progenerantur: in talibus enim magnitudinis nõ daẽ principium, cum in alteratione non detur prima pars alterata: in subitarijs vero, cum fiant omnia simul, nihil est altero prius, & ita nõ potest assignari principium. Tertio peccat, quia dato ꝙ ens non habeat principium temporis, nihil prohibet habere principium magnitudinis, velu-ti cœlũ. Multi alij errores esse possunt, sed hi satis sunt Arist. vero tangit duos errores, & de secundo inquit. Deinceps etiam hoc absurdũ est putare, cuiuslibet facti esse principiũ rei siue magnitudinis, & non esse principium temporis & generationis non simplicis, sed etiã alterationis. q. d. ꝙ absurdum est putare omne factũ habere principium, accipiendo principiũ pro principio magnitudinis, & nõ pro principio temporis, quia hoc est falsum de subitarijs: & ita hoc non esset verũ, nisi dato ꝙ nulla sit subitaria mutatio. Quod vero ad verba græca attinet, παραλογίζειν est vitiose ac captiose arguere: propterea ratio hæc paralogismus appellaẽ, quia vitia cõmittit talia. Sed circa hæc solet dubitari. primo quia valet, est homo: igitur disciplinæ capax: & non est homo: igitur non disciplinæ capax: Secũdo dubitatur quia omne finitum habet principium suæ magnitudinis,

B

Principiũ duplex tpis, rei, ac magnitudinis.

C

Factũ oẽ tpis principiũ hẽt non autẽ magnitudinis.

D

Dubitões. Prima dubi. Secunda.

nis,& ita tam alteratum ἐ subito factum habet principium magnitudinis. Ad primā respondet Arist.2. Topico.cap.22, ꝙ constructiue valet à positione antecedentis, destructiue vero è contra à destructione consequentis, vt deducit per omnes oppositionis species: & Aristo.probat hanc regulam inductione.

Solutio.

Comme. 21. Auer. Auer.in com.reducit causam, quoniā bene ad subiecti affirmationem sequitur prædicati affirmatio, cū prædicatum prędicet de subiecto,& oī quod disponit per subiectum, vt Boe.inquit, in Antepraedicamentis, parte illa. Quando alterum de altero & reliqua. Cōtra autem, ad negationem subiecti non sequitur negatio prædicati, quia, cum prædicatum sit in plus subiecto, potest de vno alio à subiecto affirmari: propter hęc sequitur, ꝑ gratia materiæ interdum quoniens possunt extrema conuerti, sequitur prædicatum ad subiectum destructiue & cōstructiue, vt ratio ante oppositū procedit. hæc de prima. Debes scire pro solutione secūdę, ꝙ magnitudo finita potest dupliciter accipi. Vno modo, vt subest mutationi, & motui, alio vt magnitudo est. Primo modo nō habet principium, vt enim subest alterationi, nulla est pars prima, vt disputabit in.8.&.6. Si vt subest mutationi momētariæ, sic ne habet primā partē, qm mutatione subitaria id fit, cuius vna pars nō fit prius altera. Si aūt consyderet vt magnitudo finita est, & in facto, sic duobus punctis terminat, vt Arist. loquit primo mō. Ex his oībus patet tres primas illationes in cauillo. Melissi nullas esse, prima quidē nulla, quia arguit à destructione añtis. Secūda minime, quia arguit de principio tpis, & sic nō ad propositū. Tertia vero nequaq̄, quia si arguit de principio magnitudinis data est instantia in alteratione, & subitarijs.

Solutio sedę.


DILVC. *Post hæc etiam cur immobile est, si unum sit? Cur enim quemadmodum & pars, cum una sit hæc aqua in eodem mouetur, & non ipsum omne? Itemq; cur alteratio non erit? Insuper etiam, neq; unum esse potest specie, nisi eo ex quo: quo quidem etiam modo nonnulli Naturales unum omnia esse asserunt. Illo uero modo non: homo nanq; specie differt ab equo, & contraria inuicem.*

Reprehendit vlterius Melissum, quo ad quartam illationem dupliciter: Primo, quia non valet in latione, totū est immobile: igit nihil illius mouetur, & per consequens pōt esse infinitū, & moueri fm partes, & hoc inquit. Post hæc etiā dato ꝙ ipsum oē sit infinitū, quo modo sequitur, ꝙ sit immobile. Primo in motu locali sequi non videt, quia pōt vniuersa aqua quiescere & pars moueri: sic pōt vniuersum & oē quiescere, & partes moueri, vt dicetur in fine.6. ad cauillum Zenonis. Secundo in motu alterationis, quia pōt totum quiescere, & moueri alteratione. Vltimo peccat, quo ad vltimā illationem, videlicet est infinitum & immobile: igitur vnum, bene enim sequitur ipsum esse vnum fm subiectum & materiā, quo etiā naturales quidem concedunt oīa esse vnum, non aūt fm formam & speciē, cum homo specie ab equo, & vnum contrarium sub altero differat, materia aūt vnum sint: & ita si velint oīa vnum esse quo ad materiam, recte aiunt: si quo ad formā, errāt. Hæc ad cauillū Melissi. Quærunt hic, vtrum aliquo to to quiescente, possit illius pars moueri. Sorticolæ addicti captiūculis & verbis, cōcederent parte mota posse quiescere totum, saltem in motu misto alteratione & ratione, non autem motu pure locali, quia potest vna aeris pars quiescere altera calefacta ac rarefacta,

Quæst. 6. An pars totius moueatur toto eius quiescēte.

E & ita localiter mota: negarent tamen totum posse quiescere aliqua parte vel qualibet mota. Causa huius captiunculæ est. quia totum è parte subiecti accipitur distributiue pro qualibet parte eius, quod græce, vt Ammonius inquit in lib. de Interpretatione, syncategorematice dicitur, à parte vero prædicati accipitur indefinite pro ente habente partes, quod etiam ab eodē Ammonio categorematice appellatur. Iuniores vero magis physicæ, non multum circa vim verborum attendentes, concedunt absolute cum Auer. in com. qualibet parte mota motu nō pure locali posse totum quiescere. Hoc probāt tum verbis Auer. præsenti. com.24. tum secundo, ponendo ꝙ A, sit vnum corpus orbiculare, cuius nulla superficies vltima nequaq̄ rarefiat vel condensetur, nec prorsus motu aliquo moueatur: pars vero quælibet eiusdem inter connexam & concauam F moueatur rarefaciendo se vel condensando, Tunc eo suo isto posito quælibet pars corporis orbicularis A A, mouetur, & totum quiescit, cum nec circulariter mo-

Po Iuniorum.



G ueatur, cum nulla eius superficies moueatur circa centrum B, nec motu recto: quia A A manet continuo in eodem situ numero, nec appropinquando centro B, nec recedendo. Multa dicunt hic de superficie totius, & de virga inflexa, quæ, cum bene sit dicta, nunc sufficiant. Sed aduersus hāc positionē instant, primo, quia si quælibet pars aucti augetur, totum augetur, vt dicit in Primo de Generatione: igitur, si quælibet pars moti mouetur, totum mouetur. Secundo, si quælibet pars alterati alteratur, totū alteratur, igitur: si qualibet pars motu mouetur, totum mouebitur. Tertio, oēs partes orbis A A mouētur: orbis A A est suæ partes: igitur totius orbis A A mouetur. Sed hæ positiones possunt concordari supponendo, primo, ꝙ pars, quæ non est separata à toto, mouetur & quiescit ad motum & quietem H totius. Hæc patet, quia, vt pars ipsa non habet esse, nisi in toto, ita non habet motum vel quietem nisi ratione totius. Suppono secundo, tādiu totum quiescere, quādiu non mutat situm. his stantibus dicerem, quamlibet partem moueri, & quālibet quiescere, non tamen eodem modo: moueri quidem motu proprio, quo videlicet illa pars acquirit propter rarefactionē quādam alietatem, vel propter condensationem, quiescere vero quo ipsa est pars totius quiescentis. Prima igitur positio loquit de partibus. quatenus aliæ sunt à toto, secunda quatenus sunt ipsum totum, vel ipsius totius. Nonnulli vero, & nō imperite concedunt infinitas esse partes ipsius A A, quæ non mouentur localiter: infinitas quoq; esse, quarum quælibet mouetur localiter. Prima pars patet, quia infinitæ sunt partes, quæ terminantur ad superficies A A, quarum qualibet quiescit, ve-

Replic.

Concordia.

Expō aliquorum.

lut

lut ambæ illæ superficies. Secũda etiam pars patet, quia infinitæ sunt partes inter A A, superficies, quarũ quælibet mouetur secundum se totam. Tunc tenẽt qualibet parte mota non esse verum ꝙ totũ quiescat, quia licet infinitæ partes mouentur, infinitę quiescunt, & ita non omnes mouentur. Hæc pro modo sufficiãt ad verba Aristote. & Auerro.

DILVC. *Idem & in Parmenidem est modus rationum, tametsi nõ nulli alij proprij sint, atq; solutio eadem, tum quia falsa sumit, tum quia non concludit: Falsa quidem sumit, quatenus ipsum ens dici simpliciter sumit, cum multipliciter dicatur non concludi uero. quatenus si sola alba sumantur, ipso albo unum significante, non minus alba plura erunt, & non unũ. nam album ipsum nec continuatione unum erit, nec ratione, siquidem alia sit albi ratio, alia eius quod album suscepit. Atq; non erit præter illud, ipsum album separabile: nõ enim quà rationem propriam habet separabile est, licet albi ratio & eius in quo est, diuersa sit. Sed hoc Parmenides nondum uidit.*

Parmenidis vero motiuũ potest esse vno modo sic, quicquid est præter ens est non ens: quicquid est præter vnum est non ens: igitur in secunda figura, vnum est ens: & hoc modo format ipsum Them. Improbat Arist. cauillum hunc, primo, quia sumit falsum, nam sumit ens dici vno modo tm̃ pro vno numero, aliter nihil concluderet, quod tamen dicitur de decẽ Prædicamentis. Secundo, quia peccat in forma, quia non quilibet syllogismus huic similis concludit. vt ponatur ꝙ album sit idem quod ens: & arguo sic, quicquid est præter album est non ens: quicquid est præter vnum est non ens: igitur vnum est album. Patet ꝙ syllogismus non cõcludit, qm̃ possunt propositiones esse vere, quidem sumendo album communiter ad omnia alba, secunda eodem modo. & tamen plura possunt esse alba numero, vt cygnus, nix, & cerusa: etiam & definitione, quia alia est ratio albi, alia subiecti.

Côm. 25. Auer. Auer. aũt format cauillum Parmenidis hoc modo, quicquid est præter ens est non ens: nõ ens & nihil conuertuntur: igitur quicquid est præter ens est nihil. sed ens & vnum conuertuntur: igitur quicquid est præter vnum est nihil: & ita tantum vnum est ens. Hic igitur syllogismus errat, primo, quo ad materiam, quia sumit ens dici de vna intentione, cum dicatur de pluribus, nam hæc nomina ens, & non ens dicuntur de decẽ Prædicamentis, quod intelligunt hoc modo: quia de quolibet prædicamento prædicatur ens quod est ipsum, & non ens tale, vt de substantia, ens quod est substantia, & non ens, quod est quantitas vel qualitas. Quo fit, vt inquit Auer. maiorem non esse veram nisi accepto nomine entis pro communi quodam ad omnia prædicamenta. & sic nõ concludit propositum, videlicet ꝙ ens est tantũ vnum numero, sed vnũ transcendenter. Qđ vero ad verba attinet, verbũ illud, & si sint alij proprij. Auer. vult esse alios modos proprios aduersus Parmenidem, quia cõtra Parmenidẽ possumus contradicere ex dictis suis, quæ probabilia sunt, contra Melissum vero minime, cũ nihil probabile dicat. Propterea Aristo. contradicit Parmenidi dupliciter, primo per modum quo contradixit ipse Melisso, ostendẽdo cauillum peccare in materia & forma: secundo ex concessis ab illo. Quod igitur Parmenides peccet quo ad materiã, perspicuum. Deinde oñdit ꝙ peccat in forma, nam sermo concludens per se debet concludere in omni materia,

A vt inquit Auer. Vnde Sorticolæ aiũt formalẽ esse consequentiam, quæ est bona, & quælibet sibi consimilis. Modo, dato ꝙ sola alba sumantur loco entis, ipso albo significãte vnum, siue cõuertibili existente cum vno, adhuc alba plura erunt, & non vnum: nam albũ ipsum nec continuatione siue numero vnũ erit, nec ratione. Numero quidem nõ, quia plura numero sunt alba, vt cygnus, nix, & cerusa: ratione vero minime, quia ratio albi alia est à ratione subiecti. Sed dices, si ratio albi est alia à ratione subiecti, tunc album esse poterit separatum à corpore, propterea addit. Atq; non erit præter illud quod suscipit album, ipsum album, nõ. n. quo sup. rationem propriã habet, & ratione differt à subiecto. separabile est ab illo, licet albi ratio, & eius in quo est, diuersa sit, Verum (vt addit) hoc Parmenides nondum vidit, nõ enim poterat videre res esse ratione diuersas,

B & non separari: omne. n. ratione differens apud ipsum separari potest, sic igitur patet ipsum peccare in forma, Ex ijs patet esse Peripateticum, decẽ Prædicamenta subiecto esse eadem ac vnum, definitione esse diuersa, vt Themi. Auer. & Arist. asserunt. Qui vero prædicamenta asserũt differre realiter, vel formaliter, vel essentialiter, vel aliquo modo taliũ, nõ Peripateticæ loquuntur. Similiter qui dicunt ea esse eadem realiter, nec Peripatetice loquunt: oĩs. n. distinctio apud Peripateticos est, aut in subiecto, aut in rõne, tametsi distinctio in subto multifariã sit, vt dicemus fortasse in elẽcho ad uersus distinctiones iuniorum, ꝗ facere decreuimus.

Necesse igitur est sumere eos, qui dicunt unum esse ens, non modo unum significare ipsum ens, de quo quidem prædicabitur, sed & id quod proprie est ens, quod proprie unũ DILVC.

C *est: accidens enim de subiecto aliquo dicitur. Quare illud, cui ipsum ens accidet, non erit. est enim aliud ab ente: erit ergo aliquid non ens, Nõ erit itaq; alij inexistẽs, uel id quod proprie est ens. Nõ enim rationem entis subibit, nisi ipsum ens, plura significet, hoc modo ut unumquodq; ens sit. At ipsum ens significare unum supponebatur.*

Secundo principaliter arguit, & syllogismus est hypotheticus diuisiuus hoc modo. Si vnum tantum sit ens, quæro quid per ens intelligunt, aut substantiam, aut accidens? Primo probat ꝙ non accidens dupliciter, primo sic, quia id debet principalius significare, qđ est maxime proprie ens, talis est ipsa substãtia. vnde inquit. Necesse igitur est sumere eos, qui dicũt vnum esse ens, nõ modo vnum significare ipsum ens, de quo sit vtentis species, de quo prædicetur ipsum ens, sed debet

D illud. quod significaẽ ab ente, esse & id quod quidẽ est ens, & id quod quidem est vnũ. Verbum illud περ, licet latine sonet quidẽ. hic tñ accipitur pro proprie, & maxime, qđ Plato appellat, vt Them. inquit, ipsissimum. Debet igiẽ ipsum ens significare substantiã, quę est maxime & propriæ, & ipsissimum ens. Secũdo idem probat. quia, si ens, quod est vnum, significaret accidens tm̃, tunc subiectũ & substantia esset non ens, & per consequens ipsum accidens esset & non esset. esset quidem, quia ponitur significatũ per ens, non esset vero, quia nulli inesset. inquit, Accidens. n. de subiecto aliquo dicit. Quare illud, cui ipsum ens, vtpote accidens, accidit, non erit, & hoc, quia est aliud ab accidente, qđ solum ponitur ens, & ita ipsum accidens qđ poni aliquid erit non ens, quia non erit alicui inexistẽs tale accidens qđ poniẽ ens. Quod vero subiectũ non sit ens,

probat dicens. Non enim rationem entis subibit, nisi ipsum ens plura significet hoc mō, vt quolibet sit ens, hoc autem est contra positionem, quia ponebatur ipsum ens vnum significare. Sic igitur per duas rationes videtur ꝙ tale vnum ens non sit accidens.

Cōm. 26. Auer. Dices fortasse Arist. petere, cum accipiat cōtra Parmenidem ipsum ens significare plura: respondet Auer. hanc contradictionem esse redargutionem ex concessis à Parmenide. modo, vt dicit Themist. Parmenides concesśit ipsum accidens esse ens alteri inhærens, & vt dicemus infra, etiam concesśit plura esse entia ſm apparitionem. Et hæc sufficiunt ad redargutionem.

DILVC. *Si igitur id, quod proprie est ens: nulli accidit, sed sibi aliud, cur id, quod proprie est ens, significat magis ens quā non ens? Nam, si id, quod proprie est ens, est etiam albū, ipsi autem albo non accidit quod propriæ est ens, (non enim sibi accidere potest id quod proprie est ens, neque enim est ens, quod non proprie est ens) album ergo non est ens, non quidem hoc modo, ut non sit aliquod ens, sed penitus nō ens est: igitur id quod propriæ est ens, est non ens. Verum enim est dicere quod proprie est ens album esse, quod quidē non ens significat. Quare, si quod proprie est ens album etiam significet, ipsum ens plura significabit.*

Secundo probat illud ens non esse substantiā, & vis rationis est: si illud ens est substantia, tunc tātum substantia erit ens. tantum substātia est ens: igitur accidēs erit non ens, ita, vt album sit nō ens: album est nō ens, igitur idem est ens, & non ens. vt substantia quidem: ex ea parte, qua proprie est ens, est ens: ex ea vero parte, qua est alba, quod albū est non ens, erit nō ens. quicquid enim denominatur à non ente, est non ens: G substantia igitur est ens, cum proprie sit ens, & non ens, cū sit alba, ꝙ album est non ens. Pro constructione literæ debes scire, ꝙ ipsum græce ὄν in translationibus antiquis traducitur, quod est, & propterea est in illa litera aliqua obscuritas. Verbū περ, translatū fuit vere, quod stare potest: ego tamen, vt sensus clarior esset, non recedendo à græcis verbis, trāstuli verbum ὄν ens & περ proprie inquit. Si igitur id quod proprie est ens nulli accidit, sed sibi sup. aliud, hoc est, si ipsum ens quod ponitur vnum esse significet substātiam, quæ est id quod nulli accidit, sed sibi aliud, (posuit enim descriptionem pro descripto) cur id qđ proprie est ens significet magis ens, quam non ens? quasi dicat, substantia ipsa, quæ propriæ est ens, non magis erit ens quam non ens. Verbum illud Cur, græce est τί, sonat latine quid, sed cum ponatur (vt puto) interrogatiue, transtuli cur, hoc enim H fuit causa vt translationes veteres obscuriores essent, probat ꝙ substātia non magis subeat rationem entis, quam non entis, & inquit. Nam, si id, quod proprie est ens, vtpote substantia, est etiam album, aut aliquo alio accidente affectum: ipsi autem albo nō accidit siue nō competit id quod proprie est ens: hoc est, ipsum autē album non est proprie ens { non enim accidere potest sibi id qđ proprie est ens. } hoc est, nō competit sibi ratio sobæ, neq; rursus est ens, quod non proprie est ens, ex ijs oībus restat ipsum album nō esse ens. Hi enim putant id esse ens, quod propriæ est ens, & quod nō proprie est ens, non putant esse modo aliquo ens, propterea subdit, Non quidem hoc modo vt non sit aliquod ens, sed penitus non ens. ex ijs infert. Igitur id, quod proprie est ens, est non ens. verum enim est dicere qđ E proprie est ens, vtpote substātiæ album esse, quod quidem album nō ens significat, & ita patet idem esse ens & non ens. propterea inquit. Quare, si id, quod proprie est ens, album etiam significet. ipsum ens plura significabit, vtpote substantiam & accidens: hoc itaque modo translationes nostræ clariores sunt.

Insuper etiam neq; magnitudinem habebit ullam ipsum ens, si quidē ipsum ens id sit, quod proprie est ens: ratio nāq; partium diuersa est. DILVC.

Expositor (vt mihi videť) iniuste reprehēdit Auernam & ex verbis Arist. & verbis Themistij, mihi videtur, ꝙ Arist. arguat communiter & simul contra Melissum & Parmenidem. vterq; enim illud ens, quod posuerunt etiam vnum, voluerunt esse corpus, hic quidem fiF nitum, ille vero infinitum: propterea Arist. obijcit: primo, quia, si tantum vnum sit ens, illud ens, quod ponitur, non erit corpus, quia si erit corpus, erit habens partes, & ita plura entia, saltem partes, quæ potestate sunt plura per diuisionem, tamen reducibilia ad actū multitudinis. Cuius interpretationis est noster Themistius licet Auer. videatur dupliciter literam interpretari, qđ nunc omitto. Quod vero ad verba attinet, verbum illud, Insuper, etiam græce est τὸ μὲν, latine, tum ergo, tū igitur, nonnunquam confirmatiue lege propterea, & insuper, & id genus, vt modo transtuli.

Præterea q. id, quod est proprie ens, in aliud quid quod est proprie ens diuidatur, ratione etiam perspicuum est, ueluti, si homo id sit, quod proprie ens quippiam sit, & ipsum animal id esse, quod proprie est ens quippiam, & ipsum bipes necesse est esse. Si enim non sint proprie entia, accidētia erunt: aut igitur homini, aut alij cuidam subiecto. At neutrum esse potest. DILVC.

Videtur Arist. hic tangere secundā rationē, vt Auer. recte exponit, & Themistius innuit, & propterea verbum δὲ, quod latine sonat Autem, aut Vero, transtuli præterea. Potest autem ratio, vt Themistius innuit, hoc modo formari, si ens est tantum vnum, quicquid sit illud, quæro, aut potest definiri, siue describi, aut non. si non potest describi, aut definiri, tunc eius essentia vel substantia nullatenus intelligetur: substantia enim siue essentia cuiusq; non nisi descriptione aut definitione capitur, Si vero definitur, oportet eam diuidi in entia vere ac propriȩ dicta. veluti, si homo sit illud ens, oportet vt diuidatur in animal, & bipes, quȩ sint vere entia. Hoc autem probat: quia eiusmodi partes, aut erunt vere & proprie entia, vti est ipsum definitū, aut accidentia illius vel alterius: sumit esse non posse, vt sint accidentia illius aut alterius: propterea vult habere illas partes esse substantias rei definitæ, ac propriæ & vere entia, veluti ipsum definitum esse asserunt.

Accidens nāq; aut id dicitur, quod inesse & non inesse contingit, aut id, in cuius ratione id, cui accidit, sumitur, ceu ipsa sessio, ut separabile: simitas autem id, in cuius ratione, nasus sumitur, cui simitatem ipsam accidisse dicimus. Præterea in eorum ratione, quæ in definitiua ratione cuiusdā insunt, aut eorum ex quibus aliquid constat nunquam ipsius totius ratio inest, ut bipede ratio hominis, aut in albo ratio hominis albi. DILVC.

Sumpsit

Sumpsit Arist. partes illius entis definitas non posse esse accidentia, nec rei definitæ, nec alterius, hoc nunc probare enititur: & vt Themistius recte innuit, duas Aristo. sibi facit suppositiones: prima, quod accidens sit bifariam, aut separabile, aut inseparabile. Separabile est, quod quidem ad esse & abesse potest, qualia sunt sedere, legere, disputare, & id genus: inseparabilia ea sunt, quorum definitionē subiectum ipsum ingreditur, qualia sunt simitudo, paritas & imparitas numeri. est n. nasi cauitas simitudo. & numerus qui secari pōt in inæqualia, impar. hęc est prima suppositio. secunda est, quod si quid in alicuius rei definitione sumitur, in ipsius definitione res illa sumi non potest, aliter, in definitionibus esset circulus, & idē esset notius & ignot' & multa alia sequentur dicta in. 6. Topico. Hæc est. 2. suppō.

DILVCI. *His igitur ita sese habentibus, si ipsi homini accidat bipes, aut separabile ipsum necesse est, & ita potest homo non esse bipes: aut & in ratione bipedis inerit ipsius hominis ratio, quod etiam fieri nequit: illud enim in ratione eius inest.*

Constitutis duabus suppositionibus, probat nunc animal & bipes non esse accidentia, & per consequens nullas definitionis partes posse esse accidentia. Dicebamus enim, quod si sunt accidentia, vel ipsius definiti, vtpote hominis, aut alterius ab homine: & ita primo probat eiusmodi non esse accidentia homini. quia aut separabilia, aut inseparabilia. separabilia quidē non, quia tunc potest esse homo, & non esse bipes, neq; animal: inseparabilia vero minime. quia tunc in ratione illorū poneretur homo, & nō ipsa in ratione hominis, vt suppositiones docent: & ita non possunt partes definitionis illius esse accidentia. cuius sunt partes. Quod vero ad verba attinet, verbum illud si græce est καὶ & latine sonat Et, vel atq;: ego vero ad sensum transtuli, si, qm̄ syllogismus est diuisiuus à destructione partium.

DILVCI. *Sin vero alij bipes ipsum atq; animal acciderint, & neutrum sit id quod ens quippiam proprie est, homo quoq; nimirū erit ex ijs quæ alij accidunt. Sed id, quod proprie est ens quippiam, atque id de quo ambo, at utrunque ac id, quod ex ijs componitur, prædicatur, nulli accidit. Ipsum igitur omne indiuisibile est.*

Probat secundo, quod partes definitionis, vt animal & bipes, non possunt alij accidere per hoc, quia id, quod definitur, vt homo, etiam alij accideret: nam definitio & definitum eundem habent modum essendi, & ita homo erit accidens. quod destruit per hoc, quia id, quod proprie est ens, & id, de quo ambæ partes definitionis, vel vtraq; aut tota definitio quæ fit ex illis prædicatur, nulli accidit, cum sit id quod proprie & principaliter & maxime substat omnibus. Restat igitur, vt definitionis partes sint veræ, & proprie entia, & ita plura sunt entia, saltem partibus & diuisione. Hæc sunt pro expositione literę vt vides.

Cōm. 28. Auer. Auer. autem in cōm. 28. inquit, si posuerint quod ens, quod est vnum apud eos, sit homo, necesse est, vt animal, quod est genus hominis, & bipes quod est eius differētia, sint entia in rei veritate: nam partes rei, quæ sunt s̄m definitionem: præcedunt rem in esse. Huic ēt concordat id quod Auer. inquit Primo de Anima. cōmen. 5. dicit. n. definitiones non componuntur nisi ex principijs ꝓprijs, q̄ sunt in re & hęc eadē asserit. 5. Met. cōm. 30 in fine. Oppositū vr̄ sentire ipse. 7. Meta. cō. 23. & 43. vbi ait partes definitionis esse partes rationis.

A Hic videndū primo, an partes definitionis sint partes rei, an rationis. Secundo, dato quod sint partes rei quo modo sunt diuersæ. Ad primam respondet Auer. 7. Metaphy. cōmen. 42. & vult definitionem uno modo posse sumi pro rei definibilis essentia, & hoc modo cōsyderatur à Metaphysico, & habet partes, quę sunt rei & non rationis, quatenus sunt ipsius essentiæ rei definibilis. alio modo sumi potest pro instrumento, quo intellectus rei essentiam deprehendit, & sic est ratio quædam, quæ à Logico cōsyderatur, cuius quidem partes sunt rationis, non rei, vt genus & differentia. ex hoc patet, quo nam modo partes definitionis sint partes rationis, & quo nam modo sint partes rei. Hæc de prima dubitatione. Restat modo videre, cum partes definitionis acceptæ pro essentia rei sint partes rei, quo nam modo sunt diuersæ. Respōdet Ioannes in. 7. Metaph. B pluribus quæstionibus: & vult quæstione. 22. quod definitio sit sola rei forma, ita vt materia, non sit pars definitionis, sed apparens pars: tenet secūdo, quæstione. 20. & 23. quod partes definitionis sint formæ, ita vt genus sumatur à forma generis: animal. n. est anima sensilis, siue ab ea sumptum: Differentiæ intermediæ sunt formæ intermediæ à prima generalissima forma vsq; ad specificam, è qua sumitur differentia vltima, & ita definitio est essentia cōposita ex pluribus formis, addita ipsa materia vti subiecto illarum omnium. Fauet autem huic positioni Auer. 1. Metaph. cōm. 17. & 5. Meta. cōm. 30. & alibi, vbi genus vniuersalem vocat formam, differentiam vero specificam. Contra se obijcit Ioānes, quia definitio est essentia via: modo genus & differentia nō possunt fieri per se vnum, tum quia nec differentia participat genere, nec è contra genus differentia. Iterum C nec genus inest differētiæ, nec dr̄ia generi, tum. 2. quia ex duobus existentibus in actu non fit per se vnū. Soluit has Ioan. in. 7. Met. q. 23. primam quidem, quia differentia inest generi, & recipitur in genere quatenus generi additur per hoc, quod educitur de potentia generis. Secundam vero, quia licet ex duabus formis vltimis non fiat vnū per se, ex duabus tñ formis, quarum vna est generalis, & altera specifica potest fieri vnū per se. Sed hæ solutiones sunt deliramenta. primo, quia vbi forma specifica educitur de potentia formæ generalis tunc forma generalis esset præsupposita vti materia, & sic nulla via posset euitari. quin ipsa materia sit actus, saltem generalissimus, quod Arist. vbiq; destruit. Secūdo, si ex illis formis fieret vere vnum per se, tūc vna forma reciperetur in altera, & sic actus posset esse p se subiectum alterius actus, quod nullibi Arist. dixit. Propter D hoc Latini tenuerunt definitionem esse essentiam constitutam ex materia & forma, quando consyderatur vt est essentia: & ex genere & differentia, quando consyderatur vt ratio siue instrumentum. &, qm̄ ratio explicat essentiam, ideo genus explicat materiam, siue sumitur à materia, differentia vero formam, siue sumitur à forma. cum enim dico animal rationale, animal dicit mihi materiam affectam parte animæ, quæ est sensilis, siue gradum animæ sensilis, è qua sumitur genus: rōnale vero dicit mihi vltimam formam: & ita animal ponitur loco materiæ proximæ, rationale loco formæ vltimæ, & in cæteris id genus idem sumitur. Iuxta has positiones potest saluari, quod vnum definitione est plura entia. iuxta enim primam quidem, quia definitio resoluit in partes, quæ sunt formæ, iuxta secundam vero, quia resoluit in materiam & formam. Sed hæc oppōnō est

A partes definitionis sint partes rei, an rationis: et an diuersæ sint ab ipsa re.

Positio latinorum, qui Definitionem essentiam purā ex materia et forma constitutam, vt antē ratio est ex genere & differentia consistit tota ipsa.

peripatetica quantum ad hoc, quod materia ipsa sit pars essentiæ. Primo, quia quidditas & essentia est principium essendi, sed materia non est principium essendi, sed potius non essendi. Secundo, principium essentiæ est principium cognoscendi: modo sola forma est principium per se cognoscendi, materia vero non essendi, neque intelligendi, cum sit penitus ignota. Tertio, principium definitionis & essentiæ est vniuersale modo sola forma est vniuersalis, igitur sola forma est essentia rei. Hæ rationes habentur ab Auer. prima quidem. 7. Met. com. 20. secunda vero. 1. Meta. comen. 27. tertia autem ibidem, com. 13. & 12. Meta. com. 14. Hæc est positio omnium Peripatheticorum, de qua in lib. Destructio Destructionum, disputa. 5. in solutione tertij dubij, Alij vero, & ego tenemus totam rei definibilis essentiam esse eius formam, & definitionem esse ex partibus formæ siue gradibus formæ, materia addita, vti deferente & subiecto: quo modo substantia ponitur in definitione accidentium. Est. n. genus pars siue gradus formæ, differentia vero pars alia vel alius formæ gradus qui quidem materia & subiecto idem sunt, ratione diuersi. Et hæc differentia sufficit contra antiquos, qui omnem multitudinem abstulerunt ab entibus: quæ ratio docet ipsum genus primo dicere partem siue gradum formæ, secundo & connotatiue materiam ipsam. Nonnunquam vero explicantur in definitione tria, differentia, genus, & materia, vt in definitione accidentium: at in definitione substantiæ non oportet semper materiam explicare, quia in genere ipso intelligitur connotata: verum cum hæc materia sit metaphysica, pro nunc sit dictum in tantum.

Pō propria.

DILVCI.

Quidam vero utrisque rationibus consensere, et ei, quæ omnia unum esse concludit, si ipsum ens unum significat, ipsum non ens esse fatentes: & ei, quæ ex participatione procedit indiuiduas magnitudines facientes.

Duæ fuerunt rationes aduersus Parmenidem & Melissum ab Arist. ipso editæ. Prima, quod tunc aliquod non ens esset. vt sit illud vnum ens, quod ponunt esse, substantia, tunc accidens esset non ens. Secunda vero, quia tunc magnitudo esset indiuidua, quia vbi esset diuisibilis, esset plura partibus. Plato, vt inquit Themistius, acquieuit oppositioni Parmenidis, & concessit impossibile Aristo. est. n. apud Platonem aliquid extra ens, & tamen est aliquid. Xenocrates voluit magnitudinem esse indiuisibilem ex indiuiduis compositam, inquit. Quidam vero vtrisque rationibus consenserunt, quas Arist. aduersus illos dedit, & eis assentientes, quæ omnia vnum esse concludit, si ipsum ens vnum significat, quod quidem concedentes & defendentes dixerunt ipsum non ens esse: (hoc quo ad Platonem,) & ei quæ ex participatione procedit indiuiduas magnitudines facientes. (& hoc quo ad Xenocratem) Animaduersione dignum in lib. Parmenidis de vno omnium rerum principio asseruisse Platonem, non tantum id non esse, quod præter ens est, sed etiam vnum ens esse: verum vnum esse omnia non approbauit, quia videlicet etiam non entia quodammodo esse opinabatur. Constituit. n. ipsum vere ens esse ideam, & vnum: materiam vero primam atque informem esse quidem, sed nihil habere entis extimabat. Arbitrabatur præterea constare res ex duobus, videlicet ex eo ente quod ideam & vnum voluit esse, & ex eo non ente quod primam materiam appellabat. Hunc igitur in modum Plato sequutus est Parmenidem, & absurdum Arist. concessit: Xenocrates vero Platonis discipulus cum Democrito, tenuit indiuiduas magnitu-

E dines, & ita concessit secundum absurdum. Arist. videlicet aliquid esse magnitudinem, quatenus principium, non magnitudinem vero, quatenus indiuisibilem.

Sed perspicuum est etiam non esse uerum, si unum significat ipsum ens, & non potest simul contradictio esse: nihil non fore ipsum non ens. Nihil enim prohibet ipsum non ens, non simpliciter esse, sed non ens quippiam.

Reprehendit Arist. responsionem Plat. & illam Xenocratis diminuit, vsque in Sextum, vbi Xenocratem etiam incusat. Plato itaque sic arguit in illo lib. ens significat vnum, & non potest contradictio simul esse vera: igitur ipsum non ens nihil non erit. sed stat aliquid esse non ens, & non esse nihil veluti materia est non ens, & extra vnum, & tamen non est nihil, & ita ponit quasi non ens medium inter nihil & ens. nam, vt Themistius dicit, plato posuit ens proprie, & nihil, & horum medium esse

F ens improprie, quod forte Arist. concederet. sed Arist. inquit: sed perspicuum est et non esse verum, si vnum significat ipsum ens, & non potest simul contradictio esse, quod ipsum non ens non sit nihil: imo aliquid quasi medium. Sed quia Arist. dixit, enthymema hoc non sequi, probat illud, quia nihil prohibet ipsum non ens, vtpote accidens non esse ens simpliciter: sed non ens tale, & vbi ita sit non oportet concedere ipsum accidens esse non ens aliquo modo. Non. n. sequitur, ens non ens tale, videlicet substantia: igitur non ens: quia vbi sequeretur, tunc esset nihil, cum sit idem dicere non ens & nihil. Arist. igitur reprehendit Platonem pro tanto, quia non debet concedere esse aliquod non ens, & non esse nihil Arist. igitur & Plato concedunt tria: aliquod esse ens proprie, & aliquod improprie, & nihil: sed differunt, quia Plato vult illud ens improprie, quia est non tale dici non ens, non

G tamen nihil: Arist. vult illud non debere dici non ens, neque consequenter nihil.

Arist. ac Platonis pō de entium pluralitate ac vnitate.

DILVCI.

Dicere insuper, si non quippiam aliud erit id ipsum ens, omnia unum esse, absurdum est: quis enim ipsum ens aliud quicquam esse intelliget, quam id quod est proprie ens? quod si ita est, nihil ob stat multa esse ipsum ens, ut dictum est. Quod quidem igitur ipsum ens sic esse sit impossibile, perspicuum est.

Secundo reprehendit Plat. quantum ad aliud enthymema: arguebat. n. si ipsum ens non erit quippiam aliud præter se, vt si sit substantia præter accidens, ita vt accidens non sit ens omnia vnum sunt: respondet Arist. enthymema non valere, potest enim esse tantum substantia, & nihil esse præter substantiam: & tamen multa possunt intelligentia, vt dictum est, saltem secundum partes definitionis: et per consequens, licet tantum substantia sit, & nihil præter substantiam esse possit, adhuc esse possunt mul

H ta saltem secundum partes definitionis. Deinde epilogat, & sermo patet. hæc sunt quæ Arist. scribit contra Philosophos non naturales, Parmenidem & Melissum. Solet quæri circa ponem Parmenidis, vtrum tantum vnum sit ens: & videtur quod sic, vt Logici probant, quia vnum est ens, & nihil non vnum est ens: igitur tantum vnum est ens. Amplius vt Metaphysici arguunt, omne ens est vnum, & omne vnum est ens: igitur tantum ens est vnum, & tantum vnum est ens. In contrarium arguunt Sorticolæ: si. n. tantum vnum est ens, tunc omne ens est vnum: consequens est falsum, quia plura entia sunt ens, & tamen plura entia non sunt vnum ens. Circa præsentem quæstionem primo videamus ponem antiquorum, Parmenidis & Platonis, cum qua concordabimus Arist. Secundo videbimus de rigore logico quid concedendum sit. Parmenides itaque, vt vbique author est Simplicius, cum dixit vnum esse id, quod est Deum voluit intelligere:

Quæstio circa positionem Parmenidis.

An tantum vnum sit ens.

Positio Parmenidis.

Cum ens unū dixit Deū intellexisse videtur Simplicius.

telligere:non.n.creditum est à Parmenide non esse in rebus diuisionem,multitudinem;ac pluralitatem, quā in suis poematibus aperte profitetur: sed cū dixit vnū esse quod est, indicatum est ab eo illud, cui vere entis appellatio competit, & quod vere est esse vnum tantū quod vnum Deus est. Cætera vero quæ sunt. non debent simpliciter,& proprie esse,sed aliquid esse. quæ ratio docet inter ens & nihil esse medium aliquid siue nō ens:siquidem per ens Deus intelligatur per aliquid id, quod non simpliciter est hac proprie,sed est hoc vel illud: per nihil vero omnino extra aliquid & ens. Hæc Parmeni. Quid vero Plato sentiat aperiamus,vt è The mistio hic colligi potest,& in lib. Parmenidis, de vno omnium rerum principio. Quædam igitur inesse alicui negamus, aut quia illud ea non habet,vt cum dicimus nigrum non esse album, aut quia excellentiori notaratione; perfectiori habet, quam nos habere eam rem ex tali locutione significamus. vt cum negamus calorem esse candidum,non quia niger sit, sed quia excellentiori nota, atq; perfectiori ratione candorem habet,vt quia ipse candor est.Plato itaq; ens vti concretū vult esse,ipsum vero esse siue essentiam vti abstractum & est ens ad esse,vti candidum ad candorem:Deus autem est esse simplex,atq; essentia pura,vt candor. Et hac ratione Plato Deum esse ens negat, non quia non sit,sed quia excellentiori ratione ens est, quia est essentia ipsa,qua cūcta existūt & sunt entia: erit igitur Deus supra ens,cui cum vnius detur appellatio,consequens est vt vnum supra ens dicatur,& vocabimut tunc Deū vnum. Sic igitur breuibus Plato per ens intelligit ens participatiuum,per vnum ens per essentiam. Parmenides vero ens vult esse id quod per essentiam est tale,& propterea vnū esse tantum ens asserit. Arist. vero hæc omnia sic ex posita cōcederet: apud.n.eum ipsum ens nōnunq̃ sumptum est pro essentia,vt cum ait.1.de Cœlo,primū esse essentiam è qua deriuatum est esse & hūc in modum concederet positionem Parmenidis, Interdum ens accepit pro prædicamentali & participante essentiam,vt quando diuisit ipsum ens.6.Met.in decem Prædicamenta,& sic concederet positionem Platonis. Interdum sumpsit ens pro omni,eo quod intelligi potest extra nihil,& sic vt plerūq; accipit ens in positione sua,dum cōtra Parmenidem obiecit, & contra Platonem. Hæc de primo satis. De secundo,videlicet,quo modo hæc est vera tm̄ ens vnum est,sine tm̄ vnum est,ens, Ioan.in quæstione de rigore logico, concedit illam probationem expositoriam, videlicet vnum est,& nihil est quod non sit vnum , igitur tm̄ vnum est:qua & probatione cōcedit illam,tm̄ ens est, videlicet ens est, & nihil est quod non sit ens, quomodo etiam concedere cogitur hāc,tm̄ vnum est ens, quia vnum est ens, & nihil est ens,quod non sit vnum,igitur tantum vnum est ens. Sed pace sua hæc sua declaratio nec est Peripatetica,nec Sorticolaris. Peripatetica non ,quia omnis probatio est,aut syllogismus , aut exemplum , aut enthymema,aut inductio. Sorticolaris minime, primo, quia tūc tm̄ homo esset animal,quia homo est animal, & nihil est homo quod non sit animal. Amplius expositoria probatio debuisset esse hæc,vnum est ens, & nihil est vnum quod non sit ens:ipse vero dixit , nihil est ens quod non sit vnum:propter hæc Ioānes non est audiendus. Vnde hic vir,propter ignorantiam captiunculatum sæpe truditur in errores. Alij vero ob nimiā illarum obseruantiam sæpe philosophiā errant ad mil-

Pō Platonis Ens participatiuū ens nominat, vnum autē ens p essentiam.

Concordia est Arist.

Secunda pars quæstionis.

Positio Ioan.

Confutatio.

Medica fidei ē Ioānes de Landuno.

A lenaria,& propterea laudamus mediocritatem, Sorticolæ igitur concederent hanc,tantum vnum est ens, quoniā vnum est ens, & nihil non vnum est ens : igitur tātum vnū est ens:potissimum si vnum accipitur vt est æquale enti, & non prædicamentaliter pro principio numeri. Vlterius concederent plura entia esse vnum ens,ac multa esse,vnum,veluti cōcedi solet plures homines esse vnum hominem,quia est sensus:hoc ens est vnum ens,illud ens est vnum ens, & sic de alijs: igitur plura entia sunt vnum ens. Huius ratio est, quia particula copulatiua,videlicet,Et.in termino plurali inclusa diuisiue tenta confudit confuse tantum terminum sequentem, sed de his satis in captiunculis. Ad rationes patet solutio.

Positio Sorticolarum.

At,ut Naturales contendunt,duo modi sunt: quidam enim ipsum ens unum subiectum statuentes, aut trium aliquod, aut B *aliud,quod igne quidem densius,aere autem rarius:cætera uero generari raritudine & densitudine dicunt,multa adijcientes.Hæc autem atq; uniuersaliter superantia & defectus contraria sunt,ueluti Plato magnum asserit, atq; paruum. Verū hic quidem hæc materiam cōstituit, ipsum uero unum formā. illi autem ipsum unum quod est subiectum,materiam, contraria uero differentias atq; formas statuerunt.* DILVCI.

Hactenus de nō naturalibus opinionibus loquutus est,nūc de naturalibus vult loqui: ꝓcedit aūt more suo diuidēdo,atq; cōponendo, & inquit: At, vt naturales Phi contēdunt,duo sunt modi, quibus res ipsæ generātur ex suis principijs , quatenus alij vnum ex tribus elementis rerū principium statuerunt,terra ipsa dēpta ob crassitudinem: mox ex hoc asserunt generari reliqua raritudine densitudineq; adhibita : Alij nullum ex elemētis principiū faciunt:sed quoddam,quod est igne quidē densius, aere vero rarius. Hæc aūt ad prima reduci C dicunt,vt ad vniuersaliora, superantiā videlicet & defectum videtur. n. raritudo superantia quædā, dēsitudo defectus:sub quibus & Plato magnum & paruum collocat. Verum apud Platonem magnum & paruum materiam significabant, vnū vero causam efficientem & formā. Contra vero physici ꝓ vno materiā & subiectū accipiunt,contraria,vero formas esse & differentias arbitrantur. Sic igitur prima positio est eorum qui ponunt materiam vnum elementorum,è quo deriuari volunt res raritudine & densitudine, sed quomodo cum hac pōne Plato conuenerit, quoue discouenerit, per spicuū est. Dicuntur aūt hi Naturales, quia loquentes de rebus naturalibus cōcedunt naturalia principia, vt motum & pluralitatem entium. Hæc de prima pōne.

Quidam autem ex ipso uno contrarietates, quæ quidem in D *ipso sunt sequestrari fatentur,ut Anaximander inquit, & qui unum & plura entis esse aiunt,ueluti Empedocles, & Anaxagoras. Ex ipsa nāq; mixtura et hi reliqua segregant: differunt tamē quatenus hic quidem reditionem horum facit. alter aūt semel ex principio segregat, & alter infinita aut similaria et cōtraria, alter ea quæ uocātur elemēta tantūmodo sumit,* DILVCI.

Et de secunda positione nunc loquitur: sunt.n.alij, vt Anaximander & Anaxa. qui nullum vnum elementorum materiam facit, cum quibus etiam Empedo. Anaximander.n. tertiam quandam naturam facit, quæ igne crassior est, aere tenuior. Hanc naturam non στοιχεῖον hoc est elementum vocat, sed μίγμα hoc est, medium quippiam horum Anaxa. vero cum hoc conueniens elementum non facit materiam,sed quoddā qđ nunc chaos, hoc est. confusionem, nunc migma , hoc est, mixtura, siue miscellam nuncupat. Empe. autem

quatuor elementa, vt materialia principia facit. Conueniunt etiā in generandi, nam Anaximander ex infinito illo medio contrarietates insertas atq; innexas excernit, Anax. ex illa miscella omnia perinde atq; prius inhærentia, sed latentia exprimit atq; secernit. Empe. autem & segregatione cuncta ex elementis facit & corrumpit: segregatione enim è proprijs locis & miscella res deriuantur. Verum differunt, nam Anaximander nihil meminit efficientis causæ. Anax. concedens migma similares illas particulas, quas homœomerias vocabat. & mentem diuinam fecit rerum principia: Empedo. quatuor elementa & sphærum, i. Deum putauit esse principia. Est igitur secunda positio eorum, qui res generant segregatione. Adiecit autem Arist. differentiam inter Anaxa. & Empe. quia Empe. secretionē illā temporibus quidem terminatis facit, sed interpollem ac reducem vicibus: Anaxa. vero sempiternam putat esse, & hoc, quia huic elementa videntur esse infinita, quæ similares sunt particulæ, & contrariæ aliquo modo illi finita, videlicet quatuor. Nec opus est textum aliter exponere, maxime cū textus hi inutiles sint, & trāslationibus fere perspicui.

DILVCI. *Videtur autem Anaxa. sic infinita posuisse, tum quia communem illam positionem naturalium ueram esse sumit, q. nihil ex eo, quod non est, exoriatur: quo circa hac ratione cuncta simul præfuisse, generationemq; alterationem esse cuiusque inquiunt: alij uero congregationē, atq; segregationem. Tū etiā, quia contraria ex sese mutuo fiunt. inerant ergo.*

Nunc tangit rationes Anax. quibus latitationem & segregationem infinitam posuit, & sunt duæ. Prima, quia nihil fit ex nihilo: igitur oportet, vt omne, qđ fit, præsit ei ex quo fit, & ita quodlibet est in quolibet, & generatio nihil aliud est q̄ alteratio. quo argumēto Empedocles congregationem atq; segregationem abstulit. Secunda ratio, quia vnum cōtrarium fit ex reliquo igitur nihil fit, quin illius contrarium præsit, & ita omnia inerant in quolibet.

DILVCI. *Si enim omne quidem quod fit, aut ex entibus. aut ex non entibus fieri necesse est: ex non entibus autem nihil fieri potest, (In hac enim sententia concordant Naturales omnes.) reliquum iam accidere necessario arbitrati sunt, ex entibus quidem, atque ex ijs quæ insunt fieri: præ nimia tamen magnitudinem exiguitate non perspici à nobis. Quocirca quodlibet esse in quolibet mixtum aiunt, quia quolibet ex quolibet exoriri uidebant: uideri uero atque nuncupari diuersa inter se, ex eo quod præ multitudine sua in mixtura illa infinitorum maxime superabundat: quando syncere quidem nihil omni ex parte sit aut album aut nigrum, aut dulce, aut caro, aut os, sed cuius plurimum unumquodque habet id ipsius rei uideri naturam contendebant.*

Syllogismus Anaxa. hunc in modum erat, omne quod fit vel ex ente fit vel ex non ente: non est dicendum ea non ex ente fieri per communem naturalium consensum: igitur omne quod fit, ex ente fit. ita sequitur, vt singula insint in eo, vnde fit aliquid, vt in aqua hac crines, ossa, neruos, carnem inesse necesse est. Et si dicitur contra Anax. quia tunc vnumquodq; haberet infinitas appellationes, quia in vnoquoq; sunt omnia. Respondet q̄ denominatio fieri debet à prædominanti, & ita ea caro dicetur, non quæ pure caro sit, sed in qua plurimum carnis apparet. Enituntur quidam recētiores defendere Anax. dicentes responsionem esse bonam propter partes actuales, quæ superabundant magis in vno quā in altero, non autem propter partes potentiales, cum hæ sint infinitæ. Sed hæc defensio est cauillus. Anaxagoras. n. ex eo concludit quodlibet esse in quolibet, quia generatur omne ex omni, & quodlibet: propterea generationem asserit esse æditum quendam in lucem, corruptionem esse occultationem: quæ rō docet ipsum velle quodlibet esse in quolibet actu, & non potestate: sic. n. ab Arist. positione nō differret. Propterea pro Anax. nihil afferri potest fructuosi, sed, vt diximus, ipse voluit rem maxime denominari ab eo quod magis in re super apparet: tu vero ad meliorem pensitationem rem hanc transmitte.

Anax. Quodlibet in quolibet est non actu, sed potestate.

Sed, si infinitum quidem, quatenus infinitum, ignotum est, infinitum quidem multitudine autē magnitudine quātum quoddam ignotum erit, infinitum autem forma, quale quoddā ignotum. At, cum principia rerum tam multitudine q̄ specie sint infinita, fieri sane non potest, ut sciatur, quæ ex ijs constāt. Tunc enim compositum scire arbitramur, cum principia, ex quibus constant, scimus quæ, & quot sint. DILVCI.

Nunc vero obijcit Anax. & vniuersa litera resoluitur in syllogismos duos. Primus est, infinitum est ignotum: principia apud Anaxagoram sunt infinita: igitur sunt ignota. Secundus est, composita naturalia sciuntur ex principijs notis: sed eiusmodi principia per conclusionem dicta non sunt nota: igitur in secunda figura, composita naturalia non sciuntur, inquit. Sed, si infinitum quidem, quatenus infinitum, ignotum. est hęc est maior primi syllogismi. Adiecit, quatenus infinitū est, quia, vt dicitur 12. Met. cō. 2. infinitum sub ratione vniuersali finita cognosci potest. exponit hanc maiorem, & quare dixit quatenus infinitum, & inquit: Infinitum quidem multitudine, aut magnitudine, quantū quoddam ignotum est, & pro sua ipsius q̄titate non scibile: infinitum aūt forma, hoc est per differentiam infinitorum specificam, vt in numeris, est quale ignotum. Recte igitur patet omne infinitum, quatenus infinitū, esse ignotum, aut quo ad sui quantitatem, aut quo ad sui qualitatem. deinde sumit minorem dicens. At, cū principia rerum apud Anax. tam multitudine q̄ specie sint infinita, multitudine quidem, quatenus ponit simi lares partes infinitas, specie vero, quatenus contraria autumat in quolibet infinita, ex ijs inferre debet: q̄ talia principia sint qualitate & specie ignota. Hinc accipiatur maior illa, composita naturalia sciuntur ex principijs notis & inferatur conclusio, videlicet: q̄ res naturales, quæ ex illis constant, non sunt scibiles. cuius rationem addit. Quia tunc compositum quodq; scire arbitramur, cum principia ea, ex quibus constāt, scimus quæ & quot sint, Verbum illud Tunc, græce ὅτε, latine tum sic, tum hoc modo, vel aliquod tale: transtuli tamen, tunc, vt litera esset clarior.

Animaduersione dignū, Auer. hunc textū resoluisse in sex propōnes, & tres syllogismos. primus est oē cōpositum notū est cōpositum quod scitur ex quot principijs cōponitur & quibus: oē compositum principij infinitis in quantitate & forma, est cōpositum quod nō scitur ex quibus compositū & quot: igitur in scđa figura oē compositum ex principijs infinitis est ignotum. Huius syllogismi maior est posita sine medio, minor vero p mediū hunc in modum, oē infinitum numero aut magnitudine est quantū ignotum, & oē infinitū in forma est quale ignotum, sed oē compositū ex principijs illis infinitis est in forma aut numero siue magnitudine igitur in prima figura, ignotum. Maior huius, quæ appellatur

Com. 35. Vel. 36.

pellatur minor, ab Auer. more græco profyllogizatur sic, omne infinitum est ignotum: omne infinitum multitudine, & forma est infinitum: igitur ignotum. & ita sunt tres syllogismi, & sex propositinnes, quarum propositionum duæ sunt probatæ, vt minor primi syllogismi, & maior siue minor secũdi, reliquæ quatuor sunt positæ sine medio. addit etiam aliquas esse expressas in textu, aliquas vero non, vt textum legenti patet. Animaduerte etiam rationem hanc esse logicam, quatenus sumit ea, quæ declarata sunt in Logica, videlicet definitionem ipsius scire. Huius rei causam affert Auer. quia Logica venit in vsum, aut vt instrumentum, quo verum discernitur à falso, & hic modus est proprius logicæ ipsi, sed transit in vnamquãq; scientiam, aut venit in vsum nostrum, vt sumuntur declarata in Logica, & trasmittuntur ad alias scientias: & hic modus respectu artium particulariũ est extraneus. respectu Metaphysicæ est proprins, cum Metaphysica & Logica sint sciẽtiæ cõmunes. Hæc ex cõmento colligi possunt.

Quæstio. An infinitũ à nobis cognosci posset.

QVærunt hic iuniores, vtrum infinitũ posit cognosci à nobis. Respondẽt Sorticolæ, infinitũ cognosci posse tam conceptu vniuersali, quam particulari, tam quo ad quantitatem q̃ quo ad rationẽ: hæc patet, quia hoc cognosci potest, & hoc est infinitũ aut partibus, ant ratione: igitur infinitum cognosci potest. Dicunt tñ non posse cognosci infinitum, quia non sub ratione propria. Sed contra hanc positionẽ multipliciter solet obijci, primo, quia ratio infiniti apprehendi potest: igitur cognosci potest infinitum sub ratione infiniti. Antecedens declaratur quia nihil potest inesse vel non inesse intelligi, nisi eius ratio intelligatur: sed infinitum apprehendimus inesse vel non inesse: igitur eius ratio intelligi potest, & ita potest intelligi infinitum sub ratione infiniti. Secundo omnis cognitio composita supponit simplicem: sed rationem infiniti attribuimus Deo, & eã negamus à qualibet re causata: igitur ratio infiniti potest esse nota. Tertio solet argui per media catholica, quia Deus, vt creator, intelligitur, & vt creator, est infinitus: igitur vt infinitus intelligitur. Similiter, vt finis intelligitur & vt sic est infinitus: igitur vt prius intelligi potest vt infinitus. Propter

Secũda expõ.

hæc argumenta & alia vltra, dicunt infinitum sumptũ quo ad rationem formalem, qua est infinitum, hoc est, quo ad infinitatem, posse cognosci, & è contra posse cognosci ipsum vt sic: quo vero ad id, cui hæc ratio attribuitur, videlicet numerum determinatum partiũ, aut magnitudinem determinatam, aut potentiam. Respondent, q quo ad numerum partium & magnitudinem est ignotum, quo vero ad virtutẽ potest aliquod esse notũ, vt Deus. Deus. n. cognoscitur sub rõne infiniti, & quo ad rõnem, & quo ad rẽ, cui competit illa rõ.

Confutatio.

Sed hæc põ est falsa, & non peripatetica. falsa quidem, quia quæro. p rõnem infiniti quid intelligant, aut quid rei. aut qd nominis, non quid rei quia quod nullo mõ est, non habet quid rei: si quod omnis igitur. rõ infiniti erit solum nomen. mõ nomen imponere possumus rei non per cognitionem eius, sed sui oppositi, & ita nihil noui afferunt, solum. n. habemus ipsum cognosci posse quid non est. Secundo quo ad rem denominatam nõ est in toto peripatetica, qm̃ Peripatetici nihil ponunt infinitum nisi in potentia & fieri, vt sunt motus, & tẽpus, & Deum non ponunt infinitum, vt diximus in codicillo de infinitate primi. Nec rationes valent, nam ad primam respondetur. q si per rationem infiniti intelligit quid rei, negatur antecedens: si quid nominis, conceditur: & tũc dicitur, q ratio illa habetur per quid non est, & per priuationem oppositi.

Ad secundam concedo antecedens. supponit enim simplicẽ, aut per se, aut ratione sui oppositi, & hoc sufficit ad compositionem & diuisionem. Ad media catholica patet solutio apud Peripateticos, secũ theologice sentiendo dico in syllogismo esse fallaciam accidentis, quia non valet, Cognosco hominem, vt veniens, & vt veniens est Coriscus igitur cognosco hominem, vt Coriscum. Cucullati. n. isti plerũq; ex mala logica, & multo studio in chimericis, traduntur in pueriles errores. Ad propositum nos catholice sentiendo, tenemus Deum posse cognosci, q non sit finitum. vt aliqua res causata, sed positiue atq; contrarie sumendo infinitum non intelligimus, nisi in patria vbi beabimur. Auer. vero parum differens ab his in. 2. Metaph. commento 11. & 13. & 12. Metaph. cõm. 14. & alibi, tenet infinitũ posse cognosci in potentia, hoc est, sub propositione vniuersali. in hac. n. propositione, omnis ignis calefacit, intelligimus infinitos ignes posse calefacere: sed cum hæc intellectio sit in vniuersali, & vniuersale est potentia singulare, rationabiliter in potentia intelligitur. Ipsum autẽ actu cognosci negat, vt si sit infinitum quantum. non potest cognosci numerus determinatus partium, si infinitum quale, nec partes formales omnes cognosci possunt. Hæc de quæstione. Multa alia addunt iuniores, quæ, cũ sint extra propositũ, & facilia cognitu, bona fronte prætermittimus: non. n. est iustum omnia in vno libro disputare, & maxime si alij illa bene disputauerint.

Deũ infinitũ Beati tãtu. in patria cognoscũt, nos vero hic, non finitũ cognoscimus, vti cætera creata.

Positio Auer. Infinitum potentia cognosci potest sub vniuersali ppone.

DILVCI.

Præterea, si necesse est ipsam partem quantæ uis magnitudinis & paruitatis posse esse, etiam ipsum posse esse. Dico autem aliquam talium partium quæ insunt, & in quas totum ipsum diuiditur. Si autem animal aut planta quantæuis magnitudinis et paruitatis esse non potest, perspicuum est neque partium quamuis esse posse, erit enim totum etiam simili modo at caro & os & cætera id genus partes animalium sunt, & fructus plantarum. Perspicuum igitur, neque carnem, neque os, neque aliud id genus quantæuis posse esse magnitudinis, siue in maius, siue in minus.

Secundo arguit hypothetice à destructione consequentis hoc modo. si partes alicuius totius possunt esse quantæuis magnitudinis, totum ipsum etiam esse poterit quantæuis magnitudinis, sed totum ipsum, vt animal, aut planta esse non potest quãtæuis magnitudinis igitur neque partium vlla. &, qm̃ partes sunt in duplici differentia, addit. Dico autem aliquam talium partium quę insunt, & in quas totum ipsum diuiditur: & ita per partes, intelligendum est partes actuales potentes per se existere, & à quibus ipsum totum constat. Ex his accipitur hæc maior, videlicet, nulla partium actualium esse potest quantæuis magnitudinis: cui addit minorẽ dicens, at caro, & os, & cætera id genus partes animalium sunt, & fructus plantarum, concludit. Perspicuũ igitur neq; carnem, neq; os, neq; aliud id genus quantæuis posse esse magnitudinis, siue in maius, siue in minus. Vniuersus itaq; textus in duos resoluitur syllogismos, vnus est categoricus, qui speciatim cõcludit, neq; carnem, neq; os, neq; id genus posse esse quãtæuis magnitudinis. Alter est hypotheticus probãs illam maiorem videlicet, nullas pars actualis esse potest quantæuis magnitudinis, & sic litera patet.

Auer. vero ait partes esse in duplici differentia, aut

Cõm. 19. Auer.

scd'm qualitatem, vt quæ sunt alterius rationis & inter se & à toto, vt sunt materia & forma: aut s'm quantitatem, quæ adhuc bifariæ sunt, aut actu, vt quę esse possunt separatæ, & inter se & à toto, aut potētia, quæ neq; inter se, neq; à toto separari possunt, vt eæ videlicet, quę tantum designantur: minima. n. ipsa cuiusuis generis partes sunt actu, partes minimorum, potentia tantum. Ad propositum igitur totum & partes se consequuntur quoad mensuram, accipiendo partes actu non potestate. Ex his accipitur contra captiunculatores non esse infinite paruum equum aut infinite paruum hominem, aliter ratio Arist. & Themist. ac Auer. nulla esset. Sed de his postea.

DILVCI. *Adhuc si omnia quidem talia mutuo sibi inerint, neq; generatur quicquā sed cum inerat segregatur, atq; à prædominante unumquodq; appellatur: & quodlibet ex quolibet fit, uelut ex carne aqua segregatione, & caro ex aqua: atq; corpus omne finitum ablatione finiti corporis consumetur, perspicuum est fieri non posse, ut quodlibet in quolibet sit.*

Tertio arguit etiam hypothetice, & sumit in antecedēte quinque, quatuor de mēte Anax. & quintū verū, qđ Anax. non negauit, & inquit. Adhuc, si oīa quidem talia mutuo sibi inerint, ita vt quodlibet sit in quolibet hoc est primum: neq; generatur quicquam, sed cū inerat segregatur. hoc est, & generatio est rei inexistentis segregatio, hoc est s'm: atque à prædominante vnumquodq; appellatur, hoc est tertiū: & quodlibet ex quo libet fit, velut, ex carne aqua segregatione, & caro ex aqua, hoc est quartum: quod differt à primo, quia primum erat de esse, hoc autē est de fieri: atq; corpus omne finitum ablatione finiti corporis consumetur, hoc est quintum. quod sensu patet, & Anax. ipsum non negasset. Ex his quinque assumptis, vti ab vno antecedēte, infert, perspicuum est fieri non posse, vt quodlibet in quolibet sit: hoc. n. erat vnum assumptorum in antecedente, in syllogismis enim ad impossibile, vt dicitur in Prioribus, semper concluditur destructio alicuius præmissorum. Themistius autem locum hunc non syllogisticum facit, sed vult Arist. tacitam soluisse dubitationem, quæ res, cum sit facilis cognitu, nunc sit dictū in tantum.

Expositio Themistii.

DILVCI. *Ablata natura q; ex aqua carne, rursusq; alia facta ex reliqua segregabitur, quamuis ea quæ diuidenda est, minor fuerit, tamen magnitudo aliqua illius non excedet paruitate aliā. Quare si quidem segregatio stabit, non quodlibet in quolibet erit: in reliqua enim aqua, nihil inerit carnis. Sin uero non stabit sed semp sequestratio proficiscetur, finita profecto in magnitudine æqualia finita erunt multitudine infinita: quod quidem est impossibile.*

Nunc deducit consequentiam, & primo sumit vnū quasi suppositum ex ratione proxima, & inquit. Ablata nanq; ex aqua carne, rursusq; alia facta, iterum ex reliqua quæ remanet segregabitur, quamuis ea quæ diuiditur, siue diuidenda est minor ac minor semper fuerit, tamen magnitudo aliqua supple illius non excedet paruitate sup. aliam, q. d. oportet venire ad tantillā magnitudinem, vt amplius diuidi non possit in paruiorē vel minorem, hæc suppositio fuit declarata, ex qua sup positione facile patet consequentia dicta. Sed, quia tūc hæc tertia ratio non multum differet à prima, quia veretur his, quæ sunt declarata in prima, propterea aliter per diuisionem deducit illam consequentiam, hoc modo. Aut segregatio stabit, aut non stabit: si stabit, tunc, non quodlibet erit in quolibet, qm̄ in residua aqua tā dem non erit carnis quicq;: si non stabit, sed sequestratio sit infinita, finita profecto in magnitudine, equalia finita erunt, multitudine infinita, quod quidem est impossibile, & contra quintum præmissum. Quòd vero ad verba attinet, Arist. adiecit æqualia. nam finita inæqualia proportionaliter multitudine infinita esse in aliquo finito nihil prohibet. Possunt. n. esse infinitæ medietates in aliquo toto finito, atq; infinite partes ꝓportionales, quod quidem recte animaduetit Expositor.

Expositio verborum.

DILVCI. *Ad hæc, si omne corpus aliquo sui ablato, fieri se minus necesse est: carnis autem quantitas & magnitudine & paruitate definita est: perspicuum est minima ex carne nullum omnino rorpus segregari posse, alioqin erit minor minima.*

Quarto arguit etiam hypothetice, & sumit duo in antecedente, & inquit: Ad hæc, si omne corpus aliquo sui ablato fieri se minus necesse est, hoc est primum, & sensu patet: carnis autem quantitas & magnitudine & paruitate definita est, hoc est s'm & probatum superius: ex his infert, perspicuum est minima ex carne nullum omnino corpus segregari posse. Deducit consequentiam, alioquin erit minor caro minima data, vt facile patet. Hæc ratio supponit vel ad sensum, aut ex ratione secunda esse cuiuslibet rei minimum, de quo ēt in fine capituli disputabimus.

DILVCI. *Insuper in infinitis corporibus caro iam infinita, sanguisq; atque cerebrum inessent. Separabilia tamen inter se, & nihilominus esset unumquodque infinitū, quod quidem rationis est expers.*

Quinto arguit, si quodlibet esset in quolibet, tunc infinita essent in infinitis infinities, & actu, & separabilia inter se: quod mentem egreditur humanam. Consequentia patet: quia in quolibet esse sanguis infinitus, & in qualibet parte sanguinis esset quodlibet, & sic infinita in infinitis infinities. Dubitant, quia Arist. supponit semper partem esse toto ipso minorem, & hoc non videtur vniuersaliter verum nam totum tempus præteritum terminatum ad primum nunc præsentis diei, non est minus seipso terminato ad vltimū nunc, cum ambo sint infinita, & per consequens neutrum neutro maius. Iuniores concedunt propositionem Arist. non esse vniuersalem: quia non in successiuis, at in permanentibus, & ijs quæ locum occcupant, propositio est vniuersalis. Ego tamen dicerem non esse impossibile vnum infinitum esse altero maius, si illud sit finitū ex altera paruum, quia vt sic est finitum. & concederē tēpus terminatum ad finem diei esse maius tempore terminato ad principium: qm̄ ex illa parte tale tēpus est finitum, & recipit additionem.

Dubitatio.

Responsio Iuniorum.

Responsio propria.

DILVCI. *Id uero quod fertur, nunq̄ segregata omnia fore, nō sapide quidem dictum est, recte tamen, quatenus affectiones inseparabiles sunt. Cum igitur colores & habitus mixti sint, si fuerint segregati, erit quippiam album, aut sanum: quod non aliud quid erit, nec in subiecto.*

Vt Expositor inquit & recte, cum improbauit positionem, nunc ponendi improbat modum. Vbi debes scire, ꝙ interdum aliquid dicitur & vere, & ignoratur id vere esse dictum, veluti pueri persæpe vera dicunt, sed non sapide. Propter hæc inquit, Id vero, quod fertur ab Anaxagora, nunquam segregata omnia fore, non sapide quidem dictum est, quia ignorat quid velit dicere, recte tamen dictum est, quatenus affectiones & accidentia propria inseparabiles sunt à subiectis proprijs, & ita vere dictum est, non tamen sapide. Animaduerte tamen verbum illud sapide, legi in græcis

græcis codicibus in verbo, sed vt translationes essent clariores, in aduerbium transtuli. Similiter verbum illud, quatenus, in græco reddit causam, sed clarius intelligitur modo quo transtulimus. Multi enim singulo verbo addicti, fallunt milies sensus. Et vlterius quasi epilogans rationem, inquit: Cum igitur colores & habitus mixti sint apud Anaxagoram, quia constat illos generari, atq; in lucē ædi, si fuerint segregati, erit quippiam album, aut sanum in rerum natura, qđ non aliud quid erit, sed erit tm̄ ipsum ac separatum, nec in subiecto: & ita affectiones & accidētia, sine subiectis, quod non est bene dictum, & sic in dictis Anaxagoræ erit cō tradictio: nam colores ex ea parte, qua commixti sunt possunt separari, ex ea vero parte qua affectiones, sunt inseparabiles.

DILVCI. *Insuper etiam ipsa mens stulta est, ea aggrediens quæ factu impossibilia sunt: si separata quidem reddere attētat, quæ quidem tam quantitatis ꝙ qualitatis ratione separari nequeūt quantitatis quidem, quia non est minima magnitudo: qualitatis uero quia affectiones inseparabiles sunt.*

Vltimo reprehendit modum ponendi ex parte causæ effectrices. posuit. n. Anax. diuinam mentem effectricem omnium causam ab illa siue miscella, siue chaos cuncta separare volentem. Contra obijcit Aristo. inquiens: Insuper etiā ipsa mens stulta est, ea aggrediēs, quæ factu impossibilia sunt, si videlicet separata cuncta reddere attentat, quæ quidē tam quantitatis ꝙ qua litatis ratione separari nequeunt. quod declarat. & inquit. Quantitatis quidem, quia apud Anax. nō est deuenire ad minimam magnitudinem: igitur mens diuina quærens separare quamlibet magnitudinē à qualibet. stulta ac absurda est: qualitatis vero, quia affectiones inseparabiles sunt, & ita volēs separare affectiones, impossibile attentat. Mens igitur illa quærens omnia separare stulta videtur. Animaduertas tamen, vt translationes essent clariores, nōnullas friuolas particulas ꝑmutasse, veluti illam insuper etiam, quæ in græcis codicibus legitur, quare, & illā separari, quæ est fieri, quæq; cum pauci momenti sint, non sunt ab re voluit tamē, vt promisi, has animaduertere.

DILVCI. *Præterea etiam nec recte generationem similarium capit: lutum enim, tum in luta, tum non in luta diuiditur. Neq; idem modus est, ut lateres ex domo, & domus ex lateribus, sic & aqua & aer ex sese mutuo sunt, & fiunt. Insuper etiam melius est pauciora principia, finitaq; sumere, quod quidem Empedocles facit,*

Vltimo reprehendit Anaxa. quo ad materiā rerum: ipse. n. posuit rerum materiam esse similaria corpora, atq; vnumquodq; suo ab similari constare, ceu carnē ex carunculis, lapidem ex lapillis, aurum, ex aurellis. Cō tra hæc obijcit Aristo. dupliciter, & inquit primo, nec recte generationem similarium capit. quod probat dicens: lutum. n. tum in luta, tum non in luta, sed aquam & terram diuiditur, & ita lutum constare potest nō ex lutulis, sed humore potius & terra: cōstantia igitur luti ex terra & humore vera est luti generatio, ex lutulis autem est potius auctio vel diminutio: non igitur generatio fit ex similaribus. sed dices, contra, ita fit aer ex aqua, & è contra vt domus ex lateribus & è contra: sed domus ex lateribus & è cōtra congregatione & segregatione fit: igitur aer ex aqua & è contra segregatione & congregatione fit. Respondet: Neque idem modus est, quo lateres ex domo & domus ex lateribus fit, & A quo aer & aqua mutuo ex sese sunt & fiunt: nam aqua ex aere fit vera transmutatione in substantia, domus ex lateribus appositione tantum. Secūdo obijcit Aristo. & inquit. Insuper etiam melius est pauciora principia finitaq; sumere, quod quidem Empe. facit, ꝙ sumere ex parte materiæ infinita corpora, siue partes similares: igitur ex parte materiæ non oportet infinita principia facere. Hæc sunt contra antiquos ab Aristo. breuibus sumpta.

Sed circa finem capituli præsentis solet quæri de minimis. Quæ quidem materia licet in Sexto & Octauo ab Arist. diligenter pertractetur, tamen, vt iunioribus satisfaciam colligemus nonnulla breuibus. Primo itaq; videbimus de specie: minimi, secundo de potentijs minimis, tertio de duratione. Circa primum solet quæri, vtrum aliquod indiuiduū possit participare speciem sub quacunq; modica quantitate. B Iuniorum quidam distinguunt, qm̄ quædam sunt similaria, quæ græce dicuntur homogenea siue homœomera, vt caro, aqua in carnes, & ignis, qui in ignes secatur: quædam dissimilaria, græce organica, siue heterogenea, velut oculus, brachium, & id genus, vt Aristo. diuidit in libro de Animalibus in principio. Tunc tenent in dissimilaribus dari maximum atq; minimum inclusiue, in similaribus vero minime: Persuadent hanc positionem, quia dissimilaria, ad hoc vt sub specie contineantur, aliqua exercere debent propriam operationē illius speciei. verbi causa, si hō debet sub humana specie cōtineri, debet exercere risum. modo, exercere nō potest talem operationem nisi sub debitis terminis collocetur. secus autem in similaribus, quæ non reponuntur in specie vt speciei exerceant operationē, sed vt partes totius dissimilaris, quibus non competit aliqua per se actio. C Cuius positionis plures clarissimi viri extitere nostra tempestate, & nos quandoq;. Sed pace horum nunc non mihi vr̄ ita, quia hæc positio contra omnes Peripateticos, & fundamētum eius esse potest contra eos. Contra peripateticos quidem, qm̄ accepit Aristo. paulo ante, totum sequi dispositionē partium. cum. n. totum heterogenium partibus constet tandem homogeneis, iure sequitur ad sectionem partium infinitam, migui ipsum totum etiam in infinitum. Sic. n. Arist. arguebat aduersus Anaxa. Themistius quoq; idem ibidē explanauit de animalibus & plantis, & Auer. com. 36. quæ tu facile inuenies. Cōtra fundamentum vero, qm̄ omnis caro est in specie: quælibet autem species habet aliquam propriam formam, qua potest exire in certam operationē, licet interdum nobis occultam: igitur & caro actionem habet suæ speciei, & ita videtur argumētum etiam ad similaria applicabile. D de quibusdam patet, vt de igne & aqua, & id genus. Quare oportet eandem persuasionem facere de vtrisq;. hæc igitur positio non est peripatetica. Alij acutissimi viri tenēt non esse minimum, neq; maximum in corporibus naturalibus ex parte naturæ intrinsecæ, sed bene minimum, vel maximum corpus per se sensile de tali specie, ad hunc ꝑfecto sensum, ꝙ minus illo de specie illa per se existens sentiri non posset. Persuaderi potest hæc positio ex parte materiæ, ex parte formæ, ex parte agentis, ex parte dimensionis, mediante qua forma introducis in materia ex parte demū modi agendi, siue alterandi vel disponē di. Prima persuasio ex parte materiæ est: quia non est dare minimam materiam, de qua potest educi aliqua forma, quia tunc de aliqua tota materia educi posset,

Dubitatio. An indiuiduū sub quacunque modica quantitate speciem participare possit

Maximum et minimum in dissimilaribus dari non autem in similaribus, falsum est.

Naturalia ad maximum, et minimum corpus ꝑ se sensile intrinsece terminari oportere, sic qđ minus minimo sentiri non possit, iprobabilis est po.

& non de eius medietate, quod non est possibile. E Secunda persuasio est ex parte formæ: qm̃ quælibet forma naturalis, apud Peripateticos, est extensa, & diuisibilis in infinitum. tunc arguo: quælibet forma naturalis generatur successiue: igitur nõ est dare primam formæ partem genitam, quin ante illam sit alia prius genita, hanc rationem innuit Auer. in hoc. t. cõm. 62. Tertia persuasio est ex parte agentis. nam sub quantacũq; quantitate potest agens formam in materia inducere, sub tanta esse potest forma illa: sed agens põt inducere formam in subiecto infinite modico, quia citius agit in partem propinquam quam in remotam: igitur potest forma esse sub infinita parua dimensione. Quarta persuasio est ex parte quantitatis, q̃ sic formatur à quibusdam cucullatis. cuicũq; naturaliter competit aliqđ antecedens, eidem naturaliter competit & consequens dimensio est antecedens, diuisibilitas infinita est conse- F quens: igitur cuicũq; competit naturaliter dimensio, ei naturaliter diuisio infinita: quare, non est dare minimũ cum illud sit naturaliter quantum, & per consequens naturaliter diuisibile. Quinta persuasio est ex parte motus. nam, cum omnis forma naturalis acquiratur p motum, & nullius motus detur primum & vltimum, Sexto huius neq; rei generandæ dari potest minimum: daretur. n. rei corrumpendæ vltimũ instans sui esse. Multæ aliæ rationes hinc inde fiunt, & etiam hinc inde defenduntur positiones, quas hic breuitatis causa omitto. qui. n. curiosus est, potest illa in libris nostrorum recentiorum legere. sat. n. mihi sit tangere pollentiores. fiunt etiam à captiunculatoribus captiuncularij infiniti casus: qui cum philosophiam non sapiant, omittantur etiam. Sed hęc positio etiam non est Peripatetica, est. n. expresse contra Aristo. & Auer. & videtur contra G seipsam etiam. Contra Arist. quidem, & Themistium, & Auer. vt patet hic contra Anaxagoram, maxime cõmento trigesimoseptimo & 38. Amplius Auer in Sexto huius cõmento. 32. & 8. huius. cõmento 23. & 44. & 62. & 3. Cœli cõmen. 6. & alijs locis in numeris. Contra se vero, quia hæc implicant, sensile est determinatũ ad minimum ac maximum, & non esse minimum naturale per rationem intrinsecam. quia ex vno sequitur contradictorium alterius. nam ex quo potest animal minui in infinitum, potest potentia eius tactiua minui in infinitum: igitur sensatio minui proportionaliter in infinitum, & ita sensile, siue tactile potest minui in infinitum: & ita videtur ex vno concesso, videlicet ꝙ non detur minimum ex parte intrinseca, sequi non dari minimum sensile. Propter hæc absolute cum Peripateticis sentio, cuiuslibet generati esse minimum & maximum H inclusiue, & ex parte intrinseca. Vbi debes scire, vt colligitur ab Aue. in dictis locis, ꝙ radix terminationis est forma, è qua proficiscitur actio & species: Radix vero interminationis est materia ipse, quæ est quædam, vt Platonice loquar, infinitudo: & ita videtur forma determinata maximo & minimo, quia est forma actiua alicuius effectus. quem agere non potest sub quacunque quantitate. Hæc est positio omnium peripateticorũ.

Vera põ. Cuiuslibet entis naturalis generati determinata & intrinsece quãtitas in maius et in minus.

Solutio rõnũ.

Tunc per hæc facile respondetur ad rationem positionis proximæ. Ad primam dico, ꝙ siue ex parte materiæ possit ex infinita parua materia forma ęduci, siue agentis, ex parte formæ ipsa non potest esse, nisi in minima materia, & hoc satis est. Ad secundã dico, ꝙ quælibet forma naturalis est quanta & diuisibilis, non tamen diuisibiliter inducibilis, cum per minima inducatur, vt patet per nunc dicta, & ita simul omnes minimi partes generantur. Ad tertiam dico, quòd agens omne habet sphæram suæ actiuitatis, in cuius quodlibet puncto agere potest æque pollenter, cum in quolibet æque bene applicetur: & ita negatur illa cõis animi conceptio calculatorum, ꝙ agens naturale cæteris paribus citius agas in partem propinquam q̃ in remotam.

Ad quartam cucullatorum dico, ꝙ naturaliter dimensio competit rei naturali, & naturaliter diuisibilitas, non quidem in partes potentes per se existere, cum hæc non sit affectio communis cuiusque quanti, sed in partes potentiales, siue designatiuas: sic. n. cõpetit omnibus, etiam cœlo.

Ad quintam dico, in motu etiam datur primũ, non tamen vltimum, & ꝙ Aristo. loquitur de motu locali in Sexto, vt exponit Auer. in cæteris datur primum sine dubio, & ita minimum. neq; valet ꝙ rei corrũpendæ sit vltimum. Et, si dicis, sit corrumpendum vnum minimum, cui applicetur agens potens ipsum corrumpere, & sumus in primo instanti applicationis, patet ꝙ in illo est, & immediate, post non erit: igitur illud instans applicationis fuit vltimum. Dico, ꝙ prima exponens est falsa. imo in illo instãti applicationis primo non est immo instans applicationis est primum non esse præcedentis propterea in illo non est & continuo immediate antea fuit. Et, si dicis, aut applicat̃ ipsum agens enti, aut non enti? Dico, ꝙ applicatur enti in potentia, & nõ enti actu. Et, si dicatur omnem corruptionem siue generationem præcedit alteratio: igitur ante illud applicationis instans præcedit alteratio. Dico, ꝙ præcessit in eodem, aut in alio, & hoc satis. De his vero diligentius in Sexto dicemus. Hæc de speciei rerum naturaliũ determinatione. Et de potentijs agamus, sequuntur. n. potentię ipsæ naturas & species rerum. Solet igitur quęri, per quid terminatur potentia actiua? quia de passiua idem est iudicium. Captiunculatores omnes tenent potentias actiuas non per maximum inclusiue terminari, sed exclusiue, quod est minimum quod non. rem hanc probant potissimũ vnico argumento sic, sit actiua potentia A, maximum quod potest, aut mouere, aut leuare B. & arguitur, aut A excedit B, aut non excedit: non est dicendum ꝙ non excedat, quia tunc non ageret: à ꝓportione. n. minoris inæqualitatis non prouenit actio. Sin vero excedit, aut excessu indiuisibili, aut diuisibili, non excedit excessu indiuisibili, cum ille non sit. si vero excessu diuisibili, sint illius partes C D. & tunc, si ipsum B augeretur in tantum ꝙ ipsum A excederet, ipsum in tantum adhuc moueret, quia vt quilibet excessus sufficit ad continuandum, ita quilibet sufficit ad mouendũ igitur adhuc moueret tale auctum, & per consequens ipsum B non fuit maximum. Hoc est Achilles captiunculatorum. Ego vero teneo absolute cũ Auer. in. 1. Cœli, cõm. 116. & 127. ꝙ actiua potentia definitur per maximum quod potest. Ex hoc sequitur ꝙ passiua terminatur per minimum in quod, vel è quo potest: erit enim passiua potentia ad agens minimum, vti maximum illius. Tunc ad rationem nego illam communem animi conceptionem Sorticolarum, ꝙ quilibet excessus sufficit ad mouendum & motum continuandum, immo dico ſm Peripatheticos esse minimum excessum, quo potentia potest mouere, & nullo minori, & quolibet maiore. Et, si dices, tunc rei successiuæ daretur vltimũ, quia virtuti excedenti excessu minimo applicetur agẽs corrumpens in hoc instãti, quod est præsens, & arguatur

Replica. *Responsio.* *Replica.* *Responsio.* *Replica.* *Responsio.*

2. quæstio de potentiis.

Prima põ.

A proportione minori, inæqualitatis non prouenit actio.

Positio ꝓpria.

Solutio rõnum

tur in hoc, potentia illa mouet, & immediate post non: igitur motus erit vltimum. Dici potest (vt diximus) instans applicationis esse primum, non esse eius cui fit applicatio, & sic negatur prima exponens. Hæc de potentijs. multa alia in Libris de Cœlo resarciemus, quæ nūc raptim tangimus, vt iunioribus in parte satisfaciam.

Questio. 3. An rei corrupt. duratio maximo et minimo tempore terminetur.

De maximo tempore durationis rei solet quæri. quæ quæstio ad librum De Cœlo & de Generatione pertractata est, nunc vero raptim quædam afferam. Animaduersione itaque dignum in omni corruptibili esse potentiam aliquam, qua potest durare, siue illa potentia sit, qua eius forma in sua materia conseruatur, siue potentia qua resistit causis corruptiuis. in ipso vero incorruptibili nulla est potentia suæ durationis, qm̄ siue potentia durandi sit ea qua resistit contrarijs causis suæ corruptionis, siue qua conseruetur eius forma in materia, nulla est in ipso incorruptibili.

Cōclusio quæstionis. Rei corruptibilis duratio neq; maximo, seu minimo terminatur duratiōis spe.

Tunc consensim omnes tenent potentiam durationis cuiusque rei corruptibilis, neque maximo, neque minimo tempore terminari inclusiue. maximo quidem non, quia tunc rei permanētis daretur vltimū, vt facile deduci potest. minimo vero nequaq̄, quia quocūq; tēpore dato, quo data est res ipsa corruptibilis, adhuc per minus perdurare potest, vt si durare potest per annum, etiam per medietatem durare potest, & per medietatem medietatis. & sic infinitum. Propter hæc sequitur, talem rei corruptibilis potētiam terminari maximo tempore exclusiue, quod Sorticolæ vocant minimum, vltra quod non. hæc res facile ex dictis deducitur. hæc de tertia quæstione.

Qualis positio Anax.

Post hæc restat videre quid Anaxagoras ipse sua in ipsius fictione voluit balbutiri: non. n. tantus vir hæc velle dicere visus est, vt Aristo. sibi imponit.

Expō Pici.

Picus vir nostra ætate clarissimus in hetaplo, quem de Septiformi sex dierū geneseos enarratione inscribit, tres figurat mundos:

Triplex mundus.

supremum videlicet omnium angelicum siue intellectualem, vt Plato in Phedro, huic proximum cœlestē postremū omnium sublunarem. hic tenebrarum mundus est, ille lucis, cœlum vero ex luce & tenebris temperatur.

Tres mundi sunt vnus.

Vlterius sumit hos tres mundos vnum esse qm̄ quicquid in omnibus simul est mundus. id & in singulis collocatur, verum quæ in mundo sunt inferiori, in superioribus sunt, sed meliori nota, quæ itidem sunt in superioribus, in postremis ēt visuntur, sed degenerum cōditione & adulterata, vt sic dixerim, natura.

Exemplum.

Hoc autē facile est videre. & ne manibus vacuis recedamus, explicamus quædam. in mundo sublunari est ignis, in cœlo Sol: in ipso angelico, Saraphicus intellectus. Tenet. n. Sol ad cœlum, & Saraphicus intellectus ad angelicum mundum eam conditionem, quā habet ignis elemētarius in sublunari. Rursus est aqua apud nos, in cœlo luna, in angelico cherubica mens, similem rationem ad suos mundos habētes, & in alijs omnibus simili ratione pōt exponi: q̄ cum propositū nostrum transgrediantur. rationabiliter prætermittimus. Ad rem venio. Anaxagoras itaq, videns quicquid est in vno illorum esse in quolibet. & quicquid in omnibus insimul esse in singulo, hoc balbutiri voluit, dum asserit quodlibet esse in quolibet, qm̄ quicquid in vno est mundo in quolibet esse necesse est.

Quid de expōne Anaxa. Prima.

Et licet hæc Anaxagoræ allegorica expositio reprehendi non potest, si Arist. & Simplicio, cæterisque græcis, & Themistio credimus, nullatenus consona est. Arist. enim vbique (vt Themistius interpretatur) verba Anaxagoræ referens, innuit chaos esse id, in quo quodlibet continetur, quod etiam nonnunq̄

A migma vocat, hoc est, miscellam, siue mixturam. Hāc autem miscellam, Themistius & simplicius non minus Platonici q̄ Peripatetici materiæ tribuerunt, non mundo. Propter hæc Græci fere omnes aliter positionem Anaxa. allegorizarunt: intellexerunt. n. per migma siue chaos, id quod apud catholicos est abyssus, apud vero Arist. est materia, adud vero Platonē omni capax.

Secunda allegoria posit. Anaxa.

Homœomera siue similaria infinita, quæ in chaos, siue materia illa contineri Anax. asserit, interpretantur inchoationes formarum, quas vetustissimus Simeō tenebras abyssi vbique vocitat. &, qm̄ in quolibet ente naturali est materia, in qua est sua ipsius forma, omnia autem in materia sunt omnes inchoationes, iure quolibet esse in quolibet per inchoationem autumat Anaxa. Per mentem vero, quę inchoationes has, siue rudimēta hæc formarum extrahit, non mentem puram, sine omni corporis B adminiculo intelligit Anaxagoras, sed mentem diuinam, vt motrix est cœli. Sunt. n. omnes formarum, siue rudimenta, siue inchoationes effectiue in primo motore, potestatiue in prima materia, vt Auctor est Auer. 12. Meta. in cōm. 18. & 36. Hanc autem expositionem celeberrimi viri non solum græci Anaxa. ascripserunt, sed Aristo. veluti doctissimus Albertus, & fundatissimus Aegidius in pluribus locis suæ Theologię. Sed an hæc fuerit Aristo. mens, nunc non definio, sat. n. est mihi abstulisse positionis Anaxagoræ secundam interpretationem. Hæc de Anaxagora.

Omnes igitur contraria principia faciunt, & qui vniuersum unum esse atq; immobile dicunt, quando & Parmenides frigidum atq; calidum principia profitetur, quæq; ignem & terram appellat, & qui rarum & densum aiunt. Et Democritus plenum & uacuum, quorum alterum quidem ut ens, alterum C *uero ut non ens esse dicit, Rursus per positionem, figuram ordinem, differre res asserit, quæq; contrariorum genera sunt per positionem quidem, ut per supra & infra, ante atq; retro. Per figuram uero, ut per angularem, inangularem, rectam, atq; circumflexam. Quòd quidem igitur omnes contraria aliqua ex parte principia faciant, ex hisce patet.* NILVCI. *Parmen. Thales. Anaxime.*

Omnes igitur contraria principia faciunt, & dicentes, q. unum sit ipsum omne, & immobile. Etenim Parmenides frigidum & calidum principia facit, hæc autem appellat ignem, et terram. Et quidam rarum & densum, & Democ. firmum & inane: quorum hoc quidem ut ens, hoc autem ut non ens esse dicit. Adhuc autem positione, figura, ordine. Hæc autem genera contrariorum positione, ut sursum, deorsum, ante, retro, idest figura, angularis, inangularis, recta, circularis. Quòd quidem igitur contraria quodammodo omnes faciant principia, manifestum est. ANT.

D Nunc de veritate ipsorum principiorum naturaliū pertractare proponit. & primo, q̄ sint contraria per inductionem in omnibus positionibus ostendit: & hoc, quia, & hi, qui vnum omnia & immobile, & hi, qui plura esse dixerunt, & qui etiam infinita, vt Themistius deducit. Nam Parmenides calidum & frigidum principia esse dixit, quorum alterum ignem, alterum terram vocauit. Amplius etiam & qui infinita principia asserūt nam Anaxagoras, in similaribus particulis posuit rarū & densum, quæ Anaximander secretionem & concretionem appellat: Democritus vero plenum & inane. Et qm̄ corpora indiuidua etiam dixit principia, voluit rerum generationes differre figura, situ, atque ordine, quæq; sunt contrariorum genera. Nam situs diuiditur in species, vt in dextrum, sinistrum, supernum, infernum, anteriorem, & posteriorē. Figura etiam diuiditur

tur in species. quoniam alia est rectilinea, alia orbicularis, & id genus. Tacuit vero Empedoclem & Platonem, quoniam de his, vt Themistius inquit, abunde supra dixit. Verba Aristote. patent.

Commen. 41. Auer.

{Quum destruxit} Auer. primo concludit propositum, ꝙ melius est finita facere, tum quia nulla necessitas ponendi infinita, tum quia possumus facilius rerũ causas assignare, vt fecit Empedocles.

{Et cùm declarauit.} Secundum Auer. Aristo. vult venari numerum principiorum, vt vtrum tria vel plura. cum .n. numero finita sunt, necesse est scire quot sint. Ad huius igitur inquisitionem accepit suppõnem hanc, vt principium totius consyderationis, ꝙ principia sint cõtraria. hæc est Auer. expositio. Animaduerte tñ omnes philosophos esse coactos à natura entis (vt ait Auer.) dicere principia esse contraria. quod quidam intelligunt pro quanto coguntur hoc dicere artione & experientia. Qui enim dicit ratione triangulum habere tres, potest id negare? at qui dicit ignem calidum esse, id negare non potest, aliter pæna egeret aut sensu, vt in libro Topicorum dicitur.

Nota.

{Parmenides autem.} Soluit q̃onem, nam Parme. oĩa ait vnum esse: igitur non concedet contraria esse. Rñdet Parme. duplicia posuisse entia vera, & hæc vnũ ait: & apparentia & hæc plura, & sic tollitur contradictio. Animaduerte (vt Simplicius refert Tertio Cœli) ꝙ posuit Deum esse omnia, & alia à Deo non esse, nisi in participando Deum, & ita solum Deum vere esse concedit, cætera non esse simpliciter, sed quasi apparenter in respectu Dei: & hoc modo exponit mentem Parmenidis Plato in Parmenide de vno omnium rerum principio libro, vt alibi diximus.

{Deinde dixit & quidam.} Hic narrat secundam positionem eorum, qui dixerunt rarum & densum, & hi sunt, vt Thales & Diogenes, qui elementum medium principium solum asserunt: generationes autem & corruptiones propter rarefactionem, & illius condensationem.

{Et etiam posuit.} Tertia positio est Democriti, qui ait principia esse contraria dupliciter. Vno modo quatenus ponit plenum & vacuum, quibus entia fiunt. Alio modo quatenus ponit res ipsas differre ordine, positione, & figura. Hæc autem dicuntur genera contrariorum, pro quanto vnumquodq; istorum diuiditur in species, vt situs per supra, infra, ante, atque retro. Figura diuiditur dupliciter per species priuatiue oppositas, vt in figuram angularem, & inangularem, quæ non proprie sunt species: nam species sub genere sunt entia positiua, vt patet.

Itemq; diuiditur etiam in species contrarias apparenter, vt in rectam siue rectilineam, & circularem siue sphæricam. Ordo etiam diuiditur per prius & posterius. quãquam subticuit hanc diuisionem, quia intelligit illam in aliis diuisionibus. Sic igitur patet hæc esse genera contrariorum, & non ipsa esse contraria, quando sub se continent species contrarias.

{Et notandum.} Soluit Auer. tria dubia. Primum, quia non videtur ꝙ rarum & densum sint contraria, quia respectu diuersorum coincidũt. Secundum, nam, si vnum contrarium est in natura, & alterum: igitur vacuum & plenum non sunt contraria. Tertium, opposita sunt nata fieri circa idem. Respondet quod Aristote. vtitur nomine contrarij, pro oppositis aut

E priuatiue aut positiue aut vere, aut apparenter, & sic patet solutio ad argumenta.

RECOGNITIONES.

SEcundum Themistium hoc est excerptum ex his, quæ dixerat de rerum naturalium principiis, ſm opiniones veterum philosophantium. quod probat per consensum omnium physicorum, quid de rerum principiis locuti sunt, quam expositionem Simplicius sequitur, qui asserit Aristo. hoc probare per omnium naturalium in hoc conuenientiam, & si in aliis dissentiant. Aliquando vero diximus Aristo. hoc probare inductione topica, quæ in omnibus inducit ſm opinionem. Est. n. vt Auer. inquit Secundo Priorum, inductio duplex, topica siue dialectica, & hæc est quæ in omnibus inducit ſm opinionem, qualis præsens inductio videtur. Alia inductio est demonstratiF ua, & hæc inducit in omnibus ſm rei veritatem, qua Secũdo huius vtitur, cum probat naturam agere propter finem. Vtrum vero detur exemplum topicum & demonstratiuum, in rhetoricis perquirendum est. Fortasse. n. cum exemplum sit veluti inductionis enthymema, oportebit dicere, sicut inductio duplex est, ita exẽplum duplex: ab vna. n. vel pluribus authoritatibus vel positionibus, topicum est exemplum: ab vna autem propositione singulari vera ac necessaria, exemplum est demonstratiuum. vt si dixero, hic ignis, qui apud nos est, calefacit. igitur ignis ille, qui est in globo lunç, calefacit. Aristo. igitur siue excerptum probat per omnium consensum, vt Themistius & Simplicius autumant, siue per topicam inductionem, quæ est per oẽs opiniones, idem est: Auer. autem asserit hoc esse principium consyderationis, & ita vult hoc ipsum non exG cerptum, sed suppositionem esse. Aristote. n. supponit principia esse contraria, vt ex hac suppositione concludat numerum principiorum. Sed siue sit excerptũ, siue suppositio sit, conclusio textus est, principia rerum naturalium sunt contraria, quæ sic intelligenda est, cũ aliquid transmutatur naturaliter, terminus à quo & terminus ad quem, sunt contraria, & intelligit per cõtraria, vt Auer. exponit in fine commenti, modo quo forma & priuatio aduersantur: quare intelligit priuatiue opposita, quæ fuso verbo contraria dici possunt. Quod vero cuiuslibet trãsmutationis terminus à quo, & terminus ad quem sint contrarij per consensum, ꝓbat & dicit: {Oẽs igitur contraria principia faciunt,} & primo inducit opinionem eorum, qui dixerunt vnũ ens, & immobile, vt Parmenidis & dicit, {& dicentes ꝙ vnum sit ipsum omne, & immobile: etenim ParmeH nides frigidum & calidum principia facit, hæc autem ignem & terram appellat.} Appellat etiam hæc, vt Simplicius deducit ex verbis Parmenidis, lumen & noctem siue tenebras. Deinde inducit opinionem eorũ, qui vnum & mobile principium supposuerunt, vt Thales & Anaximenes, & dicit, {& qui rarum & densum} .s. principia contraria faciunt, vt Thales & Anaximenes, qui asserentes aquam esse cõe omnium rerum naturalium principium, ex eo cuncta generant raro atq; denso. Deinde inducit opinionem eorum, qui asseruerunt rerum naturalium principia materialia esse plura, & dicit {& Democriti.} qui posuit atomas infinitas esse rerum naturalium naturalia principia, asseruit principia formalia esse {firmum & mane, siue vacuum, & plenum, quorum hoc quidem, vt ens} plenum videlicet, {hoc autem, vt non ens} .s. vacuum {esse dicit}. Deinde

Themist. Aris. hic ꝓbat excerptũ, ex cõi philosophantium consensu.

Exẽplum duplex, topicũ & demostratiuũ, sicut & inductio.

Auer. Supponens ꝓbat Ari. quãdo principia cõtraria dicit, non autem excerptum.

Deinde subdit, {adhuc autem positione, figura, ordine.} & Themist. & Auerro. propter hæc verba volunt Democritum duobus modis inter terminos generationis contrarietatem contemplatam esse, ex parte ipsorum principiorum quidem, plenum & vacuum, ex parte vero rerum, quæ generantur ab illis, figuram, positionem, & ordinem, quæ non ipsa contraria sunt, sed contrariorum genera, & quasi dicat, & non solum plenum & vacuum principia contraria dicit, {sed adhuc} principiata ipsa, quæ ex illis sunt {positione, figura, ordine,} contraria asserit. Ego vero authoritate Simplicij, assero Democritum asseruisse ex parte principiorũ contrarietatem esse inuentam dupliciter. nam ex parte principiorum formalium, quæ sunt terminus à quo, & terminus ad quem, posuit plenum & vacuum: ex parte vero principiorum materialium, quæ sunt atomæ, posuit figuram, ordinem, positionem, quæ licet in se non sint contraria, sunt tñ contrariorum genera. Nam positio genus est superioris & inferioris, sinistri, dextri, anterioris, posterioris: figura angulata, inangulata, recta & circularis: ordo vero prioris, & posterioris. dicit, {adhuc autem} principia subaudi contraria asserit materialia, {positione, figura, ordine. Hæc autem}. i. quæ quidem {genera contrariorum sunt positione, vt sursum, deorsum, ante, retro, dextrum, sinistrum: figura, angularis inangularis, recta, circularis.} Atomæ positione quidem contrariæ sunt, nam aliæ sursum, vt leuiores: aliæ deorsum, vt grauiores: aliæ ante, vt meridionaliores: aliæ retro, vt septẽtrionaliores. figura vero, quæ atomarum, alia est angularis, alia inangularis, alia recta, hoc est, rectilinea, alia circularis, vt circulus: ordine deniq; quia aliæ priores virtute & efficacia, & ad generationem propiores: aliæ contra posteriores virtute ac pollẽtia, & quia posterius ad generationem veniunt. Quare in principiis dupliciter contrarietas est, qm̃ vno modo ex parte principiorum formalium, alio modo ex parte principiorum materialium.

Motus alia principia contraria sunt figura, posit. & ordine.

Dubitatio.

Sed dices, nullus terram posuit principium rerum, Arist. vero asserit Parmenidem posuisse terram rerum principium. Potest dici terram solam posuisse neminẽ nisi Hesiodum & Arcades, Parmenides non solam, sed terram & ignem: tacuit autem de physicis Platonem, & Empedoclem, quia, vt Themistius inquit, de his superius abunde dixit. Insuper & Anaxagoram omisit nunc, quia de eo prius dixerat, vt Simplicius asserit, cùm inter eum & Empedoclem differẽtiam assignauerit. Digreditur Eudorus declarando quonam modo Pythagorici vnum principium posuerint, & quonam modo plura ac contraria: & tandem asserit vnum eos dixisse ex parte materiæ, plura vero ex parte formæ & priuationis. Insuper est dubitatio qa Parmenides ait, omnia vnum esse, igitur non concedet contraria esse. Innuit sol. Simplicius, Parmenidem asseruisse omnia esse vnum ad naturam, & ad veritatem, plura autem ad opinionem. Auer. autem quasi aliter respondet, vt in commentariis patet. Demum epilogat, & dicit, {q̃ quidem igitur contraria quodam modo omnes faciant principia, manifestum.} Cur vero dixerit {quodam modo.} prima ratio, vt Simplicius inquit, esse potest, qm̃ non proprie contraria dicunt, sed quæ existimant contraria esse: neq;. n. vacuum & plenum contraria, sed potius vt priuatio & habitus opponuntur, neq; angulare & inangulare, rectum & circulare contraria sunt, cùm in figuris non sit contrarietas, sed vt priuatio &

A habitus opponuntur. Secunda ratio est, quia accepit contraria, vt opposita priuatiue, quæ non propriæ contraria dicuntur, & hanc rationem asserit Auerroes, fortasse accipiens à Simplicio.

Et hoc rationabiliter. principia nãq;, neque ex se mutuo, neque ex aliis, & ex his omnia esse oportet. Contrariis autem primis hæc insunt, quia nanq; sunt prima, ex aliis non sunt: quia vero contraria sunt, non ex se mutuo sunt. DILVCI.

Et hoc rationabiliter, oportet n. principia, neq; ex alterutris esse, neque ex aliis, & ex his omnia. Contrariis autem primis insunt hæc, propter id quidem q̃ prima sunt, non sunt ex aliis: propter id uero q̃ contraria, non ex alterutris sunt. ANT.

Secundo idem probat ratione sic, quæcunq; non fiunt ex aliis, neq; ex se mutuo, & ex his omnia, sunt prima principia: Prima contraria non ex aliis, & hoc ea ratione qua prima & maxime communia, nec ex se

B mutuo fiunt, & hoc quia contraria, & ex his omnia quæ fiunt vt inductione deducetur: igitur prima contraria sunt principia, & ita per conuersionem simplicem principia sunt prima contraria. Huius rationis tangit maiorem & minorem, quò ad duas partes, in quibus non est dubium, quò vero ad tertiam partem in textu sequenti tangetur.

Commen. 42. Auer.

{Quia apparet.} Colligit Auerro. consensum omnium, quòd videlicet principia sint contraria, aut cum contrarietate. tum, vt habeat per hæc principia esse plura vno. nihil enim sibi contrarium est: tum, vt incipiat tractare de veritate in se.

{Qm̃ si generentur.} Tria, vt inquit Themistius, necessaria sunt inesse principiis. primum, vt ex se inuicem non existant, alioquin principia & non principia esse

C probarentur. secundum, vt neque ex aliis constent. nam, si prima non sunt, quo pacto possunt esse principia: tertium, vt ex illis constet cętera, atq; hoc est principiis maxime proprium.

{Et cum demonstrauit.} Eadem inesse contrariis primis declarat, vt habeat syllogismum: vocamus autem prima contraria, ea quæ sunt maxime generalia. Declarant modo Auer. & Themistius hæc de primis contrariis: eo. n. quia prima, ex aliis constare non possunt: quia vero contraria, nec mutuo ex seipsis. tertiam conditionem per inductionem declarabit Aristoteles.

{Contrarium. n.} Sed contra obiicit Themi. nam ex albo fit nigrum. Respondet, vnum contrarium fieri ex alio tanq̃ ex termino è quo, non autem tanq̃ ex subiecto, & hoc inquit Auer. contrarium. n. non generatur ex alio contrario, i. non mutatur in illud, quia licet *Fit contrarii ex contrario tanquã ex termino, non autem subiecto.*

D fiat ex alio vt termino à quo, non fit ex alio vt subiecto, quomodo statua ex ære fit, vt addit Themistius.

RECOGNITIONES.

IN commentariis præsentem syllm̃ in tertio primę conficimus hoc pacto. quæcunq; neq; ex alterutris sunt, neque ex aliis, & omnia quæ sunt ex ipsis sunt, sunt principia: prima contraria neque ex alterutris, neq; ex aliis sunt, & omnia sunt ab ipsis: igitur prima contraria sunt principia: quare per conuersionem in parte, principia sunt prima contraria. Et si vis poteris conficere hunc syllogismum in. 7. primæ indirectæ, inferendo q̃ principia sint prima contraria.

Quod vero ad syllogismos attinet, consyderandum nos syllogismos conficere posse, aut vt docentes, aut vt vtentes. Cum syllogizamus per verbum inest, vel nõ inest, syllogizamus vt docentes. vt, si dixerimus, A inest *Consideratio.*

inest omni B: B vero inest omni C. ergo A inest omni C. Et huius rei causa est, q̃m qui docet, respicit formã syllogismi: forma vero magis per inesse, q̃ per esse apparet, q̃m esse in toto & de omni dici, vel esse in nullo & de nullo toto dici, euidentius cernitur, cùm syllogismus per verbum inest conficitur, q̃ per verbum est. Cùm vero syllogizamus per verbum est, vt vtentes syllogizamus. nam esse & nõ esse respiciunt materiam, q̃m ab eo q̃ res est vel non est, dr̃ oratio vera vel falsa. & ita sic syllogizabimus, omne C B: omne B A: igitur omne C A. In præsenti ergo syllogismo Arist. maiorem accepit vt vtens, & dixit, {& hoc} .s. quod ex veterum philosophorum collegimus, {rationabiliter} dictum est, {oportet.n. principia neq; ex alterutris esse, neque ex aliis, &} oportet {ex his esse omnia} .s. quæcũq; aut generantur aut corrumpuntur. Erit igitur maior ſm hanc expositionem, quæcunq; neq; ex alterutris, neq; ex aliis, & ex his omnia sunt, principia sunt. hęc est maior per verbum est, quia eam Ari. accepit vt vtens. Minorem vero cùm dixit, {cõtrariis autem primis insunt hæc,} quam vt docens accepit assignando syllogismi formam simul cum veritate. Sed dubitabis, nam si syllogismus resoluetur ad esse vel non esse, relinquetur ex duabus negatiuis. nam syll's erit, quęcunq; non sunt ex aliis, neq; ex alterutris, & ex his omnia sunt, sunt principia: contraria non sunt ex aliis, neq; ex alterutris, & omnia ex ipsis: igitur in .7. primæ indirecte concludetur, q̃ principia sint prima contraria, ex ambabus negatiuis. Nec dicere poteris syllogismum esse in secũda figura ex maiore affirmatiua, & minori negatiua hoc pacto, principia sunt ea quæ nec ex aliis, nec ex alterutris sunt, & omnia ex ipsis: hæc affirmatiua est, licet de prædicato infinito: prima contraria non sunt ex aliis, neq; ex alterutris, & omnia ex ipsis, & hæc minor negatiua est: igitur prima contraria sunt principia, qua conuersa habetur intentum. Causa vero, quare sic dici non potest, q̃m conclusio est affirmatiua, quæ esse non potest in sc̃da figura. Quare melius dicendum, syll'm esse in .7. primæ, ex maiori affirmatiua de aliquibus partibus subiecti infinitis, minori vero affirmatiua de prædicato infinito toto vel pro parte infinita. componatur igitur sic, quæcunq; entia neq; ex aliis, neq; ex alterutris, & ex his sunt omnia, sunt principia: prima cõtraria sunt entia neq; ex aliis, neq; ex alterutris, & ex his omnia: igitur in .7. primæ, principia sunt prima cõtraria. Patet ergo vtrãq; esse affirmatiuam, cuius Arist. in textu probat minorem, & dicit {propter id quidẽ, q̃ prima, non sunt ex aliis: ꝑpter id vero q̃} sunt {contraria, non ex alterutris sunt.} & subaudi propter id etiam, q̃ sunt prima & cõssima, omnia quæ fiunt, ex his fiunt. Maiorem Auer. probauit, vt in commentariis patet. Hæc de syllogismo iuxta iuniorum expositionẽ. Aliter potest syllogismus componi, & quidem hoc pacto. quæcunq; neq; ex aliis sunt, neque ex alterutris, & omnia, quæ fiunt, ex ipsis fiunt, sunt prima contraria: sed prima principia rerum naturalium sunt, quæ neque aliis, neque ex alterutris sunt, & omnia, quæ fiunt, ex ipsis fiunt: igitur prima rerum naturalium principia sunt prima omnium contraria. De ratione hac primo accipit minorem, & dicit {& hoc rationabiliter: oportet.n. principia neq; ex alterutris esse, neq; ex aliis, & ex his omnia,} hæc est minor: deinde assignat maiorem, & dicit {contrariis autem primis insunt hæc,} .i. quæcunq; sunt neq; ex alterutris neq; ex aliis, & oĩa sunt ex ipsis, sunt prima contraria, & hæc est maior: igitur prima principia sunt prima contraria. Et cùm dixit {contrariis autem primis insunt hæc,} intellexit ea omnia, quibus hæc insunt, sunt prima contraria, & sic habetur maiorem: cõclusio autem fuit proposita. q̃ autem prima principia non fiant ex alterutris, neq; ex aliis, sed omnia ex ipsis, in textu probatum est. Hanc expositionem laudo primo, quia non oportebit dicere conclusionem esse indirecte illatam: deinde, quia habebitur aliqua principia esse contraria, & non omnia, cùm indefinita propositio æquipolleat particulari, quam hic intendit: postremo, quia ex hac expositione nihil violenti habetur in verbis Arist. Sed de hac expositione posterius dicemus. Quod vero ad verba attinet, dixit, {& hoc rationabiliter,} quod græce est εὐλόγως .i. bona ratione, quia ratio, quam hic adducit, est logica, satisq; probabilis, non autem demonstratiua, q̃m propositiones quas accipit, non sunt omnino necessariæ, sed receptæ à veteribus, & ex his tanquam receptis syllogizat. De hac ratione Arist. probat minorem ſm hãc expositionem. q̃.n. prima principia non sint ex alterutris, patet: quia prima principia prima sunt, si.n. prima principia essent ex alterutris, vt Simplicius & Auer. deduxerunt, tunc idem esset principium, & non principium. principium quidem, quia ex ipso esset alterum: non principium vero, quia principiatum esset ex altero. q̃ etiam non ex aliis, etiam patet: quia primũ principium nihil habet prius: q̃ deniq; omnia ex iis, etiam perspicuum est, q̃m prima atque cõssima. & intelligit prima contraria, vniuersalissima contraria. Sic igitur ſm hanc expositionem minor probatur in textu, vt etiam Simplicio vr̃, licet Auer. probet maiorem & minorem, vt legenti verba sua perspicuum est. Sed queres, quonam pacto contraria non sunt ex alterutris, cùm ex nigro album, & ex immusico musicum fiat? R̃ndet Simplicius vnum contrarium fieri ex altero, vt Ex, dicit ordinem eius quod fit post aliud, & non tanq̃ ex elementis remanentibus, vt ex ligno lectulus: q̃m non est possibile contrarium, contrarium materiam esse. Vnde & Auer. in commẽto hoc voluit, vt patet in nostris commentariis. Secundo quæres, quonam modo contraria principia sint, non.n. prima principia esse possunt multa. quia, vt Arist. inquit in fine .12. Primæ philosophiæ, non bonum est pluralitas principatuum, & concludit vnum esse principem: q̃ si non possunt esse multa, quanto minus possunt esse contraria? Sed solutio est, vt Simplicius inducit, illud, quod Aristo. dixit, non habere locum nisi in abstractis. At in naturalibus nunc loquimur, in quibus oportet tria esse prima principia cõssima. q̃m omnia naturalia esse habent in transmutatione: omnis autem transmutatio ab aliquo in aliquid, & circa aliquid est, quod est commune subiectum: & ita nõ potest esse vnum primum principium. quam solutionem probauit Simplicius.

Verum id ipsum oportet & in ratione consyderare quo modo contingat. Sumendum est igitur primum, non quodlibet eorum, quæ sunt, agere in quodlibet, neq; aptum esse quodlibet pati à quolibet, neque fieri quodlibet ex quolibet, nisi quis per accidens sumpserit: quo nanq; modo fiet album ex musico, nisi albo uel nigro musicum accidat? Sed album quidem fit è non albo, atque ex hoc non quouis, sed è nigro, aut mediorum aliquo. Musicum uero è non musico, atque ex hoc non quocunq; sed ex immusico, aut ex medio, si aliquid inter ea medium sit. DILVCI.

Sed oportet hoc, & in ratione consyderare quomodo contingat. ANT.

Marginal notes: *Syllogizamus quandoque vt docentes, quandoque autem vt vtentes.* — *Dubitatio.* — T. cõm. 47. — *Quo m̃ pacto contraria non sint ex alterutris.* — E F G H

tingat. Accipiendum est igitur primum, q̄ omnium entium nullum neq; facere aptum natum est, neq; pati contingens contingenti, neq; fit quodlibet ex quolibet, nisi aliquis accipiat secundum accidens: quomodo utiq; fit album ex musico? nisi accidens sit albo, aut nigro ipsum musicum? Sed album quidem fit ex non albo, & ex hoc non omni, sed ex nigro, aut ex eorum medio: & musicum ex non musico, non tamen ex omni, sed ex immusico, aut si aliquod ipsorum est medium.

Syllogizauit Arist. sic, q̄cunq; non sunt ab aliis, neq; ex se mutuo, & omnia, q̄ sunt, ex eis sunt, sunt principia prima: sed prima contraria non sunt ab aliis, nec ex se mutuo, & omnia, quæ sunt, sunt ex contrariis primis: igitur prima contraria sunt principia. Verificauit duo, q̄ non ex aliis ipsa prima cõtraria consistent, neq; ex se mutuo. Cõis igitur expositio est, q̄ nunc probet tertium, videlicet, q̄ omnia fiant ex primis contrariis. Et apud sic exponentes ratio sic componitur, contraria & media sunt contraria: omnia quæ fiunt fiunt ex contrariis & mediis: igitur omnia, quæ fiunt, ex contrariis fiunt. Supponit maiorem, & minorem inductio ne probat in omnibus quæ fiunt, vt patebit. Sed an hęc expositio sit conueniens, posterius dicetur. Aliter exponit Themistius, cum. n. Aristo. acceperit in minori omnia ex contrariis fieri, quærere potest quis, vtrum eodem modo constent reliqua ex contrariis, vt ex principiis: & rñdet Arist. q̄ non similiter eodem modo penitus, nam ex principiis vnumquodq; fit, vti aut ex partibus ex contrariis, vti ex termino è quo. Quòd vero omnia fiant ex contrariis ceu termino à quo, petit tria: Primum, non quodlibet agit in quodlibet, aut patitur à quolibet, sed determinatum in determinatum. Secundum, non quodlibet fit ex quolibet per se, nisi forte per accidens. Tertia suppositio est, non quodlibet corrumpitur in quodlibet per se, nisi forte per accidens. Harum duas accipit in præsenti litera, tertiam in alio textu: & verba patent per se.

Themistius.

Comment. 43. Auer.

{Quia ille.} Istud commentum patet, duo tñ attentione digna sunt. Primum, q̄ Aristo. vbiq; in isto textu & in sequentibus, sumit contrarium pro quodam gñe subalterno ad contraria priuatiue, & ad contraria positiua: signum autem affert, q̄ exemplis vsus est in vtroq;: per hæc soluì possunt obiectiones contra Ari. quas diximus supra. Secundum vero est, q̄ soluit dubium, cur Aristo. hypothetice loquutus est addens, sic inter ea sit medium, quasi dubitans an inter musicum & immusicum sit dare medium: vult igitur Auer. Ari. hypothetice esse loquutum, propter quæstionem hãc, ac si respondeat quæstioni: dico, si inter hæc potest dare medium. Cætera commenti verba patent.

Dubitatio.
Quo si quod fit, fiat ex cõtrario, aut ex medio.

Quærunt nonnulli, quare album ex nigro, aut horum medio necessario fit, non autem ex dulci, aut musico, cùm oĩa in subiecto sint eodem animali? Nouus expositor reddit causam ex parte subiecti proximi, vt q̃ñ colorum omnium proximum subiectum est superficies, saporum mixtura ipsa, habituum vero anima. Sed hoc stare non potest, vt quidam asserunt. primo, quia tunc album fieret semper ab omni conuenienti in subiecto secum, vt à rubeo, & cæteris aliis. Secundo, q̄ per se est de omni, Primo Posteriorum: mõ, non semper album fit ex contrario, sed interdum fit ad immediate ex elementis: Alij propter hæc volunt album posse dupliciter effici, aut per se motu proprio, aut per accidens ad generationem mixti: tunc volunt

Respõ. prima.
Confutatio.

A album fieri ex suo contrario q̃ñ fit per se. Sed mihi vr q̄ neuter satisfaciat huic quæsito. Nouus quidem expositor non, quia sola conuenientia subiecti non videtur causa sufficiens, q̄ aliqua fiant ex se mutuo. vt quãquam Musica & Grammatica conueniant in subiecto, non propterea vnum ex altero fit. nec videtur esse sufficiens alterum fieri ex altero, quia alterum per se proprio motu fit, vt dixerunt alij: propterea videtur mihi ab Ari. 10. Meta. esse dictum, aliqua fieri inuicem, quando per se fiunt, quia sunt contraria & eiusdem generis subiecti. contraria quidem sine proprie, siue priuatiue: eiusdem generis vero, quia apta sunt fieri circa idem subiectum proximum: & quantum ad hoc bene dixit Nouus Expositor. Nec intelligas vnum contrarium fieri semper ex suo contrario, sed ex medio interdum, in quo ratio contrarij saluatur. Et hæc est expo-B sitio Themistij hic, si bene consyderas.

Pro propria.

RECOGNITIONES.

Simplicius, vt mihi videtur, Asserit Aristote. tria dixisse de primis contrariis, & quòd non fiant ex alterutris, & q̄ non fiant ex aliis, & q̄ ea omnia quæ generantur & corrumpuntur, generentur & corrumpantur ex contrariis. cùm itaq; duo probasset, nunc probat q̄ omne quod generatur aut corrumpitur, generetur vel corrumpatur à contrario. Exponit autem quo nam modo sit intelligendum hoc tertium, & vult vt per contrarium intelligatur agens ipsum contrarium: & sic intelligit q̄ omne, quod fit, ab agente sibi contrario fiat, & omne quod corrumpitur, ab agẽte contrario corrumpatur: & pro hac expositione videtur textus, in quo Aristo. accipit pro dignitate q̄ C nullum entium sit aptum natum agere, aut pati quodlibet à quolibet, quod non est verum nisi de agente quod agit, & de patiente quod generatur. Sed hoc stare non potest, quia non semper agens est contrarium ei quod fit. album. n. fit à miscente elementa, vel à generante mixtum album, quod non est contrarium albo: & musicum fit à præceptore qui generat musicam in anima discipuli, & non à contrario. Præterea omne quod fit, potius generatur à sibi simili, vt 7. Meta. patet: sed omne quod corrumpitur, corrumpitur à suo contrario, vel in suum contrarium. Sed fortasse pro defensione Simplicij, posses dicere, q̄ omne, quod fit fiat ab agente contrario non sibi quod fit, sed à cõtrario ei quod corrumpitur. Sed nec hoc valet. nam generans album non est contrarium albo, neque nigro quod corrumpitur: similiter neque generans musicum D est contrarium musico qui fit, neq; ei à quo fit. Quare melius dicamus Aristote. intellexisse per contrarium terminum à quo, & terminum ad quem: & ita erit sensus, vnumquodq; fieri à suo contrario tãquam à termino à quo, & corrumpi in suum contrarium, tanquã in terminum ad quem. quoniam omne agens, quod aliquid generat, illud generat ex suo contrario: & omne corrumpens, quod aliquid corrumpit, illud corrumpit in suum contrarium: & sic Aristote. primo probat, q̄ omne, quod generatur, ex suo contrario generetur. & sm hãc expositionem in hoc textu, vna tantum suppositio ponitur, s. q̄ omne quod fit, fiat ex contrario. Quod vero ad verba attinet, cùm Aristo. dicit. {sed oportet hoc & in ratione consyderare,} per rationem intelligit inductionem, vt Auer. exposuit, vel syllogismum, qui reduci potest ad inductionem,

Simplicii. Oẽ quid fit, ex contrario agẽte fieri necesse est.

Reprobatio.

Fit oẽ ex contrario, i. termino à quo: & corrumpitur i contrarium, i. in terminum ad quem.

ctionem,vt patet in cõmentarijs. cum vero dixit, {accipiendum igitur est primum}& reliqna,videtur quasi argumentari,ꝙ,cum.ome agens agat in id, quod est determinatum,sequitur,vt neq; fiat qnodlibet ex quolibet,nisi ſm accidens. Et cum dixit, {& musicum ex non musico,non tamen ex omni, sed ex musico, aut} subaudi ex medio, {si aliquod ipsorum est medium.} Auer.asserit hoc esse dictum, qm̃ inter formam & priuationem rei veritate non est medium, Quod nunc cõsyderatione dignum esse arbitror.nam Auer.prima facie verum dicere videtur,primo,quia forma, vt affirmatio est,priuatio,vt negatio. at inter affirmationem & negationem nullum prorsus est medium. Deinde, quia priuatio, cum sit nihil formaliter, non est aliquod gradualiter tale, quare non potest habere medium graduale inter se, & suam formam. Sed calculatores tenẽt

1. Dubitatio. An inter formam & priuationem sit medium.

F oppositum, vt qui volunt omnem formam intensibilẽ & remissibilem habere contrarium,quę est forma vel priuatio gradualiter intensibilis vel remissibilis. lumẽ .n. quia est gradualiter tale,ideo tenebra est gradualiter talis. Secundo, accipiunt inter quæcũq; duo contraria intensibilia, siue priuatiua siue positiua fuerint, reperibile esse medium intensibile & remissibile: quare ex his deducunt inter priuationem & formã esse mediũ intensibile:modo,forma cuius est priuatio,intensibilis sit. Hoc idem probant ex eo,quia,sit aliqua forma esset gradualiter talis,& sua priuatio nõ,tunc subiectum,cum inciperet deperdere formam gradualiter talem,subito totam formam gradualiter talem deperderet,quod est falsum apud ipsos. Sed hi possunt concordari, nam priuatio vno modo accipi potest pro ipsa forma,quæ abest à subiecto,vt Aristo.postea dicet: alio modo accipi potest pro subiecto, quatenus caret

G forma: Et sic dicerem inter priuationem & formã esse reperibile medium, cum priuatio accipitur pro forma contraria,gradualiter tali quæ abest:cum vero accipitur priuatio pro subiecto carente, sic nõ datur mediũ. non.n.inter materiam habere formam,& materiam carere forma, datur medium. Quæres fortasse propter quid est,vt alterum contrariorum semper fiat ex altero contrario vel medio? Aegidius,vt patuit in cõmentarijs,dixit contrarium fieri ex contrario, quia eorũ subiectum est vnum,& idem.Sed hoc stare nõ potest,qm̃ vnum & idem est musicæ grãmaticæ subiectum, & tñ altera non fit ex altera:quare dicamus,iccirco alterum contrariũ fieri ex altero vel medio quia cõtraria sunt. sicuti enim nulla est causa,quare graue mouetur deorsum,nisi quia graue,ita nulla alia est causa, quare alterum contrariorũ fit ex altero vel medio,nisi quia cõ-

2. Dubitatio.

H traria:sunt.n.cõtraria eo ipso, quia cõtraria apta sunt fieri circa idem subiectũ nõ simul, sed successiue.nec hoc habent,nisi quia talia,propter hoc Arist.non probauit rem hanc,nisi inductione & experientia. Exponit autem Simplicius,per contraria,ea quæ ante transmutationem simul in eodem subiecto esse nõ possunt quæ non proprie contraria dicuntur, sed opposita ſm quamcũq; oppositionẽ.Quid vero per medium? Simplicius dicit triples medium, ꝑ abnegationem, vt hermaphroditus:per participationem vel permixtionem vt colores medij:per potentiam innatam,vt quod est medium subiectum in potentia vtrũq; extremum. Aristo. medium accipit pro eo, quod participatione medium est,vel mixtione.

Mediũ quid.

DILVCI. *Neq; etiã corrumpitur in quodlibet primum,ut album non*

E *in musicum,nisi interdum per accidens, sed in non album,atq; in hoc non in quodlibet,sed in nigrum, aut in medium: eodem modo musicum ẽt, & hoc non in quoduis,sed in immusicum, aut in medium,si quid inter ipsa medium fuerit.*

ANT. *Neq; igitur corrumpitur in contingens primum, ut album non in musicum,nisi fortasse secundum accidens, sed in nigrũ, aut medium: & ipsum musicum similiter, & hoc non in contingens,sed in immusicum, aut medium, si aliquod ipsorũ est.*

Tertia videtur hæc suppositio,ꝙ videlicet nõ quodlibet corrumpitur per se in quodlibet, nisi fortasse per accidens,quod exponit exemplis,& res patet.

Commen. 44. Auer.

{Neque etiam.} Auer. ponit hanc distinctionem, ꝙ aliquid potest corrumpi in aliquod per se & primo, & in aliquod per se,& non primo, & in aliquod per accidens. per se & primo corrumpitur vnum tñ in vnũ,

F vt in sui priuationem,quę tenet locum contradictorij: nam vni vnum est contradictorium: per se & non primo corrumpitur in plura, sed in certo dato nnmero; quia corrumpitur in contraria,quæ sub eodem genere sunt species in certo numero: per accidens vero res in infinita corrumpi potest,qm̃ quæ sunt per accidens possunt esse infinita.verbi causa,Album primo corrũpitur in non album:per se & non primo, in nigrum & media:per accidens in infinita,vt in musicum,grãmaticum, & in tot quot possunt esse in eodẽ subiecto, vt dicit Themistius. Et ꝑ hæc patet differentia inter motum,& generationem,siue corruptionem. motus.n.ꝑ se primo est inter contraria, quia est de positiuo in positiuum, generatio & corruptio inter priuationem & habitum. Amplius, motus per se secundo est inter contradictoria,siue inter priuationem & habitum,genera

Differẽtia motus à generatione.

G tio per se primo.hæc in libro de Substantia Orbis. Aristo.igitur.Cõcludit expositionem Arist.ꝙ corruptio, quo ad terminum primum, quatenus videlicet exigit primitatem, hoc est, quatenus consyderatur respectu primi termini,est ad vnũ tñ, quia vni non contradicit vel non opponitur priuatiue nisi vnum: quo vero exigit essentialitatem,hoc est, quo ad terminum per se nõ primum,potest esse ad plura,sed in certo numero: idẽ quoq; vult esse intelligendum in generatione. reliqua commenti patent.

Quæres,quibus differentijs ꝑ se differt motus à generatione, siue corruptione? Respondent quidam ꝙ per successionẽ,nam de ratione motus est esse successiuum & cõtinuum, de ratione vero generationis & corruptionis est esse in non tempore. Hæc solutio multis in locis est confutata, primo quia formæ elementa

Quomodo motus à generatione distinguatur.

Confutatio.

H riæ successiue generantur,& successiue corrumpũtur, & tamen earum est generatio & corruptio. Secundo, Octauo Physi. cõm.23. solus motus in loco est continuus & successiuus. Ideo dicendum motum à generatione differre penes subiectum primum, & terminos: subiectum quidem primum,qm̃ primum subiectũ generationis est prima materia,siue ens in potẽtia,at subiectum motus est ens in actu:penes terminos vero primo, quia generatio est inter opposita priuatiua, motus vero ꝑ se primo inter contraria positiue, & ita stat, esse motum,& continuum neq; successiuum:& econtra stat,generatio & successiua.

Solutio ꝓpria. Motus ac generatio penes subiectum primum ac terminos distinguuntur.

RECOGNITIONES.

IN commentarijs hanc fecimus tertiam suppositionem,at nunc puto esse secundam.qm̃ prima, vt patuit,est,ꝙ omne quod fit, ex contrarijs fiat: at secunda

cunda nunc est, quod omne quod corrumpitur, in suum contrarium corrumpatur, ita vt quemadmodum generatio est ex contrario in contrarium, ita omnis corruptio est ex contrario in contrarium, vel in medium: quæ expositio est Simplicij, qui textu proximo vnam suppositionem, hic alteram facere videtur. Quod vero ad verba attinet, animaduerte Arist. illatiue posuisse hanc secundam in græcis codicibus, quoniam per suum contrarium, quod est generatio, est perfecte opposita: propterea eam quasi ex dictis inferens, dicit {Neque igitur} subaudi pari ratione {corrumpitur in quodlibet primum.} Præterea animaduerte, vos in commentariis de mente Auer. asseruisse elementorum generationem esse gradualiter successiuam, non tamen motum: primo propter subiectum diuersum, quoniam generatio est materiæ subiectique, quod est ens in potentia: motus vero subiecti, quod est ens in actu. Deinde propter differentiam terminorum, quia termini motus sunt positiui, at termini generationis huiusmodi sunt priuatio & forma. Sed nunc in hac determinatione dubitamus non parum, quia licet absoluta generatio formæ substantialis elementorum differat à motu, & penes subiectum & penes terminos, comparatiua generatio eiusdem non videtur differre penes subiectum: quoniam hæc supponit subiectum ens in actu: per hanc enim non dicitur forma nunc primo esse, sed nunc primo esse maior quàm prius erat. Quare supponit illam esse in materia, & ita supponit subiectum esse ens in actu. Supponit etiam terminos esse positiuos, cum transmutatio supponat formam esse minorem quàm postea erit, & sic est inter formam & formam. Secundo dubitatur, quoniam si elementariæ formæ successiue generarentur, essent intensibiles & remissibiles: &, cùm intensio & remissio sint secundum partes formæ, tunc elementariæ formæ essent secundum essentiam intensibiles & remissibiles: sed rem hanc diligenter disputaui .ii. libro dilucidari. Ideo breuibus nunc animaduerte generationem elementi, verbi gratia, ignis, esse dupliciter. Vno modo simpliciter absoluteque, & per hanc ignis dicitur simpliciter ac absolute nunc primo esse. Alio modo comparatiue, per quam ignis nunc primo est maior quàm prius erat, & hæc proprie est intensio ignis. Simili ratione corruptio duplex est, simpliciter quidem ac absolute, qua videlicet ignis nunc primo non est: & comparatiue, qua ignis nunc primo est minor quàm prius erat: & hæc dicitur proprie remissio. Tunc putarem posse dici, quod generatio, quæ dicitur absolute ac simpliciter, non sit motus, quoniam est subiecti, quod est ens in potentia, & nihil formæ præsupponit, sed solam priuationem in materia: at generatio comparatiua, quæ est vera intensio formæ ignis, sit vere motus. nam, cùm sit intensio, semper præsupponit partem formæ in materia, quæ est causa vt illius subiectum sit ens in actu: est.n. pars illa formæ ita substantia, sicuti tota forma, etiam vt terminus à quo, & terminus ad quem sint positiui. Cùm vero dicitur secundum Auer. generationem differre à motu, dicerem id verum esse de absoluta generatione, qua nunc aliquid simpliciter absoluteque primo est, non autem de comparatiua quæ intensio formæ est: simili ratione dici potest de corruptione. Sed dices fortasse, nihil est in genere quod non sit in aliqua specie: ergo, si comparatiua generatio est motus, hic motus erit in aliqua specie: quare erit aut latio, aut alteratio, aut auctio. Dici potest, quod sit alteratio, quia terminus ad quem, est qualitas, saltem secundum modum: est.n. forma elementi remissa qualitas comparatione formæ mixti: quippe cùm respectu illius sit qualitatiua dispositio, vt ibidem exposui. Dici etiam potest, huiusmodi comparatiuam generationem formæ elementi non esse motum: quoniam licet quælibet pars formæ supponat subiectum in actu, quia tamen est pars alicuius transmutationis totalis, quæ non supponit subiectum ens in actu, ideo differt à motu. est.n. pars generationis totalis ipsius formæ, quæ non supponit ens in actu, ideo hæc non est motus: oportet.n. ad hoc, vt aliqua transmutatio sit motus, vt supponat subiectum in actu, nec sit pars transmutationis, quæ supponit subiectum in potentia. at intensio formæ accidentalis, verbi gratia, caliditatis, licet sit generatio comparatiua secundum quid, tamen dicitur motus, quoniam est pars motus, cùm supponat subiectum ens in actu simpliciter. Secunda dubitatio etiam ibidem est diluta, quoniam duplex est essentia, quædam quæ resultat ex partibus essentialibus alterius rationis, & secundum hanc essentiam nulla forma nec substantialis nec accidentalis est intensibilis, cùm omnis forma secundum talem essentiam sit indiuisibilis. Alia essentia est, quæ resultat ex partibus essentialibus eiusdem rationis, & sic omnis forma, cuius essentia est talis, est gradualiter intensibilis & remissibilis, & hoc pacto Auerro. asseruit elementorum formas esse intensibiles ac remissibiles.

Margin: A, B, C, D

Intensionis et remissionis in elementis ipsa generatione et corruptione.

DILVCI. *Similiter autem res hæc, & in aliis est, nam & ea eorum quæ sunt, quæ nõ simplicia, sed composita sunt, ratione eadem se habent, quãquã quia dispositiones oppositæ nominibus carent, idipsum accidere lateat: etenim consonans omne ex inconsonante, atque inconsonans ex consonante fieri necesse est. Itemque & consonans ad inconsonans corrumpi, & in ipsum non quod uis, sed in oppositum.*

ANT. *Similiter autem hoc & in aliis quoniam & non solum simplicia entia, sed composita secundum eandem se habent rationem. Verum propter hoc quod oppositæ dispositiones non sunt denominatæ, latet hoc contingens. Necesse est enim omne consonans ex inconsonanti fieri, & inconsonans ex consonanti: & corrumpi consonans ad inconsonantiam, & hanc non in contingentem sed in oppositam.*

Expositio Themistii. Themistius voluit has suppositiones verificasse Ari. in his, quæ per alterationes accidentium producuntur, qualia sunt, quæ modo diximus: at idem nunc declarare ait in his quæ generantur, & non in omnibus, sed in his quæ generantur per concretionem, secretionemque, qualia sunt ea, quæ vocamus composita: & ita vult nunc Aristote. inducere in generatione mixtorum: & iuxta hanc expositionem verba Aristo. patent.

Commen. 45. Auer.

{Dicit & similiter.} Auer. vero in hoc commento aliter exponit, vult enim quod Aristote. idem declaret in generatione compositorum. declarauit enim hoc in generatione simplicium, & nunc in generatione compositorum: & sic in generatione semper loquitur apud Auer. apud Themistium Aristo. migrat de alteratione in generationem. Sed inter hos sat est notasse differentiam, reliqua commenti patent.

RECOGNITIONES.

Quomodo exposuerit hunc textum Themistius, quoue modo Auer. in commentariis patuit. Mihi autem videtur, quod Aristo. posuerit duas suppositiones, quarum altera de generatione erat, quod sit de contrario in cõtrarium: altera de corruptione etiam, quod sit de contrario in contrarium: & has in simplicibus

generalibus atq; corruptibilibus declarauit, at nunc in compositis atq; mixtis veras esse ostendit. quam expositionem Simplicius secutus est: & ꝙ ita sit, dicit Arist. {Similiter autem hoc}, s. quod est dictum de generatione & corruptione, non solum in simplicibus, vt in albo & nigro & similibus, verum est, sed {& in alijs}. i. cōpositis verum est. {qm̄ & nō solum simplicia entia, sed & composita ſm eandē se habent rationem,} vt in domo, homine, & cęteris huiusmodi: horum. n. singula ex opposito fiunt, non quocūq;, sed apto in hęc transmutari. Simili modo de corruptione dicēdum est. Id aūt fortasse, quod Themistium decepit, est, quia Arist. superiori textu probarit eas suppositiones in accidentibus, quorum non generatio, sed alteratio est. Aristo. tñ vsus est exemplis in accidentibus, qm̄ accidentia sunt notiora substantijs, non autem ꝙ loquatur in alteratione; q̄ est ad accidētia. Quod vero ad verba attinet, cū Arist. dicit ꝙ oppositæ dispositiones non sint denominatæ. Themistius asserit hoc esse verum in particularibus cōpositis: nam in particularibus compositis contrarijs ꝓprijs non sunt imposita nomina. in cōpositis vero cōmuniter sumptis, nomina patent. cuiusmodi sunt conuenientia, siue consonantia, vel congrua, & inconuenientia siue inconsonantia, vel incōgrua, & his cōmuniter sumptis vti possumus: nam omne conueniens ex non conuenienti fit, & ad non conueniens corrumpitur, non ad quoduis, sed ad id, quod speciatim contraponebatur ipsi. Non. n. (at dicit Themistius) hominis conuenientia ad non conuenientiam equi corrumpitur, sed hominis in hominis inconuenientiam abit. Similiter (vt Simplicius dicit) nec hominis conuenientia in lyrę inconuenientiam trāsmutari potest, sed in hominis: neq; dorica harmonia in lydiam harmoniā, sed in propriam. Quare licet particularibus contrarijs nomina imposita non sint, ex quibus fiunt, & in quæ corrumpuntur, communia tamen nomina satis sunt pro declaratione horum.

DILVCI. *Differt autem nihil, siue in ipsa consonantia, siue ordine, siue compositione hæc ipsa dicantur. Patet enim eandem esse rationem, atq; domum & statuam, & cætera id genus similiter fieri. Domus n. ex non compositis, sed ex hoc modo diuisis, & statua atque cætera configurata id genus ex non configurato fiunt, quæ quidem partim ordine, partim compositione cōstāt.*

ANT. *Differt autem nihil in ipsa consonantia dicere, aut ordine, aut cōpositione: manifestum est enim q̄ eadē sit ratio. At uero & domus, et statua, & quoduis aliud similiter fit. Etenim domus nō fit ex his, quæ cōposita sunt, sed ex his quæ sunt sic diuisa, et statua, & ipsa figurata ex non figurato, & unūquodq; horum alia quidem sunt ordo, alia uero sunt cōposita quædā.*

Easdem modo suppositiones verificat Aristo. in his quæ arte fiunt, & sermo patet sua ipsius translatione.

Commen. 46. Auer.

{Dicit ꝙ non est.} Primo præaccipit ea, quæ arte fiunt, effici modis duobus, aut ordine, vt vrbes, aut cōpositione, vt domus & statua, & alijs modis: & vult in omnibus his esse verum quod dictum est.

{Et ita est.} Declarat nunc idem esse in naturalibus quod in artificialibus; & è contra. Nam, vt in naturalibus, omnis generatio supponit priuationem in subiecto apto nato, ita in artificialibus. nō. n. potest domus fieri ex quolibet, sed ex his, in quibus est aptitudō fieri: nec serra ex quolibet, sed ex ferro, in quo est aptitudō ad illam: cætera patent. Sed tunc est dubitatio nō parua: nam si artificiale fit propter priuationē in subE iecto apto nato, vt dicit Auer. tunc generatio illa esset naturalis, vt patet: nulla enim esset differentia. Quidam aiunt generationem naturalem differre ab artificiali, quia naturalis supponit dispositionem, factam in primis quatuor qualitatibus, artificialis vero in nullis. Sed hoc stare non potest, primo, quia tunc primæ qualitates essent artificiales, cum nullas alias supponerent. Secundo, quia in nonnullis artificialibus supponuntur qualitates primæ, vt in sanitate per artem facta, & cæteris id genus. Alij propter hoc ponunt formarum inchoatiua: & volunt ante generationem formarum naturalium præesse inchoatiua, ante vero generationem formarum artificialiū nihil. hæc res est dubia, adducit enim dubium in responsione certi. Alij dicunt subiectum ad artificiales formas esse in potentia neutra, sed ad naturalis esse inclinatum. Nec hoc valet, & est conF tra Auer. qui in pręsenti dicit oppositū. Propterea de hac re alias dicemus fusius, nunc vero dico ꝙ subiectū ad formas artificiales se habet partim violenter, partim in potentia: & ad naturales simpliciter est in potētia naturali, quantum quidem ad dispositiones qualitatiuas, subiectum ad artificiales se habet violenter: quo vero ad receptionem formarum, se habet naturaliter & in aptitudine: et in generatione naturali subiectum vtroq; modo se habet naturaliter.

Dubitatio. An naturalis generatio ab artificiali & quomodo distinguatur.

Propria responsio

RECOGNITIONES.

HIc textus diuidi potest in duas partes, quarum secunda incipit ibi {at vero & domus,} sed quid faciat in prima parte Auer. expositio, in commentarijs est assignata satis clara. Verum secundum Themistium in hac prima textus parte, Arist. soluit dubiū circa dicta. Dictum est. n. consonās fieri ex inconsonāG ti, ideo posset aliquis dubitare quid per consonans, & quid per inconsonans sit intelligendum: Tunc quasi respondēs dicit, {differt autem nihil in ipsa consonantia dicere, aut ordine, aut compositione: manifestum est. n. ꝙ eadem sit ratio. {Ergo vult per consonans esse intelligēdum alterum, aut quod constat ordine partium, vt ciuitas, vel exercitus: aut quod constat compositione partium, vt domus, & nauis: per inconsonās vero intelligendum esse dicit, quod vtroque simul est incompositum, quam expositionem Themistius referens hæc ad generationem atq; corruptionem mixtorum, non spernit. exponit. n. Arist. velle dicere nullam esse differentiam, quantum ad rem nostram, si loco inconuenientis & conuenientis, ordinatum & inordinatum dicas, compositum & incompositum, aptū & ineptum, formatum & informe, qm̄ eadem ratio in omnibus est obseruanda. Nam, vt dictum est, conueniens H fieri ex conuenienti ita dici potest ordinatū fieri ex inordinato, & compositum ex incomposito, & formatū ex informi: & sic hæc verba, vt Themistius innuit, soluūt dubitationem. Deinde sequitur illa pars {at vero & domus.} vbi Themistius asserit hęc esse exempla corū, quæ tunc dixit. accipit. n. in generatione & corruptione compositorum ita esse, vt in generatione. & corruptione simplicium. Nunc per exēpla hæc demonstrat, quæ habentur in artificialibus, & dicit, {at vero & domus, & statua,} quæ compositione cōpositæ sunt, {& quoduis aliud,} quod ordine est compositum, {Similiter fit}, s. ex opposito. cuius rationē affert, & dicit, {etenim domus nō fit ex ijs, quæ composita sunt} ea, s. cōpositione, qua domus composita est. {Sed ex ijs quæ sunt sic diuisa,} vt apta sint fieri domus. {& statua, &

ipsa figurata ex non figurato.} & applicando exempla ad propositum dicit, {& vnumquodq; horum,} quæ in exemplo accepimus {alia quidem sunt ordo,} .i. sunt ordinata, vt exercitus, & ciuitas: {alia vero sunt compositio quædam,} .i. sunt composita, vt domus. Ergo vnúquodq; horum fit ex suo opposito, alia subaudi sunt vtroq; modo. Verum Simplicius per compositionem intelligit ea, quæ simul sunt sine ordine, vt cumulus tritici: per ordinem vero intelligit in iis quæ composita sunt cum ordine, vel ordinem sine compositione, vt numerus est. Auerro. autem propter hæc exempla esse in artificialibus voluit Aristo. illud, quod probauit in naturalibus, probare in artificialibus, & totū stare potest. Quærebamus in cómentariis, quonam pacto naturalis rerum gñatio differt à gñatione rerum artificialium: & tandem dicebamus subiectū ad dispositiones qualitatiuas, quibus formæ artificiales fiunt, se habere violenter, ad formas vero se habere in potentia: at in naturali gñatione subiectum se habet & ad dispositiones naturaliter, & ad formas in potentia. hæc sunt quæ visa erant mihi tunc. At nunc contra hæc emergunt dubitationes non leues: prima quidē, quia, si subiectum ad dispóues, quibus res artificiales fiunt, se habet violenter, quæro aut per subiectum intelligēdum est subiectum propinquum, quod est ens in actu, ferrum, vel lignum, vel id genus, aut subiectum remotum, quod est prima materia. non est intelligendū subiectum remotum, s. materiam ipsam, qm̄ ad tales non violenter se haberet, cùm tñ nihil respiciat, nisi per eius naturalem potentiam: sin autem subiectum propinquum intelligendum esset, dubio procul ad dispónes naturalium formarum subiectum proximum violenter se haberet: hæ. n. cum sunt subiecti proximi corruptiue, ad ipsas subiectum proximum non potest se habere naturaliter. non. n. aqua ad qualitates, quibus forma ignis inducitur, potest se habere naturaliter: quare hæc dña nulla vr̄. Præterea, accipio formas ipsas artificiales, & quæro, aut inducuntur in subiecto, aut educuntur à subiecto: si inducunť in subiecto: igitur creantur (hæc consequentia est Auerro. 12. Meta. có. 18.) & ita artifex esset operum creator: sin autem educuntur, tunc naturali gñatione fierent, quæ nihil aliud est, vt eodem loco dicit Auerro. nisi eductio quædam formę de potentia materiæ. Nec dici potest, q̄ supponant potentiam in qua, & non potentiam ex qua. sic. n. non euitaretur creatio: omnis. n. forma, quæ creatur in aliquo subiecto, vt rōnalis aīa, supponit potentiam in qua. His fortasse rōnibus, quæ, vt mihi vr̄, difficillimę sunt, Neoterici Philosophi artificiales formas nihil esse præter res naturales sic vel aliter ordinatas, sic vel aliter compositas, vt Arist. in textu īnuit, asseruut. Sed, quia antiqui Arist. interpretes asseruerunt artificiales formas esse accidentia quædam, bñficio artis in subiectis rebus naturalibus inducte, quæ est aliquod & preter subiecta, & præter illorum subiectorū formas, ideo saluo meliori iudicio dicerem harum rerum gñationes differre, Primo ex parte agentis, qm̄ artificialium principium est voluntas, naturalium vero natura. Secundo, ex parte subiecti: nam subiectum formarum naturalium, & dispónum illarum est ipsa prima materia: subiectum vero artificialium est corpus ipsum naturalē, vt lignum, & ferrum. Tertio, ex parte dispónum: nam dispónes naturalium formarum sunt naturales subiecto illarum. vtpote primæ materiæ, dispónes vero for-

Naturalis & artificialis generationis discrimen.

A marum artificialium vel subiecto earum sunt violentæ, vel non naturales. Tunc ad formam dico, dispóne differre penes subiecta propria, qualiacunq; illa sint: siquidem dispónes artificialium subiecto suo ꝓprio, aut violentæ aut non naturales sunt, dispónes vero naturalium proprio subiecto penitus naturales. Ad secūdam dicerem, tam naturales quam artificiales formas educi de potentia eorum subiectorum, verum naturales educuntur mediantibus dispónibus subiecto proprio naturalibus, artificiales vero mediantibus dispónibus non naturalibus, aut violentis subiecto proprio. hæc nunc pro dilucidatione eorum. Ex iis patet differentia inter generationem formarum artificialium, & alterationem, quæ est generatio ſm quid accidētium: primo ex parte agentis, quia agens in alteratione naturali est natura, in artificiali vero generatione est volūtas. B deinde ex parte dispositionum, quoniam in artificiali generatione formæ quæ generantur, sunt non naturales subiectis: at accidentia sunt subiectis, aut naturalia, aut præter naturam, & sic patet differentia.

Si igitur hæc uera sunt, ut oē, quod fit, ex contrariis fiat, & oē quod corrumpitur, in contraria corrumpatur, & q. horum media ex cōtrariis sint, ut colores ex albo & nigro: iure quæcunq; natura fiunt, aut contraria, aut ex contrariis sunt. DILVCI.

Si igitur hoc est uerum, oē utiq; fit quod fit, & oē corrumpitur quod corrumpitur, aut ex contrariis aut in contraria: et horum media ex contrariis sunt, ut colores ex albo & nigro: quare omnia utiq; erunt quæ natura fiunt, aut contraria, aut ex contrariis. ANT.

His sic suppositis, nunc syllogizat propositum sic, oīa contraria & media sunt contraria: oīa, quæ fiunt, fiunt ex contrariis & mediis: igitur omnia, quæ fiunt, C fiunt ex contrariis. Maior patet quò ad primam partem, s. q̄ contraria sint contraria. quòd vero media sint contraria etiam patet, quia fiunt ex contrariis, vt colores medij ex extremis coloribus albo & nigro.

Commen. 47. Auer.

{Et cum ista.} Auer. voluit Arist. procedere inductorie, & non per suppositiones, ideo nunc vult Arist. dare conclusionem vlem ex his omnibus deductam.

{Et cùm iniūximus.} Quasi soluit dubium, q̄ quis diceret colorem medium fieri, & non è contrariis: cui quasi respondet etiam medios fieri à contrariis, quia illi medij colores componuntur ab extremis. &, si fit vnum medium ab alio medio, vt fuscū à rubro, fit quatenus fuscum continet nigrum, & rubeum album: & sic patet ex iis omnibus vniuersalis conclusio literæ.

Sed circa hæc dubitationes contingunt. primo vr̄ q̄ D principia sint ex se mutuo, quia causæ sunt inuicem causæ. 2. huius, & materiæ & formæ sunt inuicem causæ. 7. Meta cóm. 35. Secundo vr̄ q̄ sint ex aliis. nam forma est ab agente, vt scis, & ex priuatione ipsa, vt deduxit Aristo. 3. vr̄ q̄ non omnia quæ fiunt, ex eis fiant, vt illuminatio non fit ex illis, & multa alia. 4. intelligentiæ non fiunt ex aliis, nec ex se mutuo, & omnia quæ fiunt, ex eis fiunt, & tñ non sunt principia prima rerum naturalium. Vltimo dubitatur, quia nō videtur q̄ principia sint contraria, quia non forma, & materia. Animaduertendum primo Arist. per principia intelligere prima principia, vt primam formam, primam materiá, & primá priuationem. &, cum dico prima, volo intelligere ante quæ nihil est, vt sic. & ꝑ hoc patet nec elemēta esse prima principia, nec formas elementarias. itēq; volo intelligere prima principia non finē, neq; agentē,

Dubitationes. An principia sint ex se mutuo, & ex aliis, & omnia alia ex eis.

quæ potius vnde motus, Túc, vt puto, per prima principia intelligendum est primam formam, primam materiam, & priuationem primam, ante quæ in gñe talium nihil est. *Pō prima.* Tunc oēs conueniunt cum Themist. q̄ prima conditio & secunda debent intelligi, vt verbú Ex, notat habitudinem partis constitutiuæ, vt sit sensus, principia non fiunt ex aliis, vti ex partibus constitutiuis, nec ex se mutuo, vt ex partibus constitutiuis. Tertia vero conditio apud oēs intelligitur vt verbum Ex, dicit, aut habitudinem partis constitutiuæ, aut habitudinem termini à quo, aut habitudinem subiecti: & hac rōne prima forma, prima materia, & prima priuatio sunt prima principia. Primo, quia ex aliis, vti ex partibus, non constant. Secundo, quia nec se mutuo hac rōne constare possunt: nec. n. materia est pars formæ, nec contra forma pars materiæ, nec forma pars priuationis, nec è contra. Similiter tertio, omnia, quæ fiunt, ex his fiunt altero trium modorum. quia ex materia rei ex parte aut subiecto: ex forma, vti ex parte aut termino à quo: ex priuatione, vti ex termino à quo, & per hæc soluunt rōnes in contrarium. Sed hæc expō licet sit cōis, pace tantorum non vr̄ ad mentem Aristo: quia non vr̄ q̄ in tam paucis verbis ipse æquiuocare tantopere debuisset. *Respon. ꝓpria.* Propterea cum Themistio, mihi vr̄ esse, dicendum Aristo. primo inquirere principia contraria, vt formam & priuationem. Secundo tertium, vti materiam, vt in processu videbitur. qua rōne fit, vt prima conditio & secunda intelligantur, vt verbum Ex, notat habitudinem partis constitutiuæ, & sic nec fiunt ex aliis, nec mutuo ex se. Tertia vero debet intelligi vt verbum Ex, notat ordinem termini à quo ad terminú ad quem, vt Themi. concludit. nam omnia, quæ fiunt, vti ex termino à quo, fiunt aut ex forma, aut ex priuatione. materiæ nihil meminit, quia per contrarietatem principiorum nanciscetur tertium: & hæc est mens Themistij, & hac ratione istæ competunt primis contrariis, vt patet. Non. n. prima contraria ex aliis constant, nec ex se mutuo constare possunt, atq; etiam oīa quæ fiunt, ex illis fiunt, vti ex termino è quo, & sic sequitur totum quod dixit. Per hæc patet ad rationes: sunt. n. sibi inuicem causę, sed non partes ex quibus mutuo constent. Similiter forma proficiscitur ab agente, & non tñ ex agente constat. Illuminatio quoq; fit ex contrariis priuatiue, vel saltem Aristote. loquitur in principiis substantiæ, deinde in illis accidentium. Rursus, licet intelligentiæ, nec ab aliis, nec ex se fiant, non omnia quæ fiunt, ex illis vti termino è quo fiunt: vltimum deletum est, quia loquitur de duobus. *Modus literæ.* Ex his patet, syllogismum literæ esse hunc, quæcunq; nec ex aliis constant, nec ex se mutuo sunt, & quæcunq; fiunt ex eis, fiunt, vti ex termino è quo, sunt prima cōtraria; sed aliqua principia, nec ex aliis constant, nec ex se, & oīa, quæ sunt, ex his sunt, vti ex termino è quo: igitur aliqua principia sunt prima contraria. Maior pro prima & secunda parte patet, pro tertia est probata in litera sic, per sylm̄, aut inductionem, vt visum est. Minor etiam probata est in litera: quia prima principia, quia prima, non ex aliis sunt, quia vero principia, non ex se mutuo constabunt, atq; quia prima principia, omnia ex illis, vti ex termino è quo proficiscentur. Et hoc mō, non oportet vti conuersione in conclusione, vt prima expositio voluit. Nec oportet dubitare, an aliqua principia vel omnia sint contraria, & qūo ex illis fiunt omnia, quia Aristo. particulariter loquutus est de quibus E dam q̄ sint contraria, & omnia fiant ex illis vti ex termino, & sic voluit habere formam & priuationem, q̄bus acceptis docebit venari materiam primam. Hæc est expositio optima, & nunquam perueni ad hanc nisi hoc anno, licet multis annis aliter dixerim.

RECOGNITIONES.

Animaduerte quęso: nā trāslationes nr̄æ textum hunc suspēsiue legūt vsq; ibi, {Quare oīa vtiq;} nec ab rōne, vt patet in cōmentariis: gręca tñ series suspensionem terminat ibi {oē vtiq; fit, quod fit.} Quare dicamus s̄m Auer. {si igitur hoc est verum}. i. si inductio perfecta sit, & quæcūq; in ea inducta sunt, vera sunt. vel s̄m Themist. {si igitur hoc est verum}. i. si tres dictæ suppōnes veræ sunt, {oē vtiq; fit quod fit, & oē corrumpitur quod corrumpitur, aut ex contrariis} subaudi tanq̄ ex terminis, {aut in contraria} F subaudi tanq̄ in terminos. hic igitur in græca serie suspensio terminatur. Sed occurres, nam aliquid fit ex medio, & aliquid corrumpitur in medium: ergo non oē quod fit ex contrariis fit neq; oē quod corrumpitur in contraria corrumpitur. Remouet igitur Aristo. hanc obiectionem & dicit, {& horum media ex contrariis sunt, vt colores}, s. medij {ex albo & nigro: quare oīa vtiq; erunt, quæ natura fiunt, aut contraria}, s. his ex quibus fiunt, {aut ex contrariis,} qm̄, si quid fit ex mediis, in mediis contraria sunt, rōne quorum aliqua fiūt ex medio, & si quid in medium corrumpitur, etiam in contrarium corrumpitur, quod est in medio. Sic quoq; verba hæc Simplicius exposuit. Sed vr̄ Aristo. sibi ipsi aduersari: nam prius probauit contraria non fieri ex se inuicem, nunc autem q̄ contraria fiant ex contrariis. *Dubitatio. Simpli.* Simplicius rn̄det Arist. prius voluisse contraria nec fieri G ex alterutris, neq; ex aliis, tanq̄ ex materia, hoc est, cōstitutiue. non. n. nigrum fit ex albo tanq̄ ex permanente, vt lectulus ex ligno: hic autem vult ea fieri ex alterutris, & ex aliis, & omnia fieri ex ipsis tanq̄ ex terminis. hoc pacto conditiones primorum principiorum & primorum contrariorū exponit Simplicius. Ergo conditiones primorum principiorum s̄m Simplicium & Alexand. intelligendæ sunt, q̄ prima contraria non sint ex aliis, nec ex inuicem constitutiuæ, & oīa quæ fiunt, ex ipsis fiant tanquam ex terminis. Sed quoniam prima principia non fiunt ex inuicem, nec ex aliis, & omnia quæ fiunt, fiunt ex ipsis: ergo prima principia, saltem aliqua, sunt prima contraria, videlicet prima forma, & prima communissima priuatio. Est conclusio indefinita sicut minor, quæ æquiualet particulari: & licet syllogismus sit in secunda figura, cuius conclusio est affir H matiua, tamen maior conuertitur.

Hucusq; quidem igitur & cæterorum plurimi profectis penè consentiunt, quemadmodum diximus antea: nam omnes elementa & ea quæ ab ipsis principia nuncupantur, tametsi absq; ratione, tamen contraria ponunt, quasi ab ipsa ueritate compulsi. Differunt tamen inter se, quia quidam priora, quidā posteriora, quatenus horum alij rōne, alij sensu notiora accipiunt. Quidam. n. calidum atq; frigidum, quidam humidū atq; siccum, alij par & impar, nonnulli discordiā concordiāue cās generationis esse cōtendunt, quæq; inter se differunt mō dicto. DILVCI.

Adusq; quidē igitur hoc fere, & complures alij secuti sunt, ut prius diximus: omnes. n. elementa, & ab ipsis uocata principia (& quidem sine rōne ponentes,) similiter contraria dicunt, tanq̄ à ueritate coacti. Differunt tamen ab inuicem in eo q̄, alij quidem priora, alij autem posteriora suscipiunt: Itemq; alij quidem notiora secundum rationem, alij autem sc̄dm sensum. ANT.

sum. Nam hi quidem calidum & frigidum, illi autem humidum et siccum, alij impar & par, quidam uero discordiam & concordiam causas ponunt generationis, hæc autem differunt secundum dictum modum.

Hactenus q nonnulla principia sint primo contraria, & per testimonium veterum, & per inductionem probauit: nunc, quantum de veritate talis conclusionis antiqui habuerunt, exponit: & dicit primo, id in quo consentiunt, & vult, q vsq; ad hoc de veritate sunt profecti, q principia sunt contraria: & sic consentaneę ab antiquis habemus aliqua principia esse contraria. Verum à nobis differũt, q nos rõne, aliqua principia esse contraria dicimus, illi absq; ratione, sed à veritate cõpulsi. Rursus dicit secundo, q licet consentaneę aliqua principia asserant contraria, de prioritate & ordine non vna ratione sentiunt, qñ alij priora, alij posteriora, quatenus alij ratione, alij sensu notiora accipiũt, vt per exempla declarat. Igitur quo quidem ad contrarietatem principiorum omnes nobiscum, & inter se consentiunt, quo vero ad modum ponendi dissentiũt. Quantum vero ad verba græca attinet, aliquis absq; ratione potest à veritate compelli multipliciter, aut pœna, vt dicitur.1.Topic. si quis neget ignem calefacere, & aquam humectare, potest pœna compelli ad veritatem, vt si cogatur igni manus ponere: aut sensu, vt si quis neget pluralitatem rerũ, & sensu videat duo sensilia seorsum loco & subiecto constituta: aut intellectu, vt qñ notis terminis aliquid cognoscitur, vt non est idem affirmare & negare. Vr igitur mihi antiquos sine rõne à veritate fuisse compulsos sensu. nã quatuor sensibus principia esse contraria deprehendi potest. visu quidem, quia videmus album ex nigro aut medio fieri: auditu vero, graue ex acuto: gustu, dulce ex amaro: odoratu, austerum à suaui: tactu, calidum ex frigido. Amplius, idem deprehendi potest notis terminis. nam toto quid sit generari aut corrumpi, & quid principium generationis & corruptionis, patet nonnulla principia esse contraria. Vtrum autem pœna, alias dicemus. Sic igitur antiqui sine ratione compulsi veritate, principiorum nonnulla coguntur dicere contraria. Vlterius dissentiunt, quatenus alij priora, alij posteriora generationum principia ponũt, licet omnes vna ratione moti. qui.n. credunt sensum esse tantum, & nihil vltra, hi priora sensu solum principia dicunt, quemadmodum Parmenides calidum & frigidum, Diogenes humidum & siccum: qui vero negant sensus, & solum per intellectum philosophantur, hi priora intellectu asserunt generationis principia. vt par & impar Pythagorei, concordiam & discordiam Empe. quæq; hoc modo differunt, vt diximus. Et hoc modo (vt videtur mihi.) forte Themist. intellexit.

Nota. Quis absque rõne à veritate cõpellitur, aut pœna, aut sensu, aut intellectu.

Commen. 48. Auer.

{In hoc igitur.} Illud commentum patet, verum colligenda sunt quædam pro expositione verborum Aristote. Primo qui antiqui sine ratione erant veritate compulsi, qm inductione in qua non inducebantur omnia singularia, & sic licet per rationem, quæ est inductio illud sentiebant, quia inductio erat imperfecta, ideo sine ratione compulsi à veritate illud dixerunt. Secundo q triplex est prius, sensu, intellectu, & rõne: & hæc tria de principiis asserunt antiqui. nam alij aiunt principia generationis esse priora sensu, vt calidum, frigidum, humidum, & siccũ: alij priora intellectu esse generationis principia contendunt, vt vniuersaliora,

A vt par & impar: alij priora rõne, vt litem & amorem, quæ rõne adinuenta sunt priora apud Emped. Hæc tñ expõ, & si possit stare, mihi non placet, vt vidistis. Tertio solutionem dubij colligo, nam oĩs comparatio pręsupponit conuenientiam: igitur quæ nota sunt ad sensum, non possunt dici notiora, nisi apud sensum, sicut notiora apud intellectum, non nisi apud intellectum: non igitur nota sensibus possunt comparari notis intellectui. Rñdet Auer. & inquit. & comparatio inter comprehensibilia ab intellectu & à sensu non verificatur, nisi qñ accipitur in respectu cõis comprehensionis. Vult igitur nota sensibus comparanda esse notis intellectui, in ratione notitiæ & apprehensionis s̃m genus, non autem in specie, quia nec in sensitiua nec intellectiua cognitione. Cætera vero commenti patent.

RECOGNITIONES.

B IN præsenti textu Arist. duo facit, quia primo ostẽdit Veterum Naturalium conuenientiã circa principia, in eo, q ipsa contraria ponunt. secunda ibi {differunt tñ} quia in pluribus videntur differre inter se, assignat differentias eorum: hoc pacto hunc textum Simplicius exposuit. quæ expõ mihi placet, & ostendens conuenientiam nobiscum, innuit differentiam: nam veteres philosophantes sine rõne, veritate compulsi, principia esse contraria dixerunt. Arist. vero rõne, ac demonstratiua cã idem probauit. nam demonstrauit nonnulla principia esse contraria s̃m Simpliciũ demonstratiua ratione, ad quam præmisit tres vel duas suppositiones, quas inductione probauit. vel fortasse per rõnem inductionem intellexit, qm probauit illud inducendo in oĩ gñatione, & corruptione. Quòd vero
C ad verba attinet primæ partis, dixit {ferè} aut, vt Simplicius dicit, ob cautionem philosophicam, aut dixit {ferè}, s. secuti sunt, qm quæ dicunt principia, nõ sunt principia, illa contraria erant. Ergo fere securi sunt quę nos diximus: qm licet non simpliciter secuti sint, tñ fere secuti sunt contrarietatem principiorum. Et cum dixisset, {& ab ipsis vocata principia,} ideo sic dixit, quia re vera principia non sunt, quæ ipsi principia ponunt, nisi s̃m nomen, re vera enim sunt magis principiata. Quantum vero ad secundam partem, Simplicius per priora intelligit priora natura, & per posteriora, posteriora natura. & intelligit scd̃m esse expositiuum primi, quasi sic legendo, differunt tamen abinuicem in eo q alij quidem priora}, s. natura, {alij autem posteriora} s. natura {suscipiunt.} Et exponens quid per priora natura, & quid per posteriora natura intelligat, subdit, {Itemq; alij quidem notiora s̃m rationem} s.
D quæ priora natura alij appellabant, {alij autem s̃m sensum} priora, quę alij posteriora natura dicebant. Ergo differentia est quo ad duo tantum: qm alij asserebant ea esse principia, quæ sunt natura, & intellectu priora: alij autem, quę sunt natura posteriora, sensu vero priora. Sic intelligit Simplicius, quorum exempla affert, {nam} natura posteriora, sensu priora, {hi quidem calidum & frigidum, illi autem humidum & siccũ} principia posuerunt, {alij} qui principia natura & intellectu priora posuerunt, asseruerunt {par & impar, quidã vero discordiam & concordiam causas ponunt} generationis, {quæ differunt s̃m dictum modum} s. q alia sint natura, & intellectu priora, alia natura posteriora & sensu priora. Calidum & frigidum, vt Simplicius dixit, Parmenides dicebat, qui dicebat frigidum &

calidum, humidum, & ficcum principia. Alexander hanc opinionem tribuit Empedocli, qui quatuor elementa posuit. Porphyrius primam opinionem Parmenidi, secundam Anaximeni, tertiam Pythagoricis ascribit, vt Plato narrat in Thimæo, & hæc expositio mihi placet. Alter Simplicius textum & opiniones exponit. quæ, cùm non placeat, omitto. Melius.n. puto oẽs opiniones reducendas esse ad duas, vt Simplicius autumat, ꝙ alij intellectu priora dicant, qui solum intellectu philosophati sunt: alij sensu, qui non cognouerunt intellectum differre à sensu. Philosophantium.n. duo modi philosophandi habentur. nam qui non cognouerunt intellectum præter sensum, principia quæ ponunt, ſm sensum priora ponunt suis principiatis, vt calidum & frigidum, sicuti Parmenides, & humidum & ficcum, sicut Anaximenes. Qui vero cognouerunt intellectum præter sensum, principia quæ ponunt, ſm intellectum priora ponunt, vt concordiam, & discordiam, veluti Empedocles, & par & impar, veluti Pythagorici: quare omnes opiniones ad duas species opinandi reducuntur. In commentariis tria ex commento Auer. probauimus, quorum primum est, ꝙ veteres philosophantes veritate compulsi cognouerunt contrarietatem in principiis, qm̃ inductione imperfecta id dixerunt. Arist. vero ratione, qm̃ inductione perfecta, quod nunc non esse bene dictum probamus, qm̃ inductio imperfecta, ratio quædam est: ergo non sola veritate compulsi, sed etiam ratione peruenerunt ad principiorum contrarietatem. Secundum vero est, ꝙ tres sint sectæ eorum, qui de rerum naturalium principiis philosophati sunt, vt eorum, qui per sensum priora principia dicunt, & eorum, qui per intellectum, & eorum, qui per argumentationem. quod etiam non bene dictum esse patet. nam tertium membrum in secundo habetur: quippe cum principia, quæ sunt per argumentationem priora, sint etiam per intellectũ priora: quare tertium illud membrum nõ ponit in numero cum secundo. Tertium deniq; est, ꝙ omnia comparabilia sint in ratione comprehensionis, quod etiam non est necessarium: qm̃ Arist. non comparat priora ſm intellectum ad posteriora ſm sensum, nec è conuerso. Insuper, non comparat priora ſm argumentationem ad posteriora ſm intellectum, vel ſm sensum: sed comparat principia ad sua principiatã, quatenus alij ponunt principia priora secundum intellectum suis principiatis, quæ sunt posteriora secundum intellectum, vt numeros, & concordiam, & discordiam. Alij ponunt principia priora secundum sensum suis principiatis, vt calidum, frigidum, humidum, ficcum: & sic quod Auerro. dixit necessarium non est.

DILVCI. *Quare eadem quodammodo atq; diuersa inuicem dicunt. diuersa quidem, quemadmodum & plurimis uidetur: eadem uero, similitudine rationis. Ex eadem nã q; contrariorum serie sumunt, hæc quidem continentia, alia uero contenta hoc quoq; pacto modo eodem diuersoq; illorum hoc deterius, illud melius dicunt. Atque quidam ratione, quidam sensu, ut antea diximus, notiora sumunt. Nam uniuersale quidem ratione notius est, singulare uero sensu, quando ipsius uniuersalis ratio est ipsius uero particularis est sensus: ueluti magnum & paruum ratione, rarum autem & densum sensu sunt notiora. Quòd quidem igitur principia oportet contraria esse, manifestum est.*

ANT. *Quare est eadem dicere quodammodo, & altera adinuicem. altera quidem, quemadmodum & uidetur pluribus. eadem autem secundum analogiam. accipiunt enim ex eadem coordinatione. hæc quidem enim continent, alia continentur contrariorum. Sic igitur similiter dicunt & aliter, & peius, & melius. Et hi quidem notiora secundum rationem, sicut dictum est prius, illi autem secundum sensum. Vniuersale quidem enim secundum rationem notum est, singulare autem secundum sensum. Ratio quidem enim uniuersalis est, sensus autem particularis: ut magnum & paruum secundum rationem est, rarum autem & densum secundum sensum. Quòd igitur oportet principia contraria esse, manifestum est.*

Nunc quasi simul antiquorum conuenientiam atq; differentias adijcit: & vult illos dicere aliquo modo eadem, atq; aliquo modo diuersa. dicunt quidem diuersa, quò ad positiones, quatenus principia ponũt rerum hi sensu priora, illi intellectu: quò vero ad modum ponendi atq; similitudinem rationis eadem dicunt: qm̃ omnes principia rerum volunt esse contraria. Item, omnes volunt illa esse priora. Amplius, omnes volunt in serie illorum esse hęc quidem continentia & vniuersalia, illa contenta. Rursum volunt semper alterum illorum contrariorum principiorum, melius, alterum deterius. Igitur, quò ad principia ipsa posita ab eis differunt, quò vero ad modum ponendi atq; similitudinem proportionis conueniunt, vt patuit. Quæ vero dicant notiora ratione, & quæ notiora sensu Aristo. addit, ꝙ notiora sensu sunt singularia, notiora vero intellectu vniuersalia: nam intellectus est vniuersalium, sensus particularium. quæ ratio docet, ꝙ magnum & paruum ratione notiora sunt, rarum & densum sensu: quoniam illa vniuersalia, hæc particularia sunt.

Commen. 49. Auer.

{Cum dixit.} Auer. primo colligit inter antiquos differentiam, & vult eos differre, vt diximus, quantum ad positiones ipsas.

{Et conueniunt.} Secundo colligit quinque conuenientias, prima est, ꝙ omnes vna ratione mouentur ad dicendum principia esse contraria vtpote inductione, non quidem perfecta, vt diximus, sed imperfecta. Secunda est, ꝙ omnes inter sua principia aliqua dicunt esse determinantia, hoc est, continentia & vniuersalia, aliqua determinata. Tertia est, ꝙ oẽs volũt determinata & particularia reduci ad vniuersalia, ac sub illis contineri, vt per exempla declarat. Quarta est, ꝙ oẽs volũt alterum contrariorum esse melius, alterum deterius. Quinta est, ꝙ oẽs volunt illorum, quæ intellectu nota sunt, hæc esse priora, hæc posteriora, illa priora. ecce quò quò ad modum ponendi conueniunt: quò ad põnes differunt. Cætera commenti patent, verum in illis duo colligo. Primum propter quid vniuersale intellectu notius est, singulare vero sensu? Et ait hoc esse, quia omne quod intelligitur ab intellectu est vniuersale, qđ vero cognoscitur à sensu est singulare. ex quo patet, singularia non posse ab intellectu aliquo modo intelligi, vt multi voluere. Secundum est, cur magnum & paruum sunt vniuersaliora raro & denso? Et ait, quia illa reperiuntur in naturalibus, & mathematicis, rarum vero & densum non nisi in naturalibus, vt Septimo huius cõmen. 15. Sed dices, Auer. 3. huius cõmen. 76. vult, si cubus poneretur in aere, aut aqua adhuc faceret tantũdem latera distare: igitur detineret raritatem & densitatem, & constat illud esse absolutum à rebus naturalibus. Dicendum, ꝙ rarum & densum possunt capi dupliciter, vno modo vt sequuntur calidum & frigidum, vt loquitur Auerroes. Septimo huius, & sic competunt

competunt solum rebus naturalibus: alio mó pro extenso & contracto, & sic sequuntur dimensionem, vt dimensio est, & hoc modo loquitur Quarto huius in exemplo de cubo, & sic tollitur contradictio hæc.

RECOGNITIONES.

Potest sensus textus vno modo sic reduci, vt omnes dupliciter dicant eadem, quo ad similitudinem proportionis, i. quo ad modum ponendi, primo, quia omnes volunt principia esse de numero contrariorum continentium, atq; primorum, & hoc dicit, {Accipiunt.n.} .s. omnes {ex eadem coordinatione} subaudi ea contraria esse principia, quę in vniuersa coordinatione sunt continentia, & prima. nec ab ratione {nam} vt inquit {contrariorum hæc quidem continent, alia continentur.} Qui ergo ponunt contraria de numero sensibilium, in coordinatione talium sensibilium principia ponunt esse prima contraria, & cótinentia: & qui ponunt contraria, & de numero intelligibilium, in talium coordinatione etiam ea contraria principia esse asserunt, quæ prima sunt, & continétia: quippe cùm semper principium vult esse primum. tunc epilogat hunc primum modum, & dicit, {sic igitur similiter}, .s. quò ad modum ponendi {dicunt & aliter}, .s. quo ad positiones ipsas, de quibus positionibus dicunt {& peius, & melius:} nam de principiis & peius, & melius dicunt: peius.n.& melius aduerbialiter accepit. Secundo conueniunt: qm̄ hi principia ponunt notiora fm̄ rationem, vt dictum est prius, illi fm̄ sensum. siue.n. principia dicāt de numero sensibilium, siue de numero intelligibilium, oés ponunt principia esse de numero notiorum. Secúdum vero Simplicium & Themistium sunt tres conuenientiæ, & ideo lege verba {quare est eadem dicere quodammodo, } .i. quare, apud omnes est eadem principia dicere quodámodo, {&} est dicere {altera adinuicem. Altera quidem quemadmodum & videtur pluribus}, .s. his, qui præsunt opinionibus. qm̄ alij dicunt litem & amicitiá, alij calidum & frigidum, & alij alias dicunt oppositiones, {eadem autem fm̄ analogiam.} Pro cuius declaratione, vt exponit Simplicius, animaduerte duas esse coniugationes oppositas. alteram, quæ est meliorum, in qua amicitia, & par, & excessus, & magnum, & rarú, & calidum collocantur: alteram, quæ est peiorum, in qua contraria horum sunt. Contraria igitur, quæ accipiunt ex his coniugationibus pro rerum naturalium principiis, analogiam habent adinuicem: nam, vt excessus ad defectum se habet, sic magnum ad paruum, & rarum ad densum, & calidum ad frigidum, & amicitia ad litem: quare dicunt eadem fm̄ proportionem. Secundo dicunt eadem fm̄ melius & peius, nam qui asserunt continentia, melius principia ponunt, qm̄ excessus & defectus contentiua sunt magni & parui, & hæc rari & densi, & hæc calidi & frigidi: qui vero contenta, peius principia asserūt. ideo dicit, {hæc quidem .n. continent} de numero {contrariorum, alia continentur.} Ideo concludit, {sic igitur similiter,} .i. proportionaliter {dicunt, & aliter.} deinde tangit secundam conuenientiam. {&} subaudi {peius & melius} quædam dicunt: qm̄ continentia melius sunt, contenta peius. Erit igitur secunda conuenientia fm̄ melius & peius, quatenus oés inter principia, quæ ponunt, alterum melius, alterum peius asserunt. Deinde tangit tertiam & dicit, {& hi quidem notiora fm̄ rationem, illi autem fm̄ sensum} notiora fm̄ rationem dicunt, qui

A intelligibilia, & totaliora, & continentiora ponunt: notiora vero fm̄ sensum, qui sensibilia, & contenta, & particulariora asserūt. cuius rationem affert, & dicit, {vniuersale quidem.n. fm̄ rationem notum est, singulare autem fm̄ sensum,} cuius rursus rationem affert, & dicit, {ratio.n.} rei {vniuersalis est, sensus autem} rei {particularis: vt magnum & paruum fm̄ rationem est, rarum autem & densum fm̄ sensum.} Erit igitur tertia conuenientia, q̄ principia velint esse semper notiora eis, quorum sunt principia, videlicet aut quo ad intellectum, aut quo ad sensum. Sed quares, quo nam pacto magnum & paruum vniuersaliora, & fm̄ rationem principia esse ait, rarum autem & densum eorum quæ singularia sunt, & fm̄ sensum? etenim singularia quęq; horum, & vniuersalia sunt. Auer. ad hanc dubitationem respondit, sed Simplicius aliam rationem affert: *Quæstio.* *Solutio.*

B qm̄ rarum & densum sunt naturalia, & nobis notiora, quemadmodum calidum & frigidum, & sic sunt singularia, magnum autem & paruum immanifestiora, & propterea vniuersaliora, & ratione sunt magis cognoscibilia. Auer. in commento enumerat quinque conuenientia, quarum prima non est vera: qm̄ veteres inductione non vtebātur nec perfecta, nec imperfecta, alioquin non compulsi veritate dixissent, quæ de principiis dixerunt: tertia conuenientia non videtur necessaria. nam, cùm dixissent alia esse vniuersaliora aliis, & alia particulariora, etiam dixerunt minus vniuersalia sub vniuersalioribus contineri & ad illa reduci: igitur tertia conuenientia non est necessaria.

Consequens autem erit dicere, utrum duo an tria, an plura sint? Vnum quidem n. esse non potest, quia non sunt contraria ipsa unum. Infinita uero minime, quia id quod est, scibile DILVCI.

C *non erit. Vna quoq; contrarietas est in omni genere uno: substantia uero genus est quoddam unum, & quia generatio ex finitis fieri potest. Adq; præstantius est ex finitis, ut Empedocles, q̄ ex infinitis: cuncta.n. reddere putat, perinde atq; Anaxagoras ex infinitis. Rursus, aliis alia priora contraria sunt, & ex aliis alia fiunt, ceu dulce & amarum, & album atq; nigrum. at principia semper manere oportet. Quòd quidem igitur neq; unum, neq; infinita ex hisce modo patet.*

Consequens autem utiq; erit dicere, utrum duo, aut tria, aut plura sint. Vnum quidem.n. impossibile est, quoniam non unum contraria Infinita autem non: quoniam neq; scibile ens erit: & una contrarietas in omni genere uno: & substantia unum quoddam genus est: & quod contingit ex finitis, melius ex finitis, quemadmodum Empedocles, q̄ ex infinitis, omnia nāq; ex finitis assignare opinatur, quemadmodum Anaxagoras ex infinitis. Amplius sunt alia aliis priora contraria, & ANT.

D *fiunt altera ex alterutris, ut dulce & amarum, & album, & nigrum: principia autem semper oportet manere.*

Duo Aristote. proponit consequenter declarare, primum q̄ principia non sint vnum, fm̄ q̄ principia non sunt infinita. Hactenus.n. declarauit hanc siue particularem siue indefinitam, principia sunt contraria, modo q̄ principia non sint vnum, neque infinita adiicit. Quòd non vnum sint eo constat, quia contraria. nihil.n. sibi ipsi met contrarium est: igitur oportet ad minus esse duo. Quòd vero non infinita, pluribus rationibus ac persuasionibus suadet. primo, quia res naturales sub scientia cadere non possunt, eo videlicet, quia res naturales non sciūtur, nisi ex cognitione principiorum, causarum, atq; elementorum: vbi vero hæc infinita essent, cùm intellectus illa percurrere minime

possset,non cognoscerentur:& sic minime res ipsæ. Secundo, vna quoq; contrarietas est in omni vno genere vna, ita vt etiam in substantia sit vna, cùm & ipsa sit genus vnum:quo fit, vt aut contrarietates non sint vltra decem,& sic contraria.20. aut,vt prima contraria, quæ sunt in genere substantiæ, sint tñ duo, & vtcunq; sit,non infinita erunt. Tertio,cuncta ad generationem pertinentia saluari possunt per principia finita: igitur nulla est necessitas infinitorum. Quarto, oportet principia semper manere, aliter non essent principia. modo, cum inter principia ipsa sint hæc priora, illa posteriora,& posteriora ex prioribus proficiscantur, sola prima erunt principia: sed hæc non sunt infinita: igitur principia non sunt infinita.ex his patet, ꝙ neq; vnum, neque infinita ipsa sint.

Commen. 50. *Auer.*

{Manifestum est igitur.} Auer.duo facit, primo sumit ꝙ principia non possunt esse vnum,& hoc probat, quia illa sunt contraria.

{Et impossibile.} Secundo probat ꝙ non possunt esse infinita,& hoc probat tribus rõnibus, licet secũda ratio ab eo bis formetur. Prima ratio est, in omni genere est vna contrarietas: substantia est vnum genus: igitur in substantia est vna contrarietas. Tunc vltra, vt substantia ad cætera prædicamenta,ita contrarietas substantiæ ad contrarietates cæterorum prædicamentorum: substantia est prima cæterorum:igitur contrarietas substantiæ etiam prima erit. sed principia sunt prima contraria: igitur principia nisi duo prima contraria, & hoc modo Auer.exponit, & vult contrarietatem substantiæ esse vnam, & principium aliorum entium.& hoc dicemus postea.

{Et etiam si.} Secundo arguit, potest generatio saluari cum finitis: igitur principia generationis non sunt infinita. aliter forma tibi. {& si nõ} & arguit sic, quod potest fieri per pauciora, frustra fit per plura & æque bene, vt in actione artificiali exemplificat.

{Et etiam nõ.} Tertio arguit & quasi persoluit dubium, quia quis dicere potest oĩa contraria esse principia, soluens addit tertiam rationem, principia non generantur ex aliis: sed posteriora generantur ex aliis: igitur non sunt prima principia. Maior probatur, quia principia debent esse permanentia non transmutabilia, neq; generabilia ex aliis: & sic sola prima contraria erunt principia, quæ non sunt infinita.

Dubitationes quatuor. An in subã sit contrarietas. Quõ principia substantiæ prima & cõmunia dicantur. Contrarietas substantiæ, opp͠o priuatiua ẽ.

SEd circa textum & cõmentum multæ sunt dubitationes. Prima, non vr̃ in genere substantiæ esse contrarietatem, quia substantiæ nihil est contrarium. Secunda dubitatio est, quo modo contraria in genere substantiæ sunt prima, & omnibus cõia. Tertia, quo modo oportet principia semper manere, cùm illa continuo transmutentur. Quarta, videtur ꝙ tm̃ vnum sit principium, quia oẽ principium est vnum: igitur tm̃ vnum est principium ab vñi ad exclusiuam de terminis trãspositis, vt est regula sorticolarum. Ad primam Auer. vbiq; rñdet Aristo. per contrarietatem intelligere oppositionem priuatiuam, qualis est inter habitum & priuationem,& hoc modo non tm̃ est in aliis prædicamentis, sed etiam in substantia: & pro nunc hæc solutio satisfaciat, quia de contrarietate substantiæ quæstio maxima erit in.5.lib.cõm. 10. Ad secundam respondent recentiores, ꝙ principia substantiæ sunt prima, & cõia: prima quidem causalitate, quia aut

E in genere finis, aut in gñe finis & efficientis sunt principia omnium aliorum principiorum aliorum generum. cõia vero, quia prædicabilia de omnibus principiis in genere substantiæ repertis. Sed hæc responsio stare nõ potest, quia nec priuatio, nec materia possunt esse causæ, vt finis principiorum aliorum prædicamentorum: materia non, quia est non gradus perfectionis, & id cuius essentia est pati, non agere: priuatio minime, cùm sit non ens. Propterea animaduertendum, ꝙ principia generationis substantiæ, sunt principia generationis non vna ratione: nam forma est principium generationis, quatenus terminus ad quem, priuatio vt terminus à quo, materia vt subiectum: igitur materia, & forma, & priuatio sunt principia generationis, & in nullo gñe causæ: igitur nõ possunt esse principia principiorum decem Prædicamentorum in aliquo genere

F causæ. Secundo animaduertendum ꝙ principia aliorum prædicamentorum, vt materia qualitatis, forma & priuatio eiusdem, sunt subiecta cõposita & accidentia: subiecta quidẽ cõposita, quia materia priuatio & forma accidens eiusdem substantię cõpositæ: albedo.n.& priuatio eiusdem sunt accidentia substantiæ cõpositæ.

Tunc dico, ꝙ principia substantiæ sunt prima & cõia. prima quidem principatione: qm̃ sunt principia generationis substantiæ: igitur medietate sub principia substantiæ,& substantia est principium omnium accidentium: igitur principia aliorum principiorum in aliis generibus. Et sicut non sunt principia generationis in aliquo genere causæ, sed quia principia, sic nec aliorum principiorum erunt principia in aliquo genere causæ, licet forma & materia possunt dici subiecta partialia, sed nõ ea ratione qua principia, sed quatenus cãæ

Ex his solutio. Principia substantiæ prima sunt, i. principia generationis substantiæ: Cõia, i. secundum virtutẽ.

G substantiæ compositæ: & hoc intellexit Aue. 12. Meta. cõ.22. in calce, & tu vide verba mea illic. Cõia vero dicunt principia substantiæ, cõitate virtutis & potestatis, quia omnia alia proficiscuntur ab illis. Ad tertiam nonnulli sorticolæ concedunt oportere semper manere principia generationis, nulla tñ principia oportet semper manere, vt semper est generatio, nulla tamen generatio est semper, vt in lib. de Generatione disputatum est. Sed istæ captiunculæ (vt mihi videtur.) non sunt ad aures Aristotelis & Auer.

Propterea alij parum ab his recedentes volunt principia semper manere vniuersaliter sumpta, & quasi in suppositione Simplicij, non autem semper manent modo particulari, & in suppositione formali. Sed hoc stare non potest, vt recte recentiores arguunt, quia Aristote. per hanc particulam ponit differentiam in-

H ter prima principia, & posteriora principia: & ait prima principia semper manere, posteriora vero non semper. modo, per horum glosam vtraque principia vniuersaliter, & in suppositione simplici semper manent: igitur prima principia per hanc proprietatem non differrent à posterioribus. Alij propter hoc glosant, principia semper manere, in terminis cuiuslibet transmutationis. Captiunculatores obiiciunt huic, quia nũquam manent tria principia, quia quando forma est, priuatio non est, & qñ est priuatio non est forma: igitur nunquam manent tria generationis principia. Propterea aiunt manere tria principia generationis semper in definitione transmutationis. non.n. potest definiri transmutatio, quin in eius definitione cadant tria principia, & certe sic intellexerunt illi, quos incusant, nec iuste cynicant. Hæc responsio licet confutari

futari non posit, propter tria non mihi placet. Primo, quia manere, quod græce est μένειν, vbiq; ab Aristote. pro permanere in re accipitur, vt patet his, qui græca sapiunt. Secundo, quia Aristote. nunc de definitione transmutationis non loquitur, sed de esse illius: igitur expō fugit. Tertio, quia etiam agens esset principium & finis, quia semper in definitione illius intelligunt. Propterea duæ sunt expōnes ad mentem Auer. vna accipitur partim. 2. Physicorum. comē. 14. vbi vult esse in prima materia priuationem, que est vt forma illius, hoc autem intelligi non potest, nisi de forma corporeitatis imperfecta coæterna materiæ, quæ est priuatio prima, & forma prima. Forma quidem prima dispō generalis & tanq̃ terminus ad quem omnis generationis: oīs .n. generatio est ad aliquam formam, quæ continetur sub hac, vt species in genere. Est igitur æterna vt forma, vt vero ipsa est imperfecta continens omnes alias, dr̄ priuatio & terminus è quo. ecce ꝙ principia generationis semper manent, quia materia & prima forma, quæ sumitur vt priuatio, quatenus terminus è quo, quatenus terminus ad quem, vt forma prima: de hac. 3. Cœli cōm. 61. ample lege. Cui consentit glossa textus. Linconiensis etiam, & recte. Quo modo vero Auerro. neget formam coæternam materiæ, com. 63. huius Primi disputabitur. Alia expō colligitur in præsenti cōm. vbi inquit. Principia .n. debent esse permanentia, non transmutabilia, neq; generabilia ex aliis: & sic videtur ꝙ ipsa semper maneant, quatenus nec fiunt ex aliis, nec transmutantur ex aliis: quod quidam & recte exponuntur in eodem genere principij, quo ipsa sunt generationis principia, Sed huic nonnulli asinicolæ obiiciunt, primo, quia tunc aliqua semper manerent, quæ aliquando inciperent esse & desinerent esse: nam forma semper manet per te, quia non ex alia forma, & priuatio etiam, quia non ex alia: & hæc aliquando inciperent & desinerent esse. Secundo, si quæ nō fiunt ex aliis eiusdem speciei semper manēt: igitur quæ fiunt ex aliis non semper manerent, & sic cœlum & elementa non semper manerent. Tertio, tunc species non semper maneret, quia fit ex genere & differentia. Sed hæ sunt calumniæ atq; pueriles captiunculæ. Auer. n. vult principia semper manere sub rōnibus principiorum, & nūquam mutari ad rōnem principiati: & sic semper manere potest intelligi pro semper perdurare in tpe, quo modo cœli semper manent, & sic non semper manent. alio mō pro semper durare sub rōnibus propriis, quatenus rōnes mutare non possunt: & sic stat ipsa semper manere. Quo fit, vt semper maneant, & non semper maneant, vt pro diuersis accipitur ipsum semper manere, stat etiam cœlum semper manere, vt semper durat, non semper manet, quia ab alio, & sic de aliis patet solutio. Aduerte tamen ꝙ hæc solutio non est ita recta, vt prima Auer. quia verbum illud, Manco, pro perduro, accipit Arist. nisi hic abutatur eo. Ad quartam, & si tractabitur qñ de numero principiorum dicemus, nunc Sorticolæ soluerent ꝙ vnum potest accipi pro principio numeri, & tunc illa exclusiua exponi debet per præiacentem & vnam negatiuam de cōtrario, hoc mō, vnum est principium, & plura non sunt principiū: igitur tm̄ vnum est principium. & hoc modo exponendo exclusiuā, ab vniuersali ad exclusiuam de terminis transpositis non valet. Si vero vnum capitur transcendenter, sic concedo illam exclusiuam tantum, vnum est principium, sicut hanc, tantum ens est principium.

Auer. *Principia sēper manēt, vel quia materia semper forma subest, cum priuatio intelligitur priuatio: vel quia ingenerabilia sūt, prout generationis principia.*

Secunda expō. Auer.

Nota.

Solutio. 4.

A cipium. Sed de hoc alias, nunc vero hic quæ Sorticolæ dicunt, satis sit attigisse.

RECOGNITIONES.

Qvod autē nō vnum sit principium, sic ꝓbatur apud Simpliciū. principia sunt contraria: vnum non est cōtraria: igit̃ vnū non est principia, in secunda figura. Quòd autem principia sint cōtraria, demonstratū est. Quòd et vnum non sit contraria, monstraẽ ex conuersione. qm̄, si contraria non sunt vnum, vnū non erit contraria: si. n. contrariū contrario contrariū est, non esse posset vni vnū contrarium. De syllo huiusmodi affert minorē, cùm dixit: {Qm̄ non vnū cōtraria}, .i. qm̄ vnum non est contraria, subaudias maiorem. Sed principia sunt contraria: igit̃ vnū non est principia. vel sic & longe facilius, vnum non est contraria: principia sunt cōtraria: igitur principia non sunt vnū, B & tunc de syllogismo attulit maiorem, & hoc pacto expositio patet. Quod autem neq; infinita sint principia, primo eodem vsus argumento probat, quo prius vsus est contra eos, qui asserunt principia esse infinita, & dicit: {Infinita autē non, qm̄ neq; scibile ens erit}. i. qm̄ ea, quæ sunt ab ipsis principiis ignota erūt. Igitur per Ens, intelligit effectus naturales, vt Simplicius exponit. Consequentia patet: qm̄ tunc opinamur cognoscere vnumquodq;, cùm cās cognoscimus primas, & principia prima vsq; ad elementa. Secundo ad idem vtitur syllo tali, in oī genere vno vna est contrarietas: sūba est genus vnum: igitur in sūba est vna contrarietas, tunc vltra, vna contrarietas duorum contrariorum media est: contrarietas substantiæ est vna: igitur contrarietas substantiæ est media duorum contrariorum. quare per transumptum, non infinita sunt principia, C dicit. {Et vna cōtrarietas in omni genere vno, & substantia vnum quoddam genus est.} igitur in substantia est vna cōtrarietas, reliqua Simplicius supplenit. Quærit hic Simplicius quæ sit vna substantia, & quid significet generis nomen, & quæ sit vna contrarietas circa genus substantiæ consyderata, & ob quam causam, cùm communia omnium rerum naturalium principia inuenire proposuisset solam subam, & contrarietatem s̄m ipsam accepit, quo pacto. n. generationibus s̄m alia prædicamenta adaptabitur contrarietas s̄m subam.

Sunt igitur plures quæstiones hæ, quarum Prima est quæ sit vna substantia. Alex. respond et substantiam prædicamentalem esse corpus compositum ex materia, & forma, & sic per nomen generis substantiæ intelligit compositum, vel id, quod significat compositum ex materia, & forma. Secūda quæstio est, quæ sit vna D contrarietas circa genus substantiæ consyderata. Et ex his, quæ Alexand. ait, dici potest, ꝙ solum in genere substantiæ s̄m singulas species vel genera subalterna est vna contrarietas: in hoc. n. solo genere vna sola cōtrarietas videtur, quæ videlicet est s̄m formam & priuationem: at in cæteris prædicamentis, quæ contrarietatem babent, multæ sunt contrarietates. quoniam secundum singula genera, quæ sub qualitate sunt, vna est contrarietas, vt in colore vno existente genere album & nigrum, in habitu, virtus & vitium, in sapore dulce & amarum, & in aliis prædicamentis & generibus pari ratione: igitur in substantia est vna sola contrarietas singulorum generum atque specierum. in cæteris vero generibus tot, quot genera sint, veluti in qualitate, tot, quot qualitatis sunt genera, & in vnoquoq; similiter. Tertia quæstio, quid sit genus vnum,

Quæstio prima.

Qua nam substantia vna sit.

Quæstio secunda.

Qua sit vna contrarietas.

Quæstio. 3. Quid Genus vnum.

& Alexã. dicit genus vnum esse quod diuiditur in species, & non in genera, vt substantia, vt qualitas, vt quãtum, & id genus. est igitur rõ, in omni genere vno vna est contrarietas: substãtia est genus vnum: igitur in substantia est vna contrarietas. vnius vero contrarietatis duo sunt principia: igitur non infinita sunt principia.

Quæstio. 4.

Quarta quæstio, sed, si vnum genus substantiam dicit, cum prius dixisset in substantia non esse contrarietaté non recte nunc asserit in substantia esse vnam contrarietatem. Ad hæc, si solius trasmutationis ẽm substantiam quærimus contrarietatem, nunquid ẽm alia prædicamenta oporteat accipere communem contrarietatem. Sed diluitur prima ratio, qm̃ superius sustulit eam contrarietatem, quæ ẽm species, & formas, hic vero contrarietatem affert, quæ est ẽm habitum & priuationem. Diluitur secunda ab Ammonio, ꝙ ideo quærimus principia substantiæ: qm̃ in substantia alia prædicamenta habent esse, & sic licet plures sint primæ cótrarietates, vna tamen est primo prima, quæ in substantia est, vt Alexan. confirmauit: forma igitur & priuatio prius quidem in contrarietate ẽm substantiam apte dicentur, secundaria autem ratione in alijs contrarietatibus, quæ sunt ẽm alia prædicamenta. nam & in illis est hoc quidé forma, illud autem priuatio. quare licet plures sint contrarietates primæ, m̃ vna sola est primo prima, ea videlicet, quæ ẽm substãtiã est. Syrianus vero ꝑ genus vnum intelligit prædicamentũ, quod ideo vnã habere cõtrarietaté ait, qm̃ licet essent multæ tñ in vnã reducuntur in excessum. videlicet, & defectum, qui ẽm vnumquodq; prædicamentũ recte sumuntur: qm̃ contrariũ, quod melius ex, excessus est contrariũ vero, qđ est peius, defectus est. vnde in quanto alius excessus est, alius in quali, alius in vbi, & sic in omnibus. Alexã. etiam ꝑ vnum genus ẽt vocat vnum subiectũ. mox. n. Arist. est suppositã in vnoquoq; naturã genus appellare: quemadmodũ igitur in numero cõtrarietas vna cósyderatur imparis & paris, & in sapore, dulcis & amari, & in superficie, lenis & asperi, sic in substãtia, vna cótrarietas consyderatur, formæ & priuationis. Sed Simplicius disputando contra Syrianum, obijcit: qm̃, si ꝑ contraria intelligit excessum ac defectum, tunc solius quantitatis propriæ contrarietas esset, & in alijs prædicamẽtis non nisi propter quantitaté. Contra vero Ammoniũ & Alex. qm̃, si substantia esset genus primo primum, non decé essent prima rerum genera. Insuper, si Alex. intelligit per genus vnum subiectum & materiã, cum nódum de materia aliquid dixit, adduxisset ignotum quippiã in declaratione alterius ignoti, & si ꝑ cótraria intelligit formam & priuationé, tunc nó in sola substantia essent hæc, sed in omni prædicamẽto: qm̃ albedo, cũ adest, forma dr̃, cum vero abest, priuatio, & in alijs predicamentis similiter. pp hæc Simplicius tandem intelligit per substantiã, substantiam, quæ in trãsmutatione est, & per genus vnum, intelligit naturã cómunem ad plura, & per contraria intelligit ea, quæ plurimum inter se differunt, quæ in omni prædicamento non sunt plura duobus, in quali. n. vna est suprema cótrarietas simile & dissimile, in quanto vero æquale, & inæquale, sic & in substantia quæ cómunis est, forma & priuatio. Ad hæc igitur Simplicius se resoluit. postea aliter dicit & asserit Aristo. per substantiam intelligere substantiale, & hoc pacto in omni ꝑdicamento est substantiale, ẽm quod generatio & corruptio dr̃, quare ꝑ substantiã intelligit nũc circa quam generatio, & cor-

E ruptio est. hoc pacto videtur. Simplicius exposuisse.] Sed tunc est dubitatio, quomodo syllogismus intelligetur: cum. n. dicitur in omni vno genere est vna prima contrarietas: substantia est vnũ genus: ergo in substantia est vna prima contrarietas, non. n. video quonam modo maior, & minor possint intelligi ad propositum. Ideo tandem visum est mihi Aristot. probare, quod proposuit. videlicet ꝙ principia non sint infinita, & tunc ratio sic intelligitur, in omni genere est vna prima contrarietas: substantia est vnum genus, & quãtum est vnum genus, & quale est vnũ genus, & sic omne prædicamentum est vnum genus: igitur in substantia est vna prima contrarietas, & in quanto vna prima contrarietas, & sic in cæteris: & cum cuiuslibet contrarietatis duo sint principia contraria: ergo non erũt plura quam viginti principia contraria, non igitur infinita:

Dilucida.

F & tunc per genus intelligit prædicamentum. quod vnum esse asserit, quia licet multa sint, tñ ordine vnum est: & per prima contraria intelligit formam & priuationem, quæ coaptãtur vnicuiq; prædicamento, vt in substãtia formam, & priuationem substãtialem, in quali aũt formam & priuationem qualitatiuã, & in quãto silr, & sic cessant oẽs obiectiones. Nã cum quærebatur quid per substantiam intelligat in minore, patet Arist. intelligere prædicamentum substantiæ, quæ ordinatio est oĩum gñabilium, & corruptibilium substãtiarum. Et patet per genus vnum Aristo. in maiore intelligere genus prædicamentale: nó. n. pót intelligere genus pro subto, cum nódum de materia sit locutus. Insuꝑ patet eum intelligere ꝑ cõtrarietatem, cõtrarietatem primã ꝗ vna est oĩ prędicamẽto. tres contrarietates in eodem genere esse possint, vna tñ est prima, ad quã aliæ redu-

H cũtur, & est formæ & priuationis, quæ in oĩ genere est prima. Patet ẽt Arist. accepisse in minore ꝙ substantia sit genus vnum, sed ꝙ intellexerit de cæteris, ꝙ vnumquodq; sit genus vnum, & sic habebitur non esse plures decé contrarietatibus, & consequenter nó esse plura, quam viginti principia contraria, quare nó infinita. ea aũt quæ simplicius dicit, sunt cófusiones potius quã expositiones. Hactenus de secunda ratione. Deinde assignat tertiam rationem, & potest intelligi vno modo, vt exponit Simplicius, si quæ quæruntur de generabilibus & corruptibilibus, melius assignantur per finita quam per infinita, principia rectius ponuntur finita, sed duo quęruntur de gñabilibus, & corruptibilibus videlicet generatio, & scĩa: & hæc melius per principia finita assignantur, vt fecit Empe. ꝗ per infinita, vt fecit Anax. igitur principia sunt finita. dicit. {Et quod con-

Tertia ratio. Syllogismus hypotheticus.

G tingit}, s. aut cognosci, aut fieri {ex finitis} principijs, {melius ex finitis, quemadmodum Emped. ꝗ ex infinitis,} subaudiatur positio antecedentis, sed fieri, & cognoscere generabilia, cótingit ex finitis, {oĩa nãq;}, s. scientiam & generationé {assignare opinatur}. s. Emp. {quemadmodum Anax. ex infinitis.} addatur positio consequentis, videlicet, ergo melius ponantur principia finita. hæc est expositio bona. Aliter potest ratio intelligi sic, quod contingit per finita, melius per finita principia adimpletur: generatio & corruptio contingit per principia finita: probatur. {omnia nanq; ex finitis assignare opinatur} Empedo. {Quemadmodum ex infinitis Anaxago.} prima expositio intelligit ꝑ omnia generationem ac corruptionem & scientiã, secunda expositio intelligit per omnia, quæ ad generationem & corruptionem attinent, aut ipsam generationem

tionem & corruptionem. Deinde assignat rõnem, q̃ sic cõponitur, quæcũq; semper manent, sola sunt principia: prima principia semper manent: igitur principia prima sola sunt principia. Tunc vltra, prima principia nõ sunt infinita, & prima principia sola sunt principia: igitur prima principia non sunt infinita. Sylñ principalis maior supponitur, vt notissima, minor ꝓbatur: qa principia posteriora non semper manent, cum fiant ex primis ipsis principijs.

Quæstio. Quo nam mõ prima principia semp maneat.

Sed tunc est qõ, quonam mõ prima principia semp manent. Rñdet Alex. Arist. intelligere per prima principia semp manere, ipsa esse ꝑpetua ac æterna, nõ qdẽ sm rõnem particularẽ, sed vlem. Sed hæc expõ refutatur in cõmentarijs & à Simplicio, qm̃ tam prima q̃ posteriora principia sm rõnem vlem sunt perpetua. Ammonius vero intelligit per principia prima semper manere, i. semper esse, terminos cuiuslibet transmutationis, quo pacto posteriora principia nõ semp manent, qm̃ nõ semp manent termini trãsmutationis: forma. n. & priuatio, vt Simp. oñdit, semp manẽt termini trãsmutationis, albũ aũt & nigrum, vel dulce & amarũ, vel cætera id genus, non semp manent. non. n. cuiuslibet trasmutationis sunt termini. Sorticolæ vero occurrũt, vt in cõmentarijs diximus: quia, qñ forma est, tunc nõ est priuatio, & qñ est priuatio, tunc non est forma: igiẽ non semper manẽt. Dicẽdum Ammonium intellexisse hæc semper manere terminos generationis ad hunc sensum, vt nibil fieri aut corrumpi possit, quin sit de vno horum in alterum, siue sint simul, siue successiue. Multa alia in cõmẽtarijs diximus. asseruimus. n. prima principia semper manere, non respectu tẽporis. sed respectu eius rationis, quæ ipsis competit: qm̃ semp manent principia nunq̃ mutãtur ad rationem principiati. at contra posteriora, licet aliquãdo maneant principia respectu aliquorum, non tñ immutabiliter, cum respectu aliorũ possint esse principiata. Sed, vt diximus, melius cum Ammonio dicẽdum, prima principia semper manere nõ quo ad dñiam temporis, sed quo ad immutabilem rationem terminorum, quatenus sunt termini cuiuslibet mutationis, & ad quos stat vltima resolutio, & qui supponantur cuilibet mutationi. hac ratione posteriora contraria non semper manent, cum non cuilibet transmutationi supponantur, nec termini sint, ad quos omnis transmutatio resoluatur. Ex ijs potest aliter componi ratio textus, hoc pacto, si principia sint infinita, oportet omnia contraria ponere principia & priora, & posteriora: tenet consequentia, quia priora sunt pauca, & ad tãtum numerum nõ sufficerent, quare oportet ponere omnia, vt sint principia. sed destruit consequens. quoniam omnia poni nõ possunt: non. n. posteriora poni possunt, cũ principia prima oporteat semper manere, & posteriora non semper manent, vt expositum sm Ammonium.

DILVCI. *Cum aũt ipsa finita sint: ea duo tãtum nõ facere, rõnis habet nõ nihil. Dubitauerit. n. non iniuste quispiã, quonã mõ dẽsitas ipsa raritatẽ facere apta sit, aut hæc densitatem? & alia quæuis cõtrarietas simili modo: non enim concordia discordiã aut è contra discordia concordiam congregat, & aliquid facit ex ipsa, sed aliud tertiũ quoddã ambæ. quidã uero sunt qui & plura sumunt, e quibus eorum quæ sunt naturam conficiunt.*

ANT. *Quoniã aũt finita facere non est facere duo tantum, habet quandã rõnem. Dubitauit. n. utiq; aliquis quo mõ densitas raritatem facere apta sit aut hæc densitatẽ. Similiter aũt et alia quæcũq; contrarietas: non. n. cõcordia discordiã cõducit, et facit aliquid ex ipsa, neq; discordia ex illa, sed alterũ quoddã tertiũ. quidã aũt et plura accipiũt, ex quibus parãt entiũ naturã.*

Quòd vero non tñ duo sint principia generationis & corruptionis rerum naturalium. Et si Arist. interrogatorie procedat ex verbis suis, tñ illis quæ Themistij. sic syllogizo, nulla duo contraria se transmutare possunt absq; tertio: sed prima principia sunt contraria, & prima contraria: igitur inuicem trasmutari nõ possunt absq; tertio. & ita pro transmutatione necessariũ est tertium vtriq; subiectum. Primo proponit conclusionẽ. & inquit. {Cum autem ipsa finita sint, ea duo tñ non facere, rationis habet non nihil} hæc conclusio, hanc probat, & procedit interrogatorie, & inquit. {Dubitauerit. n.} vbi illa sint duo tñ non iniuste quispiam. quonam modo densitudo ipsa raritudinem facere apta sit absq; tertio, aut contra hæc raritudo quo modo densitudinem? & alia quæuis contrarietas simili modo. non enim concordia discordiam, aut è contra discordia concordiam congregat. & aliquid facit ex ipsa, sed aliud tertium quoddam ambæ faciunt. & in quo mutuo recipiuntur. per hæc voluit habere hanc maiorẽ, nulla contraria inuicem transmutantur absque. 3. quasi rem hanc per testimonium confirmans inquit, Quidã vero sunt qui & plura sumunt, è quibus eorum q̃ sunt, naturam conficiunt, & sic concedunt syllogismum & conclusionem. & videntur non tãtum duo esse generationis & corruptionis principia.

Commen. 51. Auer.

{Cũ daclarauit.} Primo textũ introducit declarans, quid factũ sit, quiduc agẽdum. deinde accipit maioris vim, nulla contraria recipiũt sua cõtraria, hoc est nullũ contrariũ alteratur in suum contrariũ sine tertio: hanc probat exemplis, quia neq; calidũ quatenus calidũ recipit frigidum, neq; frigidum quatenus frigidum recipit calidũ. & dicit quatenus calidũ, aut quatenus frigidum, quia calidum, vt remissum, potest stare cum frigido, & è contra frigidũ, vt remissum, cũ calido. non aũt calidum vt calidum, quia sic omne calidum cum omni frigido stare posset, adeo ꝙ calidum vt octo cum frigido vt octo stare posset. Sic igiẽ patet, nullũ contrariũ esse subiectum alterius. & ita patet maior, cui subaudi minorem, & inferas conclusionem, vt in expositione fecimus, verba patent per seipsa, nec egent expõne.

Nulli contrariũ alteri subiectũ esse pot.

{Et dicit hoc.} Reddit cãm, cur Arist. vsus est teste dicente ad rerũ factionẽ esse necessaria plura. & ait hoc addisse, quia, si oĩa principia essent contraria absq; tertio, oẽ generatũ esset simplex: ꝓpterea oportet, vt sit ex materia & forma, hęc cõsequẽtia patet, quia generatũ ipsum nõ posset esse cõpositũ ex contrarijs, quia illa non pñt se recipi. nec ex materia & altero cõtrario, qa nulla est materia igitur oẽ generatũ esset simplex. Sed cõtra obijcies, quia in cœlo nulla est materia, & tñ cœlũ cõponitur ex materia & forma, vt in lib. de substãtia orbis declaraẽ. Dici põt ꝙ in cœlo est materia alterius rõnis, quã fecit inuenire motus in loco, & sic adhuc est cõpositum. Verũ dubitatio nõ est ad propsitũ. Auer. n. sumit, si oĩa principia gñationis essent contraria, generatũ esset simplex, mõ, de cœlo non est ad propositum.

{Alteratio igiẽ.} Ex ijs cõcludit corollariũ trimẽbre, cuius prima pars est, ꝙ alteratio fecit scire corpora generata esse composita, accipiendo alterationem corruptiue: nam alteratio fecit scire materiam, & naturã materiæ: igitur cõpositionem, ex contrario altero & materia, & sic fecit compositionem. 2. pars est, ꝙ alteratio

tio fecit scire in composito esse plura vno. hoc patet ꝑ idem, quia fecit scire contraria & materiam. ꝫ. pars est, ꝙ maxime per alterationem elementorum scitur compositio illorum, quia illa maxime patet.

{Ista.n.principia.} Sed obiicies, materia & forma & priuatio non sunt cõia, nisi mixtis: igitur nihil ad elementa. rñdet, ꝙ hæc tria, de quibus in hoc libro perscrutatur, sunt cõia elementis & mixtis, & non tantum mixtis. Ideo hic liber est communis & primus.

RECOGNITIONES.

Conclusio textus.

SEcundum Simplicium & Them. cùm declarasset ꝙ prima cõtraria, quæ sunt principia, sint duo, hic vult tertium principium inducere, quod contrariis subiicitur, quod est materia: & hanc inducit pluribus argumentis. ꝙ ſm Simpliciũ conclusio textus est, ꝙ prima contraria non sint principia, si per se sumerentur. & resoluit rõnem textus ad artẽ prioristicam hoc pacto syllogizando, principia efficiunt aliquid: patet, qm̃ principia sunt. contraria prima non aliquid efficiũt, si per se sumantur, s. absq; tertio: igitur contraria prima non sunt principia, si ꝑ se sumantur. ꝙ autẽ prima cõtraria non aliquid efficiant, si per se sumantur, patet ex hoc, oẽ illud, in qđ agens agit, ꝑmanet: contrarium nõ permanet: igitur contrariũ non est, in quod agens agit. Sed hæc expõ parum aut nihil differt ab illa Themistij, q̃ nos secuti sumus in cõmentariis. mõ, illa non placet nobis nunc, qm̃ Ari. non probauit hucusq; ꝙ duo sint principia, sed ꝙ neq; vnum sit principium tm̃, neq; infinita, vnum quidem non, qm̃ sunt inuicem contraria. infinita vero minime, propter quatuor rões. mõ, non valet hæc cõsequentia, prima contraria non sunt vnũ, neq; infinita: ergo principia prima, quę sunt prima cõtraria, sunt duo. & propterea magis ad verba vr̃ mihi, ꝙ, cùm declarasset principia esse infinita, nunc probat ꝙ facere principia finita, non sit facere duo tm̃ & hoc proponit, & dicit. {Qm̃ autem finita facere non est facere duo tm̃, habet quandam rõnem} & dixit {quandam rõnem,} quia non habet rationem efficacem, sed probabilem ſm opiniones eorum, qui loquuntur de principiis. & ratio q̃ affert potentia est hæc, quia nulla prima contraria transmutantur inuicem sine tertio: sed prima principia sunt prima cõtraria: igitur prima principia non transmutantur inuicem sine tertio. Procedit autem ad probationem maioris interrogando, vt ostẽdat rõnem hanc esse probabilem: cùm.n. procedimus probabiliter, interrogando ꝓcedere debemus. 8. Top. vt captato consensu rñdentis habeatur propositiones. & supponit in textu prima principia esse prima cõtraria. vnde dicit. {Dubitabit.n. aliquis quo modo densitas raritatem facere apta sit, aut hæc densitatem, sīr autem & alia quæcunq; contrarietas: non.n. concordia discordiam conducit, & facit aliquid ex ipsa, neq; discordia ex illa, sed vtraq; alterum quoddam tertiũ}, s. faciunt. Quo vero ad hæc verba attinet, animaduerte Aristo. locutum esse more veterum, qui non cognouerunt formam esse diuersam ab efficiente causa. nam ſm Arist. densitas non facit, sed agens ex densitate facit raritatem, neq; concordia efficit, sed agens ex concordia facit discordiam, sed quia sic vel aliter dicere parum refert, Aristo. vsus est modo loquendi veterum. similiter, cum dicit. {Sed vtraque alterum quoddam tertium.} s. faciunt, loquitur more veterum, non.n. vtraq; faciunt materiam, sed agens ex vno contrario inducit alterum in materia.

Syllogismus.

E *Insuper etiam id ambiget quispiam, subiicitur uel ne contrariis ipsis natura quædam alia? Nam nulli rei uidemus subiecta esse contraria Principium rursus, de nullo subiecto dicatur oportet, alioquin principij principium erit: nam subiectum principium & prius prædicato esse uidetur. Præterea, substantiam non esse substantiæ contrariam dicimus. nam quo pacto substãtia ex non substantijs erit, aut non substantia, quo modo prior substantia?* DILVCI.

Adhuc autem amplius et hoc dubitauerit aliquis si ne quis alteram supposuerit contrarijs naturam? nullius. n. uidemus entium substantiam contraria. Principium autem non de subiecto oportet dici aliquo. erit. n. principium principij: subiectũ enim uidetur principium & prius prædicato esse. Amplius nõ esse dicimus substantiam contrariam substantiæ. quo modo igitur ex non substantijs substantia erit, aut quomodo prius non substantia, substantia erit? ANT.

F Hunc textum nemo, vt mihi videtur, intellexit, nisi lucidus doctor Themistius. conclusit.n. Arist. tertium subiectum vtrisq; contrarijs, contra hoc dubitat ꝑ tres rationes. prima, ipsa principia in nullo subiecto collocari debent: igitur nullum est subiectum primorũ principiorũ. Añs declaratur, quia aliter principij esset principium. nam subiectum videtur prius esse ijs prædicatis quæ in subiecto continentur: sed contraria ꝑ te in subiecto sunt omnia: igitur non sunt principia, & ita si esset materia, prima contraria non essent principia. Secundo arguit, principia non sunt contraria: igitur nõ oportet materiam subijci. Antecedens declaratur, nulli rei subiecta sunt contraria: principia sunt omnibus quæ sunt subiecta, aliter non essent omnibus cõmunia: igitur non sunt contraria. & ita nõ oportet dare tertium. Tertio arguit. principia non sunt substantiæ: igitur nulla sunt. & ita non oportet esse tertium. G Añs declaratur. substantiæ non sunt contrariæ, principia sunt contraria: igitur non substantiæ, & si non sunt substantiæ, nihil erunt, aliter substantia fieret ex non substãtijs. hæc sunt argumẽta dubitatoria, vt Themistius format. Aristo. tamen hunc ordinem non seruat. inquit. {Insuper etiam id ambiget quispiam, subijcitur vel ne cõtrarijs ipsis natura quædam alia?} hæc est dubitatio. Animaduerte tamen verbum illud vel ne græce scribit, εἰ μὴ quod latine multi transtulerunt pro si non, aut nisi: & hoc fuit errandi causa omnibus expositoribus, hic autem interrogatorie, vt mihi videtur accipitur, pro si ne, aut ꝓ vel ne, & id genus, & sic apud Themistium græce legitur. Deinde arguit primo & inquit, nã nulli rei videmus subiecta esse contraria: siue nullius eorũ quæ sunt subiecta videmus esse contraria, nec inter se, H neque rebus quibus subijciuntur. sed prima principia, quatenus prima, omnibus subijciuntur, vt ex illis omnia proficiscantur: igitur non possunt esse cõtraria, nec inter se, nec rebus quibus subijciuntur, & cũ nullo modo sint cõtraria, tertium propter generationem ipsam non est necessarium. Animaduerte ꝙ verbum illud subiecta, siue subiectum græce est, husia, quod in frequentiori vsu pro substantia accipitur. verum hic pro subiecto accipitur, nam & substantia ipsa à subijciendo dicta est, & sic Themi. sentit. & hoc fuit causa vt expositores errarent. Secundo arguit, principium rursus de nullo subiecto dicitur, oportet igitur hæc prima principia, quæ sunt contraria, in nullo subiecto contineri. Antecedens probat, & inquit. Alioquin principij principium erit nam subiectum ipsum, in quo aliquid est, aut de quo aliud dicitur, prius est prædicato, saltem via

si ne εἰ μὴ an si, nisi δὲ autẽ γὰρ enim.

Subiectũ fit per prima est, his quibus subijcitur, saltẽ via originis.

via originis. Animaduerte ꝙ omne subiectum est aut de quo aliud dicitur, & sic est indiuiduum siue inferius & prædicatum superius siue genus, aut cui prędicatum inest, vt in prædicatione denominatiua, vt dicit Boetius in Antepraedicamentis. vbi subiectum est in quo aliud inest. illud sine dubio prius est. prædicato accidente sibi. vbi vero sit indiuiduum, illud prius est generatione prædicato. si quidem vniuersalia generentur per accidens ad generationem indiuiduorum. sic igitur hæc principia in subiecto contineri non possunt, quia non essent prima, haberent. n. subiectum in quo continerentur prius, hæc fuit prima ratio apud Themist. sed de ordine non est curandum. Tertio arguit, aut illa principia prima sunt substantiæ: aut nó est substātiæ: non est dicendú ꝙ sint substantiæ, quia nihil eis esset contrarium, nec inter se essent contrariæ. si sunt non substantiæ, tunc substantiæ non essenr ex illis, quia ex non substantijs non constat substantia. cum igitur nec sit, nec sic talia principia contraria esse nó possunt & per consequens nulla erit materia, inquit. {Præterea substantiam non esse substantiæ contrariam dicimus} igitur hæc non possunt esse substantiæ. ꝙ nec possint esse non substātiæ, probat & inquit. {Nam quo pacto substantia ex non substātijs erit, aut non substātia quo modo prior est substantia} cum igitur hæc contraria principia substātiæ esse non possint, quia cōtraria sunt, neq; non substantiæ, quia ex ijs substantiæ non essent. Oportet dicere, si sunt illa esse non cōtraria, & per cōsequens nulla erit necessitas materiæ, quę propter cōtraria ipsa ponitur. hæ sunt rationes probabiles pro dubitatione, vt lucidus doctor Themist. exposuit, & nos clarius accommodauimus literæ. vbi vides aperte literæ difficultatem, & malas latinorum expositiones.

Commen. 52. Auer.

{Quia ratio.} Auer. aliter literam introducit, & extra propositum, vt sui moris est. vult. n. ꝙ Arist. in textibus præteritis per rationes probabiles cócluserit principia esse contraria, vt multis modis patuit, núc vult ꝙ arguat ad partem contrariam problematis, ꝙ nó sunt cótraria. huius causam affert, vt colligat duas subcōtrarias. per primas quidem rationes habeat aliqua principia esse contraria, vt sunt forma & priuatio. per rónes oppositas habeat aliam subcontrariá, videlicet, ꝙ q̃dá non sunt contraria, vt sunt materia & forma, aut materia & priuatio: rationes probabiles q̃ñ sunt pro vtraq; parte, faciunt veritatem non secundum totum. sed secundum partem, & hoc est dicęre subcontrariæ.

Rationes pbabiles ad partes.

{Et iste sermo.} Prima ratio, ꝙ principia nó sint cōtraria hæc est. nulla contraria sunt substantiæ: principia rerum naturalium sunt substantiæ: igitur nó sunt contraria. Prosyllogizatur maior substantiæ non dicū tur de subiecto: contraria dicūtur de subiecto: igitur contraria non sunt substantiæ. Prosyllogizatur minor: principia substantiæ debent esse substantiæ: principia rerum sunt principia substātiæ, vt patet: igitur sunt substantiæ: hos igitur tres syllogismos intellexit Auer. suis verbis. & hæc est prima ratio.

{Sed ista consequutio.} Respondet huic rationi, & negat maiorem principalis syllogismi. nam in substantia possunt esse contraria, sm priuationem & habitum & per idem ad illius probationem. maior. n. intelligitur de contrarijs positiuis. hæc. n. dicuntur proprie de subiecto, sed de priuatiue oppositis illud non tenet.

{Deinde induxit.} Secunda ró. substantiæ non sunt A contrariæ: principia sunt substantiæ: igitur non sunt cōtraria. Hæc ratio nó differt à prima, nisi quia prima est in secúda figura, hæc vero est in prima figura: & sic est quasi prima per conuersionem maioris in terminis.

{Et modus.} Soluit generatim, ꝙ, quando ex vtroq; latere sunt rationes probabiles, oportet eas concedere sm partem, & sic concedo primas per forma, & priuatione: hæc. n. sunt cōtraria. cōcedo vero secundas pro materia & forma vel priuatione: nam hæc non sunt cōtraria, & vtraq; pars est vera.

{Et simr etiá.} Speciatim soluit rationes ꝓ hac parte quæ negat ipsa principia esse contraria, & vult substātiæ nihil esse contrarium sm subiectum & materiam, sed bene est ei aliquid contrarium secundum formas.

{Et hoc adiuuat.} Tágit pónem Alex. & illius róné. Pó est, ꝙ sbæ elementariæ sunt contrariæ sm formas, B non aút sm materias. ró aút est, quia principia substātiæ sunt cōtraria. Tunc Alex. vult substātias cōpositas nó esse cōtrarias, vt mixta, bene simplicia, vt eleméta.

{Et Alex.} Contra obijciebatur Alex. quia in Prædicamentis dicitur, substantiæ nihil est contrarium. Respondet, illud esse verum in mixtis atq; perfectis substā tijs, in simplicibus vero non est verum.

{Arist. n.} Quòd aút non in simplicibus illud sit verum, patet, quia. 2. de. Gener. Arist. cōm. 49. asserit elementa ipsa esse contra, & sic, si non est sibi contrarius, oportet ipsum glosaræ, vt diximus. Animaduertendú tñ Auer. hæc dixisse non ad mēté propriam. si. n. substantiæ non sunt contrariæ propter subiecta, nec accidentia essent cōtraria, hoc modo, ꝓpterea huic obijcit Auer. 5. huius cōm. 10. & vsq; in illud derelinquatur tēpus. Hæc est expó Auer. in hoc tex. q̃ quá de via sit à li- C tera, tu qui nostras vides trāslationes, necnó expōnes dijudica: hic. n. cum barbarus sit, verba Arist. sæpe male intelligit, quáq; ex græcorum fragmentis bonas enodet quæstiones, & inde magni Commentatoris nomen nactus est. dij boni quantum prodest studium bonorú librorum, atq; exercitium bonis in literis.

Nota.

De expositionibus Auer.

Quærit hic nouus Expositor duo. Primum, an materia habeat rationé principijs magis quá forma, vel priuatio. Secundo quærit, an materia sit magis substantia q̃ forma. Hæ quæstiones non sunt ad propositú, proficiscuntur. n. ex malo intellectu verbotum Arist. nam Arist. nihil. dicit hic assertiue. vt Autumat ipse quemadmodum tam per expositionem Auer. q̃ per expositionem Themist. patet. & si essenr ad propositum non videntur bene solutæ. Respódet. n. ad primam, ꝙ forma habet rationé principij magis, quia est principalius id; quo res habet esse: & per idem ad secundam: cú. n. for- D ma sit quo res sit, & substantia non habeat ab eo quod est, iure forma erit principalia substantia. Prima solutio nulla est, q̃ñ quæstio quærit, vtrú materia habeat magis rationem principij, & non rationem causæ, & tunc vt forma est principium principale generationis, ita priuatio & materia principale corruptionis: igitur in róne principij non magis vnú q̃ alterum erit magis, & ꝓpterea concedo neutrum neutro esse magis principiú, licet causa sit potior forma q̃ materia. Secunda ēt nó valet, quia vt Themist. ait, substantia quæ græce est, husia, rationé nanciscitur ab ipso subijci, q̃ñ materia principaliter subijcitur, & est id quo omne quod est subiectum subijcitur, iure materia ipsa rationem substantiæ magis sortitur. Propterea potest aliter dici, aut sm qđ nomen substantiæ significat, aut sm rationem. vnde

Dubitationes noui expositoris.

Reprehēsio secunda.

nomen

nomen sumptum est, sm id quod significat, sic forma est magis substantia, quia, per ipsam omne compositum est substantia. Si secũdũ rationem vnde nomen deriuatum est, materia est magis substantia, quia ipsa magis habet rationem subiecti, est id duo subijcitur cõpositum. Hæc de his.

RECOGNITIONES.

IN commentarijs hunc textum induximus interrogatorium. nam, cum in proximo textu probasset contrarijs principijs subijci tertium, quod materiã appellamus, dubitat nunc contra tale tertium contrarijs subiectum ideo lege sic. {adhuc autem amplius & hoc dubitauerit aliquis, siue quis alteram supposuerit contrarijs naturam}. i. an altera contrarijs sit obijcienda natura? ecce quomodo interrogatorie textus legendus est. sed quo modo rationes, quibus dubitatio habeatur, sint conficiendæ, in cõmentatijs dictus est modus Themistij, sed nunc videtur, ꝙ ratio sic conficienda sit, si prima principia non sunt contratia, tertiũ, qđ erat materia, non est ponendum. sed prima principia non sunt contraria: igitur tertium non est ponendum.

1. Syllogismus. Huius rationis probat minorem rationibus, quarũ prima est, substantiæ rerum naturalium non sunt contrariæ: principia rerum naturalium prima sunt substantiæ igitur non sunt contraria. de hac ratione tangit maiorem, & dicit. {Nullius. n. videmus entium}, s. naturaliũ {substantiam contraria} subaudi esse alijs cõtrarijs in cõmentarijs per substantiam subiectum intelleximus, & quidem non ab ratione. At nunc per substantiã fortasse essentiã intelligit: sunt. n. rerum ipsa principia vniuersa earum rerum essentia, ex quibus res naturales ipsæ describuntur, quatenus sunt generabiles, & corruptibiles, cum igitur rerum naturalium essentiæ nõ sint G contrariæ, iure nec principia rerum naturalium prima erunt contraria, quæ sunt earum essentiæ, & substantiæ. & cum dixit nullius entium naturalium substantiã, id est essentiam, esse cõtraria: qm̃ essentia alicuius, nec contrarium, nec contraria copulatiue sumpta esse potest. vnde syllogismus erit, nulla rerum essentia est contrarium alicui, nec contraria inuicem copulatiuè sumpta: prima rerum naturalium principia sunt essentia earũ, aut seorsum, aut copulatiue sumpta: igitur non sunt contraria.

Secunda rõ. Secunda ratio sic componitur, per quam probat eandem minorem, prima contraria sunt prędicata de subiecto aliquo: prima rerum naturalium principia non sunt prędicata de subiecto aliquo: igitur non sunt contraria. Maior patet ex contrariorum definitione. sunt. n. contraria ea, quæ circa idem subiectum mũtuo inuicem transmutantur, mutuoq; inuicem prędicãtur. H Minor in textu probatur, quia, si prima principia de aliquo subiecto essent prima, quia subiectũ, de quo illa prædicarentur, essent eis prius. quandoquidem subiectum semper prius prædicato videtur, & dixit. {subiectum videtur prius prædicato, quia res hæc habet. q. at nunc, vt probabile assumit, nam sm veritatem in substantijs subiectum est prius prædicato suo sm quid, in accidẽtibus vero subiectum prædicato simpliciter est prius. de ratione hac probat minorem, & dicit. {principium}, s. primum {non de subiecto oportet dici aliquo,} cuius rationem subdit, {erit. n. priocipium principij} cuius ratio subdit, {erit. n. principium,} cuius rursus rationem affert, & dicit. {Subiectũ. n. videtur principium & prius prædicato esse.} Deinde epilogat primam rationem: qm̃ illius nõ probauerat minorem, &

E dicit. {Amplius non esse dicimus substãtiam contrariã substãtiæ,} subaudi tu, & prima rerum naturaliũ principia sunt earum substantiæ, cuius probationem affert ꝑ interrogationem. & dicit. {Quo modo igitur ex nõ substãtijs substãtia erit?} & subaudi & prima principia sunt ea, ex quibus sunt rerum naturalium substantiæ: igitur sunt earum substantiæ. Deinde probat alia ratione eãdem minorẽ, videlicet, ꝙ principia prima sunt rerum naturalium substantiæ, & dicit. {Aut quo modo prius non substantia, substãtia erit?} sed subaudi prima rerum naturalium principia sunt priora rebus naturalibus, quæ substantiæ sunt: igitur sunt substãtiæ. Hæc de prima ratione, quam epilogauit: qm̃ superius nõ ꝓbauerat minorem. *Expõ. Alexã.* Alex. vero asserit non esse hic tres syllogismos, sed duos cõtra Themistium, quorũ primum sic componit, contraria nulli subiacẽt, principia F subiacent, quia supponuntur, cõia omnibus: nõ igitur principia sunt contraria, & sic per substantiam intelligit id quod subiacet. Secundum syllogismum componit sic. contraria dicuntur de subiecto: principia nõ dicuntur de subiecto: igitur principia non sunt contraria, & sic sm Alex. Arist. argumentatur cõtra illud, qđ supposuit, ꝙ videlicet principia sint cõtraria & nõ cõtra tertium, quam expositionem approbat Auer. *Ratio Simpli.* Simplicius vero exposuit, vt nos diximus ꝙ hoc sit problema, videlicet, vtrum sit alia natura subiecta primis ipsis principijs: & argumẽtum est, ꝙ nõ. qm̃ si oportet esse aliam naturam, erunt principia prima cõtraria: sed prima principia non sunt contraria: igitur nõ est alia natura. minor probatur, vt diximus, & Simplicius sic componit, contraria sunt & in subiecto & accidẽtia: prima rerum naturalium principia non sunt accidẽtia in subiecto: igitur principia prima nõ sunt cõtraria. de ratione tãgit maiorem. primo cum dicit. {Nullius. n. videmus entium substãtiam contraria.} .i. contraria sunt accidẽtia in subiecto, & hæc fuit maior: & sic per substãtiam intelligit proprie substantiam, qm̃ prima contraria nõ sunt substãtiæ, sed accidentia in subiecto, *Principia prima subiectum non habent.* Deinde tãgit minorem, & illius probationem quo ad eam partem, q̃ est, ꝙ prima principia non habeãt subiectum hoc pacto. quod de subiecto dicitur, vel subiectũ habet, principium habet: prima principia nõ habet principiũ: igitur non habẽt subiectum. Tangit minorem & illius expositionẽ: & primo minorẽ principalis syllogismi. ibi {Principium aũt non de subiecto oportet dici aliquo} .i. primum principium non habet subiectum aliquod. Deinde probat hanc minorem, quo ad primam partẽ vt habet, & sic sm Simplicium vna est ratio: deinde. ibi H {Amplius non esse dicimus,} sm simplicium hic intendit syllogismos, per quos probat secundam partem minoris, videlicet, ꝙ prima principia non sint inuicem accidentia contratia, quorum primus est, substantia contrarium non habet: contrarium contrarium habet, cõtrarium igitur substantia non est: &, cum rerum naturalium principia sint substantiæ: igitur non habent cõtrarium. ꝙ vero sint substantiæ, probat per sm syllogismum: qm̃ non substantia non est causa substantiæ: prima principia sunt causæ substantiæ: igitur non sunt non substantia, & sic sunt substantia. Insuper per syllogismum tertium, non substantia non est prior substantia: ptima principia sunt priora substãtijs, videlicet naturalibus: igitur non sunt non substãtia, sunt igitur substantiæ, & sic syllogismus hic vnus est, cuius minor ꝓbatur ꝑ duos syllogismos. Nostra vero expositio clarior

rior est, quoniam Ari. intendit vnum syllogismum hypotheticum, cuius minorem probat duabus rónibus, quarú primam epilogauit, vt probaret minorem. ergo in hoc textu sunt tres expositiones, quarum est prima nostra, secunda Alex. quã Auer. sequitur, tertia Simplicij, quæ conuenit cum nostra quantú ad problema, differt aũt quantum ad rationes problematis. A

DILVCI. *Quamobrem, si quis priorem et hanc rationem ueram esse putauerit, si utrasque rationes illas seruare uoluerit, necesse est tertium quoddam subijcere, quemadmodum aiunt, qui solã unam naturam uniuersum esse asserunt, ut aquam, aut ignem, aut medium inter hæc,*

ANT. *Vnde & si aliquis & priorem ueram putauerit esse rationem, & hanc necessarium est si debet seruare utrasque rationes supponere quodam tertium, quemadmodum dicunt unam quãdam naturam esse dicentes ipsum omne. ut aquam, aut ignem, aut medium horum.*

Ex contrarietate principiorú, est conclusa materia, ex nõ contrarietate, est materia ipsa ablata: igitur factę sunt pro vtraq; parte rationes. priores rationes in principijs oppositionem persuadẽt. posteriores vero à principijs oppositionem tollunt: propterea, si ambæ partes sunt veræ, oportet dare tertium: nam sic per eiusmodi dabuntur duæ subcontrariæ simul veræ. Est.n. regula topica, quoniam in vno problemate sunt rationes pro vtraq; parte, problema est terminandú subcontrarię pro vtraq; parte, vt vtrum omnis homo sit albus, si sunt rationes quod oĩs homo est albus, & rationes quod nullus hõ est albus dicetur, quod quidam homines sunt albi, vt Scithæ, quidã vero non albi, vt Aethiopes. cum igitur primæ rõnes dent prĩcipia esse cõtraria, posteriores vero quod nõ sunt contrarię, erunt aliqua contraria, aliqua vero non erũt contraria: & sic illud problema, vtrum detur materia, iã terminatum est ad partem affirmatiuam, & hæc est expositio Themistij. Sed Arist. rationes tñ in generali persoluit, videtur modo quod adhuc in speciali rationes proximi textus quæstionem faciant. Propterea respondetur per ordinem. Ad primum dico nulla subiecta esse contraria de subiecto in quo, aut de subiecto de quo subiectum in quo est substantia respectu accidẽtis; subiectum de quo est inferius respectu superioris, vt dicit Boetius. & sic concedo, quod talia subiecta non sunt contraria prædicatis, possunt tñ esse contraria inter se. Prima principia non dicuntur subiecta hoc modo, sed sumendo subiectum pro requisito aut præsupposito, & hoc modo possunt esse cõtraria inter se, & si non respectu eorum quibus presupponuntur. Ad sc̃dm r̃ndet Them. & (vt mihi videtur) vult contraria illa supponere materiam pro generatione rerum, & respectu materiæ non sunt principia, sed respectu generationis rerum, nec inconuenit principia habere prius quid, non respectu eorum, quorum sunt principia. Ad tertiam soluit Auer. quod in substantia est contrarietas priuatina, nõ positiua. Animaduertendum quod duo problemata sunt. Primum, vtrum materia ipsa sit. Secũdum, vtrum principia sint cõtraria, & quia primú soluitur per sc̃dm, ió Arist. in proximo textu arguit ad sc̃dm, licet ipse mouerit primum. In p̃nti verificãs sc̃dm vult habere solutioñe ad primum, & hoc est magnum huius viri artificium, quod latuit omnes nostros expositores, huius autẽ solutionem confirmat per testes, & inquit. {Quemadmodum aiũt qui solam vnam naturam vniuersum esse asserunt, vt aquam, aut ignem, aut medium inter hæc} & sic patet solutio vtriusq; problematis.

Probabile problema pro vtraque parte terminãdum est.

Commen. 53. Auer.

{Et propter hoc.} Commentum istud glosa nostra non indiget, cum per expõnem literæ sit ẽt declaratú.

RECOGNITIONES.

Postq̃ demonstrauit naturalium rerum principia esse contraria ex eo, quia oẽ quod fit, non ex quocúq; fit, sed ex contrario, & quia omne quod corrumpitur, non id quodcúq; sed in contrarium corrumpitur deinde demonstrauit quod principia non sint contraria, cum hæc pro vtraq; parte egisset, non ex more sophistico, sed s̃m syllogisticam topicamq; diligẽtiam, núc (vt Simplicius autumat) affert artem, quo pacto veterum sermones, priores quidem pro parte affirmatiua, posteriores vero pro parte negatiua, cum contraria videantur dicere, in idem incidant, est autem ars hæc: vt dicamus principia esse contraria, vt demonstratum est B non quidem s̃m se sumpta, sed cum tertio aliquo alio contrarijs subiecto: nam sic etiam dicere possum principia non esse contraria, sunt.n. contraria non ad tertium, sed inter se, & sunt non contraria ad tertium, qđ authoritate veterum probans dicit. {Quemadmodum dicunt vnam. quandã naturam dicentes ipsum omne.} supponentes.n. vnam naturam contrarijs. per quam vnum dicebant esse omne, quod fit, ex hoc omnia generant, {vt} Thales, {aquam, aut} Heraclitus {ignem, aut} Anaximenes aerem, {aut} Diogenes {horum medium.} etenim hi omnes vnam hanc naturam cõtrarijs supposuere, concretione, & secretione, aut raritate, & densitate cætera omnia fieri dicentes ab ipsa. aut alter. Si recte percepisti duo problemata physica sunt de rerum principijs. primum, an principia sint cõtraria, secúdum, an duo vel tria, & in vtroq; problemate Arist. C dixit quædam, ex quibus pro vtraq; illorum parte fieri possunt argumenta. in primo problemate quod sint cõtraria, probauit, quia omne quod fit, ex contrario fit; & omne, quod corrumpitur, in contrarium corrumpitur. Quòd vero non sint contraria probauit proximo textu, ex eo, quia non est tertium. At in 2. problemate quod sint plura duobus, probauit, quia principia sunt cõtraria: ergo tertium. quod vero non sint plura duobus, probauit proximo textu, quia non sunt cõtraria, ergo nõ est tertium. Aristo. ergo præsenti textu solum primum problema absoluit, quia eo diluto, patet solutio ad secúdum. Quæ vero in cõmentarijs diximus, clara sunt vbi patet Alex. textum proximum exposuisse modo, quo diximus, quia consyderauit præsentem textum.

DILVCI. *Verum, q. inter hæc medium est, esse uidetur magis. nam et ignis, & terra, & aer, & aqua ex contrarietatibus constant.* D *Quamobrẽ nõ sine rõne agũt, qui subiectũ ipsum aliud ab his faciũt. inter cæteros uero, qui aerẽ, habet etenim aer ipse differentias minus alij sensiles. hos sequitur, qui aquam facit.*

ANT. *Videtur autem medium magis. ignis.n. iã & terra, et aer, & aqua, ex contrarietatibus completa sunt, unde non irrationabiliter faciunt subiectum alterum ab ijs facientes. aliorum quidam aerem. etenim aer minus habet alijs differentias sensibiles, consequenter autem aquam.*

Cum testibus vsus sit, qui eorum proprius ad veritatem accedunt nunc enarrare vult. & inquit, Verum qđ inter hæc medium est, esse videtur magis. Cuius rei causam affert. & inquit. Nã & ignis, & terra, & aer, & aqua ex contrarietatibus constant, vnde syllogismus est. subiectum ex nullis constare debet contrarijs: ignis & id genus ex contrarijs constant: nõ igitur subiectum. Maior à Themi. declaratur, quia aliter necesse esset vt alter.

utrum

utrum, aut non ſuſciperetur, aut corrumperetur, quorum vtrunq; eſt contra rationem principij. Ideo repetens concluſionem inquit. {Quamobrem non ſine ratione agunt, qui ſubiectum ipſum aliud ab his faciũt.} Inter cęteros minus rationabiliter agũt illi, qui faciunt aerem propter ſimilem rationem. habet.n. aer ipſe differentias minus alijs ſenſiles. tertio ſuccedunt loco, qui aquã conſtituunt ſubiectum, ſimilem ob cauſam. Quales igitur de veritate dixerunt veteres patet.

Commen. 54. Auer.

Dicit. Auer. comparat inter Veteres. fuerunt.n. de materia pro nunc tres poſitiones. Prima voluit nullum quatuor elemẽtorum eſſe materiam. ſed inter hæc medium, vt igne craſſius, rarius vero aere, & id genus. Secunda vero ꝙ aer. Tertia ꝙ aqua ſit materia. nullus terram ponit niſi Heſiodus. Harum comparationis hæc eſt regula, ſubiectum debet eſſe ſine contrarijs: quo fit, vt illi verius dicant, qui huic propius accedunt. quare præferendi ſunt; qui medium, poſt hos qui aere, vltimo, qui aquam faciunt. huius ratio eſt, quia medium à contrarijs magis remouetur, poſt mediũ vero aer magis ꝗ aqua. vltimo aqua magis ꝗ cætera.

Contradictiones duæ in dictis Auer. in littera. Sed inter cõmentum præſens & cõmentum. 47. & 5. huius cõm. 6. & 52. & 10. Metaphy. cõm. 23. & 4. Cœli cõm. 24. eſt contradictio. nã hic vult medium non conſtare ex extremis, vt patet, in oĩbus alijs locis vult medium formaliter conſtare ex extremis. Secunda cõtradictio eſt, quia. 2. de Gener. cõm. 23. in aqua eſſe ſenſiliores differentias, quia vult illam eſſe frigidiorẽ & minus humidam, terram vero ſicciorem, non frigidiorẽ, & ſic ibi vult aquæ differentias eſſe ſenſiliores illis terrę, hic vero & 2. Cœ. cõm. 94. tenet oppoſitum. vult.n. in terra eſſe ſenſiliores. ideo eſſe non poteſt materia. de his diximus alibi. Pro nunc vero dico ꝙ mediũ eſt duplex. formæ, & ſubiecti, ſuperius voluit medium formæ conſtare ex extremis. hic vero vult medium ſubiecti non conſtare ex extremis. De his vero. 5. huius dicemus longius. Ad ſecundã dicendum ꝙ duplex eſt frigiditas. cœleſtis, quæ eſt propter priuationem cauſarũ calefaciẽtium, vt propter elongationem à cœlo, & hoc modo terra eſt aqua frigidior, quia è cœlo longius iacet. & hoc ſatis eſt in propoſito. 2. de Generatione loquitur de frigiditate elementaria, quia ipſa aqua eſt frigidior terra. & ſic tollitur contradictio.

RECOGNITIONES.

SEcundum Themi. & Simplicium. Ariſt. duo facit, quia primo laudet eos, qui ſubiectam naturam aſſeruerunt non eſſe elementum, ſed medium inter elemẽta. & non intelligit per medium elementũ medium. quale eſt aer, vel aqua, ſed id, quod inter duo elementa medium eſt, vt id. quod eſt igne denſior, aere vero rarior, aut id, quod eſt aqua dẽſior, terra rarior, vel id, qđ eſt aere denſior, aqua autem rarior. hoc.n. medium vocat, & dicit. {Videtur autem medium magis} ſubaudi accedere ad naturam ſubiecti, quod contrarijs ſubijcitur, ꝗ elemẽtorum aliquod. huius rationem ſubdit, quę ſic cõponitur apud ſimplicum, & Themiſt. nullum ſubiectum, quod contrarijs ſubijcitur, conſtat contrarijs: hanc ſumit pro explorata. ignis, terra, aer, & aqua ſunt ex cõtrarietatibus: ignis quidem ex calido & ſicco, aer ex calido & humido, aqua ex humido & frigido, terra ex frigido & ſicco. igitur nullum horum eſt ſubiectum. Secundo oſtendit, ꝙ eorũ, qui poſuerunt aliquod elementum eſſe ſubiectum, quod cõtrarijs ſubijcitur, minus irrationabiliter dixerunt, qui aerem, deinde, qui aquam poſuerunt, & dicit. {vnde non irrationabiliter faciunt ſubiectum}, ſ. quod contrarijs ſubijcitur, {facientes alterum}. ſ. elemẽtum {ab ijs}, ſ. extremis. {aliorum quidam aerem. Conſequẽter autem aquam.} aer enim, ratione habita ad alia, inſenſibiliores videtur differentias habere, conſequenter aqua: nã aqua eſt apta verti in contraria. calefit.n. & frigefit facilius, & in glaciem concreſcit, vt neq; humiditatem ſm̃ ſubſtãtiam habere videatur. ignis autem manifeſtas habet contrarietates, caliditatem dico & ſiccitatem, maxime autẽ caliditatẽ, & ſuſcipere contraria ignis permanens non ſit aptus. Huius autem cauſa eſt, quia eſt effectiuum magis, formæq; proportionatum nõ materiæ. Dubitationes vero, quæ his occurrunt, in commentarijs patent.

DILV. *Omnes tamen unum illud contrarijs informant, ut raritudine atq; denſitudine, itemq; magno & paruo. quæ uidelicet omnino ſunt exceſſus atq; defectus, ut prius dictum eſt. Videtur inſup & uetus hæc opinio, q. eorũ, quæ ſunt principia, ſint ipſum unum, atq; exceſſus & defectus. uerum non eodem modo. ueteres quidem aliqui duo agere, unũ pati dicebant: poſteriorũ uero quidam contra, unum agere, pati duo aſſerunt potius.*

ANT. *Sed et omnes unum hoc contrarijs figurant, ut denſitate et raritate, & eo. quod maius, & minus. hæc autem ſunt omnino uidelicet excellentia & defectus, ſicut dictum eſt prius. & uidetur antiqua eſſe, & hæc opinio, q. unum & excellentia et defectus principia ſint, ſed non eodem modo. ſed antiqui duo quidem facere, unum autem pati: Poſteriorum autem quidam contrarium unum, quidem facere, duo autem pati magis dicunt.*

Fere conſenſum ab omnibus tertium principiũ accepit, nunc quo modo ex illo principio generat res ipſas exponit, & vult omnes antiquos fere conuenire, quatenus omnes illud vnum ſubiectum contrarijs informãt, alij raritudine denſitudine, alij magno atq; paruo. hęc autem ſub exceſſu atq; defectu recidunt. rarum & magnum ſub exceſſu. denſum & paruum ſub defectu. iterum poſitionem de trinario numero principiorum cõfirmat. quia videtur peruetus eſſe opinio, ꝙ tria rerũ ſit principia. vnum ipſum defectus atq; exceſſus. & licet numerum principiorum omnes eundem aſſerant. non tamẽ eodem modo omnes, nam veteres duo agere & ex parte formæ, tertium pati putauere. Poſteriorum vero quidam, vt Plato, contra, duo pati & ex parte materiæ, vnum agere & ex parte formę aſſerunt. & ſic omnes in numero conueniunt.

Commen. 75. Auer.

{Cum narrauit.} Commentum iſtud patet, continet enim nihil præter textum.

RECOGNITIONES.

IN hoc textu ſm̃ Themiſtium, cũ declaraſſet ex conſenſu omnium eſſe tertium quoddam principium, nunc duo facit. quia primo docet quo modo veteres ex illo vno dicebant cuncta fieri. 2. ibi. {Et videtur antiqua,} confirmat trinarium numerum principiorũ ex opinione veterum. Simplicius vero vult, ꝙ, cum demonſtraſſet eſſe tertium, tum ratione, tum veterum teſtimonio, nũc oſtendat ꝙ huiuſmodi tertium ſm̃ ſeipſum non ſufficiat, qm̃ poſuerunt cum illo vno etiã contraria, & hoc, vt oſtendat tria eſſe principia ex ſentẽtia illorum. 2. ibi. {Et videtur,} oſtendit antiquam eſſe opinionem de trinitate principiorum, ſed ꝙ non eadem principia poſuerint. de prima parte dicit. {Sed & omnes vnum hoc contrarijs figurant, vt denſitate & raritate, & eo, quod maius & minus, hæc autẽ ſunt omnino.

Expoſi. Simplicii.

no. videlicet excellentia, & defectus, sicut dictum est prius} nam rarum & magnum excellentia sunt, dẽsum vero, & paruum defectus. Quare tria sunt rerum naturalium principia. Deinde ostendit, ꝙ licet conueniant in numero principiorum, non tñ conueniunt in ipsis enumeratis principijs, & dicit. {Et videtur antiqua esse & hæc opinio, ꝙ vnum} ex parte materiæ, {& excellentia & defectus principia sint.} ergo omnes ab antiquo conuenerunt in numero principiorum, ꝙ vero differant in ipsis numeratis principijs ostẽdit, & dicit. {Sed non eodem modo, sed antiqui quidem, duo autem facere}, s. qui fuerunt ante Platonem. & accepit facere, ꝓ informare. qm̃, cum non cognouissent causam effectricem diuersam esse à causa formali, facere pro informare accepit: q. d. ꝙ antiqui ex parte formę duo posuerũt,

DILVCI

{vnum autem pati}, s. ex parte materiæ. {Posteriorum vero quidam,} vt Plato {contrarium} dicunt. {vnum quidem facere}, s. posuerunt vnũ ex parte formæ {duo aũt pati magis dicunt} idest duo ex parte materię. Sed quo modo intelligatur hæc Platonis opinio, Simplicius exponit tripliciter vno modo, ꝙ Plato posuerit excessum ac defectum pro materijs, vnum autem ex parte formæ, quod quomodo possit esse verum, non exposuit. Alio modo quia Plato secutus est Pythagorã. qui numeros posuit rerum substantias ac materiam. & quia numerus est magnus, & alius paruus, quorũ forma est vnitas, quę determinat omnem numerum, ideo magum & paruum Plato posuit materias, vnitatem vero formam. quæ expositio non est intelligibilis, cum quantitas non possit esse substantia. Tertio modo dicit, ꝙ Plato posuit duo principia materialia, alterũ qđ subiectum omni capax dicit, alterum priuationem: nã priuatio ẽt se tenet cum materiam scđm Aristo. infra, Tertiũ vero asserit esse formam, quã ipse nomine vnitatis vocat, sed si sic exponatur opinio Platonis, nõ differt ab illa Arist. Ideo aliter solitus sum dicere, ꝙ, cum duplex sit corporum genus, cœlestium, videlicet & sublunarium, duas constituit materias, quarum alterã magnum vocat, quia est materia sublimium corporum, alteram paruum, quia est materia sublunarium corporum, formam autem posuit vnitatem, quę Deus est, nõ ab informando, sed à formando dictam, quam expositionem Plato in Parmenide asseruit. sed si hæc sit expositio, non propter hoc habentur principia interna generationis, & corruptionis, vltra. n. vnitatem. quæ est effectrix causa, oportet assignare terminos in generatione & corruptione, & subiectum eorum, quæ ex hac expositione nõ habẽtur. quare satis sit exposuisse. Sed quæres quonã modo qualitates sensibiles minus sunt in elementis medijs, vt Auer. asserit hic, q̃ in extremis. cum. 3. lib. de Cœlo contrarium asserat. Potest dici elementa media esse magis vel minus, intelligi posse, aut quo ad gradualem mensuram primam qualitatum, & sic quæstio erit, quę non debet hic dissolui, tamẽ Auer. asserit omnia elementa, cum fuerint pura, esse æqualia quantum ad huiusmodi gradualem mensurã, aut quo ad potentias, & hoc pacto media minus talia sunt, cũ illa minus moueant sensum nostrũ, tũ propter assuetudinem, tũ propter alias causas, & sic intelligit Aristo.

ANT.

Magnum & paruũ ex parte materia, vnum autẽ ex parte forma.

Quo qualitates sensibiles minus sint in medius elementis vel non.

Expositio ... plex.

DILVCI.

Tria quidẽ igitur elementa putare, ex his et eiusmodi alijs animaduersis, rationẽ aliquam, quemadmodũ antea diximus, habere uidetur. Plura tribus non amplius conueniũt. quandoquidem ad patiendũ sufficit unum. Si autem quatuor sumptis, duæ sint contrarietates, utrisq; seorsum alterã quandã naturã subesse oportet. Quod si ex se inuicẽ generare possunt contrarietatem altera nimirum superflua erit simul autem etiam impossibile est plures esse primas contrarietates est. n. substantia ipsius entis unum genus quoddam, quare non genere. sed penes prius & posterius inter se principia tantum discrepant. semper enim una est contrarietas in uno genere atq; cõtrarietates omnes in unam recidi uidentur.

ANT.

Tria quidẽ igitur dicere elemẽta, esse, et ex his, et huiusmodi alijs intẽdentibus uidebitur utiq; habere quandã rationẽ sicut diximus. plura enim tribus non amplius est, ad patiendum. n. sufficiens est unum. Si autem quatuor existentibus, duæ erunt contrarietates. oportebit seorsum utrisq; esse alteram quandam naturam mediam. si autem ex inuicem possunt generare, otiosa utiq; erit altera contrarietatum. Simul autem & impossibile est plures esse contrarietates primas. substantia enim unum quoddam genus est entis. quare in eo q. prius & posterius sunt differunt ab inuicẽ principia tantũ, sed non genere. Semper enim in uno genere una contrarietas est. omnes autẽ contrarietates uidentur reduci in unam.

Arist. primo epilogat. & inquit. {Tria quidẽ igitur elementa putare, ex his & eiusmodi alijs animaduersis rationem aliquam videtur habere, vt ante diximus} cuius causam affert, & inquit. {Plura tribus non amplius conuenit, quandoquidem ad patiẽdum sufficit vnũ} subaudi ad agendũ satis sunt contraria duo prima. Cauillabis fortasse ꝙ sunt duæ contrarietates, cõtra obijcit. {si aũt quatuor sumptis, duæ sint contrarietates} vt cauillatores dicere põt, {vtrisq; seorsum alterã quandã naturam subesse oportet,} & hoc per regulã datã, quã quoq; hic Themist. affert, ꝙ oppositione addita, subiectum addere oportet. & si subiectum addideris, oportet oppositionẽ ẽt addere. Tunc ſm expositionẽ Themistij, aut ex vtraq, trinitate eadẽ generabuntur, aut diuersa. si eadẽ, superfluet altera. si diuersa, non erunt eadem rei principia, nec contraria in se vicissim conuertentur. at, ſm verba textus, si erunt duæ trinitates, vtpote duæ contrarietates, & duo subiecta, aut illæ duæ cõtrarietates vicissim inuicẽ agẽtes generare põt, aut nõ põt gñare. si ex se inuicẽ agẽtibus põt gñare, altera superflua erit. vna. n. agẽs inter se põt gñare, & ita altera superfluet. si non põt, tunc non erunt primæ contrarietates & sufficiẽtes, qa vna poterit, altera nõ poterit, & sic illa, q̃ poterit, est prima, alia vero non erit prima.

Oppõne addita, subiectum addere oportet, et contra.

Secundo idẽ persuadet. Vnum est primũ genus simpliciter, ad quod omnia genera reducuntur, vt videlicet substantiã: igitur & vna prima contrarietas, ad quã cunctæ reducũtur: sed vnius cõtrarietatis satis est subiectum vnũ: igitur tria tm̃ sunt principia. inquit. Simul aũt ẽt impossibile est plures esse primas contrarietates. hoc probat & ponit antecedens. & inquit. Est. n. substantia vnum primum genus, ad quod omnia alia reducũtur vti in causam. igitur subaudi vna est prima oĩum contrarietas, ad quã cunctæ reduci debent, quare non gñe differunt contrarietates, cũ sint oẽs vnius generis, saltẽ reductiue, sed penes prius & posteri⁹ inter se principia tantũ differunt. semper. n. vna est contrarietas in vno genere, atq; contrarietates omnes in vnam reduci videntur. Sic igitur vt vnum est genus simpliciter primum, ita vna contrarietas simpliciter prima.

Commen. 56. Auer.

{Quoquo modo.} Soluit primo literalẽ dubõnem. ait. n. Arist. dicere tria esse principia, hãbet aliquam rationem. & in Arabica trãslatione ait, est ſm rationem quoquo modo. est igitur dubitatio, cur vsus est verbo. dimi-

diminutionis? Respondet hoc esse, quia rationes tactæ non fuerunt demonstratiuæ, sed probabiles siue disputatiuæ. deinde continuat textum & patet.

{Quia in passione,} Prima ratio, ꝙ tm̃ tria sint, est quia ad agendum sufficiunt duo, ad patiendũ vero sufficit vnum in omni genere: igitur tria tm̃. quod ad patiẽdum sufficiat vnum, co patet, quia patiens ipsum debet esse contrarium & simile. contrarium quidem in principio, simile vero in fine: igitur sufficit vnũ patiẽs, quod primo rei genitæ dissonet, deinde illi consonet.

{Si igitur contraria.} Secundo idem probat, si non sufficit vna contrarietas, tunc erunt duæ: sed multiplicata contrarietate, oportet vt multiplicetur subiectũ, per regulam Themistij: igitur. si sunt duæ contrarietates, erunt duo subiecta, & sic quatuor contraria, & duo subiecta, & ita sex principia.

F {Et ipse dixit.} Anteꝗ̃ destruat inconueniens, soluit mediũ literale. Arist. n. vocat materiã mediũ inter contraria. vr̃. n. nõ bene vocasse, qm̃ mediũ est extrema ipsa compõne & remissa: materia vero nõ est extrema aliquo modo nisi potentia: igitur nõ est mediũ. Rñdet, ꝙ subiectum est mediũ similitudine, non veritate. similitúdine quidem, qm̃ vt medium ipsum non est extrema simpliciter actu, sed differt ab illis penes intensum & remissum, quia mediũ continet extrema actu sub esse remisso, sic materia non est extrema sub esse actu, sed in pũia: veritate vero non est mediũ, qm̃ mediũ ab extremis non differt, nisi penes intensum & remissum, vt tepidũ continet actu calidum & frigidũ sed differt, quia nec est calidum intẽse nec frigidum, sed ambo sub esse remisso, & sic mediũ est in potẽtia ad summitates contrariorum, materia vero nec continet extrema remisse nec intẽse, & ita est in potẽtia pura tã ad extremitates, G ꝗ̃ ad remissiones, verũ de ista materia disputauimus. 5. huius, cõm. 6. & 52. Nunc vero sit dictum in tantum.

Materia medium est similitudine, non veritate.

{Et si posuerimus ꝙ principia essent sex.} Destruit consequens modo illatum hypothetice sic. si vnũ par cõtrariorũ cum vna materia sufficit pro generatione, superfluet aliud par cũ alia materia: sed pro oĩ generatione sufficit vnum par contrariorum cũ vna materia: igitur alterum superfluet. Minor probatur, quia dictũ est ꝙ oportet illa esse cõmunissima ad omnes generationes atq; trãsmutationes: igitur vna trinitas sufficit, Sed dubitabis fortasse, quia à pari in vna mixtura non essent necessaria quatuor contraria, quia per idem argumẽtum ad agendũ sufficiunt duo, ad patiendũ vnum. itemq; vr̃ oino rõ eadẽ in mixtura & gñatione. Rñdet ꝙ non est simile, quia contraria prima oportet vt sint cõmunissima oĩbus, & propterea, si duo cũ vna materia sint omnibus cõia, altera trinitas superfluet. vt. n. H Themist. arguit, aut vna trinitas omnibus sufficit, aut quibusdã: si omnibus competit, altera superfluet. si nõ omnibus, tunc non erit cõmunissima. de mixtura non est simile, quia illa non est gñatio, sed alteratorũ vnio.

{Et impossibile est.} Secundo idem arguit; vnũ est primum genus simpliciter primum, vt substantia: igitur vna simpliciter omnium prima contrarietas, & cuilibet contrarietati respondet vnũ subiectum: igitur vna trinitas simpliciter prima.

Potest intelligi.) In tex. Arist. dixit. principia differre penes prius & posterius, non aũt in genere. Auer. exponit hoc dupliciter. Vno mõ pro diuersis generibus. Alio modo pro vno tantum genere. primo modo sensus est ꝙ omnia principia omnium. x. Prædicamento-E rum sunt eiusdem generis. Sed in illo differunt penes prius & posterius.

Tu dices, igitur forma, priuatio, & materia in generibus nouem accidentium erunt in prædicamento substantiæ. Respondet ipse, ꝙ reductiue sunt in prædicamento substantiæ. nam trinitas in genere substantiæ est causa alterius trinitaris, imo omnium aliarum aliorum generum causa est. igitur omnes aliæ reducuntur ad trinitatem in genere substantiæ: sed trinitas substãtiæ est in genere substantiæ reductiue saltem: igitur oĩa sunt in eodẽ genere reductiue, sed differũt penes prius & posterius, quatenus quanto prædicamentum est prius substantiæ, tanto illius trinitas prior est. Sed ambiges, quia superius dictum est & determinatum trinitatem principiorum in genere substantiæ non esse causam aliarum trinitatum. & sic contradictio.

Dubita. Respon.

Dubita.

Dici põt, ꝙ, si consyderetur illa trinitas, vt gñationis & transmutationis est principium, siue vt sunt transmutationis principia, vt sic, sicut non sunt causæ trãsmutationis in aliquo genere causæ, sic nec aliorum principiorum. Quod autem in nullo genere causæ sint transmutationis causæ patet, quia priuatio generationis nullius generis causa est, forma corruptionis minime, materia vero neutrius causa est, vt materia, cum non sit illarum elementum, sed subiectum, quod vt sic non est elementum, cum vt sic non habeat rationem partis. igitur illa tria principia, quatenus sunt transmutationis principia, in nullo genere causæ esse possunt causæ illius, & per consequens nec transmutationum aliorum generum. igitur nec principiorum illorum. Si vero cõsyderentur, vt principia rerum generatarum & corruptarum, sunt causæ illarum saltem materia & forma, & G sic sunt causæ & aliorum in eodem genere causæ, quo sunt causæ substantiarum, & quia sunt causæ substantiarum compositarum, alterum vt materia, alterum vt forma & finis, sic & cæterorum principiorum, cum & alia principia sint accidentia: principia. n. accidentium sunt accidentia. & sic sunt causæ illorũ remotæ & mediatæ, in genere materiæ & formæ, & finis. materiæ quidem saltem partialiter, formæ vero & finis. quia coincidunt, & fortasse sufficientis, saltem ipsa forma.

Solutio. Tria p[...] pia de substan[...] princip[...] cut trã[...] tionis [...] sunt, e[...] generis [...] tiam [...] nullo m[...] vt ver[...] cipia r[...] illorum [...] sunt.

{Et potest intelligi alio mõ.} Secunda expõ est intelligendo singula singulis, vt principia in genere substantiæ oĩa conueniunt genere, & differunt sm̃ prius & posterius. illa prædicamenti quantitatis, similiter & in cæteris eodem modo. prima tñ expositio consonat literę, quia vult habere esse vnam primam contrarietatem.

{Et forte.} Ait Arist. in litera, semper. n. in vno gñe H est contrarietas vna. dubitat quis, ad quid hæc propositio est addita? non ne satis sunt illæ primæ. Rñdet dupliciter sm̃ duas expositiones. Primo, ꝙ hęc est addita vt reddat causam eius quod dictum est in secũda expõne. dictum est. n. ꝙ in vnoquoq; genere sunt aliqua priora, aliqua posteriora. reddit modo causam, quia in vno genere est vna tm̃ cõtrarietas prima: igitur sunt vna reductiue. Secundo respondet fedm secũdam expõnem quæ est maior syllogismi principalis, qui sic componitur, prima cõtrarietas in vno genere vna est: prima cõtraria in genere substantiæ sunt contrarietas prima in vno genere: igitur illa sunt vna prima contrarietas, & tunc vult per hanc secundã literã legi textũ præpostere, quia maior debet poni in primo loco, vt legit, & patet: sm̃ vero primam, cum nõ sit maior, sed reddat causam illius quod aute dixit, debet legi vt iacet.

{Potest

{Poteſt intelligi q̃ omnia,} Vltima verba exponit & dupliciter iuxta ambas expoſitiones. omnia.n. principia reduci ad vnam contrarietatem, poteſt intelligi dupliciter.aut in vno genere, & de principijs eiuſdem generis, vt dicamus omnia principia eiuſdem generis reduci in vnam contrarietatem: aut poteſt intelligi de omnibus principijs omnium generum, vt videlicet reducantur ad primam contrarietatem in genere ſubſtantiæ, vt dictum eſt. hæc eſt expoſitio Auer. in iſto commento, & ſatis conueniens.

RECOGNITIONES.

Concluſio. In vnaquaq; generatione ac corruptiõe, nõ plura, nec pauciora principia ſunt, quã tria.

CVm demõſtraſſet ex aliorum opinionibus tria eſſe rerum naturalium prima principia, nunc demonſtrat prima rerum naturalium principia non eſſe plura tribus. Et intelligit, q̃ pro vnaquaq; generatione vel corruptione cuiuſcunq; rei naturalis non ſunt neceſſaria plura quam tria prima principia, ſ.vnũ ſubiectum, & duo termini. Dicu pro vnaquaq; generatione vel corruptione, qm̃ ſicut generationes & corruptiones ſunt infinitæ, ſic trinitates principiorum infinitæ, tamen pro vnaquaq; generatione vel corruptione non plura quã tria principia ſunt neceſſaria. Dico principia, quoniam pro vnaquaq; generatione, vel corruptione cauſę poſſunt eſſe plures, quam tres. nam cauſæ quatuor ſunt, principia autem tria. dicu prima, quia fortaſſe in vna generatione vel corruptione enumerando principia, & primo prima, & poſteriora poſſunt eſſe plura quã tria. ergo concluſio eſt, q̃ pro vnaquaq; generatione, vel curruptione non ſunt neceſſaria plura quam tria prima principia, videlicet, vnum ſubiectum, & duo termini primi, qui viciſsim ſe pellant, mutuoq́; recipiãtur in illo ſubiecto, vnde dicit, {Tria quidem igitur dicere elemẽta}.i. principia prima {eſſe} pro vnaquaq; generatione, vel corruptione & nõ plura, {& ex his}, ſ.opiniunibus, {&} ex {huiuſmodi alijs intendentibus, videbitur vtiq; habere quãdam rationem, ſicut dictum eſt,} quia non ſolum patet hæc poſitio q̃ tria ſint tantum prima principia per eas poſitiones, quas diximus, ſed etiam ex alijs poſitionibus, quæ omnia principia non ad plura quam tria reduxerunt, & dixit {quandam rationem,} quoniam ratio, q̃ hic aſsignat, non eſt demonſtratiua, ſed ducens ad id, quod eſt contra poſitionem reſpõdentis, & ſic erit dialectica, quæ procedit ſumpto conſenſu reſpondentis, & appellauit prima principia elemẽta more veterum, qui prima principia elementa dicebant. Diuiditur autem hic textus in duas rationes, quarum ſecunda ponitur ibi. {Simul autem} prima ratio multipliciter componi poteſt, qm̃ & ſm̃ Themiſtium vt in commentarijs patet, & ſm̃ Simpliciũ vt patet in his, quæ ipſe ſcribit, nunc vero mihi videtur Ariſt. ſic procedere, q̃, ſi pro vnaquaq; generatione vel corruptione ſint prima principia plura quam tria, v.g. vt ſint quatuur, illud quartum additum vel ſe tenet ex parte materiæ, ita vt ſit ſecunda materia, aut ex parte contrariorum, qui termini ſunt, ita vt ſint quaſi tria cõtraria prima, treſq; termini primi cum vna ſola materia. non poteſt illud additum eſſe ex parte materiæ, quaſi ſit noua materia, quia ad patiendum ſufficiens eſt vnum primũ, & cõmuniſsimũ ſubiectũ, vna prima, & cõiſsima materia eſt.n. materia prima cõiſsimũ ſubiectũ, oĩumq́; capax. non ergo præter illam, alia neceſſaria eſt. & hoc dicit. {Plura.n.tribus} primis & cõiſsimis principijs pro vna- A quaq; gñatione vel corruptione {non amplius eſt}.ſ. opus. Quod autem nõ poſsit illud additum eſſe ex parte materiæ, probat, & dicit. {Ad patiendum. enim} in vnaquaq; generatione vel corruptione {ſufficiens eſt vnũ}.ſ. ſubiectũ primũ ac cõiſsimum, vnaq́; prima ac cõiſsima materia. cũ ſit hæc oĩ capax. Si autẽ illud additum ſit ex parte contrariorum, quaſi tertium cõtrarium, tunc oportebit ponere non tantum tria contraria, ſed duas cõtrarietates, quatuorq́; contraria. qm̃, vt vt ex Metaphyſicis probaẽ, vni non poſſunt plura contraria eſſe. quare oportebit ſaltem eſſe quatuor cõtraria, ac duas contrarietates. q̃ ſi quatuor fuerint cõtraria, duæq́; contrarietates, opus eſt addere alteram primam materiam, vt Themiſt. ſuppleuit, & pro explorato aſſumit. quo fit, vt pro vnaquaq; generatione vel corruptione ſex principia prima ſint, quatuor videlicet B contraria prima, & duæ primæ ac cõiſsimæ materiæ, quod Ariſt. deſtruit, & dicit. {Si autẽ quatuor exiſtentibus}, ſ. contrarijs, {duæ erunt contrarietates,} vtputa ſi illud tertium fuerit addendũ ex parte cõtrariorũ, tũc {oportebit ſeorſum vtriſq; eſſe alteram quandam naturam mediam,} & ſic pro vnaquaq; generatione vel corruptione erunt neceſſariæ duę cõtrarietates & duę materiæ, & hoc deſtruit, {ſi autem ex inuicẽ pñt generare}, i. ſed ſi pro vnaquaq; gñatiune vel corruptione ſufficit vna cuntrarietas cum vna ſola prima materia, {ocioſa vtiq; erit altera cũtrarietatum}, ſ. cũ altera ſua prima materia. Qđ autẽ vna ſola contrarietas cũ ſua ſola prima materia ſufficiat, Ariſto. non probat, ſed accepit pro explorato ſuperius, vbi dixit, q̃ quia prima, ac cõiſsima ſunt, oĩa ex his ſint: quare patet aliã trinitatẽ ſuperfluã eſſe. Sed quæres, vtrum addita pro gñatione C vel corruptione noua cõtrarietate, ſemper debet addi noua materia prima. Them̃.n. hoc ſuppleuit, & nõ probauit. prima.n. frõte videtur hoc falſum, cũ poſsit vnũ ſubiectũ eſſe iufiniturum contrariorũ. Et dicendum Ariſt. & Themiſt. & Simpliciũ intellexiſſe per contrarietatem, primam contrarietatem, & per contraria prima ac cõiſsima, ipſa contraria, & per materiã propriã illorum materiam, quæ ſimul propria illis eſt, ac oĩum capax. primorum.n. & cõiſsimorum contrariorũ contrarietas vnã tantũ materiã requirit pro vna gñatione, vnaq́; corruptione. quæ materia, licet non ſit niſi duorum primorum, poteſt tamen ipſa eadẽ eſſe infinitorũ poſteriorũ. nec regula hęc alio probari debet niſi ex ratione primorum, ac cõiſsimorum cõtrariorũ: oportet enim vt prima ac cõiſsima contraria vnam habere materiã propriam, quę ita ſit omniũ capax, ſicut ipſa ſunt D prima ac communiſsima.

Quæſtio. An addita pro generatione & corrupt. noua contrarietate, ſemp intelligatur noua materia.

Materiã vnã infinitis ſub eẽ, nõ eſt incõueniens.

In cõmentarijs dubitatũ eſt de miſtione, quæ videẽ quædã gñatio, & tñ ex quatuor contrarijs alteratis fit. Breuibus eſt dicendũ, miſtionem quatenus eſt generatio vel corruptio nõ requirere niſi duo cõtraria. priuationem videlicet, & formã, & vnam materiã, quatenus vero eſt miſtio, requirere plura cõtraria duobus. Eſt.n. miſtio, vt miſtio alteratorum vnio. deinde ſequitur illa pars, {ſimul autem,} vbi aſsignat ſecũdam rõnem: ſed ad quid ſit hæc ſecunda ratio, in commentarijs patuit. nũc vero dicamus cũ Simplicio, q̃ hæc ſecũda ratio ſit ad probandũ q̃ non ſint plures primæ cõtrarietates q̃ duæ. vnde probauit pro vnaquaq; gñatione vel corruptione non eſſe neceſſaria plura q̃ tria principia, nunc probat q̃ nõ ſint plures primæ cõtrarietates vna. & q̃ ita ſit, patet per ea, quæ proponit, & dicit. {Simul aũt}

Quæſtio. Quo mixtio ex quatuor fiat, ſi ad omnẽ generationem tria tãtũ principia exigantur.

subaudi cum eo quod probauimus, ꝙ non sint necessaria plurima tribus primis principijs pro vnaquaq; generatione vel corruptione{& impossibile est plures esse primas contrarietates}.i.probabimus ꝙ nõ possunt esse plures primæ contrarietates quam vna,& sic patet Arist.velle probare tãtum vnam esse primam contrarietatem,duoq́; tantum prima contraria. Sed de forma argumentandi,nec Auer.nec Simplicius, nec Themist.mihi placet. quare videtur mihi Arist. facere tale enthymema,substantia est vnum quoddam genus entis,præter quod sob ente nullum aliud est genus: ergo contraria prima non genere differunt, sed solum ordine,quo sunt in illo vno genere alia priora alia posteriora.vnde dicit.{Substantia.n.est vnum quoddam genus entis.}subaudi præter qood nullum aliud genus sub ente esse potest,hoc est antecedens, deinde affert consequens,& dicit.{Quare in eo ꝙ prius,& posterius sunt differunt ab inuicem principia},i.contrarium {tantũ, sed non}differunt{genere.}est ergo consequens, ergo contraria,quæ sunt rerum principia,non genere differunt,sed tãtum quatenus alia prius, alia posterius sunt in eo genere, Sed contra hoc enthymema primo dubitatur contra consequens. nam non videntur principia cæterorum prædicamẽtorũ esse in genere substantiæ hæc prius,illa posterius: quoniã, sicut cætera prædicamenta non sunt in prædicamento substantiæ, sic nec contraria cæterorum prædicamentorum videntur esse de genere eorum contrariorum, quæ sunt contraria in genere substantiæ.quare nõ possunt in genere substantiæ contrariorum esse alia priora, alia posteriora, quæ.n.in aliquo genere nõ sont in eo non possunt esse hæc prius,illa posterius. Secundo dubitatur contra antecedens. nam sumit Aristo. substantiam esse vnum genus entis,præter quod nullum aliud est quod falsum est,cum rerum sint decem prima genera, quorum nullum est prius:quare substantia nõ erit entis genus præter quod nullum aliud est. Respõdet Arist.ad primam dubitationẽ,& dicit. {Semper enim in vno genere est vna contrarietas.}scilicet prima, ad quam cæteræ contrarietates eiusdem generis reducuntur, quare decem sunt primæ contrarietates. Et, cum dicebatur contrarietates cæterorum prædicamentorum non sunt sub contrarietate,quæ est in genere substantiæ: ergo non possunt esse aliæ prius, aliæ posterius in eo genere, Respondet, & dicit. {Omnes autem contrarietates videntur reduci in vnum}genus cõtrarietatis primæ,videlicet in contrarietatem, quæ est in genere substãtiæ, sicuti cætera entis genera reducuntur per analogiã ad genus entis,quod est substantia.& quia omnia contraria sunt de genere substantiæ reductione ad prima contraria in genere substantiæ, sicut cætera entis gña sunt de genere substantiæ reductione ad substantiã, de qua ens per prius dicitur, ideo in genere substãtiæ cæterorum prædicamentorum contraria esse possunt, posterius,quoniam in eo genere contraria substantiæ sunt prima,cæterorum vero posterius. Ad secundam dubitationem contra antecedens Arist. hic non respondet, tamen ex his,quæ dicit in Metaphysicis, responderi potest,ꝙ rerũ decem genera prædicabilitate sint prima, ac secundum rationem prædicandi impermista, cum nullum de alio prædicetur, essentia vero, & esse vnũ est primũ genus, videlicet substantia, de qua per prius ens prædicatur,& de cæteris non nisi per attributionẽ ad eam:per quæ patet omnia ea,quæ pro expositione textus Auer. hic asserit, esse infructuosa,cũ textus sic expositus nullam habeat difficultatẽ. Animaduerte tamen ꝙ decem generum prima contraria non solum sunt eiusdem generis prædicamenti, saltem reductiue, sed eiusdem generis principij.nam omnes formę omnium generum sunt in eodem genere formæ, & omnes priuationes omnium generum sunt in eodẽ genere principij,quod est priuatio.simili modo materiæ omnium generũ sont in eodẽ genere principij, qđ est materia.

An sit vnum tantum genus entis.

Essentia vnũ est tantum genus entis, decẽ vero, secundũ prædicationẽ.

Quòd quidem igitur elementum non sit unum neq; duobus aut tribus plura, perspicuum est. horum uero utrum sit, quemadmodum diximus, dubitationem habet magnam. Sic igitur nos dicimus primo de omni generatione aggrediẽtes: est enim secundum naturam primum communia dicere: deinde circa unumquodq; propria cõtemplari. DILVC.

F *Quòd quidem igitur neq; unum sit elementum, neq; plura duobus, uel tribus, manifestum est. horum autem utrum sit uerum (quemadmodum diximus) dubitationẽ habet multam. sic igitur nos dicamus primũ de omni generatione aggredientes, est enim secundum naturam communia prius dicere, deinde circa unumquodq; propria speculari.* ANTI.

Deinde ẽ vnũ sic.

Epilogat,& inquit. Quòd quidem igitur elemẽtum non sit vnum, neq; plura duobus aut tribus, perspicuũ est.istud itaq; patet ꝙ nõ sit vnum.tãtum, & sint plura duobus, aut nõ sunt plura tribus. horũ vero verũ sit, vt verum non plura duobus,quia tantum aut duo: aut non plura tribus,quia tantum tria, dubitationẽ habet magnam. tunc ordinem addit dicens{sic igitur nos dicimus primo de oĩ generatione aggrediẽtes} quia naturæ consonat prius communia dicere, deinde circa vnumquodq; propria contemplari. generatio enim in communi(vt dicit Themi.)est de alteratione & motu locali,& auctione etiam dicta, quando per generationem simpliciter substantia ipsa generetur, per alterationem vero qualitas, per auctionem quantitas, per motum in loco vbi fiant.

Commen. 57. Auer.

{Intendit.}Exponit primo Auer. quid Arist. vult ꝑ elementum:& ait, ipsum intelligere principium, quod est in re:cuiusmodi sunt materia & forma tãtum. Themistius vero per elementum intelligit principium: & est melius, quia hic loquutus est de principijs generationis,& non de partibus rerum generatarum.

{Et dixit.}Duo complicat: primo quomodo mouet quæstionem, iterum de numero principiorum, cũ illam absòluerit. Et respõdet quæstionem esse solutam per rationes dialecticas, & nõ per demonstrationẽ. secundo declarat,quod hæc est maxima quæstio:& vult esse maximam quæstionem,propter cauillum antiquorum,quo cogebantur negare generationem, & ꝑ consequens principia & numerum illorum. Cauillus vero, quo negarunt generationẽ,est ꝙ,si generatio est,quęro de eo quod recipit generationem, aut est contrarium, vt quando generetur calidum generatio eius in frigido recipiatur:aut est quoddã subiectũ aliud à contrario,quod materiam dicimus, si subiectum recipiens generationem est alterum contrariorum, vnum contrariũ reciperet aliud,& sic non esse, quod est priuatio, mutaretur in esse recipiendo illud: Si vero dicatur subiectum recipiens esse alterum, vtpote materiam, illud aut erit substãtia, aut accidẽs. nõ est accidẽs, quia subiectum generationis substantialis non potest esse accidens:

Qua rõne nõnulli generationem negare coacti sunt.

dens:igitur substantia.si substantia, aut æterna, aut generabilis.non generabilis, quia tunc illius generatio requiret adhuc aliud subiectũ.si æterna, sequuntur duo. primum, q non tota substantia secũdum se & quodlibet sui generaretur, quia non illud subiectum, quod est substantia æterna. secundum, tunc aliquid esset anteq̃ fieret, quia esset materia ipsa, quæ est substantia, anteq̃ substãtia ipsa esset.hæc igitur ratio coegit antiquos negare generationem, & per consequens facit nos dubitare & de principijs, & de numero illorum, verum hæc ratio quomodo soluenda sit, posterius dicet ipse Arist.

Tracta. de generatione primus est in naturali scia.

{Quia ista.} Reddit causam Auer. cur Tractatus de generatione in cõi debet esse primus, & cur iste ordo est naturalis, & vult esse priorem, quia per propositiones communes, communes autem propositiones priores sunt, aliter ibidem bis repeteretur, vt in proœmio diximus.est vero iste ordo naturalis, quia naturale est nobis incipere à notioribus:modo, propositiones, quibus declarabit generationem communem, sunt notiores, quia maxime & sine medijs, quatenus solum per sensum habebuntur, vt loco suo dicetur. {Et intẽdit.} Exponit ordinem in tota Scientia Naturali. Et primo quid velit Arist. per gñationẽ:& vult, q Arist. accipiat gñationem pro quodam cõi, tam ad generationẽ simplicem substantiæ, quam secundum quid accidẽtium, vt Themistius etiam dicit, & loquẽdo de generatione, loquetur de generatione communi ad generationem simplicium & mixtorum:igitur de generatione cõmuni nunc dicet.dicit secundo, q de generatione elementorum in lib. de Generatione sermo est. de generatione vero mixtorum loquetur, partim in lib. de Genera. partim in.4. Meteororum. At de generatione mixtorum in specie, loquetur in libro de Mineris, in libro de Plantis, & libro de Animalibus. addit tamen de plantis & mineris non habere libros, nisi duos tantum, quos forte nõ dico esse Arist. bene tamen Theophrastus fecit, & complete.illos vero duos tractatus, quos credit Auer. esse Aristo. in græcis codicibus inuenies inscriptos Nicolao peripatetico. De his vero satis.

Libri naturalis scientiæ in ordine

RECOGNITIONES.

CVm monstrasset vnam oportere esse contrarietatem in principijs, vnumq; contrariorũ subiectum, nunc hoc, quasi epilogando resumit, & dicit. {Quo quidẽ igitur neq; vnum sit elementũ}.i.principiũ, vt dixit Parmenides, {neq; plura duobus,} subaudi, si solum respexerimus ad materiam, & formã, {vel tribus} subaudi, si respexerimus ad materiã, & formã, & priuationem, {manifestum est.} Quare patebũt hæc duo, & q non sit vnum, & q non plura duobus aut tribus. Deinde mouet.q. & dicit. {Horum autẽ}, s.duorum, videlicet an duo, vel tria {vtrum sit verum, quẽadmodum diximus, dubitationem habet multam, est.n. nun.q.parua, vtrum duo, vel tria:quia dicet, pateat nec vnum esse, nec plura tribus.tamẽ est.q. vtrum sint duo tantum, vel tria tantum.

Quæ Simplicius.

Cur vero hoc sit quæstione dignum, Simplicius causam affert.qm̃, si contraria accipiantur tanquam vnum principium, duo erunt principia, videlicet materia, & contraria, quæ vicem [illegible]unt vnius principij. Si autẽ contraria sumantur, t[illegible] duo principia, tria erunt, qm̃ duo contraria, & m[illegible]ria. Vel, vt Simplicius inquit, melius dici potest esse hoc quæsitũ dignũ, propter priuationem, quæ videtur idem cum materia.quoniam, si

A differt, non nisi per accidens differt. quare dubium est, vtrum duo tantum sint principia, forma & materia, cũ priuatio nihil sit præter materiam, aut tria videlicet priuatione cunnumerata. Vel tertio dici potest Aristotelem per.q. intellexisse argumentum veterum, quo destruebant generationem, vt patet in com.q.d. licet pateat esse non plura tribus, tamen adhuc est quoddam argumentum, quo aufertur generatio, per quod patebit nullum esse principiũ generationis. Vltimo Aristo. assignat ordinem, & Auer. credidit Aristotelem attulisse ordinem doctrinæ in tota scientia de natura, ex ordine, quẽ habetur in scientia, quæ est de generatione, & errat:qm̃ vniuersa scientia de natura nõ solum agit de generatione, sed de rebus naturalibus, & de rerum naturalium accidentibus, quorum vnum est ipsa generatio, & de causis accidentium, quæ rerum naturalium B sunt:ergo Aristo. obiter solum ordinem statuit in pertractatione de generatione, vt ex hac pertractatione, quæ de generatione est, habeat ordo in pertractatione cuiusq; rei naturalis. Cũ vero Auer. probauit ordinẽ doctrinæ esse ab vniuersalibus, qm̃ propositiones, quæ de illis sunt maxime sunt sine medijs & manifestiores, & per illas non accidit reiteratio.errat etiam, qm̃ tunc ordo doctrinæ totalis esset à propositionibus ad propositiones, & sic esset ordo demonstratiuus, sic erit ordo in doctrina particulari, & nõ in doctrina vniuersali, quod Auer.ignorauit. Simplicius aũt assignat causam, quare Aristo. declarauit ordinem in generatione, & asserit, quoniam ex ipsa generatione adinuenit principia. Ego vero verba Aristo. sic intelligo. {Sic igiẽ nos dicamus primum de omni generatione} idest de principijs cuiuslibet generationis. {Est enim secũdum naturam cõia prius dicere, deinde circa vnũquodq;}.i. C circa vnamquãq; generationem {propria} scilicet principia {speculari} Quare exposuit ordinẽ in pertractione de principijs, & non in pertractione de generatione, quod nec Auer, neq; Simplicius intellexit.

Quæ Auer.

Primus error Auer.

Secundus error Auer.

Quæ Simp.

DILVC. *Dicimus itaq; fieri ex alio aliud, & ex altero alterũ, aut simplicia dicentes, aut composita. Dico autem hoc modo, nã est quidem hominem fieri musicum, & est non musicũ fieri musicum, est autem non musicum hominem fieri musicum hominem. Simplex quidem igitur dico id quod mutatur. uidelicet hominem, atq; non musicum, quodq; fit simplex musicum. Compositum uero dico & id, quod mutatur, & id per quod mutatur. ut quando non musicum hominem dicimus fieri musicum hominem, uerum horum hoc quidem non tantum dicitur fieri hoc, sed etiam ex hoc, ut ex non musico, D musicus. Illud uero, in omnibus, sic non dicitur, non enim ex homine fit musicus sed uel homo fit musicus.*

ANT. *Dicimus enim fieri ex alio aliud, & ex altero alterum, aut simplicia dicentes, aut composita. Dico autem hoc sic: est enim hominem fieri musicum, est autem & non musicum aliquod fieri musicum, aut non musicum hominem fieri hominem musicum. Simplex quidem igitur dico quod fit, hominem, & non musicum, etiam quod fit, simplex musicũ. Compositum uero & quod fit, & id per quod factum est quando non musicum, hominem dicimus fieri musicum hominem, horum autem hoc quidem non solum dicitur hoc aliquid fieri, sed etiam ex hoc, ut ex non musico musicum, hoc autem non dicitur in omnibus. non enim ex homine factus est musicus, sed homo factus est musicus.*

Nunc prosequitur.) Et primo distinguit generatio-

nem in ſimplicem & cõpoſitam:& vult generationẽ eſ- E ſe ſimplicem, quando ſubiectum ſimplex mutatur in terminum ad quem ſimplicem.vt quãdo homo ſolus acceptus mutatur ad muſicam.quando vero ſubiectũ cum addito mutatur in terminum ad quem cõpoſitũ, tunc vocatur generatio cõpoſita, vt cum homo immuſicus mutatur ad hominẽ muſicũ. Cauſa diſtinctionis eſt, quia Quinto huius,com.9.mutationes diſtinguuntur per terminos ad quos. Quãtum vero ad verba græca attinet animaduertendum ꝙ Ariſto. ſubiectum vocat græce Gignomenon,latine mutatum. aut id quod fit,additum vero illi,quod eſt cauſa generationis compoſitæ. vocat quod Gignete,latine ꝑ quod fit, aut per quod mutatur.quotiens igitur ſolum ſimplex ſubiectũ in ſimplicẽ formam, tunc dicitur ſimplex generatio, at cum ſubiectum ipſum,& id per quod mutaẽ ad terminum compoſitum mutantur, generatio eſt cõpoſi- F ta,vt homo & immuſicus,ambo ad hominem muſicũ, & ita,ſi extrema ſunt compoſita, generatio eſt compoſita,ſed ſi ſimplicia generatio eſt ſimplex. Sed contra. tunc omnis generatiõ eſſet compoſita, quia omnis generatio eſſet compoſita, quia omnis generatio eſt ad terminum compoſitum,omnis enim generatio terminatur ad materiam cum forma,omniſq; eſt è materia cum priuatione:igitur omnis generatio eſt compoſita. Reſpondent quidam, ꝙ generatio compoſita eſt quando terminus ad quem non eſt per ſe vnus,vt generatio totius hominis muſici è toto homine muſico,ſimplex vero,quando eſt ad terminum per ſe vnum, modo,materia cũ forma eſt quoddam per ſe vnum. ideo illa generatio eſt ſimplex. Sed hæc reſponſio falſa eſt, quia tranſmutatio per ſe vna eſt ad terminum per ſe vnum,ſumit enim vnitatem tranſmutatio ipſa è termi- G no ad quẽ. Quinto huius com.9. ſed omnis generatio mundi eſt per ſe vna,vt patet:igiẽ terminus illius ſemper debet eſſe per ſe vnus. Propterea dicendum aliter, ꝙ Ariſt. per generationem ſimplicem vult illam, per quam id quod generatur variaẽ in nomine entis ſimpliciter. vt ſi homo generatur,homo fit ens ſimpliciter per generationem vero cõpoſitam vult illam, per quã id quod fit,variatur in nomine entis cum additione,vt ſi paries fit paries albus, ipſe paries non fit paries, aut ens ſimpliciter,ſed fit paries cum additione,hoc eſt fit paries albus.Et ſic videtur ꝙ Ariſto. per generationem compoſitam velit generationem ſecundum quid, cuius,videlicet id quod generatur accipit eſſe non ſimpliciter,ſed additum,& per generationẽ ſimplicem, vult generationem,cuius id quod generaẽ accipit eſſe ſimpliciter,& non eſſe additum. Exẽpla vero eius ponun- H tur,vt ſentiant,qui diſcunt. Animaduertendum etiam circa verba græca,ꝙ differunt id quod fit,& id per qđ fit. vt homo,qui fit muſicus,& immuſicum per quod fit,differunt dico in voce & in re.in voce quidem,quia id,per quod fit, dupliciter poteſt afferri in quæſtione. nam & ex immuſico fieri muſicum.& immuſicum fieri muſicum aſſueuimus dicere,id vero, quod fit,vt homo,in altero variare non eſt,ſed plurimum vtimur recto,ita homo fit muſicus, non flexo, ita ex homine fit muſicus. Dixit Ariſt. illud vero in oĩbus non ſic, quia pauca ſunt in quibus id dici poteſt ex hoc fit hoc. verbi cauſa,ex ære,fit ſtatua rectius quam ſi æs fit ſtatua, ex lateribus fit domus,rectius quã ſi lateres dicamus. hæc eſt differentia in voce.de differentia vero in ſignificatione,mox ſubſcribet. Verba textus patent.

An generatio ſimplex ſit ſimplicis ſubiecti in ſimplicẽ terminum mutatio, compoſita vero, compoſiti in cõpoſitũ.

Obiectio.

Solutio. 1.

Confutatio.

Solu. propria.

Commen. 58. Auer.

{Et eſt manifeſtus.} Apud Auer. generatio eſt ſimplex & cõpoſita. Simplex eſt dupliciter à ſubiecto ſimplici,vt cum dicimus hominem fieri muſicum, aut ab oppoſito ſimplici:ſiue illud oppoſitum ſit priuatio,ſiue contrarium,generatio vero compoſita eſt quæ attribuitur ſubiecto & oppoſito,vt homini, & immuſico.Sed videtur velle Auer. eiuſmodi generationes diſtingui penes extremum,è quo, & non penes terminũ ad quem contra ipſum Quinto huius commen.9.Dici poteſt hanc differentiam eſſe ſecundum vocem vel ſecundum denominationem:nam ſecundum rem generatio ſortitur ſpeciem à termino ad quem. Hæc omnia applicat verbis Ariſtotelis & patet.

Dubitatio.

Solutio.

{Et per oppoſitum.} Contradicet quis, quid intelligit per oppoſitum,aut priuationem tantum,& ſic hæc diſtinctio non haberet locum niſi in ſubſtãtia: aut contrarium:& ſic ſolum in accidẽte. Reſpõdet, ꝙ per oppoſitum intelligit cõe priuationi & contrario:qua ratione fit,vt hęc diſtinctio de generatione cõpetat omnibus generationibus decem Prædicamentorum. Sed contra,quia nihil generaẽ niſi ſubſtantia, Septimo Metaphy.com.22.Dici poteſt per Auerroem,Quinto huius,cõm.7.ꝙ ſubſtantia generatur generatione ſimplici,alia nouem prædicamenta generatione ſm quid, q̃ diximus generationem compoſitam. {Et cum notificauit.} Ponit differentiam inter modum loquendi de oppoſito,& modum loquendi de ſubiecto apud Græcos:deinde apud eos. & quod dicit apud Græcos patet,apud eos vero,hæc præpoſitio,ex,cõmunis eſt oppoſito & ſubiecto,illa præpoſitio,ab, propria eſt agenti tanquam ei quod ſupponitur & apponitur:præiacet .n. agens effectum. hoc vero fieri hoc apud eos competit ſubiecto nõ oppoſito. Sed præpoſitio, poſt, propria eſt oppoſito,& verba eius patent,quid vero apud Græcos, & quid apud nos patet, hæc de differentia ſecundum vocem.

Circa hæc quærũt,vtrũ materia habeat eſſe aliud à priuatione & forma. Circa hanc quæſtionem ſunt tres poſitiones famoſæ.prima eſt,ꝙ materia habeat eſſentiam eſſe, & exiſtẽtiam aliam à forma, nec à forma ipſa dependentem. Secũda poſitio vult,ꝙ materia habeat aliud eſſe à forma, ſed illud eſt ſibi propter formam & à forma,adeo,ꝙ,ſi ſeparareẽ à forma, nõ haberet niſi eſſe in anima. Tertia poſitio eſt, quod materia ipſa per ſeipſam habeat eſſe eſſentiæ, & non à forma,nec propter formam, exiſtentiam vero & ſubſiſtentiam atq; omnem actualitatem habet à forma, & propter formam. Prima poſitio, quæ eſt nonnullorũ Theologorum acutorum, exponitur, ꝙ materia ipſa eſt quid prius ipſa forma, ſubiectum illius, eſtq; ex ea parte, qua materia incauſata,ſiue ingenita,ſolũq; terminus creationis:igitur habet eſſe ſibi propriũ, eſſentiã propriã:et,qm̃ exiſtẽtia eſt modus intrinſecus (quẽ Græci idiotropiã vocãt)eſſentię,veluti intẽſio & remiſſio eſt idiotropia qualitatis intẽſibilis & remiſsibilis:igitur,vt non datur qualitas intenſibilis abſque intẽſione & remiſsione actuali, ita nec eſſentia abſq; exiſtentia: &,qm̃,vt addunt nonnulli f[illegible]uaces, materia poteſt per ſe eſſe terminus creatio[illegible]: abſq; forma, & omne quod creatur eſt ſupposit[illegible] aut indiuiduum ſubſiſtens:igitur habet eſſe per ſe ſubſiſtentiæ,& non à forma:& ſic materia, quatenus materia hẽt eſſentiã eſſe exiſtentiam

Vtrum materia habeat eẽ aliud à priuatiõe & forma.

Materia hẽt eẽ ẽẽntiæ ꝑ ſe diſtinctũ à forma, Naturalibus ac theologicis rõnibus nõnulli probãt qđ falſum eſſe ſuadetur.

existentiam & subsistentiam, & non à forma, sed quatenus materia ipsa est terminus creationis: sic igitur habet esse, & existentiam formaliter independens, sed esse formale à forma, hæc positio probat ab eis rõnibus naturalibus & rõnibus theologicis. Naturalibus quidē primo, quia subiectum adæquatum generationis manens idē numero sub vtroq; termino generationis habet esse essentiæ & cætera consequentia illam per se, & non à forma: hæc patet, quia, si cum forma corrupta materia perderet esse formale, & omne esse, tunc non esset eadem numero materia. similiter cum sit idē numero subiectum, & subiectum non est subiectum, nisi quatenus est ens & existens: igitur vt prius. Secundo illud, quod est principium ex æquo cum ipsa forma entis positiui & absoluti, habet esse positiuū & absolutū p seipsum, vt sit æque independens, vt est illud formæ, hæc omnibus patet. sed materia ipsa cum forma sunt causæ per se & positiuæ compositi existentis: igitur vt prius. Minor patet apud oēs. Tertio, omne prius absolutum habet esse simpliciter absq; omni posteriori: sed materia est absolute prior ipsa forma & composito: igitur habet absolute esse, & nō ab ipsa forma, nec ab ipso cōposito. Hæ sunt potiores rationes naturales. Theologicis vero rationibus arguunt primo, quicquid Deus absolutum facit in effectibus mediante causa secunda, potest illud idem facere sine illa causa secunda, que nō est de essentia causati: sed ipsa forma est causa secūda, quæ non est de essentia materiæ, quatenus materia, cū in eadem materia adueniat alia, & alia forma materia ipsa remanente eadem: igitur Deus potest dare omne esse materiæ sine forma. Secūdo, & quasi idē, quicquid pōt causa secunda, pōt prima & superior per se absq; secunda: sed forma dat esse materiæ: igitur Deus potest absq; forma dare esse materiæ. Tertio, materia est p se terminus creationis alius à forma: igitur potest conseruari in esse alio à forma: Antecedēs patet, quia ex quo est res distincta à forma habet esse essentiæ, & esse existentiæ aliud, & per cōseqnens alia creatione creatur. Consequentia vero patet, quia agens potens creare aliquid, illud idē potest seorsum ab alio cōseruare. Quarto, connexio materiæ & formæ non est necessaria absolute, quia tūc materia determinaret sibi aliquā formā numero: probat, quia quicquid determinat sibi genus determinat sibi aliquā spēm: sed quicquid determinat sibi aliqd' in spē, determinat sibi aliquod in indiuiduo: igit materia sibi determinare hanc vel illā. Vltimo materia se habet cōtingenter ad omnem formā: igit habet oē esse aliud à forma. antecedēs patet, quia quicquid contingenter se habet ad aliquod genus, se habet cōtingenter ad quodlibet illius generis. hæ sunt rōnes meliores pro eis. Sed hæc positio stare non pōt. & primo arguamus contra conclusionem, secundo contra rōnes.

Contra conclusionem quidem primo, nō magis dependet forma materialis educta de potentia materiæ ab ipsa materia, quam materia è forma: sed apud Peripateticos formam materialem eductā de potentia materiæ esse sine materia, & habere esse indepēdens à materia implicat contradictionem: igitur materiam habere esse independens à forma implicat contradictioné. hæc ratio colligi potest. 7. Meta. cōm. 35. Secundo, oīs effectus denominatus alicuius rei reducit ad aliquod tale per essentiam, vt esse album ad albedinem: sed esse existentiæ est effectus denominans omnes res: igitur reducitur ad aliquod tale per essentiam. vel illud est forma, vel materia, vel ambo: non materia, quia tūc com- A positum haberet esse à materia, & per se, contra Philosophum. 7. Meta. vbi ait, per materiam res non est, per formam est, tex. com. 22. igitur forma, & per cōsequēs nihil esse potest absq; forma. hæc ratio colligitur. 2. huius, cōm. 12. Tertio, illud quod essentia liter inest alicui p aliud, nō sibi competit, nisi per illud: sed essentialiter competit materiæ esse partem compositi. 5. Meta. quia sibi competit ratio elementi & essentialiter: igitur nullum potest habere sibi esse proprium nisi in cōposito: igitur esse eius est esse compositi, & per consequens esse formæ: hæc ratio colligitur. 3. Cœli cōm. 29. Quarto omnem entitatem potentialem atq; possibilem, & omnem possibilitatem habet forma educta de potētia materiæ à materia: ergo omnem entitatem actualem habet materia à forma. tenet consequentia: aliter. n. plus B forma depēderet à materia, quam è contra. antecedēs est Aristo. 12. Meta. tex. cōm. 51. vbi vult substantiam primam nullam habere potentiam, quia liberata à materia. Hæc ratio est Auer. 9. Meta. cō. 2. vbi vult, formas liberatas à materia nō pati nec recipere aliquo modo. Quinto, in genere potentialium prima potentia, qua omne quod patitur est passiuum, est prima materia: igitur in genere actualium primū est forma, è qua omne, quod est aliquo modo in actu est existens & ens. Consequentia patet, quia actus & potentia sunt opposita: igitur & prima in illa debent esse opposita. Sexto, si materia existeret, & non per formam: igitur forma existet & non per materiam. tenet consequentia, quia plus ipsa materia è forma dependet quam è contra, vel non minus, si forma existit, & non per materiam: igitur oīs forma est appropriata materiæ, sic enim vocat Auer. C formam appropriatam. Septimo, si materia existeret existentia sibi propria, tunc forma etiam existeret existentia sibi propria, per idem: igitur quælibet forma esset completa, & sic non possent esse partes compositi, nisi congregatione. Hæ rationes pro nunc satis.

Contra vero rationes, & primo contra primam. subiectum in transmutatione accidentali nō manet idē numero secundum quid sub vtroq; termino transmutationis: igitur subiectum in transmutatione simpliciter non debet manere idē numero simpliciter in trāsmutatione substantiali. antecedens patet, nam in trāsmutatione accidentali substantia variatur secundum quid, quatenus variaē in accidēte, à quo esse habebat secundum quid. Consequentia patet, quia plus dependet simpliciter materia à forma substātiali, quam subiectum secundum quid dependeat ab accidente. D Secundo, contra idem, data ratione hac, tunc materia esset vna positiue, & nō per priuationem omnium formarū. haberet enim esse idem numero & existentiā eadem numero in vtroq; termino: igitur vnitatem numeralem positiuam secūdum sui esse reale, hoc est contra Arist. 10. Meta. vbi inquit: materia enim negatione ostenditur. vbi Auer. commen. 24. inquit materia cognoscitur per negatiuam, cū dicitur, φ est materia priuatio formæ, & ita eius vnitas nō est nisi per priuationem omnium formarum. Contra secundam arguo & accipio maiorem eius illa, quæ sunt ex æquo principia & causæ alicuius, quodlibet in suo genere causæ, neutrum fm sui esse dependet ab altero: hęc est maior eorum. sed agens & finis sunt causæ rerum naturaliū ex æquo. quælibet in suo genere causæ: igitur neutrū fm esse dependebit à neutro. Conclusio est contra Arist. 2. huius,

Prima rõ.

Secunda.

Tertia.

Rões theologicæ.

Improbat. Materia omnē entitatē habet à forma.

Confutatio rationum. Prima ro,

Contra primā rõnē, quæ ad primā conclusionem.

Secunda.

huius tex.cō.30.& non minor, vt patet: igitur eorū maior. Contra tertiam arguo, assumo eorum maiorem, & addo minorem, sed forma elementaria est prior absolute in materia, ipsis primis qualitatibus, & distincta realiter ab illis. igitur habet esse & existentiam propriā independentem ab illis in materia. consequens est contra Arist. 2. de Generatione, & etiam contra eos, aliter non implicaret contradictionem, formam elementariam esse, & existere in materia sine primis qualitatibus, quod Arist. derideret, & ita hæc positio nō est Peripatetica. Secundo accepta eadem maiori addo hanc minorem, sed formæ naturales, vt anima equi & id genus, sunt priores absolute in materia, quam dispositiones, quibus in materia est, quia apud eos fit resolutio in accidentibus: igitur possunt stare, seu nō implicat contradictionem illas stare in materia, sine dispositionibus qualitatiuis & quantitatiuis. credo eos hoc non concedere. quare maior illa falsa est. Contra rationes eorum theologicas iterum arguo & assumo maiorem primæ rationis, & addo minorem, sed Deus facit parietem album mediante albedine: igitur potest ipsum facere album sine albedine. consequens contra eos, igitur eorum maior est falsa. Contra secundam vero arguo & assumo maiorē & addo, sed calor potest calefacere & efficere ignem formaliter calidum: igitur Deus poterit facere ignem calidum sine calore. cōsequens est, vt supra, contra eos quia non potest Deus supplere vicē (vt dicunt) causæ formalis. Contra tertium arguo & assumo maiorem, q̄ intendunt ipsi, videlicet quicquid Deus potest distincta, siue productione, siue creatione efficere, alia videlicet à creatione, siue productione alterius, potest illud conseruare sine illo: sed Deus de facto creat, siue producit omnes animas brutorum in materia sine dispositionibus qualitatiuis & quantitatiuis, apud eos in eodem libro, cum hæ ab agente sint: igitur illas potest cōseruare in materia, sine dispositionibus in qualitatiuis & quantitatiuis. Hæc conclusio, vt puto, est contra eos. quia licet Deus possit facere aīas oēs sine materia, nō pōt illas facere in materia, sine materia, & per cōsequens nec sine dispositionibus materialibus. Contra quartam arguo & assumo maiorem probationis eorū, & addo hanc, sed corpus determinat sibi locum in genere: igitur locum in specie, igitur locum hūc vel illū, qd' eos id cōcedere non credo. Amplius addo aliā, sed A, corpus continuū limitat sibi partem diuisibilē, aliter non esset cōtinuū, Sexto huius, & Primo de Generatione: igitur limitat sibi partem aliquam in spē: igiř partē aliquam in numero. quod ipsi, vt puto, non concederent. Potest.n. continuum aliqd', vt A, adhuc remanere continuum sine illa parte.

Tertia. *Quarta.* *Contra theologicas.* *Secundo.* *Tertio.* *Quarto.* *Quinto.*

Contra vltimam arguo, & assumo maiorem, quam intendunt. quicquid contingenter se habet ad aliquod genus, siue in genere contingenter se habet ad aliquod in specie illius, & ad indiuiduum eiusdem: sed caliditas se habet contingenter ad gradus, siue intensionem & remissionem: igitur potest esse sine gradu suæ intēsionis atq; remissionis, quod non concederent. sic igitur nec positio, nec rationes valent. propterea ad illas pro me, & pro eis respondebimus in fine. Restat modo videre de secunda positione Auer. vbi animaduertēdum est, q apud Auer, vt ipsa materia est causa formę in esse, & conseruari, vt in libro de Substantia Orbis accipit, ita q forma educta de potentia materiæ, cum intelligitur esse sine materia, non habet esse nisi in anima, sic è

Sexto. *2. pō Auer. Materia ac forma sunt sibiinuicē causa, ne dū quo ad esse etiā ad causalitatem.*

E contra materia habet esse & omnem entitatē à forma, ita, vt sibi ipsa esset absq; forma, intelligeremus aliud esse non sibi correspondere nisi hoc, esse cognitū, hæc est sententia Auerro. 12. Meta. com. 14. Sunt igitur materia & forma sibijnuicem causæ & fm esse, & secundū causalitatem. secūdum esse quidem, quia nec forma potest habere esse quin dependeat à materia, nec contra, materia quin dependeat à forma. quo vero ad causalitatem, quoniam nec materia potest componere compositum sine forma, nec forma sine materia. Tunc ex his sequuntur multa de mēte Auer. quorum primum est, q materia est alia, atq; alia sub alia, atq; alia forma secundum vnitatem numeralem positiuam. hoc patet ab eo. 12. Meta. cōm. illo. 14. vt enim est propter formā, sic erit vna propter formam. 2. de Anima. Secundo sequitur, q materia est vna per hoc, q intelligiř sine forma, vt aqua est vna per hoc, q intelligiř absq; vasibus. F verum differunt, quia vnitati aquæ responderet in re aliquod ens reale extra animam, vnitati vero materiæ nihil præter priuationē, qd' habet esse in aīa, hæc Auer. 12. Meta. vt supra. Tertio sequitur q licet materia sit prior forma, cum forma sit prior materia, quia sibiinuicem causæ fm esse & causalitatē, in nullo priori posset capi materia in genere causæ materialis, quin in illo forma ipsa sit adhuc prior ea in genere causæ formalis, & è contra, non potest sumi forma in aliquo priori in genere formæ, quin materia sit prior illa in genere materiæ, quoniam sunt inuicem mutuo causæ, & mutuo sese priores. Vltimo sequiř, q licet sint simpliciter mutuo sibi causæ, & fm esse, & causalitatem, materia tamen distinguit realiter à forma, & entitas materiæ ab entitate formæ. Exemplum in abjs. cōclusio omnē necessitatē habet à propositionibus, & tñ necessitas conclusionis, & necessitas propositionum distinguunt simpliciter. Similiter mundus omnem entitatem habet à Deo, & tamen distinguitur simpliciter à Deo. eodē modo, licet omne esse essentiæ & existentiæ habet materia à forma, cū esse non possit absq; illa, tamen esse materiæ est realiter distinctum ab esse formæ. Nec valet, distinguit realiter a forma: igiř pōt habere esse sibi proprium ab illa separatum, bene concedo distinctum, nō tamen separatū, quia tūc haberet esse indepēdens, contra præsupposita, hæc colligi possunt. 12. Meta. com. 14. Et hæc est positio Expositoris nostri vbiq;, qui in hac re nō differt ab Auer. Per hæc ad rationes. ad primā dico q in maiori debet addi q maneat eadem numero positiue, immo, vt dixi, materia est alia atque alia sub alia forma positiue, eadē vero vt intelligiř priuata: cui intellectioni nihil respondet præter priuationē, quę nō habet esse, nisi in aīa. Sed dices igitur materia generatur fm rem. nego cōsequentiā, sed bene cōcedo, q dependeat cōtinuo ab alia atq; alia forma, sicq; cōtinue alia atq; alia propter formā aliā atq; aliā, & ita pōt dependere ab aliquo in genere formæ è quo non depēdet in genere agentis, immo est simpliciter indepēdens in genere causæ agentis. Adhuc aīa titubat contra, materia quæ erat cum A, forma, nō est eadem numero positiue cum B, forma: igiř desinet esse materia ipsius A, & materia ipsius B incipiet esse: sed oē qd' desinit, aut incipit esse, desinit aut incipit esse per generationem: igiř materia generař, hoc est vltimum posse eorū. Dico, q materia, quæ erat cum A, desinit esse fm idētitatem numeralem positiuā, & materia sub B, incipit esse alia propter aliam vnitatem numeralem positiuā, sunt tamen

Conclusiones Auer. Prima. *Secunda.* *Tertia.* *Quarta.* *à responsio ad tacitam obiectionem.* *Responsio ad argumenta.* *An materia prima sit vna numero in oībus generabilibus & corruptibilibus.* *An materia sit generabilis & corruptibilis.* *Replica. 2.* *Responsio.*

vna

vna per hoc, quod intelligitur sub priuatione, per hoc tamen nõ infertur plus, nisi, quod hæc materia positiue sum pta desinit esse positiue vna hac vnitate. non tamẽ desinit esse, simpliciter, quia non desinit esse forma simpliciter, quia succedit alia, à qua habet vnitatem aliã numeralem positiuam, est tamen vna numero per carentiam formarum facientium distinctionem numeralem positiuam. Hæc est responsio Auer. 12. Meta. (vt dixi) com. 14. Adhuc obijciunt scholares. agens & patiens communicant in materia vna numero. quia contraria sunt apta fieri circa idem numero. Iam respõdet Auer. 8. Meta. quod communicant in vna materia, quæ est vna numero per priuationẽ, nõ vna numero positiue, quia tunc haberet formam propriam vnam numero. Ad secundum patet solutio, maior. n. falsa est: nã agens & finis sunt ex æquo causæ rerum naturalium, & tñ sunt sibiinuicem causæ. Ad tertium Auer. negaret maiorem & minorem. minorem quidem. quia forma & materia dicuntur ad aliquid. 2. huius cõ. 26. maiorem vero, quia non est vera nisi de priori, quod nullo modo est posterius: modo, materia, est prior forma in genere suo, hoc est in genere causæ materialis, & posterior, quia forma est prior illa in genere causæ formalis. Per hæc ad rationes theologicas, ad primam dicerem maiorem esse veram in causis efficientibus: Deus enim potest supplere vicem finis & agentis, non autem formæ vt etiam concedunt ipsi, non. n. potest facere album sine albedine. ideo nec materiam esse quin habeat formam, cũ omne esse sit à forma. Per idem ad secũdum. Ad tertium dicunt alij Catholici, quod materia nõ est per se creata, aut per se producta, quia esset facta informis. Sed est concreata simul cum forma, & quanq; sit res distincta à forma, non propter hoc est creata sine forma: quoniam esse suum non est nisi esse formæ. Ad quartũ dico, quod connexio materiæ, vt materia accepta sub priuatione omnium formarum, nõ est connexio necessaria ad formam, tñ sibi vt sic nihil respondet præter priuationem, quæ est res in anima, hæc tamen materia necessario connexiotẽ dicit ad hanc formã, quod habet, qua corrupta non remanet eadẽ materia numero per vnitatem positiuam, sed eadem numero per vnitatem priuatiuã. & de hac ratione satis diximus supra. Per idem ad vltimum, materia. n. vt materia sub ratione qua est vna priuatione contingenter se habet ad omnem formam, sed vt sic nullum esse habet nisi cognitum: at materia hæc vel illa necessario se habet ad hanc vel illam formam, vt diximus. Sic igit hæc positio nec in se, nec quo ad rationes suas valet. Animaduerte tamen quod si teneatur de mẽte Auer. forma corporeitatis de genere substãtiæ, materiæ ipsi coæterna, facilius rõnes hæ possunt solui: habebit. n. materia esse propter formam illã genericam, quæq; etiã est vna numero per priuationem formæ indiuiduæ. Et sic concedetur quod manet eadem numero realiter positiue, & priuatiue. positiue quidem ratione illius formæ, priuatiue vero per carentiam formarũ indiuiduarũ. sed de hac forma in com. 36. dicemus. Sed, quia hæc positio Auer. est multum difficilis vt vides, & vix perceptibilis, ideo mihi videtur esse mediandum, & cũ Themistio in digressione huius primi dicẽdum: ille enim (vt mihi videtur) probabilius loquitur. Animaduertendum igitur quod materia põt dupliciter cõsyderari, vno modo absolute, alio modo relatiue ad formam. vt lignum põt vt bipedale absolute consyderari, alio modo relatiue vt duplum. Si materia

Ad rationes theologicas. Deus vicẽ formæ supplere non potest.

Alia põ de mẽte Auer.

Qualis positio Auer.

Põ propria.

A consyderetur absolute, vt sic habet esse essentiæ absolutum & à forma, & ab accidẽte, & à priuatione: sic. n. intelligitur per negationem oĩum formarum, quæ negatio differt a priuatione vt dicit Them. quo in priori ipsa est tantum ipsa, nec priuata, nec formata. cui intellectioni vult Themistius respondere esse essentiæ reale simpliciter in omni genere causæ independens, non tamen esse existere. Hanc consyderationem nonnulli vocant primum signum naturæ: & non imperite, quia in signo naturæ intelligitur res quo ad prædicata per se primi modi. Ex quo sequitur materiam in hoc priori signo non esse, nec in actu, nec in potẽtia, siquidem actus & potentia sint modi entis & non differentiæ per se. Itemq; nec vna, nec plures, quando vnitas sit vt passio entis, nec priuata, nec formata per idem. sed solum est ens & substantia, A. vel B, intelligendo per A

B vel B, propriam illius differẽtiam. si quam habet. Alio modo potest consyderari in relatione ad formam, & hoc dupliciter, quia aut vt refertur ad illã in actu, vel in potentia. si vt refertur ad illã in potentia, sic sibi competunt potẽtia, priuatio, & omnia prædicata per se secũdi modi per se, vt vnitas & id genus, qua ratione materia ipsa materiæ rationem nacta est: dicta. n. est materia per hanc rationem potentialem ad formam, quod signum vocant secundum, & non iniuste, in hoc. n. signo ipsa materia est vna numero omniũ formarum per priuationem omnium illarum, cui priuationi respondet aliquid in re, vtpote potentia & essentia illam præcedens. & non est purum intellectum, vt voluit Auer. Ex hoc sequitur quod vnitas materiæ apud Themistium, est vno modo positiua, alio modo priuatiua. positiua quidem per comparationem ad subiectum remotũ,

C vtpote per comparationem ad essentiam: priuatiua vero per comparationem ad subiectũ proximum, vtpote ad priuationem, mediante quia intelligitur materia vna. Hæc diximus in. 12. Meta. com. 14. Et nec isto signo ipsi materiæ competit esse existẽtiæ, nec esse actu. esse quidem actu nõ, quia omne ens in actu apud Themi. est forma, aut habens formam. nec sibi cõpetit existere, quando existere & esse actu idem sint. Nec valet in primo, & secũdo signo materia ipsa est ens essentiæ, & reale atq; simpliciter independens: igitur est in actu entitatiuo, cum apud omnes esse in actu, siue entitatiuo, siue absolute semper sit forma, aut habẽs formam. ille. n. loquẽdi modus non est Peripateticus. Vltimo potest consyderari in relatione actuali ad formam, quod non indocte dicitur tertium signum consyderationis naturalis, quo in signo ipsa est subiectũ formæ, & rõne

D habet subiecti, qua rõne cœlum est subiectũ motoris: nõ materia, quia illud subiectũ est ad esse tñ, quo etiam in signo est ipsa in actu formata, & vna cũ forma pars rei compositæ, Qua etiã rõne est vna numero positiue ab alia atq; alia forma. Exẽplum omnium horum est cæra: potest. n. cæra consyderari in primo signo naturæ quo ad prædicata primi, & sic est substãtia, & quicquid competit sibi per se illo modo. Et potest consyderari in relatione aptitudinali ad oẽs figuras, & sic competũt sibi prædicata secundi modi p se, qua rõne ipsa est potẽtia, vna numero priuatione, atq; materia illarũ, Tertio mõ põt consyderari in relatione actuali, quo videlicet ad signũ naturæ, & sic sibi competit ratio subiecti, & esse figuratũ, & id genus. His sic expositis teneo cũ prima positione ipsam materiã habere aliquã entitatem realem positiuam, quæ dici põt esse essentiæ, &

Prima pars positionis.

Conclusio ex prima pte.

Secunda pt.

Conclusio secũda partis. Est materia vna numero quandoq; positiue, quandoq; aut priuatiue.

Responsio tacitæ quæstionis.

Quo in primo vel secũdo signo natura consyderatur ipsa materia, aptissimũ cæræ exemplum.

secundum illud nó dependet à forma, nec ab efficiente, nec ab aliquo genere causæ. Cum secunda vero teneo materiam non habere esse in actu & existere, nisi à forma, & sic materia & forma sunt sibi mutuo causæ quoad esse actuale, & nó quo ad essentiam. Et p hanc positioné potes facile respódere ad argumẽta vtriusq; partis. *Dubitat. Prima.* Túc circa hęc dubitares, cú materia ipsa habeat esse essentiæ sibi propriú atq; simpliciter indepédens, propter quid non pót esse sine forma. vel saltẽ nó implicaret contradictioné esse sine forma. Secundo, tunc materia non differret à genere, qm̃ comitati materiæ *Secunda.* respóderet illa essentia, & ita genus. Dici potest ad pri- *Solutiones.* mum ꝙ materiam esse absq; forma implicat contradictionem, qm̃ eo ipso ꝙ esset absq; forma esset existens actus vel habens actum. Ad secundum dici potest, ꝙ conceptus generis sumit ab actu vel habente actum, eo quia genus est principium intelligendi, at communitas materiæ colligit ab essentia, quæ nec est actus, neque habens actum. Hæc de materiæ entitate.

RECOGNITIONES.

Quia subiecti naturam inuenire proposuit, & quidem manifestius, quã dixerat, ideo primo de generatione distinguit, deinde differẽtiam assignat, est inter priuationem, & subiectum, & primo quidem à nominum differentia, deinde ab ipsa rerum natura. de prima parte dicit {Dicimus.n. fieri ex alio aliud, & ex altero alterú} subaudi dupliciter {aut simplicia dicentes} subaudi fieri simplicia, {aut cóposita} subaudi dicẽtes fieri cóposita, p quæ innuit duplicẽ esse generationẽ simplicẽ, cuius terminus ad quẽ est simplex, aut cópositam, cuius terminus ad quem est compositus.

Quid simplex, quid composita generatio. In commentarijs disputauimus, quid per simplicẽ, quidue per compositam generationem Aristo. intelligat: sed quicquid ibi dixerimus, nunc dicimus Aristot. per generationẽ simplicem intelligere generationem elementi, quod non nisi vna generatione fit, per generationem compositam intellexisse generationem mixtorú, quæ pluribus generationibus generanť, vt sunt generationes animaliũ, & plantarum, & cum dixisset {ex alio aliud, aut ex altero alterum,} non intellexit diuersa, sed addidit illud more antiquorú, qui sic consueti sunt loqui. Deinde hanc distinctionem exponit, {Dico autem hoc}.i. hanc diuisioné {sic,} vt sit exemplariter dicere, {est enim hominem fieri musicum.} idest nam contingit hominem fieri musicum {est autem}.i. & secundo contingit {aliquod nó musicum fieri musicum, aut} tertio contingit {non musicum hominem fieri musicú hominem} *Dubitatio.* Sed dices videtur aliquid fieri posse quadrupliciter, aut simplex ex simplici, aut *Solutio.* simplex ex composito, aut compositum ex simplici. Et dicendum, generationem nó differre per se à generatione, nisi differẽtia terminos ad quos. nam distinctio quæ habetur per terminos à quibus, est quasi per accidens, & propterea Arist. annotauit ipsam, non propterea quia faciat differentiam generationum per se, sed quia faciat distinctionem per accidens: hoc ratione fit, vt tantum duæ sint generationes, sicuti Simplicius collegit. Deinde exponit quid per simplex, & quid p cópositum intelligat exmeplis in generationibus accidẽtiũ, & dicit. {Simplex quidem igitur dico quod fit} duo. videlicet {hominem, &} priuationem. videlicet {non musicum etiam quod fit simplex musicum,} dicitur enim hominem fieri musicum, & non musicum fieri musi-

E cum. Deinde exponit, quid intelligat per cópositum, & dicit. {Compositum vero} dico subaudi mistum. videlicet {& quod fit & id per quod factum est.i. mistum quod est ex elementis, & materia. cuius ratione affert, & dicit {quando}.i. quoniam {nó musicum hominem dicimus fieri musicum hominem.} vsus est autẽ exemplis in accidentibus, quia quod dixit, in eis est manifestius. Deinde assignat differentiam inter hæc à dicendi vsu, & dicit. {Horum autem, hoc quidem,}.s. non musicum, quod priuatio est, {non solum dicitur hoc aliquid fieri} in recto. videlicet {sed etiam ex hoc} videlicet in obliquo, {vt ex non musico musicum fieri dicimus, & non musicum musicum {hoc autem}.s. subiectum {non} dicitur in omnibus, non.n. ex homine factus est musicus, sed homo factus est musicus, } cur vero dixit {non dicitur in omnibus} in commentarijs sa-

F tis exposuimus. Arabes vero in ipso fieri vtũtur quatuor propositionibus. nam de subiecto dicunt hoc fieri hoc, vt homo fit musicus. de subiecto vero. & de opposito dicũt hoc fieri ex hoc, vt ex immusico fieri musicum, & ex homine fieri musicum, de agente aut dicunt ab hoc fieri hoc, vt à domificatore fit domus. at de oppositis dicunt post hoc fieri hoc, vt post immusicum musicum, & post noctem diem fieri. *Fieri diversimode loquuntur Arabes, de subiecto, et de subiecto & opposito, de agente, & de oppositis.* In commentarijs de essentia materiæ lógam fecimus digressionẽ, *De essentia materiæ.* vbi tãdem positionem Themistij tanq̃ probabiliorem elegimus. dicebamus.n. materia posse consyderari, aut absolute, aut per respectum ad formam. absolute quidem, quoties quo ad ea prædicata consyderatur, quæ ipsi competunt per se primo modo, veluti cum consyderatur, vt ens, vt substantia, & vt ipsa tantum, & cum sic materia consyderatur, erit ens, substãtia, & tantum

G ipsa, & non per dependentiam ad formam. & cum ab essentia vnumquodq; ens dicatur, iure materia, si hoc pacto consyderetur, habebit essentiam, quæ non dependet à forma. Si autem consyderetur materia per respectum ad formam poterit cósyderari, aut per respectum actualé, quo ipsa est actu subiectum formæ, aut per respectum potentialem, quo ipsa potest recipere formam. si per respectum potentialem, quo potest recipere formam, materiæ competunt prædicata secundi modi per se. vt vnitas, qua ipsa dicitur vna omnium generabilium: potentia, qua potest omnes formas recipere: priuatio, qua caret oíbus formis apta tamẽ illas recipere. hoc pacto etiã ipsi competit ratio materiæ: dicitur enim materia eb eo ꝙ ipsa potest recipere oés formas, non autem ab eo, ꝙ illas recipit. materia autẽ, si hoc modo consyderatur, dependet à forma, non qui-

H dem, vt à causa. sed vt à termino, eo modo quo pater, vt à termino, dependet à filio. sin autem consyderatur per respectum actualem ad formam, sic consyderatur quatenus est subiectum, & hoc modo esse actuale habet à forma. nam per hoc, ꝙ subijcitur formæ corporali, materia dicitur corporea, per hoc quod subijcitur actu formæ animalis, materia dicitur animata, vel animalis. per hoc quod actu subijcitur formæ hominis, materia dicitur humana. quare corporea dicitur, quatenus. vt corporea dependet à forma corporis, animata quatenus vt animata dependet ab anima animalis, similiter & in alijs. sic itaq; materia dependet à forma, quia hæc non possunt ei cópetere, nisi actu formis subijciatur. sicuti enim parieti non competit esse album, nisi p formalẽ depẽdentiã ab albedine, ita materię non cópetit esse corporeum, aut aliquid tale, nisi quia actu

formaliter

Dubium. formaliter dependet à forma tali. Sed sunt dubitationes, quæ in commentarijs non sunt tactæ, prima quidem ex eo, quia videmus in transmutatione accidentali subiectum perdere nomen & accidentalem rationem: igitur in trāsmutatione substantiali subiectū perdet nomen & rationem substantiæ. quo fit, vt materię ipsi competat ratio substantiæ non nisi à forma. quare erit substantia, ens, & ipsa propter formam. Secūda dubitatio ex eo oritur, qm, si ipsa materia accipitur in illo priori, in quo habet esse essentiæ, & in quo est ens entitate propria, ac independenti, quęremus, an essentiam habeat extra causas, veluti rosa in æstate, an in causis formalibus atque effectiuis, vt rosa in hieme. si tale esse essetitię habet in causis, tale esse non habebit à se, & ita quo ad omne esse dependebit à causis formalibus, ac effectiuis, & sic erit positio Auer. at, si tale esse essentiæ habebit extra omnes causas, tunc materia erit ens

Solutio. entitate existentiæ. Est enim esse existentiæ esse extra causas, & ita erit eorum opinio, qui dixerunt materiā habere omne esse à se. Sed diluūtur huiusmodi dubitationes. prima quidem, quia concedimus materiam perdere nomen ac rationem substantiæ in transmutatione, non quidem simpliciter, sed quæ erant propter formam. amissa.n. forma materia non dicitur amplius subiectū, nec amplius corporea, nec amplius animata, nec amplius humana, cùm hoc tamē dicitur, ens, substantia, & ipsa s̄m propriam essentiam. Diluitur secunda, qm materia in illo priori, in quo habet esse essentię, habet tale esse essentiæ sibi proprium, nec tamen intra, nec extra causas, sed illud habet à se. sicut Deus à se habet esse existentiæ. intra causas quidem nō habet, quia tunc non esset causa compositi ex æquo cum forma, nec habet esse essentiæ extra causas: quoniā extra causas esse est conditio existentis, quare habebit esse essentiæ à se, nec tamē intra, nec extra causas. hæc sunt, quæ probabiliter dici possunt de mente Themistij.

DILVC. *Eorum vero, quæ fiunt, quæ ut simplicia fieri dicimus, hoc quidem permanens fit, illud uero non permanens. homo quidem permanet, cùm fit musicus homo. ipsum uero non musicum atque immusicum, neque simplex, neq; compositum permanet.*

ANT. *Eorum autem fiunt, sicut simplicia dicimus fieri, hoc quidem permanens fit, illud uero non permanens. homo quidem.n. permanet musicus factus, homo. non musicum autē, & immusicum neque simpliciter, neq; compositū permanet.*

Hactenus de differentia in voce Arist. perficit, nūc vero quo nam pacto in natura atq; in significatione differant exponit, & vult hæc sic differre q alterum in transmutationibus remanet, alterum perit. homo.n. cùm fit de immusico musicus, & homo est, & remanet immusicum vero, neq; est, neq; remanet: & si etiam dixeris immusicum fieri musicum, nec sic ipsum immusicum remanet, im mo, vbi immusicum cum homine copulaueris, etiam immusicus homo non remanet. nam compositum definit esse, quando aliqua sui pars definit esse.

Commen. 59. Auer.

{Et illa} Auer. in hoc commento videtur velle materiam eo permanere, quia remanet genarati pars, at priuatio cum non sit pars generati, ipsa remanere non potest. Sed videtur in dictis Arist. & Auer. contradictio: hic enim patet priuationem ipsam non remanere

A in materia. 2. huius. cōm. 15. accipitur q priuatio est perpetua quasi forma materię. Dici potest, q hic loquitur de priuatione determinatæ formæ, ibi loquitur de priuatione formæ generalis, siue formæ secundū genus, & hoc modo non perit.

RECOGNITIONES.

CVm attulisset differentiam inter oppositū & materiam ex vsu dicendi, nunc differentiam affert ex parte rerum. Et differentia, quā affert, vt Simplicius indicat, est inter oppositum, quod est priuatio, & materiam, quæ est subiectum. non enim per oppositum intelligit quid commune priuationi & formæ, sed solum intelligit priuationem s̄m Simplicium, licet de vtroq; intelligi posit, & dicit. {Eorum autem quæ fiunt.} videlicet materia & priuatio, quæ {Dicimus

B fieri sicut simplicia}, i. quæ dicimus fieri simplici generatione, {hoc quidem}, s. materia, quæ subiectum est, {permanens fit, illud vero}, s. priuatio, fit {non permanens,} hanc differentiam exemplis exponit, & dicit. {homo quidem enim permanet homo musicus factus, non musicum autem & immusicum neque simpliciter} cum sit seorsum, neque compositum} .s. cum subiecto permanet. q.d. oppositum neque in simplici, neq; in composita generatione permanere: quoniam semper oppositum in quauis generatione desinit esse, subiectum vero contra, tam in simplici q̄ in composita generatione, permanet.

DILVC. *Determinatis igitur his, ex omnibus quæ fiunt, hoc est accipiendum, si quis uti diximus, inspexerit, subijci semper aliquid oportere quod fit, quodq; tametsi numero sit unum, specie tamē non unum. id enim specie dico & ratione idem.*

C *non enim idem est homini & immusico esse. Insuper hoc quidem permanet, illud uero non permanet. ipsum quidē enim oppositum non permanet, nam homo permanet, musicum uero atq; immusicum non permanent, neq; ex utrisq; compositum, ueluti immusicus homo.*

ANT. *Determinatis igitur ijs, ex omnibus, quæ fiunt, hoc est accipere (si aliquis intenderit, sicut dicimus,) quoniā oportet subijci semper aliquid, quod fit, & hoc si & numero est unum, sed & specie non unum. specie enim dico & ratione idem. non enim idem est homini & immusico esse. & hoc quidem permanet, illud uero non permanet. nam appositum quidem non permanet. homo enim permanet, musicum uero & immusicum non permanet, neq; ex ambobus compositum, ut immusicus homo.*

D Vt Themistius exponere videtur, nunc Arist. ex dictis, quo nā modo priuatio & materia differant, cōcludit, & vult id quod restat ac superat materiam esse, id vero quod non superat, sed abiit, priuationem. Hæc autem cōuenire & differre declarat. nam numero eadem esse vult, specie vero & ratione differre. Quod vero ratione differunt, per differentias tactas declarat, qm (vt dixit) alterum remanet, alterum abijt atq; transit: igitur ratione differunt, atq; specie. Quomodo vero numero eadem, siue non, declarat, sed posterius dicemus. Sic igitur ex his dictis patet esse duo generationis atque transmutationis principia, specie atq; rōne differentia. Sermo eius non indiget nostra glosa, cū translatione pateat.

Commen. 60. Auer.

{Et cum declarata.} Auer. primo venatur necessitatem

tatem subiecti. Et arguit sic. generatio indiget subiecto, vt supponit. vel igitur subiectum illud est cōpositum in actu, vel oppositum, vel forma, aut tertium. nō compositū, quia illud fuit generatū. igitur non subiicitur generationi. nec potest esse priuatio, quia illa abest. nec forma, quia ipsa habita, cessat generatio: igitur erit materia alia ab his, quæ in rei veritate est illud qđ generatur, hoc est subiicitur generationi. Complicat etiam in his rationem aliam, videlicet, omnis motus indiget subiecto alio ab vtroq; termino motus, in eo ꝙ motus, vt supponit: generatio est motus, saltem cōiter igitur generatio indiget subiecto alio à terminis in eo ꝙ motus, & tale dicimus materiam, ipse tamen confuse loquitur, vt consueuit.

{Et istud quod est generatum in actu.} Secundo nanciscitur priuationem, & hoc dupliciter. primo per rationem Arist. secunda ibi. {Et hoc quod dixit.} per rationem propriam. primo arguit sic, omne id, quod abest, differt aliquo modo ab eo quod remanet: sed oppositum abest, & materia remanet: igitur differūt. ait tamen (vt Arist. dixit) materiam & priuationē esse numero, differre specie. Dubitant hic & rationabiliter, quæcunq; differunt specie differunt numero: igitur non possunt aliqua specie differre, & numero esse eadem. Nonnulli volunt verbum Arist. & Auer. esse intelligendum in prędicatione, vt sit sensus ꝙ priuatio & materia sint idem numero, quia prædicantur de eodē numero: qua ratione fit, vt Arist. accipit actum exercitum pro signato. modo, aliqua possunt prædicare de eodem numero, vt album, & pater, quæ differunt specie & genere. Huic obijciunt nonnulli. primo, quia nulla prædicatione existente, materia & priuatio sunt eadem numero, vbi esse non possunt eadem numero propter prædicationem: igitur propter esse in actu exercito. Secundo, sicut ea quæ prædicantur de eodē numero sunt eadem numero: igitur ea quæ prædicātur de eodem specie erūt eadem specie: sed materia & priuatio non sunt eadem specie per Arist. igitur non prædicantur de eodem specie. tenet argumentum ex opposito consequentis. hæ sunt captiunculæ. Propterea dici potest, ꝙ nulla prædicatione existente, actu illa nō possunt esse eadem numero, & si nulla sit in aptitudine, non possunt esse in aptitudine. modo, satis est ꝙ possunt prædicari de eodē numero. Ad scđm concedo, ꝙ illa sunt eadem specie, & differunt specie, quatenus quidem prædicātur de eodem specie, dici possunt eadem specie extrinsece, vt dulce & albū de lacte, quatenus vero vnum per se non dicitur de altero differūt specie intrinsece, & hoc non percepetunt ipsi. Propterea aiunt ꝙ aliqua esse eadem numero est dupliciter, aut simplr, vt cultellus & gladius, & hæc, si sunt eadem numero, possunt esse, & sunt eadē specie. alia sunt eadem numero secundum quid. vt quæ conueniunt in subiecto, vt dulce & albū in lacte, & hæc possunt differre specie, quando differunt numero simpliciter. Sed hæc responsio non valet, quoniam secundum viā cōmunem non alia indiuidualitate est accidens ipsum indiuiduum & subiectum: igitur vnica indiuiduatione: igitur simpliciter numero idem, & tamen differunt specie proprie. Secundo, relatio & fundamentum fm viā communem sunt idem numero simpliciter, & tamen differunt specie & genere. Tertio, fm alios subiectū & propria, siue passio, siue affectio sunt idem numero simpliciter, & tamen specie differunt, cūm ipsa passio

Dubiū.

An aliqua numero idē esse ac specie differre possit.

An priuatio & materia, sint idē realiter.

Secunda.

Tertia.

E sit in prædicamento qualitatis, subiectum in prædicamento substantiæ, sic hæc reprehensio nō est communis, licet sustineri possit. Nōnulli fingunt plures distinctiones quàm identitates, quas nullus vnquàm Peripateticus percepit quando sine illis, & cum illis ita bene doctrinas scribunt suas, sicut sine illis. Doctores etiam nostri catholici, & approbati sine illis ita bene loquuntur de diuinis, sicut illi cum talibus confusionibus. Isti igitur respondent aliqua esse eadem in realitate subiectiua, quæ differunt vel non sunt eadē in realitate obiectiua, & hoc volunt sentire Arist. & Auer. hic, cūm aiūt esse illa numero eadem, specie vero differre. Hæc responsio, licet sit difficilis improbationis, scio certe hæc, & id genus non esse Peripatetice dicta, ideo nunc cōtra hæc paucis verbis & exercitij causa dubito. Primo suppono, ꝙ realitas obiectiua sit superior realitate subiectiua, hæc est partim eorum, partim etiam patet. nam

F obiectum non esse potest nisi communius, & vniuersalius subiecto: igitur realitas obiectiua, quæ est abstractum obiecti, est communior ratio quàm illa subiecti hoc nunc suppono. Accipio. 2. de mente eorum contra diuum Thomam, quæcunque differunt in ratione superioris eo modo quo differunt in ratione illius, etiā differunt in ratione inferioris: hanc isti sumunt in eorum Libris Theologię. Ex his arguo, quæcunque differunt in ratione superioris, eo modo quo differunt in illa etiam differunt in ratione inferioris & subiecti, per secundam eorum. Sed A B, quæ sunt eadem realitate subiectiua, & differunt realitate obiectiua differunt in ratione superioris in realitate, quia differunt in realitate obiectiua: igitur in realitate ab inferiori ad superius, per primam. igitur differunt in ratione in-

G ferioris in realitate, & sic non possunt esse eadem in realitate aliqua inferiori. Scio, quòd respondebunt, & hoc volo. Secundo, quęcunque differunt realitate, differunt realiter: quæcunq; differunt in realitate obiectiua, differunt realitate: igitur differunt realiter, & per cōsequens non possunt esse eadem in subiecti realitate. Maiorem probo. quæcunq; non differunt realitate, nō differunt realiter: igitur quæcunq; differunt realitate differunt realiter. Consequentia tenet per regulam oppositorum Secundi Topicorum. Antecedens probo, quia quæ non differunt realitate obiectiua, non differunt realiter obiectiue, quæ non differunt realitate subiectiua, non differunt realiter subiectiue: sed quæcunque differunt realitate, differunt aut realitate subiectiua, aut obiectiua: igitur quæcunq; non differunt realitate, non differuot realiter, & sic per locum oppositorum, quæ differunt realitate, differunt realiter. Sol-

H uent etiam & hoc, & hoc volo. nam ignoranti & scienti omnia sunt plana. Hæc obiter diximus. alias fortasse, si in metaphysicis continget scribere, latius disputabimus. Pro dicto vero Arist. & Auer. atq; Themistij, animaduertendum vna numero sitate sunt indiuidua accidentia, & subiectum: qm iodiuidua apud eos numerantur nnmerositate subiecti, sed subiecti numeralitas est vna: igitur omnia accidentia & subiectū vna numeralitate sunt indiuidua. Ex hoc sequitur, aliquā esse eadem numero, sine numerositate, quæ differunt specie, vt hoc album, & illud dulce sunt eadem numerositate lactis huius, quæ differunt specie: & sic concedo materiā & priuationē esse numero eadē, q̄ differūt specie, siue rōne. sequitur & aliqua differre realiter, q̄ sunt eadem numero, vt hæc albedo, & hæc dulcedo.

De distinctionibus.

Ignoranti & scienti, omnia sunt plana.

Anima. vnitate numeralitate accidentium.

Adra-

Ad rationes, ad primam, hæc sunt eadem numero: igitur specie, per regulam Quinti Metaph. dico, ꝙ illa regula est vera, quando illa eadem numero sont ita se habentia, ꝙ vnum ab altero non dependet, aliter habet infinitas instantias. Ad secundum, quæ differunt specie, differunt numero: igitur, si differunt specie, non possunt esse eadem numero. Dico, ꝙ quæcunq; differunt specie, & vnum non dependet ab altero, differũt numero, quod non est sic in proposito. Sed dices, hæc albedo, & hęc dulcedo sunt eadem numero: igitur vnũ est aliud, hoc est, albedo hæc est dulcedo hæc. tenet cõsequentia, quia quæcunq; sunt eadem numero, sunt simpliciter eadem. Dico consequentiam esse nullam: valeret .n. quando illa essent eadem numero, & nec vnum ab altero, nec ambo è tertio dependerent, cuiusmodi in proposito non est. Ad probationem dico, ꝙ ea, quæ sunt eadem numero, sunt simpliciter eadem, quando vnum non ab altero, nec ambo è tertio depẽdent. Huius nostræ positionis est Expositor noster Thomas, etiam & Aegidius non minus Metaphysici, quàm Physici.

{Et hoc quod.} Nunc vult exẽplo & ratione propria declarare. priuatio etiam: & addit etiam declarationem subiecti, & primo accipit Arist. conclusionem esse vniuersalem in omnibus prædicamentis, omnia prædicamenta habent subiectum & priuationem, vt diximus. Secundo declarat hæc duo in prædicamento substãtiæ, & vult in generatione hominis præesse sperma. modo, ratio spermatis opponitur rationi hominis: igitur habetur oppositum. Sunt enim hęc opposita priuatiue.

{Et etiam.} Declarat subiectum, & vult in generatione hominis non tantum esse oppositum, sed etiã subiectum, quod in rei veritate dicitur generari, dico in rei veritate gñari subiectiue, videlicet illud, in quo inuenitur iste motus, qui debet esse in subiecto (vt diximus.) Et sic habes exemplum in vtroque, vt in priuatione & materia.

{Et impossibile.} Remouet dubitationem, posset enim dici, idem esse subiectum & oppositum, vt sperma est subiectum, & oppositum. Contra arguit, quia tunc motus esset sine subiecto, qm̃ sperma successiue corrumpitur: igitur non potest esse subiectum generationis. Ex hoc apparet apud Auer. fieri resolutionẽ vsque ad materiam primam, aliter ratio sua nulla. dicerem enim, idem esse subiectum & oppositum, & generationem recipi in ipso spermate.

{Et si non esset.} Probauit materiam per exemplũ, nunc probat idem ratione, & arguit enthymematice sic, si non esset materia, non esset aliquid deferẽs istum motum generationis, neq; esset aliquid, quod diceretur moueri, neq; aliquod quod esset in potentia ad aliquid & auferretur natura possibilitatis. Iste consequẽtiæ tenent supponendo vnum, ꝙ radix & fundamentum contingentiæ est materia: quia illa est, qua res potest esse & non esse: igitur, si non datur materia aufertur causa contingentiæ, ablata vero causa contingẽtię, aufertur potentia, & sic tollitur ratio subiecti, & sic nihil erit subiectum generationis. Animaduertendũ, ꝙ ab Auer. nos discordamus in duobus. primo dicimus materiam non esse tantum causam contingentiæ. nam voluntas est causa multorum contingentium, & non propter materiam, vt patet in diuina voluntate, quę ad extra comparatur contingenter, cùm ad nihil contin-

Contingentiæ fundamẽtum ẽ ipsa materia ac ipsa volũtas.

A gens possit referri necessario. propterea discordamus in secundo, ꝙ possibile est duplex. vno modo quod nõ est & potest esse, vt forma generanda dicitur possibilis, & quoniam hoc potest poni in esse à voluntate Dei ideo dicitur esse vt obiectum illius. propterea à nonnullis id dicitur esse in potentia obiectiua, & non imperite, quando illa sit præconcepta à mente primi opificis, vt obiectum diuinæ voluntatis, saltem secundariũ possibile hoc modo à volũtate ipsa sumit ortum. alio modo dicitur aliquid in potẽtia receptiua, ex quo vna cum ipso in actu componitur aliquid in actu: & quoniam hæc possibilitas proficiscitur à materia ipsa, dicitur possibile potentia subiectiua. Sunt qui addunt tertium possibile, quod videlicet non est hoc aliquid, & potest fieri hoc aliquid per separationem, vt partes q̃titatiuæ non sunt hoc aliquid, cùm sint partes cõtinui: B quia vero per separationem effici possunt hoc aliquid, ideo à nonnullis vocatur possibile tertio modo. hoc tamen (vt mihi videtur) non est necessarium, quia cõtinuum non est diuisibile, nisi propter materiam, quæ potest recipere quantancunq; formam, Tertio huius, ideo istud non differt à secundo membro. Discordamus igitur ab Auer. quia ipse vult omnium possibiliũ causam esse materiam, ideo ea ablata, omnis contingentia aufertur. Nos vero dicimus causam possibilium secundum potentiam obiectiuam esse voluntatẽ tantum, causam vero possibilium s̃m potentiam subiectiuam, dicimus esse voluntatem & materiam. Ex his sequitur ꝙ apud Auer. idem est possibile obiectiue, & subiectiue. vt forma generãda, ratione agentis, est possibile obiectiue, ratione materiæ est possibile subiectiue. Apud nos vero differunt, quoniam in plus est posC sibile obiectiue, quã possibile subiectiue. omne enim possibile subiectiue est possibile obiectiue, vt forma generãda respectu materiæ est possibile subiectiue, respectu agentis est possibile obiectiue: non tñ è contra, quia forma, quæ immediate est è Deo ipso, est solũ in potentia obiectiua, non subiectiua. Animaduerte & ꝙ Auer. etiam concedit distinctionem hanc, verum possibile obiectiue apud eum, dicitur possibile ab extrinseco, possibile subiectiue dicitur possibile ab extrinseco, vt patet .1. Cœ. cõm. 124. sed, vt diximus, ille vult hæc conuerti, quia omne possibile ab intrinseco, vult esse possibile ab extrinseco, & è contra. dicitur .n. idem respectu diuersorũ possibile ab extrinseco, & ab intrinseco, vt respectu agentis dicitur possibile ab extrinseco, respectu materiæ ab intrinseco. nos vero in plus ponimus ipsum possibile ab extrinseco, vt dixim⁹. D sic patet ꝙ argumenta Auer. contra nos procedũt ex ignorantia proprie vocis.

Possibilium rõ s̃cdm potentiã obiectiuã, ex voluntate tantũ sumẽda est, s̃cdm subiectiuam autẽ, ex ipsa materia.

RECOGNITIONES.

Averroes putauit hic Arist. ex dictis inferre & necessitatem materiæ, & necessitatem priuationis. Themistius vero asserit Aristotelem inferre differẽtias inter materiam & priuationem: quę expositiones non videntur verbis Arist. consonæ, vt legenti verba patet. propterea dico, Aristotelem concludere solum necessitatem materiæ, & dicit. {Determinatis igitur ijs, ex omnibus quæ fiunt}, i. determinatis igitur iis differentijs, tam ex vsu dicẽdi, q̃ ex parte rerum, {ex omnibus quæ fiunt}. i. ex generationibus eorum, quæ generantur, {hoc est accipere}. i. quod posterius explicabitur. dico hoc est accipere {si aliquis intenderit, sicut dicimus}

mus},i.si aliquis considerauerit sermonem nostrum: quem subdit,d.{quoniam oportet subiici semper aliquid}scilicet subiectum aliquod,{ quod fit},i.de quo dicitur ꝙ hoc fit. *Dubi.* Sed dubitabis, vtrum hoc subiectum sit idem,quod priuatio, vt Plato asseruit ex eo,quia subiectum & priuatio sint eadem numero.Propterea respondet ꝙ licet sint eadem numero , tamen differunt ratione,& permanentia,& dicit { & hoc},s. subiectũ, quod subijcitur {si &}.i.quanq {numero est vnum}.s. cum ipsa priuatione,{sed &},i.tamen {specie} .i.ratione{non}est{vnum,} & exponit, quid per speciem intelligit,& dicit.{Specie enim dico , & ratione idem , } quod autem differant ratione, probat,& dicit.{ Non enim idem est homini, & immusico esse},i.ratio,quare subiectum,& priuatio differunt primo in rõne principij.Deinde assignat secundam differentiam,& dicit. {Et hoc quidem permanet} s.subiectum {illud vero} .s.priuatio { non permanet } ideo exponit id quod p̃manet,& id quod non permanet,& dicit.{nam uppositum},s.priuatio{ quidem non permanet , homo.n.} .s.subiectum permanet,{musicum vero , & immusicũ non permanet,}nam in generatione immusicum non permanet , in corruptione musicum non permanet, subaudi, neque simpliciter,{neq; ex ambobus compositum, vt immusicus homo . } hoc est nec in simplici, nec in composita generatione : ergo licet materia , & priuatio numero sint eadem,tamen ratione differunt, & permanentia.

Quæstio. Magna.q. est, vtrum aliqua in subiecto eadem esse possint, quæ specie,& ratiune differant. Sed quia hæc .q.satis est disputata in commentariis, ideo propter aliquos quæritur,vtrum aliqua possint realitate differre quæ non differunt realiter.

Opinio aliquorum. Quidam tenent fieri posse , nam homo , & animal differunt realitate, quæ non differunt realiter.Insuper ens,& vnum differunt realitate, quæ non differũt realiter. Ad hæc,subiectum & propria eius passio differunt realitate, quæ non differunt realiter. *Refutatio. 1.ratio.* Sed contra argumentor,quæcũq;, vt ita loquar,differunt aliqualitate,& realitate,differunt aliqualiter taliter, vt ita dixerim:probatur, nam quæ differunt formalitate differunt formaliter,& quæ differunt conceptibilitate,differunt conceptibiliter,& quę differunt intellectualitate, differunt intellectualiter, & quę differunt spiritualitate,differunt spiritualiter,& quæ differunt sensualitate, differunt sensualiter,& quæ differunt substantialitate, differunt substantialiter , & quæ differunt accidentalitate,differunt accidentaliter:& nulla sunt, quæ differunt aliqua aliqualitate, & aliqua talitate,quin differãt aliqualiter taliter.ergo quæcunque differunt aliqualitate,vt ita loquar,& talitate, differunt aliqualiter taliter,& sic patet maior assumpta.tunc addo minurem, sed realitas est aliqualitas, & vt ita dixerim, talitas, ipsum vero realiter est aliqualiter taliter, vt vtar sermone eorum : igitur quæcunque differunt realitate,differunt realiter:non ergo possunt aliqua distingui realitate,quin etiam realiter differant. *2.ratio.* Præterea, quæcunq; differunt realitate, non sunt eadem realiter , patet ab exposita ad alteram exponentem , quæ non sunt eadẽ realitate,nulla realitate eadem sunt,patet ab ęquiualẽti ad æquiualentem . quæ nulla realitate eadẽ sunt,nec obiectiua , nec subiectiua realitate eadẽ sunt : quare q̃ differunt realitate differũt realiter.hæc cõtra eorũ opinionem exercitationis causa valeant quoad fieri põt.

E *Sed ex aliquo fieri aliquid,* & *non hoc fieri, magis quidem dicitur in non subiectis,ut ex immusico musicum fieri, in homine uero non dicitur. uerum* & *in subiectis etiã nonnunquam similiter dicitur.* Ex *ære nanq; statuam fieri dicimus,non æs statuam: at ex contrario,quod etiam non permanet,utroq; modo dicitur,* & *ex hoc fieri hoc , et hoc fieri hoc, etenim ex immusico fit musicum,atque etiam immusicum fit musicum. Ideo* & *in composito similiter,nam* & *ex immusico homine fieri musicum hominem ,* & *immusicum hominem fieri musicum hominem dicimus.* DILVC.

Sed ex aliquo fieri aliquid, & *non hoc fieri aliquid,magis quidem dicitur in non permanentibus, ut ex non musico musicum fieri .* Ex *homine autem non. at uero* & *in permanentibus aliquando dicitur similiter .* Ex *ære enim statuam dicimus fieri, non æs statuam,hoc tamen in opposito,* & *nõ* F *permanenti utrolibet dicitur,* & *ex hoc hoc ,* & *hoc hoc. Etenim ex immusico,* & *immusicus fit musicus,unde* & *in composito similiter est.etenim ex immusico homine,* & *immusicus homo dicitur fieri musicus .* ANT.

Incœpit declarare quo mõ priuatio differre ẽ materia ipsa quantum ad rem,nunc(vt dicit Themistius) quantum ad voces ipsas,quibus vtimur in his.qa hoc diximus,Themistius etiam longe hoc declarat, est p̃terea textus ipsa translatione patens, ideo de differentia horum satis.

Commen. 61. Auer.

{ Cum dedit.} Commentum patet, verum ibi. {& apparet ex sermone} Auer. respondet quæstioni , qm̃ ex textu lecto,& ex textu præsente,& textu sequẽte ha G betur,ꝙ oppositum fit hoc,& ex opposito fit hoc:igitur oppositum fieret,cuius contrarium diximus. voluimus.n.subiectum solũ in rei veritate generari.Respondet,ꝙ Arist.vtitur verbis large,& quasi improprie:qa id,quod in rei veritate generatur,est materia & subiectũ.sic igit̃ Arist.nõ curauit de verbis , cætera patent.

An tria tantũ sunt rerum naturalium principia. Circa finem huius capituli solet quæri, vtrum tm̃ tria sunt principia naturalia. Et videtur ꝙ non, quia vel principia per se sunt tãtum tria, & hoc est falsum , quia priuatio est principium per accidens, vt videbitur cõm.66.si vero intelligitur tam de principijs per se,q̃ de principijs per accidens,tunc plura sunt principia per accidens, vt dispositiones qualitatiuæ,& quantitatiuæ, sine quibus nihil fieri potest. Secundo, Auer.in libro de Substantia Orbis . ca.1. ait. principiũ eorum quæ recipiuntur in materia sunt dimensiones H tres:igitur plura quàm tria. Tertio,cœlum est res naturalis,& tamen illius non sunt hæc tria principia.Quarto, infinitæ sunt materiæ & formæ : igitur non tãtum tria sunt principia. antecedens patet , qm̃ infinita sunt indiuidua, quorũ materiæ & formæ sunt in duplo plures ipsis. Quinto , nunq̃ sunt tria principia naturalia: igitur hæc nunquàm erit vera,tantum tria sunt principia rerum naturalium. Antecedens patet, quia quãdo priuatio est,tunc forma non est.& quando forma est, tũc priuatio non est.igitur nunq̃ sunt hæc tria insimul.

Sexto arguunt captiunculatores, principia rerum naturalium sunt duo & non plura: igitur nõ sunt tria. Antecedens patet, quia principia rerum naturalium sunt duo & vnum:modo vnum est non plura,igitur nõ tria. Septimo, materia & forma tantum sunt principia:igitur non tria.antecedẽs probatur.hæc duo vel tria sunt duo

duo & non plura, demonstratis illis duobus: hæc duo vel tria sunt omnia principia: igitur omnia principia sunt duo & non plura. Octauo, tria sunt pauciora tribus: principia sunt tria: igitur pauciora tribus. maior declaratur, hæc duo vel tria sunt pauciora tribus: hæc tria sunt duo vel tria: igitur tria sunt pauciora tribus. Nono, tantum tria sunt principia: igitur tria & nó alia à tribus. consequens est falsum, quia si sunt tria, tunc etiam duo sunt, & si duo, túc alia à tribus, ex quo duo non sunt tria, & sic consequens est falsum: igitur & antecedens. Hæ captiunculæ ponantur propter vos iuniores exercitij causa, quanquàm sint pueriles. Ad quæstionem breuibus captiunculatores faciunt differentiam inter principia rerum naturaliũ in facto esse, & in fieri. In facto.n. concludunt cuiuslibet rei naturalis esse duo principia prima intrinseca, & non plura, & hoc quia solum materia & forma sunt, quæ manẽt in re ipsa naturali post eius generationem. dicũt intrinseca, quia computando intrinseca & extrinseca, sunt etiam efficiens & finis, dicunt prima, quia mixtorum sunt fortasse sex principia intrinseca: vt prima materia, & prima forma eius, atq; quatuor formæ substãtiales elementariæ. verum duo tantum sunt prima, vt prima eius materia, & vltima forma, & in hac parte cõueniunt omnes rerum naturalium scriptores. Iuxta hoc negant hanc, omnia principia rerum naturalium sunt tria: sicut neganda est hæc, omnes sectæ Philosophorum sunt tres, declaratur: quia aut illud signum omnes, tenetur distributiue, aut tenetur collectiue: si distributiue, illa est falsa, quoniã hæc est vera, quatuor sunt principia rerum naturalium, vt Socra. & Platonis geminæ materiæ, gemineq; formæ: igitur quatuor, & tamen non sunt tria: igitur non omnia principia naturalium rerum sunt tria. si vero teneatur collectiue, dubium est, an omnia principia rerum naturalium sint tria, quia dubium est quot sunt res naturales simul iũctæ, & quantum ad hæc ab eis non dissentimus. At loquendo de rebus naturalibus in fieri, tunc dicunt cuiuslibet generationis siue transmutationis rei naturalis esse tantum tria principia intrinseca quantum ad cõceptum definitiuum illius transmutationis, hoc est, ꝙ in quolibet conceptu definitiuo trãsmutationis includuntur intrinsecæ tres, siue rationes, siue conceptus, vt conceptus quo materia ipsa concipitur, conceptus quo forma concipitur, & conceptus quo priuatio. Et quantum ad hoc conueniunt omnes captiunculatores, potissimum (vt mihi videtur) motiuum eorum est, vt saluetur simultas principiorum: vbi.n. de inesse tria essent principia transmutationis, simul essent materia & forma & priuatio, quod falsum est, propterea oportet, intelligere tria esse ſm rationem concipiendi atq; definiendi. Hęc positio licet improbari non possit, nõ propter hoc debemus credere illam esse ad mentem Arist. Themistij & Auer. quos exponimus: nec debemus de ipsa multum curare. Quolibet.n. proferente contrarium stultum est sollicitum esse. Videtur autẽ propter hæc non conuenire, quoniam Arist. huius. tex. cõmen. 6. ait partes definitionis esse rei partes, vbi Themi. inquit. definitio videtur substantiam subiectã in membra partiri, & ita vult eadem esse principia rei, & definitionis eiusdem non differentia nisi penes implicitum & explicitum, vt dicebat Auer. cõm. illo. 6. Secundo, Arist. contra Melissum & Parmenidem arguit plura esse entia, quia principia definitionis sunt

Pō captiunculatorum.

Tria tantũ rerum naturalium principia esse ſcdm rationem concipiendi vel diffiniendi, non autem rei falsum est.

A plura, & illa sunt principia rerum definitarũ, vbi Themist. inquit. aio necessarium esse hominis definitionẽ ex iis quæ vere sunt esse composita, vbi aperte vult partes principiaq; definitionis esse partes principiaq; rerũ definitarum, vbi Auer. cõm. 28. accipit ꝙ partes rei quę sunt ſm definitionem præcedunt rem in esse. Tertio Auer. 1. de Anima cõm. 5. inquit, vnde cognitio istius viæ non sufficit in scire definitiones rerum, nisi scita fuerint principia propria illis rebus. nam definitiones non componuntur, nisi ex principijs proprijs, quę sunt in re. Idem Themist. ibidem: igitur non possunt hæc tria esse principia definitiua ipsius transmutationis, quin sint principia transmutationis in re. Quarto, aut hæc definiendi principia sunt definitæ rei principia ſm esse, aut non. si non, tunc definitio erit ex extraneis: si sic, habetur propositum: ita arguunt Aristo. & Auer. 1. B de Anima cõm. 16. Quinto, data hac positione, tunc esset principium per se transmutationis, quia ipsa est principium per se definitionis ita, sicut materia & forma, cum sit vna pars illius, sicut & illæ, hoc est contra Arist. & Themist. & Auer. infra cõm. 56. Sexto, tunc principia non semper manerent. quoniam, cùm hæc tria sint principia conceptus definitiui, cõceptu abeũte, hæc amplius non erunt, & sic semper manent. Propter hæc mihi nõ videtur hæc positio, ꝗ̃ hæ rationes non demonstrent. Teneo igitur ꝙ transmutationis rerum naturalium sunt tria principia per se, & essentialia, videlicet materia, vt subiectũ, forma & priuatio, vt termini: forma quidẽ vt terminus è quo corruptionis, ad quem vero generationis. priuatio contra generationis è quo. corruptionis autem ad quem. & intelligo prima. propterea, quia multa sunt principia posteriora. C intelligo per se, & essentialia propter dispositiones qualitatiuas & quantitatiuas.

Pō propria. Tria tantum sunt transmutationis naturalis principia prima, essentialia & p se.

Sed tunc occurrunt dubitationes. prima nunquam erit ita ꝙ tria sint principia transmutationis rerum naturalium. quia, quando forma est, desinit esse priuatio, & quando priuatio, desinit esse forma. Secundo, cur dimensio non est principium per se, vt priuatio, quãdo sit æque necessarium. Tertio, cur finis & agens non sunt principia, sicut priuatio & forma, quando agens sit vnde motus principium, finis vero in quem motus desinit. Ad primam dicendum, ꝙ sicut conceduntur hæ. 30. sunt vnius mẽsis dies, 366. sunt dies anni. 7. sunt dies hebdomadæ, & id genus, ita conceduntur hæ, centum sunt passus hinc in Latium, mille in Auianum. Similiter & hæc, tria sunt generationis, siue transmutationis principia. De rigore.n. logico, vt verbum est copulat prædicatum cum subiecto pro vno momento, D omnes sunt falsæ. ât de rigore rei omnes sunt veræ, est .n. sensus mille sunt passus hinc in Auianum, hoc numerus passuum in fine motus completur in mille, vel dic vt potes. volentes igitur captiunculatores ad vnguem saluare logicam amiserunt philosophiam. Ad secundam dico, ꝙ dimensio reducitur ad materiam, quia habet eundem modum principiandi vt materia. Dimensio enim potentia, dispositiones qualitatiuæ, & quantitatiuæ concurrunt ad transmutationẽ per modum subiecti receptiui, saltem dispositiui, & sic quasi vt materia, priuatio vero vt terminus è quo, quomodo nec materia, nec forma, aut vt terminus è quo, quomodo nec materia, nec forma, aut vt terminus ad quẽ Ad tertiam locutus est Aristo. de principijs intrinsecis transmutationis, cuiusmodi non sunt agens & finis,

1. Dubitatio.

Secunda.

Tertia.

An dimensiones interminatę precedãt formã substantialẽ in materia.

Si.pa

nam finis quatenus terminus ad quē coordinatur cū forma, agens vero est extrinsecum. Hæc de numero principiorum. Ad primum patet solutio per hæc. Similiter ad.2. Ad.3.dico, ꝙ Arist. loquitur de re naturali, & transmutatione eiusdē, cœlum vero non est trāsmutabile. Ad quartam patet solutio per corpus, & patet solutio ad.5. Ad cæteras captiunculas respōsiones quære ab Albertulo. qui harum & similium auctor est.

RECOGNITIONES.

Primum ex Them. Oppositum fieri oppositū in cōcretis tantū verum est, cir cūlocutione ad subiectum.

REpetit differentiam inter materiam & oppositum, quæ accipitur ex vsu loquendi. Vbi primo tria resumamus, quæ Themistius, & Simplicius indicant. quorum primum est, ꝙ in aliquibus in ipso opposito, ac priuatione vtimur pronomine vtroq; modo, videlicet recto, & inflexo. verbi causa, dicimus ex immusico fieri musicum, & immusicum fieri musicum, ait tamen Themistius nō in omnibus id fieri posse, sed in quibusdam. non enim dicimus non albedinem fieri albedinem, nec dicimus non grammaticā fieri grāmaticam, sed in ijs, quæ concreta sunt, vtroque modo vtimur, qualia immusicum, & insipiens, & id genus

Secundum. sunt. Secundum vero est, ꝙ in subiecto vtimur pronomine recto pro maiore parte, in quibusdam autē pronomine inflexo. dicimus enim hominē fieri grammaticum: hominem fieri album, interdum autē dicimus ex lignis fieri arcam, ex ære fieri idolum, & id genus.

Tertium. Tertium est causa horum, nam rectus casus subsistens & rectitans esse videtur, quod subiecto competit. inflexio vero illa de recto videtur ambiens quiddam, & recedens significare, quod priuationi competit, quæ recedit. quare recte dictum est in oppositis cōcretis nos esse vsos recto pronomine, & inflexo. recto quidē ratione subiecti, quod circuncernit, inflexo vero ratione oppositionis. Ratio vero secundi est, qm̄ in quibusdam priuatio, quæ præcedit in subiecto, caret nomine: & sic, cum dicimus ex ære fieri statuam, hoc dicimus ac si æri insit priuatio statuæ. vtimur enim ære tāquàm opposito, cum priuatio statuæ nomen non habeat. Similiter dicimus ex semine fieri hominē propter eandem causam. quare per accidens ratione priuationis, quæ in aliquibus caret nomine, in materia vtimur inflexione illa, quæ est, ex hoc. & sic patet ratio eorum quæ diximus. vnde dicit. {Sed ex aliquo fieri aliquid} per inflexionem pronominis, {& non hoc}, i. & oppositum {fieri aliquid}, s. pro pronomine in recto (p non hoc enim oppositum intelligitur.) {magis quidem dicitur in non permanentibus,} quæ dicuntur opposita, siue priuationes. in his. n. vtimur vtroq; dicēdi modo, non tamen in omnibus, sed in ijs oppositis, quæ cō

H creta sunt, {vt ex non musico musicum fieri. ex homine autem} qui subiectum est, {non}. s. vtimur vtroque dicendi modo, sed pronomine recto tantum. Addit ꝙ aliquando in subiectis vtimur pronomine inflexo, & dicit. {at vero & in permanentibus aliquando dicitur similiter}, s. inflexione: {ex ære enim statuam dicimus fieri, non æs statuam.} vt puta, quando carentia nominis priuatio intelligitur in subiecto. est ergo differētia, ꝙ in oppositis vtimur per se inflexo, quia ratione oppositionis, per accidens vtimur recto, vt cum accipitur in concreto. nam sic circumcernit subiectum: at in subiectis per se vtimur recto, per accidens autem inflexo, vt cum priuatio, quæ est in materia, caruerit nomine. propterea subdit. {hoc tamen}, s. geminus dicendi

E vsus, vel hoc, s. fieri {in opposito, & nō permanēti vtrolibet dicitur, & ex hoc} subaudi fieri {hoc, & hoc} scilicet fieri {hoc. etenim ex immusico, & immusicus fit musicus,} verum vtimur in oppositis inflexo per se, recto per accidens. ex his amplificando sermonē concludit similiter esse de composito, & dicit. {Vnde & in composito similiter est}, etenim ex immusico homine, & immusicus homo dicitur fieri musicus, vtimur ergo in composito vtroque modo, quia constat vtroque. s. subiecto, & opposito. Hęc ex Themistio, & Simplicio.

Dubiū. Sed videtur ꝙ oppositum non fiat: nam dictū est materiam fieri. Respondet Auerroes oppositum fieri large, non autem proprie, Melius autem dicas oppositum non fieri, nisi quando in concreto accipitur: nam tunc circumcernit subiectum, quod proprie fit, vt Themistius innuit.

F *Cùm autem multifariam fieri quippiam dicatur, & horum aliud quidem non fieri, sed hoc quid fieri: simpliciter uero fieri substantiarum solum. secundum quidem alia, patet subijci aliquod quod fit. nam & quantum, & quale, & ipsum ad aliud, & quando, & ubi fiunt aliqua re subiecta. propterea quòd substantia sola de nullo subiecto dicitur, cætera uero alia de substantia. Quoniam uero & substantia et alia simpliciter entia ex subiecto quodam fiant, consyderanti patefiet. Semper enim est aliquid quod subijcitur, ex quo generatur id quod fit, ueluti plātæ, & animalia ex semine.* DILVC.

Multipliciter autem, cum dicatur fieri, & horum quidem non fieri, sed hoc aliquid fieri: simpliciter autem fieri substantiarum solum. Secundum quidem alia manifestū est, q. necesse est subijci aliquid, quod fit. etenim quantum, & quale, & ad alterum, & quando, & ubi fiunt in subiecto ANT.

G *aliquo, propter id quod sola substantia de nullo alio dicitur subiecto: sed omnia alia de substantia. Quod autem substantia, & quæcunque alia simpliciter entia ex quodam subiecto fiant, consyderanti fiet manifestum. Semper enim est aliquid, quod subijcitur, ex quo fit, quod fit, ut plantæ, & animalia ex semine.*

Omnes, ꝙ necessitatē materiæ & subiecti nūc nanciscatur, consentiunt. Amplius consentiunt rem hanc Arist. assequi inductione. Causam affert Expositor & bene, quia hoc quidem per rationem probare pertinet ad.7. Meta. at per inductionem sumptā ex ipso fieri & motu, pertinet ad præsentem librum. perficitur autem primo inductio ex parte rerum quæ fiunt, qm̄ omne quod fit, aut substantia est, aut accidens, & prima inductio est ex his. Secundo ex parte modi faciendi, quo videlicet fiunt res ipsæ, & sic videntur fere duæ inductiones. Ad euidentiam primæ sumit distinctionē eorum, quæ fiunt. & vult omne quod fit, aut simpliciter fieri, aut s̄m quid. simpliciter fiunt substantiæ, accidentia vero secundum quid. in generatione secundum quid, patet subiici aliquid vt substantiam ipsam, in generatione simpliciter similiter, igitur in omni. inquit, Cùm autem multifariā quippiam fieri dicatur, & horum aliud quidem non absolute fieri, sed hoc quid fieri. Simpliciter autem fieri substantiarum fit solum, cū in qua mita est, secundum quidem alia à substātia, patet subiici aliquod quod fit. nam & quantū, & quale, & ipsum ad aliud, siue relatio, & quando, & vbi, fiunt aliqua re subiecta, propter quid autem ipsius substantiæ generatio dicatur simpliciter, & propter quid generatio accidētis secundum quid, longius in lib. de Generatione

ratione diximus, & recentiores recte exponunt hæc. sic igitur patet in generatione fm quid esse opus ipsa materia subiecta. illa litera {propterea ꝙ substantia} à Themistio exponitur, ꝙ sit causa dubitationis: cùm.n. ipsa subijciatur omnibus, & sit prima, quæ nec de subiecto, nec in subiecto sit, quispiá suspicari potest substantijs producendis non esse subiecto opus, propterea in substantia idem declarat litera Themistij qualis erat, ignoro, & temerarium esset cum græcis de litera contendere, cum ipsum habeant Arist. codicem proprium. nos autem illum deriuatiue. Vtcunq; sit, literæ nostræ, & quam habeo in græco textu, non consonat: reddit igitur causam, cur accidentium generationi subiectum præesse pateat, & inquit. {Propterea ꝙ substátia sola de nullo subiecto dicitur, cætera vero alia de substantia} maxime accipiendo substantiam sensibilẽ & indiuiduam, vt exponit Themist. idem declarat in substantia dicit {quoniam vero & substantia, & alia simpliciter entia} sumet particulam illam, & pro idest, q.d. quoniam vero & substantia, & pro. i. alia simpliciter entia ex subiecto quodam fiant, considèranti patefiet, consyderanti dico vniuersalia, & generalia in rebus quæ producuntur, vt exponit Themistius. semper enim est aliquid quod subiicitur, ex quo generatur id quod fit, veluti plantæ, & animalia ex semine. sic igitur ex parte rei genitæ, patet prima inductio.

S. Thomas. Fiunt simpliciter substantia, accidentia autem secundum quid. nam terminus substantialis generationis est non ens, vel ẽs simpliciter, in accidentali vero secundũ quid.

Expositor declarat, quare substantia simpliciter fit, & quare accidens fm quid. & vult hoc ideo esse, quia fieri importat initium essendi: & in substantia, qđ fit, prius simpliciter non erat, ideo fit simpliciter. cùm.n. homo fit, non solum prius non fuit homo, sed simpliciter verum est dicere ipsum non fuisse. cùm autem hó fit albus, non est verum dicere, ꝙ prius non fuit, sed ꝙ prius non fuerit talis.

Dub.

Sed ambiges contra expositorem, quia motus, & mutationes semper specificãtur è terminis ad quos, 5. huius. cóm. 9. igitur generatio in substantia dicitur potius simpliciter fieri, quia terminus ad quem est simpliciter ens, generatio fm quid vero, quia terminus ad quem est ens secundum quid.

Defensio.

Dici potest ꝙ ratio expositoris est amplior, quia non potest esse terminus ad quem simpliciter ens, nisi terminus à quo fuerit simpliciter non ens, nec terminus ad quem ens secúdum quid, nisi terminus è quo sit ens secundum quid. ratio igitur Expositoris fuit ex parte vtriusq; termini. Ideo fuit potior, & amplior.

Commen. 62. Auer.

{Idest.} Commentum continet duas partes. primo exponit, secundo ibi. (& dixit hoc.) digreditur. prima pars ex declaratione literæ patet.

{Et dixit hoc.} Hæc est secúda pars, vbi digreditur: & declarat primo, qualiter subiectũ est in generatione humana, & hoc per simile. quia, vt in generatione accidentis, ita in generatione hominis ex semine: sed in generatione accidẽtis semper est aliquod quod prius erat sub vno, & postea sub alio: igitur & in generatione hominis erit in ipso semine quoddam, quod primo habet formam seminis, secundo illa corrupta, habet formam hominis.

{Et quemadmodum etiam.} Declarat priuationẽ & materiam insimul, per simile etiam sic. vt in generatione accidentium est oppositum, quod desinit esse, & subiectum tertium, quod recipit contrariũ illi cor-

A rupto, ita in generatione substantiæ erit oppositũ, vtpote forma spermatis, & erit subiectum, quod amittit illam, & recipit formam hominis.

{Et similiter partes.} Tertio declarat, quo ordine hæc opposita in generatione se habeant. & vult, partes oppositi successiue desinere, partes formæ successiue introduci, vt in generatione hominis, vbi partes seminis successiue desinunt, partes vero formæ successiue fiunt.

An forma qlibet successiue fiat si partibilis sit.

{Et hoc si forma.} Contra, quia forma hominis nõ est diuisibilis: igitur non successiue fit, sicut illa successiue desinit. Respondet, formam successiue acquiri in se, quando ipsa est diuisibilis & extensa, quãdo vero ipsa non est diuisibilis, tunc successio erit in acquisitione accidentium proprium. affert signum, quia generatio sequitur alterationem, & ita successio erit in pB nia alteratione, vt dicit in Secundo huius commento Trigesimosecundo.

Dubitationes.

Dubitant recentiores & satis rationabiliter. Tum de forma minimi, quæ partibilis est, non tamen partibiliter acquiritur. Tú ꝙ accidentia propria consequũtur formam, & non prægenerantur. Quicquid dicant ad primam, ego dico ꝙ Auer. loquitur in forma totali, in quo mobile quiescit, illa enim partibiliter acquiritur & per minima, successiue, & non continue. Ad secundum satis bene respondent per dictum Auer. 2. de Anima. cóm. 115. ꝙ loquitur de accidentibus proprijs in fieri, non in facto esse.

RECOGNITIONES.

QVo vero modo hic textus sit expositus, in commentarijs patet. nunc vero dicamus, ꝙ, cũ pro- C posuisset in omni generatione subiectum inueniri, & illius subiecti differentiam accipere ad priuationẽ, nũc hoc exequitur. & primo, ꝙ in generatione accidentiũ subiectum inueniatur, prædemonstrat, qm̃ in generatione accidentium est facilius subiectũ inuenire. Deinde ibi {Etenim quantum} assignat causam illius, tertio ibi. {Quod autem substantia} transit ad demonstrãdum, ꝙ in generatione substantiæ etiam subiecto aliquo opus est, ac etiam priuatione. De prima parte procedendo suspensiue, vsque ibi. {Secúdum quidẽ alia} significat ꝙ multipliciter dicatur ipsum fieri, & dicit. {Multipliciter autẽ, cùm dicatur} ipsum {fieri, & horum quidem non fieri, sed hoc aliquid fieri}. i. vnum dicitur non fieri simpliciter, {sed hoc}. s. subiectũ {fieri aliquid.} dicitur.n. multipliciter fieri: quoniam in nouem prædicamentis dicitur subiectum quod fit non D fieri simpliciter, sed fieri aliquid. cùm enim generatur album, non dicimus substantiam, quæ subiicitur generationi albi, fieri simpliciter, sed albam fieri. similiter, cũ generatur tricubitum vel dextrum, non dicimus substantiam, quæ subijcitur generationi horum, fieri simpliciter, sed fieri aliquid, s. tricubitam, vel dextrã {simpliciter autem fieri substantiarum solum,} nam cum in hominis generatione materia dicatur fieri, dicimus illam simpliciter fieri, non ꝙ aliquid fiat. Deinde terminando suspensionem dicit, cùm multipliciter dicatur ipsum fieri & in nouem prædicamentis, & in substantia, {Secundum quidẽ alia}. s. prædicamẽta à substantia ipsa, {manifestum est, ꝙ necesse est subiici aliquid, quod fit}, s. esse aliquod subiectum. Deinde assignat causam huius differentiæ, & dicit. {Etenim quãtum, & quale, & ad alterũ} hoc est & relatio, {& , qñ & vbi.}

& vbi.} & alia accidentium prædicamenta, {fiunt in subiecto aliquo, propter id, ꝙ sola substantia, de nullo alio dicitur subiecto, sed omnia alia de substantia,} quia igitur substātia ipsa per se subsistit, per se fit, quia vero alia in substantia esse habent, substantia dicetur fieri secundum ea, nō autem simpliciter. propterea secundum alia nouem prædicamenta cum fiat generatio, manifestū est, ꝙ oportet subiacere aliquid in eorū generatione. oportet.n. subiacere aliquid, quod dicimus aliquid fieri, videlicet aut album aut tricubitum. cuius ratio, vt diximus, est, quoniam accidētia omnia in subiecta substantia sunt: quia vero substantia non est in subiecto eo modo, quo nouem prædicamenta sunt in subiecto: ideo non eo modo subiectum erit in generatione substantiarum, quo subiectum est in generatione nouem prædicamentorum. Deinde transit ad demonstrandum ꝙ in generatione substantiæ sit necessarium subiectum, & dicit. {Quod autem substātia, & quæcūq; alia simpliciter entia} subaudi si aliqua dentur, quæ non sunt substantia. {hoc enim dicit propter Platonicos, qui posuerunt quædam simpliciter entia, quæ non sunt substantiæ corporeæ prædicamentales, vt dæmones, qnos posuerūt animalia mortalia.} ex quodam subiecto fiant, consyderandi}. s. per inductionem {fiet manifestum. semper.n. est aliquid, quod subiicitur}. i. subiectum, {ex quo fit, quod fit}. i. in generationibus substantiarum omnium, {vt plantæ, & animalia ex semine,} hoc enim permanente simul & alterato plantæ, & animalia gignūtur, sic igitur per inductionem in plantarum & animalīū generationibus patet in substantiarum generatione esse necessarium subiectum.

Dubitatio.
An semper oīs substantia fiat ex subiecto.

Sed dubitabis quoniam ex hoc ꝙ plātæ & animalia fiunt ex semine, non sequitur substantias fieri ex subiecto. non enim semen est subiectum, sed materia alterationis, quæ in aduentu formæ corrumpitur. Secundo non sequitur, vt omnis substantia fiat ex subiecto, qm̄ licet hoc perspicuum sit in substantiis, quæ ex semine fiunt, tamen in substantijs simplicibus non apparet. Fortasse Arist. subiectum in substantijs sumpsit pro præsupposito, quod antecedit generationem: hic enim est communis modus, vt dicit Themistius: non enim nunc curat exponere quid velit per subiectum, satis.n. est colligere ꝙ ante generationem præsit aliquid, quod dicitur subiectum, siue illud sit materia alterationis, siue materia compositionis. hanc etiam expositionem videtur sequi Simplicius, qui semen dicit esse materiam in generationibus plantarum, & animalium quatenus permanente simul, & alterato, plantæ & animalia gignuntur. Auerroes autem laborauit exponere quonam modo, si substantiæ fiant ex semine, sequitur, vt fiant ex materia, quæ est subiectum. nā (vt inquit) in semine manifeste apparet aliquid esse, cuius proportio ad animal genitum, vel ad formam animalis geniti est sicuti proportio substantiæ indiuiduæ ad accidēs, quod generatur: & propterea sequitur, si substantiæ fiunt ex seminibus, vt fiant ex subiecto. Cùm vero dicebatur non seqni in omnibus esse subiectum, quia non, in generatione substantiarum simplicium, quæ sunt elementa: dico Arist. alterum supposuisse tāquàm alia ratione notum, alterum per inductionem probasse. per inductionem enim probauit necessariū esse subiectum in generatione earum substantiarum, quæ fiūt per semen, supposuisse vero tanquam alia ra-

E tione notum, esse necessarium subiectum in generatione elementorum: nam constat sensibus hæc fieri præcedente motu, qui requirit subiectum. Hęc mihi vidētur de recognitionibus huius textus.

DILVC.

Insuper eorum, quæ fiunt simpliciter, hæc quidem transfiguratione fiunt, ut statua ex ære. Alia uero additione, ut ea quæ increscunt. Alia ablatione, ut ex lapide Mercurius. Alia compositione, ut domus. Alia alteratione, ut ea quæ propter materiam conuertuntur: patet autem omnia, quæ sic fiunt ex subiectis fieri.

ANT.

Fiunt autem, quæ fiunt simpliciter, alia quidem transfiguratione, ut statua ex ære. alia uero appositione, ut quæ augumentantur. alia autē subtractatione, ut ex lapide Mercurius. Compositione uero alia, ut domus. alteratione autē alia, ut quæ conuertuntur secundum naturam. omnia autem F *quæ sic fiunt, manifestum, quoniam ex subiectis fiunt.*

Expositores volunt, ꝙ nunc faciat secundam inductionem quo ad modum generandi, sunt modi generandi, quibus omnia generanę quinque, vt transfiguratio, additio, ablatio, compositio, & alteratio. Asserunt autem hāc inductionem esse communem omnibus rebus & naturalibus & artificialibus. naturalibus quidē, quia ipsa simpliciter fiunt altero quinque modorum: artificialibus vero, quoniam illa sunt in genere substantiæ propter materiā. vel hoc ait ad antiquorum positionem, qui non fecerunt differentiam inter artificialia & naturalia, & iuxta hanc expositionē exposui textum pręcedentem. Hęc expositio non placet, quoniam nunq̄ Aristo. artificialia & naturalia diceret fieri eisdem modis. isti.n. quinque faciendi modi non G possunt naturalibus accommodari, sed solum artificialibus, artificialia fieri simpl̄r, non legimus apud Arist. Propterea verius cum Themistio sentio, ꝙ postquā induxit in generatione naturali, nunc inducit in artificiali. vbi enumerādo omnes illos quinque modos, patet in omnibus illis subiici materiam. Causa vero erroris expositorum fuit verbum illud græcum, aplos, ꝙ licet latine sonat simpliciter, vt distinguitur contra secundum quid, nunc aplos, sumit pro vniuersaliter, vt sit sensus eorum quæ fiunt vniuersaliter. vnde & Themistius inquit, eorum quæ fiunt in vniuersum. q. d. ad sufficientiam, fiunt (vt dixit) illis quinque modis. Sed dices quid intelligit per fieri alteratione, qui modus est quintus. Respondet nouus expositor per alterationē intelligere elementorum generationem, quia subdit vt ea quæ per materiam conuertuntur, hæc autē sunt elementa. Hæc expositio non conuenit textui, qm̄ (vt H dixit) loquitur in artificialibus. Themistius videtur velle duas esse alterationis species. vna est in qualitatibus passiuis, quæ ꝓprie alteratio appellatur: altera quæ ad substantiam pertinet, quæ proprie transmutatio dicitur, hęc autem potest esse artificialis, vt est generatio tritici, & id genus. per alterationem igitur intelligit generationem, quæ habet initium ab arte, & hæc expositio aufert omnem scrupulum.

Confutatiō.
Artificialia nō fiunt simpliciter.
Verius cum Themistio.
Dubiū.
Responsio. 1.
Confutatio.
Respō. The.
Alterationis, alia ē ad qualitates, alia ad substantiā. q̄ ēt ad argu. accommodatur.

Commen. 63. Auer.

{Et apparet.} Commentum diuiditur, quia primo exponit, secundo ibi. {& hæ duæ.} digreditur. prima pats patet, exponit enim non aliter q̄ nos exposuimus.

Digressio Auer.

{Et hæ duæ.} Hæc est secunda pars, in qua Auer. colligit primo inter mutationem in accidentibus, & mutationem in substantia conuenientiam: & vult in amba-

ambabus tria esse necessaria. videlicet rem, quę subiici
tur, duos terminos inter quos vertuntur. ideo inquit, ꝙ
vtraq; est alteratio eiusdem rei, & hoc quo ad subie-
ctum de vna qualitate in aliam, & pro.i. de vna disposi-
tione in aliam. dixit alteratio, qm̃ generatio est altera-
tio terminata ad terminum ad quem alterius prædica
menti, vt dicitur. 6. huius cóm. 32. Adiecit vel de vna
dispositione ad aliã, quia re vera, nec priuatio, nec for-
ma sunt qualitates, nisi secundum modum Quinto Me
taphy. sed bene sunt dispositiones, quibus afficitur ip-
sa materia. Hæc de conuenientia.

{Sed quia.} Dat differentiam & quo ad nomen, &
quo ad rem, quo ad nomen quidem, quia transmuta-
tio in substantia dicitur transmutatio simplr, transmu
tatio accidentis dicitur transmutatio ſm quid, siue al-
teratio, siue auctio, siue motus in loco, & id genus: quo
ad rem vero, quia in transmutatione simpliciter subie
ctum perdit nomen, & definitionem, in transmuta-
tione secundum quid, subiectum neq; perdit nomen,
neque definitionem.

Dubium. contra Auer. An materia in substãtiali generatione, nomen, ac rõnẽ amittat.

Sed contra hæc soliti sumus ambigere. prima, quia
materia manet eadem in generato & corrupto, eadem
& numero & specie: igitur non amittit nomen neque
definitionem. Secundo id, quod est ante formam &
ante priuationem, non perdit nomen neq; definitio-
nem, nec essentiam per aliquid illorum: sed materia est
ante formam, vt probat Themistius, & ante priuatio-
nem: quare vt ptius. Tertio, omne quod perdit nomẽ
& definitionem ad perditionem alterius, cum illo de-
sinit, aut incipit: sed materia nec desinit nec incipit cũ
forma: igitur non perdit nomẽ neq; rationem. Propter
hæc dicunt nõnulli, qui acuti habentur, ꝙ materia ha
bet duplicem actum, alterum, quem nouo nomine en
titatiuum vocant, quo ipsa materia & est extra nihil, &
extra suas causas: & ideo est esse existere, quod est ter-
minus creationis, & quo ad hunc actum ipsa nullo mo
do dependet à forma, sed solum à Deo in genere causę
efficientis: alterum quem formalem vocant, secũdum
quem ipsa habet esse formale, & penes talem actũ ipsa
perdit nomen & definitionem, & sic volunt habere cõ
tra Auer. Huic positioni contradiximus supra. scio.n.
certe ipsam non esse ad mentem Arist. nec Peripateti-
cam, licet sit difficilis confutationis. Sed quicquid, sit
non placet mihi: primo, quia non magis forma depen
det è materia, quã materia è forma, vt in. 2. de Anima
habetur: igitur, si materia haberet actum entitatiuum,
quo ipsa per se existeret propria existentia, per quam
non dependet à forma, etiam forma haberet talẽ actũ
entitatiuum per quem existeret propria existentia, qua
non dependeret à materia: &, si sic, igitur forma nõ de
pendet à materia, nec quo ad esse formale, nec quo ad
esse existentiæ: & tunc omnis forma deforis accederet
vt intellectus siue rationalis anima, & per consequens
omnis forma esset creata, quod non est Peripateticũ.
& est contra eos, qui cõcedunt formas creatas esse so-
lum animas, cæteras educi.

Confutatio. Materiã entitatiue à Deo solo dependere, formaliter autẽ à forma, & sic nomẽ amittere: falsum ẽ. alioq.n. à forma hĩt esse.

Secundo, omne tale denominatiue oportet vt re-
ducatur ad aliquod tale per essentiam, per regulã Ari-
sto. 2. Metaph. & physicorum, quam ipsi concedũt: sed
hæc, apud eos, materia existit, est denominatiua, cùm
existentia nõ prædicetur formaliter de re: igitur opor
tet reduci ad aliquod tale per essentiam. tale vel est for
ma, vel materia, vel compositum, vel ipsamet existen-
tia: nõ potest esse materia. quia tunc illa prædicatio nõ
A esset denominatiua, nec potest esse compositũ per idẽ.
nec potest esse ipsa existentia, quia tunc ipsa esset talis
per essentiam, sed omne tale per essentiam, est tale for-
maliter per eos, essentia.n. & formalitas idem pro nũc:
igitur ipsa existentia esset talis formaliter, & per conse
quens esse formaliter non erit à forma, contra eos. re-
stat igitur vt materia sit talis propter formam.

Pō Themi.

Themistius vero in digressione vult ꝙ materia ha
beat esse essentię per se, hoc est simpliciter independẽs,
rationem vero materiæ habeat per habitudinẽ ad for-
mam aptitudinalẽ, rationem subiecti per habitudinẽ
actualẽ. Tunc diceret ꝙ materia perderet nomẽ subie
cti & nomen materiæ, & rationem subiecti. & rationẽ
materiæ, quando amittit formam, non tñ essentiã, nec
rationẽ essentiæ, per quam ipsa est tantum ipsa. quam
positionẽ non semel tenui ad mentem Auer. Auer. au-
B tem (vt vides) vult ꝙ perdat nomen materiæ subie-
cti, esse essentiæ, & omne esse: sed quia remanet cũ alia
forma eadem numero priuatiue, ideo non perdit esse
simpliciter secundum numerum & speciem.

Pō Auer.

Ad primam patet solutio, manet eadẽ numero pri-
uatiue, & eadem specie positiue, siue genere eadẽ pro
pter formas easdem, & propterea amittit nomen huius
materiæ & rationem huius. Ad secundum dico, ꝙ ma
teria secundum speciem bene est ante formam nume-
ralem, sed materia eadem numero positiue est prior
materia in gñe suo, & posterior in gñe formæ, vt dixi-
mus. Ad tertiam dico, ꝙ materia absolute, nec inci-
pit, nec desinit cum hac vel illa forma, sed bene hęc ma
teria vel illa materia desinit vel incipit ſm esse positi-
uum cum hac vel illa forma, non autem ſm esse in spe-
cie, vel secundum vnitatem priuatiuam, cùm nihil cor
C respondeat præter singulares materias, & esse cogni-
tum. de hac re supra satis diximus.

{Et cùm consyderauerunt.} Declarat insimul con-
uenientias & differentias. Conuenientia est, ꝙ subie-
ctum vtrisq; transmutationibus est corpus idẽ nume-
ro. probatur: quia sensu visus patet idem corpus nu-
mero transmutari de carneitate in terrestreitatẽ. sensu
etiam visus patet idẽ corpus mutari de albo in nigrũ:
igitur in vtraq; transmutatione est idem numero su-
biectum. hæc est conueniẽtia. Differentia vero est, ꝙ
in transmutatione simpliciter, illud corpus perdit no-
men & rationem, in transmutatione secundum quid
neq; nomen neq; rationem.

{Et ex hoc.} Assignat causam differentiæ: nã in ip-
sa transmutatione ſm quid, corpus illud nõ perdit for
mam substãtialem, per quam est corpus in actu, & exi-
D stens idem numero positiue, & sic non perdit nomen,
nec definitionem. definitionẽ quidem non, quia non
perdit formam, è qua est definitio, nomen vero mini-
me, quia ratio, quem significat nomẽ, est definitio. in
ipsa vero transmutatione simpliciter, cum perdat for-
mam, amittit rationem & nomen.

Dubiũ. Quõ corpus sit sensibile sensu visus, idemq; numero in generatione maneat.

Sed ambiges circa hæc. Primo, quia quo modo vi-
su apparet idem corpus remanere, cùm corpus non sit
visile per se, nisi ratione coloris. Secundo quo modo
manet idem numero corpus. Ad primum dicerem,
corpus ratione dimensionis, & quantitatis esse sensile
per se, sed non proprium, sed commune, vt habetur. 2.
de Anima. & ita potest esse visile seruatis conditioni-
bus visionis. & ita potest illud sensu visus apparere. Ad
secundum quidam aiunt, Auerroes per idem nume-
ro corpus, velle aggregatum ex prima materia, &

dimensione interminata. tale.n. aggregatum idem numero manere testatur visus ipse. Sed contra hoc arguunt quidam. primo, quia omne per accidens reducitur ad per se: igitur non potest loqui de subiecto per accidens, quin loquatur de subiecto per se, & sic esset diminutus. Secundo, tale aggregatum esset corpus, & in nullo prædicamento, cum sit aggregatum per accidens. Propterea aliter aiunt, ꝙ Auer. per corpus intelligit materiam sub his dimensionibus, non aggregatum ex his. Hæc responsio est contra Auer. argumēta contra primam non valent. Contra Auer. quidem, qm̄ illud corpus asserit remanere, quod est sensile, materia vero non est sensilis. Secundo, non videtur differre dicere, materiam cum his, & materiam sub his. aut .n. materia & hæc remanent, aut desinunt: cùm nō desinant: igitur materia & hæc remanent, & per consequens aggregatum remanet. Ad argumenta cōtra primam, respondeo ad primū, ꝙ Auer. loquitur de vtroque, loquutus est enim de materia, quod est per se subiectum, nunc loquitur de subiecto per accidens, & sic de vtroque.

Ad secundum dico, ꝙ est corpus reductiue in prędicamento quantitatis ratione quantitatis, & in prædicamento substantiæ, ratione materiæ. Sed quicquid sit de argumentis, dico, ꝙ hæc positio non valet, quia omne per accidens præsupponit per se: cùm igitur tale sit aggregatum per accidens: igitur supponit compositum per se. Propterea dico, ꝙ Auer. per corpus idē numero intelligit indiuiduum generis corporis. vt.n. genera sunt coordinata s̄m prius, sic indiuidua illorū. vt igitur corpus est prius animali & animal homine, ita hoc corpus est hoc animali, & hoc aīal prius hoc homine: & sic manet idem numero corpus, quod est indiuiduum generis remoti. oportet.n. imaginari tale indiuiduum esse compositum quoddam ex materia prima & prima forma, è qua sumitur primum genus, qđ est corpus, cui formæ sunt annexæ tres dimensiones coæue, vt propria accidentia, per quæ illud indiuiduū est extensum in determinata extensione, & hoc esse subiectum vtriusq; transmutationis asserit: alterationis quidem remotū, & quasi partiale, generationis vero proximum, non tamen per se, sed ratione materiæ.

Pō propria.

{Vnde necesse est.} Cum descripsit tale subiectum esse idem numero corpus, declarat quo modo est idē numero: & vult innuere talem distinctionē, ꝙ aliquid esse idem numero potest intelligi sub specie, vt callias sub homine, aut sub genere. idē numero specie est ꝓpter formam indiuidualē, è qua sumitur species. vt callias propter rationalem animā, è qua sumitur homo. & hoc vocatur vnum numero positiue, quia est in actu simpliciter. vnum numero sub genere est illud, quod est vnum numero propter formam indiuidui generis: & hoc vocatur vnum numero partim positiue, partim priuatiue. positiue quidem ratione formę indiuidui generis, priuatiue vero, quia talis forma est in potentia, & adhuc determinabilis per alias formas, & contrahibilis ad speciē per formas vlteriores, & ita dicitur vnū numero per carentiam formarum vltimo specificarū. Et hoc īquit, vnde necesse est ꝙ istud subiectū sit vnū, quia non habet formam dantem ei nomen, & definitionem vnam, videlicet specificam & vltimam: igitur est vnū numero partim priuatiue, partim positiue. est vnum numero indiuiduum generis positiue, est vnū numero indiuiduum speciei priuatiue, quatenus non

Vnū numero ī genere, vel specie priuatiue, et positiue, qđ.

E distinguitur per illa. Ex hoc apparet Auer. per hoc subiectum non materiam, sed illud quod proxime dixerat intelligere, videlicet, corpus idem numero.

{Et est.} Cùm loquutus est de subiecto, vtpote de corpore ipso, in parte ista loquitur de propria & prima illius affectione, quæ dicitur dimensio trina, & etiam corpus de genere quantitatis. Et declarat duo, primū ꝙ dimensio sit vna numero in generatis, & corruptis omnibus priuatiue, sicut subiectum suum. vnde, vt subiectum illud est vnum numero per carentiam formarum vltimarum, sic dimensio illa per carentiam terminorum. Et sic non sunt vnum numero propter formā substantialem vltimam. Secundum, quod declarat est, ꝙ istæ dimentiones sint accidentia, & probat sic. quia, si essent substantiæ siue formæ substantiales, tunc materia non amitteret nomen neq; rationem, immo haberet nomen & rationem specificam. deduco consequentiā: quia vbi materia haberet illas, vt sibi formas, illæ non possent esse formæ generales, quia dimensiones sunt in genere quantitatis, & in determinata illius specie: igitur erunt formæ specificæ, & ita dabunt materiæ esse specificum, nomen & rationem specificā; & hoc modo debet intelligi iste locus.

F

{Et cū ita.} Hactenus loquutus est de subiecto demonstrato, quod per visum apparet remanere idē numero, & de illius prima affectione, quæ est dimēsio trina, & corpus quantitatiuū. In parte ista vult loqui de primo omnium subiecto, vt de prima materia, quę est subiectum formæ corporis & dimēsionis: & inquit, & cùm ita sit, hoc est, cùm pateat esse duas illas res, formam & dimensionē, est igitur, subaudi dare vnū aliud subiectum numero vltra hęc, non habens de sua essentia aliquā dispositionem substantialem, quæ sit de essentia eius: sed sua essentia est natura recipiēdi istas dispositiones substantiales ordine quodam: primo formam primam, secundo dimensionem, & vtrasq; ab æterno, vltimo, & in tempore omnia alia: igitur est in sui essentia in potentia ad omnia, & substantias & accidētia, & hoc primum subiectum dicitur materia & hyle. Ecce quo modo per hæc verba Auer. non exclusit formam corporis, immo dedit illam intelligere.

G

{Et ex hoc.} Tunc infert duos errores. primus Platoni dedicatꝰ, ꝙ materia ipsa prima sit corpus per essentiam. vt patet. 2. de Generatione. Secundus error est Auicennæ, qui voluit materiam habere formam corporis tanq̄ sibi vltimam, & specificam, mediante qua subiicitur dimēsioni, non.n. potuit videre ipse quo modo aliquid possit subiici accidenti, nisi sit in actu specifico & vltimo. Obiicit contra: & inquit, & ex hoc patet, ꝙ qui ponit hanc materiam esse corpus per essentiam, vt Platoni adiicitur, peccat: & similiter, qui ponit illud quod defert dimensiones subiectum habens formam in actu, qui simpliciter dicitur de specifico, vt extimat Auic. peccat. Ecce quo modo est pro me. nam Auer. vult, materiam non esse corpus per essentiam, nec habere formam corporis in actu. ego aūt dico, ꝙ ipsa recipit primam formam corporis, & ꝙ illa est in potentia, cùm nō sit species, sed id è quo sumitur genus, & ita contrahit ad indiuiduum generis.

Vide. 1. sui meta. c. 2.

H

Quia vero multi negant hanc formā, ideo primo probo ipsam dari. Secundo dubitationes nōnullas soluam. Quantū ad primū, dimēsiones sunt accidēs, & coæternæ materiæ: igiť ante illas præest aliqua forma de gn̄e substantiæ: hæc consequentia declaratur. primo, omne

Datur aliqua pri[ma] corpus forma ante dimēsiones, qua[m] primo recip[it] materia, co[...]

Trahens ad genera indiuiduum. omne accidens fundatur in composito: dicit.n.Arist. in Prædicamētis, ꝙ omnia alia à primis substantijs, aut sunt in primis substantijs, aut prædicantur de primis substantijs. vnde ibidem concludit, ꝙ destructis primis substantijs, impossibile est aliquid aliorum remanere. *Secunda.* Secūdo Auer.in.2.de Anima.cōm.4.ponēs differentiam inter substantiam & accidens.vult accidentia fundari in ente in actu:igitur, cum dimēsiones sint accidens, oportet præesse ens aliquo modo in actu: & ita oportet præesse formam corporis.

Tertia. Tertio.7.Meta. cōm. 4. declarat substantiam esse priorem accidentibus, definitione, & tempore. cōstat autem definitionē sumi à forma, maxime apud Auer. igitur ante dimensiones oportet præesse aliquam formam. Quarto, ens per se prius est ente per accidens: sed compositum ex forma corporis prima & materia ipsa est ens, per se, compositum vero ex dimensione, & materia est ens per accidens, quia compositum accidentale:igitur prius materia recipit formam corporis, q̄ dimensiones. Ex his & alijs quæ scripsi in libro de Substantia Orbis, patet ante dimensiones præesse formam aliquam de genere substantiæ, & nulla videtur alia, q̄ illa corporis:hæc.n.potest esse cōmunis generato & corrupto, & potest esse immediatum fundamentum dimensionum. *Quarta.* Quod vero hæc sit intentio Auer.patet.3. Cœli cōm.61.vbi Arist. in textu inquit, oportet autem fortasse sensilium sensilia, sempiternorum vero sempiterna, corruptibilium autem corruptibilia esse principia.supra quibus verbis Auer. ita sup.& intelligendum est propinqua, non remota:quia principia rerum sensilium remota non sunt sensilia, vt prima forma & prima materia & reliqua.modo, non potest per formam intelligere nisi formam corporis, quia non dimensionem:nam illa est accidens, quod non est substantiæ principium:itemq; est sensile cōmune:ipse vero ait primam formam esse insensilē.Amplius, in.2. *Secunda.* huius, cōm.15.inquit, & forte intendit, ꝙ forma dicitur duobus modis, de habitu & priuatione existente in prima materia:ista.n. priuatio quodam modo non est priuatio simplex, immo est sicut forma materię:& certum est eū non loqui de priuatione pura, sed de ea, quæ est quasi forma materiæ: quod intelligi non videt̄ nisi de corporeitate substantiali:hæc enim est quædam priuatio generalis, de qua omnes formæ educuntur. Tertio Auer.vult eiusdem dimensiones remanere easdem numero.vel igitur remanent eædem numero realiter, aut s̄m rationem. si s̄m rationē, hoc est remanere idē in specie s̄m rei veritatem: nam priores desinent scd̄m rem, & aliæ s̄m rem generabuntur:igitur erunt eædē, quatenus priores, & nouæ possunt sub eadem ratione consyderari:igitur eædem s̄m speciem. Si eædem s̄m rem, tunc & materia ipsa remanebit eadem s̄m rem.& tunc vel oportet ponere formam substantialem materiæ coæternam, qua illa semper remaneat, vel oportet ponere materiam s̄m esse reale non dependere à forma contra Auer.12.Metaph.commen.14.& vbique & hæc iudicio meo est potior ratio cogens illam formā. hæc de primo.

Quid nā forma corporis. Quantum ad secundū incidunt dubitationes. prima quid est forma corporis. Secunda, quæ est necessitas huius. Tertio, vtrū hæc forma sit æterna, an genita. Multæ aliæ dubitationes tanguntur in lib.de Substātia Orbis, quas prætereo, ne totiēs idē repetatur. Rn̄dent quidam ꝙ hæc forma est mixtionis. volunt.n.in materiam aduenire siue aduenisse formas elementarias, quæ postq̄ mutuo inuicem egerint corrumpuntur, & inde hæc forma emergit, quę continet illas, vt mediū extrema. Post hanc asserunt aduenire formam specificam, per quam homo est homo, equus est equus, & id genus. per hanc vero aiunt equum reponi in gn̄e corporis. Sed hoc stare non potest cum reuerentia corū quod quidem non sit ad mentem Auer. Ego non probo, quia siue sic, siue aliter, non curant, nec ego curo. Sed ꝙ non sit necessaria breuibus declaro: primo vel hæc corporeitas siue mixtura, siue quod vis, est eadem specie in homine & equo, siue differt specie. Si eadem specie, cum hæc sit immediatum principium complexionis apud eos, igitur in eo & homine erit vna complexio specie. & cum complexio arguat formā: igitur erit vna forma in specie in homine & equo. si vero differat specie, tūc frustra ponitur, quia vltima forma cōtinebit perfectionem huius & vltra:igitur hæc frustra. Amplius, tunc duæ formę specificæ essent in eodē puncto materiæ non intensibiles nec remissibiles. rursus vel hæ æque simul in materia inducuntur vel vna prius altera. Si æque simul, tunc æque simul desinerent. itēq; essent æque perfecte, si vna prius altera, secunda quæcunque sit, erit accidens: aduenit.n.enti in actu specifico. Ideo aliter dico, vbi animaduertendum, ꝙ vnūquodq; compositū in specie est dupliciter indiuiduū. *Propria solutio.* verbi causa hic ignis, aliquod vero multipliciter indiuiduum, vt hic homo. hic.n.ignis, est hic ignis & sic indiuiduum speciei, per formam è qua sumitur species ignis, est ēt hoc corpus per formā corporis, è qua sumitur genus corporis. *Suppositio. Circa hanc.q. an forma aliqua substātialis generabilis, & corrup. habeat aliquod esse ī materia ante sui productione. 3. Vide Sco.d.2.* Similiter hic homo est hic homo per formā hominis, è qua sumitur species hominis, est ēt hoc corpus, è quo sumitur genus corporis. Ex his sequitur ꝙ hæc forma corporis est forma, per quā cūcta generabilia reponuntur in gn̄e corporis, & ob quam vnū quodq; ipsorum est sub corpore indiuiduū, & qm̄ corpus est ante omnia alia gn̄ali, ideo hęc forma est ante omnes formas. hec etiam est in omnibus eadem numero, & genere, differens quoq; in omnibus numero specie, & non genere generalissimo. est quidem eadē numero, pro quanto per eam omne gn̄abile est idem numero corpus, vnumquodq; numero sub gn̄e corporis. & sic est eadē numero indiuidualitate generis, differt quoq; numero:specie, in omnibus, qm̄ in omnibus iam est contracta ad diuersa numero & specie per formas diuersas in specie, nec est inconueniēs aliquid esse idem numero gn̄e, nō autem idem numero specie. Et per hæc patet quid sit hæc forma. *Prima. Forma corporis necessaria est, vt euitetur creatio, et quia est vt geminū rerum naturaliū principiū, & natura dispō, vt dimensiones recipere valeat.* Ad secundā dico, ꝙ necessitas huius est propter quatuor: primo vt euitet̄ creatio. Ipsa enim est vt semen materiæ, quod inchoationem vocant generalem, confusam, potentialē, quæ conuenit in potentia oēs formas specificas. Extrahuntur.n.illæ per agentia ex tali habitu confuso per hoc ꝙ agentia diuersa diuersimode materiam disponunt. vbi nanq; hæc non præsupponeretur, formæ specificæ nihil præsupponerēt formæ, & ita crearētur ex nihilo formæ. Secundo hæc ponitur tanq̄ principium geminum rerum naturalium: est.n.priuatio & forma. Priuatio quidē, quatenus terminus è quo gn̄ationis: extrahūtur.n.formæ ex hac, & ita vt sic habet vim priuationis. est forma, quatenus gn̄atio terminat̄ ad formas specificas q̄ continentur sub hac:igitur terminus ad quē, & sic est geminum principiū, qua ratione principia semper manēt, & sunt tria. Tertio ponitur vt disponat materiā,

est.n.materia valde è formis remota,qua è re eas recipere non potest, nisi sit apta recipere,aptitudo autem & appetitus sunt propter formam. Vltimo propter dimensiones. nam dimensio est materiæ coæternæ vna numero:non potest autem accidens vnú numero esse æternum,nisi propter formam. Propter has quatuor necessitates hæc forma posita est. Ad tertiam dico corporeitatem hanc non inesse materiæ ab agente naturali, sed est materiæ coæua,factaq; ab efficiente materiá.nec sequitur eá esse de essentia materiæ, aut substantia materiæ. nam calor non est in igne ipso extractus de potentia materiæ ab agente, sed simul vna factione cú igne factus: nam agens,quantum dat de forma,tantum dat de accidentibus: & sic non est de essentia ignis: nec materia est in potentia contradictionis ad illam,quia illa potest stare cum qualibet,nec habet priuationem, nec recipit eam mediante dimensione, sed è contra.ideo est materiæ coæterna. Hęc pauca de hac re satis,qm̃ diligentius in lib.de Substantia Orbis diximus.posset autem quæri de dimensionibus & terminis dimensionum. verum,quia hæc res obiter hic tacta est,ne extra propositum euagari videamur,in lib. de Substantia Orbis videatis.

Forma corporis coæterna è ipsi materiæ.

{Et hoc quidē.}Redit ad textum,& vult ex textu habere hanc rationem. omne quod fit alteratione substátiali,eget materia,omne quod fit artificiali congregatione,aut segregatione & id genus,indiget materia:sed omne quod generatur fit, aut alteratione substantiali, aut artificialiter:igitur omne quod fit,eget materia.

{Et ideo.} Antiqui,quatenus consensere omne qđ generatur, generari ex materia,bene dicunt,quatenus naturam huius subiecti ignorabant. de generatione varia dicentes,in errores cecidere,vt narrat,& patet.

Materia, cur necessaria ſ.

{Quod autem.}Probat tamen esse necessariam materiam ex hoc, quia si compositum fieret sine materia reali, oportet vt esse compositi recipiatur in ipso non esse.& ratio fundatur in hoc, ꝙ omnis motus siue mutatio eget subiecto,cùm transmutatio sit motus:igitur eget subiecto.vel igitur istud subiectum est materia in potentia,vel non esse præcedens esse. non est materia ens in potentia,quia tunc habetur propositum : igitur est non esse, & sic non esse transmutabitur subiectiue in esse,quod videtur erroneum. Animaduertendum, ꝙ physice & theologice concedendum est nihil gñari ex nihilo,sed aliquid fieri ex nihilo per simplicem productioné, quam creationem vocamus, est necessum, quod Auer.non intellexit, vt postea disputabitur.

Cælum nõ est in potentia ad generationem.

{Et quia corpus.}Infert duo corollaria ex dictis.primum est,ꝙ cœlum careat omni potentia,& intelligas ad gñationem.& hoc,quia caret materia, quæ poténia ad vtrúq;.videlicet ad esse,& non esse.ego vero nõ legi ipsum in propria lingua:tñ apud me sic habetur, & quia corpus cœleste caret potentia ad aliquam dispositioné, nisi potentia generata:hoc est præter potentiá gñatam hoc est in actu.q.d.ꝙ habet potentiam ad esse actu.apud alios legi, ſ.potentia gñata.q.d.quia corpus cœleste caret potentia ad formam.ſ.potentia gñabili, & corruptili,ideo istud subiectum caret potentijs, quibus denominetur possibile esse,& possibile nõ esse.

{Et quia caret.} Secundum consequés est,ꝙ, quia caret materia, quæ est potentia ad vtrunq;,ideo caret forma,quæ sustentatur per hoc subiectum. q.d.ꝙ forma cœli non est educta de potentia materiæ cœli,nec dependet inesse,& in conseruari à materia illius.

E {Et fuit necesse.} Declarat hoc secundú, & vult ꝙ forma cœli sit liberata ab hoc subiecto, quod est materia potentia ad vtrunq;, & sic non dependet in esse & conseruari à cœlo,sed corpus cœleste constituitur per illam,hoc est dependet in esse & cõseruari ab illa. Animaduertendum,ꝙ duplex est forma:quædá reponens subiectum, cui inest,in specie,dans illi esse,& conseruationem, & ēt dependens in esse, & conseruatione à subiecto,vt sunt animę animalium,vt equi,bouis & id genus,& tales formæ habent materiá quæ est potentia ad vtrunq;,hoc est ad esse,& non esse. Alia est forma, quæ constituit subiectum in esse,reponens illud in specie,non auté è contra cõstituitur ab illo in esse,& hoc modo anima cœli est forma cęlestis materiæ,quatenus constituit illam in esse, illaq; dependet inesse conseruationeq; ab ea.qua ratione materia cœlestis est in po-
F tentia ad animam, non ſm vtrunq;,sed ſm dimidium contingentis,hoc est ad esse tm̃. Ex his sequitur ꝙ intelligentia superior est forma intelligentiæ inferioris, & forma cœli est forma cęli quidem ſm esse reale,quo constituit cœlú in specie,& esse,sicut anima equi constituit equum in specie equi. Secundú esse vero intentionale est forma intelligentiæ inferioris. omne.n.intelligibale est forma intelligentis. verum de materia & forma cęli in libro de Substátia Orbis satis scribimus. & in libro de Cœlo,nunc vero sit dictum intantum.

Formarũ, alia educitur à materia, alia non dependens ab illa, qualis est forma cœli.

RECOGNITIONES.

CVm probasset inductione in his, quæ fiunt generatione naturali,& substantiali,ꝙ necessariú sit subiectum, nunc, vt Alex.inquit,& Syrianus, probat,ꝙ necessarium sit subiectum per inductionem ſm
G omnes modos,quibus fiunt ea, quæ fiunt,etiam generatione naturali,& substantiali. Themi.vero,vt in cõmentarijs diximus,asserit, ꝙ,cum Aristo.induxisset in generatione naturali,nunc inducit in gñatione artificiali enumerando omnes modos,quibus fit res artificialis.& hæc expositio est vera, qm̃ huic cõsonant exépla,ac modi generandi & dicit,{fiunt autem quę fiunt simpliciter},i.vt vniuersaliter dixerim in artificialibus. non.n.accepit simpliciter pro generatione, quæ est in substantia,vt Græci velle videntur,& Simplicius annotauit {alia quidem transfiguratione, vt statua ex ære} veluti cum eliquescit æs, & per vas concauum fit statua: nam nõ aliquid additur,aut demitur,sed sola tráſfiguratione statua ex ipso ære fit. { alia vero ex appositione, vt quæ augumentantur} ceu paries,ex lapidibus,calce,cementis,& arena. {alia vero subtractatione, vt ex lapide} subtractione fit { Mercurius } fit.n.
H Mercu.cum ex lapide partes subtrahuntur { compositione vero alia vt domus } quæ fit cõpositione lignorú,& parietú {alteratio vero alia,vt quæ conuertútur} vt cum fit triticum, non tñ absq; natura:ars.n.disponit,natura vero formam efficit:tunc cõcludit, &.q.d. si omnia artificialia, quæ ſm hos modos fiunt, ex subiecto fiunt, {manifestum, qm̃ ex subiectis fiunt} ꝙ autem omnia hæc ex subiecto fiant,patet,qm̃ in transfigurato & apposito,& subtracto, & alterato,& composito,est aliquid, quod transfiguratur, & cui apponitur,& subtrahitur,& componitur, & alteratur, quare hæc omnia ex subiectis fiunt. Quærit Alexander quo pacto posuit modum, qui secundum transfigurationem est,differre à modo, qui est secúdum alterationé, cú figura ipsa etiam sit qualitas.potest dici.ꝙ alteratio proprie

Corollarium. Quinq; modis fieri aliquid contingit, & in quolibet intelligitur subiectum ex conclusio fiunt.

proprie est secundum passibiles qualitates, at figura non est passibilis qualitas, licet sit qualitas. scias tamen q̃ Simplicius aliter exposuit, sed quoniam eius expositio nullo modo placet, bona fronte prætermisi illã.

DILVC. *Quare perspicuum ex dictis est, q̃ omne quod fit semper compositum est. Et q̃ est quidem aliquid quod fit, est uero aliquid quod fit hoc, & hoc duplex, quia aut subiectum, aut oppositum. Dicetur autem opponi quidem immusicum, subijci uero hominem. Itemq; infigurationem atq; informitatem aut inordinationem uoco oppositum. æs autem uel lapidem, uel aurum subiectum appello.*

ANT. *Quare manifestum ex dictis est, quoniam quod fit omne semper compositum est, si est quidem aliquid quod fit: est autem aliquid quod hoc fit, & hoc dupliciter: aut enim subiectum, aut oppositum. dicitur autem opponi non musicũ, subijci uero hominem & infigurationem & informitatem, & inordinationem oppositum: æs autem aut lapidem, aut aurum dico subiectum.*

Ex rationibus tactis cunchudit propositũ, vt vult Themistius: & inquit, quare perspicuum ex dictis est, q̃ omne quod fit, semper compositum est, videlicet, ex materia & forma. & litera sequens potest esse pars conclusionis. & tunc legetur, & patet, q̃ in ipso composito est quidem aliquid quod fit, est vero aliquid qđ fit hoc, aut fortasse particula illa græca καὶ est reddens causam, & tunc legatur {quoniam in ipso composito est quidem aliquid quod fit, est verò aliquid quod fit hoc, & hoc duplex, quia aut subiectum, aut oppositũ} & hoc declarat, & inquit {dicetur autem opponi quidem immusicum, subijci vero hominem. itemq; infigurationem, informitatem, aut inordinationem voco oppositum} siue contraria, æs vero vel lapidem vel aurum subiectum appello. est itaq; syllogismus, omne in quo est aliquid quod fit, vtpote forma, qua vel secundum quam fit, & id quod fit hoc, quando fit, ex materia & forma fit: sed id quod generaĩ est id, in quo sunt hæc: igitur ex materia & forma fit.

Commen. 64. Auer.

{Intendit.} Auer. primo præponit necessaria generationi, secundo mouet dubitationem. De primo vult in generatione esse tria: id quod generatur, videlicet formam, quæ proprie generatur, & est id quo compositum ipsum generatur. Secundo est materia, quæ in generatione fit hoc vel illud. Est tertio compositum, quod in rei veritate generatur. Est quarto oppositum, videlicet priuatio, quę est de necessitate generationis: nam ipsum non esse necessario præcedit esse, aliter nõ esset genitum, sed semper fuisset.

Priuatio an generati sit pars.

{Sed non esse.} De secundo dubitat Auer. quo modo vult q̃ priuatio sit pars generati. vnde inquit, sed non esse. i. priuatio recedit à forma, & è contra: quò fit vt gñatum solum ex materia fiat à forma, tunc arguit quo modo dixit, q̃ omne generatum est semper compositum ex aliquo quod generatur, & ex aliquo quod est generatum, & hoc duobus modis: quasi velit, q̃ id, quod generatur, sit ex forma. & eo quod fit ambobus illis modis, & sic ex priuatione, quod falsum videtur, cũ illa recedat, Animaduerte q̃ hæc dubitatio contingit in translatione sua, nam in nostra, & maxime s̃m primã expõnem hæc dubitatio nulla est: ipse. n. ex dictis duo cũcludit, & q̃ compositum fiat, & q̃ duo sint in

A gñatione ipsa, alterum quod fit vt forma, alterũ quod fit hoc, quod secatur in duo. modo ex hac litera non habetur quòd generatũ fiat ex priuatione. Ideo quæstio non est ad propositum.

Priuatio est pars generati in fieri tantũ, siue dispositiue.

{Forte igitur.} Quicquid sit de litera, qm̃ fortasse s̃m expositionem secundam videtur haberi priuationem esse gñati quicquam. Propterea respondet dupliciter & primo vult q̃ per gñatum possimus intelligere generatum in facto, & ipsum in fieri. Si in fieri, sic tria sunt illius principia. materia, vt in quo, forma, vt ad quod, priuatio vt è quo. & sic priuatio põt esse pars generati saltem in fieri. In facto vero partes generati sunt materia & forma: tametsi materia ipsa semper habeat priuationem formæ contrariæ annexam.

{Aut sermo.} Respondet secundo, q̃ ipsum gñatũ integratiue siue constitutiue est ex materia, & forma,
B dispositiue atque præparatiue est ex priuatione: quia esse non potest nisi præsupposita priuatione.

Quæstio an cõpositum generetur.

SEd circa hęc accidit dubitatio, quid per se primo gñatur. mouetur hęc quęstio, quia Arist. & Auer. videntur dicere q̃ forma, & q̃ compositum, & supra ait, q̃ materia est id, quod in rei veritate gñatur. in. 7. Meta. q. 16. copiosis verbis se expedit, & conuertit sermonem suũ ad terminum gñationis. & tunc vult tria. Primum, q̃ compositum non est terminus gñationis per se primo, vt distinguitur contra secundam partẽ. qm̃, cũm non gñetur s̃m materiam, generatur s̃m formam: igitur per partẽ. Secundum est, q̃ compositũ est per se primo terminus gñationis capiendo per se primo pro eo qđ per se includit causam terminãdi gñationem: nam includit formam, q̃ per se est cã terminãdi gñationem. Tertium est, q̃ forma est per se primo
C terminus gñationis, quia ipsa est præcisa causa terminãdi gñationem. vlterius in r̃sione ad dubia vult q̃ forma per se primo gñetur, & compositũ, alia atq; alia rõne. Sed hæc posiuo quantũ ad hæc duo videĩ dubia. primo videtur dubium, quòd forma possit dici terminus generationis aliquo modo. Secundo videtur, q̃ quanq̃ forma vel ipsum compositum sint per se termini generationis, nec debent dici genita, nec gñari. Primum declaro. primo, quia gñatio est ad esse: igitur primo ad id quod magis est, sed compositũ magis est, forma vero est pars entis: igitur absolute causa gñationis est compositio, & non forma. Secundo id videtur esse terminus gñationis, quod per se subsistit: modo, compositum per se subsistit, forma vero est in composito. Secundo declaro secundum. primo, forma vel cõpositum sunt per se termini gñationis: igitur nec gñan
D tur, nec dicuntur esse genita. Deduco, oẽ id, quo aliud denominatur gñari, ipsum non dicitur gñari, vt qm̃ albedine paries est albus, ideo albedo non est alba. Secundo, id qđ est gñatio, ipsum nõ gñatur, vt nec albificatio albatur: sed forma ipsa genita est gñatio, sicut calefactio est caliditas, vt dicitur. 5. Physi. cõm. 19. igitur ipsa non dicitur gñari nec genita. Propter hæc dico primo de termino generationis. Secundo quid denominatur vel dicatur gñari. De primo dico. q̃ triplex est esse: essentiæ, existentiæ, & subsistentiæ. esse essentię est quo res ipsa definitionem participat. esse existentiæ est, quo res ipsa est extra nihil, & extra suas causas. esse vero subsistentiæ est, id quo ipsum subsistens quod non est accidens alicuius, nec pars alterius. Quibus p̃missis dico, q̃, cùm generatio terminetur ad esse, sicut multiplex est esse, ita multiplex potest esse terminus,

Sol. propria. Forma ẽ per se primo generationis terminus, quo ad eẽ essentiæ, compositum vero, quo ad eẽ subsistentiæ.

de esse essentiæ loqui nõ possumus, quia illud esse non potest esse terminus generationis, quia est æternũ semper in suis causis consistens. Restat vt duplex sit esse generabile, vt existens, & vt subsistens. Tunc dico primo, ꝙ terminus generationis per se primo in ratione existentis est forma ipsa. probo, quia ipsa proprie vere est. 2. de Anima. per ipsam quoque compositum ponitur extra suas causas: igitur ipsa est per se terminus generationis. Secundo dico, ꝙ per se primus terminus generationis in ratione subsistentis est compositum: nam ipsum proprie subsistit, cùm nec sit accidens alterius, nec per se alicuius. Hæc de primo. De secundo vero dicendum est, ꝙ materia siue subiectũ dicitur generari, aut genita. Declaratur, illud proprie debet dici generari, quod recipit gñationem, vt paries dicitur albescere, non albedo. quia paries recepit albificationẽ. Secundo, illud proprie dicitur generari, qđ recipit formam, quę est causa denominationis, vt quia paries recipit albedinẽ, q̃ est causa denominandi albũ, materia vero recipit formam, quare ipsa proprie dicitur gñari. Ex his concedo, ꝙ forma & compositũ sunt per se termini generationis, non tamen denominãtur generari. & si Arist. & Auer. dicant hæc generari, intelligi debet improprie, sicut improprie albedo dicitur alba, quia vt supra dixit Auer. quod in rei veritate generatur est materia: hæc de quæstione.

RECOGNITIONES.

Hic textus potest dupliciter legi, prout scriptura dupliciter inuenitur. Simplicius quidẽ legit hoc pacto, vt ex dictis inferat vnum tantum, videlicet compositum esse id quod gñatur, cùm dicit {quare manifestum ex dictis est, quoniam omne quod fit}, s. vt terminus totalis {compositũ est} dico hoc esse manifestum, si duo, quæ dicta sunt, concedantur, quæ explicat, & dicit, {si est quidem aliquid, qood fit}. s. in hoc, vt forma, quæ dicitur fieri in hoc, scilicet subiecto {est autẽ} .i. & si est aliqoid {quod hoc fit, & hoc dupliciter} nam sic erit subiectum, quod fit hoc, q.d. patet compositũ fieri, si forma fiat in hoc, & si aliquid quod fit hoc sit dupliciter {aut. n. subiectum, aut oppositum} nam sic erit subiectum in omni generatione, tam substantiali, q̃ accidentali: & si est subiectum, quod hoc fit in omni generatione, & est forma, quę in subiecto fit, etiam in omni gñatione manifestum est, qm̃ omne quod fit, vt terminus totalis, quod videlicet nec in hoc, nec hoc fit, est compositum. hoc pacto legere videtur Simplicius, quia scripturam habebat {si est quidem aliquid quod fit} & reliqua. Syrianus legit copulatiue, & ideo vult vt nõ vnum tantum inferat, sed tria. nã dicit {quare manifestum ex dictis est, quãdo omne quod fit, sẽper compositũ est}. s. quod fit nec in hoc, nec hoc, hoc est primum quod infert: {& est quidem aliquid, quod fit}, s. in hoc. s. forma, & sic habetur secundũ. Deinde infert tertium, & dicit, {est autem aliquod, quod hoc fit, & hoc dupliciter: aut. n. subiectum, aut oppositũ,} hoc est tertium. Sic igitur tria infert ſm Syrianum, qm̃ legitur litera copulatiue. sunt. n. tria, quæ fiunt, forma quidem, quæ fit in hoc, aliquid quod hoc fit, vt materia & oppositũ, & aliquid quod fit, nec in hoc, nec hoc, vt compositum. deinde affert exempla eius, quod dupliciter fit, & dicit, {dicitur autem opponi.} .s. formę, quæ est musicum, {non musicum.} siue immusicum. {Subijci vero hominem} deinde affert alia exempla, & dicit, {& infigurationem & informitatem, & inor-

E dinationem} etiam dico opposita. {æs autẽ} dico subaudi subiectum {infigurationis, lapidem} dico subiectum informitatis, {aut aurum dico subiectum} inordinationis. & fortasse locutus est disiunctiue, quia æs, vel lapis, vel aurum potest esse omnium illorum trium subiectum indifferenter: est igitur duplx expositio huius textus, qm̃ illius scriptura duplex inuenitur. Sed ab vtraq; expositione colligi potest aliquid posse dici fieri tribus modis, aut quia est aliquid, quod fit in hoc, vt forma: aut quia est aliquid, quod hoc fit, vt materia, & oppositum: aut quia est aliquid, qđ simpliciter fit, quia nec in hoc, nec hoc, vt compositum, quod fit, vt terminus totalis generationis.

Manifestum igitur, q. si quidem causæ & principia eorum quæ sunt, ea fiat, ex quibus illa primo sunt atq; fiunt, F & non secundum accidens. Sed unumquodq; quod dicitur secundum substantiam: cum fiat totum quoddam ex subiecto, & forma. componitur. n. musicus homo aliquo modo ex homine & musico: nam rationes in illorum rationes resoluet: patet igitur quæ fiunt, ex hisce fieri.

Manifestum igitur, q. si quidem sunt causæ, & principia eorum, quæ natura sunt, ex quibus primis sunt, & fiunt nõ secundum accidens. Sed unumquodq;, quod dicitur secundũ substantiam, quoniam fit omne & ex subiecto, & ex forma. Componitur enim musicus homo ex homine, & musico quodam modo. resolues enim rationes in rationes eorum. manifestum igitur est, q. fiunt, quæ fiunt ex his.

Quod solæ materia, & forma sint per se causæ, & principia rerum naturalium apud Them. sic syllogizat Aristo. ea, ex quibus primo & non ſm accidens res naturales sunt & fiunt, sunt sola per se principia rerũ naturaliũ: G sed materia & forma sunt ea, è quibus primo & non secundum accidens res naturales sunt, & fiunt: igitur materia & forma sunt solæ per se causæ rerũ naturalium. De ratione tangit maiorem. d. {manifestum igitur ꝙ siquidem causæ & principia eorum, quę sunt, ea sint, ex quibus illa primo sunt atque fiunt, & non secundum accidens:} hæc est maior: deinde tangit minorem, d. {sed vnumquodq; quod dicitur ſm substantiam} hoc est, sed vnaquæq; substantia, cum fiat totũ quoddam ex subiecto & forma. q.d. sed vnaquæq; substantia naturalis fit ex materia & forma: & est ex illis primo, & non secundum accidens, litera est suspensiua. declarat minorem exemplo & inquit. {componitur. n. musicus homo aliquo modo ex homine & musico} dixit aliquo modo, quia nõ vera compositione, cum sit aggregatum per accidens: nam rationes hoH minis & musici in illorum rationes resolues. tunc dat conclusionem, & terminat suspensionem. d. {patet igitur quæ fiunt ex hisce fieri.} Animaduertendum ꝙ dixit sunt & fiunt primo, & non ſm accidens, respondendo singulo singulum: vt fiunt primo ipsæ res naturales ex materia & forma tanq̃ primis & per se principijs, dixit sunt non per accidens, propter priuationem, quæ essendi est causa per accidens: factionis principiũ per se igitur ipsum primo retulit ad fieri, ipsum nõ per accidens retulit ad esse.

Commen. 65. Auer.

{Quia declarauit.} Auer. format rõnem dupl', enthymematice, & syllogistice. enthymematice sic arguit. principia & cã rerũ naturaliũ per se sunt ea ex quibus primo & per se & non ſm accñs ipsæ fiunt & sunt: igitur omne quod gñatur fit ex materia & forma. non posuit


posuit ſm Auer. minorem ex qua valet conſequentia, videlicet ꝙ ex ſubiecto, & forma ſit generatio per ſe: hanc tacuit. Secundo propter hoc format totum ſyllogiſmum ſic. principia naturalia ſunt è quibus generatur generabile per ſe & principaliter: materia & forma ſunt ea, è quibus generantur res naturales principaliter: igitur ſunt principia per ſe. Animaduerte ꝙ hæc expoſitio non conſonat græcis verbis: quia Ariſt. ponit maiorem, minorem, & concluſionem. ſed in tranſlatione barbara defecit minor, vel ipſe pro minori accepit concluſionem. Addit tamen duo, quorum primum eſt Ariſt. exemplificaſſe in accidentibus, vt euidentius diceret. Secundo addit, ꝙ materia, & forma non diſtinguuntur in eſſe, ſed ratione. Sed hoc ſecundum videtur non poſſe ſtare: quoniam materia & forma ſunt realiter diſtincta: igitur in eſſe. Secundo materia poteſt ſtare ſine forma quam habet: igitur diſtinguitur in eſſe ab illa. Dicẽdum, ꝙ vno modo poteſt intelligi ea non diſtingui in eſſe ſeparationis, & hoc modo non diſtinguuntur in eſſe, hoc eſt non ſeparantur in eſſe, ſed bene ratio diuidit illa. Vel dici poteſt, ꝙ nõ diſtinguuntur in eſſe actuali, licet materia habeat eſſe potentiale diſtinctum realiter. Vel dici poteſt, ꝙ non diſtinguuntur in eſſe abſoluto à dependentia, quoniam alterum in eſſe dependet ab altero, & hæc eſt ſolutio melior.

An addita materia, & forma distinguantur in esse.

RECOGNITIONES.

CVm demonſtraſſet ꝙ omne, quod fit, ſit compoſitum conſtans ex eo, quod hoc fit, videlicet materia, & ex eo, quod fit in hoc, videlicet & forma, nunc demonſtrat ꝙ id, quod fit hoc, ſ. materia, & id quod fit ĩ hoc, ſ. forma ſint cauſæ ac principia. vt ſit hoc quaſi vna ſuppoſitio ad demonſtrandum, ꝙ principia rerũ naturalium ſint quodammodo duo, & quodammodo tria. & Simplicius, componit ſyllogiſmum ſic, om-

Conſtans per ſe ex ſubiecto & forma.



ne naturale ac generabile conſtat per ſe ex primis ſubiecto & forma, quod conſtat per ſe, & non per accidens ex primis ſubiecto & forma: principia habet ſubiectum, & formam: igitur omne naturale & generabile principia habet ſubiectum, & formam. Hic ſyllogiſmus bonus eſt, ſed non conuenit verbis propterea aliter componitur ſic, ea, ex quibus primis fiunt, quæ natura fiũt, & non ſm accidens ſunt, quæ natura ſunt, ſunt principia & cauſæ eorum, quæ generantur, & corrumpuntur: materia & forma ſunt ea, ex quibus primis fiunt, quæ natura fiunt, & non ſm accidens ſunt, quæ natura ſunt igitur materia, & forma ſunt principia & cauſæ eorum, quæ generantur, & corrumpuntur. de hoc ſyllogiſmo primo tangit maiorem, & dicit, {manifeſtum igitur ꝙ ſiquidem ea, ex quibus primis fiunt & ſunt non ſm accidens, quæ natura} ſunt {ſunt principia, & cauſæ eorum, quæ natura ſunt.} hęc eſt maior, in qua verbum, primis debet conſtrui cum,

A fiunt, verbum autem non ſecundum accidens debet conſtrui cum ſunt. nam ipſum primis, retulit ad fieri ipſum non per accidens, retulit ad eſſe. quoniam priuatio eſt cauſa eſſendi per accidens, factionis autem principium per ſe. Materia autem & forma ſunt principia & cauſæ per ſe & primo, tum eſſendi, tum faciẽdi. deinde aſsignat minorem, & dicit {ſed vnumquodq; quod dicitur ſm ſubſtantiam}, i. ſed vnumquodq; ens naturale, quod eſt ſubſtantia {quoniam fit omne} & eſt {ex forma & ſubiecto} primis & per ſe: id eſt, ſed forma, & materia ſunt ea, ex quibus primis quæ natura ſunt, fiant & ſunt, non ſm accidens. & hanc minorem probat, & dicit. {Componitur enim muſicus homo quodammodo ex homine, & muſico.} cuius rationem aſſerit, & dicit. {reſolues enim rationes, i. partes huius compoſiti {in rationes eorum,} ſcilicet muſici, & ho- B minis, ergo ex illis componitur. Tunc terminat ſuſpẽſionem, & dicit. {manifeſtum igitur eſt, ꝙ fiant, quæ fiunt ex his}, i. materia & forma ſint principia, & cauſę eorum, quæ natura ſunt. Eſt igitur ſyllogiſmus, ea, ex quibus primis, & non ſm accidens ſunt, & fiunt res naturales, ſunt principia, & cauſæ rerum naturalium: materia & forma ſunt ea, ex quibus primis, & non ſm accidens ſunt, & fiũt res naturales: igitur materia & forma ſunt principia, & cauſæ rerum naturalium. Cur autem demõſtrauerit ꝙ materia & forma ſint principia, & cauſæ rerum naturalium, Simplicius dicit rationẽ, quia per hoc demonſtrabit ꝙ ſint partim duo, partim tria principia, & cauſæ rerum naturalium, vt poſtea patebit. quare hoc, quod in præſenti textu Ariſt. accepit, debemus ſumere pro prima ſuppoſitione ad id, quod poſtea dicturus eſt: erit igitur prima ſuppoſitio, ꝙ ma- C teria & forma ſint principia & cauſæ eorum, quæ natura ſunt. Circa præſentem locum quæritur primo vtrũ ipſa generatio ſit ipſa forma, quæ generatur? Deinde quæritur, vtrum ipſum generare dicat aliquid ſm rẽ diſtinctum ab ipſo homine, qui generat. Et licet hæc potius in Metaphyſica ſint differenda, quia tamen hic diſputari ſolent, breuibus de illis aliqua dicamus. Dixerunt igitur aliqui ad primam, ꝙ generatio ipſa nihil ſit præter formam, quæ generatur. Et videtur hæc poſitio Auer. 5. huius. vbi aſſerit motum, & terminum motus eſſe idẽ ſpecie, & numero: & probant hoc primo, quia ſi generatio eſſet aliquid præter formam genitã, eſſet, aut ſubſtantia, aut accidens. non ſubſtantia, alioquin in generatione eſſent duæ ſubſtantiæ, quæ fierent, videlicet forma, & generatio ipſa. nec generatio eſt accidens, quia cùm tale accidens ſit nouum, & ſeipſo non D fiat, alia generatione fiet ab ea, qua forma ipſa fit, & ſic eſſet proceſſus in infinitum in generationibus. deinde circunſcribantur ab ipſa forma, & ab ipſo ſubiecto omne aliud, quod ab eis diſtinguitur ſecundum rem: & quæritur, cum forma ſecundum omnes partes inducitur in materia, nonne generatio illius eſt? & certũ eſt ꝙ ſic, igitur non differt à forma, quæ generatur. Reſpondet Auic. & aſſerit generationem, qua forma aliqua generatur, eſſe rem aliam à forma, quæ generatur, argumento quòd forma ſit ſubſtantia, generatio vero ſit paſsio: modo, ſubſtantia, & paſsio ſunt res diuerſorum prædicamentorum: igitur differunt re prædicamenti. Auerroes vero non videtur differre ab Auicenna. Aſſerit enim generationem pro fluxu formæ acceptam eſſe diſtinctam à forma, quæ generatur ſecundum rem prędicamẽti. nam pro fluxu generatio,

Quæstiones. An generatio sit ipsa forma. An generare quid distinctũ ab hoie qui generat.

Generatio ẽ in prædicamẽto passionis, & substantiæ.

cum accipitur, est in prædicamento passionis, cũ vero accipitur pro forma fluente, est in prędicamento substantiæ. Tunc diluuntue obiectiones, prima quidem quia generatio, cum accipitur pro fluxu, est accidẽs, & cum dicitur, tunc fieret. Respondet Auic. concedendo, sed ꝙ aliquid fieri sit, ant vt quod, & sic forma, vel compositũ fit, vel vt quo, & sic motus, & gñatio fiunt: qm̃ alia ipsis fiunt. non igitur oportet, vt ipsa fiãt alijs, sed quo fit ipsa forma, vel ipsum compositum, & ita seipsis. Secunda vero, quoniam circunscriptis omnibus alijs secundnm rem distinctis ab ipsa forma, & ab ipsa materia, non erit generatio sumpta pro fluxu, vel pro passione, sed bene erit generatio, quæ sumitue pro forma fluente, & sic soluuntur obiectiones primæ q̃stionis. Ad secundam quæstionem nonnulli asserunt ipsum generare nihil addere homini, qui generat, sed solum respectum rationis, qui est in homine ẽm rationem, vt dextreitas in columna. consurgit tamen ex ipsa forma, quæ fit, veluti ipsum ceeare nihil addit in creante, sed est respectus rationis in Deo, realis vero in creatuea. Dilucidius alii distinguunt ipsum generare posse accipi pro actione acta, & pro actione eespectu. primo modo nihil addit in geneeante, sed bene in materia, in qua recipitur actio acta, pro actione vero, quę est respectus, addit in generante eespectum de prædicamento actionis, qui secundum rem prædicamenti differt ab ipso generante, qnod est eius subiectum: ex quo patet, quoniam cùm dicimus hominem generare, & hominem generantem dicere aggregatũ per accidens ex eebus dinersorum prędicamentorum, secus autem est de Deo creante, quod nunc prętermittendum esse arbitror.

DILVCI. *Subiectum uero numero quidem unum est, specie uero duo. nam homo quidem & aurum & omnino materia numeratilis est, quando hoc aliquid magis est. Fitq; non per accidens ex ipsa id quod fit, at priuatio & contrarium accidens sunt. Forma uero unum, ut ordo, uel musica, uel aliorum aliquid, quæ simili modo prædicantur.*

ANT. *Est autem subiectum numero quidem unum, specie uero duo, Homo enim & aurum & òmnino materia numerabilis est: hoc enim aliquid magis, & non secundum accidens ex ipsa fit quod fit, priuatio autem & contrarietas accidẽs. Vnum autem species, ut ordinatio, aut musica, aut aliorum aliquod sic prædicantium.*

Themistius non sequens verba textus alio modo literam exponit, quã nos habeamus. propterea sequens magis verba, dico, ꝙ Arist. declaeat hæc tria, videlicet materiam, & priuationem, & formam, & hoc per differentias & conuenientias: nam sic colligitur propria descriptio. De materia ita inquit, subiectum vero numero, quidem vnum est, specie vero duo. hoc autẽ dicit peopter priuationem (vt dicit Themistius) quę materiæ accidit. Quòd autem materia differat à priuatione, licet cum ea sit vna numero, declarat, & continua sic apud Themist. quamuis numero vna res sit, ratione tamen & cogitatione differt: quia, quanq̃ prima materia non est numeranlis, & hoc aliquid, aliquanto tamẽ propius accedit ad numerum, & ad hoc aliquid q̃ priuatio, immo vero numeratilis est comparatione priuationis inquit. Nam homo quidem & anrum, & omnino materia numeratilis est, licet, vt recte Themistius inquit, non eodem modo. nam humo & aurũ & id genus proprie & maxime numeratilia sunt, & hoc aliqd, quæ monstrari vel digito possint. materia vero nõ sic: sed accedit ad numerum magis q̃ priuatio, cuius causam ait, quando hoc aliquid magis est, hoc est quia ad hoc aliquid magis accedit, fitq; non per accidẽs ex ipsa id qnod fit, immo per se. at priuatio & contrariũ accidens sunt, quatenus ipsa est rerum principiũ per accidens. De tertio principio ait, forma vero vnum, & in hoc differt à materia, quia illa erat quodammodo duo. differt à priuatione, quia ipsa est vnum principiũ per se rerum, vt ordo, vel musica, vel aliorũ aliquid quę simili modo prædicantur de subiecto & materia. Sic igitur habes differentiam inter hæc tria, inter materiã, & priuationem, quia materia magis ad numerũ, & hoc aliquid accedit, cum sit magis hoc aliquid, & sit principium per se: priuatio è numero & ab hoc aliquid omnino recedit, quia est per accidens principium. Inter materiam priuationem & formam, quia materia est duo, forma vnum. Priuatio per accidens principium, forma per se. Animaduertendum Arist. per numerũ, & hoc aliquid intelligere, indiuiduum in actu, quod Themistius vocat ad digitum demonstratum, materia propior est huic quã priuario. primo, quia magis ens, 2. quia se principium. Vtrum vero sit huic propior quã forma, ipse non dicit. potest tamen dici per ea quę iam diximus, ꝙ quo ad id vnde accepta est eatio substantię materia propior est huic q̃ foema, quia magis substae, quo vero ad id quod significat nomẽ substãtiæ, forma ipsa magis accedit, cũ sit substantia quasi per essentiã.

Commen. 66. Auer.

{Cum declarauit.} Auee. sequens Themist. vult ꝙ Arist. det differentiam inter materiam, & priuationẽ. causa est, quia Plato ignorauit hanc differentiam. proponit tamẽ primo, ꝙ materia est ens & priuatio, & sic est vnũ, & quodã modo duo, subiecto vnũ, rõne duo.

{Et prima materia.} Hæc est prima differentia, ꝙ materia numeratue magis in entibus, & accedit magis ad hoc aliquid. probatur. quia ita se habet ad formam, vt aurum ad anulum. Causam huius differentiæ assignat, quia ipsa materia nullo modo videtur differre à priuatione: multum. n. admiscetur per identitatem ipsi materię, & ita oportet assignare differentiam inter illa.

{Et priuatio etiam} Secunda hæc differentia, quæ satis per se patet, & ex textu.

An priuatio sit principium p se vel per accidens.

Intelligendum.) Hic soluit dubitationẽ. potest. n. dicere quis, priuatio est principium per accidens: igit̃ potest nõ esse, omne. n. per accñs potest non esse. Rñdet, ꝙ duplex est per accidens, necessario & raro. Tũc vult priuationem esse principium per accidens, sed necessario, quoniam necessario præcedit generationem.

{Sed cum.} Dicet adhuc Iunior qno modo est principium per accidens? Respondet ꝙ respectu rei genitæ est principium per accidens, respectu generationis est principium per se.

{Sed vniuersaliter.} Contra adhuc arguet Iunior. nam si respectu rei genitæ esset principium per accidens, tunc priuatio posset non esse in materia, quoniã adueniente forma, cessaret. Respondet, ꝙ licet priuatio in aduentu formæ desinet ipsam materiam, vniuersaliter tamen non desinet: quia adueniente vna forma cessat priuatio ad illam. Sed materia admiscetur cũ priuatione contrariæ formæ, propter quod Sorticolæ cõcederent æternam esse priuationem in materia, nulla tamen priuatio est materiæ ęterna.

{Et

{Et ipsa.} Adhuc ambiget quis.n.,si æterna est priuatio materiæ,& æterna est forma in materia, tunc esset materiæ aliqua forma propria, & aliqua priuatio propria, hoc est specifica & vltima. Contra arguit. Si materia haberet, aut formam, aut priuationẽ propriã ad sensum datum, videlicet specificam,& vltimam,tũc nullam aliam reciperet vlteriorem, aut non reciperet omnem formam,quia non eam quam habet, & si priuatio esset sibi propria,non reciperet formam,nisi forma & priuatio possent simul stare. Sed circa hæc dubitatur.primo videtur ꝙ nullum accidens posẽt esse necessarium,quia omne accidẽs est cõtingens:igitur omne accidens potest non esse. Preterea.8.huius com.36. vult,ꝙ omne accidens posit non esse, idem.1. Metap. com.8.& alibi. Secũdo cõtra idem arguitur, quia Auer. ait priuationem esse principium per accidens respectu rei factæ & necessario. hoc videtur falsum, quia respectu rei factæ videtur pure per accidens, cum adueniente forma,ipsa absit. Dici põt primo, ꝙ Auer. hic.&c.5. Metaphy. com. vlti.&.4.huius com.20.semp vult duplex esse per accidens,necessarium & contingens, sed quomodo intelligatur,nemo explicat:ideo animaduertendum ꝙ aliquod potest dici per accidẽs respectu sui, quod est necessario ex parte subiecti, vt album, respectu cygni necessario inest,quod respectu sui non necessario inest, quoniam potest inesse alijs à cygno, vt parieti,aliquod est accidens, ꝙ tam ratione sui quam ratione subiecti non necessario inest, vt album parieti. Accidens primo modo videtur accidens necessarium. Accidens.2.dicitur accidens raro,siue cõtingens. Tũc ad formam dico,ꝙ omne accidens potest non esse ratione habita ad ipsum,aliter enim esset propriũ, quoddam tamen est necessarium, saltem ratione habita ad subiectum cui hæret.quoddam est contingens ratione habita ad vtrunq;, & sic tollitur contradictio. vbi.n. dicitur accidens esse necessarium, intelligẽdum est respectu eius cui inhæret.cum dicitur omne accidẽs posse non esse, debet intelligi ex parte sui, & hoc ignorauit Ioan.qui credidit absolute omne accidens esse contingens.Tunc ad secundum dico. ꝙ licet ipsa priuatio absit adueniente forma,tamen est principium per accidens necessario suppositionis, quoniam necessario supponitur rei genitæ,vt diximus supra.

1.Dubitatio An oẽ accidẽs sit necessariũ.

Secunda.

Solutio.

RECOGNITIONES.

Qvicquid diximus in commentarijs, vna expositio esse poterit,ꝙ,cum Arist.demonstrasset compositum esse id, quod fit,& ꝙ materia, & forma sint causæ,& principia, nunc vult Platonis opinionem pro parte verificare, cuius verba sunt in Timæo, vt Simplicius in calce sui commentarij huius loci videt exponere.Dicebat enim Plato ex parte materiæ dualitatem,ex parte formæ vnitatem.verificat ergo nunc ex parte materiæ dualitatem,& dicit. {Est aũt subiectum numero quidem vnum, specie vero}, i.ratione {duo} quomodo quidem vnum,non exponit Arist. quia superius exposuit.diximus enim materiam cum priuatione esse vnum numero, quatenus materia est priuatio anteq̃ forma inducatur.Quo vero modo sit duo, exponit,& dicit.{Homo enim & aurum & omnino materia numerabilis est}, i. permanet in transformatione aureorum poculorum,& sub mõstrationẽ cadit, cuius rationem assignat & dicit. {Hoc enim aliquid magis} scilicet est quam priuatio,& sic licet non sit numerabi-

A lis simpliciter,vt indiuiduum, tamen est numerabilis vt pars indiuidui permanens. {& non secundũ accidens ex ipsa fit,quod fit, priuatio autem, & contrarietas},i. & oppositum, quod est terminus, à quo in generatione,{accidens,i.secundũ accidens est id, ex quo fit, qđ fit.ergo materia & priuatio sunt vnum numero, prout materia est priuatio antequã forma inducat, & prout videntur vnum subiectum numero, antequam forma generetur.videntur autem duo prout materia est numerabilis,i.permanens, & aliquo modo hoc aliquid, & quatenus non secundum accidens ex ipsa fit, quod fit,priuatio vero est id,ex quo secundum accidens fit id,quod fit,& nec est permanens,nec numerabilis, nec aliquo pacto hoc aliquid:quare sunt duo rõne,quippe cum alia rõ sit materiæ,aliæ priuationis,& dixit.{Hoc enim aliquid magis} & non dixit simpliciter esse hoc
B aliquid,neq; simpliciter esse numerabilem, quia materia nec est simpliciter numerabilis, nec simpliciter hoc aliquid,sed quatenus simul cum forma permanet, & est principium compositi. At priuatio nec per se, nec cum alio numeratur; vel est principiũ. patet igitur quonam modo ex parte materiæ sit dualitas, deinde ostendit,quo modo ex parte formæ sit vnitas, & dicit. {vnum autem species,}cuius exempla affert, & dicit. {vt ordinatio,}quæ est forma in exercitu, & in ciuitate,{aut musica,}quæ est forma in homine,aut aliorum aliquod sic}.f.vt forma{prædicantium,}est enim vnũquodq; horum vnitas,cum non participet esse, & non esse,sed esse tantum:nullum enim horũ priuationis habet quicq̃.hæc est vna expositio. Verũ aliter possumus dicere,ꝙ,cum Aristo.accepisset vnam suppositionem, videlicet,ꝙ materia,& forma sint causæ, & principia
C eorum,quæ natura sunt,& fiunt, nunc assignat secundam suppositionem, per quam vult habere ꝙ materia sit quodammodo vna,& quodammodo duo, vt ex ijs suppositionibus deducat principia esse duo & cẽtria, quemadmodum Simplicius exposuit.

Secũda expõ.

Quapropter principia ipsa, tum quidem ut duo, tum uero ut tria dicenda sunt.etiam ut contraria quidem sunt, ut si aliquis musicum & immusicum,aut calidum & frigidũ, aut consonans & inconsonans dicat. Sunt uero ut non contraria,fieri enim nequit ut mutuo patiantur,soluitur autem & hoc,quia ipsum subiectum aliud est,quod quidem non est contrarium.Quare principia neq; plura quodam modo ipsis contrarijs sunt,sed duo,ut ita dicam,numero. neq; rursus duo penitus,quia ipsorum esse alterum est,sed tria,alterum cum hoĩs,& musici esse est,atq; infigurati & æris. DILVC.

D *Vnde est quidem sicut duo dicenda esse principia, est autem sicut tria. & est quidem sicut contraria,uel si aliquis dicat musicum,& immusicum,aut calidum & frigidum, aut consonans & inconsonans. Est autem sicut non. ab alterutris contraria pati impossibile est.Soluit autẽ & hoc propterea, quoniam aliud est subiectum. hoc.enim non est cõtrarium.Quare neq; plura contrarijs sunt principia quodammodo,sed duo,ut est dicere, numero. neque iterum penitus duo,propter id quod alterum est ipsis esse. sed tria. alterum enim est homini, & non musico esse, & infigurato & æri.* ANTI.

Nunc ex dictis soluit quæstiones tactas,vt vtrũ duo principia,an tria.Secundo,an contraria vel ne. Soluit primam,& inquit. Quapropter principia ipsa, tũ quidem vt duo,tum vero vt tria dicenda sunt. duo quidẽ principia per se,tria vero coassumẽdo principium per accidens

accidens etiam. Soluitur etiam secunda quæstio, qm̃ principia sunt quodammodo contraria, vt si quis accipiat musicum & immusicum, aut calidum & frigidum, aut consonans & inconsonans,& quodammodo principia non sunt cõtraria, vt si quis accipiat subiectum, non enim possunt contraria inuicem pati, nisi saluetur eorum passio per subiectum. quod subiectũ aliud est & nulli contrariorum contrarium. Tertia quæstio est de numero principiorum, quam soluit, ꝙ principia nõ sunt plura duobus. quo numero solent esse ipsa contraria. & hoc loquendo de principijs per se. Sũt etiam tria, quatenus materia ipsa videtur esse geminum principium, quia secundum rem vnum, secundum rationem vero duo. Aut dici potest, ꝙ sunt duo tantum secundũ distinctionem realem, tria vero secundum distinctionẽ rationis. Et sic patet solutio trium quæstionum.

Commen. 67. Auer.

{Cum declarauit.} Animaduerte, ꝙ principia esse cõtraria dupliciter verificat Auer. Vno modo, cũ quis cõsiderat inductionem factam in naturalibus & artificialibus. declaratum est enim omne quod fit, fieri ex contrario. alio modo verificat propter conditiones. nã prima contraria sunt quę nec inuicem, nec ex alijs fiũt, sed cuncta ex eis. quare principia possunt esse cõtraria. hęc Auer. verificatio est extra textũ. reliqua patent.

RECOGNITIONES.

IN cõmentarijs diximus Aristotelem soluere tres .q. quarum Prima est, vtrum principia sint duo, an tria. Secunda, an sint cõtraria. Tertia, ad principia sint plura duobus, vel tribus. secũda ibi. {Et est quidem sicut contra.} tertia ibi. {Quare neq; plura,} Possumus autem nunc exponere aliter, ꝙ, cum Aristo. constituisset duas suppositiones, nunc soluit vnam tãtum quæstionẽ. videlicet, vtrũ duo, an tria sint principia eorũ, quæ natura fiunt. Et primo demonstrat, ꝙ vno modo principia sunt duo dicenda. vt puta, cum principia proprie accipiantur, subiectum videlicet & forma, alio modo tria, vt si principium quod est secundum accidens. videlicet priuatio, cum ijs enumeretur, & hoc dicit. {Vnde est quidem sicut duo dicenda esse principia,} vt puta, cũ solum enumerentur principia per se, videlicet materia,& forma. {Est autẽ sicut tria,} vt cũ principijs per se connumeretur principium per accidens. s. ipsa priuatio. Deinde assignat alium modũ, quo principia sunt duo,& quo principia sunt tria, & asserit esse duo si contraria aliquis dixerit principia esse, formam videlicet & priuationẽ. tria vero, si cum his enumeretur tertium, videlicet subiectum. & dicit. {& est quidem} subaudi dicere duo, {sicut} si solũ {cõtraria} enumerentur. {vt si aliquis dicat musicum, & immusicum, aut calidum & frigidum, aut consonans, & inconsonans,} sic enim vt duo est dicere {est autem non} dicere duo, sed tria si {sicut non} solum enumerẽtur contraria, sed subiectum etiam. Deinde assignat argumentum, quo probatur non esse duo tantum,& dicit {ab alterutris contraria pati impossibile est} si enim cõtraria non sese inuicem expectant, neq; sese suscipiũt, neque contrarium, contrarium fit, quo pacto igitur ex cõtrarijs sunt alia, si non patiuntur à se inuicem contraria. Deinde soluit, vt ostẽdit esse principia quodammodo tria,& dicit, {soluitur autem & hoc, propterea, quoniã aliud est subiectum} in quo agere contraria ad inuicem possunt. {hoc enim nõ est contrariũ} & sic vtrũq; expectat, quo fit, vt non duo, sed tria sint principia. tũc concludit. {Quare neq, plura contrarijs sunt principia quodammodo, vt est dicere numero, & sic, si solũ ad contraria respexerimus, tantum duo sunt, tria vero si cum his subiectũ cõnumerabimus. Deinde tertio demonstrat quomodo principia sint duo, & quomodo tria. sunt quidem duo, si principia enumerentur ſm rẽ diuersa, videlicet materia & forma: tria vero, qm̃ licet subiectum vnum numero sit, duo tamen ratione est, alia enim ratio est ipsius, vt materia est, alia vt priuatio. dicit. {neq; iterum penitus duo, sed tria, propter id quod alterũ est ipsis}, s. materiæ & priuationi {esse}, i. ratio, quod per exempla exponit, & dicit. {Alterũ. n. est homini,} qui accipitur pro subiecto {& non musico,} quod accipit pro priuatione {esse} idest ratio {& infigurato, & æri:} ergo Arist. trifariam mõstrauit principia esse quodammodo duo, & quodammodo tria. primo quidem dicenda sunt duo, si solum per se principia enumerentur, tria vero, si cum ijs enumeret principium per accidẽs. deinde, qm̃ vt contraria duo, vt vero cum subiecto tria. 3. quia, vt principia accipiuntur vt res diuersæ, sunt duo, materia & forma, vt vero alterũ principium, videlicet materia, in duas rationes diuidit, sunt tria. Quo vero ad verbã attinet, cum Arist. dixisset {sicut duo dicenda esse principia,} qm̃ (vt Alexan. inquit) non secũdum numerũ duo sunt materia & forma, qm̃ neutrum horum per se substare potest, quæ autem numero sunt diuersa, in propria substantia separata sunt, vt Plato & Socra. propterea cũ dixisset duo aliquo pacto. modum intulit dicens: sed duo, vt est dicere numero: vnum enim est numero materia, & priuatio, tria autem, qm̃ priuatio alia est ſm rationem à materia. Sed ijs, quæ dicta sunt, occurrit Alexã. quia non videtur verum ꝙ priuatio sit contrarium formæ. Dicendum Arist. accepisse contrarium pro opposito priuatiuo, modo quo motus quieti opponitur: nã quies est absentia motus, sed in eo quod aptum est moueri. vnde (vt Simplicius inquit) negatio differt à priuatione, quia priuatio consignificat id, in quo est: immusicũ enim non in omni, sed in homine priuatio est. Sed animaduerte nonnullos de priuatione ita distinguere, ꝙ vno modo priuatio sit actus contrarij, quo contrariũ priuat subiectum suo contrario, & sic capitur priuatio pro depositione, vt cum dicimus Romani priuarunt Syllam à principatu. 2. modo pro forma, quæ non est, & potest esse. 3. pro materia, quæ caret forma, & apta est illam habere, siue pro carentia, quia materia caret forma, & est apta illam habere, quæ solet sic diuidi, ꝙ sit alia ante rem, alia post rem. tunc volunt, ꝙ, cum dicitur materiam & priuationem esse numero vnam, ratione diuersa, Arist. accepisse priuationem tertio modo pro carentia qua materia caret forma, & est apta eã habere. Sed considerandum est apud Græcos aliter esse dicendum, & aliter apud Latinos: apud Latinos enim priuatio est actus agentis, cum pellit à subiecto suum contrarium, vel est carentia alicuius formæ, quæ prius habebatur. nam aptitudo materiæ, quæ ipsa est apta habere formam, quam non habet à Latinis nõ priuatio, sed habilitas dicitur, nec forma absens, quæ esse potest in materia, à latinis dicetur priuatio. qua ratione fit, vt carentia formæ, quam prius habebat apud Latinos, dicatur priuatio, quatenus est actus contrarij priuantis. At Græci verbo *στέρησιν* vtuntur & ante rem, & post

Trifariã principia sunt duo & tria.

Consideratio.

Dubitatio.

& post rem, & sic carentiam formæ prius habitæ, & carentiam formæ, quam materia non habet, & potest habere, & ipsam formam, quæ abest, vero *σίρησις* Græci vocāt. trāsiuit etiam apud nos in vsum, vt priuationis nomine, hæc omnia dicant. Hactenus de priuatione.

DILVC. *Quòd quidem igitur principia circa generationem rerū naturalium sint, & quo modo tot, dictum est. manifestū etiā aliquid ipsis contrarijs subijci oportere, & contraria duo esse, modo autem quodam alio non necessarium esse: erit. n. sufficiens contrariorum alterum ad faciendam mutationem absentia præsentiaq; sui.*

ANT. *Quòd quidem igitur principia circa generationem physicorum, & quo modo tot sunt, dictum est. & ostensum est, quoniam oportet subijci aliquid contrarijs, & contraria duo esse, sed quodammodo alio non necessarium est. Sufficiens enim erit alterum contrariorum facere absentia, & præsentia mutationem.*

Epilogat. & inquit. {Quòd quidem principia circa generationem rerum naturaliū sint. & quo modo tot, dictum est. manifestum etiam aliquid ipsis contrarijs subijci oportere} patet etiam cōtrario modo quodam esse duo, modo alio non necessarium esse duo. erit. n. sufficiens contrariorum alterum ad faciendam mutationem absentia præsentiaq; sui. Ex quibus patet dupliciter priuationem non ponere in numerum. Vno modo vt reducitur ad materiam. Alio modo quatenus reducitur ad formam ipsam. nam, vt dicit Themist. forma vicem priuationis subire videtur, cum priuatio neque materia sit neque forma, sed formæ mera velut absentia.

Priuatio non ponit in numero, tum materia, tum formæ ratione.

Commen. 68. Auer.

Quæstio. An materia vel forma sit prima cā corruptionis.

{Cum demōstrauit.} Commentum præsens patet per se. Sed propter dictū Arist. qui ait, q forma sui præsentia est causa generationis, sui absentia causa corruptionis, quærunt, vtrum principium corruptionis est forma ipsa. videtur enim q non, quia aut quatenus forma, aut quatenus in materia. si quatenus forma. igitur omnis forma. & sic forma cœli esset causa corruptionis. Si quatenus in materia, igitur non forma per se primo, sed ratione materiæ. In contrarium est Aristo. qui ait formam sui præsentia esse generationis causam, sui absentia corruptionis.

In hac quæstione sunt variæ positiones. Auicenna primo suæ Physi. cap. tertio vult contrarium esse causam corruptibilitatis, & ita vult materiam, vt coniungitur formæ habenti contrarium, esse causam corruptibilitatis. Auer. in lib. de substantia Orbis ait duo esse corruptibilitatis principia, materiam videlicet, & contrarium. materiam quidem non absolute, sed vt affectam dimēsionibus. Nonnulli asserūt primam causam esse formam. Persuadet Auicē. suam positionem, quia in quibusdam est materia, vt in cœlo, quod cum in eo non sit contrarium, est æternum. Persuadet Auer. suā primo, quia septimo Metaphy. tex. cōm. 22. & 20. Definitur materia per hoc, q est quo res potest esse & non esse. Secundo, quia forma est causa essendi: igitur non causa corrumpendi, cum idem nō sit per se causa duorum contrariorum. Alij suam suadebunt, quia eo ipso q ipsa forma pōt esse & nō esse, ipsa materia corrumpitur subiectiue, cōpositum terminatiue, igit per se causa est forma ipsa corruptionis. In hac questione loqui possumus, aut de principijs immediatis & proximis corru-

A ptionis, aut è quibus per se fluat hæc passio ipsis rebus naturalibus, quæ dicitur corruptibilitas. Si quidem loquimur de corruptione ipsa, nihil aliud affero pro responsione, quam id quod Aristo. totiens dederat, videlicet formam, priuationem, & materiam. formā quidē vti terminum è quo, priuationem, vti terminū ad quē, materiam vt subiectū. Si vero quæstio est de affectione, & cum illa affectio sit, aut aptitudo corrūpendi, aut possibilitas, & nō differat à corruptione nisi penes inesse & posse inesse, etiā ea principia corruptionis nō debent differre à principijs, nisi penes inesse & posse inesse. Principiū igit corruptibilitatis rerū erit materia ipsa apta nata subijci formæ quā habet, & priuationi eiusdem, & sic erit forma apta nata esse terminus è quo, priuatio illius quæ est apta fieri terminus ad quē, & subiectum aptum natum transferri. Et sic intelligit Auer.

Eadē sunt corruptiōis & generatiōis principia.

B primo huius. cōm. 81. & 82. vbi ait, q materia prima nō sm se, sed sm priuationem admistam cum materia, est causa corruptibilitatis. Quibus quoq; sequitur, q vt priuatio ipsa se habet ad generationē, sic quoq; forma ad corruptionem, & quoniam generationis ipsa priuatio est quasi per accidens principiū, sic corruptionis ipsa forma erit per accidens principium, & per consequens etiam corruptibilitatis causa erit quodammodo per accidens, quatenus reducitur ad materiam, aut ad priuationem ipsam. Et ita videtur q potissima causa corruptionis atq; corruptibilitatis sit materia priuationi admista, & hoc est dicere materiam & contrarium. Priuatio enim non est nisi alterum contrarium. Sed contra arguunt, quoniam materia est secūdum essentiā incorruptibilis: igitur non est causa corruptibilitatis. patet consequentia, quia vnum oppositorū nō est per se cau

C sa alterius. Secundo, necessarium non est per se causa contingentis, Primo Priorū: sed materia est ens necessarium, corruptibile vero contingens: igitur materia non est causa corruptibilitatis. Tertio, in causis præcisis & adæquatis, si affirmatio est causa affirmationis, negatio erit causa negationis: sed causa entis in actu est forma & non materia: igitur non essendi causa erit forma, vel negatio formæ, & ita non materia. Ad hæc argumenta iam responsum est. materia enim est principium corruptionis vt subiectū, & causa corruptibilis etiam vt subiectū. causa vero totalis est materia vt priuationi admista, nā sic habet rationem subiecti, & termini ad quem, & propter carentiam habet appetitum. Tunc ad primum concedo q incorruptibile potest esse principium vt subiectum rei corruptibilis, non aūt vt immediatum efficiens apud Aristo. aut immediatus

Si affirmatio affirmationis & neg. neg. ī cāis præsis & adæquatis valet.

D terminus, nec habeo pro inconuenienti vnum alterius rationis esse principium alterius. modo, materia & res corruptibilis non sunt opposita, sed disperata, siue alterius rationis. Ad secundum diceret Aristo. q necessarium nō potest esse causa totaliter effectiua contingentis. vt præmissæ siue mediū, sed causa materialis & subiecta bene potest. Ad tertium, cōcedo q negatio formæ est principiū corruptionis: modo hęc, vt dicit Themi. non est nisi mera formæ priuatio, & non ipsa forma. cū quo tamen stat q materia sit principium vt subiectū, & negatio formæ, vt terminus ad quem. Nec valet, priuatio siue negatio formæ est principium: igitur nō materia. quoniam materia est principium vt subiectū, priuatio vt terminus. Sed ambiges vtrum materia vt materia sit principium corruptionis, an vt priuata. si vt materia, igitur frustra priuatio. si vt priuata, igitur priuatio magis.

Responsio. magis. Dico ꝙ materia vt materia esse pôt principiũ vt subiectum, vt priuata dicitur principiũ geminũ vt subiectum, & vt terminus. Ideo non sequitur ꝙ priuatio non sit necessaria, nec ꝙ sit magis principium. Et per hæc patet ad rationes vtriusque partis.

RECOGNITIONES.

EPilogat, & bene in cõmentarijs exposuimus, sed quo ad verba attinet, Aristo. dixit {circa generationem Physicorum} qm̃ principia rerum naturalium quæ in generatione sunt constitute, pertractauit. non enim omnium, quæ fiunt simpliciter, principia determinauit, quoniam non eorum, quæ per electionẽ fiũt sed solum rerum naturalium, neq; omnium rerum naturalium, sed earũ, quæ in generatione cõstitutæ sunt: non enim diuinorum ac æternorum corporum, vt cœlestium corporum principia pertractauit: cœlestia.n, naturalia sunt, quoniam in motu sunt, non tamen genita, & corruptibilia, siquidem æterna esse declarauit. quod autem cœlestium principia, quæ tradita sunt, nõ sint principia, patet, quia priuatio nõ est in cœlestibus, cum æterna sint, neq; materia hæc est illorum principium, siquidem materia hæc solum in illis est, in quibus transmutatio est. propterea & ipse.8. Metaphysi. palam abijcit à cœlestibus materiam, quoniã in eis nec generatio, nec corruptio est. in ijs autem in quibus nõ est generatio, neq; corruptio, non est materia.

Tex.c.12. *Quæstio.* Sed si hæc vera sunt, quo pacto propositum præsentis negocij est agere vniuersaliter de principijs, quę cõmuniter sunt principia oĩum naturaliũ, si cũ naturalia sint cœlestia, eorum non sunt principia, quæ nunc tradita sunt. insuper quo pacto Arist. Naturalem Auditũ præsens negocium inscripsit. *Solutio.* Dicendum, ꝙ cœlestium sunt principia, quatenus permutantur. permutatur autem Luna secundum illuminationes: omnia autem cœlestia secundũ motũ localem, & hoc pacto participant priuatione, & materia, quæ est corpus mobile: & hoc Aristot. confessus est, quoniam si omnino naturalia dicimus, quatenus natura participant, natura autẽ principium est motus, & quietis, vt patebit. 2. huius. Oĩs autem motus transmutatio quædã est, vt postea dicetur. manifestum.n. est ꝙ ea, quæ oĩno transmutabilia sunt, quatenus intransmutabilia sunt, naturalia simpliciter dici nõ posint. quare, si naturalia appellaueris cœlestia, ſm motum localem, non ſm substantialẽ appellabis, & sic ſm substantiam non continentur in his cœlestia, sed ſm localem motum, ſm quem naturalia esse monstratum est, continebuntur. Quare communia hæc principia sunt omnium rerum naturaliũ. eorum quidẽ, quæ in generatione & corruptione sunt, secundum substãtiam, & alia accidentia, ſm quæ transmutationes fiunt, æternorum autẽ ſm motum localẽ. Qm̃ aũt in ijs, quæ in generatione, & corruptione sunt, manifestior est priuatio, & materia: ideo maiorem sui sermonis partem assumit de principijs generabilium rerũ naturalium, & in ijs exẽpla exhibet. & propter hoc fuit occasio quibusdam, vt dicerent de ipsis esse præsens negocium, & non recte, qm̃ non solum hic eorum, quæ in generatione sunt, principia pertractat, sed etiã in quacunqe naturali transmutatione, vt ipsorũ principia cognoscentes reducere tentemus eorum, quæ fiunt singula. propterea Secundo huius, cum de generatione et corruptione dixisset, intulit & quacunq; naturali transmutatione, in qua ea continetur, quæ ſm locum est,

Materia, forma, priuatio, cœlestiũ cãa, ac pricipia sũt inquantũ anti quo mõ sunt vel intelligun tur transmutari,

E & hac ratione. Secundo huius, libros in tres partes diuisit, quarum altera est de immobili, altera de mobili, sed incorruptibili, tertia de mobili corruptibili, {sed quodammodo alio.} Simplicius arbitratur hoc quod Arist. hic dicit, esse dubitationem. qm̃, cum dixisset esse tria principia, subiectum, & duo contraria: nũc instat ꝙ duo sint, nam si priuatio nihil aliud est quam absentia formæ in eo, quod aptũ est, posset aliquis dicere, ꝙ sola forma sufficiat, qm̃ sua præsentia generat, sui absentia corrumpit. nõ igitur sunt tria principia. Deinde enititur soluere hanc dubitationẽ pluribus modis, quæ expositio non videtur consona verbis Aristo. Propterea dicamus cũ Themistio, ꝙ, cũ Arist. assignasset tres modos, quibus principia sunt quodammodo tria, & quodammodo duo, nunc assignat quartum modum. erunt enim principia duo si priuatio reducatur ad formam, at si priuatio accipiatur seorsum pro absentia in subiecto apto nato, erunt tria. Multa hic blacterizat Simplicius, quæ mihi videntur esse omnino non necessaria. In commentarijs disputatum est de causis corruptionis, & satis probabiliter teneri possunt, nunc possumus dicere, ꝙ multũ differt loqui de principijs, quo principia sunt, & de principijs, quo causæ sunt corruptionis. principia enim quo corruptionis principia, sunt tria, per se sunt duo, videlicet termini, & subiectũ; quo vero causæ, duo sunt, videlicet materia & contraria effectiuum corruptionis.

Tex.c.70. *Expo Simpl.* *Expõ propria quæ ẽ Themi*

F

Subiecta uero natura similitudine rationis scibilis est. nã, ut ad statuam æs, aut ad lecticam lignũ, aut ad aliquid aliud eorum quæ formam habent, materiæ atq; informe se habet antequam suscipiat formam, sic ad substantiã, & hoc aliquid atq; ad ens ipsa se habet. unum quidẽ igitur principium ipsa ita unum est, nõ tamen ita ens: perinde atq; hoc aliquid. unũ insuper principium est ratio ipsa: & id etiam quod huic contrarium est priuatio. DILVCI.

G

Subiecta autem natura scibilis est secũdum Analogiam. sicut enim ad statuam æs. aut ad lectulum lignum, aut ad aliorum aliquod habentium formam in materia, & informe se habet prius quam accipiat formã, sic ipsa se habet ad substantiam, & ad hoc aliquid, & ad ens. unum igitur principium est ipsa, non sic unum existens, nec sic ens, sicut hoc aliquid. unum autem quo ratio. est autem contrarium huic priuatio. ANT.

Qualis priuatio sit hactenus declarauit, nunc vero qualis materia: & quonã mõ scibilis. Inquit subiecta vero natura. i. materia similitudine rõnis scibilis est. nam vt ad statuam æs, aut ad lecticam lignũ, aut ad aliquid aliud eorum, quæ formam habent, materiã atq; informe se habent anteq̃ suscipiat formã, sic ad substantiã, & hoc aliquid atq; ad ens ipsa se habet: & materia non nisi relatione atq; proportione cognoscitur. Animaduertendum, ꝙ materia ipsa proportione cognoscitur tam ad substantiam cõpositã, q̃ ad formã. vt.n. lignum pôt se habere ad lecticã vti ad formã, ꝙ cõpositũ ex ligno, & lectica: ita materia se habet ad substantiam, & pro, i. ad hoc aliquid atq; ad ens, hoc est formã: & ita ꝑ statuam & lecticã voluit formas, per ea quæ formã habent, voluit compositũ: recte igitur materia cognoscit similitudine rõnis, & ad substantiã compositam, & ad formam. Ex his concludit qualis est vnitas materiæ, qualisq; forme, & qualis priuationis. vt.n. ipsa materia scitur per rõnem similitudinis ad materiã artificialiũ, ita

An materia sit ꝑ se cognoscibilis.

H

Materia scibilis est rõne formæ, et vna est sicut artificialiũ materia ẽ sensu conspic.

ita se habet sua vnitas. vt. n. materia artificialiũ est vna cõis omnibus artificialibus, sic vna est cõis materia omnibus formis naturalibus. vt etiam forma artificialis est vna constituens materiã eius in tali vnitate, sic forma naturalis se habet vt vna respectu materiæ. vt etiam priuatio artificialis formæ est vna, quia vnius formæ, sic priuatio naturalis formæ vna, quia vnius formæ. Inquit {vnum quidem igitur principium ipsa ita vnum est} vt materia artificialium {non tamen ita ens perinde atq; hoc aliquid} vt materia artificialium: & ita differt à materia artificialium, & conuenit. Differt. quia materia artificialiũ est ens, & hoc aliquid, materia vero rerum naturalium neq; ens, neq; hoc aliquid. Conuenit vero, quia vt illa est vna omnium, sic hæc est omnium vna. Deinde de forma ait, vnum insuper principiũ est ratio ipsa, subaudi vt forma artificialis vna est, & id etiam quod huic contrarium est priuano, est vnũ vt priuatio artificialium formarum. Hæc de materia scientia, & illius vnitate.

Commen. 69. Auer.

{Et ista natura.} Primo Auer. verificat dictũ Philosophi, & dicit primo, ꝙ hæc nam non potest per se intelligi, cum non sit aliquid in actu habens quidditatẽ. Dicit secundo, ꝙ intelligitur per cõparationem propter latentiam suæ substantiæ. Dicit tertio, ꝙ cum volumus ipsam describere, Dicimus ipsam esse illud, cuius proportio ad substantiam est sicut proportio cupri ad idolum, aut ligni ad scánum. cætera, quæ dicit ad hoc propositum, patent.

{Et dicitur.} Declarat substantiam, ad cuius comparationem scitur, & vult, ꝙ hæc sit scibilis tã in comparatione ad substantiã compositam, quã ad formã.

{Et ista natura.} Declarat qualis est vnitas magis: & dicit primo, ꝙ ista natura, quæ est prima materia, est vnũ principiũ cõe oĩbus entibus transmutabilibus, quæ alterantur inuicem. Dicit secundo, ꝙ non est vna in se, ita vt sit substantia simplex existens in actu: hoc est, non est vna sicut forma, neq; vna vt compositũ ex materia & forma: & ita est vna ꝑ priuationẽ formæ.

{Nam si haberet.} Probat quod dixit tribus rationibus. prima ratio, si materia haberet formam propriã, nullam reciperet ipsa permanente, sed statim corrũperetur q̃ cito alia forma generaretur. Consequentia declaratur. quia, si materia haberet formam propriam, illa esset sibi specifica, & vltima: igitur illa permanente non posset aliam recipere: aliter vnum subiectum haberet duas formas vltimas: oportet igitur, si debeat recipere aliã, vt illã amittat, cũ sit illa sibi propria: & corrupto proprio, corrumpatur subiectum: iure etiã subiectum amittetur, & sic materia corrumperetur.

{Et etiam} Secundo arguit. materia recipit omnes formas: igitur est in potẽtia ad omnes. consequẽtia patet: quia oẽ recipiẽs debet esse denudatũ à natura recepti. vltra, est in potẽtia ad oẽs: igitur nullã hẽt propriã.

{Et etiam.} Tertio arguit, si materia haberet aliquã formam propriam: cum illa sit sibi specifica & vltima omnis forma adueniens erit accidens. cętera patent.

An materia hẽat p se quidditatẽ distinctam à forma.

SEd circa verba commenti dubitatur primo, quia Auer. ait materiam non esse ens in actu, & nullam habere quidditatem, & propterea non est intelligibilis. videtur ꝙ hoc sit falsum, qm̃ materia est ens realiter distinctum à forma: igitur habet quidditatem aliã à forma. Secũdo dubitaẽ, quia ait, ꝙ materia cognoscitẽ

An cõparatione forma, vel cõpositi, materia cognoscibilis, seu definibilis sit.

A per comparationẽ ad substantiã cõpositam, & ad formam. Videẽ. n. ꝙ bene per comparationem ad substantiam cõpositam, sed quo mõ ad formam, nõ declarat. Tertio dubitatur, quia vult materiam esse vnam numero, & cõem omnibus. Nam Primo Metaphy. com. 31. dicitur, ꝙ vnum numero non inuenitur in pluribus: igitur cũ ipsa sit vna numero, nõ potest esse cõmunis pluribus. Quarto dubitatur, quia hic habetur, materiã nõ habere nisi vnam formã. Tertio vero Cœli. com. 67. habetur, ꝙ in mixto sunt quatuor elemẽtariæ formæ, & quinta forma mixti specifica, maxime quia nos tenemus formam corporis esse materiæ coæternam: hæc quantum ad commentum occurrunt. Dicendum per ordinem, vt alias soliti sumus dicere, ꝙ definitio põt esse duplex: absoluta, & relatiua siue similitudine rationis. Absoluta est per verũ genus, & veram differen-

An materia sit vna nuo.

An materia vnã tantũ formã recipiat.

Materia non sit p se quidditatẽ antiquã.

B tiam. & quia, omne ens in specie vel in genere constitutum habet differentiam, quę sumiẽ à forma, ideo omne definibile definitione absoluta est habens formã, hoc est compositum ex materia & forma, aut est ipsa forma. Ex hoc patet error recentiorũ, qui credunt ꝙ, quia materia est ens distinctũ a forma, debeat habere propter hoc definitionem: vbi. n. ipsa haberet definitionẽ, esset aut forma, aut habẽs formam. & sic patet solutio ad primam. Ad secundam dici potest, & ipsa materia habet definitionem relatiuam ad formam, & ad substantiã cõpositã. relatio vero est duplex, aut inter quatuor terminos, aut inter duos tantum terminos. inter quatuor terminos vocatur proportio, & hoc mõ definitur acuties vocis. est. n. vocis acuties subtilitas ita se habens ad vocẽ, vt acuties gladij ad gladiũ. Inter duos vero vocatur simplex relatio, & hac formula definitur

Solutio. 2.

Materia ad vtrũq;, cõpositũ et formã diuersimode definibilis est.

C pater, est enim pater qui habet filium. Tunc dico, ꝙ materia in comparatione ad substantiã compositã definitur per proportionem in quatuor termini, sic videlicet, materia est subiectum ita se habens ad omnes formas, vt cæra ad omnes figuras. In comparatione vero ad formam definitur per relationem inter duos terminos. ita videlicet, materia est quæ habet formã. Ex his patet, ꝙ prima definitio cõpetit materiæ & quatenus materia, & quatenus subiectũ: nõ. n. materia habet formam, nisi vt subiectum. Sequitur etiam ꝙ, materia definitione prima magis cognoscitur: cum cognoscatur tam vt subiectum, q̃ vt materia, per secũdam vero minus: cum tantum cognoscatur vt subiectũ. Tertio patet. materiam esse relatiuum quoddã, & referri ad duo: tum ad substãtiam compositam, ad q̃ proportione refertur, & respectu eius ipsa definitur in quatuor termi-

D nis: tum ad formam: ad quam habet relationẽ tantũ, & respectu illius per duos terminos describitur. Ad tertiam dici potest, ꝙ duplex est vnũ numero apud Auerroem, positiuum, vt Callias, & Plato, & hoc modo non põt esse cõe pluribus, alio priuatiue, quo mõ cæra respectu figurarũ, & sic põt esse cõe pluribus. de vnitate materiæ qualis sit. 12. Metap. commen. 14. ab Auerroe perquire, & à nostris abbreuiationibus ibidẽ. Ad quartam respondent Iuniores, ꝙ dictũ Auerrois hic intelligitur de formis perfectis, non recipiẽtibus magis neq; minus: de formis vero suscipientibus magis & minus loquitur. 3. Cœli. Sed hoc non potest stare qm̃ intensio & remissio non variant speciem, igitur, si formæ quatuor elemẽtorum possunt esse in vno mixto: illud esset in quatuor spẽbus. Ideo aliter dico, ꝙ formam recipi, in aliquo bifariã est, aut disponens tm̃, quo mõ quali-

Solutio. 3.

Vnũ nũo positiue cõe pluribus nõ ẽ, vnũ aũt priuatiue, sicut materia, pluribus cõe ẽ.

Ad quartam.

tates

tates & id genus præsunt in materia, aut pficiens, quo forma vltima. tunc, si prima regula, quælibet forma recepta vt disponens tantum, non reponit subiectum in specie, nec in esse vltimo. Secunda regula, quælibet forma quæ inest subiecto vt superficies, constituit subiectum in specie atq; esse vltimo. Tunc dico, q Auer. hic vult non esse plures formas in composito vt perficientes, quia tũc reponeretur in pluribus speciebus. Tertio vero Cœli vult plures posse esse formas vt disponẽtes: qua ratione fit vt mixtum non reponaƭ per eas in quatuor speciebus, sed in specie vltimæ formæ, cum illa tantum in materia recipiatur vt perficiens tantum. de his anno præterito diximus multa in lib. de Generatione, & etiam in lib. de Mixtione. hæc satis.

Materia vnã p se tantũ formam respecta, plures vero de spositione.

An materia sit p se intelligibilis.

QVærere solebam, verũ materia sit intelligibilis per se, & videtur q sic. omne ens reale est intelligibile p se, materia est ens reale: igitur p se intelligibilis. In cõtrariũ est Arist. qui vult materiam nõ esse p se intelligibilem, nisi similitudine rationis, vt dictum est. In isto quæsito sunt positiones: prima est nõnullorum, qui tenent materiã esse intelligibilem p se absolute, & non per formam, hanc persuadent. Primo, quicquid continetur sub per se obiecto intellectus est per se intelligibile: sed materia continetur sub ente per se: igitur est per se intelligibilis. Secundo, omne quod est in actu aliquo modo, & non per formã, potest intelligi ab intellectu per se: sed materia ipsa est aliquo modo in actu, saltem entitatiuo: igitur est p se intelligibilis. Tertio, omne qđ est pars quidditatis est per se intelligibile, sed ipsa materia est pars quidditatis: igitur per se intelligibilis. Quarto, intelligibilitas est propria passio entis: materia est ens distinctum à forma: igitur habet intelligibilitatem aliam à forma, & per consequens est p se intelligibilis. multæ aliæ rationes possunt fieri, sed hæ sufficiant. Propter hæc volunt materiam esse p se intelligibilem terminatiue, non autem motiue. termi natiue quidẽ, quia potest terminare operationẽ intellectus, & per se propria terminatione, non aũt põt mouere intellectum, quia non põt facere phantasma in actu. Sed hæc positio est expresse contra Arist. & Auer. Arist. n. ait ipsam non esse intelligibilem, nisi similitudine rationis, & ad formam, & ad substantiam compositam. idem Themistius in paraphrasi expresse ait. Et arguo rationibus. primo, omne per se intelligibile est in actu vel actus. 9. Meta. tex. cõm. 20. sed materia nec est actus, nec habens actum, vt probaui alias: igiƭ nec intelligibilis per se. hæc rõ est Auer. in principio commenti. Secũdo, intelligatur per se materia: aut igiƭ intellectus tunc phantasma speculaƭ, aut non. si nõ, tunc sine phantasmate intelligit anima, contra totum Tertium librum de Anima. si speculatur phãtasma, aut materiæ, aut formæ, aut compositi. non materiæ, quia tũc materia si formæ vel compositi, hoc dixit Aristo. materiam esse intelligibilem per analogiam ad formam & substantiam compositã. Tertio, oẽ per se intelligibile debet pe se, aut per propria accidẽtia mouere sensum: sed materia per se non mouet sensum nec per propria accidentia, cum nulla habet propria, quemadmodum nec formã propriã: igitur nõ põt per se intelligi. Quarto, materia est ad aliquid, vt ad formam & substãtiam compositam, Secundo huius, cõm. 26. igiƭ non est absolute intelligibile. propter hæc & alia multa tenemus cum Aristo. Themistio, & Auer. & expositore, q materia non sit intelligibilis nisi relatione, aut ad formam,

Confutatio. Materiã terminare p se actum intellectus, nõ autẽ mouere inconueniens est.

Prima rõ.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Materia intellectũ simpli et coparatione

E aut ad substantiã cõpositam, & hoc intellectu simplici per accidens vero tam intellectu communi, quam discursiuo intelligi potest. Animaduertẽdũ pro solutione rationum, q multum refert dicere, hæc est per se, materia est intelligibilis, & dicere materia est intelligere per se. Bene enim concedunt Peripatetici hanc esse per se, materia est intelligibilis, saltem secundo modo per se, sed negabunt materiam esse intelligibile per se, quia esset sensus q ipsa sit ens quod psc absolute absq; omni alio posit intelligi. Secundo animaduertendum q non differt apud Peripateticos posse mouere intellectum & terminare intellectionem. Nã intellectus est virtus passiua, & intelligibile virtus actiua, & ita omne intelligibile comparatur ad intellectum vt forma, & p consequens omne intelligibile mouet intellectũ. Tũc ad rationes ad primam dico, q minor est falsa, qm materia non continetur sub ente, nisi propter formam, & vt est pars cõpositi: igitur non continetur per se sub ente. Ad secundam patet solutio, est. n. minor confutata supra. Ad tertiam similiter minor est falsa, vt etiam supra diximus. Ad quartam, quidã concedũt, q materia habet distinctam intelligibilitatẽ aliam ab ipsa forma, loquendo de intelligibilitate naturali, sed loquendo de intelligibilitate respectu nostri, illa nec est per se passio entis, nec competit materiæ. Aliter potest dici, q materia vt est ens ita est intelligibile, modo: cum non sit absolute ens, nisi per habitudinem ad formã & ad substantiam compositam, ideo non potest habere intelligibilitatem, nisi relatiuam, debet igitur in maiori addi, quicquid habet distinctam entitatẽ absolutam habet distinctam intelligibilitatem, sic autem minor est falsa. Hæc de quæsito isto.

ad formã, vel substantiã cõpositã intelligibilis est. Nota pri.

Nota 2.

Solutio.

Responsio pri.

Responsio 2

G

RECOGNITIONES.

QVoniam ea, quæ de materia asignata exẽpla sunt vt homo, & semen, & si quid aliud est id genus, non proprie materiam faciunt scire, nunc docet quonã mõ materia est scibilis. Vbi animaduertendũ, vt Simplicius admonet, aliquid intelligi posse aut per abstractionẽ, & hoc pacto intelligiƭ id omne, qđ imaginẽ, vel formã habet, quo etiã mõ fortasse forma naturalis posset intelligi, aut per analogiam, per quam ad alia se habet. Hanc autem per analogiam cognitionẽ, illegitimam consyderationem appellauit Plato, qm nõ fit per abstractionem formæ, sed potius per negationẽ, & tanq lusca sit. qui. n. vult intelligere materiam, prius debet eam intelligere, vt informe quippiam, quare per negationem eam intelligere oportet. propterea dicit H {subiecta autem natura scibilis est} nõ per se generando in intellectu propriam speciem, qua per se intelligatur, quod Simplicius per abstractionem intelligere appellat {sed ẽm analogiam,} quod potius est per abnegationem formæ, & exponit quomodo per analogiã, & dicit. {sicut enim ad statuam} quod est cõpositum quippiam ex ære, & quandam figura, se habet {æs, aut ad lectum lignum, aut ad aliquid aliorum, quæ habent formam in materia, &} {sicut {se habet informe prius, q accipiat formã} subaudi ad formã, & respõdens singula singulis, ad primam quidem comparationem. d. {sic ipsa}, s. materia {se hẽt ad substantiã, & ad hoc aliquid} idest quæ substantia est hoc aliquid, & quoddam compositum, ad secũdam vero comparationẽ. d. {& adẽs} id est & ad formam, respectu cuius est informe quippiam: ergo hæc cognitio per analogiam est illegitima, vt dixit

Cognitio illegitima.

vt dixit Pythagoricus Thimæus in proprio opere, quoniam est per negationem formæ ab ipsa materia, non autem per abstractionem similitudinis à re, quæ intelligitur. oportet enim eũ, qui debet intelligere materiã, prius remouere ab ea formam, qua intelligitur vt informe & vt subiectum in potentia quare per negationẽ formæ intelligibilis est. Tum quasi epilogando dicit, {vnum igitur principium est ipsa}.s. materia {non sic vnũ existens, nec sic ens, sicut} est vnum ipsum {hoc aliquid} & sicut est ens ipsum hoc aliquid, & substantia composita, licet materia sit magis propinqua ad ipsum hoc aliquid q̃ priuatio. {vnum autem} id est alterum {autem} scilicet principium est {quo ratio,} id est forma. {est autem} scilicet tertium {contrarium} huic priuatio. igitur principia tria sunt. Quo vero ad verba attinet, scias

Græca ver. hæc verba græce legi μία δὲ ὁ λόγος vbi verbũ ὁ obscuram reddit literam, quoniam est fœmini generis, λόγος autẽ masculini, dici tamen potest quod particula ὁ adiuncta est non illi verbo λόγος, sed illi verbo ἀρχὴ id est principiũ, quod apud græcos, est fœmininі generis. q.d. alterum principium est, quod ratio, & forma. Alexander autem dicit in quadam scriptura non legi verbũ. ὁ. sed sic {vnum autem ratio} q.d. secundum vero principiũ est ratio.

Quæstio de intellectione materia. Quæsiuimus in cõmentarijs an materia ipsa sit per se intelligibilis, dixerunt nonnulli intelligibile trifariam dici, per se motiue. vt ens sensibile, siue sit forma, siue sit formam habens. per se terminatiue, vt quicquid põt per se termininare operationem intellectus

Prima p̃. primam. & tertio modo per accidens, & hoc vel quia coniungitur ei, quod per se mouet intellectum, vt substantia, aut ei, quod per se terminat actum intellectus, vt priuationes. Tunc dixerunt Primo materiam nõ esse per se intelligibilem motiue, quia nec est actus, nec habens actum. Secundo quod est per se intelligibilis terminatiue. primo, quia continetur per se sub ente, quod est primum intellectus obiectum, deinde quia est in actu aliquo pacto saltem entitatiuo, & quidem distincto à forma, tertio, quia est pars quidditatis, demum, quia entis est ipsa intelligibilitas affectio.

Refutatio. Sed pace tantorum virorum dixerim, hæc opinio non est Peripatetica, primo quia nihil per se intelligibile à nostro intellectu, nisi sit per se intellectus motiuũ, hoc est nisi sui ipsius speciem in intellectu possit generare, quod Simplicius au-

Suppositio. thoritate Platonis, & Aris. & Pythagorici Thimęi probauit, & hoc Secundo Meta. in dilucidario probaui,

Disputatione 2. ca. 2. primo quia illud, cuius definitio est in pati & moueri ab intelligibili ad nullum intelligibili cõparari potest, nisi, vt passiuum ac aptum moueri ab illo. At definitio intellectus est in pati & moueri ab intelligibili, vt Tertio de Anima satis explicatum est: igitur ad nullum intelligibile comparari potest, nisi vt passiuum, & mobile. Insuper, oĩs terminus alicuius actionis per illã actionem accipit esse post non esse; vt terminus generationis per generationem, & terminus alterationis per alterationem, & terminus auctionis per auctionẽ semper se accipit. quo fit, vt terminus intellectionis per ipsam intellectionem accipiat esse: sed hoc est falsum, cũ intelligibile sit ante ipsum intelligere. Demũ, si intellectus posset aliquid intelligere, à quo non pateretur, tũc eius natura non esset, quæ passibilis tantum vocaret, quandoquidem alia ratione vocari potest nõ passibilis, saltem respectu eorum, à quibus non pateretur. Ex hisce

Duplex intelligibile. sequitur duplex tãtum esse intelligibile. per se quidem quod per se potest in intellectu propriam speciem ge-

A nerare, & hoc vocat Simplicius intelligibile per abstractionem. hoc pacto est intelligibilis forma sensibilis, vel id omne, quod sensibilem formam habet. per accidens vero, quod vel cõiungitur ei, quod est per se hoc pacto intelligibile, vel quod relatione, vel proportione ad per se intelligibile intelligitur, vt in commentarijs declaraui, & hanc intellectionem Simplicius vocat illegitimam. Tunc dicerem materiam non esse intelligibilem per se, cum non possit per se mouere intellectũ est tamen intelligibilis per accidens, aut relatione, quia est subiectum, & materia formæ, aut proportione, quia ita se habet ad formas, vt substantia cõposita, quod est corpus naturale, ad formas artificiales. tunc licet rationes oppositæ opinionis sint deletæ in commentarijs, tamen rursus prima diluitur, quia obiectum per se intellectus est ens sensibile, vel habens ens sensibile. At mate-

B ria non est ens sensibile, nisi propter formam, vel propter substantiam compositam, ideo propter illã intelligitur. Insuper, dato quod ens sit obiectũ intellectus, non tñ est per se obiectũ intellectus ex parte sui, & ex parte intellectus, sed tñ ex parte intellectus: quoniam intellectus nihil per se intelligere potest, nisi sit ens, tamẽ aliquid potest esse ens, quod non per se intelligitur ab intellectu. Præterea Auerroes diceret ens esse per se obiectũ intellectus: materiam tamen non diceret esse per se ens, sed propter formam, aut propter substantiam cõpositam. Secunda vero diluitur, quoniam licet materia sit in actu entitatiuo, nõ tamẽ est in actu sensibili, & ideo non potest per se mouere intellectũ. Auerroes etiã negaret, quoniam asserit materiam omne esse habere à forma, cuius est subiectum. Diluitur quoq; tertia, quia Auerroes asserit materiam non esse partem, quidditatis, nisi

C per accidens, quatenus defert formã, quæ est tota quiditas. Vltima diluitur ex eo, quia bene intelligibilitas per se enti competit. non quidem perseitate entis, sed perseitate passionis, quæ est ipsa intelligibilitas: quoniam multa sunt entia per se, quæ non sunt per se ab intellectu nostro intelligibilia, vt materia, & dimensio, & intelligentiæ cœlestes, & numerus stellarum, tamen nihil potest intelligi nisi ens, quia igitur materia per se non põt mouere intellectũ, per se quoq; nõ erit intelligibilis, quare erit intelligibilis per accidens.

Quomodo materia sit per accidens intelligibilis. Sed quo nam mõ per accidens intelligibilis, licet in commentarijs sit expositiuum satis dilucide, tamen dicamus primo, quod materia non sit scibilis. siue cognoscibilis per se generãdo propriam speciem in intellectu, aut per se absoluta definitione: alioquin, aut esset forma, aut habens formã, vt in commentarijs deduximus. Secũdo dicamus, quod ma-

D teria non est intelligibilis per accidens, quia inest alicui, quod est per se intelligibile, cũ materia nulli insit, Tertio dicamus, quod materia ipsa sit cognoscibilis atq; scibilis per accidẽs, quoniam definitione relatiua, quatenus aut ad formam, aut ad substantiam compositam refertur, non tamen eo modo: quoniam ad formam refertur materia ipsa relatione, quæ est inter duos terminos, veluti pater ad filium, & è conuerso refertur, & ideo pater definitur, quod sit qui habet filium, & è cõuerso: ad substantiam vero compositam refertur relatione, quæ est in quatuor terminis, modo quo acuties vocis describitur. est enim vocis acuties tenuitas ita se habens ad vocem, vt acuties gladij ad gladium. Tunc di-

Materia non sic per accidens intelligibilis dicitur, quod sit per se intelligibi camus, materiam relatione ad substantiam compositam intelligi definitione, quæ est in quatuor terminis, sic videlicet, materia est subiectum ita se habens ad oẽs formas,

formas, vt cæra ad oẽs figuras. relatione vero ad formam intelligi definitione, quæ est inter duos terminos hoc pacto, materia est, quæ subijcit omnibus formis. Materia igitur per accidens intelligibilis est, qm intelligitur per speciem corporis naturalis, qd' est substantia composita, atq; materia artificialiũ, atq; formarum accidentaliũ: & per speciem abstractã à forma sensibili. species enim quæ abstrahitur à corpore naturali, quæ est substantia composita, per se substantiam compositam representat, per accidens autem materiã, quę proportione est ei similis, ita se habens ad formas substantiales, vt corpus naturale ad artificiales, & ad accidentia. similiter species, quæ abstrahitur à formã sensibili, quæ est in materia, per se representat formam, per accidens vero materiam, quæ illi subijcitur, vel subijci potest. Recte ergo Simplicius asserit intellectionem, qua materia intelligitur, esse illegitimam, quoniam siue intelligatur per relationem ad formam, siue p relationem ad substantiam compositam, semper intelligit per accidens, & non per abstractionem speciei à forma, sed vel per abstractionem speciei à forma, vel per abstractionem à substantia composita, quæ est corpus, atq; materia accidentalium formarum. sed siue sic, siue sic non est intelligibilis per accidens, quia materia alicui insit, quod est per se intelligibile, cum materia nulli insit, sed omnia ei.

Ea, sic per propriam spem, sed relatiue ad formã, vel cõpositum.

DILVCI. *Hæc autem, quonam modo duo sunt, atq; quo modo plura, paulo ante dictum est, primum quidem igitur dictum est, contraria solum principia esse, deinde, necessarium etiam esse quoddam aliud subijci. triaq; esse. Ex his uero, quæ nunc, patet quæ nam est cõtrariorum differentia, et quomodo principia se habent inter se, & quid est ipsum subiectum: utrum tamen forma ipsa substantia sit aut subiectum, nondum patet. Sed q, principia tria, & quo modo tria, atq; quis ipsorum sit modus patet. Quot quidem igitur, & quæ sint principia, ex his perspectum.*

ANT. *Hæc autem quo modo duo, & quo modo plura, dictum est in his, quæ superius. Primum quidem dictum est, q, principia contraria solum sunt, posterius autem q, necesse est & aliud subijci, et esse tria. Ex his uero, quæ nunc, manifestum est, quæ differentia contrariorum est, & quo modo se habẽt ad inuicem principia, & quid subiectum. Vtrum autem substantia species, aut subiectum, nondum manifestum est. sed quod principia tria, & quo modo tria, & quis modus eorũ, manifestum est. Quot igitur, & quæ sint principia, ex his consideretur.*

Hæc pars est epilogus tam eorum, quæ antedixit, q̃ eorum, quæ nunc: Excusat se tamen, quia nondum patet, an forma, vel materia ipsa, aut ambæ sint substãtiæ. Addit tamen Themistius alias quæstiones, quas Aristo: prætermisit, quoniam ad curam Superioris Philosophi maxime pertinere videntur. Et sermo totus patet.

Commen. 70. Auer.

{Et iam} Commentum patet: sunt tamen nonnullę digressiunculæ animaduertendę: prima est, quomodo materia & forma sunt inuicem causæ: & vult, q sint sibi inuicem causæ secundum esse. materia quidem est causa formæ, quatenus ipsa forma esse nõ potest absq; materia: igitur dependet è materia in genere subiecti, qua ratione accidens dependet è substantia. Forma vero est causa materiæ, tum essendi, tum essendi in actu. E essendi quidem, quoniam materia esse non põt absque forma, immo materiæ considerata penitus sine forma nihil correspondet præter priuationem, quæ non est ens extra animam. 12. Metaphy. cõm. 14. essendi vero in actu, quoniam materia recipit esse formale & specificum à forma, quatenus per ipsam efficitur pars compositi entis in genere & specie. De hoc dicemus Secundo huius comment. 12. & 30.

Materia & forma sibiinui cem sunt cãe.

Forma depe... det e materia subiectiue, ... materia aũt e fo... ma quo ad ... & esse actu.

{Et modus essentiæ} Secunda digressiuncula continet multas partes. Prima, qualiter materia se habeat inter entia & non entia. & dicit primo, q modus suæ essentiæ non est demonstratum in actu, tanquam indiuiduum substantiæ, vt nonnulli antiquorum dixere. Dixit secundo, q est medium inter esse simpliciter, & nõ esse simpliciter, hoc est, est subiectum capax priuationis & formæ. per medium enim intelligit subiectũ cõe vtrisq;, per esse in actu intelligit formam, aut compositum, per non esse intelligit priuationem. materia itaq; est medium subiectum & commune vtrisq;. Aliter potest intelligi, vt recentiores exponunt, & bene.

{Et accidit.} Secunda pars est, q accidit suæ substantiæ esse in potentia omnes formas ad hunc sensum, q potentia eius non sit substantia eius, vt sit pars definitionis genus vel differentia materiæ. Probat primo, quia, si potentia essentia vel substantia materiæ, tunc in aduentu formæ desineret materia esse omnino: declaratur, quia definit potentia ad illam formam: igitur desineret simpliciter materia.

Substãtia materia sine potentia distinguitur ab essentia.

{Et vniuersaliter.} Secundo, si potẽtia esset substantia & essentia materiæ, tunc in aduentu formæ materia secundum se, & quodlibet sui corrumperetur, & sic nihil materiæ esset.

{Et esset.} Tertio, materia est in prædicamẽto substantiæ, potentia in prædicamento relationis, igitur essentia materiæ non est potentia. Ex his dat, q materia est substantia non potentia. neq; priuatio, sed substantia, cum pars substantiæ sit substantia: reliqua patent.

Sed circa hæc occurrunt dubitationes: prima, quia Auerroes in libro de Substãtia Orbis, cãpite primo, & in commento meæ expositionis. tt. dicit totum oppositum. Inquit enim vnde natura huius subiecti recipientis substantiales formas, videlicet primæ materiæ, necesse est, vt sit natura potentia, i. q potentia sit eius differentia substantialis: ecce totũ contrarium huius.

Dubitões. An substantia materiæ sit potentia.

Secundo, contra rationes dubitatur. Prima conclu dit verum: nam in aduentu formæ materia definet esse, quia habebat esse per primam formam: igitur aduenĩẽte alia, materia habet nouum esse, & acquirit aliam definitionem, & sic non videtur inconueniens.

Secunda ratio per idem destruitur, quia non differt à prima.

Contra tertiam dubitatur: nam materia ipsa est in prædicamento relationis, Secundo huius, cõm. 26. & sic videtur nulla.

Dubitatur vltimo contra omnes, si potẽtia esset ad aliquid, vtrum ad formam vel agens, hæc dubitatio est non parua. Multa possunt dubitari de potentijs materiæ, quæ omnia in libro de Substantia Orbis potes legere.

Circa has difficultates, quicquid dixerim alias: nõ. n. habeo pro inconuenienti in eodem libro dicere contraria, si cõtraria obiter occurrunt. Dico, q duplex est materiæ potentia, Vna quidem absolutã, nõ quidẽ, q nulla rõne relatiua sit ad operationẽ, sed eo q respicit generatim

Contraria p... ferre, no inc... uenit si obit... occurrant.

gn̄atim & indifferenter oē genus, ac oēm speciē, ac omne indiuiduum formæ, & hæc est materiæ propria, siue affectio, siue passio, siue (vt græce loquar) idiotropia, hoc est propria materiæ naturalitas, per quam ipsa primo & per se exit ad receptionem. altera potentia est respectiua, quæ non vna rōne est, nam, siquidem referatur ad genus formarū, generalis est, si vero ad spēm, specifica, at si ad indiuidua, indiuidualis. Tunc dico, ꝙ potentia primo modo est differentia materiæ, siue loco differentiæ posita, vt prima illius affectio & de hac loquitur in de Substantia Orbis: potentia vero secundo modo est in prædicamento relationis, & differt à materia, quando illa sit generabilis & corruptibilis omnino, materia vero non. Tunc patet ad primam Ad secundam dico. ꝙ materia in aduentu formę desinit esse scd̄m indiuiduum in actu, nō tn̄ simpliciter desineret, vbi aūt materiæ essentia esset potētia omnino, & scd̄m esse actuale, & simpliciter desineret, quemadmodū desinit potentia illa, 12. Met. cōm. 11. Ad tertiam dicendū, ꝙ esse in prædicamento relationis potest intelligi dupliciter. Vno modo per habitudinem ad terminū: quo modo pater est ad filium, & dominus ad seruum, & hoc modo materia vt subiectum est in habitudine ad formam. Alio modo per habitudinem ad causam è qua simpliciter dependet, qua ratione effectus refertur ad Deum, & hoc modo materia ipsa est in habitudine ad formam. Tunc dico, ꝙ hic vult ꝙ materia sit ens absolutū à termino, In 2. huius vult, ꝙ sit relatiua ad causam, & hoc pauci intelligunt. Ad vltimā Ioānes respondet, ꝙ potentia est ad agens, declarat, quia potētia materiæ vel est actiua, vel passiua: non actiua: igitur passiua, igitur principium. transmutandi ab altero inquantū alterum. Sed dices ad quod agēs, an æternum, vt cœlū, an corruptibile. Secundo potētia est formæ, quia actus & potentia sunt relatiua. Ad primam dici pōt, ꝙ referē ad agens vniuersale & æternum, vtpote ad cœlū. Nec inconuenit, vnum esse terminum plurium fm̄ diuersas rationes, vt vnus pater ad plures filios. sic vnum agens ad plures potētias fm̄ diuersam rōnem. Ad scd̄m dicit Ioan. materiā referri ad formā, & ad agens alia atq; alia relationis specie. ad agens mō actiui ad passiuum, ad formā mō mensurę ad mensuratū, qm̄ forma sit materię perfectio, & oē pfectius sit mensura impfecti. Multa alia in lib. de Substantia Orbis dicta sunt. Hæc satis.

Potētia absoluta est differentia materiæ, & est idē essentia, respectiua vero essentialiter ab illa distincta ē.

Materia in aduentu formæ nō desinit esse simpliciter potentia, sed desinit esse secundum potentiā indiuiduā.

Materia l'ens absolutum à termino, est aliā relatiuū ad formam si ut ad causam.

Materia refertur ad agens vniuersale, et ad formam.

RECOGNITIONES.

QVicquid sit dictum in cōmentarijs, nunc dicamus, ꝙ Arist. in hoc tex. epiloget, & tria faciat. & primo, ꝙ epiloget, q̄ olim disputata sunt de numero principiorum, secunda ibi {ex his vero nunc} quæ dicta sunt nunc de principijs. tertia ibi {vtrum aūt substantia} excusat se à quæstionibus metaphysicis. De prima parte dicit, {hæc aūt quo modo duo, & quo modo plura, } .s. duobus, {dictum est in his, quæ superius.} nam primo probauit, ꝙ principia sint solum cōtraria, ex eo, quia omnia, quæ fiunt ex contrarijs fiūt: {posterius autem, ꝙ necesse est & aliud subijci, & esse tria, } argumēto, ꝙ nullū contrariū recipit aliud: hæc de prima parte. De secunda vero, {ex his vero nunc, } q̄ ꝓximis lectionibus dicta sunt, {manifestum est, quæ differentia contrariorum est, } qm̄ dictum est, aliud esse quod fit, & est terminus ad quem, aliud autem ex quo fit, & est terminus à quo: {& quo modo se habent ad inuicē principia}, .s. contraria. nā dictum est, ꝙ alterum alterius sit absentia, {& quid sit subiectū, } qm̄ dictum est,

A ꝙ sit illud, quod ita se habet ad formas, sicut cæra ad figuras. Auer. aūt dixit, {quæ dr̄ia cōtrariorum est, } qm̄ aliud est per se, aliud per accidens, & cum dixisset, {& quomodo se habent ad inuicem principia.} Auer. per principia intellexit materiam & formā: nā forma sustentat materiam, & è contrario. & non recte dicit, cū Arist. repetat, quæ proximo loco dixit, modo hoc nō dixit. propterea melius per principia intelligas contraria: nam dictum est alterum alterius esse absentiam. & cum dicit, {& quid sit subiectum, } non bene exposuit Auer. quia declaratū est, ꝙ non sit ens in actu, sed quasi medium inter ens simpliciter, & non ens simpliciter, qm̄ hoc nō dixit Arist in proximis lectionibus, sed melius, vt diximus, quia declaratum est, ꝙ ita se habet ad formas naturales, vt substātia ad accidentia. De tertia parte dicit, {vtrum aūt species, } .i. forma, {& subie-

B ctum, } .i. materia, sint {substantia, nondum manifestū est, } qm̄, vt Themist. dicit, est quæstio attinens ad Metaphysicum {sed} subaudi ad Physicū attinet scire, {ꝙ principia} sint {tria & quo modo tria} qm̄ quatuor modis tria, & quatuor modis duo, vt superius diximus. {& quis modus eorum, } qm̄ dictum est omne principium esse necessarium, vt suppleuit Auer. vel & quis modus eorum est, quo sunt, quodam modo duo, & quo sunt quodam modo tria. Sunt enim modi quatuor quibus sunt quodam modo duo, & quodam modo tria, vt superius enumerata sunt. vnde legenda sunt verba sic, {& quo modo tria, & } pro, idest quis modus eorū est, quo, vel quibus sunt quodam modo duo, & quodam modo tria. tūc epilogat generatim, & dicit, quot igitur, .s. numero, {& quæ} fm̄ substantiā {sint principia ex his} quæ dicta sunt, {consideretur.}

Quæret fortasse quispiam nō ab re, vtrum, si forma

C substantia sit, priuatio quoq; sit substantia, Quicquid dicat Simplic. dico, ꝙ priuatio formaliter in nullo prædicamento est, reductiue aūt est in eo prædicamento, in quo est forma, cuius est priuatio. nam forma, vt dictum est, aliquo pacto est priuatio. Quo vero ad illa verba attinet, {vtrum autem substātia species, aut subiectum.} Simplicius legit comparatiue, Vtrum species & subiectum sint magis substantia, q̈ compositum ex materia & forma. Vbi attentione dignum Aristo. in lib. Prædicamentorum diuisisse substantiam in primā, & secūdam, Archytam vero in materiam & formam, & compositum. quam diuisionem secutus, est Arist. in lib. Metaphysicę, vbi ait compositam substantiam esse primo digniorē, deinde formā, demū materiā. Sed an materia sit formæ præferēda, Simplicius asserit quo ad æternitatē materiam esse formæ præferendā, quo vero

D ad rōnem essendi, formam materiæ. Dubitat Alex. qm̄ si forma corrumpitur, quo pacto principiū esse potest incorruptibile enim videtur principium. nam, vt Plato inquit, principio destructio, neq; ipsum ex alio, neque aliud ex ipsa fiet. Respondet Alexan. ꝙ non oportet, vt omnia principia generationis & corruptionis sint incorruptibilia, sed satis est, vt vnum sit incorruptibile. si. n. omnia principia essent æterna, nec esset generatio, nec corruptio. Secundo respōdet, ꝙ licet forma sit numero corruptibilis, specie tn̄ est incorruptibilis, semper. n. est calidum, & frigidum, non tn̄ semper idē numero. Ad authoritatem Platonis dicit Alex. ꝙ Plato in Phædro, non dicit elementare principiū, quod est fm̄ formā, ingenitum esse, sed illud, quod est initiū & fons motus, quod primū efficiēs dr̄, vel primus motor. Po-

Quæstio. 1. An priuatio sit substantia.

Expositio. Simplicii.

Dubitatio. Alexandri.

Non oīa principia incorruptibilia sunt nisi secundum speciem.

stea Alex.respondet aliter,asserens, ꝙ forma non corrumpitur,sed compositum,qm̃ neq; materia, neq; forma fit:igitur nec forma,nec materia corrumpitur,Nec sequitur, vt Alexander inquit, forma est incorruptibilis:igitur forma est æterna,ſm numerum. Sed hoc nõ videtur recte dictum,qm̃ de forma dicitur, ꝙ prius nõ erat,& postea est:igitur forma generatur. etiam de forma dicitur,ꝙ prius erat,& nunc non est: igitur forma corrumpitur. Melius igitur dicatur, formam ſm speciem esse incorruptibilem,& æternam. & ſm numerũ esse corruptibilem, & genitam.

Forma et si incorruptibilis sit,non tamen æternam esse sequitur.

DILVCI. *Quòd uero per hæc solum antiquorum quoq; dubitatio tollatur,adijciamus post hæc. Primi nanq; per philosophiam, eorum quæ sunt,& ueritatem & naturam inquirentes,se quasi in aliam quandam uiã diuerterunt ab imperitia depulsi, et asserunt neq; fieri quicquam eorum, quæ sunt. neq; corrumpi, propterea quidem,q. necesse est omne quod fit, aut ex eo quod est, aut ex eo quod non est fieri: quorum neutrum esse potest. non enim fit id quod est:iam enim est. ex nõ ente uero nihil fit. aliquid enim subijciatur oportet.*

ANT. *Quòd autem singulariter sic soluatur,& antiquorum defectus,dicamus post hæc. Quærentes enim secundum Philosophiam primi ueritatem & naturam rerum diuerterunt quasi in uiam quãdam aliam absedentes ob infirmitatem. Et dicunt, neq; fieri entium ullum,neq; corrumpi propter id, q. necessarium est fieri quod fit aut ex ente,aut ex nõ ente. ex his autem utrisq; impossibile est esse:neq; enim ex ente fieri cõtingit:esse enim iam. neq; ex non ente:subijci enim aliud oportet.*

Ob infirmitatem ὑπὸ τῆς *ob imperitiam logicæ. entiũ.* ὄντ, *eorum quæ sunt. ente,* ὄντος. *eo quod est.*

Dubitatio Priscorum erat syllogismus hypotheticus diuisiuus,quo generationem & corruptionẽ, atq; omnem penitus genituram auferebant. Verbi causa, si aliquid fit,aut ex eo quod est fit,aut ex eo quod nõ est. non ex eo quod est:non.n.fit id quod est,iã.n.est,neq; ex eo quod non est:nam ex non ente nihil fit, aliquid.n.subijciatur oportet,vt prædixit. cum igitur nec sic, nec sic,iure nihil fit:nihil etiam corrumpitur. Quantũ vero ad verba græca attinet,particula illa per hæc, græce scribitur *οὕτω* latine est,tum sic,tum ita,tum modo isto.verum,vt litera clarior esset,transtuli per hæc. Illa aũt,quæ græce est monachos,latine est singulariter, malui,solum latine dicere, qm̃ dubitatio antiquorum solum per viam hanc,quam diximus & dicemus solui tur.vt.n.Auer. pluribus in locis ait,perfecta definitio ea est,quæ nata est tollere omnem dubitationem: igitur si sit perfecta definitio materiæ explicata,per hanc defectus veterum tolletur. Illam quæ græce apeirias, latine imperitiam Logicæ trãstuli,qm̃ hi propter ignorantiam Logicæ in hunc errorem depelluntur.

Perfecta definitio omnem tollit ambiguitatem.

Commen. 65. *Auer.*

{Quum declarauit.}Cõmentum istud fere patet verum circa literam format syllogismum hypotheticum diuisiuum,cuius ambas partes destruit duobus categoricis syllogismis.Primus sic,generatum est illud,quod nõ est dum generatur:ens est illud, quod est igitur ens non gñatur:& sic patet primum, ens non fieri ex ente. Secundus syllogismus,quicquid generatur est aliquid dũ gñatur:non ens non est aliquid:igitur non gñatur.

{Et ideo.}Digreditur aliquãtulum, & probat nihil generari ex nihilo dupliciter.primo,si aliquid fit ex nihilo, tunc aliquid poterit de nouo habere aliq̃ dispositionem,quam nec simpliciter,nec ſm quid pręhabuit, hoc est,nec in actu,nec in potentia. declarat consequẽtiam:quia, si aliquid sit in actu ipsum habebit hanc dispositionem, quæ est esse in actu, & hanc non præha-

Ex nihilo nihil fit.

E buit in actu nec præhabuit in potẽtia,igitur aliquid habet de nouo dispositionem aliquam, quam nullatenus præhabuit:hoc relinquit pro impossibili,qm̃:si nõ præhabuit eam in actu,nec in potẽtia: nec fuit factum nec impossibile fieri,igitur impossibile fieri erit iã factum.

{Qui igitur.}Secundo arguit,omne quod fit,aut factione fit,vel nulla factione.si nulla factione: igitur aliquid fit sine factione. si factione, aut hæc recipitur in aliquo,aut in nihilo.si in aliquo: igitur nõ est ex nihilo: si in nihilo,tunc factio esset recepta in nihilo.

Quanq̃ rationes istæ melius dissoluetur in quæstione de creatione,nunc rationes istæ friuolæ sunt. Ad primam dicunt Catholici,ꝙ istud,quod creatur ex nihilo ante fuit possibile fieri,nõ possibilitate in materia, sed possibilitate contenta in agente: & sic dico, ꝙ habet F nunc de nouo dispõnem,quam præhabuit ſm quid in potentia primi agentis,non in potẽtia materiæ: & hoc ignorauit Auer. Ad secundam dicimus, ꝙ res creatur ex nihilo per aliquam factionem siue creationem. Et cum dicitur,vel hæc recipitur in nihilo,aut in ente, dicimus,ꝙ hæc creatio non est aliud q̃ res creata, differens tm̃ ratione à re creata, & ita non oportet vt recipiatur in aliquo,sicut nec res ipsa creata,res.n.ipsa creata maxime si est substantia,per se stabit, & hoc ignorauit Auer. de re tamen hac multa dicemus postmodum.

Modus tendi creationem.

RECOGNITIONES.

CVm Arist. de principijs rerum naturalium, quæ in generatione,& corruptione consistunt, hæc & tãta dixisset,nunc ex his, quæ dixit, soluit cauillum veterum,& per quem substulerunt generationẽ,& corruptionem à rebus naturalibus, & negauerunt rerum, quæ mouentur, pluralitatem. sed cur hoc loco huiusG modi cauillum introduxerit, ac diluerit, Expositor vir clarissimus causam affert, & ait,vt afferat signum, quo intelligamus id omne, quod de principijs dictum est,esse verum.nam,vt inquit,veritas excludit omnem falsitatem atq; dubitationem: quippe cum posito quocunq; falso, semper oporteat aliquam difficultatem remanere. Auer. autem in cõmento. quasi in idem incidens.causam assignans, asserit cauillũ esse hic inductũ, & ex his,quæ dixerat,solutum, vt ostendat sermonem quem attulit de principijs, esse perfecte demõstratiuũ, cum per ipsum omnes dubitationes, quæ accidunt de principijs,tollantur.qm̃,vt inquit, sermo perfecte demonstratiuus aptus est soluere quæstiones omnes,quę contingunt in re. Præterea, Auer.quasi innuit aliam rationem, videlicet,vt demonstraret se solum inuenisse,ac cognouisse materiam, atq; principiorum nume-H rum:nam ex intellectu materiæ, & ex cognitione principiorum in numero diluitur cauillus: quæ si cognouissent non incidissent in cauillum,& in ea,quæ ex cauillo sequuntur. Nos vero superioribus annis assignauimus duas alias causas. Tũ, vt patet veritas ipsa, quæ est,ꝙ generatio & corruptio sint, & ꝙ plura sint entia. Hæc aũt veritas patere solet solõne eorũ, q̃ ipsam excludunt,& magis hoc loco inducta est solutio, qm̃ consuetudo & regula topica est soluere post dilucidationẽ, veritatis.tũ ẽt,quia ex solõne horũ cauillorũ dilucidius patebit materiæ intellect⁹. Simplicius vero asserit Ari. hoc ipsum fecisse, vt oñderet inter principia rerũ naturaliũ esse necessariũ priuationẽ introducere,ex hoc, ꝙ aliqui Veteres Phi illã ignorantes,gñationem,& corruptionem, & rerum pluralitatẽ tollere cogebantur: nã dubio quodã superati voluere,& in alia absurda,vt dicemus.

Veritate ipsa omnes excluduntur falsitas.

cemus. vnde dicit, {q autē singulariter:}.i.solum ex declaratione priuationis{sic soluatur & antiquorū defectus,dicamus post hæc:}deinde exponens defectum dicit,{Quærentes.n.sm philosophiam Primi veritatē, & naturam rerum,}& vt Simplicius inquit per Primos sm philosophiam non tm̄ eos dicit, qui tempore præcessere,sed eos , qui Primi veritatem inuestigauerunt. nec loquitur de omnibus Primis, sed de his tm̄,qui generationem sustulerunt, qui quoq; in tres sententias diuisi sunt.nā Alij vnum ens esse, & ingenitum tradūt, vt Parmenides,& Melissus. Alij multa inexistentiaque secerni dicebant generationem demētes, vt Anaximāder,& Anaxagoras. Alij concretione, & secretione generationem primorum elementorum constituebant, vt Democritus & Empedocles . non.n. generationem esse dicunt,sed mixtionem & tm̄ eorum, quæ miscebātur,permutationem.hi igitur generationem,vt inquit tollere voluere ab ambiguitate quadam coacti,quam soluere non potuerunt. soluitur tñ principijs naturalibus suppositis talibus,qualia nos supponimus,prius tamen dubium afferens,dicit{quærentes.n.secundū philosophiam primu veritatem, & naturam rerum diuerterunt quasi in viam quandam aliam abscedentes} ac recedentes{ob infirmitatem}.i.vt Expositor exponit, ob cauillum quem nesciebant soluere ob infirmitatem intellectus,quam expositionem olfecit Simplicius,qui exponit ob infirmitatem, id est superati dubio quodā. Themistius autem exposuit ob infirmitatem,i.ex imperitia disputandi,quam expositionem Auer. secutus exposuit propter paucitatem exercitationis in Dialectica:quam expositionem,approbo, quia superius Arist. hoc idem dixit,& explicat dubitationem, cum inquit, {& dicunt neq; fieri entium vllum,neq; corrumpi,propter id quod necessarium est fieri quod fit aut ex ente, aut ex non ente:ex{his aūt vtrisq; impossibile est esse} scilicet ens: igitur ens non fit. q autem ens non fiat ex his vtrisq;,probat,& dicit,{neq;.n. ex ente fieri contingit},s.ens.{esset.n.iam} scilicet ipsum ens, cum anteq̄ fieret ens,ens præerat.{neq; ex non ente:subijci.n. aliquid oportet,}vt probatum est superius . est igitur ratio,si est generatio,ens fieret,sed ens non fit: igitur nō est generatio.q autem ens nō fiat probatur,qm̄ vel ex ente,& sic ens esset anteq̄ ens fieret vel ex non ente,& sic non subijceretur aliquid in generatione,

DILVCI. *Atq; modo isto id,quod deinceps accidit,augētes, neq; multa esse aiunt.sed solum ipsum quod est. Illi igitur ob ea, quæ dicta sunt,talem acceperunt opinionem.*

ANT. *Et sic utiq; consequenter contingens augmentantes,nō esse multa dicūt,sed tantum ipsum ens. Illi ergo hanc acceperūt opinionem,ob ea,quæ dicta sunt.*

Declarat quæ consequenter concesserunt.nam , vt dicit Themist.his rationibus,cum vterentur id , quod consequens statim erat,adiiciebant : hoc est multa nō esse entia oportere,sed vnum.cum.n. nihil generetur tollitur omnis causa differentiæ rerum.:& ita relinquitur vnitas rerum.Paralogizabāt autem & alio modo,si plura sunt , tunc plura entia ab entibus differunt: quæ differunt ab ente,non sunt ens. ideo nō pñt esse plura: hoc mō arguebāt,vt Themist.refert:quæ ait, patent.

Commen. 66. Auer.

{Et cum.} Auet.deducit consequens alio modo:videlicet,cum non est generatio neq; corruptio,non erit materia,neq; forma:& cum non erit materia,neq; forma,quibus res transmutantur,tollitur omnis composi-

A tio : igitur omnia erunt vnum simplex . hic est primus paralogismus. Secundus fuit,si ens gñatur,ens habet principium : sed ens non gñatur : igitur,à destructione antecedentis,ens nō habet principium, sed hi paralogismi sunt omnes vani, vt visum est.

RECOGNITIONES.

NVnc infert id,quod consequēter ab hoc dubio deuicti concesserunt, & dicit, {& sic vtique consequēter contingens},i.consequens{augumentātes , nō esse multa},s.entia{dicunt,sed tm̄ ipsum ens},i. sed tm̄ vnum esse ens,vt Parmenides, & Melissus putauerunt, {illi ergo hāc acceperūt opinionem ob ea},s.argumenta,{quæ dicta sunt.}cum.n. nihil generetur tollitur oīs rerum drīæ causa,& sic relinquetur vnitas rerum. quare tm̄ vnum erit ens. Themist . & Simplicius addunt ad hoc idem rōnem aliam,sed de his ad cōmentaria.nam

B & Auer.etiam aliam addit ad hoc idem rationem.

Sed anteq̄ transeamus ad ea,quæ Arist.respōdet, de ipsa materia digrediendū est . Vbi sciendū fuisse Stoic: opinionem,q materia sit corpus, inaffectum tñ ac nudum ab omnibus,quæ speciem ei dare pñt. dico inaffectum, qm̄ nec calidum , nec frigidum , nec aliqua aut qualitate,aut substātiali forma affectū,sed esse corpus, quod est substantia,compositū quidem non ex substātia,& substātia,sed ex re & re,quatenus altera eius pars: quæ est substātia & corpus de gñe substantiæ , imo forma corporis,vt ita dixerim ,recipit alteram,s.trinam dimensionem quadam æterna receptione, sicut cœlestis substantia recipit dimensionē receptione quadā æterna:non tā ex re,quæ est materia,& ex re quæ est forma de genere substantię:qm̄ materia non dicitur nisi prius fuerit informis,& forma,nisi quia prius non inerat. cō

Digressio de materia.
Opinio Stoic.
Corpus compositum trina, affectum dimensione, est materia essentia primo ipsis et mētis. & tm communi forma.

C ponitur tñ ex quadam re,quę est subiectum,suba,& ex quadā re,quæ est illius dimensio.tale. n. compositū est corpus trina dimēsione affectum,& materia apud eos, nam est prius elemētis,& omni eo,qđ generabile est.

Hanc opinionem Pericles lydus pro vera de mente Plat.& Arist.substinuit, asserens omnes rerum formas esse accidentia,quibus res ipsæ gñantur,& corrumpūtur.dixit.n.formam ignis, & formam aquæ esse accidētia,videlicet caliditatem:& frigiditatem.Simili modo in mixtis formam equi,& bouis esse accidentia,quibus bos & equus specie differunt.apud.n.hanc opinionem differentia specifica non est entialis,& per substantias, sed accidentalis per accidentia. Vbi sciendum Periclē lydum rerū naturalium formas appellasse aliquando habitus nōnūq̄ affectiones,interdum dispositiones.nā elementorum naturales formas appellauit affectiones,

Pericl. lydus

Nota.

D quatenus erant duarum qualitatum combinationes. formas vero mixtorū inanimatorum dispōnes. At formas animatorum aliquando complexiones,nonnunq̄ habitus appellauit.quæcūq; aūt sunt præter hæc:accidentia dictitabat,licet re , vera omnia sint accidentia.

Sed aduersus hanc opinionem sunt argumēta Simplicij,tum ea,q̄ colliguntur ex verbis Platonis& Arist. & cæterorum expositorum . & Primo quidem, quia tunc non essent plura entia, Deinde. qm̄ nulla est gñatio,vel corruptio simpliciter,imo oīs gñatio vel corruptio esset alteratio.3. q tunc inter simplex & mixtū nulla,prorsus esset differētia, Quarto, q tunc materia ipsa esset corpus in actu omne,aut graue est,aut leue. Demū tunc nulla esset differētia inter generans siue corrūpens.& alterans, qm̄ vtrūq; accidens aut inducit,aut abijcit. Simplicius

Opinio asserens formas omnes esse accidentia destruitur, præsertim ratione sumpta ex ala humana.

laborat ostendere hanc esse aduersus Aristo. & Plat.

Defensio. Propterea quicquid sit de veritate, vr̃ mihi ꝙ hæc argumenta non concludant, nisi suppositis fundamētis peripateticis. propter quæ Primum diluitur, concedendo ſm hanc opinionem non esse plura entia ſm substātiam, qm̃ omnium eorum, quæ sunt, vna est substātia, quæ est materia, & corpus in actu. Secundum ēt diluitur, qm̃ reuera nihil generatur simpliciter nihilq́; simpliciter corrumpitur. qm̃ omnis generatio, vel corruptio est ſm formas, quæ sunt accidentia: ſm hanc opinionem est tñ quędam differentia, qm̃ generatio & corruptio dici possunt, quæ fiunt ſm eas formas quæ sunt aut habitus, siue complexiones, aut affectiones, aut dispositiones, quæ vero fiunt ſm eas formas quæ sunt p̄ter has, dici solēt apud hos alterationes, nec apud hos assignari potest alia differētia. Tertium refellitur, qm̃ dicerent simplex esse, cuius forma est vna combinatio, vt in elementis, mixtum vero cuius forma est dispositio, vel complexio, quæ est ex pluribus combinationibus. Quartum aufertur, qm̃ materia, licet sit corpus, tñ in illo priori, in quo non intelligitur compositum aut cum affectione, aut cum dispositione, aut cum habitu sine complexione, nec est graue, nec leue, & hoc sufficit in proposito. Quintum etiam confutatur, qm̃ licet reuera non sit aliqua differentia essentialis, tñ Pericles lydus diceret illud esse generās, vel corrumpens, quod inducit in tali corpore affectionem, aut dispositionem, aut habitum, cum vero inducit aliquam formam præter has dicitur alterans. Ex his potest deduci ſm hanc opinionem omnes differentias esse accidentales, genericam videlicet, specificam, & numeralem, differentes tamen ſm magis, ac minus, quippe cum maxima sit generica, minima vero numeralis, inter has media specifica. si quidem omnes sunt ex accidentium differentijs. Hanc opinionem putarem esse problema neutrum, cū pro vtraq; parte sint argumenta probabilia, nisi humana anima huic occurret, quæ esse non potest accidēs. Quòd autem humana anima non possit esse accidens probatur, quia si esset accidēs, esset complexio, vel habitus, vt Hippocrates credidit, sed non pōt esse complexio, qm̃ tunc intelligere, & velle essent complexionalia, vt ita dixerim. modo, hoc falsum est, cum ipsum intelligere si vniuersale, & ab omnibus particularibus cōditionibus absolutum, ipsum aut velle complexionale esse non potest, qm̃ homo aliquando vult quędā contra complexionē, ad quorum opposita complexio impellit, vt sanguinei castitatem, melancholici liberalitatē, & cætera id genus, quæ penitus impulsioni complexionali aduersantur. non ergo pōt humana anima esse accidens: & sic oportet negare materiam esse corpus, & concedere aliquas differentias esse secundum substantias, hactenus de prima opinione.

Opposita plerumque volumus ad quæ inclinamur.

Positio Megarensium. *Corpus corrūpendū cuiusq; generis materia est.*

Post hos fuerunt Philosophi. qui apud Megarā Philosophati sunt à quo dicti sunt Megarenses, qui materiā nihil aliud esse dixerunt, nisi corpus corrumpendum. verbi causa, materia ignis est combustibile, quod cum generatur ignis, corrūpitur. materia vero sanguinis p̄pter eandem causam est panis, materia deniq; animalium, & stirpium est semen, & sic nullam materiam cōcesserunt. nisi eam, quam alterationes vocamus. Hæc positio videtur diligētior prima, qm̃ seruat entium pluralitatem, & essentiales rerum differentias, & distinctionem inter generationem, & alterationem. insuper seruat differentiam inter mistum & simplex, videlicet per

E modum, quo hanc seruauit prima opinio. ad hæc, seruat differentiam inter generans, & alterans, quia generans ex corrumpendo corpore substantiam generat, alterans vero in ipso corrumpendo corpore generat accidentia. hęc igitur opinio asserit materiam esse corpus in actu, quia corpus corrumpendum, quod tñ nec est pars generati, nec aliquid recipiens de ipso generato. Hāc positionem asseruisse Aristo. nonnulli putauerūt: qm̃ Primo de Generatione Libro, ponens differētiam inter alterationem & generationem affirmat in generatione totum fieri totum nullo sensibili, quod præfuit vtriq; cōmuni remanente, in alteratione autem secus, quia aliquod sensibile remanet.

Sed vt dilucidius hæc positio intelligatur, contra ipsam obijciamus. Primo, quia sit effectus generandus totus est in virtute agentis: quare nulla videtur necessitas cōtrarij corrumpendi, potissimum cum ab eo virtus agentis debilitetur, atq; prohibeatur. Deinde agēs non videtur egere ipso corrūpendo, nisi quia non habet totum effectum in virtute sua. corrumpit ergo aliquid de corrumpendo, vt aliquid illius fiat pars eius, quod generatur. Ad hæc, vnum contrarium non recipit alterum: igitur oportet tertium subijci. Insuper in omni mutatione aliquid est, quod se habet aliter nunc q̄ prius. generatio est mutatio: igitur in generatione aliquid est, quod aliter se habet nunc, q̄ prius. & cum tale aliter se hñs non sit gñans: igitur est materia. Pręterea, si ita esset, omne gñans crearet. patet, quia gñans totū effectum haberet in sua potentia gñatiua. Postremo se queretur, vt nullum ens naturale esset substantialiter cōpositum: qm̃ nullū esset ex substantia, & substantia.

F

Pro defensione supponēdum est de mēte horum in gñatione non esse necessaria, nisi duo contraria, videlicet ipsum corpus corrūpendum. & ipsum generās, qđ ex corruptione illius gñet aliquid sibi simile. Sed quæres, q̄ ob cām contrarium ipsum corrūpendum est necessarium, cum effectus gñandus totus contineatur in virtute gñantis. dici pōt, hanc necessitatem esse p ordinē naturalē, qui est, vt gñatio vnius sit alterius corruptio. Fuit vero ordo hic naturalis à natura vniuersali, vt eorū, q̄ gñantur, euitetur infinita multitudo. si. n. cū aliquid gñaretur, non esset necesse vt aliud corrumperetur, possent infinita esse genita nullo alio corrupto. Quare naturale est, vt in gñatione vnius sit corruptio alterius, videlicet ad euitādum infinitū. Tunc diluunt rōnes. Prima quidem, nam licet gñaus à contrario corrumpendo prohibeatur, non tñ ex toto. verū, quia naturale est prohiberi non ex toto, permittit natura ꝓhibitionē in parte p p assecutionē alicuius rei magis naturalis, q̄ est euitatio infiniti. Præterea, dato ꝙ ꝓhibitio gñati esset nō naturalis intēditur à natura vt ad euitandū illud, quod est magis nō naturale, qđ est ipsum infinitum, p quæ diluitur. Secundū. Non. n. agēs requirit corrumpēdū propterea, quia nō habet totū effectū in virtute sua, sed ex ordine naturali, vt euitetur infinitū. Per hæc eadem delet tertiū. qm̃ licet vnum cōtrarium non recipiat alterū gñatione, tñ satis est pro gñatione, vt alterū contrarium, qđ est ipsum corrumpēdum, p̄sit p p causam dictam. Quartum ēt dissoluitur, qm̃ Megarēses dicerēt gñationem non esse mutationem, nec motū, sed formam, q̄ nunc primo est. dicō q́; tunc primo est, qm̃ post hoc dicetur res genita, non aūt gñatio. Quintū vero tollūt negando consequentiā. nā creatio nec materiā p̄supponit, nec corrūpendum. at generatio

G *Defensio.*

Ad euitādum infinitum, ad generationem vnius alterius corruptio.

H

tio saltem præsupponit contrarium corrumpendum. Causa vero differentiæ esse potest, quia creans est agẽs supra naturam, atq; supra naturalem ordinem, generans vero est agens naturale, quod subijcitur ordini naturali. Per hæc ẽt patere poterit corruptionẽ contrarij corrumpẽdi nõ esse annihilationẽ, qm̃ ex corruptione illius aliquid relinquitur. nihil. n. corrũpi põt, nisi aliquid gñetur. Vltimum demũ refellitur, qm̃ Megarenses concederent totum: quippe, cum res naturalis non sit, nisi forma siue substantia corporalis cũ dimensionibus, & accñtibus, q̃ sunt sibi determinata. ignis. n. non est nisi forma ignea cũ suis accñtibus quantis, & qualibus, hõ vero non nisi aĩa, quã rẽ vbiq; Plato asseruit. Sed occur-

Refutatio. res, q̃ tunc genitũ anteq̃ fieret, nõ esset posse fieri. nõ. n. preter mãm, in qua potentia est. & diluitur, qm̃ licet nõ præcesserit posse potentia, quæ est in materia, tñ præcedit potentia, quę est in agente: qm̃ anteq̃ res sit genita, agentes causæ potuerunt eã generare. Sed. vt diximus, hæc positio esset problema neutrũ, nisi nobis obesset rõnalis anima, q̃, cum sit indiuisibilis, esse non põt nisi in subiecto quanto, saltem dimensione, quæ rationalẽ animam sequitur, sed in ipsa materia. si. n. non remaneret materia, tunc dimensiones humanæ essent sine subiecto, cum non possint esse in ipsa anima rationali indiuisibili.

Post hęc q̃ iuniores de materia dixerunt, afferamus.

Quolibeto 3. q. 5. argu. 1. Riccardus itaq; Mediauillẽsis vir acutissimus de intẽtione Arist. & Auer. asseruit materiã ac formã non esse duas partes cõpositi reales realiter diuersas, sed differre quemadmodũ interminatum & terminatũ. Imaginatur. n. formã nõ aduenire materiæ tanq̃ perfectionẽ superaduentitiã illi, cum qua cõstituat, compositũ, sed aduenire materiæ tanq̃ terminum internũ de nono per transmutationẽ eius de potẽtia ad actum, veluti Auer. terminũ aduenire asserit dimensionibus interminatis. Qua ratione fit, vt materia, & forma non differãt, sicuti res, & res, sed tm̃, vt terminatũ. & interminatum. Pro

Agens nõ multitudinem, sed perfectionem materiæ prabet. hac positione vr̃ Arist. 7. Meta. cum loqueretur de ipso agente: dicit. n. agens non præbere multitudinem ipsi materiæ, sed perfectionem. Vbi Auer. de agente sic ait & non faciat aliquod vnum in aliquo vno, verbi gratia formam in subiecto: qm̃ manifestum est, q̃ si facit, facit ex alio aliud, & nõ aliud in alio. facit. n. ex materia formatum, & non in materia formã. quibus patet, materiã nihil aliud esse, nisi forma interminata. formã aũt materia terminata. & sic non differunt re, sicut pars & pars, sed sicuti gradus internus & res. idem legere po-

Tex. & cõm. 2 3. et vltimo teris. 8. Metaph. vt plane patet. Pro hac positione est argumentum fortissimum: qm̃ forma educitur de potẽtia materiæ: aut igitur forma præfuit tanq̃ quædam natura diuersa ab ipsa materia, quod non est dicendum, vt nũc suppono, aut præfuit, quantũ est ipsamet materia nõdum pfecta. & hoc oportet dicere & sequit̃ terminũ nõ esse formam distinctã à materia, sed ipsamet materiã vt translatã in sui terminũ, atq; perfectionem.

Sed, vt hæc positio melius intelligatur, cõtra ipsam argumẽtor. Primo, compositum ex materia, & forma est reale: igitur sit ex re, & re, quæ erunt in ipso composito partes realiter distinctæ. Deinde, post corruptionem forma non est, & est materia: igitur realiter differunt vt res, & res. Insuper, materia & forma non eadẽ generatione generantur, nec eadem corruptione corrumpuntur: est. n. materia æterna, forma autẽ nequaq̃. igitur differũt sicuti res & res. Insuper, quod subijcitur

A formę, ac priuationi, vr̃ saltem realiter distingui ab ipsa forma: at Arist. tradit materiam subijci formę, ac priuationi. Vlterius contra hanc positionem ego sic argumentor proprijs argumentis. Primo, qm̃ hac positione data, omnia essent vnum. deduco, qm̃ omnes formæ erunt eadem ac vna res cum materia. quare omnia cõposita erunt vnum per vnam substantiam, quæ omnibus formis est eadem. demũ tunc substantialis forma, & accidẽtalis erunt vna forma. patet consequẽtia, qm̃ oẽs sunt vna res cum materia, cũ oẽs illã terminent. Et *Defensio.* licet hæc positio sit fortasse difficilis, si quis tũ voluerit, poterit defendi. nam his argumentis concessis, tunc ex dimẽsione interminata & dimensione terminata fieret vnum compositum reale tãq̃ ex parte & parte, qđ Auer. vbiq; negat, cum non differant sm̃ rem, sed vbi solum variatione gradus, sicuti caliditas simpliciter, &

B caliditas vt Octo. Tunc primum argumentum diluitur, qm̃ compositum ex materia & forma est reale, nõ tñ ex re & re, sed est vna res simplex terminata per gradum internum, qui est forma: quippe cum compositũ nihil aliud sit, q̃ ipsa materia per formam terminata. q̃ forma, quia est internos materiæ, non facit ea cum cõpositionem ex re, & re, sed ex re, & gradu rei, sicuti est caliditas, vt Octo. Sed dices, omnis gradus realiter differt ab eo, cuius est gradus. Dicerẽ hoc esse verum, qñ esset extrinsecus adueniẽs, sicut vas, qđ terminat aquã, differt ab aqua realiter. at gradus, qui intrinsecus aduenit, non realiter differt ab eo, cuius est gradus, sed ratione tãtum. Sed adhuc dices, nonne gradus huiusmodi est realis. concedo eum esse realem, realẽ quoq; terminum materiæ, ac actionis. non tñ realiter diuersum ab eo, cuius est terminus. vt ignis in potentia, & ignis

C in actu, qui non differũt re, sed ratione, quatenus ignis in potentia intelligitur prius igne actu, sic igitur materia, vt interminata, est materia. vt vero terminata, est ipsa forma. Secundum etiam tollitur, quia post corruptionem forma non est, & materia est, & negatur cõsequẽtia, q̃ propter hoc differant sicuti res & res, sed satis est, vt differant, vt res, & terminus rei. Per idem refellitur tertium, quoniam quæ non eadem generationem generantur, nec eadem corruptione corrumpuntur, satis est, vt differant vt res, & terminus rei, vt patet de dimensionibus, & de qualitatibus intensibilibus. Diluitur Quartum, quoniam, cum Arist. ait materiam recipere formã intelligi debet vt terminum, & non vt alteram compositi partem. Ex nostris vero argumentis, Primum diluitur negando consequentiam. qm̃ licet omnes formæ sint materiæ idem, non tamen

D sunt illi idem vt est ens in actu. propterea non oportet, vt sint eædem inter se. quæcũq; enim tertio sunt eadẽ, sunt eadẽ inter se, modo illud Quartum sit ens in actu & vnum numero. Per quæ etiam patet substãtiam & accidens non esse eadem, licet materia sint eadem. quibus patet primum compositũ naturale nihil aliud esse, nisi materiam, vt terminatur termino interno. sequitur etiam omne compositum esse simplex sm̃ substãtiam, compositum tamen ex re, & termino interni rei. Hæc *Refutatio.* positio posset teneri vt problema, nisi nobis occurreret rationalis ipsa anima. nã si materia esset forma, aut esset verum de omni forma, & sic materia esset rationalis anima quod absit sic dicere. illa. n. remanet separata à materia. igitur non potest esse eadẽ materiæ, aut esset verum solum de formis generabilibus & corruptibilibus, & ita materia quæ esset talibus formis ea-

dē, æquiuoce diceretur materia cum ea, q̃ materia est rōnalis aīæ. & sic non esset vna numero materia oīum formarum. quare hæc positio omnino refellenda est.

DILVCI. *Nos autem dicimus ex ente uel non ente fieri aut nō ens, uel ens ăgere aliquid uel pati, aut quoduis hoc fieri uno quidē modo differre nihil & Medicū agere aliquid aut pati, siue ē Medico aliquid esse aut exoriri.*

ANT. *Nos autem dicimus ex ente aut ex non ente fieri, aut non ens, aut ens facere, aut pati, aut quodcūq; hoc fieri uno quidē modo nihil differre ab eo, quod est Medicum facere aliquid, aut pati, aut ex Medico esse, aut fieri aliquid.*

Pro solutione ad dubitationem accipit primo, ꝙ ꝓpositiones factæ de fieri & agere circa ens & non ens, sunt similes ꝓpositionibus factis circa alios terminos, vt circa Medicum vel ædificatorem, & ita aliquid fieri ex ente, aut ens facere aliquid, est simile ac si dicatur aliquid fieri à Medico, aut Medicū facere aliquid, est quidem simile quo ad propositionum verificationem & sensuum multiplicitatem, est tamen dissimile quo ad terminorum significationem. nam Medicus ædificator, & id genus, sunt causę agentes, ens autem & nō ens sunt causæ materiales: sermo patet, & commen. 73. etiam patet.

RECOGNITIONES.

QVoniam Arist. soluendo antiquorum ambiguitatem monstrabit ꝙ id, quod fit, necesse est vt fiat & ex ente, & ex non ente, hoc est ex aliquo pacto ente, & ex aliquo pacto non ente. hoc autem dupliciter dicitur aut iusta per se, & per accidens, aut iusta ſm potentiam & actū. ideo hic primo sumit omnes propositiones de fieri, & de facere & pati esse similes & quo ad sensuum verificationē, & quo ad sensuū multiplicitatē, vel vt Expositor inquit, quo ad modū loquendi: quo vero ad sensus ipsos signatos, nequaq̃. nam Medicus & ędificator, & id genus sunt agentes causæ, ens autem & non ens causæ sunt materiales. Accepit autem Arist. hāc suppositionem, vt Simplicius inquit, vt procedat per manifestiora, qm̄ Medicum facere aliquid, quod dupliciter dicatur, est manifestius q̃ ꝙ ex ente vel non ente dupliciter dicatur aliquid esse vel fieri. vnde dicit, {nō autem dicimus ex ente, aut ex non ente fieri, aut non ens, aut ens facere, aut pati, aut quodcūq; hoc fieri vno quidem modo}. i. quo ad modum loquendi {nihil differre ab eo, quod est Medicum facere aliquid, aut pati, aut ex medico esse, aut fieri aliquid.} vnde veteres ideo fuerunt in errore, vt Auer. inquit, qm̄ multiplici pro simplici vtebātur. fieri enim ex ente, vel fieri ex non ente est multiplex, quo ipsi ꝓ simplici vtebantur. Intellexerunt enim aliquid fieri ex ente in actu, & fieri ex non ente simpliciter, idest ex nihilo, vel ex ente per se, & ex non ente per se. at illud multiplex est, vt dicemus.

DILVCI. *Quare cum id bifariam dicitur: patet etiam q, ex ente fieri aut ens agere uel pati identidem dicatur. Aedificat quidem igitur Medicus, non quatenus Medicus, & albus fit, non quo Medicus. sed quo niger est. Medetur autem & dediscit medicinam quo medicus est. Sed cum maxime propie Medicum facere aliquid, aut pati, uel ē medico fieri dicamus. si ea agit aut patitur quatenus medicus, patet etiam ex non ente fieri significare ēt idem quod quatenus non ens. Quòd quidem cum illi non distinxissent, deliquerunt: & propter ignorationem hanc adeo ignorauerunt, ut nihil prorsus fieri, neq; cæterorum quicquā esse arbitrarentur. sed omnem tollerent generationem.*

ANT. *Quare quoniā hoc dupliciter dicitur, manifestum quoniam* E *& ex ente, & ex non ente aut fieri aliquid, aut pati. nam ædificat quidem medicus non inquantum medicus, sed inquantum ædificator, & albus fit, non inquantum medicus, sed inquantū niger, medetur autem, & male medetur inquantum medicus. Quoniam autem maxime proprie dicimus medicum aliquid facere, aut pati, aut fieri ex medico, si inquantum medicus hæc patiatur, aut faciat, manifestū quoniam & ex non ente fieri, & hoc significat inquantum est non ens: quod quidem illi non percipientes deliquerunt. & propter hanc ignorantiam intantum ignorauerunt, ut nihil opinati sint fieri, neq; esse aliorū, sed auferebant omnem generationem.*

An ex non ente simpliciter vel ex nihilo possit fieri aliquid.

Accepit suppositionem, nunc concludit, ꝙ hæ propositiones, ex ente fieri aliquid, vel ex non ente bifariā sunt. & syllogismus similitudinarius esse potest, quot modis ex medico fit aliquid, tot modis ex ente vel non ente: sed bifariā ex medico fieri aliquid dicitur: igitur F bifariam ex ente vel non ente. Inquit. quare, cum id bifariam dicatur, videlicet medicum agere vel pati. patet etiam ꝙ ex ente fieri, aut ens agere vel pati identidē dicatur. explicat ꝙ medicū agere vel pati fit bifariā, & inquit. Aedificat quidem medicus, non quatenus medicus, & albescit non quo medicus, sed quo niger est: medetur autem & dediscit medicinā, hoc est sanat vel infirmat, quo medicus est. Et ita ex ente fieri aliquid potest esse quatenus ens, vel quatenus non ens, vt de medico dixit. Sed dicet iunior, huius propositionis absolute, ex non ente aliquid fit, quis sensus. Respondet, ꝙ sicut cum dicitur medicus agit, absolute intelligitur quatenus medicus, sic cum absolute profertur ex non ente fit aliquid, intelligitur quatenus non ens. Inquit. sed, cum maxime proprie medicum agere aliquid aut pati, vel è medico fieri dicamus, si ea agit aut patitur quatenus medicus, patet etiam ex non ente fieri, signi G ficare etiam idem, ꝙ quatenus non ens, & ita sensus est ex non ente fit aliquid, hoc est, ex non ente fit aliquid quatenus non ens. debet. n. semper propō intelligi in principaliori significato. deinde declarat causam, qua veteres deliquerunt, & inquit. ꝙ quidem, cum illi non distinxissent. deliquerunt, & propter ignorationē hanc adeo ignorauerunt, vt nihil prorsus fieri, neq; cæterorū quicquam esse diuersum alterum ab altero, arbitrarentur, sed omnem tollerent generationem. sic igitur bene habes, ꝙ ex nō ente fieri aliquid est bifariam, & absolute dicta intelligitur reduplicatiue, & ꝙ ignoratio huius distinctionis fuit causa erroris veterum, nōdum tamen habes responsionem ad formam.

Commen. 67. Auer.

{Et cum hoc.} Commentum istud aliam præter textum glosam non exposcit.

H

RECOGNITIONES.

SYllogismus similitudinarius Aristo. est; quot modis ex medico dicitur aliquid fieri, tot modis ex non ente, vel ex ente dicendum est aliquid fieri: hæc maior declarata est proximo textu. sed bifariam ex medico dicitur fieri aliquid igitur bifariam dicetur ex ente vel non ente fieri aliquid. tangit simul quasi minorem, & conclusionem, & dicit, {quare, qm̄ hoc}, scilicet ex medico fieri aliquid {dupliciter dicitur} hęc est minor, {manifestū qm̄ & ex ente, & ex non ente} subaudi dupliciter dicendum est, {aut fieri aliquid, aut pati} hæc est conclusio. deinde probat minorem, & dicit, {nam ædificat quidem medicus, non inquantum medicus, sed inquantum ædificator} vtputa cum acciderit, vt vnus & idem sit Medicus, & ædificator. nam

accidit

accidit medico tunc, vt ædificator ſit, {& albus fit},i. vt patitur albedinem,{non inquãtum medicus,ſed inquantũ niger,}& quia accidit medico vt niger ſit,ideo medico accidit vt patiatur albedinem.{Medetur aũt, & male medetur}, i.infirmat{ inquantum medicus.} Sed dices Ariſt.non videtur ſibi conſtans, qm̃ propoſuit ꝙ medicum agere vel pati ſit dupliciter ſm per ſe, & per accidens,& poſtea declarauit ꝙ ſi dupliciter ſm inquantũ,& non inquantũ.Iõ pro ſolõne declarat hec eſſe eadem de medico,& loquendo ſuſpenſiue concludit hæc eſſe eadem de ente,& non ente & dicit,qm̃ autem maxime propriæ,i.maxime per ſe{dicimus medicum aliquid facere,aut pati,aut fieri ex medico}, ſi inquantũ medicus hæc patiatur,aut faciat},i.qm̃ ex medico fieri aliquid inquantum medicus eſt,idem eſt qđ ex medico aliquid per ſe fieri,{manifeſtum, qm̃ ex nõ ente fieri,inquantum eſt non ens,& hoc},ſ.per ſe fieri ex non ente{ſignificat,} ſimiliter & ex ente fieri inquãtũ eſt ens ſignificat aliquid fieri ex per ſe ex ente. Quare inquantum pro per ſe acceptum eſt,& non inquantum pro per accidens.{quod quidem},i. quam quidẽ multiplicitatem{illi},ſ.veteres{non percipiẽtes,} ſed ſolum vno modo non ens quatenus non ens, hoc eſt p ſe accipientes,nec diſtinguentes per ſe, & quatenus nõ ens, & per accidens {deliquerunt,}& dixerunt neq; ex ente,neq; ex non ente ens fieri. {& propter hanc ignorantiam}videlicet eius quod per ſe eſt, & per accidens alia quoq;{ignorauerunt intantũ, vt nihil opinati ſint fieri},qm̃ neq; ex ente quatenus ens, neq; ex non ente quatenus non ens fieri ens põt, nec ſolum hoc ignorauerũt,{ſed neq; eſſe}ſubaudi aliquid{aliorum}ſed vnũ eſſe ens ſiquidem nihil ſit ex ente. ex quibus patet partem hanc,videlicet{qm̃ autẽ maxime} melius eſſe hoc pacto expoſitam, ꝗ fuerit olim inducta in cõmẽtarijs. & hoc pacto,vt mihi videtur Simpli.expoſuit. Sed dices videtur ꝙ non ſint idem inquantum & per ſe. qm̃ quod per ſe ineſt,eſt de omni,non tamẽ quod ineſt inquantum,eſt de omni. Medicus.n. medetur inquantũ Medicus, & tamẽ non omnis Medicus medetur.& ita mederi ineſt Medico inquantum Medicus eſt, & tamẽ non ineſt omni Medico.

Dubitatio. Inquãtum & per ſe an ſint idem.

Solutio.

Dicendum p interemptionẽ aſſumpti.non.n.Medicus inquantum Medicus medetur,ſed inquantum Medicus accipitur ꝓ eo,qui actu medetur. & ſic eſt de omni,& inquantum. bene tamẽ Medicus inquantum Medicus eſt medicatiuus,& per ſe & de omni eſt medicatiuus. Ariſt. autem in textu ſemper accepit Medicum ꝓ eo,qui actu,medetur, qm̃ ſic prædicatum ineſt ſubiecto inquantum,quod eſt dicere ſm ꝙ ipſum, & per ſe. D Idem.n.eſt ſm quod ipſum, & inquantum. 1. Poſter. In cõmentarijs & in ludicris expoſuimus quot requirũtur ad hoc, vt aliquid inſit inquantum, & ſm ꝙ ipſum, non oportet hic repetere. ſatis autem eſt colligere, ꝙ medens ſm ꝙ medens, vel inquantum medens curat, qm̃ medens eſt medens, & medens curat, & ſi aliquis eſt medens ille curat:igitur medens ſm quod medens, vel quatenus medens curat:hac ratione conceditur ꝙ Medicus inquantum Medicus eſt curatiuus, qm̃ Medicus eſt Medicus,& Medicus eſt curatiuus, & ſiquid eſt Medicus,illud eſt curatiuum: igitur Medicus, ſm quod Medicus,vel inquãtum Medicus, eſt curatiuus, non tamen Medicus inquantum Medicus curat. ſic.n. omnis Medicus curaret. Sunt igitur tres ꝓpoſitiones, quibus interpretatur inquantum,& ſm quod ipſum,in

Expoſitio eius quod eſt inquantum.

Falſa. Tabula ĩquãtũ animal põt videre.

Falſa. Hõ inquantũ

A quarum prima prædicatũ dicitur de ſubiecto,ideo hec eſt falſa,Homo inquantum latrabilis eſt canis: qm̃ canis non dicitur de homine. In ſecunda terminus ſupra quem cadit reduplicatio dicitur de ſubiecto. Ideo hæc etiam eſt falſa, homo inquantum latrabilis eſt animal: qm̃ latrabile non, dicitur de ſubiecto. Tertia in qua prædicatum dicitur de termino ſupra quem cadit reduplicatio conditionaliter per terminum tranſcendentem. Ideo hæc eſt falſa Medicus inquantum Medicus curat, qm̃ non ſi aliquid eſt Medicus,illud curat, quia Medicus dormiens eſt Medicus,qui non operatur. ſed de his in commentarijs.

latrabilis eſt canis. Falſa. Hõ inquantũ latrabilis eſt animal. Falſa. Medicus inquantum Medicus curat. Falſa. Hõ inquantũ Medicus curat.

Nos autem & ipſi dicimus fieri quidẽ nihil ſimpliciter ex non ente. tamen ex non ente quaſi per accidens fieri: ex priuatione enim, quæ eſt per ſe non ens, non quatenus ſubeſt, fit aliquid: admirabile autem hoc atque impoſſibile uidebatur ita B *aliquid ex non ente fieri.* DI LVCI.

Nos autem et ipſi dicimus fieri quidem nihil ſimpliciter ex ente, ſed tamen fieri ex non ente, ut ſecundum accidens. ex priuatione enim quæ eſt per ſe non ens, non ex eo quod ſubeſt, fit: mirabile.n. uidetur & impoſſibile ſic fieri aliquid ex nõ ente. ANT.

His habitis reſpondet ad ſyllogiſmos. vnus.n. probat ex non ente nihil fieri, ſecundus & alius ex ente ꝓbat etiam nihil fieri. Soluit primum, ꝙ ex non ente p accidens fit aliquid, ex nõ ente tamen per ſe verum eſt ꝙ nihil fit:ex materia.n. fit aliquid, quæ eſt non ens p accidens, ſaltem vt priuata, Sed dices cõtra, qm̃ ex priuatione fit aliquid per ſe. quia eſt principium generationis per ſe, & priuatio eſt non ens ſimpliciter: igitur ex non ente ſimpliciter aliquid fit. Reſpondet, ex priuatione.n. quæ eſt per ſe non ens, nõ quatenus ſubeſt, hoc eſt, vt exponit Themiſtius, nõ quatenus ſubſitum, C aut immanens ex ea fit aliquid, & ſic nõ quatenus ſubiectum, ſed quatenus terminus è quo. innuit igitur talem diſtinctionem, ꝙ ex non ente ſimpliciter poteſt fieri aliquid dupliciter. aut tanꝗ ſub ſito immanẽteq; ſubiecto, & ſic eſt impoſſibile: aut tãꝗ ex termino, à quo, & ſic eſt poſſibile. quod non intelligentes veteres, admirabantur. & ſic patet ſoluto ad vnum membrum.

Commentum patet.

RECOGNITIONES.

IN commentarijs hic textus eſt expoſitus ad mentem Themiſtij, & licet Simplicius, & Alex. multiſariam expoſuerunt, & ad mentem Platonis in ſophiſta. tamen dicamus ꝙ Ariſt. reſpondet ad ſyllogiſmum quo antiqui probarunt ens fieri non poſſe ex non ente, & dicit{nos autem, & ipſi dicimus fieri quidem nihil ſimpliciter},i.per ſe{ex ente.} non. n. ens fieri poteſt ex ente inquantum ens, qm̃ ſic ex omni ente, & ita ex ſe ipſo: quare idẽ eſſet anteꝗ eſſet. {Sed tñ}ens ſubaudi fieri ex non ente, {vt ſm accidens} concedimus: ex materia enim vt Simplicius ſubaudit. quatenus ineſt ipſi priuatio, quæ per ſe eſt non ens, fit aliquid. cuius rationem affert, & dicit{ex priuatione enim quæ eſt per ſe non ens} ſaltem formaliter: in hoc enim conuenit cum negatione, {non fit} ens {ex eo quod ſubeſt} ideſt per ſe, ſ. inquantum non ens: ſic enim generatio eſſet ex nihilo nullo ſubiecto deferente: ſi.n. ens p ſe fieret ex non ente per ſe, fieret ex nihilo, & ſic non oporteret ſubijci materiam. tñ ens fieri ex materia, ꝗ eſt nõ ens p accidens, ſ. quatenus ipſi accidit priuatio, quæ eſt non ens per ſe, nihil prohibet. Tunc dicit, hoc viſum eſſe mirabile veteribus. Sic igitur ad formam

Solutio ad formam.

concedo ens fieri ex non ente per accidens, qm̄ fit ex materia, cui accidit priuatio, quæ est per se nō ens. ens aūt fieri per se ex non ente, impossibile est, qm̄ tunc ex omni non ente, & ita ex nihilo. hoc pacto exponendo, textus est clarius. Simplicius autem, & Alexā. in exponendo obscurum fecerunt hunc locum. Quo vero ad verba attinet, cū dicit {non in eo, quod subest, fit} vno modo intelligitur non in eo quod est pars entis fit, & hoc pacto non est ad propositum: melius ergo {nō in eo q̄ subest expon̄, inest per se {fit}, sed fit ex materia, quæ subest priuationi, & ita fit ex non ente per accidens, quia ex materia, cui accidit non ens, i. ipsa priuatio, quæ per se non ens est. Themisthus aliter exposuit, vt patet in commentarijs.

DILVCI. *Similiter autē neq; ex ente neq; ens fieri nisi per accidens. sic autem & hoc fieri eodem modo dicimus. quemadmodum si ex animali animal fieret, & ex quodam animal ex quodā animali. veluti si canis ex equo fieret, fiet quidē enim canis non solum ex animali quodā, sed ex animali, uerū non ut animal: iā enim id ipsum est. Quòd si aliquod animal: nō per accidens fieri debet, non ex animali erit.*

ANT. *Similiter autem neq; ex ente, neq; ens fieri, nisi secundum accidens. sic autem, & hoc fieri eodem modo, ut si ex animali animal utiq; fieret, & ex quodam animali quoddam animal. ut si canis ex equo fiat. fiet enim utiq; non solum ex quodam animali canis, sed etiam ex animali, non tamen inquantū animal: est enim iam hoc. Quòd si aliquod animal fieri debet, non secundum accidens, non ex animali erit,*

Nunc satisfacit ad scd̄m membrū, & declarat quomodo ex ente fiat aliquid: & vult, q̄ ex ente non fiat aliquid per se, qnatenus ens, sed per accidens. Primum eo patet, quia si ex ente quatenus ens aliquid fieret, ex omni ente posset aliquid fieri tāq; ex subiecto, & sic ex cœlo & Deo quatenus ex subiecto, fieret aliquid. Qđ vero per accidēs ex ente fiat aliquid. patet, quia ex materia fit aliquid non sub ratione qua ens. Inquit. {Similiter autem neq; ex ente, neq; ens fieri dicimus, nisi per accidens.} hæc est responsio. Et vt clariora sint ea quæ dixit, adhibet exemplum, & inquit. {sic autem & hoc fieri eodem modo dicimus, quemadmodum si ex animali animal fieret, & quoddam animal ex quodam animali} tanq̄ ex materia & subiecto. veluti si canis ex equo. fiet quidem. n. canis nō solum ex animali quodam, vtpote ex equo, sed ex animali, verum non vt animal, quia tunc ex omni aiali, & sic ex seipso fieri posset: quod est impossibile. Iam. n. idipsum est. Quod si aliquid animal fieri debet per se, & non per accidens, non ex animali erit: & sic per exemplum potest patere sensus propositionis.

Ex ente nō fit aliquid p se, sed p accidēs.

Commen. 68. Auer.

{Hæc enim.} Prima pars cōmenti exponit responsionem. secūda pars exponit exemplum, prima patet. {Adhuc autem.} Hæc est secunda pars, vbi exponit exemplum, & exponit illud per modum quæstionis. potest. n. quis quærere, vtrum ex animali possit intelligi fieri animal? videtur q̄ non. quia si ex quodam animali fieret quoddam animal, vt ex equo canis: igitur ex animali simpliciter fieri posset animal. tenet consequētia ab ipsa particulari ad indefinitam. consequens videtur falsum. qm̄ quod transmutatur debet transmutari ad id quod non habet: oportet. n. recipiens esse denudatum à natura recepti. Quare, si animal ex animali fieret quatenus animal, tunc aliquid transmutaretur in speciem siue genus, quod præhabebat in actu.

E {Et ideo.} Respondet, q̄ propter hoc si debeat fieri animal ex animali, non debet fieri quatenus animal ex animali. Vbi. n. animal simpliciter quatenus animal fieret ex animali quatenus animal, tunc idem esset & fieret. sed, qm̄ generatio est animalis designati, vtpote canis, sic fit ex animali per accidens, & ex non cane per se. canis. n. fit ex animali, vtpote ex equo per accidēs, & ex non animali ēt per accidens, vt pote ex equo, cui accidens est esse non animal, quod est canis.

{Et causa eius.} Assignat causam. quare ex ente per accidēs semper fit ens: & vult hoc esse, qm̄ materia nō potest stare sine forma, nec sine priuatione. Et qm̄ oē quod fit ex materia fit. cui accidit non esse, vtpote priuatio, & cui accidit esse, vtpote forma: ideo generatū per se fit ex materia, per accidens ex ente, & ex non ente, quæ illi accidunt: hæc ex cōmento, quæ clarius di-F cta sunt in textu.

Et si aliquod ens fiet non ex ente, neque ex non ente fiet. Dictum est enim ex non ente fieri quid significat: quia uidelicet quatenus non ens. insuper autem neque esse omne, neque non esse tollimus. DILVCI.

Et si aliquod ens non ex ente, neque ex non ente. Ipsum. n. ex non ente dictum est, quid nobis significat, quoniam inquantum non ens. Amplius autem & esse omne, aut non esse non remouemus. ANT. Omne & non Omnino.

{Tunc quasi ad form.} Respondet ad totam rationē, & inquit {Et si aliquod ens fiet} vtpote aer non ex ente fit quatenus ens, neq; ex non ente quatenus ens. dictum est. n. ex non ente fieri quid significat, quia videlicet significat fieri ex non ente quatenus non ens. Sed contra dubitat iunior, si ex ente fiat quid & ex nō ente, vtrum ex omni ente fieri possit, & ex omni non G ente. Respondet Arist. has esse impertinentes, quia p responsionem nostram neq; has affirmamus, neq; has negamus {inquit} insuper autem, neq; esse omne, sub audi ex omni tollimus, neq; non esse oē ex omni tollimus, qm̄ hę impertinentes sunt proposito, potest tū patere solutio ex dictis. Hæc est responsio prima Aristo.

Commen. 77. Auer.

{Si igitur.} Cōmentum præsens patet. Ad horum quę dicta sunt declarationem, primo secundū vnū modū animaduertendū cuius sit reduplicatio, quidq; sit reduplicatio, atque reduplicationis quis finis, deinde addemus alium modum faciliorē. Reduplicatio itaq; subiecti esse debet, tanq̄ eius quod reduplicatur: propter q̄ hæc non est reduplicatiua apud Arist. homo est animal, vt risibile, licet sit vera: neq; hæc, homo est animal, inquantum animal. est autem prædicati vt pars qua fit vt hæc impropria sit, hō est quatenus hō est aial, licet sit vera. vt. n. negatio à subiecto incipit & definit in prædicatum, sic reduplicatio à prædicato effluit in subiectum. causa autem est, qm̄ reduplicatio est actus formæ, negatio est actus materiæ. Quid autem sit, dicamus, quod reduplicatio est repetitio subiecti à parte prædicati se tenens, vt homo est animal vt homo: homo. n. bis enuntiatur, semel vt subiectū, & semel vt prædicati pars. Et de fine dicamus, q̄ finis reduplicationis est vt notetur causa inhærentiæ prædicati ad subiectum, & hac ratione ponitur à parte prædicati. Hæc oīa colliguntur. 1. Priorum. cap. 33. Ex his sequitur, q̄ eiusmodi propositiones, homo vt homo est animal, homo vt disciplinabile est risibile, Socrates vt currit mouetur, & cæteræ id genus non sm̄ omnes conditiones dicuntur reduplicatiuæ, sed similes illis prop̄ter notam reduplicationis

Quid reduplicatio.

H De nota reduplicationis.

De fine reduplicationis. Exceptum.

cationis quam omnes habent. Secundo animaduertẽ dum, ꝙ omnis propositio reduplicatiua æquipollet ꝓpositioni per se primo, nec aliter verificatur, nisi quomodo verificatur ꝓpositio per se primo. vnde hæc est vera per se primo, hõ est animal quatenus homo, quia sub ratione hominis propria est animal. Similiter hæc est vera, Medicus sanat quatenus Medicus, qm̃ sub ratione Medici sanat. Sorticolæ autem credunt particulam illam inquantum, & id genus posse teneri reduplicatiuè & specificatiuè, quod non est peripateticum. vbiq; Aristo. reduplicatiuam vult conuerti cum ꝑ se & ſm ꝙ ipsum, neque aliter legi. Quòd si tu vis dare illi alium sensum, potes facere, quemadmodum solemus ponere nouas significationes propõnibus, vt in obligatione solent Sorticolæ ponere, ꝙ hæc propõ, homo est equus, significat mihi hominem esse risibilem: hoc enim non est ex vi propositionis, sed ex noua impositione. sic hæc propositio: Medicus inquantum Medicus sanat, potest significare noua impositione ꝙ Medicus sanet, & si quis est Medicus, ille sanet. Sed hæc significatio non erit ex vi propositionis, sed per nouam impositionem. nam reduplicatio est ſm quod ipsum, & ſm quod ipsum est per se: igitur oĩs reduplicatiua habet vim vnam. Sed dices, Medicus sanat vt Medicus: igitur oĩs Medicus. tenet consequentia, quia omne per se est de omni. Respondet Them. 1. Poster. ꝙ omne per se est de omni primo vel secundo modo, at tertio modo, vt sunt, quæ neutro modo insunt, non oportet vt sint de omni, cum sint accidentia, & hæc est causa errandi apud hos. His acceptis põt patere solutio Arist. Ambæ. n. sunt falsæ hæ, ex ente fit aliqd quatenus ens, quia non sub ratione entis: similiter hæc est falsa: ex nõ ente fit aliquid quatenus non ens, quia non sub ratione non entis, vtraq; tñ est vera per accidens, qm̃ ex ente fit aliquid non quatenus ens. Similiter ex non ente fit aliquid non quatenus non ens, & hoc est dicere per accidens. Hic est vnus modus exponendi reduplicatiuam, & maxime apud Themistium. Hic tñ modus ꝓ tanto videtur dubius, quia Arist. in lib. Priorum docet coniugationem ex reduplicatiua & absoluta, sequi reduplicatiuam. vt si omne B sit A inquantum B: C vero est B: igitur C est A inquantum B. vbi patēt duo cõtraria huic. primo, ꝙ propositio est reduplicatiua. vbi non reduplicatur subiectum, vt hæc. C est A inquantũ B, quæ erat conclusio. Patet secundo, ꝙ reduplicatiua debet esse de omni, aliter sub maiori non posset assumi minor. Propterea videtur mihi esse appellandã omnem propositionem reduplicatiuam, in qua est subiectum & prædicatum & aliquid determinatum per notam reduplicationis, siue sit subiectum, siue prædicatum, siue aliquid quod sit causa inherentiæ prædicati ad subiectum, se tenens à parte prædicati, sicut syncathegorema à parte subiecti. Secundo videtur mihi ꝙ omnis reduplicatiua debeat esse per se & ſm ꝙ ipsum, & per consequens de omni. Etiã ad veritatem illius requiritur primo ꝙ terminus, supra quem cadit reduplicatiua, prædicetur de subiecto: propter quod hæc est falsa, homo est animal inquantum latrabile: qm̃ latrabile non prædicatur de homine. Secundo ꝙ prædicatum prædicetur de eodẽ subiecto, ratione cuius hæc est falsa, talpa põt videre inquantum animal. qm̃ posse videre non prædicatur de talpa: quare vero concedatur, alias diximus & dicemus io. 7. Tertio, ꝙ prædicatum prædicetur de omni reduplicato, vel conditio-

Cui æquipollet propositio reduplicatiua.

Nominales.

Dubitatio. Per se primi & secundi modi, et de omni sit cõsequẽtia er.

Cõfutatio primi modi.

Tũ propria.

De propõnibus reduplicatiuis.

A naliter de illo per terminum transcendentem: propter quod hæc falsa est, ædificator inquantum ædificator, qm̃ non omnis ædificator ædificat: & hæc similiter, Socrates sanat inquantum Medicus, quia non oĩs Medicus sanat. Et hæc tria satis requiruntur ad reduplicatiuam. Et tunc patet, ꝙ oĩs reduplicatiua est de omni & per se, vel saltẽ de omni & necessaria: qua ratione hæc erit omnino falsa, Medicus curat vt Medicus, quia deficit sibi tertia. Sed dices. Medicus sub ratione qua Medicus curat: igitur Medicus curat vt Medicus, saltem specificatiuè. Dico ſm hunc modum specificatiuè teneri nihil esse ad reduplicationem, nisi ſm nouam impositionem, vt diximus in primo modo. & per consequẽs nego Medicum curare sub ratione qua Medicus, quia tunc cuicũque competeret ratio Medici curaret, & sic omnis Medicus, sed bene Medicus est

B curatiuus sub ratione qua Medicus. Et tũc iuxta hũc modum respõsio Arist. patet. Hæc. n. est falsa, ex ente fit aliquid vt ens, quia tunc ex omni ente, & sic ex se ipso. Similiter & hæc, ex non ente fit aliquid quatenus non ens: quia tunc ex omni non ente, quod est falsum. Bene tñ cõceditur, ꝙ ex ente per accidens fit aliquid, quia ex materia prima quæ est ens per accidẽs ratione formæ. Similiter ex non ente per accidens fit aliquid, qm̃ ex materia prima cui accidit esse non ens propter priuationem. Hic modus secundus videtur magis peripateticus, habent vero se hi modi, ꝙ primus negat secundum, & secundus negat primum. Propterea sunt qui mediant, & concedunt vtrosq; sub sensibus diuersis, quod puto non esse peripateticum. Hæc satis.

Quid reduplicatiua.

Dubitatio.

Ad propositũ.

RECOGNITIONES.

C Qvicquid dixerimus in cõmentarijs, quasi nunc videtur respondere ad formam, concedendo vtrũq; videlicet fieri quod fit & ex ente, & ex non ente: qm̃ ex materia, quæ est ens, & non ens per accidens. est. n. ens per accidens propter formam, & non ens per accidens propter priuationem. vnde dicit, { & si aliquod ens } subaudi fit, { non } est subaudi dicendũ ipsum fieri { ex ente } videlicet inquantum ens. { neq; } est dicendum, subaudi ipsum fieri { ex non ente } videlicet, inquantum non ens: vtrũq;. n. est falsum, cuius rationem resumit, & dicit, { ipsum. n. ex non ente } subaudi, & ipsum ex ente fieri ens, { dictum est quod nobis significat. qm̃ } subaudi dictum est ens fieri ex non ente, esse intelligendum { inquantum non ens } & cum dicitur ens fieri ex ente, esse intelligendum inquatum ens, vt vtruoq; est falsum. nunc tamen concedimus omne quod fit, fieri ex ente & ex non ente. sed contra aliquis

D instare posset: qm̃ si oẽ, quod fit, ex ente fit, & ex nõ ente, hoc est, qm̃ idẽ est ens, & nõ ens, videlicet materia. & sic erit contra illam dignitatem, de quolibet dẽ esse, vel non esse, & de nullo simul. respondet, & dicit, { Amplius autem non remonemus }. i. derogamus illi dignitati, quæ est { & omne esse, aut non esse }, i. de quolibet dicitur esse vel non esse, & de nullo simul. vt Simplicius suppleuit, non ſm idem esse, & nõ esse dicimus fieri generationem. fit. n. generatio ex aliquo, videlicet materia, quæ est ens in actu per accidens ratione formæ, & non ens ratione priuationis. & sic non ſm idem esse, & non esse fit generatio. Simplicius autem dicit, non secundũ idem esse, & non esse, quoniam generatio fit ex per se ente, per accidens autem non ente. qm̃ ex materia, quæ est per se ens, per accidens autem non ens. sed prima expositio magis cõsonat: qm̃ materia non

Ex materia, quæ est ens p accidens ratione formæ fit aliquid tanquã ex ente p accidens.

dens: & ex eadem tãquã ex non ente fit aliquid, quia ei accidit priuatio.

nnn est ens, nisi propter formam, & ita per accidens, & non per se. Simpli. etiam exponit aliter, sed non curo, qm̃ non est ad propositum. Animaduerte tñ Ari. facere has consequentias. aliquid fit ex ente per se: igit ex omni ente. Insuper aliquid fit ex ente vt ens: igitur ex omni ente: in quibus apparet eum velle, terminum supra quem cadit nota reduplicationis vel signũ, quod est ipsum per se, teneri distributiue, quia ſm Aristo. sequitur, A fit ex ente per se, igitur ex omni ente. insuper sequitur, A fit ex ente, vt ens: ergo ex omni ente. Sed contra, qm̃ homo est animal per se, & tñ non sequitur, ergo est oẽ animal. siſr non sequitur homo est corpus inquantum aı̃al: ergo homo est oẽ animal. Diluuntur autem dubitationes ex iis, quæ diximus. 1. Poste. & 1. Prior. prima quidem, qm̃ illa est falsa, homo est animal per se, vt ipsum per se cadit supra illum terminum animal, sicuti bene rõ concludit. Sed, vt ipsum per se cadit supra totam propositionem, est vera: qm̃ hæc propositio homo est animal, est per se, & sic conceditur. Scd̃a vero refellitur, quia. 1. Priorum dictum est ipsum signũ reduplicationis distribuere terminum, supra quem cadit, qñ terminus supra quem cadit, & principale prædicatum concidunt in idem, ac eundem terminum. sequitur. n. iustitia est bonum, inquantum bonum: igitur iustitia est omne bonum. similiter sequitur, homo est ens inquantum ens, igitur homo est omne ens: & qm̃ vtrunq; consequens est falsum, ideo quęlibet earum est falsa. similiter & illa est falsa, homo est animal inquãtum animal, qm̃ sequeretur, vt homo esset omne aı̃al. at cùm tarminus supra quem cadit signum reduplicationis, & principale prædicatum non in eundem terminum concidunt, signum reduplicationis non distribuit terminum supra quem cadit reduplicatio: & propterea non sequitur, homo est corpus inquantum aı̃al: igitur homo est omne aı̃al, qm̃ principale prædicatum; & terminus supra quem cadit reduplicatio, non concidunt in idem. sed, quia in illa, ens fit ex ente inquantum ens, terminus, supra quem reduplicatio, cadit & prædicatum sunt idem, sequitur ergo ens fit ex omni ente. similiter in illa, ens fit ex non ente inquantum nõ ens. Quare quælibet earum est falsa, ens fit ex ente inquantum ens, & ens fit ex non ente inquantum nõ ens. Appello autem in his prædicatum principale aut in recto, aut in obliquo, qm̃ licet obliquus non possit esse prædicatum, aliquando subit rationem prædicati, vt in propositis propositionibus.

Consequentia Arist.

Dubitatio.

DILVCI. *Vnus quidem igitur modus hic est, alter uero est, q. hæc dicere conuenit secundum potestatem & actum: quæ res alıis in locis exacte magis determinata est. Quare ut dicebamus, hæ dubitationes eliduntur: quibus ipsi compulsi, eorum quæ asseruntur quædam enecabant. Propter hoc. n. intantum priores ea ab uia deuiabant: qua in generationem atq; corruptionem, atq; omnino mutationem acceditur, hæc enim natura uisa, omnem eorum dissoluit ignorationem.*

ANT. *Vnus quidem igitur modus hic est, sed alius, quoniam contingit hæc dicere secundum potentiam & actum. hoc autem in alıis determinatum est per certitudinem magis. Quare, ut diximus, defectus soluuntur. propter quos coacti remouent prædictorum quædam: propter hoc n. intantum priores destiterunt à uia in generationem & corruptionem & omnino mutationem. Hæc enim utique uisa natura omnem soluit ipsorum ignorantiam.*

Vt diximus ὃ τιῶ͂ qđ diximus.

Duæ possunt esse rationes, cur Aristot. inducat ſm soluendi modum. Prima est Expositoris, videlicet, ꝙ E solutio prima non sufficit: nam, si ens fit ex ente per accidens, vel ex non ente, oportet ponere aliquid ex quo fiat ens per se: qm̃ omne per accidens reducitur ad per se. ad ostendendum igitur ex quo fiat aliquid per se, subscribit secundam solutionem. Secũda est noui Expositoris, videlicet vt ostendat sylm̃ illorum multifariam delinquere. per primum. n. modum declarauit eos errare in Logica, per scd̃m eosdem errare in Meta. & in Naturalı Scientia. In Metaphy. quidem quatenus diuisionem illam in potentia & actu ignorarunt. In naturali vero, quia materiæ naturam & definitionem tã naturalem, q̃ Metaph. ignorarunt. Inquit. {vnus quidẽ igitur modus hic est, alter vero est, ꝙ hæc}. i. ambo illa membra dicere conuenit ſm potestatem, & actum. fit. n. per se quod fit ex materia, quatenus est ens in potentia, ex ente in actu fit per accidens, quatenus accidit F materiæ. fit etiam ex non ente per accidens. sed, quia solutio hæc est metaphysica, ideo inquit. {quæ res alıis in locis exacte magis determinata est, vtpote in lıbro Metaph. 9. Tunc quasi epilogat in tota dubitatione & solutione, & inquit {Quare (vt dicebamus) eæ dubitationes} his duobus modis eliduntur: eæ dubitationes dico, quibus ipsi nesciẽtes eas soluere compulsi, eorum quæ asseruntur quædam vt gñationem corruptionem, rerum dñias, atq; pluralitatẽ enecabant, quod declarat. {Propter hoc. n.} quia videlicet eas soluere nesciebant intantum priores ea à via, ea dico à via, qua in generationem & corruptionem, atque omnino mutationem acceditur. nescientes. n. soluere dubitationem, deuiarunt à via quæ ducit in generationem, videlicet à materia, & ita negarunt materiam, & per cõsequens negarunt generationem & alia consequentia. G Explicat autem viam, & inquit, hæc natura quæ est materiæ visa, & bene cognita, omnem eorum dissoluit ignauiam, & sic deuij ab ılla cespitarunt in errores. Hæc sunt quę ab Ari. hñr in solutione rõnis priscorum.

Commen. 78. Auer.

Id est iste.) Hoc commentum nihil continet præter textus expositionem, quod non pateat.

Quæstio de creatione.

SEd circa hęc exoritur difficillima qõ, Vtrum in tẽpore possit aliquid ex nihilo fieri. Et arguitur ꝙ sic. ex aliquo nihil fit: igitur non ex nihilo nihil fit. tenet consequentia per legem contradictoriarum, nõ ex nihilo nihil fit, igitur falsum est ex nihilo nihil fieri: igitur propositum, videlicet ex nihilo aliquid fit.

In contrarium est Aristo. omne quod fit vult ꝙ fiat ex ente in potentia.

Ordo q̃nis.

Circa hanc. q. primo declarabo titulum qõnis. Secundo põnem Arist. & Plato. Tertio, qualıs proposi- H tio sit hæc, oẽ quod fit ex ente fit. Quarto, quæ rõnes sint propositione Arist. & Plato. Vltimo ad. q. dicemus ſm veritatem, addentes persuasiones, & soluentes rationes oppositæ partis. Quantum ad primum animaduersione dignum est, ꝙ non dr̃ aliquid fieri ex nihilo, propterea, quia nihil illius præsupponitur. quia nec ex parte agentis, nec ex parte materiæ, & subiecti quicq̃ præsupponitur. Sic. n. omnia ex ente fierent, qm̃ omnia supponunt Deum vti efficientem primum & vniuersalissimum rerũ auctorem. Dicitur igitur aliquid fieri ex nihilo, qñ necessario effectui nihil præsupponitur, vt materia vel subiectum ex quo res ipsa facta educitur. Verbi causa, pro iunioribus, si Sol ipse calorem efficeret nullo sublito subiecto, crearc diceretur ipsum. licet supponatur Sol ipse calefaciens; cùm igitur tres

Quid creati ex nihilo.

sint

ſint cauſæ, finis, agens, & materia ſolum creare dicitur forma. qñ materia ex qua fiat, nõ p̃ſupponitur, tametſi & finis & agens ſupponantur. Animaduertendum. 2. ꝙ creari poteſt intelligi dupliciter ex nihilo.

Quid creati tempore.

Vno modo in tempore. quia videlicet rem ipſam creatam nihil præceſſit tempore, quomodo rationalis anima ponitur de nouo tempore creata. Alio modo non in tempore, ſed ab æterno, ipſo nihilo præcedente non tempore, ſed natura ſiue ratione noſtra concipiendi, quo nonnulli mundum creatũ eſſe ab æterno aiunt ad mentem Ariſt. quatenus ipſum mundum præceſſit non eſſe ſm̃ rationem tñ.

De poſitione Ariſt.

Quæſtio noſtra quærit de creatione quæ fit in tempore de nouo, & non æterna. quia de æterna diſputabitur in. 8. huius. Hæc de primo. Quæ autem ſit poſitio Ariſt. & Plato. declaremus. Quidam viri Peripatetici, vt Thomas, Aegidius, & plures, qñq; Ariſt. creationem in t̃pe conceſſiſſe aiunt, Ad hoc autem inducebantur, quia Ariſt. in lib. de Bona fortuna circa finem, videtur velle expreſſe eſſe fortunam quãdam diuinam, quæ ideo diuina eſt, quia eſt à Deo immediate ex nihilo facta in anima bene fortunati. Amplius in lib. 12. Met. tex. cõ. 16. habetur, ꝙ omnis forma fit non extra, ſed ſimul cum cõpoſito & in lib. de Generatione Animalium, ponit animam deforis accedere, ideo apud ipſum oportet concedere creationẽ.

Senſus auctoritatũ Ariſt.

Auctoritates haſce dupliciter gloſſant. vno modo ꝙ Ari. loquitur in cõpoſitis. In his. n. vult nihil fieri ex nihilo, qñ omne compoſitum fit ex ſuis partibus, & per conſequens ex ente, Simplicia vero cum non partes eſſe ſumant, nonnulla ipſorum creari poſſe Ariſto. arguit, qñ ad illa non pertingit virtus naturalis, vt eſt anima rationalis, & bona fortuna diuinitus producta, & p̃ hoc ſatisfaciunt ad auctoritatem primi cœli. Aliter qñque expoſitores ſoliti ſunt dicere, ꝙ Ariſt. voluit in tempore nihil fieri ex nihilo per veram generationem. nam, cum generatio ſit finis motus. & in omni motu oportet ſupponere materiam, ſic etiam oĩs generatio ex cõtrario, iure ex ente fit: creari ex nihilo cum nõ ſit finis motus, nec ex contrario, rationabiliter dicere põt eſſe poſſibile vt de anima, & diuina fortuna lectitatum eſt ab eo.

Alius modus. Replic. contra expoſitores.

Sed contra hoc arguunt poſteriores acuti, quia apud Ariſto. duo ſunt conceſſa vbiq;, ꝙ nulla inferior virtus ipſo Deo poteſt aliquid creare ſiue facere, nõ cõcurrente virtute Dei vti cauſa vniuerſaliſſima, & ita apud ipſum nulla intelligentia inferior poteſt creare. Secundo apud ipſum eſt principium in Octauo huius, & in lib. de Generatione & Corruptione à ſimplici & inuariabili non poſſe nõ nouum proficiſci. Ex duobus emergit apud Ariſt. eſſe impoſſibilem creationem tam rei compoſitæ q̃ ſimplicis. Ex primo. n. colligitur à nulla inferiori virtute fieri aliquid ex nihilo, vt voluit Aui. 6. Meta. ſuæ. cap. 2. Ex ſecundo conceſſo à Deo immobili nullum poteſt nouum proficiſci iure apud Ariſt. nihil. poteſt ex nihilo fieri. Propter hæc negant creationem ad mentem Ariſto. concedunt tñ cum principijs Ariſto. poſſe ſtare Deum facere aliquid de nouo, non tñ creando, nec generando. Ad cuius euidẽtiam ipſi volunt è Deo immutabili nullum eſſe nouum duobus ſtantibus, videlicet ꝙ illud nouum ſit alterius rationis ab antiquo, nam intelligẽtia omnino ĩmutabilis ſm̃ eũ cauſat nouam motus partem: quæ, quia eſt eiuſdẽ rationis cum præcedente, fieri põt ab ĩmobili. Amplius intelligi debet nulla poſita variatione in medijs cauſis actiuis, & paſſiuis. Vbi. n. cauſæ intermediæ actiuæ vel

A paſſiuæ eſſent variç, Deus põt producere nouum, nulla exiſtente in Deo variatione. Verbi cauſa, Sol vno radio inuariabili exiccat lutum, & ſoluit glaciem, quia ex parte ſubiecti eſt varietas. igitur propoſitio Ariſt. eſt hæc, ab æterno immutabili non eſt nouum alterius rationis & ĩmediate, vbi aũt vna conditio deficit, cum Ariſto. principijs ſtat poſſe eſſe nouũ, & ita ſm̃ ipſum hoc corpore organizato Deus neceſſitate ĩmutabilitatis cauſat hanc animam, & prius, non quia materia non erat diſpoſita. Deus. n. influit vniuerſaliter & vniformiter in quolibet inquantum poteſt, apud Ariſto. & quia corpus hoc eſt diſpoſitum, illud non, ideo huic animam cauſat, illi non.

Concordia dictorum Ariſt.

Ex his patet ſolutio & concordia dictorum Ariſt. ipſe. n. negat creationẽ in tẽpore: nam creatio apud verum intellectũ eius eſt productio rei in aliquo priori, vbi materia non ſupponitur, modo, apud

B Ariſt. non datur rei talis productio in aliquo priori nullo præſuppoſito, nec priori tẽpore, nec priori natura, ideo apud ipſum nihil creatur. Anima rationalis, vt in lib. de Intellectu dictum eſt. apud hos opinantes non creatur ex Deo in aliquo priori natura, & in alio infunditur, ſed ſimul fuit productio & infuſio. Concedit tñ aliquod de nouo poſſe ab eo euenire propter variationem cauſæ ſubiectiuæ, non propter variationem Dei. ſtat igitur cum dictis Ariſt. aliquid fieri ex nihilo, & nõ eſſe creationẽ. Sed pace horum dixerim. hæc eorum poſitio nõ eſt intelligibilis.

Confutatio.

Primo, quia vel Deus animam illam, quam de nouo facit propter variationem ſubiecti, extrahit de potẽtia materiæ, vel de foris imponit eã materiæ. Si extrahit eam de potẽtia materiæ, igitur illa forma vere gñatur, & per conſequẽs Ariſto. poneret Deum vere gñare, quod eſt contra totam philoſophiã

C eius, nam põt primus motor eſſe corporeus: ſed gñans omne corpus eſt apud Ariſt. Si vero dicatur ꝙ nõ extrahit, ſed deforis imponit: igitur eam ex nihilo facit, & per conſequẽs creatio. Omnis. n. affectio, aut eſt ex nihilo factioni ſuppoſito, aut ente, ſi ex ente Ariſt. vocat eam gñationem, ſi ex non ente creatio dicetur. Amplius ſecundo, ſi actio Dei noua eſt, vel igitur illa attingit formam tantum, aut compoſitum ex materia & illa forma. ſi compoſitum, hæc apud Ariſt. dicetur vera gñatio, cum tale cõpoſitum ſupponat materiam tanq̃ aliquam ſui partẽ, & ſic ex ente. Si vero attingat formã igitur alia productione producetur forma, & alia compoſitum, & quæcũq; diſtinctis productionibus fiunt, poſſunt diſtinctis conceptionibus concipi, & cum intellectus concipit aliqua diuerſis conceptionibus, eo ordine illa intelliget, quo ordine naturali illa ſunt. ſed

D ordo naturæ eſt quòd forma eſt prior cõpoſito: igitur prius concipiet formam productam eſſe, deinde eam infundi, & hæc eſt creatio quã negant. Tertio, ſi Deus producit ſm̃ iſtos aliquam formam ad extra, vel igitur ad productionẽ illam eſt neceſſaria materia in genere cauſæ materialis, aut nulla eſt materiæ neceſſitas, ſi eſt neceſſaria materia in gñe cauſæ materialis, erit abſoluta gñatio: ſi materiæ nulla erit neceſſitas, igitur erit abſolute creatio quç non concedunt ipſi.

An Ariſt. cognouit creationem.

Tenendum igitur eſt ꝙ omnis productio de nouo eſt generatio ſimpliciter, vel generatio ſm̃ quid, aut creatio. primas duas cognouiſſe Ariſto. nemo dubitat, reſtat videre, vtrum cognouerit tertiam, quæ dicitur creatio. Videtur igitur mihi, cum proteſtatione dicendi aliter ſi aliter occurret, ꝙ Ariſto. p̃ ſuum philoſophandi modum creationem non cognouit. Genus. n. philoſophandi Ariſt.

vt

vt auctor eſt Themiſt. & habetur Metaphyſices Primo, differt à cæteris. ab veteribus quidem, quatenus obſcuritates & ſtirpes illorum tranſtulit in perſpicuam quãdam & propriam expoſitionem, & vim probationibus & ſyllogiſmis adiecit. à Plato. vero eo vſq; videt diſſenſiſſe q̃ demonſtrationes apertius illuſtriusq́; induxit, quodq́; earum principia à ſenſu, & euidentibus rationibus ſumit. Sic igitur philoſophandi Ariſt. genus eſt per rationes ſenſibus coniunctas, vel illis quæ ſenſibus iuncta ſunt: quem philoſophandi modum in vltimo libri Poſter. ſcimus ab ipſo eſſe explicatum. His ſic ſtantibus oportet ea dare in doctrina Ariſto. quæ vel ille explicat, vel ſequuntur ad ea quæ explicat, vel ſaltem quæ ſuo philoſophandi generi non repugnant. Dicere, aliquod eſt in tempore creatum ex nihilo, repugnat ſuo philoſophandi generi: q̃m aliquod eſſe creatũ vel creari ſenſibus non ſubiacet, immo ſenſus trãſcendit. nec poteſt ſumi ab aliquo, quod ſenſibus ſubiacet. illud. n. quod ſenſibus ſubiaceret, vnde poſſet creatio ſumi, aut eſſet ſubſtantia, aut accidens. & ſi detur licẽtia fingendi, dari non poteſt niſi intellectio ipſa, vel euſortunium, ſiue diuina fortuna. illa conuenire non poteſt niſi ei tranſcendenti à materia vtpote intellectui, hæc non niſi rei à Deo affectæ. alia accidentia in rebus non videmus, è quibus poſſet creationis ſuſpitionem Ariſto. nanciſci. Sed hæc ad creationem non ducunt: intellecto quidem ſolum ducit ad hoc q̃ intellectus non ſit virtus à corpore dependens, videlicet in eſſe & conſeruatione ab illo. ex hoc vltra habetur q̃ intellectus non ex ſemine traducitur, ſed q̃ deforis accedat, quod Ariſtote. vſq; ad hoc explicauit, q̃ vero accedat per creationem, eſt creditum. nam Alex. Themiſt Simplicius, & poſt hos Auerro. intellectum ſiue mentem concedunt deforis accedere. Themiſt. per animationem, quæ ab illo in nobis exurgit, vt. 1. de Aĩa cap. 37. Simplicius per copulationem, quatenus ex intellectu & dyanoea vna emergit totius anima. Auer. & Alex. per appropriationem, ſiue naturalem vnionem. de qua tot dicta ſunt in lib. de Intellectu, quorum nullus accedere ait per creationem illius ex nihilo, & ita intellectio ad creationem non ducit ipſius intellectus. Effectus vero ſortuitus diuinus, cui tñ innituntur theologi, non ducit ad creationem: q̃m Ariſt. vocat effectum illum fortuitum diuinum, q̃ñ ſolum cœlum & Deus concurrũt: non mediantibus cauſis ſecundis. Videmus. n. nonnullos euentus ſortuitos grandes euenire hoĩbus, qui & tranſcendunt intentionem illorum, & capacitatem generis. Quemadmodum Nicolaum picininum lanij piſtoris vidimus filium ad ſumma fortunæ imperia elatum: Mutium ſfortiam quolibet ad maiora acceſſiſſe ſcimus. Caramalatam etiam inter duces ſtrenuiſſimum accepiſſe baculum, & innumeros alios. Tum apud priſcos claros. Tum apud recentiores. his pręter intentionem & vltra genus eorum culminationes haſce cõtigiſſe nemo dubitat. Euenerunt autem hæc illis: q̃m in genituris eorum habuerunt ſtellas potentiſſimas, in locis cœli pollentibus. Qui. n. habuerit (inquit Ptol.) ambo luminaria in ſignis maſculis, & in cardinibus genituræ, fuerintq́; ambo aut alterum cui temporis conditio datur circũſeſſum ſtellis, hic ad regium ſceptrum attolletur, & ſi humilis ſit generis. Qui etiam (vt in libro Centum ait Enuntiatorum) habuerit ſtellas regias in pollentibus genituræ locis, aut cum loco fortis, aut cum locis luminarium: hic ad Imperij ſceptrum

Modus philoſophandi Ari. proprius.

Quod intellectio ad creationem non ducat.

Quod fortuitus effectus ad creationem nõ ducat.

Iudicia ex aſtris, ex Ptolemæo ſumpta.

E aſſurget, propterea ait, dare dona grandia præter opinionem. Q̃ñ igitur cœlum ſic ſtatum eſt, cum quis primum in lucem ęditur, ab alterato aere, alterato dico ab illis ſtellis ſic conſtitutis, æditus ille natus alterabitur, è qua alteratione qualitas quædam coæua vitæ remanet, quam impetum vocat, ſeu propenſionem, quaq; præter intentionẽ mouetur, aut concitatur ad ea agenda, quæ ad regium culmen natum extollunt. hanc ſiue qualitatem, ſiue propenſionem, ſiue impetum, ſiue fatum, quæ remanet in nati complexione, vocat Ariſt. diuinam fortunam, & ait eſſe à Deo, non q̃ ſit immediate à Deo, ſed à cœlo, quod immediate mouetur à Deo, q̃ñ ad illam vix concurrant parentes, vel terrenæ cauſæ. Quibus è rebus patet talem effectum non ducere ad creationem, ſed ad cœli cauſalitatem. Nihil igitur eſt in rebus ſenſilibus, vel à ſenſilibus effluxis, quo

F Ariſt. intellectus rationi & ſenſibus coniunctus creationem ſuſpicari poſſit. Propter hæc vr̃ mihi eſſe dicendum Ariſt. cum ſuis principiis creationem nullatenus cognouiſſe. Plato vero, vt in Thimęo accipit, hac rõne creationem in tempore contempſit. nam vt tempus, in quo res ipſa fit, præcedit id tempus, poſt quod tempus illa eſt, ita & rẽ, quæ fit, præcedit res alia poſtq̃ & ex qua extat, quæ facta eſt. Quapropter mutationẽ, tanq̃ genus omnis, quæ ſub globo Lunæ eſt factionis, ſiue productionis Plato atq; Ariſto. poſuere. Cuius rei teſtis eſt Plat. (vt dixi) Thimæus, qui & docet hoc apte, & cum Ariſt. conſentit. Hæc de põne Ariſt. Qualis vero ꝓpoſitio ſit hæc, ex nihilo nihil fit, vel huic æquiualens, omne quod fit, ex ente fit, declaremus ſm̃ põnem horum. Vr̃ itaq; primo aſpectu hanc propoſitionẽ apud hos eſſe principium, & Ariſto. ita per conſenſum

G oĩum qui de natura loquuntur accepit, perſuaderi poteſt hoc per eos: nam principium in ſcientia illud eſſe ſolet, cui omnes ſenſus conueniunt, & cuius oppoſito omnes contradicunt. Quod vero in illo oẽs conuenerint, patet primo de ſenſilibus per ſe. viſu. n. patet albũ ex nigro fieri, aut è contra, vel ex medio. auditu graue ex acuto vel medio, guſtu dulce ex amaro, tactu calidũ ex frigido, olfactu vero, ſuaue ex auſtero, & oĩno oẽs ſenſus conueniunt, vnum contrarium ex alio vel medio fieri. Simili rõne patet in ſenſilibus cõibus, nam magnum ex paruo, circulare ex recto, motum ex quiete fieri conſtat. Similiter quolibet in his, quæ per accidens ſentiuntur idem diiudicari poteſt, q̃m ignis ex aqua, compoſitũ ex ſimplicibus: quare conſenſum patet, oẽ quod fit ex ente & contrario fieri. Intellectus igitur ſenſibus coniunctus illi principio diſſentire non po-

H teſt. nam neq; via ſenſilium per ſe, neq; via ſenſilium cõium, neq; prorſus via ſenſilium per accidens: & q̃m principium eſt propoſitio immediata, qua non eſt altera prior in ſcientia cuius eſt, iure hæc propoſitio principium erit in naturali ſcientia. Et q̃m principium multiplex eſt, vr̃ mihi eſſe ſuppoſitionem, ſiue poſtulationem. Tum primo, quia probari poteſt in altiori ſcientia, vtpote in Metaph. Tum etiam, quia non eſt neceſſe quemlibet docẽdum habere, ſed ſolum Naturale Philoſophum, & ita patet qualis hæc propoſitio eſt apud Ariſto. & Plato. Conſequens autem eſt quarto declarare quibus rõnibus Ariſt. & Plat. moti ſint. Et videtur mihi q̃ oẽs rationes reducantur ad tres. quædam. n. erunt acceptæ ex parte materiæ, quædã ex parte agentis, quædã ex parte productionis, ſiue factionis ipſius. Ex parte materiæ igitur ſupponendum eſt ipſam eſſe infinitæ

Ariſtot. creationem penitus ignorauit, Plato quo nõ de creatione in tpe ſenſerit.

Qualis hæc propoſitio.

Quale principium.

Rationes Ar-ſto. & Pla-

Prima via ex parte materiæ. Suppositio. infinitæ passiuam. Hanc recipiunt Aristote.& Plato. quia nulla forma est, nulla fuit, nulla erit, ad quam materia non sit in potentia: igitur est infinitæ potentiæ passiuæ. Ex hoc arguent sic, si aliqua forma fieret ex nihilo, vel ad illam materia ipsa habebat potētiam, vel non. si non, igitur materiæ defecisset aliqua potentia, & per consequens non fuisset infinitæ potentia passiuæ. hanc rationem olfecit Auer. 12. Meta. com. 18. vbi ait, oēs formas actu contineri in primo motore, & potestate in prima materia. vt igitur agens illud non esset infinitæ potentiæ contentiuæ, si aliquod esset producibile, ad quod sua potentia non se extendit, sic materia ipsa non esset in potentia infinitæ passiua, si aliqua forma esset, ad quam ipsa non habet potentiam. Scdo ex parte materiæ etiam arguerent, Illud vel illa forma, quæ ex nihilo produceretur vel continetur in aliquo genere & aliqua specie, vel nullo in genere, nulla in specie. si in nullo genere, nullaq; specie: igitur esset nihil, & in nullo prædicamento. si vero in aliqua specie vel genere, sed materia habet potestatem recipiendi oē genus vel oēm speciem: igitur oē contentum sub specie, saltem ratione illius speciei vel generis: igitur præcessit potentia in materia ad illud. Ex parte vero agentis *Secūda via ex parte agentis.* arguit Auer. pluribus locis, primo ab æterno nihil per se immediate euenire potest in tempore: igitur creari potest nihil in tempore. Antecedens declarat, qm agēs quod nunc agit aliquid & prius non, habet aliquā proportionem ad effectum productum, q prius non habebat. sed huius siue relatio siue proportio fieri non potest sine mutatione illius, in quo aduenit: igitur Deus ipse mutatur. Secundo ex eadem parte arguit, aut ante illius creationem Deus voluit ipsum facere, vel nō voluit. si voluit, & nihil ipsum potest impedire: igitur creauit, & ita non nunc, sed ab æterno. si voluit, igitur facit illud mutabitur de nolente volens. Tertio, ab æterno Deus fuit optimum & perfectū: igitur ab æterno fuit agens in actu, quia esse cām in actu est melius q cām esse in potentia: igitur nihil potest de nouo agere. *Tertia via.* Ex parte vero modi agendi siue faciendi arguitur tertio, omne quod fit, cum fit, mutatur de non esse ad esse. aut igitur hæc mutatio recipitur in aliquo vel in nullo. si in nullo, igitur accidens sine subiecto. si in aliquo, vel in re facta vel in re facienda, vel in re media. non in re facta, quia tunc mutatio esset in mutato, & nō in ipso mutabili. si in re facienda vel media fieri, tunc aliquid supponitur, quod est propositum. hæc sunt argumenta Aristote. Auerro. & Plat. quæ sunt vltimæ vires eorum, si quæ vero aliæ erunt, in Octauo longius disputabuntur, hæc de quarto.

Veritas q̄stis. Sed qm hæc falsa sunt, atque colorata tm, aggrediamur nunc veritatem: & dicamus, q Deus bndictus potest facere aliquod ex nihilo ad intellectum datum: & hoc dupliciter ex nihilo, hoc est nullo præsupposito ad illius productionem in genere causæ materialis, & post nihil. Primum patet de facto in aīarum rōnalium creatione. Secundum vero patet, quia creauit mundum, post nihil. Pro hac veritate sunt multæ persuasiones, sed pro nunc accipiantur potiores. Prima, agens vle & particulare differunt, qm agens particulare supponit actionem agentis vniuersalis, & vle differt eodem mō ab vniuersaliori, quia supponit adhuc actionem illius: igitur agens simpliciter vle nihil penitus supponit, & ita agit ex nihilo, vel agere potest. Secundo, maxime verum & maxime ens esse debet causa essendi & essendi A verum cæterisq, 2. Meta. sed materia est ens fm determinatum modum entis: igitur Deus est cā materiæ. Vltra, nulla cā simpliciter est causa alicuius mediante effectu suo: igitur ipse potest agere nō supposita materia. Tertio, antiquum & nouum sunt eiusdem rōnis. vt Socra. vbi esset æternus, & ipse nouus esset eiusdem speciei: sed Deus potest facere ex nihilo æternum aliquem effectū, vt mundum apud Plat. in Thimæo: igitur potest facere eum de nouo. nam æqualis est ipsæ nunc & tunc. aliter essent diuersarum rōnum. Multæ rōnes fiunt, hæ satis prosuasione nostra. Potior. n. ratio & fortissima est catholicorum authoritas, miraculorum claritas, & alia quæ nos habemus, hæc sit veritatis determinatio.

Tunc ad rationes pro Philosophis dicendum, quòd *Rationes pro Philosophis.* Deus potest facere aliquod ex nihilo, vtpote A, ad qd materia non habet potentiam. immo fecit mundum, B & angelos, & id genus, ad quæ ipsa materia nullam habuit potentiam. Potest etiam facere de nouo aliquā speciem in mundo, ad quam materia non habet potentiam. Et, qn dr, igitur non esset potentiæ infinitæ passiuæ, concederent Theologi. illa. n. suppositio est falsa: qm Deus pōt agere cum materia & sine materia. Per idem ad scdm, dico, q, si Deus creat A, pōt teneri q A, est eiusdem speciei cum B, genito. vt homo creatus & homo genitus: A vero esset creatum, quia nulla præsupposita fuit fm potentiam indiuidualem de qua extrahitur ad illud. si sit præsupposita potentia generalis vel in specie, hoc rationem creationis non tollit. satis. n. est vt nulla potentia sit supposita indiuidua ad illud. Ad primā alterius viæ dico, q Deus habet nouā relationem ad rem creatam, non per nouū fundamentum cōtingens in eo, sed in re facta, vt accidit dextreiC tas in columna propter nouitatem in animali. 7. Phy. *Absolutum in cā præcedit absolutum in effectu, relatio autē in cā præceditur ab ea quæ est in effectu.* cōm. 20. est. n. regula theologorum, q absolutum in causa præcedit absolutum in effectu, sed relatio in effectu præcedit relationem in causa. Ad secundam rationem dico, q ante tempus siue instans creationis Deus voluit producere A, sed nego q tunc produxit, qm ab æterno voluit, sed non pro æterno, sed pro tēpore quo produxit. Ad tertiam dico, q ab æterno Deus fuit optimum, igitur semper fuit in actu, concedo fm beatitudinem, quæ est sui intellectio, non autem in producendo, cùm hoc nulla sit eius perfectio rerum productarum. Ad vltimam viam solutio patet, ex his quæ diximus in com. diximus. n. q res creata creatione fit, hæc autē creatio non est mutatio, sed ipsamet res creata, ideo non debet recipi in aliquo. Ex his sequitur, q sicut in philosophia Arist. ex nihilo nihil fit, est suppō, D & principium, ex quo multa Ari. deducit, ita ex nihilo aliquid fieri est suppositio & primum principium in Philosophia Theologorum, ex quo multa proficiscuntur verissima in Theologia, illud Aristo. à sensibus fallacibus accepit, hoc nos scimus ex reuelatione Veriorìs Testis. Ad illud sensus conueniunt. hoc sensus trāscendit: ideo non contra sensus, sed supra sensus dicitur esse. Ad argumenta pro & contra patet solutio. Hæc de quæstione.

RECOGNITIONES.

IN cōmentariis authoritate latinorum expositorū diximus Arist. velle assignare fm modum respondendi, vt ostendat ex quo ens, quod generatur per se, fiat per se. Nam per primum rndendi modum solū habetur, q id, quod gnatur, fit ex ente per accidens, & ex non ente per accidens, non tn habetur ex quo fiat per

per se: Hæc expositio non est omnino explodenda, propter tantos viros, tñ vr̃ mihi in verbis Arist. nullam esse factam mentionem de eo, ex quo per se generetur id, quod per se generatur. nec declarauit, quid est illud, ex quo per se generatur, quod per se gñatur. Ideo Simplicius, & Alex. & Syrianus asserunt Arist. nunc afferre ſm modum soluendi. nec aliam cãm afferunt, nisi quia defectus. Antiquorum potest dupliciter solui, & vtroq; modo bene soluitur. posset tñ assignari cã, qm̃ primos modus soluendi est logicus: demonstratiuum est eum decipere per locum, qui accipitur ab æquiuocatione. Secundus vero est metaphysicus, qm̃ defectus erat Metaphysicus, & hoc demonstrat Aristo. in suis verbis, cùm remittat nos ad Nonum Librum Metaph. vnde dicit {vnus quidẽ igitur modus hic est,} qui est, vt dicamus syllogismum eorum peccare per locũ, qui accipitur ab ęquiuocatione, videlicet ꝙ fieri aliquid ex ente, vel non ente sit dupliciter per se, & per accidens, {sed alius}, s. soluendi modus est, qm̃ contingit hæc}, s. duo membra, videlicet ex ente fieri, & ex non ente fieri {dicere ſm potentiam & actum:} nam oẽ quod generatur, fit ex ente potentia, actu autem non ens. qm̃ materia est id, quod fit potentia, non autem actu. est igitur hæc determinatio sumpta ab ipsa materia, quippe cum materia sit id, quod fit potentia, nõ autem actu.

Qua Simplicius.

Causa autem, vt materia sit huiusmodi, vt simplicius suppleuit, est priuatio, quæ nihil aliud est, quam absentia in eo, quod aptum est. nam quatenus priuatio absentia est, efficit vt materia non actu sit id, quod generabile est, quatenus vero in subiecto apto est, facit, vt subiectum sit illud quod gñabile est potẽtia: & quia agere de potentia & actu spectat ad Metaphysicum, ideo dicit {hoc autem}, s. de potentia & actu, {determinatum est per certitudinem magis,} ac plenius {in aliis}, s. ix. Metaphysicæ.

Dubitatio.

Sed dices, vr̃, ꝙ hic soluendi modus etiam sit logicus, qm̃ est etiam per locum multiplicis, qui est ab æquiuocatione. dicas hunc soluendi modum, quo ad formam soluẽdi esse logicum, quemadmodum fuit primus, quò vero ad membra multiplicis est metaphysicus. At primus modus, tam quò ad formam, ꝗ quò ad membra, est logicus. nam de per se, & per accidẽs agit Logicus sicuti & Metaphysicus. Tunc repetendo solutionem dicit. {Quare vt diximus, defectus}, i. syllogismi sophistici, quibus destruxerũt generationem {soluuntur, propter quos coacti remouent quædam prædictorum.}

Qua Syrianus.

Syrianus per quædam intellexit quædam ex principiis, qm̃ per tales syllogismos sustulerunt materiam, & priuationem, quæ sunt quædam ex principiis, quæ dicta sunt, qm̃ per syllogismos illos sustulerunt gñationem, quare & materiam, & priuationem, ex quibus generatio fit. Sed hęc expositio non vr̃ vera. Primo, quia per illam rationem non tm̃ materiam & priuationem sustulissent, sed etiam formam: & sic nõ quædam, sed omnia principia sustulissent. deinde, quia non consonat verbis, qm̃ Aristote. subdit ea, quæ sustulerunt propter illos syllogismos, & dicit, {propter hoc. n.} videlicet argumentum, quo sustulerunt gñationem, {in tm̃. i. etiam priores destiterunt à via} subaudi, quæ ducit {in generationem, & corruptionem, &} quæ ducit in {omnino mutationem}, s. substantialem, ergo per, quædam intelligit viam, qua itur in generationem, & corruptionem: hanc. n. sustulerunt per defectum Antiquorum. Per quæ patet, nõ recte Simplicium exposuisse p quæ-

E dam, gñationem, & corruptionem. qm̃ Aristo. dicit eos destitisse à via ducente ad has. ideo dico Arist. intellexisse per viam, i. materiam. nam hac remota, tolluntur gñatio, & corruptio, & oĩno mutatio. vel fortasse per viam, intellexit pluralitatem entium in substantia. nam via, quæ ducit in gñationem, & corruptionem, est pluralitas entium in substantia: hac. n. sublata, nec gñatio erit, nec corruptio. Alexan. autem, per viam intellexit priuationem, quia subdit Arist. {hęc. n. vtiq; natura}, s. priuatio {visa}, i. intellecta, & bene cognita, {oẽm soluit ipsorum ignorantiam.} Ego vero per viam intelligo materiam: hãc. n. intellexit per quædam: sumpsit. n. plurale pro singulari, sicuti aliquando accipit singulare pro plurali. Quòd autem sic intellexerit, subdit {hæc. n. natura}, s. materia {visa} ac cognita {omnem soluit ipsorum ignorantiam.} non. n. Arist. appellauit F priuationem ipsam in aliquo loco naturam, sed bene materiam, vt patet Secundo huius.

Qua Auerr. com. 78.

Animaduerte Auer. velle in præsenti loco materiam non esse puram priuationem, hoc est purum nihil. quia, cùm id, quod generatur, fiat ex materia, tunc quod generatur, fieret ex nihilo simpliciter. Vult etiam illam non esse actum purum siue ens simpliciter in actu, quia tunc generatum esset antequam fieret; & potest hęc, consequentia deduci primo; quia si materia esset simpliciter in actu, materia esset forma, aut compositum specificum: & ita quod reciperetur in ea, esset accidens, & sic non fieret simpliciter, sed simpliciter fuisset præexistens, & solum ſm quid fieret. Aut consequentia valet intelligendo antecedens hoc pacto, ꝙ id quod fit, fiat ex ente in actu per se, videlicet inquantum ens in actu. nam sic intelligendo G sequitur, vt fiat ex omni ente in actu, & ita ex seipso. aliquid autem fieri ex ente in actu per accidens nihil ꝓhibet. Aut Auer. intelligit, quod materia, ex qua fit generatio, non sit ens in actu illud, quod ex ipsa gñatur: qm̃ tunc sequitur, vt illud esset anteꝗ fieret. propterea concludit materiam esse medium inter purum nihil, & esse purum. & intelligit medium per abnegationem, qm̃ materia nec est ens simpliciter in actu, nec omnino nihil, sed ens in potentia, quod ignorantes veteres detrusi sunt in errores, quos dixit. Aristote.

Qua Themistius.

Et addit Themist, talem viam nobis aperuisse priuationem, quę fecit, vt materia sit potestate, non actu. Præterea ostẽdit Themist. propter hoc priuationem esse generandis rebus necessariam, licet non sit causa per se, sed per accidens. non tñ ita per accidens, vt album, quod cõiungitur causæ per se, ipsum tñ ad gñationem nihil cõferendo, sed est causa per accidens conferens ad geneH rationem, qm̃ est cã sine qua. non nisi. n. priuatio præfuerit generatio ipsa nũquam erit. verum superius diximus de hoc.

Qõ de creatione.

Tẽporalis creatio est simpliciter impossibilis apud Peri. & Plato.

In commentariis quæsitum est sit ne temporalis creatio, qualis illa intellectiuæ animæ: Peripatetica, an credita tm̃? In commentariis asserui creationem temporalem nec esse peripateticam, nec esse platonicam: in libro vero de intellectu asserui creationem temporalem, non tanquam expressam ab Ari, qm̃ nullibi, vt per se, quæsitum eadem determinauit. sed tanquã ea sequentem, quæ Arist. asserit, vel tanquã non repugnantẽ his, quæ ipse fatetur. demum in eo lib. quem scripsi nuperrime de immortalitate animæ, hæc oĩa retractaui, & asserui temporalem ipsam creationem saltem intellectiuæ animæ & esse peripateticam, & platonicam. non tñ, ꝙ de ipsa Aristo. seorsum quasi per se

quæsierit,

quæsierit, pro vtraq; parte adducendo argu. & opiniones, & tandem determinando sicut quæsiuit de æternitate mundi in libro de Cœlo, de Aeternitate motus in lib. 8. Physicæ Auscultationis, de vacuo, & de loco in libro. 4. eiusdem, & de continuo libro. 6. etiam, sed be ne tractando de aliis, obiter interseruit talem creationem. nam lib. 2. de Generatione Aialium disputans de generatione animalium, quæ fiunt ex semine, interserit de modo, quo intellectiua anima aduenit semini, & declarat tria, & quonam tempore recipiatur, & quonã modo, & vnde: hoc est, vtrum ab agente extrinsecus efficiente, an ex ipso semine traducatur. & loquitur de intellectu, qui accipitur pro tota ipsa intellectiua anima: nam pauloante se exponens, declarauit intellectũ, qui est intellectiua anima, esse formam, quã homo est hõ, & ita loquitur de intellectiua anima, quæ aduentu vltima est. & declarans illa tria, vult primo mentem semini aduenire vltimo loco post sensualem. quia, vt inquit, primo ei vegetaria, deinde sensualis ex semine traducitur, vltimo rationalis accedit: vbi inter rationalẽ, & intellectum nullam fecit differentiam, deinde declarans sm asserit rationalem non venire in semen, sicuti cæteræ veniunt, quæ educuntur de potentia materiæ, quod probat argumento sumpto ab operationibus animæ rationalis. deinde exponens tertium eam accedere, asserit extrinsecus, & ita ab agente extrinsecus ipsam producente, per quæ patet cum clarissime tpalem creationem assignasse. nam cum, vt inquit, rõnalis ex semi ne non traducatur, per generationem non fit, sed, cùm extrinsecus accedat, per creationem fiat, necesse est, nisi commentum illud quorundam fingatur, q fit per animationẽ, quæ nec est generatio, nec creatio. Quod cum sit commentum, dicamus creationem temporalem rõnalis animæ probari posse demonstratiue, si tria concedantur, quorum primum est, q intellectiua anima non desinit desinente corpore, cuius est anima. Deinde, q ipsa sit humani corporis forma & perficiens, & informans, Tertium, q sit pro numero corporum multiplicata. has tres suppositiones demõstrari posse in Commentariis de Anima clarissime declaraui. Ex his sequitur, vel intellectiuas animas creari, vel egredi, & ingredi corpora, sed cum hoc sm vbiq; Aristo. explodat, derelinquetur creationem intellectiuæ animæ omnino esse peripateticam. Et cùm in commentariis huius loci dixerimus huiusmodi creationem ex sensibilibus deduci non posse, dico eam posse deduci ex ipsis intelligere, & velle, quæ licet nõ sint per se sensibilia, tñ sunt per accidens sensibilia propter obiecta. via. n. quæ accipitur ab obiecto, scimus ipsum intelligere non dependere ab aliquo subiecto corporeo: est. n. obiectũ vniuersale immaterialiter, & sic scimus ipsum non dependere à corpore, quare scimus ipsum intellectum non dependere à corpore, & ita ipsum per creationem extrinsecus accessisse. Similiter ipsum velle via, quæ sumitur ab obiecto, scimus non dependere à corpore. experimur. n. duorum oppositorum sensibilium alterum nos mere libere eligere contra inclinationem corpoream, vt castitatem, in cuius contrarium nos inclinat appetitus Veneris, abstinentiam, in cuius contrarium nos mouet fames. Quare concludimus ipsum velle non dependere à corpore, hac via Arist. 2. lib. de Gñatione aialium vsus est, & cùm scierimus per intellectum formaliter nos intelligere, & velle, sciemus intellectum esse formam, quæ humanum corpus perficit, & informat: & cum etiam sciverimus formam vnã numero non posse informare non posse corpora numero diuersa, sciemus intellectum esse numeratum: & cùm non desinat cum corpore, nec migret de vno in alterum, sciemus eum per creationem accedere, hoc pacto creatio huiusmodi est res peripatetica.

Quod demonstratiue creatio demonstratur.

Intellectus & voluntas quo per creationẽ sint producta.

DILVCI. *Tetigere quidem igitur ipsam quoque alij quidam, sed non sufficienter. Primum. n. ex non ente simpliciter aliquid fieri fatentur, quatenus Parme nidem rectè dicere sentiunt. deinceps si quidem numero una est, potestate quoq; eis esse uidetur una. Hoc autem differt plurimum. nos. n. materiam & priuationem diuersa esse dicimus. atq; horum materiam quidem nõ ens esse per accidens, priuationem per se: & materiam quidẽ prope atq; quodammodo substantiã, priuationem uero nullatenus.*

ANT. *Tangentes igitur & alij quidam sunt ipsam, sed non sufficienter. Primo enim confitentur simpliciter fieri aliquid ex non ente, inquantum Parmenidem rectè est dicere. Postea uidetur ipsis, siquidem est numero una, & potentia tantum una esse. Differt autem hoc plurimum. nos. n materiam, & priuationem alteram esse dicimus, & harum hanc quidem esse non ens secundum accidens materiam, priuationem uero per se. & hanc esse prope substantiam aliqualiter materiam, priuationem autem nequaquam.*

Qui de materia loquuntur (vt inquit Themist.) alij omnino nihil de priuatione dixerunt. alij dixerũt quidem, sed imperfecte. nam hi, qui rerum materiam subiectum quoddam actu esse arbitrabantur & corpus, vt ignem, aquam, aerem, aut huiusmodi aliquod priuationem penitus ignorabant. Plato vero, cùm diceret materiam inter nõ entia esse annumerandam, innuisse vr̃ quodammodo esse in rebus priuationem: defecit vero primo, quia ex his quæ dixit, sequitur ex nõ ente iti eo q non ens generari res posse, & hoc quatenus Parmenidem laudat sentientem vnum ens esse, & id quod præter ens est, esse non ens, & ita vr̃ concedere ex simpliciter non ente fieri omnia oportere, qñ fiunt ex materia, quæ est simpliciter non ens. Secũdo errat Plato, quatenus materiam & priuationem et neque ratione siue definitione differre, sed qm̃ numero idem esse ambo illa videbantur, arbitratus est ratione quoq; idem esse, proinde equipollere definitione & potestate naturæ. His igitur duobus Plato errare vr̃. Primo igitur declarat quo modo Plato veritati plus aliis appropinquauit, & inquit {tetigere quidem igitur ipsam ma teriam quoq; alij quidam} vt Plato, deinde declarat q non sufficienter. & inquit. {sed non sufficienter.} propter duo, quæ explicat, & inquit. {Primum. n. ex non ente simpliciter aliquid fieri fatentur, quatenus Parmenidem rectè dicere sentiũt {vt dictum est, deinceps secundo errant, quia credunt, q si numero vna est materia cum priuatione, potestate & definitione atq; rõne vr̃ materia ipsis esse vna cum priuatione. particula illa vna græce est, monon, latine tñ vel solum, clarius vero legitur, vt transtuli. hoc differt plurimum dicere eadẽ numero, & eadem rõne: quia aliqua possunt esse numero eadem, differre tñ ratione, vt diximus. Hęc est positio Platonis, & eiusdem errores, vt vero veritas dicta magis elucescat, subscribit differentias inter materiam & priuationem. Prima est, q priuatio est per se nõ ens, materia vero per accidens non est: ea videlicet rõne, qua & priuatio non est, quam ipsa complectitur. Secunda materia vsque adeo prope est, vt sit ens & vt propinqua compositio sit, & pars ipsius de principalibus

Possunt aliqua numero eadem esse, & ratione differre.

libus altera, illa videlicet, in quam omnium fit resolutio. at priuatio nec prope ens, nec pars compositæ substantiæ, nec ad ipsam fit vltima resolutio. inquit {nos .n. materiam & priuationem diuersa esse dicimus, & horum materiam quidem non ens esse per accidens, priuationem per se} hæc est prima differentia. deinde ponit secundam, & inquit, {& materiam quidem prope} ens propter formæ receptionem, atq; quodammodo substantiam, priuationem vero nullatenus. hæ sunt duæ differentiæ, vt Aristo. dixit. & Them. declarauit.

An potentia materiæ sit simpliciter vna. Dubitat hic Expositor, quia non vr̃ q potentia materiæ sit simpliciter vna, sicut & ipsa materia, quia est respectu plurium formarum. Amplius vr̃ q sit accidens & non substantia. Rñdet ipse q actus & potentia diuidunt quodlibet genus entium, vt. 9. Meta. & 3. huius; quo fit q sicut potentia ad qualitatem non est aliud extra genus qualitatis, ita potentia ad esse substantiale non est aliquid extra genus substantiæ. non igitur potẽtia materiæ est aliqua proprietas addita essentiæ materiæ, sed materia s̃m suam substantiam est potentia ad esse substantiale. Vlterius ait, q eiusmodi materiæ potentia est vna numero subiecto respectu multarum formarum, sed rõne sunt multæ potẽtiæ s̃m habitudines ad diuersas formas, vt vna est paternitas subiecto, qua pater refertur ad plures filios, habitudine & rõne plures, quo modo posse sanari & posse infirmari rõne plura sunt, vt dr̃. 3. huius Expositoris igitur rõ consistit in hoc q recipiens, hoc est potentia, & receptum hoc est actus sunt eiusdem generis. Sed contra hoc fundamentum obijciunt quidam, primo eo dato nullũ accidens posset immediate recipi in substantia, & sic A accidens reciperetur mediante B, & B, iterum mediante C. & ita processus in infinitum. Secundo substantia s̃m Expositorem ponitur immediata ea receptiua accidẽtis, igitur recipiens & receptum non sunt eiusdem gñis. Tertio Expositor cõcedit vbiq; q essentia aiæ est immediatum principium & proximum receptiuum potentiarum, quæ apud ipsum sunt accidentia, & tñ entia recipiens & ipsæ receptæ differunt gñe, & sic nec potẽtia & actus.

Responsio eius. Tunc rñdet q potentia vno modo accipitur pro principio operandi, quæq; diuiditur per potentiam actiuam, & passiuam: Alio modo vt diuiditur contra actum, quę dr̃ potentia obiectiua apud nõnullos, & hoc mõ potentia & actus non tñ sunt eiusdẽ speciei, sed etiam eiusdem numeri. Illud .n. indiuiduũ, quod nunc est in actu, illud idem fuit in potentia: tunc dicunt, q potentia & actus sint eiusdem generis est falsum de potentia transmutandi, sed bene de potentia contra distincta actui, qualis non est illa materiæ, hæc

H est respõsio eorum, & ita dubitatio. Thomæ nulla est, nec solutio. Dupliciter vt mihi videtur isti confutatores errant. primo, quia non differt potentia primo & secundo modo accepta. Secundo, q non intelligunt põnem Expositoris. Quod vero non differunt, declaratur: quęro .n. ab eis illa potentia distincta contra actũ respectu Soc. aut equi gñandi, est aliquid, vel nihil oĩno. Si quidem nihil oĩno non plus est possibiles equus q̃ hircoceruus, aut id genus: nam possibilitas vtriusq; est simpliciter nihil. Si vero aliquid, quicquid sit, cum non sit in effectu, oportet in causis contineri. vel igitur in agente tñ, vel in materia, & agente. si in Deo tñ, tũc omnis res producenda crearetur, quod non est peripateticum. si vero in materia & agente: igitur vnam & potentia erit subiectiua siue passiua, & obiectiua contra

E actum distincta, & hoc voluit Expositor hic & Auer. 1. Cœli, cõ. 124. dum ait. omne possibile ab intrinseco esse possibile ab extrinseco. Secundo, & est idem clarius, equus generandus, qui distinguitur contra equũ genitum, cum sit possibilis fieri aut possibilitate contenta in causis actiuis, aut in causis passiuis, aut in vtrisq;. si in actiuis, igitur equus semper crearetur. si in passiuis & actiuis, igitur hæc possibilitas non differt à potentia receptiua, quod erat põ Expositoris. Dico igitur q potentia materiæ, vt respicit agens dr̃ principium transmutandi ab altero, & illa agentis vt materiam, dr̃ principium trãsmutandi alterum: vt vero respicit formam à qua est existere, distinguitur contra actum essendi, igitur vna est potentia, qua Soc. potest fieri, potentia distincta contra actum essendi, & potentia, qua forma eius potest recipi in materia ab agente. hæc de primo.

F Quod vero pace sua Expositoris mentem non habeãt, declaratur. nam Expositor non vult omne receptiuum esse eiusdem speciei & generis cum recepto, sed illud quod est potentia & principium & rõ. atq; medium recipiendi illud receptum. & huius causa est, quia finis & media in finem, vt dicit Auer. 5. huius cõ. 9. sunt eiusdẽ speciei. loquor de fine intrinseco, & non extrinseco. generatio .n. finis est extrinsecus alterationis, ideo non oportet vt alteratio & generatio sint eiusdem speciei. Medium autem siue principium recipiendi & finis intrinsecus vnius sunt speciei & generis, & hoc nũquam ab aliquo bono Peripatetico est dubitatum; receptiuũ autem illud, quod recipit, vt quod, potest esse diuersi generis à recepto, cum non finaliter ordinetur ad illud receptum: sed potius receptum ordinatur recipiens. Ex his patet, q non bene se habent ad Expositorem.

G ratio .n. sua videlicet de potentia, quæ est principium siue ratio, siue medium recipiendi actum. hæc .n. vt dixit Auerro. oportet esse eiusdem speciei. Pro solutione ad rationem est animaduertendum q accidentia sunt in duplici differentia. quædam quæ insunt substantię per medium propter suas perfectiones, vt actus omnes & accidentia per modum actus, quædam quæ non indigent medio quo insint, propter eorum imperfectionem, quia ad illa sufficit essentia subiecti, & propterea dicuntur fluere ab essentia sola, vt omnes potentia. Tunc ad rationes patet solutio, omnes concludũt substantiam posse recipere accidentia per essentiam, hoc concedit Expositor, sed ait substantiam non esse rationem & medium recipiendi illa, sed illa fluunt ab essentia immediate sine principio, propterea differunt ab essentia.

Commen. 79. Auer.

{Id est.} Commentum istud continet textus expõnem & digressiunculam. Secunda ibi. {Et dixit q materia.} Prima pars patet. verum colliguntur in illa, Platonis tres errores. Primus, quia concessit materiam esse simpliciter non ens per argumentum Parmenidis, & tunc patet ipsam non differre à priuatione. Secundus, quia voluit materiam & priuationem esse vnum numero & vnum definitione. quæ multum differũt. Tertius est, q per hæc sibiipsi cõtradicit, nam per hoc, q dicit materiam esse non ens, habet ipsam non esse, propter argumentũ Parmenidis: per hoc vero q vult materiam & priuationẽ esse vnum numero & definitione, sequitur, q materia sit. nam materia est eadẽ cum priuatione: igitur materia est. idẽ .n. & diuersum sunt entis differentiæ, & ita sequitur q materia sit & non sit. Sed dices

An materia et priuatio differant realiter et quo differunt.

ces contra, à pari arguo de priuatione. Nam per hoc ꝙ priuatio est terminus à quo generationis, ipsa non est. & per hoc ꝙ ipsa est eadem cum materia, ipsa est. quare sm Arist. idem erit, & non erit. Dici potest, ꝙ priuatio, vt videbitur apud Arist. in Prædicamētis dicit duo. aptitudinem siue potentiam ad formam, & per hanc Arist. supra reduxit ad materiam, volens priuationē nihil esse præter materiam, qua ratione cōcedere ipsam, vt sic esse ens: aliud etiam habet, quia dicit absentiā formæ, & quo ad hoc reduxit eā ad formā. sic. n. ipsa priuatio nihil aliud est q̃ forma absens vt dicebat Themi. tunc dico, ꝙ quatenus reducitur ad formā differt ratione à materia, & sic nihil est. quatenus vero reducitur ad materiam differt ratione à forma, & sic aliquo modo est. {Et dixit ꝙ materia.} Hæc est digressio, in qua primo colligit materiā & priuationē se habere vt subiectum & accidens, qm̃ materiæ accidit priuatio. Propter quod vult materiam esse non ens per acicdēs, quatenus denominatur priuata, vt nō equus, non bos, dicitur vero ens ratione formæ, quatenus dicitur aut homo aut canis, sed de hoc erit dubitatio.

Quodcunque ...ns est genera...le ac corru... p materiam. ... cuius natu... ē priuatio.

{Et ex hoc.} Concludit causam generationis & corruptionis, & vult, ꝙ omne ens sit generabile & corruptibile propter materiam, quatenus in natura materiæ est priuatio. Sed dices, in natura entis non pōt esse non ens: igitur in natura materiæ non est priuatio. Dici potest & bene, ꝙ esse in natura alicuius pōt intelligi dupliciter, vno modo per se, & sic definitio & accidētia per se sunt in natura subiecti: alio modo, quia nihil requiritur ad hoc vt insit, quo modo dicimus, ꝙ graue habet naturam descendendi, quoniam solis impedimentis remotis descendit, & hac ratione priuatio est in natura materiæ: quia nihil requiritur ad hoc vt materiæ insit, nisi solum remotis impedimentis.

{Et si in sua.} Quæret quis, vtrum etiam forma sit ita in natura materiæ, respondet ꝙ non, quia sic forma esset de essentia materiæ, quia esset in natura illius propter causam agentem, & non propter impedimentorū ablationē, quare tunc omne quod fieret, ex ente actu, fieret, quia ex materia vt formata illa naturali forma.

...n natura ma...ria nō est pri...atio simpli...ter.

{Quemadmodum.} Dicet rursus iunior, vtrū in materia sit priuatio simpliciter, hoc est oīum formarum. Respondet ꝙ non. quia vbi materia esset vniuersaliter priuata, materia esset non ens: nō. n. est ens nisi propter formam, & vbi esset simpliciter non ens: gñatio fieret ex non ente simpliciter, & cōcludit ꝙ materra nec est simpliciter formata, nec simpliciter priuata. vbi. n. simpliciter formata esset. generatio esset ex ente actu p se, vbi simpliciter priuata, esset generatio ex non ente simpliciter. igitur quasi composita siue cōtinens formam & priuationem. formam quidē vnam, & priuationem contrariæ formæ.

{Et ex hoc.} Concludit contra Auic. ꝙ corpora coelestia non sunt composita ex materia eiusdem rationis cum materia generabili, quoniam tunc essent generabilia & corruptibilia propter admixtionem priuationis cum natura eorum, affert autem tunc causam, qm̃ præcisa causa generationis & corruptionis est materia cum priuatione admixta, quod quomodo intelligitur, superius fuit expositum.

RECOGNITIONES.

IN commentarijs, Themistij expositionē secutus sum ad verbum, qui referens verbū {ipsam} ad priuationem arbitratur nūc Arist. loqui de priuatione, innumereq; Platonem de ipsa non nihil tetigisse inquantū materiam enumerauit inter nō entia. In eo. n. ꝙ materia est non ens, sequitur ipsam esse priuationem, & ita non nihil Plato de priuatione locutus est: ꝙ vero materia sit nō ens, probabat Plato argumēto Parmenidis. quia est præter ens. est enim præter ens in actu. ergo præter ens: & quod est præter ens, est non ens, ergo materia est non ens, cum aduersus Platonem obijceretur, ꝙ si materia sit non ens, aliquid simpliciter fiat ex nō ente, concedebat totum. Ergo Plato non nihil de priuatione locutus est. verum insufficienter. primo inquantum concessit aliquid fieri simpliciter ex non ente, quia ex materia, quæ est non ens: vt argumēto Parmenidis patuit. Deinde inquantum nullam prorsus inter materiā, & priuationem differentiā fecit, hæc secundū Themi. in commenta. Simplicius vero per {ipsam} materiam simul cum priuatione intelligit. Vbi considerādum, ꝙ qui Platonem præcesserūt, huiusmodi materiam cum priuatione nullo pacto tetigere. Quicunq; enim vnum ens esse censent, nullo pacto illam tetigere, nec quæcunq; omnia actu præexistere dicunt, nec etiam quicunq; generationem tollunt. propterea dicit, {tangentes igitur & alij quidam sunt ipsam}, s. materiam cū priuatione, vt exponit Simplicius. {Sed non sufficienter} & Simplicius Platonem intelligit, quia, vt inquit, Plato in Thimæo asserit materiam nullum ens actu esse his verbis, videlicet, formis subiectum non est recte apparatum, tamen omnibus formis carens, omnes suscepturum est. his itaq; verbis Plato videtur attingere aliquo pacto materiam simul cum priuatione, quod. n. aptum est suscipere id, quod non habet subiectum priuatum iure dici potest. Iure etiam dici potest ꝙ sit potentia & & non actu, & ꝙ non sit ens per se, sed per accidens. Quare Plato primus dixisse videt, ꝙ materia sit aliquo pacto ens, aliquo pacto nō ens. Præterea in alijs libris etiam Plato ens multipliciter dici demonstrauit, veluti Eudemus in naturalibus testatur, propterea tetigisse videtur & Plato naturam hanc. Alexander vero per {ipsam} intellexit materiam non priuationem, qm̃ Arist. in fine huius textus de materia loquens assignat differentias inter materiam, & priuationem, & hanc expositionem Auer. sequitur. Themist. vero, vt diximus, per {ipsam} priuationem intellexit: qm̃ illud, quod in fine textus de materia dicit, de materia dicit quatenus videtur habere priuationem in propria natura. Tandem Simplicius per {ipsam materiam intelligit, quoniam in fine textus loquitur de materia, cum differentiæ, quas assignat, superius sint assignatæ. Quod autem non sufficienter, Aristo. ostendit dupliciter, & dicit, {primo. n. confitētur simpliciter fieri aliquid ex nō ente, inquantum Parmenidem recte est dicere}, i. inquantum arbitrantur Parmenidem recte dicere. est igitur prima causa insufficientiæ, inquantum dixerunt generationem fieri ex non ente, arbitrantes argumentum Parmenidis, quo Syllogizabat materiam esse non ens, esse validum. probat enim Plato per argumentum Parmenidis materiam esse non ens sic, quicquid est præter ens est non ens: materia est præter ens, quia est præter ens in actu, & ita præter aliquod ens, & sic præter ens, ergo materia est non ens. argumentabatur igitur Plato materia est non ens, omne quod fit generatur ex materia: igitur omne quod generatur, fit ex non ente. Prima ergo causa insufficiētiæ est, quoniam errant de ge- *Prima rapē.*

E neratione: & hoc totum est, quia nõ plene viderunt naturam materiæ. si.n.vidissent perfectæ naturam materiæ cognouissent eam esse præter ens in actu, nõ autẽ pæter ens simpliciter, s. actu, & potentia. Plato ergo putans argumentum Parmenidis cõcludere, opinatus est materiam esse non ens: & sic postea lapsus est in errorem de gñatione, Aut põt exponi aliter, ꝙ primo Plato errauit, inquantum existimauit argumentũ Parmenidis recte concludere, materiam non esse ens, qm̃ sic cogetur dicere gñationem fieri ex non ente, & tunc lege sic. {Primo.n.} insufficiẽter tradiderunt, {inquantũ Parmenidem recte est dicere}, i. inquantũ dicunt Parmenidem recte dicere, ꝙ materia sit non ens. nam sic coguntur cõfiteri simpliciter aliquid fieri ex non ente. & hanc expositionem, vt Simplicius inquit, fere oẽs Græci expositores sequuntur, quare dicit, {sed non sufficienter subaudi tetigerunt. Primo.n. inquantum Parmenidem} secundum eos {recte est dicere} & supplendum est, nam sic dicentes {confitentur simpliciter fieri aliquid ex non ente.} hanc expositionem miratur Simplicius, ex eo, quia Plato clare in Sophista multis argumentis aduersatur Parmenidi, qui vnum ens esse dixit. Ego autem miror ipsum, qm̃ Plato fuit academicus, & propterea, inuenitur sibi contrarius. Nam Academici non determinant, sed oẽm partem, vt probabilẽ cõcedunt, propterea nõ mihi videt̃ remotũ, vt aliter dicat in Thimæo, aliter in Sophista. laborat aũt Simplicius exponere multis modis aliter hunc locũ. sed, cũ ea, quę dicit, nõ faciãt ad veritatẽ, bona frõte prætermisimus. Deinde assignat secundam insufficiẽtiam, & dicit, {postea videtur ipsis}, s. Platoni, {si quidem est} ipsa materia {numero vna, & potentia tãtum vna esse}, i. vt vna tantum sit cum priuatione potentia & ratione, & nullo modo differat, existimantes quæcunq; sunt subiecto eadem, esse & potentia, & ratione eadem. Contra quos dicit {differt autem hoc}, s. esse idem subiecto {plurimum} ab esse idem potentia, & ratione. propterea inter materiam, & priuationem asignat duas differẽtias, & dicit. {nos.n. materiam & priuationem alterã esse dicimus,} Quas differentias exponens dicit, {& harum hanc}, s. {materiam quidem esse non ens s̃m accidens, priuationẽ vero} esse non ens {per se.} est igitur prima differentia ꝙ materia sit non ens per accidens, qm̃ priuatio ei accidit {priuationẽ vero per se}. s. non ens, qm̃ non propter aliud est non ens, deinde asignat secundã. & dicit, {& hanc}, s. materiã dicimus {esse prope substantiam,} vno modo exponitur, i. prope formã, quatenus est in potẽtia ad formã. alio modo {prope substantiam}, i. prope substantiam compositã, vt exponit Simplicius: qm̃ proprie & potisimũ cum dicitur substãtia, intelligitur cõposita consequẽter intelligunt̃ huius partes. quia igitur materia est pars substantiæ compositæ, videtur esse prope substantiam. {priuationẽ autem nequaq̃} subaudi substantiam dicimus. cũ.n. priuatio sit absentia tm̃ procul à substantia est. præterea, si proprie, & primo substantia cõposita substantia est, deinde forma, cum materia suscipiat formã, materia propre substantiam dici põt. At, cũ priuatio formæ absentia sit, sit vt longe à substantia abesse dicatur. ex his patet materiam esse per accidens non ens, qm̃ priuationem participat, priuationẽ vero per accidens eius, quoniã in materia est, quæ est ens. hęc vt Simplicius inquit, est sententia Arist. de materia, & priuatione. Quid autem senserit Plato de materia, & priuatione, Simplicius laborat exponere authoritate Porphyrij referentis Dorcillidem in.n. lib. Platonicę philosophię, vbi Hermodori Platonis socij dictionem exponẽs, de materia & priuatione ad ipsius Platonis mentem disserit. Quæ disserere non inutile putamus. qm̃ si sunt contra positionẽ Arist. falsa esse credimus, cum Arist. positio de materia, & priuatione communiter ab omnibus teneatur. At si fuerint pro opinione Arist. non oportet in illis immorari, qm̃ positio Arist. satis dilucide intelligitur per ea, quæ ipse, & Expositores dixerunt, relinquamus igitur onus Simplicio, qui fere totum suum commentarium blacterizat in his, quæ prorsus sunt superflua.

Materia est præter ens actu non autẽ præter ens simpliciter.

Secunda expositio.

Academicorũ est oẽm partẽ vt probabilem cõcedere.

Contra vol... bosicatem. Simpl.

F DILVC. *Illi uero non ens magnum & paruum similiter aiunt, siue unum siue duo sint, ut modus iste trinitatis penitus diuersus ab illo sit, usq; huc itaque progresi sunt, ut aliquam naturam oportere subyci dicant: hanc tamen unam faciunt. Nam et si quidam dualitatem facit, magnum & paruum ipsam appellans: nihilo minus idem facit quando alteram, uidelicet priuationem despexit. Materies enim permanẽs quidem una cum forma causa est eorum quæ fiunt, perinde ac mater. Altera uero contrarietatis particula persæpe ei, qui illius maleficium mente concipit uidebitur non esse penitus.*

ANT. *Quidam autem non ens, magnum & paruum similiter aut simul utrũq;, aut seorsum utrũq;. Quare penitus alter modus est hic trinitatis, & ille, uerũ usq; ad hoc peruenerũt, q. oporteat quandam supponi naturam, hanc tamen unã faciunt, & enim si aliquis dualitatem facit, dicens magnum & paruum ipsam, nihil minus idem facit. Alteram enim despexit priuationem. nam subiecta quidem materia concausa formæ est eorum, quæ fiunt, sicut mater, altera uero pars contrarietatis multoties, utique uidebitur ad maleficium ra-* G *tionem protendenti, non esse penitus.*

aut ... sine verum μὲν γὰρ quidem enim

Continuetur litera. Nos, sicut dicimus vt visum est, illi vero vt Plato & sequaces magnum & paruum, quæ ex parte materiæ ponunt, similiter nõ ens esse aiunt. siue vnũ, siue duo illa sint, ita vt modus iste trinitatis penitus diuersus ab illo nostro sit, quãdo vt Them. ait nõ tres res, sed tria vocabula credũt esse principia. vel qm̃ trinitatem ponunt alia ratione, quia duo ex parte materiæ, vnum ex parte formæ, nos autem ex parte materiæ vnum, ex parte contrarij duo, & ita alius modus est trinitatis. verbum illud {siue vnum siue duo sint.} iuxta græcam constructionem esset, siue vtrunq;, siue seorsum alterum est: quod cũ cõfusionem faciat in lingua nostra, ad sensum ita latine dixit. Deinde vsquequo de veritati profecti sunt, & in quo defecerunt adiecit, & inquit, hucusq; itaq; progresi sunt vt aliquam natu- H ram oportere subijci, subaudi dicant. & quantũ ad hoc recte nobiscum sentiunt, hanc tamen vnam faciunt. nã & si quidam, vt eorum princeps Plato dualitatem faciat, magnum & paruum ipsam appellans, nihilominus idem facit, & sic pro vno computat, quando priuationem, quæ est altera despexit, ꝙ quantum ad hoc, ꝙ ponit illa duo reduci ad vnam materiam, recte ait, quomodo vero despexit priuationem, videtur bene dicere sed non bene dicit. Quod vero bene dicere videatur subscribit, materies enim permanẽs quidem vna cum forma causa est eorum quæ fiunt, vtpote compositorum, perinde ad mater quatenus receptrix atq; capax patet eẽ. Altera vero cõtrarietatis particula, hoc est priuatio, pısæpe ei, qui illius maleficiũ mentẽ cõcipit, videbit̃ nõ eẽ penitus. potius.n. gñationẽ impedire vr̃, q̃ ad illam

illã facere: ad quod fortasse Plato animaduertens à trinitate principiorum abiecit, & quo ad hoc, licet videtur bene sentire, non bene sentit, vt statim in proximo textu declarabit. Quo vero ad verba græca attinet, moira græce, latine est particula. Appellauit autem priuationem particulam, qm̃ inter principia minimum locum tenet. particula vero illa, parapam, latine est, præter omne, quod cum minime sonet apud nos feci, penitus, quia idem est.

Commen. 8 o. Auer.

Vtrum priuatio sit principium per se generationis.

{Inducit.} Commentum istud nullam aliam præter illam textus expositionem clamant.

Sed circa hæc quærunt, vtrũ priuatio sit per se principiũ generationis aliud omnino à materia, & forma: videtur ꝙ non, quia Arist. reduxit illã ad materiam, deinde ad formam: igitur non est præter illa duo aliquo modo necessarium. Secundo, vt Arist. arguit in litera, priuatio facit ad non esse: igitur non ad esse.

In ista quæstione respondet Ioannes, ꝙ priuatio est principium per se generationis, per accñs vero necessarium gñari, est tamen principiũ per se generationis dispositiuum, quia cõiungit̃ per se materiæ, quod est p se subiectũ ipsius gñationis. Sed hæc positio est delirario. primo videtur ꝙ priuatio non est per se principiũ generationis, qm̃ Auer. in litera ait, ꝙ est per se principiũ corruptionis, & Arist. etiã mõ vnũ & idẽ nõ põt esse p se principium duorum oppositorum incõpossibilium. quẽadmodũ nec forma ipsa est p se principium corruptionis. Secundo, si priuatio esset per se principium generationis, tunc per se faceret ad esse: qm̃ gñatio est esse, vel via ad esse. sed priuatio nõ facit per se ad esse, vt dicitur in litera: igit̃ non facit per se ad generationẽ. Secundo delirat, quia, si ipsa priuatio reduceretur, & esset principium gñationis per se dispositiuum videt̃ ꝙ à pari dimẽsio. & qualitates & dispositiones oẽs essent p se principia generationis, contra ipsum in alia quæstione. Propterea dicendũ cum Themi. & Auerroe, ꝙ vel loquamur de transmutatione vt trãsmutatio, aut vt hæc vel illa transmutatio. si vt trãsmutatio. priuatio est principium necessariũ & per se transmutationis, vt trãsmutatio, nõ tñ causa in aliquo genere causæ. Quod quidẽ sit principium patet, quia dicit ordinem saltem termini à quo vel ad quem. Quod nõ causa etiam patet, qm̃ in nullo genere causæ esse potest causa transmutationis vt transmutatio, quia si esset causa vt finis: tũc esset cuiuslibet transmutationis finis, & ita generationis, & eodem modo in alijs discurrere potes. Quod vero sit transmutationis principium per se patet, quia est pars definitionis illius, vt diximus: igitur principiũ rei illius. Si vero loquamur de transmutatione in specie, siquidẽ de generatione, dico cum Them. ꝙ priuatio est principium per accidens, non capiendo principium per accidens pro casu & fortuna, quæ sunt causæ per accidens raro & cõtingenter, sed necessario vt terminus è quo. patet, quia generatio est aut esse, aut via saltẽ ad illud, priuatio autem non facit ad esse, neq; ad viam illud, vt dicitur in litera, & Themi. notat. Si de corruptione loquamur, dixit Auer. ꝙ priuatio est per se principiũ corruptionis, qm̃ per se facit ad corruptionem. Ex his patet ad argumẽta. priuatio enim reducitur ad formam & ad materiam, vt induit rationem causæ, vt vero induit rationem principij ad nullum illorum reducitur. Hæc de dubitatione.

Priuatio ẽ principiũ p se trãsmutationis absoluta, spãlis vero, ẽ principiũ p accidẽs.

Vtrum priuatio sit res distincta à forma.

A Iuxta hoc quærunt, Vtrum priuatio sit res distincta à forma. videtur enim ꝙ sic, quia in hoc differt Plato ab Arist. In contrariũ est Arist. 4. Meta. vbi vult priuationes & negationes non esse ens nisi in anima. In ista dubitatione sunt duo extrema, quidam volunt ꝙ priuatio sit ens reale realiter distinctum à forma & materia. à forma quidẽ, qm̃ forma est ens reales positiuum, priuatio nihil positiui dicit præter materiam & formã: à materia vero, quia materia est subiectũ, priuatio est terminus realis ipsius realis transmutationis. Alij in extremo dicunt priuationem esse nihil reale præter materiam & formam. sed ab his distinctum ens rationis, vt Auer. 12. Meta. com̃. 4. & 14. cõm. vero 11. distinguit de non ente, & vult ꝙ sit triplex non ens simpliciter. Quod nec habet esse in re, nec in intellectu, Secũdum, quod non habet esse in re, sed bene apud intellectum,
B vt priuatio, quę nõ habet esse in materia, sed bene apud intellectum, Tertium, quod habet esse in re, sed non actu vt materia, & ita apud Auer. priuatio præter intellectum nullam habet entitatem præter materiã & formam, sed solũ est in intellectu. Pro prima positione arguunt quidam. Primo, nihil remouet̃ extra aĩam ab aliquo subiecto nisi per aliqđ positiuum: sed lumẽ remouetur à medio per solam priuationem: igitur priuatio est ens extra aĩam. Secundo transmutationis realis & extra aĩam terminus ad quem debet esse realis: sed corruptio est transmutatio realis, & terminat̃ ad priuationem: igitur priuatio est ens reale. Tertio, oĩs oppositio realis habet vtrosq; terminos reales: sed priuatiua oppositio est oppositio extra aĩam realis: igitur vterq; terminus est realis. Quarto, quod est per accidens sensile est reale: sed priuatio est sensile per accidẽs. 2. de Aĩa, visus n. est perceptiuus lucis & tenebræ. Quinto, tunc
C sequeretur ꝙ præter priuationẽ intellectus nihil esset cæcum, nihil surdũ. tenet cõsequentia, quia cæcũ & surdũ sunt priuationes, quæ nõ sunt extra aĩam. Sexto, qđ subest operationi artis videtur esse ens reale aliud à subiecto in quo est: sed priuatio, vt cæcitas recuperabilis, subest operationi medicinæ: igit̃ ens reale præter oculum. Septimo, ea distinguitur realiter quorũ vnũ remanet, & alterum non remanet: sed materia remanet pars cõpositi, & priuatio corrumpit̃: igit̃ differunt realiter.

Quod priuatio sit ens reale distinctũ à forma & materia.

Octauo, illa differunt realiter, quorũ vnũ alicui contrariatur, cui alterũ non cõtrariat̃: sed priuatio formæ contrariat̃, nõ aũt materia ipsa: igit̃ differunt realiter. Pro secũda positione Auer. Arguo, & suppono, ꝙ oẽ qđ est ens reale propria realitate distincta ab alijs põt esse subiectũ propositionis de secũdo adiacẽte, hoc pa
D tet, qm̃ esse nihil aliud importat vltra entitatẽ nisi compositionẽ, q̃ sine extremis nõ est intelligere, vt. 1. de Interpretatione diximus. tũc arguo, si priuatio est ens reale extra aĩam propria realitate. hæc erit vera, priuatio est. hoc vbiq; neganit Aris. dicẽs, ꝙ si hęc erit vera p se, priuatio est, tũc p se, ex eo qđ est, aliquid fieret qđ est derisio. Secũdo fortius, omne illud, qđ inest materię circũscripto ab ea omni ente reali, nõ est ens reale aliud à materia: sed circũscripto à materia oĩ ente reali priuatio adhuc sibi inest, vt patet parũ exercitatis: igit̃ priuatio nõ est ens reale. Tertio arguũt alij, oẽ ens reale est suba, aut accñs, vel subæ, vel accidẽtis quicq̃: sed priuatio nõ est suba, nec substantiæ quicq̃ nisi priuatio, neq; accidẽs, nec accidentis nisi priuatio: igitur priuatio nõ est ens reale. Vltimo, tũc priuationis esset priuatio, declarat̃, cuilibet enti reali cõtingẽti materia cõpetit ma-

Quod priuatio sit ens rationis.

teriæ illius priuatio. igiř priuationi cōpeteret priuatio. Propter hæc mihi videtur esse dicēdū, ꝙ priuatio vno mō reduciť ad materiam, & sic priuatio realiter nihil alud est præter materiam aptā sų paddēs carentiā, quæ est ens rōnis. Alio mō reduciť ad formā, & sic est absentia formæ, & hac rōne priuatio nihil aliud est nisi forma quæ remanet per ipsam corruptionē. vt si corrūpiť ignis, & remanet aqua, priuatio formæ ignis sm esse reale est forma aquæ addēs absentiā formæ ipsius ignis. priuatio siue reducať ad materiā siue ad formā. semper est ens reale, licet nō realiter distinctū à forma vel materia, sed solū per rationem cōsyderantē in materia carentiam, in forma illa absentiā. propter quod non male dicitur, ꝙ priuatio est extra animam, quò ad significatum materiale, siue quò ad esse materiale, quò vero ad esse formale, non nisi per animā. Hæc est positio Auer. & Themist. & Aristote. vbique.

Conclusio. Quo ad materiā priuatio ē ens reale, quo ad formam est ens in anima.

Tunc rōnes. Ad primam dico, ꝙ forma induciť præsentia agentis, priuatio absentia: tunc dico, ꝙ lumē deficit propter agentis cōseruantis absentiā, & propterea accidit priuatio. Ad secundū concedo, ꝙ terminus ad quē corruptionis est realis, verbi causa corruptioois ignis terminus ad quē est aquæ forma, quo ipsa est priuatio illius. & hæc est realis, & concedo ꝙ priuatio est extra aīam sm esse materiale suum. Per idem ad tertiū. oppositio.n. illa est realis, quia est inter extrema realia, & priuatio est realis realitate fundamenti. Ad quartū concedo, ꝙ priuatio est per accidens sensile vt aer tenebrosus, qui est priuatio sm esse reale, nō tamē propter hoc differt priuatio ab illo, nisi ratione & definitione. Ad quintū dico, ꝙ præter operationē intellectus multi sunt cæci, multi surdi, non tamen denominatione formali nisi intellectu cōponente diuidēte, hæc & illa. Per idem ad sextum cæcitas & id genus subsunt operationi artis sm esse reale, atq; materiale, non autem sm esse formale. Ad septimum dico, ꝙ priuatio non corrūpitur, sed desinit denominare materiam sm prædicationem formalē. Ad vltimū patet solutio: priuatio enim sm esse reale formæ, ad quā reducitur contrariať alteri formæ. formaliter vero non est, nec oppositio priuatiua, nec contradictoria. Hæc esset responsio Auerrois & Them. per hæc ad rationes patet solutio. Est tamen animaduertendū, ꝙ Plato in lib. Parmenidis argumento Parmenidis arguebat sic, quicquid est præter ens & præter vnum, est non ens, & dualitas: sed materia est præter vnum, quia præter Deum, qui est vnitas apud ipsos, & præter ens, quia præter decem Prædicamēta, quæ tantum sunt entia: igitur materia est nō ens, & est dualitas, videlicet magnum & paruum. Et ita Plato videtur velle materiam & non ens siue priuationem idem esse penitus. Sed in contrarium est Plato in Thimeo, vbi materiam esse formarum nutricem atq; receptaculum ait. Idem Altionus Platonicus in lib. de Doctrina Platonica. Idem & Plotinus in lib. de Materia affirmant. Dicendum igitur, ꝙ Plato in Parmenide posuit vnum ante ens, atq; eo cōmunius & prius. vt in Sophista etiam idem ait. Et tunc sub vno ponit Deū: sub ente vero decē Prædicamēta, quæ ab illa vnitate proficiscuntur. cum igitur materia nec sit Deus, nec sub aliquo decē Prædicamētorū, ideo ponit eam præter vnū & præter ens, ita cadit ab ente & ab vno, & p cōsequēs erit multitudo & non ens. nec sequitur nec est vnū nec ens, igitur nihil apud Platonem. nihil enim illud esse dicit, quod nec est ens, neq; vnum, neq; multitudo. Con-

Diluuntur rōnes, quæ priuationē aliquod reale dicunt.

Pō Platonis de materia, et cū Arist. consiliū.

E tra igitur hæc vt satis patet Arist. inuexit. Iamblicus in lib. de Secta Pythagori. ita inter hos cōsultat, ꝙ ens potest capi pro omni eo quod contra nihil distinguitur, & sic materia est ens, & priuatio non ens. Alio modo pro ente diuisio in decē Prædicamenta, quod a prima vnitate proficisciť, & sic materia nō est ens, qđ Aristo. etiam asserit. Hæc de positione Platonis & Aristo.

Quærunt nonnulli, vtrum materia cū forma sit causa eorum quæ fiunt. Hæc quæstio propterea hic inducta est, quia Aristo. ait materia cū forma causa est eorū quæ fiunt, & volunt intelligere accidentium. quod q̄q̄ non sit ad rem, breuibus nonnulli respondent, ꝙ materia cum forma sit causa in duplici genere causæ, vt materiæ quidem, saltem in qua, & effectiuæ, nā tale compositum est ratione formæ causa vt agens siue efficiēs. ratione vero materiæ causa vt subiectū. & ita causa bi-
F fariam accidentium. Moueňť aūt pluribus rationibus, sed potioribus. Primo, si materia cum forma, hoc est substantia cōposita, non est causa vt efficiens: igitur est causa vt materia tm: igitur substantia esset imperfectior accidente, qm̄ accidēs esset vt forma tm̄, & substantia, vt materia. Secundo, oīs causa vt materia tm̄, est in potentia mere passiua: sed oīs potētia mere passiua. 9. Metap. est contradictionis: igitur substantia cōposita esset contradictionis oīum accidentiū, & sic ignis posset frigidus, aut non calidus. Sed hoc stare nō potest. primo, si litera intelligitur, vt ipsi intelligūt, Arist. ait. materia enim permanens vna cum forma causa est eorum quæ fiunt perinde ac mater: modo, si per ea quæ fiunt intelligit Aristo. accidentia, textus est contra eos. Amplius in gñatiooe simpliciter materia non est causa simpliciter vt agens: igitur in generatione sm quid substantia
G cōposita, quæ est materia illius generationis, minime potest esse efficiens sm quid illius. Aris. enim supra materiā gñationis simpliciter cōparauit materiæ accidentium, quæ est substantia cōposita: igitur vt materia simpliciter in gñatione simpliciter est causa, vt materia tantum, & nullatenus vt efficiens. ita in gñatione sm quid substantia cōposita erit causa vt materia tm̄ sm quid, & nullo modo erit efficiens sm quid. Tertio, si substantia cōposita est causa effectiua accidentiū contingentiū in ipsa, vel igitur præsupposita dispositione materiali, vel nullo supposito. si substantia est causa effectiua immediata nullo supposito: igiť efficeret illa ex nihilo. si aliquo præsupposito, ē quo vel ē cuius potentia illa extrahit, cum nihil aliud esse potest nisi ipsamet? igitur alia materia extraheret aliquam formā de sui potentia siue præsentia alicuius agentis, cōtra Arist. 12. Metaph. tex. com. 30. Et licet quæstio trahi possit de acci-
H dentibus proprijs, quæ à nonnullis dicunť propriæ passiones, tamē principaliter quæstio est disputata solum de accidentibus per accidēs, & cōibus. Licet solutio sit eadem. sed de subiecto & propria passione alias dicemus, si cōtinget. Auer. 4. Met. cō. 2. inquit, prædicamenta.n. attribuunť substātiæ, non quia est agens, aut finis eorū, sed quia cōstituunť per illū. idē in lib. Destru. Destru. dispu. 2. in solutione dubij. 6. Ideo dico, ꝙ substantia cōposita est causa gñationis accñtium vt materia, & colligati ex substantia & accñte etiam vt materia, & nullatenus vt forma, nec vt agēs, nec vt finis, nisi quis æquiuocare velit de his, quod nō esset peripateticum.

Verū materia cū forma sit cā acciden...

Pro solutione tñ ad argumenta aoimaduersione dignū, ꝙ materia gñationis simpľr & materia gñationis sm quid differūt. nā materia gñationis simpľr est simpliciter

Conclusio. Substātia cōposita ē cā ... accidentiū.

compositorū ex substantia & accidente, at materia tātū, non aut vt forma vel agens ipsorum.

pliciter in potentia, cum non sit simpliciter in actu, sed secundum quid in actu oppositæ formæ, materia generationis secundum quid est in potentia sm quid & in actu simpliciter. ideo dicit materia in actu. Ex his oportet concedere primo ad mentē Auer. ꝙ aliqua materia est simpliciter & absolute perfectior sua forma, vt materia accidentis, licet posit dici sm quid imperfectior. causa est quia est materia simpliciter in actu. & hoc est vniuersaliter verum etiā in accidentibus per se vt calidum respectu ignis, & id genus. Secundo oportet concedere non omnem materiam esse contradictionis respectu formæ vt ignis respectu calidi, qm licet sit passiua & nullo mō actiua, est materia in actu, vt orbis respectu intelligentiæ. & hac ratione non oportet ipsam esse contradictionis ad formam & oppositum illius. Et sic auctoritas Arist. sola est de materia simpliciter. & per hæc patet solutio ad obiecta.

RECOGNITIONES.

CVm dixisset opinionem suam de materia & priuatione, nunc assignat opinionem Plato. & dicit, quidam autem} subaudi, s. Plato {non ens} subaudi ex quo generatio fit, non subaudi priuationem, & materiam nominat, {sed magnum & paruū similiter, aut simul vtrunq;}, i. siue vtrūq; simul fuerit {aut}, i. siue {vtrūq; seorsum} esse dixerit. & per vtrūq;, materiā & priuationē intelligit. q. d. qm quocunq; mō se habeant, non est per se magnum materia, paruum autem priuatio, aut ē conuerso, sed per magnum & paruum materiam Plato intellexit. materia enim si referſ ad formas, quas actu habet in se, finita & paruum quippiam dicit apud Plato. sin aūt referaſ ad formas, quas recipere potest, cū illæ sint infinitę, Magnum quippiam appellatur propterea concludit {quare penitus alter modus trinitatis est hic} videlicet Platonicus, {& ille}. i. & alter ille, quem nos exposuimus. nam hic ponit magnū & paruum, quæ duo sunt ex parte materiæ, vnum vero formam. ille vero noster vnum ex parte materiæ, duo aūt ex parte cōtrarij, igitur Platonica principiorum trinitas, & peripatetica differunt. Deinde exponit quo mō hic Platonicus trinitatis modus cōuenit cum suo, & dicit. {verum vsq; ad hoc perueniūt}. s. Platonici ipsi {ꝙ} videlicet pro rerum naturalium generatione {oporteat quandam supponi naturā} nā, vt Simplicius dicit, siue pro nomenclatura materiæ vno noīe vtanſ, siue duobus, videlicet magno & paruo, in idem vergunt. Ideo dicit, {hanc tamen vnam faciunt,} licet pluribus nominibus, ipsam appellarint. {et. n. si aliquis} s. Plato {dualitatem} videlicet ex parte materiæ sit subaudi {dicens ipsam magnum, & paruum, nihil minus idem} & vnum tantū subiectum ipsam {facit.} qm licet pluribus nominibus nuncupeſ, tn̄ vna natura est, quæ subijcitur, & assignat causam, et dicit, {alterū. n.} videlicet {priuationē despexit, sic idem Plato cū ijs efficit, qui vno noīe materiam appellarunt. deinde vt Alex, dicere videtur, assignat causam, quare Plato formam despexit, & dicit, {nam subiecta quidem materia concausa formæ}, i. simul cum forma causa est {eorū, quæ fiūt, sicut mater,} qm vt Simplicius inquit, materia est vt mater, forma autē, quæ in materia est, causa est vt virtus seminalis data à parte hac ratione Plato materiam aliquando matrem, aliquando locum vocat, aliquando nutricem. priuatio vero potius causa est, vt corrumpantur, ideo dicit, {altera vero pars contrarietatis} videlicet priuatio

A {multoties}, i. semper {vtiq; videbitur protēdenti rationem ad ipsum maleficum}. i. ad ipsam corruptionē {non esse penitus}, s. causa. qm ipsius non esse nulla est causa. Sed potius ipsius nō esse causa est defectus atq; formæ absentia. ergo priuatio non est enumerāda inter principia, quare nec inter entia. hæc de mēte Plato.

Vtrum priuatio sit malum.

Hic accipit Alexander ꝙ priuatio sit malū, qm est causa malorum. Cōtra quæ Simplicius obijcit, qm materia & priuatio alicuius boni gratia constituta sunt, veluti venarum incisio, & cauterium, quibus vtunſ Medici. Hæc. n. non sunt per se bona, cū hæc per se nullus appetat, nec tamen sunt per se mala, siquis sanitatē inspexerit. sic materia & priuatio nō sunt per se mala, sed tanquam necessaria à conditore cōstituta sunt ad cunctorum perfectionem. conferunt. n. substantiæ rerum generabilium, & corruptibilium. materia quidem, vt B quæ subiacet generationi, priuatio aūt vt ē qua est ipsa generatio. si. n. nō essent res generabiles, & corruptiles, vt Plato deducit, imꝑfectus esset mūdus, patet igiſ sm Simpliciū priuationē esse ꝑ se malum, ꝑ accn̄s vero bonū. formā vero contra ꝑ se bonū ꝑ accn̄s malū, quæ vtrum ita sint, satis sit nobis locum monstrasse.

DILVC. *Existente enim diuino quodam & optimo & appetibili alterum quidem contrarium ipsi esse dicimus, alterum uero id esse quod illud appetit, & suapte natura exoptat. Alys uero contrarium, suipsius uidelicet corruptionem appetant, accidit. Sed idem non potest seipsam formam appetere, cum suimet non indigeat, neq; contrarium: corrumpunt enim se mutuo contraria. igitur materia, quemadmodum fœmina marem, atq; turpe pulchrum. uerum ipsa non est per se turpe, sed per accidens, neq; fœmina, sed per accidens.*

C ANT. *Existente enim quodam diuino, & optimo, & appetibili, aliud quidem contrarium ipsi dicimus esse, aliud autem, quod aptum est appetere, & desiderare ipsum secundum ipsius naturam. quibusdam autem accidit contrarium, appetere sui ipsius corruptionem. Et neq; ipsam sui ipsius possibile est appetere speciem, propterea quia non est indigens, neq; contrarium: corruptiua enim sunt adinuicem contraria: igitur hoc est materia, sicut si fœmina masculum, & turpe bonum, nisi quod non per se est turpe, sed secundum accidens, neq; fœmina, sed secundum accidens.*

Igitur. ἀλλὰ sed.

Litera ista potest exponi sm Them. & Auer. potest exponi, vt cōiter expositores exponunt & non peruerse. Vt mihi videtur, cœpit Arist. dicere, ꝙ apparēter Plato bene fecit à generatione remouere priuationē. nūc ostendit, ꝙ secundum rei veritatem male fecit, & syllo D gismus suus est. illud, quo materia appetit suiipsius corruptionē, à generatione nō debet demi. Materiæ corruptio est gñatio eiusdem: quare, si nō pōt materia corrumpi, nisi propter priuationē. necessaria est priuatio generationi, vel sic & in idem venit, id, quo materia appetit formam, necessarium generationi est: priuatione materia appetit formam: igitur priuatio necessaria est generationi. In tota ista litera nō probat nisi minorē. & supponit esse tria, vnum formæ contrariū, aliud formam appetens, aliud suiipsius appetens corruptione ꝑ accn̄s, & per consequens per se suiipsius generationē. nec probat aliquod horum, sed tantū sumit vt ꝑ se nota, tunc arguit, nō pōt forma appetere suiipsius esse, nec suiipsius corruptionem, nec potest forma contrarium appetere. vtpote quicquid sit illud suum contrarium per idem, quia illa se mutuo corrumpunt: igitur ap-

petens formam erit materia, & non per se, sed quatenus turpe & imperfecta, & sic quatenus priuata: hæc est minor, Inquit {existente enim quodam diuino & optimo, & appetibili} vtpote forma, vt expositores exponunt, aut Deo ipso, vt dicemus, & exponit Themist. alterum contrarium quidem ipsi diuino dicimus esse, alterum vero id esse, quod illud diuinũ appetit, alterum & tertium, cui appetere suijpsius corruptionẽ accidit. & hoc inquit, alijs vero cõtrariũ, suijpsius corruptionẽ appetant, accidit qđ sic ad verbũ transtuli, quia in græco non est clarum. Sunt igitur tria appetẽs formã, contrarium formæ, appetens suijpsius corruptionem p accidens, & per consequens suijpsius generationẽ per se. hæc sumit & non probat, q̃m partim p dicta, partim in Metaphysica patent. Tunc arguit & inquit. {Sed idem non põt seipsam formam appetere} quo appetitu sit capax generationis sui, cum suimet non indigeat. neque idem potest suum contrarium appetere, quo recepto fiat suijpsius generatio: corrumpunt.n.se mutuo contraria. igitur materia appetit subandi formam. Cum.n. forma non appetat se, nec vnum contrarium alterum, igitur materia appetit formam, quemadmodum fœmina marem siue masculinitatem, & turpe pluchritudinẽ particula illa igiť, & si græce sit, ἀλλά, quæ videť aduersari, non aduersatur, nisi quatenus infert, ideo illatiue transtuli. Deinde complet minorem. & inquit {verum ipsa non est per se turpe, sed p accidens} ratione priuationis sibi additæ neq; est per se fœmina, sed per accñs ratione priuationis. cum igitur ipsa appetat quatenus turpe & imperfecta. & hoc non nisi propter priuationem, iure priuatio videtur causa appetitus materiæ, & ita patet minor. Et scias, q̃ in expositione huius literæ valde laboraui. & vt mihi videtur, expositores ob malas & occultas translationes nihil boni in hoc dixerũt.

Commen. 81. Auer.

{Cum declarauit.} Auer. introducendo tex. innuit expositionem nostram: & vult, q̃, dum Arist. declarauerit q̃ priuatio primo aspectu non sit necessaria, modo declarat q̃ secũdum veritatem habet authoritatem in generatione, & q̃ mixtio eius cum materia est causa desyderij naturalis materiæ ad formam & q̃ propter hoc res sunt generabiles & corruptibiles. hæc est optima introductio, licet expositio, quã verbis dabit, propter malas translationes non conueniat.

{Et quia.} Licet commentum fere pateat, nonnullas digresiunculas tangam, Dicit igitur primo, q̃ priuatio est in materia de necessitate. dicit secundo, q̃ in entibus datur quædam diuina perfectio maxima, cui omnia appetunt assimilari, vt Deus. & quãtum ad hoc sectať Themi. dicit tertio, q̃ materia appetit tanq̃ vna de entibus etiã ipsa assimilari primo principio, quatenus est priuata & imperfecta. & hoc quantũ põt, istud vero quod potest est appetere receptionem formæ.

An materia formam appetat.

{Et intelligit.} Arguebat Auic. contra Arist. Primo, quia materiæ non competit nec appetitus animalis, vt patet, neq; appetitus naturalis, q̃m omnis appetitus naturalis vel est propter formam, vt in plantis ad nutrimentum, aut propter virtutem & inclinationẽ naturalem, vt in graui, quod grauitate mouetur deorsum. Secundo, si materia appetit formam, aut quia caret omni forma, quod esse non põt, aut quia appetit habere multas formas simul, quod etiam fieri non potest, aut quia formam quã habet odit, quod etiã fieri nequit. Soluit

E Auer. primam, & vult q̃ appetat formam appetitu naturali, non qui sequitur formam, sed qui sequitur illud quod materia habet de motu ad formam. Exẽplum de plantis pro tanto videlicet, pro quanto arguit posse esse appetitum sine cognitione. differt tamen ab appetitu materiæ, quia ille appetitus plantarum sequitur formam nutritiuam, hic materiæ appetitus non formam, sed id quod materia ipsa habet de motu ad formã, qđ quo modo intelligatur, postea disputabitur.

{In materia igitur.} Respondet ad secundum, concedo q̃ materia appetit oẽs formas appetitu dicto. nõ autem recipit omnes simul, nec multas, sed alternatim, quando agens est præsens. causa aũt est vt addit Expositor, quia recepta vna forma semper remanet potentia ad aliam, & ita nõ appetit aliam, quia odit eam quã habet, sed quia est in potentia ad alias, nec ꝑpter hoc

F q̃ appetat contraria esse simul. sed eo solo, q̃ est in potentia ad alias dum vnam habet.

{Qui aũt.} Facit contra Platonem ex textu suo barbaro tale enthymema: Si priuatio non esset in materia, non esset appetitus in illa materia, siue in entibus ad recipiendum formam, post formam probat enthymema. quia, si materia appetit formã, aut quatenus actu, aut quatenus priuata & in potentia. Si quatenus actu, tunc per se & non per accidens appeteret suijpsius corruptionẽ. vt exercitatis patet. si propter priuationem & potentiam, habetur propositum. {Et hoc quod.} Declarat idem alia ratione, quamq̃ incidat in idẽ si nõ esset materia carens forma, non esset aliquod appetẽs formam post formam, q̃m si esset, & nõ propter carentiam, tunc natura ageret ociose, aut violenter, quatenus poneret in entibus potentiam ad corruptionẽ vt

G sunt in actu, quod est impossibile, cum omne ens diligat se permanere, oportet, igitur vt detur aliquid, quod careat forma, vt appetat formam, & ita appetitus est in materia ꝑp diminutionem, quã significat priuatio.

{Licet non vsitatur.} Arguebat tertio Auic. contra Aristo. q̃ ipse vsus est rebus metaphoricis, contra præceptum suum in Rhetoricis. In scientia enim demonstratiua non sunt vsitanda metaphorica. Respondet, illud non esse inconueniens in rebus difficilibus, quæ intelligi non possunt nisi comparatione, qualis est materia. Expositor autem addit, q̃ eiusmodi vsus est contra Platonem, qui etiam talibus vtebatur.

Quæstiones.

An materia formam ... priuationis appetat

SEd hic quærunt primo, vtrum materia appetat formam. Secundo dato q̃ appetat, vtrũ appetat assimilari Deo mediãte forma. Tertio vtrum aliquid appetat corruptionem sui vel semper se permanere.

An assimilari per ipsa Deo.

H Quarto, vtrum priuatio sit causa appetitus materiæ vt appetat formam. Quinto vtrum appetitus ille sit idem quod rẽs ipsa appetens. Sexto vtrum mixtio priuationis cum materia sit causa generationis & corruptionis. Et si quæstionum harum nõnullæ solutæ sint, quia alij mouent & concitant me ad noua, ideo pertractabunť breuibus. Quod materia nõ appetat formã arguere solebam, oĩs appetitus est aptitudo quædã impellens rẽ ad finẽ, vt in lib. dicitur de Bona Fortuna: oĩs aũt aptitudo proficisciť à forma: in hoc.n. differt à potentia. sed materia nullam habet formã: igitur nõ appetit formã. Secundo, appetitus sectatur comprehensionem, sicut vmbra corpus. 12. Meta. com. 38. &. 2. de Aĩa. tex. com. 20. &. 3. de Anima tex. com. 59. sed materia non cognoscit formã: igitur non appetit formã. Tertio arguũt, si ipsa materia appetit formã, vel eam q̃ habet, vel eam

An sui aliquid corruptionem appet...

Rebus obscu... ... ... metaphoris.

An materiæ appetitus ... la distinguatur

An mixtio priuationis cum materia sit gen... rationis, et co... ruptionis cã.

quam

quã nõ habet non eam quam habet, quia appetitus est ratione carentiæ, vt dicitur in litera, nec eam q̃ nõ habet, quia illa nihil est, & p consequens nõ põt appeti.

Respõsio Thē. Materia formam appetit formam, ex ordinatiõe et cognitione primi agentis.

Ad quæstionem respondet Themi. & inquit. ea appetitio quonam modo est in materia? Respõdet, profecto verissimũ puto, q̃ dicitur, prouidentiam fuisse, quę & turpi desyderiũ honestatis & egenti opulentię quantum sit satis, iniecerit. Et ita velle videtur materiam appetere formam appetitione intellectiua, quę appetitio est in prima prouidentia vt inordinante, est in materia vt in mota & regula: opus. n. naturæ est opus intelligentiæ non errantis. 12. Meta. cõm. 18. & hanc positionem sectatur Albertus ipse.

Pō Auic. Materia nullo mõ formam appetit p suã essentiam.

Auicen. non ignarus rerum physicarum voluit materiam bene esse in potentia ad formam, nõ tamen concedit materiam appetere formam. & per idem concedit potentiam illam esse causam generationis & corruptionis ratione priuationis.

Pō Auer. Materia per suã essentiã formam minime appetit, sed p id qđ habetur de motu ad formam.

Auerroes aũt vult q̃ materia appetat formam non appetitu animali, aut rationali, sed naturali. et, qm̃ omnis appetitus sequitur aliquid, quod est aut forma, aut se habens vt forma, dicit, q̃ materia non per suam naturam appetit formã, sed per illud quod habet de motu ad formam, & sic videtur velle cum Auic. q̃ materia per suã essentiam non appetit formam: cum Aristo. vero q̃ appetat: sed per illud quod habet de motu ad formã, qua ratione euenit, vt materia non appetat formam anteq̃ mouetur ad illam, sed solum tunc cum mouetur.

Expõ Auer. ab expositore.

Expositor, è quo alij acceperunt, videtur exponere dictũ istud Auer. q̃ velit per motum ad formam quandam idoneitatem siue ordinẽ materiæ ad formam, siue vt alij explicant tendentiam, aut inclinationem ad illam. hæc. n. inclinatio est tanq̃ principium motus materiæ ad formam, & hoc intelligit ipse per illud quod habet de motu ad formam.

Alia expõ.

Alij etiã explicatius, licet in idẽ veniant, intelligũt appetitum naturalem passiuum, & hic nihil est, nisi illa inclinatio, siue ordinatio, vt dicit Expositor.

Confutatio.

Sed certe hæc non sonant. nam potẽtia mere passiua est contradictionis æqualiter ad esse, & ad non esse, vt dicitur. 9. Meta. tex. cõm. 17. Cum igiť materia sit potestas patiendi tantum, non videtur esse sua natura magis propensa ad formam quam ad priuationem formæ.

Propria expositio alias.

Propterea alias dixi, q̃ Auer. per id quod habet materia de motu ad formam innuit formam genericam, vtpote formam corporis, in qua continentur omnes formæ, & de qua omnes extrahuntur. hæc enim est omnium formarum semen, siue inchoatio generalis, per quam materia ipsa appetit formas specificas, & per hanc habet aliquid de motu ad formam, quia hæc omnes quasi formas quodam generali primordio. hæc erat mea respõsio alias, & est optima solutio.

Secunda propria.

Sed quia multi non tenent hanc formam, ideo dico q̃ materia appetit formam appetitu extrinseco intellectiuo, vt dixit Themi. appetitu naturali intrinseco per illud quod habet de motu ad formam, hoc aũt est dispositio qualitatiua & quantitatiua, sine qua materia non appeteret nec tenderet aut inclinaretur ad formam magis q̃ ad priuationem, licet sine illa esset in potentia passiua ad formas. & sic Auer. quasi inter Auic. & Arist. consultauit. & hoc modo dictum Arist. intelligi debet.

Solutio rõnũ.

Tunc ad rationes. ad primam patet solutio per hæc. Ad secundam similiter. solum enim illa authoritas vera est in appetitu animali. Ad tertiã, sunt qui dicunt, q̃ eam q̃ non habet appetitu desiderij, quam habet, appetitu cõplacentiæ: appetit autem eam quam non habet, sed potest A habere. & ita nihil actu est aliquod possibile, quod potest esse in actu: Sed hæc expositio est contra tex. ait. n. idem non appetere quod habet: quia appetitus est ratio carentiæ, & sic velle videtur appetitionem esse semper ad rem non habitam. & sic teneri potest, q̃ possidens non appetit rem quã habet, nec sequitur: igitur odit, qm̃ inter desiderare & odisse, medium est possessio, quę nec est odium nec desideriũ, sed finis desiderij, & fruitio desiderati. Hæc de prima quæstione.

An appetat assimilari Deo. Solutio.

Quod non appetat assimilari Deo, arguo. Impossibile non est appetibile: sed materiam assimilari Deo est impossibile, qm̃ distat ab illo per infinitum. igitur non est appetibile. Dicẽdum primo, q̃ Deus potest dupliciter considerari. vno modo vt summum bonũ & finis, & summa totius perfectio, & sic, vt sic non est finitum, nec infinitum, sed solum est optimum & oĩum B perfectissimũ. Alio modo põt considerari vt Infinitũ ens, & hoc modo nihil est sibi assimilabile. Dico secundo, q̃ materia, & vnaquæq; res dici põt assimilari Deo similitudine æqualitatis, & sic nihil appetit naturaliter assimilari Deo, cum sit impossibile, & appetitus nõ sit impossibilium. Alio modo similitudine proportionis, quo paterfamilias assimilatur regi. nã, vt ipse rex præsidet regno, sic paterfamilias presidet domui. Tũc dico q̃ materia appetit assimilari Deo: nõ quatenus ille infinitus est, sed quatenus summum bonum. non appetitu æqualitatis, sed proportionis, ad cuius finẽ quandoq; venit mediante forma qua participat actualitate & operatione, sicut Deus. Et hoc non intellexerũt recentiores hic. Ad argumentum patet solutio.

An aliquid appetat pmanere semper.

Quod vero nihil appetat semper permanere arguũt quia impossibilium nun est appetitio: rem generabilẽ C perpetuari est impossibile: igitur non appetibile. Cõis solutio est, q̃ nullum indiuiduum appetit semper manere perpetuo ſm esse indiuiduale, quia illud est impossibile. sed bene ſm esse specificum. Et fundamentum est, quia appetitus est, aut natura ipsa appetentis, aut illam sequens. igitur tantum protẽditur appetitus, quãtum natura appetentis: sed natura non protẽditur perpetuo secundum esse indiuiduale: igitur nec appetitus erit magis protensus.

Confutatio.

Sed hæc solutio videť dubia. primo quicquid est naturale speciei. est naturale indiuiduo igitur quicquid cõpetit alicui secundum rationẽ speciei, potest cõpetere ei secundum rationem ipsius indiuidui: sed appetitus ad semper esse competit indiuiduo ſm esse specificum. igitur ſm esse indiuiduũ. Secundo, esse perpetuum est pars per se appetibile: igitur omne est ppetuũ. tenet enthymema à per se de omni. D omne esse perpetuum est per se appetibile: igitur etiã esse indiuiduale. Teneri igiť põt probabiliter, q̃ omne cõpositum ex materia & forma, & ſm esse specificũ, & ſm esse indiuiduũ appetit ppetuari per se, quicquid sit per accñs. nec habeo pro inconuenienti appetitionem esse impossibiliũ, qñ illa impossibilia possunt aliqua ratione possibilitate participare: nam sic non frustra erit desideriũ, cũ aliqua ex parte attingatur.

Appetitus quãdo impossibiliũ.

Amplius, indiuiduum desiderium frustrari est necessariũ: materia. n. est in potentia desideratiua ad formã, quæ per infinitũ tempus mediũ post respicit, vbi nunq̃ recipiet, & desideriũ illud frustrabitur. Sic dico, q̃ equus meus desiderat perpetuari ſm esse propriũ, & hoc desideriũ est ad impossibile, & frustra simpliciter & absolute, quia indiuiduum aliqua tamen possibilitate participat ſm mixtionem q̃ habet cum esse specifico. Et ita patet, q̃

appetitio potest esse maior natura indiuidua, non autē maior natura specifica. hæc solutio sit dicta pro nunc, & si reperies à me contrariū in lib. de Generatione, aut alibi, non curo, qm̄ sumus in materia probabili, in qua opiniones variantur, vt dicitur Primo Meteororum.

An priuatio sit cā appetitus materia. Quòd priuatio nō sit causa appetitus materiæ probatur, quia in nullo genere causæ. Amplius, ꝙ nihil est, nullius est causa: priuatio nihil est, appetitus aliquid est. Tertio, si priuatio esset causa appetitus materiæ, tunc idem appetitus multotiens rediret in materia. Declara-*Solutio. 1.* tur, quia priuatio A, ignis nunc est in materia appetitus ad A, ignē, quo recepto, cessat appetitio: corrupto vero redit eadem priuatio quæ erat A, ignis. igitur idem appetitus, quia eadē causa. Cōiter dicit, ꝙ priuatio est occasio reducibilis ad materiā, & nō causa ꝑ se, & principalis, sed causa sine qua nō, & ita ē occasio appetēdi.

Sed hæc responsio est dubia. Primò, priuatio nō est ens, vt dixit Aristo. igitur nō est occasio, à superiori negatiuo ad inferius.

Secundo, materia perpetuo appetit formam: nulla priuatio est perpetua materiæ, igitur nulla priuatio est causa vel occasio appetendi. Dici igif pōt probabiliter *Solutio. 2.* ꝙ priuatio pōt capi dupliciter. Vno mō pro pura absentia siue carentia, & sic cū nihil sit, nullius causa vel occasio est. Alio mō pōt capi pro motu illo, quē habet materia ad formā, & sic priuatio erat dispositio proxima materiæ, & sic est occasio appetitionis. Declaraf. Nam eo modo priuatio esse debet occasio, quo modo materia appetit: sed nō appetit nisi ꝑ illud qđ habet de motu ad formā: igif motus ad formā ē causa appetitionis. priuatio igif accepta pro illo motu causa est vel occasio appetitionis, & ꝑ hæc patet ad prima duo. Ad tertium similiter. ille.n. motus nunq̄ redit in materiā idem numero, ideo nec idem appetitus, nec eadē priuatio, si accipiatur pro illo mō. vbi accipit pro absentia, illa redit, & sic appetitus rediret. Hæc de quarta quæstione.

Vtrum appetitus differat à re appetente. Solutio. 1. Quòd appetitus differt à re appetente, arguūt, quia appetitus desinit & res manet. Dicūt quidā ꝙ tria sunt de ratione appetitus, sine quorū vllo erit appetitus appetens aliquid denominans. res videlicet ordinata ad perfectionem, carentia ꝑfectionis, & possibilitas illius vno horū deficiente, cessat ratio appetitus, & res non pōt denominari appetens. Ex hoc sequif primo, ꝙ appetitus differt secundum rem à re appetēte, quia superaddit ordinē, possibilitatem & carentiam. Sed cōtra arguunt, quia tunc appetitus esset aggregatum ꝑ accñs,
Solutio. 2. nam illa tria nisi faciūt vnū per se. Ideo dicunt aliter, ꝙ in materia est primo potentia absoluta, deinde priuatio post hanc potentia respectiua, vltimo appetitus. Fluit igitur appetitus à respectiua potētia, hæc à priuatione, priuatio à potentia absoluta, absoluta potētia ab essentia materiæ, vel omnia fluunt à materia, sed vnum altero mediante. Ex hoc patet, ꝙ appetitus ille desinit esse, quia potentia respectiua desinit esse, & potentia respectiua etiā. quia priuatio desinit, & hæc nūq̄ generantur. Sed hæc positio est bonus color rhetoricus: sed nō verus. Ideo arguo cōtra hæc. Illud, qđ competit materiæ circūscripto oī accñte, nō est accñs materiæ: sed appetitus cōpetit materiæ circūscripto oī accñte: igitur nō est accñs materiæ. Minor patet: qm̄ circūscripto omni accidente, adhuc materia est imperfecta & carens, & omne imperfectū appetit suā perfectionem, qn̄ caret
Solutio. 3. illa: igitur materia appeteret. Propter hæc tenendo ꝙ materia appetat, licet contrarium diximus, dico, ꝙ te-

E neri pōt ꝙ materia & appetitus sunt nomina pro eodē supponentia, vt Sorticolæ dicunt, quia ambo pro materia. Differunt autem penes cōnotata. nam appetitus connotat carentiam, materia non. vel quod idem est, sunt idem in subiecto, & differunt ratione. Sed dices, tunc idem corruptum posset redire. nam eadem priuatio numero redit, vt supra inductum est. Dici potest, ꝙ non est eadem priuatio præcedens formā generationem, & sequens eius corruptionem, quia priuatio præcedens priuat solum formam, sequens vero priuat tam formam q̄ potētiam respectiua ad illam: & hoc modo forte intelligit prima positio, & sic satisfit ad rōnes. *Nominales vide.* *An eadē priuatio redeat.*

De cā corruptionis. De sexta dubitatione quidam incusant Auer. Nam Arist. & ipsemet Primo Cœli, dicunt contrarium esse causam corruptionis, vt tex. commen. 20. Similiter primo capite de Substantia Orbis dicitur, ꝙ materia, contrarium, & dimensio sunt causæ, quia causæ æternitatis
F sunt carentia cōtrarij & materiæ. igitur causæ erūt corruptibilitatis materiæ & contrarium. quam etiam rem approbat ipse. 2. huius, com. t. Sed isti male reprehendunt Auer. vt patuit supra, vbi de causis corruptibilitatis est disputatum. Quidam satisfaciūt ad contradictionem, ꝙ materia cum priuatione est causa principalis, dimensio, & contrarium causæ minus principales. Nos supra diximus, ꝙ principia intrinseca & proxima trāsmutationis in genere sunt materia, forma, & priuatio generationis quidem in specie per se materia cum forma, corruptionis vero materia cum priuatione, dimensio est dispositiua causa, contrarium est causa extrinseca & remota. Hæc de dubitationibus.

RECOGNITIONES.

G Simplicius velle videtur, ꝙ, cū posuisset differētiam inter materiam & priuationem, nunc velit probare, ꝙ materia sit alia à priuatione per hoc ꝙ materia appetat formam, non autem priuationem. Hęc expositio placet, qm̄ Arist. assignat causam, vt patet per illud verbum: enim, non eius, quod procul, sed eius quod proxime dixit: dixit autē proxime, ꝙ materia & forma sint causæ eorum quæ fiunt: igitur huius dicit causam. Alij vero dixerunt, ꝙ, cum dixisset priuationem esse necessariam generationi & corruptioni, nunc velit assignare causam necessitatis. Sed hæc expositio non placet. nunc, licet sit Alexandri, Auerrois, & nostra in cōmentarijs, quia istud fuit dictum satis procul hinc. modo, verbum enim, videtur reddere causam eius, quod loco proximo dictum est. melius igitur videtur esse dicendum, ꝙ Aris. reddat causam eius, qđ proximo textu dixerat, dixerat.n. ꝙ materia cū forma sit causa eorū quæ
H generanf, hoc nunc probat tali syllogismo. quod appetit formam est vna cū forma causa eorū, quæ generanf in facto esse: materia appetit formā: igitur materia vna cum forma est causa eorum quæ generanf in facto esse. Circa hunc syllogismum sic procedit, ꝙ solā minorem probat: & volens deducere minorem, accipit tres suppositiones, & primo, ꝙ forma sit quoddā diuinū, & optimum, & appetibile. & hoc suspensiue dicens, inquit, {existente.n. quodam diuino, & optimo, & appetibili,} id est cum forma sit quoddam diuinum, & optimum & appetibile, hæc est suppositio, quæ suspensiue ponitur. deinde terminando suspensionem accipit secundam suppositionem, & dicit, ꝙ, cum forma fuerit talis, vt diximus, sunt adhuc tria alia, vnū quod est formæ contrarium, videlicet priuatio, aliud qđ est aptum appetere, *Syllogismus.*

appetere, quod patet, qm̃ si est appetibile, oportet sit appetens. Tertium est, ꝙ saltem per accidens aliquid sit, quod appetit suiipsius corruptionem. Vnde dicit, aliud quidem contrarium ipsi}, s. formæ{dicimus esse, videlicet priuationem.} nec hoc dicit, vt illatũ ex primo, sed vt secundam suppositionem coassumptam cũ primam{aliud autem, quod secundum}sui {ipsius naturam est aptum appetere & desiderare ipsum}, s. optimum, quod patet ex assumpto, quia si est appetibile, oportet vt sit appetens, & etiam patet per se ex iis quæ superius dixit. subaudi alia{autem}sunt quibus accidit cõtrarium,}scilicet {appetere suiipsius corruptionẽ.} Sic igitur secunda suppositio est, ꝙ sint tria, videlicet aliquid quod est oppositum formæ, aliquid quod appetit formam, aliquid, quod saltem per accidens, appetit suiipsius corruptionem.

Dubi. 1. Forma sit quidam diuinum & optimum.

Sed de prima suppositione dubitatur, qđ sit illud diuinum, & optimum, & appetibile. Dixit Alex. esse primam formam, quę est prima omnium rerũ causa, quęque Deus dicitur. Contra dubitat Simplicius, quia Deo nihil est contrarium, neq; priuatio, neque aliud quicquam. Secundo, priuatio est quædam absentia, at Dei nulla potest esse absentia. Defendit Simplicius hãc expositionem ꝙ licet priuatio sit contraria primæ formæ, tamen satis est, vt sit contraria formæ, quæ ad similitudinem primæ est producta. Similiter satis est, vt sit absentia formæ, quæ ad similitudinem primæ est generata. Ego autem puto Aristot. per diuinum & optimũ, & appetibile intelligere formam naturalem, qm̃ proximus sermo non fuit de forma diuina, sed semper de forma naturali. Hæc forma est quid diuinum quo est actus, & perfectio, quò vero est finis, est optimum quid, sed quo est cuius gratia agens naturale agit, est appetibile quippiam. & hanc expositionem Simplicius tandem approbat.

2. Dubĩ.

Quæ nam sui ipsius corruptionem appetant.

Secundo dubitatur quæ sunt illa, quæ appetunt sui ipsius corruptionẽ, & cur Arist. accepit esse nonnulla, quæ appetunt suiipsius corruptionem, nonnulla vero esse, quæ nullatenus appetunt suiipsius corruptionem. Dicendum ea saltẽ per accidens appetere suiipsius corruptionem, quæ agunt in aliquod, cuius corruptione ipsa corrumpuntur, vel quæ appetunt aliquid remoueri à se, ad cuius remotionem ipsa corrũpuntur. Quę vero appetunt, & nulli tali coniuncta sunt, hæc neque per se, neq; per accidens appetunt sui ipsorum corruptionem. Aut dici potest, aliqua appetere saltem per accidens sui corruptionem, quæ appetunt contrariũ habere eius, cui sunt coniuncta. vt ignis agens in oleũ lucernæ appetens sui conseruationem, appetit sui corruptionem. quoniam appetendo sui conseruationem consumit oleum, ad cuius corruptionẽ ipse ignis corrumpitur. Quæ vero appetunt aliquod, quod non est contrarium eius, cui coniuncta sunt, hæc neque per se, neq; per accidens appetunt sui corruptionem. vt animus, qui est multis scientijs imbutus, appetens beatitudinem adipisci, non appetit sui corruptionem aliquo modo, sed solum sui perfectionem. Cur vero Arist. hæc

Solutio alterius dubiõnes.

addiderit, Simplicius rationem reddit, vt Arist. inducat causam quare materia non est omnino idem priuationi. s. numero, & ratione. Nã si materia omnino priuationi idem est, fiet vt materia appetendo formam, quæ est priuationi contraria, appetat sui corruptionẽ: appetet. n. præsentiam formæ, ad quam sequitur absentia priuationis, & cum materia sit omnino priuatio,

A erit appetens sui corruptionem, vel fortasse hæc dicit remouendo dubitationem tacitam. qm̃, cum accepisset ꝙ materia appetat formam, diceret aliquis: cũ formam accipere non possit, nisi abiecta priore forma, tunc materia appetet suam corruptionem, qm̃ esse habebat à priore forma, quasi respondens soluit hoc non esse impossibile, qm̃ aliquæ sunt, quæ appetunt suã corruptionem saltem per accñs. Cur vero acceperit in secunda suppositione, ꝙ aliquod sit appetens formam, q̃ est optimum, diuinum, & appetibile, causa patet: qm̃ hoc accipit, vt cõcludat inuestigando hoc tale esse materiam, quæ erat minor. Tertiam suppõnem postea sumit, ꝙ appetens illud optimum, non sit forma, nec aliquid, quod sit formæ contrarium, & legantur verba etiam suspensiue sic, {& neque ipsam,}scilicet formam {possibile est suiipsius appetere speciem,}idest & neq;

3. dubĩ.

3. suppõ.

B forma potest appetere se recipere, {propterea quia nõ est indigens} scilicet se ipsa {neq; contrarium,}. s. formæ est appetens formam: cuius rationem assignat, & dicit {corruptiua. n. sunt adinuicem contraria.} Quare alterum non appetit alterum. Ex iis tribus suppositionibus deducit minorem, & dicit, {igitur hoc,}. s. appetens formam, quæ est quid diuinum, optimum, & appetibile {est materia.} hæc fuit minor. Quare syllogismus erit, omne appetens formam est causa cum forma omnium eorum, quæ fiunt: materia est appetens formam: non. n. forma appetit se ipsam, neq; id, quod formæ contrarium est, appetit formam: igitur materia cum forma causa est omnium eorum, quæ fiunt: & sic probatum est illud Platonis, quod proximo textu acceptum est. verbum autem, ἀλλα, græce illatiuũ est, non autem aduersatiuum, vt patet considerãti: & quia

Consideratio verbi

C dixit materiam appetere formam, addit ad expositionem huius minoris, {sicut si fœmina} appeteret {masculum, idest masculinitatem. pro sua perfectione, {& turpe bonum}, i. pulchritudinem: καλὸν, enim pro pulchro accepit siue pro pulchritudine ipsa. & quia aliquis posset dicere, igit̃ materia est fœmina, vel turpe, quasi respõdens inquit, {nisi ꝙ non per se} materia ipsa {est turpe, sed} ratione priuationis, {secundum accidens. neque materia est fœmina}, s. per se, {sed s̃m accidẽs,} propter priuationem masculinitatis.

Dubĩ. Solutio.

Sed videtur ꝙ materia non sit per accidens fœmina, sed ratione formæ. Potest dici, ꝙ materia est p accidens fœmina. i. imperfecta, & hoc propter priuationem, & absentiam masculinitatis, quæ non est per se in essentia materiæ, non tamen negandum est materiam esse fœminam per præsentiam formæ. Sed de hoc Sim-

D plicius satis loquitur, licet obscure. Sed quid sit appetitus. quo materia appetit formam, licet in commentarijs sit satis exploratum: tamen Simplicius dicit, qđ enim in ipsis animatis appetentia est, in ipsis inanimatis id ipsum propensio siue inclinatio dicitur. Tu vero considera, quæ in commentariis dicta fuere contra Exposito.

DILVC.

Corrumpitur uero atq; generatur, uno quidem modo sic altero uero nõ, quatenus quidem enim est id in quo ipsa per se corrumpitur. nam id quod in hoc corrumpitur, ipsa priuatio est, quatenus uero potentia, non per se, sed ingenita atq; incorrupta ipsa sit, necesse est; nam si generaretur, subijciatur aliquid primum ex quo manente ipsa nascitur, oportet. hoc autem erat eius natura: quare erit antequàm sit genita. Dico enim materiam, quod primũ est unuscuiusq; subie-

ctum

ctum, ex quo aliquid generatur, non per accidens insit, & si corrumpitur, ad hoc ultimum deuenitur. Quare erit corrupta antequam sit corrupta.

ANT. *Corrumpitur autem & generatur? est quidem, ut sic, est autem, ut non. nam ut est quidẽ in quo, per se corrumpitur: quod enim corrumpitur in hoc, priuatio est. est autem secundum potentiam, non per se, sed incorruptibilem, & ingenitam necesse est esse ipsam. Etenim si fiat, subijci oportet aliquid primum, ex quo inexistente ipsa sit. hoc autem est ipsius natura: quare erit ante fieri. Dico enim materiam primum subiectum uniuscuiusque, ex quo fit aliquid, cum insit, non secundum accidens, & si corrumpitur, in hoc ultimum abibit. quare corrupta erit antequam corrumpatur.*

De materiæ gñatione atq; corruptione nunc. Arist. breuibus se expedit: & vult, ꝙ materia vno modo fit & corrumpitur, altero neque fit, nec corrumpitur. Per accidens corrũpitur, qñ id quod materiæ accidit, corrumpitur per se: hoc aũt est priuatio. corrũpitur ergo, qñ id quod intra se tenet. corrumpitur. cuius exemplum ponit Themist. quemadmodum inquit, corrumpi amphoram dicimus, cum vinum, quod est in amphora mucescit aut putret, sed per se & propria natura corrumpi non potest. nunquàm.n. potentia illa intercedit, q̃ in materia est, igitur neq; vnq̃ genita, neq; vnq̃ interitura. Declarat, quia si materia posset gñari, cũ nihil fiat ex nihilo, necessariũ esset subiectũ aliquod ex quo manente antecedenteq;, vt cæteræ res, produceretur. Hoc autem nihil aliud est quàm ipsa materia, ita eueniet vt fuisse videatur anteq̃ fiat. Similiter, si corrumpi posset, in materiam demũ resolueretur, ita corrupta esse videbitur, antequàm corrumpatur. Quantũ vero ad verba attinet. Arist. ita definit materiam: dico .n. materiam, quod primum est vniuscuiusq; subiectũ, & hoc ad differentiam subiecti accidentium, quod ratione materiæ subijcitur: ex quo aliquid generatur, ad differentiam formę, quia forma est id ad quod aliquid generatur: cum non per accidens insit, ad differentiã priuationis, quæ per accidens concurrit, cui si addas illud quod vltimo adiecit, videlicet & in quod vltimo resoluitur, habes differentiam ab elementis, & per consequens aliam definitionem materiæ.

Quid materia. Materia est primũ cuiusq; entis subiectũ ex quo aliquid generatur, cum nõ per accidens insit, in quod oẽ vltio resoluitur.

Dubitat primo, cur materia ipsa propter priuationẽ corrumpitur, cum priuatio non sit corruptibilis aliquo modo. Secundo, cur ſm potentiam non corrumpitur, cum illa desinat esse. Recẽtiores in solutione harum nihil boni dicunt, cũ Arist. non intelligant, & multiplicant confusiones. quidam.n. aiunt priuationẽ corrumpi transumptiue, quod stare non potest, quia tunc materia non corrumpitur per accidens. nihil.n. est tale per accidens, nisi propter aliquid quod est tale p se, & non transumptiue. alij alio modo, quod non est dignum recitatione. Sed quia hæc patebunt in cõmen. venio ad commentum.

Cur materia ꝑꝑ priuationẽ corrumpitur.

Commen. 82. Auer.

{Cum notificauit.} Commentum istud patet, verum nonnullæ digressiunculæ vtiles annotentur. prima ibi. {Et secundum præsentiam priuationis.} secunda ibi. {Et istæ sermo.} tertia ibi. {intelligo.n. cum.} quarta ibi. {Et dixit hoc.} De prima Auer. videtur soluere dubitationes tactas & inquit. & ſm præsentiã priuationis formæ in ea recipit corruptionem, non ſcdm præsentiam potentiæ in ea, quia potentia non est corruptibilis per se, sed per accidẽs: materia igitur est corruptibilis per accidẽs propter præsentiam priuationis, quæ est per se in ea. Et si dicatur, potentia etiam corrũpitur, vt dicitur cõm. 70. dicendum, ꝙ illa respectiua potentia cum sit accidens non per se corrumpitur, sed ad corruptionem alterius: ideo materia non põt corrumpi per accidens propter illius corruptionem. nam accidẽs debet reduci ad per se, & non ad per accidẽs. Potest etiam aliud dici, & melius pro responsione ad principale, ꝙ aliquid esse tale per se apud Arist. In proposito potest dici dupliciter: vno modo ſm prædicationem siue inhærentiam, quo modo dicimus hominẽ esse risibilem per se, quia risibile per se illi inest, aut esse animal per se, quia animal per se de homine prædicatur, & hac ratione priuatio non per se corrũpitur: qñ, cum priuatio nihil sit, nihil ei inest, nihilq́; de ea prædicari potest. Alio modo aliquid dicitur tale per se, quia est tale per essentiam, quo modo dicitur ꝙ albedo est alba, quoniã sui essentia est albedo, paries vero albus participatiue, qua ratione priuatio per se corrũpitur, quia per essentiam & simpliciter est ipsa corruptio vt igitur albus est paries participatiue, & per accidens, quatenus accidit sibi albedo, quæ est per essentiam alba, sic materia est corruptibilis per accidens rõne priuationis, quæ sibi accidit, quatenus est per essentiã corruptio ipsa, & sic est gñabilis per accidens, quia sibi accidit forma, quæ per essentiam est generatio. Potentia vero, cum non per essentiam sit vel generatio vel corruptio, iure materia propter ipsam non dicitur generabilis aut corruptibilis, immo potius per potentiam absolutam materia est æterna.

Materia p[er] absolutam pot[en]tiã est æterna.

{Et iste sermo.} Format Auer. rationem sic per impossibile, omne generatũ habet materiam ex qua fit, materia per te generatur: igitur materia habet materiam. Conclusio est impossibilis, vt dicetur, & nõ propter maiorem, igitur propter minorem, & ita materia nõ generatur. Similiter potest formari syllogismus similis per impossibile de corruptione, vt intelligẽti patet. Quod vero materiam habere materiam sit impossibile. probat Auer. per declarata, quia omnium generabilium vna numero est materia, & ita si generaretur materia eadem numero præesset antequàm fieret, vt patet, quia fieret, & præesset vt id ex quo fit. Similiter si corrumpitur ad materiam, materia corrumperetur antequam corrumperetur, immo corrumperetur, & semper esset.

Materia nõ [habet] aliqua materia.

{Intelligo.n.} Auer. innuit talem distinctionem, ꝙ materia est duplex. Prima simpliciter, & hæc est subiectum simpliciter in potentia. Et secunda materia, quę est subiectum medium inter potentiam & actum. Hæ conueniunt, quatenus ambe sunt subiectum, ex quo manente fit res composita. Differũt, vt dictũ est, quia materia prima est simpliciter in potentia, materia secunda est media inter potentiam & actum, vt elementa respectu mixtorum.

{Et dixit hoc.} Remouet dubium. posset.n. dici ad quid Aristo. repetit materiæ ipsius definitionẽ respondet, vt habeatur ꝙ ipsa sit primum omnium subiectũ, & hoc vt habeatur ꝙ sit vna numero omnium, & hoc vt inferat impossibilia dicta, ꝙ aliquid fieret & ꝓfuisset, & aliquid corrumpitur & remaneret. Per hãc igitur definitionem excitauit nos ad intelligendũ ipsam esse primum omnium subiectum vnum numero. hæc vtilitas colligitur ex his digressiunculis.

Quæstio. An priuatio sit res distincta à materia.

ET propter nonnullorum obstinationem quæro iterum, vtrum priuatio sit res distincta à materia, vt more recentiorum quæram, vtrum materia & priuatio distinguantur realiter, vel ratione tantum. Them. in digressione vnica huius Primi, authoritate Boethi vult, priuationem esse qualitatem aduenientem materiæ sub esse relatiuo differentem ab illa, vt differt qualitas à subiecto. Faciunt pro Themistio rationes. Prima, nullum accidens alicui est idem suo subiecto, sed priuatio accidit materiæ, text. cóm. 79. igitur non est idem materiæ. Secunda, nullum ens est idem non enti, sed priuatio est non ens, text. cómen. 77. materia vero ens, igitur materia non idem priuationi. Tertio, priuatio est idem formæ, vt text. cómen. 68. Quarto ea, quorum vnum permanet, alterum non permanet, non sunt eadem: sed materia permanet, priuatio vero non, vt text. cóm. 59. 5. arguit Themist. digressione illa, si materia in sui substantia priuationem haberet innexam apprehensamq;, tunc materia in aduentu formæ corrumperetur, igitur non sunt vna res. eandem rationem fecit Auer. cóm. 66. &. 79. hæc fieri possunt pro Themist. Huic positioni aduersari videntur Arist. & Auer. Aristo. quidem text. cómen. 65. &. 67. Auer. vero cóm. 66. in principio, itemq;. 12. Meta. có. 11. &. 14. Sorticolæ non iniuste dicút, ꝙ materia & priuatio nec sunt eadem nec differunt, vt patet per expositiones eorum. & fortasse hæc positio est peripatetica. Quoniam eadem sunt, quorum substantia est vna differentia vero sunt idem, aut eadem ente, vt dicitur. 5. Metap. Captiunculatores dicunt, ꝙ materia & priuatio sunt idé, sicut album & albedo, qm̃ priuatio & materia quo ad principale importatum sunt idem, sed differunt connotato. nam priuatio vltra materiam notat absentiam, materia vero absolute dicit solum potentiá, siue substantiam materiæ.

Animaduertendum igitur, ꝙ priuatio apud peripateticos sumitur aliquando pro potentia respectiua materiæ, qua respicit formam, & hoc modo accepit priuationem Auer. 9. Meta. cóm. 3. cum dicit, priuationé intelligi non posse sine potentia. Interdum pro forma materiæ coæterna, quam nos diximus formam corporis: hæc. n. forma videtur priuatio quatenus continet sub se oés formas specificas & nullas actu. & hoc modo accepit Auer. fortasse. 2. huius cóm. 15. & isto modo priuatio differt & distinguitur à materia, etiam vt sumitur pro potentia. tertio modo sumitur pro absentia formæ, & sic nihil aliud est, nisi forma absens, vt text. cóm. 68. ait Arist. & Them. 4. modo accipitur pro dispositionibus qualitatiuis & quantitatiuis, quibus materia caret forma, & est apta recipere eam de proximo, & hoc modo Themist. intellexit in digressione, cum appellat ipsam qualitatem. vltimo potest sumi pro ipsa carentia p̃cise, & sic nihil est præter materiá solú addens carentiá. & hoc modo possunt concordari oés.

Ad rationes pro Them. patet solutio. omnes. n. valent capiendo ipsam pro qualitate, & si quæ aliæ sunt, solutæ sunt in alia quæstione.

An omniũ formarũ vna numero sit materia.

QVærunt hic, vtrum sit vna omnium formarú materia numero. Respondent Recentiores, ꝙ infinitæ sunt materiæ primæ. nam alia est materia prima ignis, alia prima materia aquæ, & sic tot primæ materiæ quot formæ. Vlterius volunt, ꝙ differút numero, & conueniunt specie. Nec est verum, ꝙ omnis distinctio sit per formam, sed solum distinctio forma- A lis. Hæc positio potest dupliciter intelligi, vno modo, ꝙ sint plures materiæ primæ & distinctæ & differentes, non vt sunt sub formis, & hoc modo concedunt plures esse, quia volunt illas esse distinctas seipsis. alio modo quatenus sunt subiecta actu sub formis, & sic nihil mali est, sunt. n. infinitæ materiæ primæ, vt actu subiiciuntur formis. nam tunc differunt per formas. verum ablatis omnibus formis materia erit vna, sicut ablatis omnibus figuris à cæra, cæra erit vna. Quia vero positio tenet plures esse primas materias, & non propter formas, ideo errant quod declaro. Quæcunq; cóueniút specie, & differunt numero, sunt indiuidua eiusdem speciei: sed omne indiuiduum est vnum numero propter materiá: igitur materia esset vna propter materiam, nisi fugias ad hypostasim, quam posuit Auicéna, & recentiorum quidam vocant nouo nomine he- B ceitatem, siue hecheitatem. hoc autem non est Peripathetice dictú, nec ipsi contra quos arguo, concedunt. Immo aiunt eas differre seipsis. Secundo, vnus est primus actus numero omnium possibilium: igitur vna prima materia. tenet consequentia per eandem rationem, quam fecit Arist. Primo Cœli, & Auer. com. 90. nam vna materia prima numero est in potétia ad omnes formas: igitur vel vna forma extrahetur de infinitis materijs, aut omnes aliæ sunt superfluæ. Confirmatur, qm̃ quantum possunt omnes, potest vna sola: igitur vna sola sufficit. Sic. n. arguit Aristot. Primo Cœli de Deo. Tertio, vel formæ quæ educuntur per generationem de potestate vnius materiæ, quandoq; educentur de potentia cæterarum, aut nunquam. si nunquá, igitur omnes potentiæ in alijs erunt ociosæ, si aliquando, tunc idem infinities generabitur. Quarto, q́- C cunq; se totis distinguuntur in nullo conueniunt: per ipsos primæ materiæ se totis distinguuntur, quia p̱ nihil sui, nec per formas: igitur in nullo conueniunt. Vltima est determinatio Auer. expressa. 12. Metaphy. cómen. 14. Dicendum igitur, ꝙ materiæ primæ sunt multæ, quia hęc sunt plura demonstratis subiectis diuersarum formarum, hæc sunt primæ materiæ: igitur expositorie materiæ primæ sunt plures, non tamen multæ sunt materiæ primæ, quatenus materiæ primæ. Nam quatenus materiæ primæ, sunt vna materia per priuationem omnium formarum, vt dictum fuit supra. Tu vero quære ea quæ diximus supra, & ea quæ diximus in. 12. Metaphy. cóm. 14. Animaduerte tamen, ꝙ vnum numero accipitur interdum à Peripateticis pro eo quod est vnum numero coincidens cum vno specie, vt Sol est vnus numero, & vnus solus Sol. Alio mo- D do pro eo quod cum alio participat idem specie, vt Socrates & Plato, quia participant hominem. Amplius, vnum numero pro eo quod est vnum specie, dupliciter sumitur. vno modo pro eo quod nec actu, nec potentia potest effici plura numero, & sic Deus est vnus numero, Sol vnus numero, & id genus. Alio modo pro eo quod licet s̃m essentiam suam sit vnum: potest tamen effici plura, & hoc modo materia est vna numero, qm̃ in specie materiæ est vna numero secundum se, vt Sol in specie Solis. potest tamen fieri plures, vt dicit Themistius in digressione, quatenus efficitur actu subiectum plurium, & hoc non intellexerunt illi. Hæc de vnitate materiæ satis.

Plures eẽ materias non p̱p formas inconueniens.

Quid tenendũ de vnitate materia.

RECOGNITIONES.

CVm demonstrasset, ꝙ materia sit, & qualis sit, & qua nam ratione cognoscibilis, & quo differat à priua-

priuatione, licet non videatur ab illa diuersa, nunc demonstrat, quod non per se generabilis, vel corruptibilis sit, sed per accidens, quoniam id, quod ipsi accidit, priuatio videlicet, per se corrumpitur, & forma quae ipsi accidit, per se generatur. cur vero hoc ostēdat, Simplicius rationem assignat, quia per hoc habebitur quaedam differentia inter priuationem & materiam, quatenus materia per accidēs, priuatio per se corrumpitur. vel fortasse hoc declarat propter Megaricos, qui materiā asseruerunt ipsum corrumpendum. Mouet igitur quaestionem, & dicit, {Corrumpitur autem & generatur.} materia ipsa subaudi ita vel ne? haec est quaestio. Respondet Arist. per distinctionem, quod materia bifariam considerari possit, aut cōiuncta formae, atque priuationi, vel in illo priori, in quo praecedit formam & priuationem, vt cum consideratur secundum sui essentiam, quae est sua potentia. si consideratur vt coniuncta formae, atque priuationi, sic est generabilis, & corruptibilis per accidens ratione eorum, cum quibus coniungitur. est. n. corruptibilis per accidens, quia coniungitur priuationi, quae per se, hoc est per essentiam est corruptibilis: priuatio enim per essentiam est corruptibilis, quia formaliter est ipsa corruptio. Similiter est generabilis per accidēs, quia formae coniungitur, quae per essentiam generabilis, immo ipsa generatio, dicit igitur Arist. respondendo, {est quidem vt sic}, i. vno modo contingit ipsam corrumpi atque generari, {est autem vt non}, i. alio modo non contingit ipsam corrūpi atque generari. deinde exponit mēbra hęc, & primo, quod corruptibilis sit per accidens, dicit, {nam vt est quidē in quo}, i. priuatio, quae {per se corrumpitur,} subaudi materia corrumpitur. Appellat autem priuationē, que materiae accidit, vt Simplicius dicit, id in quo, pro eo, quod est in ipsa materia. Haec. n. est natura accidentis; vt in aliquo sit, & proprie, id in quo subiectum significat: aliud. n. est id, in quo est aliquid, aliud vero id, quod in illo est. vel aliter, & dilucidius. {nam vt est quidem, materia ipsa id, {in quo,} subaudi aliquid est, quod {per se corrumpitur} videlicet priuatio, subaudi materia est corruptibilis. {quod. n. in hoc}, i. in materia {corrumpitur, priuatio est,} quae potius est ipsa corruptio. Tacuit autem quomodo generetur per accidens ratione formae, quoniam de similibus idem est intelligendum. haec de expositione primi membri. Deinde exponit secundum membrum, & ostendit, quod, si materia consideretur in illo priori, in quo praecedit formam, & priuationem, vt cum consideratur, vt est in potētia ad illa, nec generabilis, nec corruptibilis per se esset, immo, vt sic est ingenita & incorruptibilis, & hoc dicit, {est autem secundum potentiam non per se, sed} sic ipsam considerando {necesse est ipsam esse incorruptibilem, & ingenitam.} & per potentiam, vt Simplic. inquit, materię naturam, ac essentiam intelligit, quoniam materia, vt materia per potentiam constituitur. Quare idem est dicere materiam non esse generabilem, vel corruptibilē secundum potentiam, & non esse per se generabilem, vel corruptibilem, vt Simpli. exponit, & recte: quoniam, si Aristo. intelligeret per potentiam, respectum, quo materia ipsa respicit certam formam, materia propter illum respectum esset corruptibilis, & generabilis: est ergo cōclusio, quod materia nec sit per se genita, nec per se corruptibilis. & primo demonstrat primam partem, videlicet, quod materia non sit per se genita. & pro huius demonstratione supponit duas dignitates, quarum Prima est,

E quod omne quod fit, ex subiecto fit aliquo primo. i. ex prima materia. Secunda vero, quod id, quod fit, nondum est id, quod fit, vel omne quod fit, dum fit, nondum factum est. deinde demonstrat secundam partē. videlicet, quod materia non sit per se corruptibilis, & pro huius demonstratione iterum accipit duas dignitates. quarū prima est, quod omne quod corrūpitur, in id corrumpitur ex quo primo fit, vel quod omne, quod corrūpitur in materiam primā corrumpitur, quam vocat hic vltimū: quia via resolutionis ipsa est vltimum, sicuti via generationis ipsa est primū. secunda quod id, quod corrumpitur, dum corrumpitur, nondum corruptū est. propter has quatuor dignitates accipit definitionem materiae quasi communem dignitatem omnibus, vt Simpli. putat, & est quod materia sit primum subiectum, ex quo fit aliquid, cum insit, non secundum accidēs, aut fortasse dici potest

F Arist. accepisse definitionem materiae ad significādum per materiā consideratam in potentia se intelligere materiā secundum naturam & substantiam. nam definitio quā assignat, vt sic materiae competit. n. vt substantia est, & subiectum, vel fortasse, & melius denotauit per definitionem illam, materiam esse vnam numero omnium eorum, quae generantur, & corrumpuntur tā in gńatione, quam in corruptione sub vtroque termino, quoniam materia est in gńatione primum, in corruptione vltimum. probat igitur Arist. primam partem, & dicit, {etenim si fiat}, i. materia ipsa per se, per primā dignitatē, {subiici oportet aliquid primum, ex quo inexistēte ipsa fit, hoc aūt} primū {est ipsius natura, quare materia erit antequam fieri}, i. antequā generetur, {quod est contra} secundā dignitatem. videlicet illam, quod id quod fit, nondū est id, quod fit. Vnde breuis ratio est, si materia fieret, non fieret nisi ex seipsa, & ita antequàm fieret esset in rerū

G natura, quod est contra secundā dignitatē. Posset fortasse aliquis dicere, materiā fieri ex priori materia, & illa ex alia, & sic in infinitum, obijcit per definitionē materiae, & dicit, {Dico. n. materiā primum subiectum vniuscuiusque}, i. quod gńatur, {ex quo non secundum accidens fit aliquid}, i. quodcunque; {cum insit,} per quę patet materiam esse vnam numero omnium eorum, quę gńantur, cum per se consideratur, per hanc. n. definitionem patet materiā, vt sic consideratam esse primū in gńatione, & eandem esse vltimum in corruptione: quare, si fieret, nō nisi ex seipsa fieret, & sic esset anteque fieret. Cur vero in definitione materiae additur nō secundum accidens, Simplicius asserit id additū esset propter priuationem, ex qua fit omne, quod fit, non vt inexistente per se, sed vt inexistente per accidens. Alex. autem dicit, hoc esse dictum propter accidentia, quae insunt

H materiae, ex illis. n. fit omne quod fit, non per se, sed per accidens. ex aere. n. per se fit statua, per accidēs vero ex coloribus aeris. deinde probat secūdam partem, videlicet quod materia non sit per se coruptibilis, & dicit, {& si corrumpitur aliquid, in hoc vltimum}, i. quod est materia {corrumpitur.} idest, si materia sit aliquid, quod corrumpitur, {in hoc vltimū} idest in ipsammet materiam corrumpitur, atque {abibit.} tenet consequentia per primam suppositionem. videlicet, quod omne id, quod corrumpitur, in id corrumpitur ex quo primo fit, igitur materiā oporet corrumpi in materiā {Quare} materia {corrupta erit antequā corrumpatur,} quod est contra secūdam suppositionē. videlicet, quod id quod corrumpitur, dum corrūpitur, nondum corruptū est. Quod aūt si materia corrumpitur corrupta erit antequā corrumpatur,

Cōsideratio in insolā partis in finitionis.

rumpatur, patet, quoniam ex quo omne, quod corrumpitur, in materiam corrumpitur, materia corrumpetur in materiam, & sic materia nunquam corrumpetur, quin remaneat materiam, quare corrumpetur antequam corrumpatur, immo corrumpetur in materiam, quæ nunquam corrumpetur, & sic corrumpetur, & non corrumpetur, quod si ita sit, corrumpetur antequam vnquam corrumpetur. Simplicius hic dicit duo, quorum primum est, quod Arist. æternitatem materiæ assumpsit ex Thimæo Platonis, cuius verba ipse refert, & ex Pythagoricis. Secundum vero est, quod tota vis demonstrationis Aristot. firmatur in illa dignitate, quæ est, nihil gñatur ex simpliciter non ente, & nihil corrumpitur in simpliciter non ens, quam superius probat monstrans per inductionem, quod omne, quod generatur, ex contrario generatur, & omne quod corrumpitur, in contrarium corrumpitur. hoc idem etiam probauit, quod oporteat contrarijs aliquid subsitum esse, & per alias rationes. Plato autem in Thimæo hanc dignitatem probauit, quoniam in omni eo, quod est præsens, triplex genus intelligere oportet, ipsum quod fit, vel corrumpitur, ipsum in quo fit, vel corrumpitur, & id vnde assimilata imago germinat vel degerminat: quare nihil generari potest ex simplicitate non ente, nihil quoque corrumpi in simpliciter non ens.

Quid Simpl.

Dubi. 1. Sed circa ea, quæ dicta sunt, dubitat primo Simplicius, cur potius materia dicitur corruptibilis per accidens propter priuationem, & non propter formam, cum forma accidat materiæ, & sit ipsa etiam corruptibilis.

Solutio. Dici potest quicquid Simplicius blacterizat, ideo propter formam non dici materiam corruptibilem, quoniam forma non est per se corruptio, sed per se generatio. At priuatio est per se corruptio: & non nisi per accidens generatio. Quare, quemadmodum amphora corrumpitur propter vinum, quod per se corrumpitur in ipsa, sic materia propter priuationem, quæ est per se corruptio, corrumpitur per accidens.

Dubi. 2. Secundo dubitat, quæ materia est incorruptibilis, vtrum communis materia, quæ secundum speciem est communis tuæ & meæ materiæ, an materia secundum indiuiduum, quæ est mea vel tua: non materia communis, quoniam non solum materia est incorruptibilis in sua communitate, sed etiam forma: nam homo semper est, equus semper est, album semper est, & omne tale secundum speciem incorruptibile est: igitur non sola materia nec materia mea vel tua, quoniam vnaquæque materia desinit, sua forma desinente.

Solutio. Simplicius bene mouit quæstionem, sed in respondendo blacterizauit. Propterea dicendum, quod materia, quæ est vna numero omnium, est incorruptibilis, quæ est communis per subiectionem, quoniam omnium formarum est susceptiua, non autem per prædicationem: est enim per prædicationem indiuidua, sed per subiectionem est communis. Arist. igitur probauit materiam esse incorruptibilem non secundum communitatem prædicationis, quoniam illa non prædicatur nisi de seipsa. Sed secundum subiectionem, quæ tamen secundum prædicationem est indiuidua per essentiam, sicut Deus. & ita probauit materiam esse incorruptibilem capiendo materiam in illo priori, in quo præcedit formas, quia sic est vna numero, & communis, vna numero quidem, quia solum de ipsa prædicatur, communis vero per subiectionem, quoniam est susceptiua omnium formarum.

A Tertio dubitat, quoniam si materia ingenita est, & incorruptibilis, qua nam ratione ipsa non erit Deus? Si enim à Deo deportata est, non ingenita est. Sed diluitur hæc dubitatio, quoniam Arist. per ingenitum non id intellexit, quod ab effectiua causa non dependet, sed id quod non à principio aliquo temporis effectum sit: quoniam in Octauo huius monstrat motum esse ingenitum atque incorruptibilem, & tamen eum effici à motore demonstrat, cum probauerit omne, quod mouetur ab aliquo moueri. Insuper pari ratione ingenitas, atque incorruptibiles dicit specierum communitates: quæ, si essent prima principia, multa principia prima esse diceret, & tamen ipse est, qui multorum principiatum malum esse clamitat. Qui autem aliter sentiunt materiam malum esse asserentes, & aduersum principium bono ipsam ponentes, eam velut effectiuum principium opponunt:

Tertia dub. An materia sit Deus.

B Plato autem in Thimæo proprias causas, & consubstantiæ mundi exhibens materiam inter concausas connumerat, & incorruptibilem ipsam esse dicit, quemadmodum vniuersum mundum. Quod autem ipsam esse tanquam primum principium recuset, Hermodorus Platonis socius, (vt Dercyllides enarrauit,) in eo libro exposuit, vbi Platonis placita scripsit. Ad propositum igitur redeundo, licet materia sit, ingenita, atque incorruptibilis, tamen non est Deus, quoniam est id, quod ab ipso Deo, vt Simplicius inquit, dependet, atque productum est: Ex quibus perspicuum est Deum ideo esse omnium simpliciter primum, quoniam est ingenitum, atque incorruptibile quippiam & à nullo dependens. cætera quæ sunt ingenita, atque incorruptibilia, ideo non sunt prima, vt Simplicius inquit, quia licet non sint effecta ab aliquo principio temporali, tamen depen-

Hermoder. Platõis socius. Dercyllides Aristo. expositor.

C dent ab ipso Deo. Sed quid sit huiusmodi dependentia, in theologicis dilucide plusquam in cæteris nostris libris explicauimus.

De principio uero formali, utrum unum aut plura, quicque uel quæ sint, Primæ Philosophiæ exquisite munus est determinare. Quare usque in illud differatur tempus. at de naturalibus corruptibilibusque formis, in his quæ posterius ostendentur, dicamus. Quòd quidem igitur principia sint et quæ, & quot numero, determinatum sit à nobis hoc modo. Rursus autem alio principio sumpto dicamus. DILVCI.

De principio autem secundum speciem, utrum unum, aut plura, aut quot, & quæ sunt, per certitudinem Primæ Philosophiæ opus est determinare: quare in illud tempus apponatur. de physicis autem. & corruptibilibus speciebus, in posterius demonstrandis dicemus. Quòd igitur sit principia,

ANT. speciem εἶδος idest formam. Expositio.

D *& quæ, & quot numero, determinatum sit à nobis sic. Rursus autem aliud principium incipientes dicamus.*

Partim excusat se, partim præponit ad Secundum librum procemium, partim epilogat, quæ res omnis translatione tantum nostra perspicua est. Verum animaduersione dignum, quod Expositor Arist. se excusare à quæstione illa de idea, quam Plato posuit, introducit. Themist. vero non de idea, sed de forma ipsa, quæ est alterum principium rerum naturalium: cui litera consonat. Nam tractare de vnitate, pluralitate, quidditate formæ, munus est Primi Philosophi. Non desunt qui de ipso Deo excusationem intelligendam esse volunt. quod certe absonum est, cum de deo nulla facta sit quæstio. Expositio vero expositoris (vt mihi videtur) fatis sonat, quia subdit. At de naturalibus corruptibilibusque;

libusq; formis, in his quæ posterius ostendentur, dicemus. & ita videtur excusatio de forma, quæ dicitur à Platone idea esse intelligenda.

Commen. 83. Auer.

Cum notificauit.) Auer. primo exponit & introducit literam, & patet.

{Formarum.n. digreditur.} Et primo declarat dictum Arist. & præponit talem distinctionem. & formarum aliæ sunt in materiis, aliæ vero non sunt in materijs, vt declaratum est in hac Scientia naturali. declarat autem membra ipse in lib. de Substantia orbis, ꝙ formæ in materia sunt, quæ dependent in esse & conseruari à materia, quæq; eductæ dicuntur de illius potestate, formæ vero separatæ hac ratione dicuntur separatæ, quia nec depēdent à materia, nec eductæ sunt de materiæ potestate, vt formæ cœlorum, quæque, licet sint abstractæ à materia, non tamen materiæ sunt abstractæ ab illis. nam materiæ earum dependent & constituuntur ab illis, vt cōm. 63. dictum est.

{Et ideo.} Ex hac distinctione verificat dictū Arist. ꝙ consideratio de formis est duplex, naturalis quidē de formis materialibus, Metaphysica vero de formis immaterialibus, & sic bene dixit Arist.

{Sed notandum.} Soluit dubium. Nam posset quis dicere, si Metaphysicus pertractat de formis immaterialibus, tunc scientia probare suum subiectum esse. Respondet & dicit primo, ꝙ tale genus substantiarū, quo ad quæstionem an est, in Scientia naturali probatur. Dicit secundo, ꝙ qui dicit substantias abstractas esse in Metaphy. probari, peccat, & hoc probat, & syllogismus componitur sic, nulla scientia probat suum subiectū esse, sed supponit, aut ipsum esse per sensum, aut accipit illud à scientia superiori: substantiæ abstractę sunt subiectum, vt supponit in Metaphy. ipsa: igitur substantias abstractas esse non probatur in Metaphy.

{Vnde Auicen.} Infert tres errores Auicennæ. Primus est, quia vult Metaphysicum demōstrare primū principium esse. Secundus est, ꝙ ad illud probandum fecit multas rationes, & illæ fuerunt imbecillæ, cum certior illarum non transcendat metam probabilium, vt se alibi declarasse asserit, videlicet in libro Destructio destructionum, & in libro de Substantia orbis.

{Et peius.} Tertius error est, ꝙ vult ꝙ Primus Philosophus declarat corpora componi ex materia & forma, & ꝙ Naturalis sumit hoc à Metaphysico. Mouebatur autem, quia Arist. in Metaphysica probauit multa de materia, vt patet in. 7.

{Negligens est ne.} Contra arguit: quia tunc Arist. essent negligens, quia nullibi posuit aliam viam ducentem, ad rerum compositionem nisi viam, motus & transmutationis. Ideo quasi interrogans, & admirans inquit, negligens ne est Arist. aliam viam ad probandum hoc.

{Sed sicut dixit.} Soluit argumentum Auicennæ, & vult, ꝙ de materia tractatur hic, & in Metaphysi. in Metaphy. quidem, vt est vna differentia entis, videlicet potētia, hic vero, vt est subiectum & materia transmutationis. ideo hic declaratur, & in Metaphy. sumitur tanquam declarata.

{Et innuit.} Aristo. in litera dixit. rursus autē alio principio sumpto dicamus, laborat Auerroes exponere quid Arist. velit per principium aliud. Et prima expositio est, ꝙ per aliud principium intelligit materiā, & species causarum.

E {Et forte.} Secunda expositio est, ꝙ per aliud principium Aristo. intelligit primum motorē, de quo in. 8. dicetur, & dicit primo, ꝙ omnia hic declarata sunt ꝓpter illius cognitionem. sunt.n. omnia vti suppositiones, quibus conducit primum motorem esse, vt videbitur loco eius. igitur, cum in Secundo incipit disponere ad cognitionem illius, iure incipit tractare de illo, vt qui incipit disponere ad generationē, incipit generare. Dicit secundo, ꝙ ibi Naturalis cessat, & Metaphysicus incipit. nā Naturalis ducit ab separatas substantias, & cum probauit illas esse, sistit, & Metaphysica succedit.

{Et totum hoc.} Reprehendit Auicennam, qui voluit totum contrarium. Voluit.n. genus illud non probari nisi in Metaphysica. Contra arguit, quia si hic non demonstraretur istud genus separabilium, non F esset nisi Scientia Naturalis, & doctrinalis, vt patebit. Affert signum ex antiquis, qui voluerunt Naturalem esse aliis priorem, & non ob aliud, nisi quia subiecta hæc, & hoc genus entium abstractorum credidere hic esse demonstratum, quod genita est omnibus entibus prius.

{Et forte.} Tertia expositio est, ꝙ per aliud principium intelligit principium doctrinæ: qm̄ principium doctrinæ est in hoc Secundo libro. Et sic hic Secūdus liber videtur quasi primus totius Scientiæ Naturalis: quam expositionem approbat. hæc sunt quæ Auer. attingit in expositione vltimi textus. In quibus patet error Auicennam.

Obiectiones contra Auer.

Quidam Auerromastici, quorum studium potissimum est in repræhendendo, Auerroem hic repræhendunt in multis.

G Primo. quia deus non potest esse subiectum in Metaph. vt sumit Auer. Secundo, ꝙ nulla Scientia particularis, præter Metaph. est de Substantijs abstractis. Tertio, ꝙ aliqua scientia potest demonstrare suum subiectum esse demonstrationi signi. Quarto ꝙ etiam Metaphy. potest probare deum esse, & substantias abstractas esse. Primum deducunt. Primo quia subiectum in scientia debet habere ꝓpria & principia vnde fluunt illa, per quæ demonstrat de illo, vt dicit Aristo. Primo Poste. scientia est vnius generis subiecti partes passiones & principia cōsiderans, Sed in deo omnia sunt idē essentialiter. igitur in eo nihil erit causa alterius, nihil erit principium demonstrandi. Secundo, Deo & intelligentiis nihil potest esse commune vniuocum, quia tunc essent definibilia: igitur non potest esse vna Sciētia de Deo & intelligentiis. Tertio, Apud Auerro. in H procœmio Tertij Metaphysicæ. & in principio Quarti, ens simpliciter est subiectum in Metaphysica: igitur non deus, quia non possunt esse prima subiecta eiusdem scientiæ.

An Deus sit subiectum in Metaphysica.

Secundum deducunt, si substātiæ abstractæ in aliqua particulari scientia considerarentur, aut in Naturali, & hoc non, quia nō sunt mobiles: aut in Materia, & hoc minime, quia non sunt quantæ: quare ad Metaphysicam, quæ abstrahit à motu & quantitate.

An aliqua scientia de substantiis abstractis scia- pter metaph.

Tertium deducunt, etiam quia effectus nō potest esse sine tali conditione in causa, & est notior causa igitur potest demonstrare causam esse. Sed subiectum in scientia quia, est causa: igitur potest demonstrari per effectum esse.

An in scientia possit subiectum demonstrari.

Quartum arguunt, omnis proprietas cōsiderata de effectu, quam impossibile est sibi inesse, nisi talis causa sit. com-

An Metaphy. probare possit.

Deũ & ſubſtã tias abſtractas eſſe.

ſit.concludit cauſam eſſe quia eſt ſaltem. ſed tam proprietas conſiderata in Naturali ſcientia quàm in Metaphy. de effectu non poteſt ſibi ineſſe, niſi prima cauſa ſit, primũ mouens ſit, & primum ens ſit: igitur vtraque ſcientia poteſt probare ipſum eſſe. Secundo tunc illa quæ eſſet ſimpliciter cõcluſio in Phyſica, eſſet omnino prima propoſitio in Metaphy. indemonſtrabilis, & ita Phyſica eſſet prior Metaphyſica. Propter hæc dicunt quatuor contraria dictis Auer. Primũ, quod Deus non vt ſubiectum, non vt ſpecies ſubiecti, ſed vt cauſa ſubiecti conſideratur in Metaphy. Secundũ, quod ſubſtantiæ abſtractæ, vt intelligentiæ conſiderantur tantum in Metaphyſica. non tantũ vt cauſæ ſubiecti, ſed vt ſpecies, ſiue partes ſubiectiuæ ſubiecti. Tertium, quod aliqua ſcientia poteſt demonſtrare ſuum ſubiectũ eſſe, vtpote ſaltem ſcientia quia, hæc.n. demonſtrat ſuũ ſubiectum eſſe per effectum. Quartum, quod tam Metaphy. quàm Phyſica poſſunt demonſtrare ſubſtantias abſtractas eſſe, & primum ens eſſe, id genus. hæc contra Auer. determinant.

Quatuor oppoſita.

Confutatio primi.

Sed pace horum hæc ſtare non poſſunt. Primũ quidem non. Primo, ſi deus conſideraretur vt ſubiecti cauſa. igitur ipſum Deum poſſunt demonſtrari paſsiones primæ de ſubiecto. quod credo eos non concedere. Secundo, omne contentum vniuoce ſub ſubiecto poteſt conſiderari vt ſpecies, ſiue pars ſubiectiua ſubiecti. ſed Deus per eos continetur ſub ente vniuoce, ſicut & alia: igitur poteſt conſiderari vt pars ſubiectiua entis. Tertio, quicquid de ente demonſtratiue ſcitur, poteſt de Deo demonſtratiue ſciri: igitur Deus continetur ſub ente tanquã ſubiecto primo. Contra ſecundum arguo. nam Ariſt. 8. Phyſi. probat per viam motus æterni, primũ motorem eſſe & ſubſtantias abſtractas eſſe. aut igitur vt Metaphyſicus, aut vt Phyſicus. non vt Metaphyſicus, quia cum illa demõſtratio ſit per motum, Metaphyſicus conſideraret de motu. igitur vt Phyſicus, & per conſequens aliqua ſcientia particularis pertractat de ſubſtantijs ſeparatis. Secũdo, quæcunque ſunt cauſæ & principia primæ paſsionis Scientiæ naturalis, ſaltem vt principia & cauſæ cõſiderarentur in ſcientia naturali. ſed ſubſtãtiæ illæ ſunt cauſæ & principia motus æterni: igitur vt ſic conſiderabuntur in Naturali. Contra tertium eſt Ariſt. Primo Poſte. vbi dicit, oportet autem de ſubiecto præcognoſcere quid & quia, igitur eſt præcognitum. & per conſequens non quæſitum. Secundo, ſuppono quod ſcire ſpeciem ſubiecti eſſe ſit ſcire genus ſubiectum eſſe. vt ſi quis ſcit hominem eſſe, ſcit animal eſſe. quoniam valet, homo eſt, igitur animal eſt. Sed in omni bona conſe-

Confutatio ſecundi.

Confutatio tertii.

D quentia ſcita à te eſſe bona, ſi antecedens eſt ſcitum à te, etiam conſequens erit ſcitum. Tunc arguo, ſi demõſtratur ſubiectum eſſe in aliqua ſcientia, demonſtretur illud, & ſit, A, demonſtretur quod per B, & arguo aut B, eſt aliquid Scientiæ, ipſius A, aut alterius ſcientiæ. ſi aliquid ſcientiæ ipſius A, igitur continebitur ſub illo ſubiecto, aliter illud non erit communiſſimũ ad omnia conſiderata in ſcientia: continetur ſub illo, igitur eſt ſpecies, vel pars ſubiectiua, vel inferius ad illud, vltra ſpecies illius, igitur petitio principij, quoniam per ſuppoſitionẽ ſpeciem ſubiecti eſſe eſt æque notum cum ipſo ſubiectum eſſe. Si enim ſupponitur ſpeciem illam eſſe: igitur ſubiectum eſſe, quia ad illam eſſe, ſequitur ſubiectum eſſe. vnde, ſi in Scientia B, eſſe eſt præcognitum A, etiã erit præcognitum, quoniam ſubiectum primũ eſſe ſequitur

A ad illud eſſe, & in omni bona conſequentia, ſi antecedens eſt ſcitum, conſequens etiam erit ſcitũ. recte igitur dicit Auer. ſubiectum eſſe conceſſum, aut ex alia ſcientia, aut per ſenſum.

Tertio. ſi A, eſſe demonſtratur in aliqua ſcientia, cuius eſt ſubiectum per B. eſſe, vel B. eſſe eſt notum per ſenſum, aut per aliquid notius eiuſdem ſcientiæ, aut per ſcientiam aliam: ſi per ſenſum, igitur A. ſcitur per ſenſum. nam vna eſt ſenſatio hominis & aĩalis, ſi per aliquid eiuſdem ſcientiæ, eodem modo arguo de illo, ſicut de iſto. ſi per aliquid alterius ſcientiæ, hæc eſt poſitio Auer. Quarto arguo & ſuppono de mente Ariſt. quod genus & vniuerſaliter omne cõius ſit prius inuẽtione ſpecie, & omni minus cõi. quia bene valet, homo eſt, igitur animal eſt, & non econtra. Similiter & de inuentione, cum nihil aliud ſit inuentio quàm eſſe. nam homo in-

B uentus eſt, igitur animal inuentum eſt. vnde & inuentionis appellatur quæſtio, an res eſt, quia idem eſt inuẽtio rei & eſſe rei. Tunc arguo, ſi ſubiectum in ſcientia, cuius eſt, poteſt demonſtrari eſſe, aut per aliquid alterius ſcientiæ, aut per aliquid eiuſdem ſcientiæ. ſi per aliquid alterius ſcientiæ, eſt poſitio Auer. Si per aliquid eiuſdem ſcientiæ, vel illud eſt principium ſubiecti, vel aliquod contentum ſub ſubiecto. non principiũ, quia tunc demonſtratio eſſet propter quid & à priori quod negant. Si aliquid contentũ ſub ſubiecto, ſicut oportet eſſe, aliter non eſſet in omnibus commune in illa ſcientia, tunc illud medium eſſet aliquid minus cõmune, vel ſpecies, vel pars ſubiecti. Sed genus eſt prius inuentione ſpecie: igitur demõſtratio eſſet per ignotius. Ex omnibus his rationibus fieri poteſt vna ratio ſic, Si ſubiectum eſſe poteſt in ea ſcientia demonſtrari, cu-

C ius eſt ſubiectum, vel principium ſubiecti, vel per ſpeciem ſubiecti, vel per aliquod accidẽs ſubiecti, vel ſpeciei ſubiecti. non per principium, quia tũc eſſet demõſtratio cauſæ cõtra eos. non per ſpeciem, quoniam ſubiectũ etiam eſt notius ſua ſpecie. vt probatum eſt, non per aliquod accidens ſubiecti vel ſpeciei, quia tunc illud accidens eſſet prius notum eſſe, quàm ſubiectum vel ſpecies, quod eſt falſum, quia accidentis eſſe eſt ineſſe. igitur oportet præſcire ipſum alicui ineſſe, & eius ſubiectum eſſe, & per conſequens petitio. Pro confutatione quarti animaduerſione dignum, quod duplex eſt ens abſtractum, vnum excluſione materiæ atq; per eſſentiam, veluti Deus intelligentiæ & id genus. alterũ indifferẽtia, atq; non incluſione materiæ, veluti ens, principium, cauſa, actus, potentia, vnum bonum, & quæcunq; poſſunt ineſſe indifferenter tam materialibus, quàm

Confutatio quarti.

D immaterialibus, vt. 6. Meta. com. 2. colligitur. Secũdo, animaduerſione dignum, quod licet iſti duo modi entis abſtracti à materia ſint diuerſi, ſunt tñ inuicem pertinentes. quoniam non poteſt eſſe ens abſtractum à materia in differentiam niſi ſit ens abſtractum à materia per eſſentiam & per ſe, vt Ariſto. 6. Meta. vbi infert, quod, ſi nõ eſſet aliud genus entium ſeparatorũ, Phyſica eſſet Prima Philoſophia. vide Auer. cõm. 3. quam conſequentiam declarat Auer. 1. Metaphy. cõm. 18. & ponit eã hic contra Auicen. Huius conſequentiæ deductio eſt. quoniam vbi non ponitur eſſe immateriale per eſſentiam, omnia erant realiter concepta cum materia, & ita idẽ erit ens ſimpliciter & ens materiale, cũ enim tollatur abſtractum per eſſentiam, nihil remanebit commune immateriali & materiali, cum immateriale non ſit, & non enti nihil eſt commune. His ſumptis arguo pro poſitione

Argumentum.

tione Auerroes argumento eius hic, quod fecit Simplicius etiam, Si substantias abstractas esse, vel primum motorem esse, aut primum esse ens, potest probari. aut illud mediũ quo probabitur erit naturale, aut Metaphysicum. si primum, igitur non in Metaphysica. si secundum, tunc idem esset concessum & quęsitũ, quod deduco, quia, si tale medium esset Metaphysicũ, oportet illud esse abstractum, aut per essentiã, aut per indifferentiam. si per essentiam, igitur idem erit cõcessum & quæsitum. hoc. n. entiũ genus quærebamus. si per indifferentiã, idem quod prius. nam hæc species entis abstracti supponit primam speciem entis abstracti per essentiam, & ita vt prius, idẽ erit concessum, & quæsitum. quam rationem Aristo. tangit Primo Meta. text. cõm. 47. Et per hæc patet consequentia Auer. hic, ꝙ si hic non demonstraretur tale genus entiũ separatorum per essentiam, non esset nisi Physica & Mathematica: qm̃, si non demonstratur hic tale genus, nihil potest abstracti haberi. non per essentiam, vt deductum est, non per indifferentiam similiter, igitur tolletur Metaphysica: & sic veteres non cognoscẽtes aliud genus entium solum duas scientias tetigerũt, Physicam & Mathematicam. & sic patet hæc ratio, quæ recte considerantibus demonstratiua erit omnino. Secunda ratio, quam tetigit, est ꝙ, nulla scientia probat suum subiectũ esse, nec species subiecti. vnde per subiectum intelligit, aut principale subiectũ, aut species subiecti. modo vt dicit. 2. de Anima commento. 27. scientia ponit subiectum, & species subiecti. subiectũ quidem propter rationes datas, quia in scientia subiectum, ex quo est communissimum, est prius inuentione cæteris in scientia consideratis. species vero, qm̃ si possunt probari species esse, probari posset subiectum esse: quoniã ad species esse, sequitur genus esse, vt fuit deductum. Et si non probatur subiectum nec species, & econtra. quia inuẽtione subiectũ est prius speciebus suis, & hæc ratio etiã est demõstratiua recte inspicienti.

Consequentia Auer. & hic.

Duo tantũ sciẽ de genera quæ quidã cognouerunt.

Pro solutione.

Est vna tertia ratio, q̃ quære in lib. Destructio Destructionũ. disputa. 8. in solutione dubij primi.

Nota pro prima philosophia subiecto necessariam distinctionem.

Pro declaratione illorum quatuor, in quibus hi reprehendunt Auer. per ordinem, est animaduertendũ: Et primo circa Primum, ꝙ subiectum apud Auer. alicuius scientiæ nonnunquã accipitur pro genere continente omnia in scientia, & sic ab eo ponitur in multis locis ens inquantum ens. interdum pro prima subiecti specie, quæ magis, proprie dicitur subiectum: nam primũ genus dicitur potius primum prædicatũ scientiæ. & hac ratione genus entium separatorum: hoc est ens abstractum à materia per essentiam est subiectum in Metaphysica: quod est vnum analogum dictum per attributionem ad primum in tali genere, videlicet ad Deum. Et sic attributione dici potest Deus primũ subiectum. Vlterius accipio ꝙ duplex est scientia de ente separato per essentiam, altera, quidem intuitiua illorum per essentiam, quam Auer. credit habere felix. in quo agens intellectus est sibi copulatus vt forma. nos vero tenemus hanc habere in patria, & hæc scientia Metaphysica est propria, cum non sit alia hæc scientia quam res scita. Deus enim sibi & nobis est sciẽtia. sibi per essentiam, nobis participatione: & sic Deus est beatus Metaphysica per essentiam. altera, quæ est abstractiua, est scientia de Deo per doctrinam, quæ dicitur vespertina etiam. Illa per essentiam, hæc demonstratione, & quasi participatione & ab effectibus. Et

Abstractorum entium duplex scia, altera intuitiua, altera abstractiua.

E hæc quo ad quæstionem, an illæ substãtiæ sint, est naturalis, quo vero ad ea quæ consequuntur illas substãtias, vt abstractæ sunt, vt esse intelligentes, esse intellectus, esse fœlices & alia attributa declarata ex. 12. Metaphy. cõm. 39. est scientia Metaphy.

Duplex metaphysica.

Et ita patet esse duplicem Metaphy. de Deo atque substantijs separatis. vnam intuitiuam per essentiã, & non per demonstrationem, alteram abstractiuam per demonstrationem vnius attributi ex alio, vt dictũ est.

Solutio.

Tunc ad rationes. ad Primã dico, ꝙ subiectum in scientia debet habere principia & causas quibus demõstrentur affectiones, in scientijs naturalibus proprie, in Metaph. transumptiue & attributiue, & per quandam attributionem alterius rationis ab his scientijs. Ad secundum patet solutio. satis est vt sit vnum commune analogum, analogia enim sufficit ad vnitatem sciẽtiæ. F Ad tertium patet solutio. Auer. enim concedit vtrũq; modo diuerso.

Solutio ad secundum.

Ad rationem vero contra secundum dicendum ꝙ vnamet propositio considerari potest in vna sciẽtia vt principium, in alia vt conclusio, vt continuum esse diuisibile in semper diuisibilia, vt suppositio sumitur à Geometra, vt conclusio demonstratur in Sexto huius nam Naturalis considerat illam in ordine ad medium naturale. Geometra in ordine ad conclusiones, sic in proposito, substantias abstractas esse considerat Metaphysicus vt suppositio, Naturalis vt conclusio in ordine ad medium naturale.

Non inconueniens propterea diuersis in suis tus considerari.

Solutio tertii.

Ad argumenta contra tertium patet solutio. nam in scientia quia, accipitur inuentio causæ, quæ est subiectum illius scientiæ quia, sed talis inuẽtio accipitur ab alia cognitione alterius speciei à scientia quia: quoniã G aut per sensum, aut per scientias effectus, quæ est alia à scientia causæ.

Solutio quarti.

Pro solutione ad argumenta contra quartum, animaduertendũ, ꝙ multi sunt syllogismi necessarij, qui non sunt demonstrationes, sed topici. vt qñ media vel sunt ignotiora conclusionibus, vel æque ignota. modo, in proposito dico, ꝙ, si A est, sequitur Deũ esse, vel primam causam esse, quia non est scitum an illa consequẽtia sit bona. Tunc respondeo, ꝙ omnis proprietas reperta in effectu consequentia bona de materia infert primum ens esse, & Deum esse, nõ antem bona de forma, nisi motus æternus. Causa est, quia, si illa proprietas esset spectans ad Metaphysicum, aut esset ignotior, aut æque nota cum ipsa conclusione. si est Physica, non est nisi motus æternus. debet igitur addi Maiori, dummodo H modo talis proprietas, sit notior conclusione, quod esse non potest, vt dictum est. Ad secundum dico, ꝙ licet quod est conclusio in Physica sit suppositio in Metaphysica, nõ propter hoc Physica subalternat sibi Metaphysicam. tum quia illa conclusio non probata est in Naturali Scientia à priori, tum quia deficiũt aliæ conditiones. quia non continetur subiectum sub subiecto, & aliæ recitatæ, Primo Poste. Multæ aliæ occurrerent quæstiones hic, sed in libro Destruct. Destructionum. disputa. 8. in solutione ad primum multa diximus ad hoc propositum, quæ videre potes.

Dubitationes circa commentum. Prima.

Svnt tamen circa commentum dubitationes aliæ. Prima, propter quid subiectum neq; à priori, neque à posteriori demonstrari potest in scientia, cuius est, & principia subiecti possunt demonstrari esse in illa à posteriori.

Videtur

Videtur enim per principia illa demonſtrata poſſit ſubiectum demonſtrari.

Secunda. Secunda eſt propter quid principia ſubiecti poſſunt demonſtrari eſſe, & partes ſubiectiuæ non.

Tertia. Tertia, videtur ꝙ principia, & ſubiectiuæ partes demonſtrari poſſunt: nam materia prima eſt pars ſubiectiua entis mobilis, & principium, & demonſtratur ẽſſe in Scientia Naturali.

Quarta. Quarta, propter quid materiam primã eſſe, vt principium poteſt demonſtrari in Naturali Sciẽtia, & ſubſtantiæ abſtractæ, quæ ſunt principia entis, vt ens non poſſunt in Metaphyſica demonſtrari eſſe vt principia.

Solutio.1. Ad primam, ſolutio ex dictis patet. ſubiectum.n. eſt in ſcientia, cuius eſt, primum præcognitum atq; conceſſum. Inquit.n. Ariſto. Primo Poſterior. de ſubiecto oportet præcognoſcere in ſciã, quia eſt, hoc eſt ipſum eſſe, & quid eſt, ſaltem ſm nomen, & cum eſſe alicuius ſciri non poſsit maxime in naturalibus, niſi aut per effectum aut ſenſum, & ſubiectum ſit præcognitum ſm eſſe, recte dicit Auer. ꝙ debet ſumi, aut quia notum ad ſenſum, aut quia ſumptum ex alia ſcientia. Principium autem probari poteſt, qm̃ ſua inuentio non eſt præcognitio, nec propter hoc poteſt per illa principia demõſtrata ſubiectum demonſtrari. qm̃, vbi illa principia ſint demonſtrata per aliquod medium pertinens ad eandem ſcientiam, tale medium erit ignotius ſubiecto. & per conſequens nunquam poteſt certificare ita principia vt illa ſint notiora ſubiecto, & per conſequens non poterũt principia demonſtrare ſubiectum eſſe, cum demonſtratio eſſet per ignotiora. nihil enim eſt notus in ſcientia ſubiecto.

Solutio 2. Ad ſecundam patet ſolutio. partium.n. ſubiecti & ſubiecti vnum eſt eſſe, & ita vna inuentio. vbi.n. partes eſſe poſſet demonſtrari, tunc & ſubiectum eſſe. qm̃ ſubiectum eſt prius inuentione partibus, vt animal ipſo homine, quia valet, eſt homo: igitur animal, & non è contra. quare, ſi partes eſſe poſſet demonſtrari, ſubiectum eſſe poſſet etiam. igitur per deſtructionem cõſequentis, vbi ſubiectum demonſtrari non poteſt, nec partes poſſunt: principia vero poſſunt, quoniam alia eſt inuentio, & eſſe principiorum, & alia ſubiecti, & partium ſubiectiuarum.

Solutio 3. Ad tertiam dici poteſt, ꝙ materia prima, vt ſpecies entis mobilis eſt præcognitum, vt principium rerum naturalium eſt quæſitum. nec hoc inconuenit, & ſic demonſtratur ex ea parte qua principium, non ex ea parte quàm ſubiectiua ſiue ſpecies entis mobilis.

Solutio 4. Ad quartam dico, quòd non omne principium poteſt demonſtrari eſſe in ſcientia, cuius eſt, ſed bene aliqua. propterea non valet, materia demonſtratur eſſe in Scientia Naturali, vt principium: igitur ſubſtantiæ abſtractæ etiam demonſtrari poſſunt eſſe, vt principia. eſt enim ratio ab vna particulari ad alteram. ſed bene valeret, quando omne principium poſſet demonſtrari eſſe. Ea enim principia poſſunt demonſtrari in ſcientia, quæ ſupponunt rationem ſubiecti, vt materia quæ ſupponit mobilitatem, quæ vero non ſupponunt rationem ſubiecti, ſed ab ipſis ratio ſubiecti accipitur, non poſſunt demonſtrari. modo, à ſubſtantiis ſeparatis ſumitur ratio entis in eo quòd ens, quia non eſſet ens in eo quòd ens, niſi tale genus entium eſſet, vt dictum eſt. Propterea eo ipſo quòd ſubſtantias abſtractas eſſe in Metaphyſica demonſtraretur, etiam ſubiectum eſſe demonſtraretur, quia ratio

A entis omnis ab hoc genere proficiſcitur. & hoc ignorauerunt Auerromaſtici.

Queſtio de materia cæli. QVærunt hic recentiores propter multa dicta Auerro. in iſto Primo, vtrum Cœlum ſit compoſitum ex materia & forma. Et licet in libro de Subſtantia Orbis, & in libro de Generatione & corruptione, & alibi plurima dixerim de re iſta, pauca hic volo tangere, & ſolum in opinione Auerro. Reſpondent recentiores ad mentem Auer. & dicunt. Primo, ꝙ cœlum componitur ex duabus naturis, quarum vna eſt agens motum, altera eſt recipiens motum. Dicunt ſecundo, ꝙ cœlum licet componatur ex duabus naturis, non tamen ex forma perficiente materiam, & materia perfecta atq; conſtituta à forma. Dicunt tertio, ꝙ cœlum, ſecluſa forma ſiue intelligentia, eſt ſubſtantia ſimplex media inter puram materiam & purum

B actum. cui intelligentia, vt motrix ſeu forma appropriata attribuitur. hanc dicunt eſſe mentem Auerro. Sed hæc poſitio ſtare non poteſt, quicquid ſit de prima concluſione, arguo contra ſecundam. Primo, quia in Primo de Cœlo tam ab Ariſto. q̃ ab Auer. commento 95. ſumptum eſt, vt principium, omne compoſitum ex natura ſenſili, & intellectuali eſt compoſitum ex materia & forma: quod autem Cœlum his conſtet naturis, patet. Secundo, Ariſtote. in libro de Generatione. 2. text. comment. 51. inquit. ſunt.n. & numero equalia & genere eadem principia, quæ in ſempiternis & in primis. igitur materia & forma ſunt in cœlo eadem genere. Tertio, omne illud, in quo indiuiduum eſt aliud à quidditate, eſt compoſitum ex materia & forma: nam quidditas eſt à forma, indiuiduum à materia, Tertio de Anima, comment. 10. ſed in cœlo aliud eſt cœli

C quidditas, ꝙ hoc cœlum, vt dicitur Primo Cæli, commento. 92. quare compoſitum ex materia & forma. Quarto, omne animal componitur ex materia & anima, Tertio de Anima, commen. 66. ſed cœlum eſt animal. Secundo Cœli, commento. 42. 71. & 74. & in libro de Subſtantia Orbis, cap. 2. & per totum fere librum Deſtructio Deſtructionum. Quinto, cœlum conſtituitur ab intelligentia, vt dicitur in hoc Primo, commento. 63. vel igitur in genere cauſæ efficientis tantum, & certum eſt, quòd in genere cauſæ efficientis, formalis, & finalis: igitur cœlum dependet ab intelligentis formaliter: quia in ſeparatis à materia hæc tria ſunt vnum, Duodecimo Metaphyſicæ, commento ſexto, & per totum. Tertia etiam concluſio eſt falſa. Primo, quia, ſi cœlum eſt medium inter purum actum, & puram potentiam: cœlum recedit à materia per ali-

D quid, aut per nihil. ſi per nihil, tunc ab ea non recederet: quia per nihil recedere eſt non recedere. ſi per aliquid, vel illud ſpectat ad actum, aut ad potentiam: non ad potentiam, quia nihil recedit à potentia propter potentiam. igitur ſpectat ad actum, & per conſequens tale cœlum oportet habere actum, quo recedit à prima materia: quod ipſi negant. Secundo, omne ſimpliciter actu poteſt agere: igitur omne in actu ſecundum quid poteſt agere ſecundum quid. ſed cœlum eſt in actu, quia recedit à materia per hoc, ꝙ puro actui appropinquat. igitur eſt aliquo modo in actu, & per conſequens ſibi competit aliquo modo agere. quod non concederent ad mentem Auer.

Propria po. Materia ſubiectũ differut. Propter hæc & alia diſputata alibi vr̃ mihi eſſe dicẽdum, vt ex doctrina Themiſtij in digreſsione vnica huius Primi, & differt ratio materiæ à ratione ſubiecti.

Nam cum materia alicuius capitur, tunc cum priuatio ne potentiaq; id est, dicitur.n. materia earū rerum esse quæ factæ aut ortæ nondum sunt. cum vero accipitur pro subiecto, tunc cum priuatione non est, & ita concludit, posse esse materiam alicui formæ subiectam: cu ius continendi potestatem amisit. propterea materiæ ratio ad futura pertinet: subiectum vero ad facta olim atq; producta. Ex his accipio, ꝙ materia bifariam sumi potest: prout est potentia ſm vtrūq;, videlicet ad esse & non esse, & hæc proprie dicitur materia, alio modo pro subiecto ad esse, quod est potentia ſm dimidiū contingentis: quod Themistius vocat rationem subiecti, quatenus actu habet formam. Tunc dico, ꝙ cœlū compositum ex intelligentia & orbe cōponitur ex materia ſm, rationem subiecti, quę est potentia ſm dimidium contingentis, non autem ſm vtrunq;. Rem hanc sentit Auer. 8. Metaph. cōm. 12. vbi inquit. & ideo dicit Them. ꝙ Sol aut Luna, & Stellæ, aut sunt formæ sine materijs, aut habent materias per equiuocationem. sicut est dispositio in materia intellectus. Ecce quomodo approbat Themist. qui à cœlestibus aufert materiā sub ratione materiæ, & ſm potentiam ad vtrūque, non tamen materiam aufert per æquiuocationem, quæ esset sub ratione subiecti, & ſm potentiam ad dimidium contingentis. & in libro de Substantia Orbis, capi. 2. inquit. corpus autē cœleste est quasi materia istius formæ abstractę, quia est materia exñs actu, subaudi quia semper coniuncta formæ. & subdit, & ideo non assimilatur materiæ, nisi in hoc tantum, quia est materia fixa ad recipiendum formam. Ideo dignius dicitur subiectum q̄ materia. materia.n. quæ est hic, dicitur materia, quæ est in potētia forma in ea fixa, & dicitur subiectū, quia est fixa formæ & fit cōpositum ex materia & forma. hæc ille. Et, si sensu non cares, iam patet quomodo in cœlo est materia aliquo modo sub ratione potentię absolute, sub ratione subiecti. Sub ratione potētiæ quidem ſm dimidium, hoc est ad esse tantum, & hanc vocat materiā in actu, quia nūquam est absq; forma: sub rōne subiecti vero, quia talis cœli materia est actu sub forma & permanenter. Iam.n. hæc acceperat à Themistio, quem vbiq; sequitur. Dicendum igitur, ꝙ materia cœli, & materia generabilium differunt. qm̄ hæc magis materiæ rationem habet propter priuationem, quam semper habet admixtam, illa magis ratione subiecti, quia semper est in actu per formam cœli. Secundo dicendum, ꝙ hæc materia, & illa in ratione potentiæ metaphysicæ sunt eiusdem generis, qm̄ ratio potētiæ metaphysicæ est ad actum tatum. sed ratio potentiæ physicæ est ad formam, & ad priuationem. propterea erunt eiusmodi materiæ eiusdem rationis metaphysicæ, non autem eiusdem rationis physicæ. Tertio dicendum, ꝙ sicut intellectus constituit hominem in specie humana, non tamen constituitur à sua ipsius materia, sic intellectus Lunæ constituit Lunam in specie Lunæ, non autem constituitur ab illa. Quarto dicendū, ꝙ forma cœli differt à forma materiali, qm̄ forma materialis constituit subiectum in specie, & constituitur quatenus educitur ex illius potentia. forma cœli constituit tantum subiectum in specie, & non constituit, cū non educatur de potentia materiæ. Quinto dicēdum, ꝙ vnio intelligentiæ cum cœlo est maior q̄ animæ cū corpore, vt dicitur Secundo Cœli, cōm. 3. Nam anima materialis vnitur mediantibus dimensionibus interminatis, anima cœli immediate, imo mediante ea dimen- E siones insunt cœlo. propterea illa forma perpetuo vnitur, hæc ad tempus. dimēsio.n. est medium vnionis ad tempus, vt dicitur in Libro de Substantia Orbis. Sexto dicendum, ꝙ sumendo recipi pro dependere, quo modo accidens recipitur in substantia, intelligentia nō recipitur in cœlo, aut sua materia, sed sumendo recipere pro vnire ꝙ perficere, intelligentia recipitur in cœlo, qm̄ vnitur illi, & perficit ipsum in specie. Septimo dicendum, ꝙ accipiendo actum pro actuante, & constituente in specie, intelligentia est actus cœli, sicut anima corporis. qm̄ vt aīa corpus in specie reponit, & ipsum actuat ad operationem, ita intelligentia cœlum suum in specie reponit, & actuat ad operationem. Sed accipiendo actum pro perfectione aduentitia, quomodo lumen actus dicitur diaphani, & anima corporis, intelligentia non est actus cœli ſm Auer.

Materia bifariam.

Solutio.

F Sed contra incidunt dubitationes. Prima, si cœlū est formaliter animatum, tunc intellectus erit quãtus: qm̄ cœlum, cui formaliter hæret, est quantum. Secundo, tunc materia illa cœli, cum sit potentia passiua, erit contradictionis. igitur ad esse & non esse. Tertio, sic intellectus moueretur ꝑ accidens ad motum sui subiecti. Quarto, tunc motus cœli non esset certæ velocitatis: quia cœlum, cum non sit actu aliud à motore, erit in potentia, & per consequens non resistet motori. Quinto: vtrū materia cœli possit esse eiusdē rōnis aliquo mō cum aliqua materia hic. Multæ aliæ tactæ sunt alibi. *Dubitationes.*

Ad primā dico, ꝙ per idem probarem intellectum nostrum esse quantum, quia inhæret quanto. propterea apud Auer. forma quæ inhæret quanto quantitate præcedente, hoc est mediante dimensione interminata, est quanta, sed q̄ inhæret quanto quãtitate sequēte G formā, est forma indiuisibilis, vt dicitur in lib. de Substantia Orbis. Ad secundum dicit Auer. ꝙ materia nō est multa in potentia nisi mediantibus dimensionibus sibi coæternis. per illas.n. fit contradictionis ad formā, & ad priuationem. modo, licet cœlum sit potentia, cū non habeat dimensiones præcedentes, illa potētia erit ad esse tm̄. Ad tertium Auer. concedit consequēs in 8. huius cōm. 52. quod declaraui in libello de Infinitate Dei. Et vsq; ad Octauum omittatur. Pro nunc satis sit scire illud esse necessarium. verum illæ mouentur per accidens indepēdenter à subiecto, hæ formæ per accidens dependenter. propterea illæ possunt esse ęternæ, istæ vero non. Ad quartum dicendum apud Auer. in libro Destruct. Destructionum, ꝙ aliter consideratur successio & velocitas in motu naturali, & aliter in motu animali, nam in motu naturali attenditur penes pro- H portionē pōæ ad resistentiā, in motu aīali penes aptitudinē, siue ſm inclinationē eius appetitus ad tm̄ aut tm̄ moueri. qm̄ in necessarijs appetitus & aptitudo sunt necessariæ, iure vniformiter semper intelligētiæ mouent. Ad quintū dici pōt, ꝙ materia cœli respectu motus est eiusdem rōnis physicæ cū materia mobili hic, qm̄ illa est in potentia cōtradictionis ad motū & ad quietē. 12. Metaph. cōm. 41. materia tm̄ illa ratione habita ad formam est eiusdem rationis subiecti cum materia hac, non autem eiusdem rationis materiæ, nisi metaphysicæ. hęc sunt dicenda ad mentem Auer. vtrū vero hæc sint simpliciter vera, in libro de Cœlo, & in libro de Substantia Orbis perquiratur. Hæc de libro Primo. *Solutiones.*

RECOGNITIONES.

Cum dixisset de materiali ipso principio, ꝙ videlicet necesse sit esse primum quoddam subm, ex quo

ex quo inexistente cætera omnia per se fiant, & non per accidens: & q ipsa materia alia à priuatione sit, & q ingenita, atq; incorruptibilis: reliquum erat de principio fm εἶδος.i.fm spẽm dicere. hoc.n.vr̃ sequi eum, qui declarauit tria esse elemẽtaria principia, materiam videlicet, priuationem, ac formam, & qui horum triũ
1. Expo. duo tm̃ absoluerit. Et innuit talem distinctionem fm Simpl.q duplex sit forma, quędam prima, & vere primaria, q intellectum in aliis, & bonum, & primam cãm nuncupat, quæq; est tum effectrix, tum finalis cã. quædam vero naturalis, quæ elementum est eorum quæ gñantur, & corrumpuntur. tunc fm Simpl. dicit. {De principio autem fm εἶδος},.i. fm speciem,} hoc est de formali principio, videlicet separato, atq; intellectuali, & immobili. {vtrum vnum, aut plura, aut quot,}.f. numero, {aut quæ,}.f. immaterialia, & intellectualia, oino profecta, {per certitudinem,}.i. exactiori diligẽtia {Primę Philosophiæ,}.i. Metaphysicæ {opus est determinare, quare in illud tempus} in quo agemus su-
2 Expo. pernaturalia {apponatur}.i. relinquatur. Expositor vero Thomas, vir meo iudicio doctissimus, per principium fm εἶδος, i. speciem, ideam exponit: nam de idea in Septimo Metaphy. Aristot. differit. Sed pace tantorum virorum dixerim, melius est intelligere per principium fm εἶδος, i. speciẽ, quid cõe ad omnes formas separatas, qm in Metaphysica non solum agit de Deo, qui est forma fm speciem, sed de intelligentiis, quæ mouent stellas, & de ideis. Præterea, si diuisio formarum, quam Aristo. innuit, fit per opposita, per Principium fm speciem cogitur Aristote. intelligere principium fm formam separatam cõem omnibus, quæ opponuntur formis materialibus: & sic cogetur intelligere ideas, intelligentias, & Deum, & non solum Deum, C vt Simplicius putat. nec ideam, vt credit Expositor. appellauit autem totum genus substantiarum separatarum, principium fm formam, quia non est proprie genus formarum, sed causarum efficientium. genus autem formarum naturalium proprie est eorum, vt Themistius, quæ sunt causæ, atque elementa rerum naturalium, cum sint partes compositorum naturalium. propterea subscribit, {de Physicis autem & corruptibilibus speciebus,}.i. formis {in posterius demonstrãdis dicemus,}.f. in proximo libro secundo, nam de naturali forma (vt Simplicius inquit) dupliciter loquitur, partim ea ratione, qua est natura, partim quatenus materiæ obducitur, atq; finis est generationis. Vltimo, exponit potest secundum Simplicium, vt intelligat per principium secundum formam, non separatum, sed elementare, quoniam rerum naturalium elementa accurate tradere non est Philosophi Naturalis, sed Metaphysici: de Naturalibus autem formis, non qua formæ sunt simpliciter, sed quatenus generantur, & corrumpuntur, dicere munus Naturali Philosophi est, propterea dicit. {In posterius demonstrandis}.f. in libro de Generatione, & corruptione {dicemus,} vocat.n. posterius dicenda librum de Generatione, & corruptione. quasi ergo dicat de principio secundum formam, i. quatenus forma est, remittatur in Metaphysicam, quatenus vero naturalis forma est, f. genita, ac corruptibilis, pertractandum est in libro de Generatione, vbi verbum, secundum formam, pro inquantum, vel quatenus accepit. Sunt quidam, vt Simplicius narrat, qui demente Aristotelis asserunt primum principium, quod est Deus, non esse causam effecti-A nam, sed finalem tantum: & hanc esse Alexandri sententiam censent. contra quos Simplicius recte obiicit, demonstrans hanc non fuisse Alexandri opinionem: quoniam ex verbis Alexandri, quæ ipse refert, colligit Deum esse effectiuam causam omnium eorum, quæ sub cœlo fiunt, inquantum Deus mouet cœleste corpus, quatenus vero mouet intelligentias, vt appetibile, & desiderabile est finis. igitur Deus est causa vtroque modo, & non tantum, vt finis. Deinde epilogat, & ordinat se ad proximum librum. Et per aliud principium Themistius exponit naturam, cuius diuisionem venaturus incipit à diuisione rerum, & à differentia, quæ est inter naturalia, & artificialia. Vel melius per aliud principium intelligere potest diuisionem rerum, quam prosequitur in principio. Secundi libri. nam primo libro ibi. {necesse est autem aut vnum} incœpit à B diuisione principiorum, vt proficisceretur ad perscrutandum de principiis. At nunc incipit à diuisione rerum, vt procedat ad perscrutandum de natura. & quòd sic intelligat ex eo patet, quia id intendit, quod statim exequitur. exequitur autem rerum diuisionem, ex qua procedit ad definitionem naturæ. igitur per aliud principium intelligit diuisionem rerum. Hactenus de Recognitionibus primi libri.


Commentariorum libri Primi Physicorum Finis.

ARISTOTELIS
PHYSICAE AVSCVLTATIONIS
LIBER II.

Cum Augustini Niphi Suessani Tralatione, Commentariis, ac Recognitionibus.



ORVM *quæ sunt, alia quidem natura sunt, alia uero aliàs ob causas. Natura quidem sunt & animalia, & ipsorum partes, & plantæ, & simplicia corpora, quemadmodum sunt terra, & ignis, & aer, & aqua: hæc enim & cætera id genus, natura esse dicimus. uidentur uero ea omnia quæ dicta sunt ab his quæ nõ natura constant differre. nam hæc omnia, quæ natura sunt habere uidentur in seipsis* D *principium motus atque stationis. Alia quidem secundum locum, alia secundum incrementum, & decrementum, alia uero secundum alterationem. At lectica & uestis, & cætera id genus, quatenus quidem appellationem eiusmodi sortiuntur, atque inquantum ab artificio sunt, mutationis insitæ principium habent nullum, quatenus uero ipsis accedit ut sint lapidea, aut terrea, aut ex his mixta, eatenus habent.* DILVCI.



ORVM *quæ sunt, alia quidem sunt natura, alia uero propter alias causas. Natura quidem sunt & animalia, & partes ipsorum, & plantæ, & simplicia corporum, ut terra, ignis & aer, & aqua: hæc enim & eiusmodi à natura esse dicimus. Omnia autem, quæ prædicta sunt, differre uidentur à non natura existentibus.* ANT.

quoniã quæ natura sunt, omnia habere uidentur in seipsis principium motus, & statu: illa quidem secundum locum, hæc uero secundum augumentum, & decrementum: quædam autem secundum alterationem. Lectulus autem, & indumentum, & si aliquod huiusmodi aliud genus est, secundum quidem quod sortitum est in prædicatione unaquaq;, & inquãtum est ab arte, nullum habent impetum mutationis innatum, sed secundum quod contingit ipsis lapidea, aut terrea, aut ex his mista esse secundum hoc tantum habent. E

De intentione Secundi libri Expositor recte sentit. Sunt.n.& principia subiecti Scientiæ Naturalis, vtpote materia, forma, & priuatio, & sunt principia scientiæ, videlicet subiectum, causæ, & passiones. hæc.n.tria, vt dr̃ in Primo Poste.scientiam cõficiunt. Arist.igitur intentio hic est nunc agere de principiis Scientiæ Naturalis. videlicet quid sit ens naturale, quod hic subiectum est, quid natura siue cãæ naturales, & qui sunt motus & affectiones entis naturalis. Sed contra hæc ambiges, qm̃ eadem videntur subiecti principia & scientiæ. igitur non differunt. Dici potest, ꝙ quæcũq; sunt principia subiecti sunt principia scientiæ, non tñ ẽ contra. nam quæsitum & cã sunt principia scientiæ, non tñ subiecti, vt dr̃ Primo Poste. sed hęc res in commento dr̃. Tractaturus igitur de his, primo definit quid ipsa natura sit, & ante hoc quid hñs naturam per dñam à re non naturali, & proponit diuisionẽ dicens, Eorum quæ sunt, alia quidem natura sunt, alia vero alias ob cãs, hoc est per artem & fortunam, vt ait Them. exponit membra & inquit. natura quidem sunt & aĩalia & ipsorum siue partes siue membra, & plantę, & simplicia corpora, quæ sunt ceu & plantarũ partes, vti mẽbra aĩalium. Et in hoc, vt Them. notat, regulam talem innuit, ꝙ quorũcunq; tota natura constant, partes quoq; natura constabunt, in naturalibus ipsis dico. vt, qm̃ aĩalia tota natura constant, partes & mẽbra siñt, & quia plantæ natura constant, quæ ipsorum vt partes se habent elementa, etiam natura constant. secus est in his quæ arte aut manu fiunt. domus etiam per artem fit, lapides non fiunt. Adiecit {& cætera id genus} vt lapides, metalla, & talia. Inter res naturales & res artificiales talẽ ponit dñam, ꝙ naturalia motus & quietis inquantum talia principium non habent, non vna rõne, qm̃ alia habent principium motus localis, alia incrementi, alia alterationis. quæ vero ab arte sunt, quatenus artificiosa non babent eiusmodi principium, sed quo ad eorum materiam. inquit, videntur vero ea oĩa quæ dicta sunt ab his quæ non natura constant differre: nam hæc oĩa, quæ natura sunt, habere videntur in seipsis principium motus, atq; stationis. sed non vna rõne, qm̃ alia quidem ẽm locum, alia ẽm incrementum & decrementum, alia vero ẽm alterationem. at lectica & vestis, quatenus quidem appellationẽ eiusmodi sortiuntur, hoc est vestis vt vestis, & lectica vt lectica, atq; inquantum ab artificiosum (hoc est expositiuum præcedentis) mutationis insitæ principium habent nullũ. hæc particula, principium græce est ormyn, latine impulsum, siue trahiculum. hic tamẽ ad sensum transtulit principium. quatenus vero ipsis accidit vt sint lapidea, aut terrea, aut ex his mixta, eatenus principium motus habent, Ex his colligitur quid sit habens naturam, videlicet ꝙ est illud quod in se habet principium motus & stationis inquantum tale. hæc.n. vltima particula facit differre à re artificiali. nã res artificialis habet quidem motus principium, non tñ quatenus talis, F G H

Commen. 1. Auer.

{Quia quum.} Proponit intentionem, & cãm intentionis, & in gñali & in spãli. In gñali quidem vult intentionem libri esse tractandum de principiis extrinsecis & fundamentis, hoc est principiis intrinsecis Sciæ Naturalis. &, cum non possit hoc fieri, nisi agatur de subto, ideo hæc expõ cõuenit cum illa Exposi. In spãli vero incipit declarare quid sit res ipsa naturalis, ꝗ est subm Sciæ Nãlis: nam hoc est manifestius ipsa natura.

{Et intẽdit.} The. p alias cãs voluit artẽ & fortunã. Auer. voluntatẽ & casum, ꝗ parũ differũt. reliq̃ patent.

{Et in hoc.} Ponit exempla, vt ex Themist. patet, & vult per habentia principium ipsius motus localis, elementa, animalia, & cœlestia corpora.

{Et si principium.} Contra arguet quis, qm̃ hæc non conueniunt. igitur non possunt contineri sub vno membro. Rñdet, ꝙ continentur sub vno mẽbro analogicæ. habent.n. principiũ motus & status fere æquiuoce, excusat tñ Aristo. quia in descriptionibus nullus potest facere plus Arist. ipso: quasi dicat, ꝙ hæc definitio danda de natura per principium motus, licet videatur prima fronte mala, quia datur per analogum, nemo tñ potest facere plus isto, videlicet Arist. in describendo. ideo non est incusanda, & per ea quæ habent principium motus auctionis intelligit vegetabilia.

{Et quædam in alteratione.} Vult per alterationem cõe quoddam ad gñationem in substantia, & alterationem in qualitate. igitur per mobilia in alteratione intelligit alterabilia & generabilia, & reddit causam, qa vtitur hoc nomine alteratio large, & non proprie.

{Et istud.} Remouet q̃nem. dictum est, oẽ naturale vt naturale, habere principium motus. vtrum ẽm eãdem rõnem, hoc est, vtrum habeant principium motus ẽm eandem spẽm principij. Rñdet, ꝙ non: qm̃ principium existens in motis ẽm locum est principium ẽm formam, hoc est actiuum: principium vero existens in generabilibus & alterabilibus, non semper ẽm formã. Im mixtis.n. bene principium generationis & alterationis est ẽm formam, hoc est actiuum, in simplicibus autem est ẽm materiam, hoc est passiuum. possunt.n. mixta se alterare ab intrinseco, & corrumpi ab intrinseco, simplicia non nisi ab extra. & sic principium hic sumptum non vna ratione dicitur.

{Sed hoc.} Sed contra hæc obiicit Iunior. igiẽ principiũ hic accipieẽ ęquiuoce. Rñdet, cõcedendo. quia capiẽ hęc, vt cõe actiuo & passiuo principio. igiẽ ẽm quãdam æquiuocationem non simpliciter, sed qualis potest esse in sciẽtia, quę dicitur analogia, siue proportio.

{Et hoc est ita.} Duo accepit. Primũ, ꝙ simplex nõ alteratẽ se, sed bñ mouet se in loco. cõpositum vero & alterat se ab intrinseco, & mouet se in loco. declarat igiẽ hæc per ordinem, & inquit, & hoc est ita, qm̃ non inuenitur corpus simplex quod alteretur ex se, aut quod generetur ex se, sicut inuenitur corpus simplex, quod transfertur in loco ex se, hoc est primum.

{Principium autem.} Declarat ẽm, & vult, quòd in mixtis inuenitur principium motus localis actiuũ, & ẽt alterationis actiuum, vt patet in lib. de Gñatione. quia assumpto cibo, iam intus alteratur à calore naturali, vt scripsimus in lib. de Generatione. & sic patet secũdum.

Circa hæc occurrunt nõ paruæ dubões. Prima, propter quid principium motus localis dicitur æquiuoce in animalibus, elemẽtis, & cœlo. Rñdent quidam, & dicunt. Primo hoc esse dictum propter Dubitatio

pter cœlum, in quo non est principiũ motus, sed ipsum est principium motus: at elementum & aïal componũtur ex materia & forma. igitur principium passiuum

Confutatio. dr̃ æquiuoce. Sed hæc est rñsio contra Auer. nã Auer. vult, ꝙ principium in cœlo sit vere eiusdem rõnis, quaten' est materia ad vbi. materia.n. ad vbi est vni' rõnis

Resp. Themi. in cœlo, & in oĩbus, vt dictũ fuit in qõne vltima. The. autem ait. & cœleste corpus excipio, in quo natura est principium ciens sempiternum motum, non autẽ principium quietis. igitur natura dr̃ fere æquiuoce de cœlesti & gñabili. qm̃ cœlesti naturæ non competit definitio naturæ ſm oẽs partes, qm̃ illa non est principium quietis. natura vero corruptibilis est principium motus & quietis. igitur ſm completam naturæ definitionem

Respõ. hæc dr̃ natura. Sed huic Themist. rñsioni vr̃ contrarius. Auer. 12. Met. cõ. 41. & 2. cap. de Substantia Orbis. vbi voluit cœlum esse in potentia ad motum & quietẽ. & hoc testatur, tunc quia cœlum est in potentia contradictionis, atq; mere passiua motus. & ꝑpterea Ari. ait 9. Metaph. non esse timendum cœlum quiescere. ex hoc arguit. timor est de possibili, igitur cœlum possi-

Defensio. bile. igitur cœlum possibile est quiescere. Dici potest, ꝙ cœlum esse in potentia ad quietem potest intelligi dupliciter. Vno modo totalem ab oĩ motu, & hoc mõ non est possibile. Aliq modo ſm partem, & sic est verũ. quiescit.n. hodie à motu elapso heri. vnde capiendo potentiam, vt respicit totum, nec est in potentia ad motum, neq; ad quietem. ad motum totum non, qm̃ semper mouetur: ideo est in potentia ad partem motus. ad totam quietem minime per idem, sed bene ad partem quietis. Themi. igitur vult, ꝙ natura cœli dr̃ æquiuoce principium, qm̃ hæc gñabilis est in potẽtia ad motum, & ad quietem ſm partem & totum. illa est principium motus ſm partem, & quietis ſm partem, & sic tollitur contradictio. Secunda dubĩo est, quia vr̃, ꝙ simplex habeat actiuum principium suæ alterationis. nam aer condensatus rarefacit se ab intrinseco. vr̃ etiã, ꝙ mixtum non habeat principium actiuum, vt aurum & mixtum vniforme. Rñdent recentiores, ꝙ nullum simplex habet principium actiuum alterationis per se, qm̃ est vniformæ, & alteratio est à contrario. & propter idem mixtum vniformæ, & in se, & in partibus, etiam non potest alterare se propter vniformitatem. verum, quia cõiter mixtum est difforme, rõne partium diuersarum per se alterat se, & vna pars corrũpendo alteram, tandem totum corrumpitur. gñat autem se ſm partem, nõ autem simpliciter. Ad argumentum de aere. Rñdent aerem illum rarefacere se per accidens, inquantum quærit maiorem locum. Sed hæc videntur non bene dicta. Primum quidem, quia, si vniformitas in se, & in partibus est causa, cur mixtum, aut simplex non alterat se? eadem vniformitas faciet idem non mouere se localiter. non.n. vr̃ maior ratio de vno q̃ de altero. Secundo, pono ad imaginationem corpus vniformæ, vel simplex, vel mixtum in vacuo, vt aurum & id genus. quæro, aut erit æternum, aut corruptibile. si æternum, tunc natura corruptibilis esset facta æterna. si corruptibile, & non à principio extrinseco, igitur ab intrinseco. Tertio, dictum est, ꝙ materia cum priuatione admixta est causa corruptionis, sed eiusmodi corpora habent materiam cum priuatione admixtam: igitur erunt corruptibilia ab intrinseco. Amplius contra responsionem de aere instanct. Primo, quia aer ille per se intendit raritatem, & per accidens motum localem, ra-

A ritatem quidem, quia est dispositio naturalis, per accidens vero motum localem, quia, vt consequitur raritatem. qm̃ idem est locus totius & partis in sphæra ꝓpria. igitur non per se intendit maiorem locum. Dici potest, ꝙ accidentia elementorum sunt in duplici differentia, quædam per quorum variationem substantiæ elementariæ varientur ſm intensum & remissum, vt qualitates primæ. 3. Cœli, com. 67. & in his accidentibus nullo modo variari possunt elementa alteratione pura, quin sit admixta gñatio, vt Secundo de Anima, com. 115. Alia sunt accidentia cõia, vt figura & raritas cõis, & id genus, & in talibus alterari possunt sine substantia. Tunc dico ad primum, ꝙ secus est in motu locali, & secus in alteratione. nam in alteratione alterãs & alteratum oportet esse contraria, vel contrariis affectionibus affecta. at in motu locali mouens & motus *Defensio. Elementorum accidentia secundum quæ alterãtur, sunt in duplici differentia.*

B sunt proportionalia: ideo vniformitas impedit alterationẽ fieri ab intrinseco, nõ autem lationem. Ad scd̃m dici potest, ꝙ vacuum est res imaginaria, & in vacuo poni tale corpus etiã imaginaria, totum tñ est impoẽ, quia ex illo sequitur impoẽ. Stat.n. quamlibet partem alicuius casus esse possibilem, totũ vero simul esse impoẽ, vt consideranti patet. Ad tertium dici potest, ꝙ materia & priuatio sunt causæ corruptionis proxime, agens extrinseca causa est. & propterea dico, ꝙ tale erit corruptibile ab intrinseco ratione passiua, non autem actiua, sed requiritur contrarium. Ad argumentum de aere cõdensato dici potest, ꝙ aer condensatus in propria sphæra per se, & principaliter intendit rarefactionem, qua conseruatur eius forma in materia, & per accidens mouet se in loco propter illam raritatem. at aer condensatus extra sphæram per se primo inten-

C dit facere se in loco proprio, & per accidens rarefit, quatenus mouetur in loco. quicquid sit, non est inconueniens alterare se per se in accidentibus communibus, vbi non variatur substantia, vt dictum est. Ex *Positio Auer.* his colligitur positio Auerro. quòd nullum corpus simplex, siue mixtum vniformæ potest alterare se alteratione in accidentibus propriis, quæ consequuntur formam substantialem, quia non possunt elementa agere illa accidentia, nisi possent generare se, alteratione vero in accidentibus communibus, quibus non variatur substantia, possunt alterare se, & per idem mouere localiter se. hæc est sententia Auerro. Octauo huius. commento. 20. & 60. & Aristote. etiam idem ait in libro de Causa motuum animalium. & 4. Cœli, commento. 24.

Sed adhuc restat maximum dubium de reductione

D aquæ, vbi apparet ipsam reducere se. igitur in accidentibus propriis alterat se ab intrinseco. Ad hanc rñdet *Respõ. Auer.* Auer. in. 2. de Anima, com. 115. vbi vult, ꝙ non alteratur in substantia, sed in vaporibus commixtis secum, quos ablato calefaciente ipsa reducit vt prius ad frigiditatem cum auxilio medij: hæc est responsio eius. hæc responsio sufficit ad primam rationem. Sed restringatur argumentum de aqua pura, quæ sit calefacta substantialiter, & quæratur à quo reducetur? patet tunc non esse fugiendum ad vapores. Quidam volunt aquã calefieri difformiter, qua ratione partes alterant se propter difformitatem, vt dictum fuit in mixto deformi. & hoc cum auxilio medij. Sed adhuc pono per casum, sicut est possibile ipsam esse vniformiter alteratam, tunc cum non possint recurrere ipse respondens ad deformitatem, quid est reducens? Propterea respon-

dent alij, ꝙ aqua reducit se per accidens, qm̃ ipsa calefacta est rarior q̃ sibi competat per naturam, & partes sunt nimis distantes à centro totius, tunc partes, cum velint se facere ad locum naturalẽ, per accidens condensantur: & cum ad condensationem sequatur frigiditas, ideo rõne motus localis se reducit, non per se, sed vt partes mouent se in loco. Hanc responsionem tenui in libro de Gñatione. Sed nunc vr̃ non esse tenenda. Primo, quia licet in sphæra extranea partes velint facere se ad locum naturalem, nõ tñ in sphæra propria. vbi idem est locus totius & partium, & sic vr̃ ꝙ per se condensetur: & cum non posit esse condensatio nisi à frigiditate. 8. Physi. commen. 15. vr̃, ꝙ condensatio nõ motum localem, sed frigiditatem sequatur. Secundo, solet instari de ferro magno vniformiter calido, vbi apparet in eo nullam fieri raritatem. Similiter de magni silice. Nec potes recurrere ad insensilem motum localem, vt patet, quia hoc est contra sensum, & etiam si ferrum calefiet in aqua, potius acquirit densitatem q̃ raritatem, vt tradunt Alchimici, qui aiunt ipsum calefactum in aqua esse ponderosius q̃ erat: quod esse non potest, nisi quia densius. Et licet hæc põsit sustentabilis, vr̃ mihi nũc, semper protestatione præmissa, ꝙ aqua vniformiter calida remissa, tum in frigiditate, tum in substantia, reducitur à medio continente propter aptitudinem passi summam. Sed contra arguunt. Primo, quia tunc à proportione minoris inæqualitatis proueniret actio, vt ponẽdo medium minus frigidum aqua. Secundo, tunc semper aqua reduceret se ad summam frigiditatem. si semper à medio reduceretur: non. n. esset maior ratio de parua q̃ de magna. Tertio arguũt de aqua addita in quo casu ipsa alterat aquam præcedentem, & per consequens ab intrinseco alteratur. Hæc positio defendi potest. Et tunc est dicendum, ꝙ continens potest cõsiderari, vt est sub forma propria. verbi causa vt aer, aut calidus, aut frigidus tanto vel tanto gradu. & sic medium non reducit aquã agendo. nisi vsque ad gradum proprium sibi, vel similem. alio modo vt instrumentum totius naturæ vniuersalis, & ordinis totius: & hoc modo potest in multa quæ ẽm speciem suam non potest, & vt sic potest esse principiũ extrinsecum reductionis aquæ ad maiorem frigiditatem q̃ ipse habeat. & hoc maxime propter passi inclinationem. Tunc ad primum patet solutio. licet. n. aer vt aer non agat vltra gradum proprium, tñ vt instrumentum naturæ potest agere vltra proprium, quia hẽt virtualem proportionem maioris inæqualitatis. Ad sc̃dm dico, ꝙ aqua nõ est frigida vt octo, quia aer non reducit ipsam nisi generando vapores frigidos, qui non possunt esse frigidi vt octo, qm̃ sunt aeri multa ex parte. Ad tertium dicendum, ꝙ illa aqua addita nõ agit, sed addit ad inclinationem, & sic medium facilius agit. hæc sunt dicenda pro nunc, si vero aliter alias occurret, aliter diceret non recusabo. sumus enim in materia probabili, vbi contingit opiniones mutari.

Dubiũ de motu naturali. Vlterius quæruut, vnde dicatur motus naturalis. Respõdet quidam, ꝙ dicitur propter materiam affectam qualitate disponente ad illũ, vt motus grauis deorsum, quia materia grauitate affecta disponit ad illum. Contra obiiciunt primo, quia motus cœli non esset naturalis, cum nulla sit ibi qualitas materiam cœli afficiens. Secundo, quia oẽ principium passiuum propinquum debet esse corpus in actu, cuiusmodi nõ est materia cũ qualitate. Tertio, tunc aquę calefactio non est motus

E naturalis, quia materia cum qualitate non promouet ad calefactionem. Propterea aiunt ipsum compositũ per se existens, quod per se mouetur esse propinquum principium passiuum ipsius motus: & quod dum inclinatur ad talem motum, ille est naturalis sibi, dum autem sibi contrariatur, ille est violentus. ideo calefactio aquæ est violenta. Dici potest cõcordando ꝙ motus esse potest vno modo naturalis, quia remoto impediente competeret subiecto, & sic recte dicũt talem motum esse naturalem propter totum compositum, quod includit formam, quæ est principium inclinatiuum & actiuum illius. Alio mõ potest sumi motus naturalis pro eo qui competit subiecto, non contra naturam illius: & hoc mõ ipse motus dicetur naturalis à solo principio passiuo aliqua qualitate disposito afficiente ipsum, qua rõne calefactio ipsius aquæ erit motus naF turalis: qm̃ licet frigiditas non disponat ad motum calefactionis, vt ille competat remoto impidimento, afficit materiam vt si passiua à contrario: & hoc satis est pro naturalitate sc̃do modo. Nec inconuenit illam resistere rõne formæ, & disponere vt in materia. De motu cœli dici potest ꝙ ille est, naturalis æquiuoce, vt dictũ fuit, & distinguiẽ cõtra artificialem, & vt distinguiẽ cõtra violentum: proprie tñ est motus aĩalis, vt in libro de Substantia Orbis, & Sec̃do de Anima dictum est. *De motu cœli.*

{Et nõ debet.} Cõmentũ istud patet, verũ aĩaduersione dignũ, ꝙ ens artificiale est illud, qđ inq̃tum tale non includit principiũ motus neq; quietis. huius rõ est, q̃a reduplicatio cadit supra formã rei artificialis. forma aũt eius est figura, figura vero nõ est de principiis actiuis, qm̃ est qualitas in q̃titate. 7. Physi. Sed dices, cur nõ descripsit ens casuale, cum ens naturale sit contra diG stinctũ ad illud. Dicendum hoc esse factũ, quia non est ita necessariũ ad intellectum naturæ, sicut ens artificiale. Sc̃do, quia posterius de ipso tractabit. Ex his sequiẽ, ꝙ motus cœli propter tria dr̃ naturalis. primo, quia nõ artificialis. secundo, quia non à casu siue à fortuna. tertio, quia non violentus. Dr̃ vero non naturalis propter vnum, quia natura est determinata ad alteram differentiam, positionis: propterea dicitur absolute motus animæ proprie. Et sic tolluntur contradictiones.

RECOGNITIONES.

PRæ cæteris aliis oĩbus quid sit natura primo quęrit. Cã est, qm̃ nec ens, quod est ẽm naturam, nec ens habens naturam, quod dr̃ ens naturale, cognosci potest natura ipsa ignorata. Inuestigat igitur naturã quidnam sit per dr̃iam, qua differunt ea, quæ natura sunt, i. qua differunt entia naturalia ab iis, quę non sunt H à natura, & primo præmittit diuisionẽ, & dicit {eorum quæ sunt}, i. entiũ, {alia quidẽ sunt natura}, i. quorum cã est natura. {alia vero p̃p alias cãs,} & intelligit per alias cãs, oẽs alias, per quas fiunt non naturalia. Nã praua, & studiosa ab intellectu practico cũ appetitu fiunt. artificialia vero ab intellectu practico sine appetitu, vt lectulus, aut domus, aut tibicina, inuẽtio thesauri à fortuna: monstrũ vero à casu. per alias igitur cãs, hæc intelligit. Supponẽs igitur pro explorato quędã esse, quę ab aliis cãis fiant, demonstrat exẽplis, quæ sint entia naturalia, quęq; sunt à natura, & dicit. {natura qdẽ sunt,} vt exẽplis vtar, {& aĩalia, & p̃tes horũ & plãtæ,} & subaudi, & harũ p̃tes, vt Simp. subaudit, {&} subaudi {simplicia} de numero {corporũ,} ex quibus cõstant aĩalia, & plantæ, & eorum partes. {vt terra, & ignis, & aer, & aqua.} sic igiẽ patet per exẽpla, q̃ sint entia à natura: uã

sunt

sunt animalia, & plantæ, & horum partes, & corpora simplicia, ex quibus hæc constant, & in quæ stat eorum vltima resolutio. non.n. electio horum cã est, quippe cum electio indeterminata sit, horum vero gñatio determinata. neque fortuna aut casus: hmõi.n. raro eueniunt, aĩalia autem, & plantæ, & eorum partes, & simplicia plerunq;, neq; eorum causa est ars. ea.n. quæ ab arte fiunt, extrinsecus fiunt: hæc vero extrinsecus, recte igitur addit. {hæc.n. & hmõi}, s. mineralia, quæ similia his sunt {à natura esse dicimus} cætera vero quæ ab aliis causis sunt. non sunt entia nãlia. Aĩalia, & plantæ, & mineralia, & eorum partes, & elñta naturalia dixit, qm̃ vt patebit, cõe quippiam habẽt: quod cõe, vt Simp. inquit. non est sensus, qm̃ hic proprius aĩalibus est, non est nutritio, & augumentum, aut gñatio sibi similis, sed illud cõe est naturalis motus. & localis quidem, non ꝙ fit animali impetu, & alteratio, & gñatio, vel corruptio quædam & actio, vel decrementum, hoc pacto exponit Simpli. sed nos aliter postea, cum vero dixisset, {& animalia} addidit {& horum partes,} quid intellexerit Themisti. in commentariis dictum est.

Quæ Alexan. Alexan. asserit hoc esse dictum ad dñiam artificiosorum. nam eorum, quæ natura constant, partes etiam natura constant, artificiosorum vero partes non oẽs artificiales: domo.n. arte consistente, aliquæ eius partes s̃m artem eius sunt, aliquæ vero s̃m naturam. lateres.n. & valuæ ab arte sunt, lapillus vero & ligna à natura.

Quæ Simplic. Sed circa hæc, quæ Alexan. dixit. considerat Simpl. qm̃, si partes veras partes hic appellamus, artificialium quoq; partes artificiales sunt, statuæ.n. caput, & pedes artificiales sunt, & domus etiam partes andrones. videlicet & genethonides, & porticus artificiales sunt. At, si partes etiam ipsa prima elenta appellauerimus, qualia sunt ligna, lapides, & huiusmodi, etiam in naturalibus prima elementa non sunt naturalia non.n. materia, cum per se immobilis sit, naturalis est, sed magis est natura.

Defensio. Sed defendi potest Alexand. ꝙ inter hæc sit quædam dñia, qm̃ in artificialibus propinqua etiam elementa non sunt artificialia, sed naturalia, vt in statua æs, in domo ligna, & lapides. in naturalibus vero, licet vltimũ elementum non sit naturale. materia, s. propinqua, tñ elementa naturalia sunt, qualia sunt membra, & quatuor corpora simplicia, & sic habebitur per hæc quædam differẽtia inter ea.

Dubĩ Simpli. Sed dubitat hic Simpl. quonam pacto animalia, & plantas natura esse ait, cum sit aĩata, quæ vbiq; Arist. distinguit à nãlibus, ꝙ autem naturalia hæc dicat, patet in p̃nti textu, & etiam inferius asserit ea, quæ s̃m augumentum, & decrementum mouentur, naturalia esse. Insuper sata ligna, vt posterius dicit, germinare s̃m naturam suam asserit. Miror Simplicium cum dubitet in eo, in quo non oportet. Nam Arist. hic per ens naturale intelligit valde fuse, per omni eo, quod non est ab aliis causis, intelligens per alias cãs intellectum cum appetitu, intellectum practicum, casum, & fortunam: omne.n. illud, quod est ab aliqua causa, quæ nõ est aliqua harum, Arist. vocat ens naturale, in præsenti libro. at vbi distinguit ens naturale ab animatis, pressius locutus est, & ad hunc intellectũ veniunt verba Eudemi in Primo Nãlium suorũ.

Eudemus. Hac diuisione præmissa assignat dñiam inter entia naturalia, & entia non naturalia. nam ꝑ hanc dñiam concludet ipsius naturæ definitionem. Sed quid per non naturalia intelligat, vr̃ ꝙ intelligat artificialia ꝑꝑ exẽpla, quæ inducit de lectulo, & de indumẽto, & aliis eius gñis. Dicendũ eum posse intelligere oĩa alia à naturalibus, sed qm̃ eadẽ rõ est dñiæ naturalium ad alia quæ est artificialium, ideo solũ prosequitur dñiam naturalium ad artificialia, qm̃ sic potest colligi dñia naturalium ad alia quæ non sunt artificialia. & qm̃ dñia, quam prosequitur, est naturalium ad artificialia, ideo supponit conuenientiam, ꝙ videlicet vtraq; intra se contineant principiũ motus: scãnum.n. & aĩal intra se habent principium motus. verum differunt, qm̃ naturalia habent principiũ motus, quatenus, talia, hoc est quatenus sunt naturalia scãnum vero & lectica habent motus principium, nõ quò artificialia, sed quò sunt lapidea, vel lignea. vnde dicit. {Oĩa autem quæ prædicta sunt. videlicet aĩalia, & plantæ, & horum partes, & elementa, {differre videnẽ à non natura exñtibus: qm̃ quæ natura sunt, oĩa habere videntur in seipsis principium motus & status} quatenus subaudi talia.

Quid per principium. Quid vero sit intelligendũ ꝑ principium, Simp. effectricem cãm intellexit: qđ, an verum sit, posterius disserendũ. Sed anteq̃ assignet aliud mẽbrum, & illius expõnem, innuit quãdam dñiam eorum quæ principiũ motus intra se hñt, vt innuat ens naturale nõ vna rõne habere principiũ motus, & dicit. {illa qdem} principiũ motus hñt eius, qui est {s̃m locũ.} & exponit Simp. vt terra in eum locũ, qui deorsum est, & ignis sursum. alij exponunt vt aĩalia, quæ per seipsa mouẽtur {hæc vero s̃m augumentũ & decrementum} & exponit Simp. vt ignis, & aliqui lapides, quos auctos vel diminutos esse narrant. alij exponunt, vt plantæ, {quædã aũt s̃m alterationẽ} vt aqua, & cætera elementa. Verũ melior expõ est aĩalia moueri s̃m locum, plantas s̃m accremẽtum, & augumentum, elementa s̃m alterationem. cã est, qm̃ solum animalia s̃m locum mouentur à se, & cætera nõ nisi quatenus mouentur ab aĩalibus, & plantæ solum mouentur s̃m accrementum & decrementum, & cætera nõ nisi quo participant aĩa vegetali: elementa vero solum mouentur s̃m alterationem, & cætera ea rõne alterantur, quò participant rõne elementaria.

Dubitatio. Sed dices, nonne aĩalia motus augumenti, & alterationis principium habent. Dicas aĩalia rõne qua aĩalia non habere nisi principium motus s̃m locum: quò autem sunt vegetabilia, principiũ habent motus accrementi, & quò mixta ex elementis, principiũ habent alterationis.

De principio quietis. Ostendit autẽ Simplic. etiam hæc habere in seipsis principiũ quietis, tũ quia non exterius principiũ quietis habent, tum ẽt, quia non est in infinitum aliquis motus naturalis, sed ad mensurã proprie spẽi corpora naturalia quiescunt à motu.

Obiectio de cœlo. Obiicit Alex. de cœlo, quod est naturale, & habet intra se motus principiũ, non autem quietis, cum incessanter moueatur: & sic velle videtur Alexand. omnia corpora naturalia motus principium habere intra se, quietis autem nõ omnia.

Porphyr. Porphyrius propter hoc legit {&} pro vel, vt dicãtur naturalia esse, quæ intra se principium habẽt motus, vel quietis.

Simplic. Simplici. autem per motum s̃m locum intelligit motum, qui non ab anima proficiscitur, sed à natura, & propterea bene dixit. Alexan. vt inquit. cum dixit corpora simplicia solum habere principium motus in seipsis, si voluit intelligere animalia, & plantas habere principium motus s̃m locum, non quò animalia, & plantæ, sed quò corpora naturalia, sed hoc quod Simplic. dicit, non est necessarium: qm̃ motus s̃m locum, qui proficiscitur ab aĩa est naturalis, capiendo naturã pro principio, quod differt ab aliis cãis, de quibus loquiẽ hic Ari. Deinde transit ad aliud membrum, & declarat ꝙ licet

Aliud membrum. Prima expō Simplici. artificialia habeant motus principium, non tñ quo artificialia. Simpl. vero asserit Arist. cum monstrasset ex ijs, quæ manifeste apparent, naturalia habere in seipsis principium motus, & quietis, nunc per appositionem eorum, quæ non natura, sed arte constant, monstrat ꝙ proprium sit hoc natura constantium argumēto, ꝙ ea, quæ non natura constant, sed ſm artē: nō quatenus talia, sed quo sunt naturalia habent principium motus. ergo naturalibus quo sunt naturalia proprium est habere principium motus & quietis intra se. *Rō expōnis.* Hæc Simplicij expositio stare pōt, sed qm̄ proposuit differentiā inter naturalia, & non naturalia, & declarauit ipsa naturalia, consonum rationi videtur, vt nunc declararet non naturalia. ideo dicit. {Lectulus autem, & indumētum, & si aliqđ huiusmodi aliud genus est}, s. & omne aliud artificiale, {ſm quidem quod sortitum est in prædicatione vnaquaq;}, i. & vnumquodq; artificiale speciale, vt lectulus quatenus lectulus, & indumentum. {&} generatim omne tale {inquantum est ab arte nullum habet impetum}. i. internum motus principium. *Impetus quid.* Nōnulli per impetum principium intelligunt. {sed ſm qđ contingit ipsis} esse subaudi naturalia, videlicet {lapidea, aut terrea, aut esse ex his mixta, ſm hoc tm̄}, i. eatenus {habent.} *Nota de artificialibus.* Non. n. in artificialibus quatenus artificialia sunt, est artifex, neq; ars: fertur. n. deorsum gleba postq̄ cœpit mouere se, nō ab exteriori parte mota. Figuratur autem lectulus ab exteriori artifice. *Simplic.* Quare, vt Simplicius concludit, si naturalia omnia in seipsis habent principiū motus: artificialia vero quatenus artificialia non habent, sed quatenus naturalia, propriū erit rebus naturalibus habere principiū motus & quietis. *Quid per principium.* Sed quæres primo quid per principium motus intelligat Arist. Simplicius exposuit principium motus, id est effectricem causam, nos tam actiuum, q̄ passiuū intelligimus. nam animal principium motus localis habet, quo seipsum mouet, passiuum autem quo mouetur. plantæ principium actiuum habent. quo se augēt, animam. s. & calorem, passiuum autem, quo augētur. elementa actiuum principium habent, quo se alterant saltem in ijs accidentibus, quæ non mutant substantiā, vel in alijs saltem per accidens, passiuum vero quo alterantur. *Quid per alterationem.* Secundo, quæres quid per alterationem intelligit Arist. dicas per alterationem intelligere motum contra generationem distinctum. nam ens naturale p hoc quod habet generationis principium, non differt ab entē artificiali: habet. n. artificiale generationis principium sicut & naturale. Ex ijs contra Simpli. & Auer. sequitur primo, ꝙ non bene dixerunt elementa collocari sub ijs, quæ habent principium motus ſm locum, qm̄ sola animalia & sublunaria & cœlestia sub ijs collocantur. non. n. elemēta mouentur à se ipsis nullo corpore extrinsecus mouente: non. n. possunt motum incipere, nisi ab aliquo corpore moueantur. Sequitur secundo contra Auer. non bene per alterationem exposuisse quid cōmune generationi, & motui alteratiuo. nam ens naturale non differt ab artificiali per hoc ꝙ includat principium generationis, cum tale principiū etiam artificialia includant. Sequitur tertio non bene dixisse Auer. accepisse principium in alteratione, & in alijs motibus alia ratione. Declarauimus. n. elementa habere in seipsis principium alterationis vtrumq;, sicuti & ea quæ mouentur ſm locum, & ea, quæ mouētur ſm augumentum. diximus. n. elementa in quibusdam accidentibus cōmunibus posse se per se alterare, in ac- *E* cidentibus vero proprijs saltem per accidēs. & hoc sufficit vt elementa includant vtrūq; principium. ex ijs tollitur confusio in verbis Arist. nam ſm expositionē Auer. habetur confusio in verbis Arist.

Quid naturale. Quod non naturale. Ex ijs perspicuum est Ens Naturale esse, quod habet principium motus, & quietis, quatenus naturale, non quidem omnis motus, vel omnis quietis, sed satis est vt habeat intra se principium actiuum atq; passiuū alicuius motus, quicūq; sit ille motus, quatenus naturale. At non naturale est, quod inquantum tale non habet motus alicuius principium, nec actiuum, nec passiuum. Patet secundo, id quo differunt naturalia à non naturalibus esse principium motus, & quietis. hanc expositionem nec Simpl. nec Auer. intellexit. *De alteratione elemētorū.* Sed circa ea quæ diximus in cōmentarijs, animaduerte, illa esse bene dicta ad opinionem Auer. non tñ ad opinionem *F* omnium. nam sunt qui asserunt ignē posse refrigerari, aquam calefieri, terram humectari, aerē exiccari, nulla remissione facta in suis substantialibus formis, qm̄ in sta. horum opinionem non sequitur, ignis est remisse calidus: ergo est remissus in substantia. Simile ratione nec de aqua, nec de alijs sequitur: qm̄, ſm eorum opinionem, ad remissionem qualitatum primarum in elementis, non sequitur remissio in suba. Ad argumentum vero Auer. 3. de Cœlo alibi respondemus. *Excerptum.* Ex ijs sequitur, elemenra, cum sunt in sua naturali dispositione, non includere principia actiuum & passiuum suæ alterationis, non. n. ignis, cum est in sua naturali dispositione, potest se aut calefactere, aut refrigerare, sed cū elementa præter naturaliter disponuntur, bene suę alterationis principia actinum, & passiuum includunt. Potest. n. aqua calida se ad frigiditatē reducere, & ignis *G* refrigeratus ad caliditatem. & cum dicit Auer. ad alterationem requiri contrarietatem, sed aqua calida est vniformi. dicunt aquam calidam esse difformem, quatenus virtus formæ, quæ est frigiditas, contraria est dispositioni præternaturali, s. caliditati, nec putant absurdum aquam per suam formam sibi contrariari, quatenus præter naturaliter disposita est, s. per frigiditatem. Quibus patet aquam reducere se ad frigiditatem nulla alia ratione, nisi vi suæ formæ. *De generabili.* Sed ijs, quæ diximus occurret quispiam. qm̄ generabile, vt generabile, est ens naturale, & tñ non includit quo generabile est vtrūq; principium suę generationis. quare ens naturale, vt naturale dicetur solum quo includit passiuum principiū. Diluitur vero primo hoc argumentum, qm̄ generabile, quo generabile, non est naturale, sed quid cōmune enti naturali, & artificiali, cum etiam artificialia gene- *H* rabilia sint. *De aeris condensatione.* Sed de condensatione, & rarefactione aeris animaduerte, tam condensationem, q̄ rarefactionem accipi posse physicæ, & sic rarum est, quod haber plus de calido. densum vero, quod habet plus de frigido, & mathematice, & sic rarum est, cuius partes longius iacent, densum vero contra, cuius videlicet partes propius recumbunt. Secundum physicam rationem non pōt aer condensari atq; rarefieri, nisi ab exteriori agente: ſm vero mathematicam, rarefit in sua sphæra, & cōdensatur, & etiam extra sphæram à se, cum non alturin accidentibus proprijs.

Natura igitur principium est quoddam atq; causa mouēdi et quiescendi eius in quo est primo p se, et nō secundū accidēs. DIL VCI.

Tanquam sit natura principium quoddam, & causa mouendi, & quiescendi id in quo est, primo, & per se, & non secundum accidens. ANT.

Ex differentia data concludit definitionem naturę, & vis eius est vis enthymematis sic. Ens naturale est quod includit principium motus & quietis: igitur natura est principium quoddam. atque causa mouendi & quiescendi, eius in quo est primo per se, & non secundum accidens. vnde syllogismus erit, Quod differt naturale ab artificiali est principium motus & quietis eius in quo est primo per se & non secundum accidens: naturale est, quo differt natura ab artificiali: igitur natura est principiū & reliqua.

RECOGNITIONES.

Tanquam ὡς igitur quare. Expositio.

Omnes legunt hæc verba illatiue, & ὡς, pro qua re. aut pro igit. quia volunt & dicta, quā assigna uit inter naturalia, & non nālia nunc inferre pro cōclusione definitionē naturæ. Et Simplicius sequēs huiusmodi expositionem resoluit illationem ad artem prioristicam tripharriam. Primo, conficiendo syllogismum in prima figura hoc pacto, id omne, quod naturalia à non naturalibus differūt, motus per se principiū est eius, in quo est, vt textu illo patet. {omnia autem quæ prædicta sunt:} natura est id, quo naturalia à non naturalibus differunt, vt per se perspicuum est: igitur natura motus per se principium est eius in quo est. Secundo, conficiendo syllogismum in tertia figura hoc pacto, Naturale differt ab non naturali. qua includit motus per se principium eius, in quo est, vt textu illo probatum est, {omnia autem quæ prædicta sunt.} naturale differt à naturali. qua includit naturam, vt perspicuū omnibus est: igitur natura est motus per se principium eius in quo est. Tertio potest confici, vt Alexan. confecit, hypothetice hoc pacto, si ea, quæ naturam habent differunt à non naturalibus, quod principium per se motus & quietis in seipsis habeant, natura est principium motus per se, eorum in quibus est: est autem primum, igitur & secundum. quod autem hoc pacto differant ea, quæ naturam habent à non naturalibus, ex inductione probauit, artificialia apponens, quæ non babent tale principiū. Et hæc tertia resolutio magis verbis Arist. conuenire vr. hoc pacto illatiue legimus in cōmētarijs, tñ si quis græca verba inspiciat, textus hic legi nō debet illatiue, sed cū dixisset artificialia, nō quo sunt artificialia, intra se motus principiū includere, sed quo lapidea, aut terrea, quasi reddit cām, & dicit. {Tanquam sit natura primo, & per se, & non secundum accidens principium quoddam, & causa mouendi atque quiescendi id in quo est} & tunc istud non est conclusio, sed causa, vel propositio, & nō sine magno artificio hoc fecit: nam, si ex dictis illatiue deduceret definitionem naturæ, tunc non esset de natura præcognitum quid sit, sed fuisset quæsitum. & iō ad indicandum quid est natura, esse hic præcognitum, vtitur eo, vt concesso, & per ipsum vt concessum, assignat causam dictæ differentiæ: ad indicādum vero definitionem naturæ egere aliqua expositione, saltē ad termini significationem, in fine textu præsentis commenti tertij ibi. {est igitur natura,} infert naturæ definitionem, & hac ratione exponit illam particulā, {non secundum accidens,} & fortasse in illo loco, {est igitur natura,} non infert definitionem naturæ, sed resumit tanquam per se notum, vt inferat quid sit habens naturam, & est melior expō. si quis igitur consideranerit græca verba, hæc nostra expō videbitur eis valde consona.

DILVCI. *Dico autem non per accidens, quia sibijpsi aliquis Medicus cum sit, sanitatis causa esse potest, at tamen non quatenus sanatur medicinam habet, sed accidit ut idem sit Medicus atque sanetur, quando & nonnunquam inuicem seperentur.*

ANT. *Dico autem, non secundum accidens, cum fiat utique ipse sibi aliquis causa sanitatis, cum sit Medicus, sed tamen non secundum quod sanatur medicinam babet, sed accidit eundem Medicum esse, & sanari. unde & diuiduntur aliquando adinuicem.*

Expositio.

Declarat definitionem. Vbi animaduertendum, quod natura & ars conueniunt. ambæ. n. esse possunt principium motus eius in quo sunt, vt ars medendi nonnūquam est principium sanationis medici, sed hoc differunt, quod natura est principium per se motus in illo in quo est: ars vero est principium per accidens: ad differentiam artis, quæ in subiecto eius nonnūquam est principium motus, adiecit non per accidens. inquit. Dico autem non per accidens, quia sibijpsi aliquis medicus cum sit sanitatis propriæ causa esse potest: attamen non quatenus sanatur medicinam habet, sed accidit, vt idem sit medicus, & sanetur, signum ponit, & inquit, quando & nonnūquam inuicem seperentur, & cum contingat separari, iure ars non per se causa erit motus eius in quo est. Animaduersione dignum, quod omne per se est de omni, necessarium, & ita quod nō est de omni vel necessariū esse non pōt per se: & quoniam potest interdum ars esse causa motus in subiecto eius, & interdum non rationabiliter paccidēs, & non per se causa erit motus sui subiecti, quia vero nūquam esse potest quin natura sit principium motus subiecti in quo est, iure naturā per se causa erit motus sui subiecti. Et sic patet differentia.

Apta redditur rō ex natura per se et de omni, cur ars per accidens, natura per se principiū est.

DILVCI. *Similiter autem & cæterorum quæ efficiuntur unūquodque se habet. nihil. n. ipsorum effectionis in se principiū habet. Sed alia quidem in alijs atque extrinsecus, ut domus et unum quodque eorum quæ manu conficiuntur: alia uero in ipsis quidem, non tamen per se, ut quæcūque causæ per accidens sibi fieri possunt.*

ANT. *Similiter autem & aliorum, quæ fiunt, unumquodque: nullum enim eorum habet in seipso factionis principium, sed alia quidem in alijs, & ab exteriori, ut domus, & aliorum manufactorum unumquodque. alia autem in seipsis, sed non per se ipsa, quæcunque autem secundum accidens fiunt causæ sunt utique ipsis. est igitur natura, quod dictum est.*

Expositio.

Et ne credat quis quod natura solum ab arte medendi differat, ampliat dictam differentiam ad omnia. & inquit. Similiter autem & cæterorū quæ efficiuntur arte vnumquodque se habet, vt dictum est in medicina. nihil. n. ipsorum effectionis in se principium habet, & sic natura differt ab arte, & cæteris id genus. Adiecit tamen effectionum artis talem differentiam, quod effectionum artificialium, quædam principium habēt in alijs, & extrinsecus, hoc est nō in subiecto in quo sunt, neque per se, neque per accidens, vt domus & vnumquodque eorum quæ manu conficiuntur. hæ. n. artificiales affectiones, neque per se, neque per accidens in subiecto eorum habent principiū, aliæ vero effectiones principiū habent in subiecto in quo sunt vt sanatio medici ab arte eius, verum non per se, sed per accidens habent causam in earum subiecto, vt dictum est. ideo iterum concludit naturam esse (vt dictum est) principium motus & quietis per se primo, & non secundum accidens eius in quo est.

Differētia effectionum artificialium.

Commen. 3. Auer.

{Quia manifestum.} Auer. primo facit enthymema, vt in litera fecimus. Et sermo patet,

{Et ista.} Digreditur & disputat cum Auicen. & dicit, primo, quod ista definitio naturæ est manifesta hic. Dicit secundo, quod naturam esse est manifestum per se: vt post dicet Arist. Dicit tertio, quod est vnum principiorum istius scientiæ immo principium subiecti scientiæ vno modo,

modo,& subiectum in scientia alio modo. Dicit quar to, ꝙ non est declarandum à Meta. Hæc est pô Auer.

{Neq; est.} Narrat positionem Auic.& inquit, neq; est ex ens quę nō sunt nota per se, vt apparet ex verbis Auicenna. Et ita vult Auicenna, ꝙ naturam esse non sit per se notum.

Ad hominem Metaphysicus naturam esse probare potest, non autem ab [illegible]ste.

{Nisi intendat.} Excusat Aui. ꝙ naturam esse proba ri à Meta. potest intelligi dupliciter. Vno modo absolute, tanq̃ conclusionem propriam in Metaph. demonstratam per propriam rationem, & hoc modo errat. Alio modo tanq̃ negata ab ipso cauillatore & sic fortasse bene ait. quemadmodum Arist. voluit Metaphy. debere contradicere negantibus prima principia, non quidem demonstratione simpliciter, sed per concessa.

Ex quo motū habet motorē ex probatur. voluit Auic. posse probari naturam esse.

{Et iste homo.} Adducit Auer. tres rationes Auicē. acceptas à signo quibus enitebatur probare ꝙ naturā esse non sit per se notum. Primo sic, non est aliud naturam esse q̃ motum ipsum habere motorem. idem.n. est natura & motor, & ita idem erit ipsam esse, & motorē esse. motor est, quia res mota habet ipsum. tunc arguo, motorem esse probatur in Octauo per hoc, ꝙ res mota habet motorem: sed natura est motor: igitur etiam naturam esse probabitur per hoc ꝙ motū habet motorem. vt idem est probare album esse, quia paries habet albedinem.

{Et dixit illic.} Secūdo arguit, Arist. 8. Phy. dubitat, vtrum simplicia habeant motorem: sed natura est motor: igitur dubitat an habeat naturam, sed naturam haberi est ipsam esse: igitur dubitat an natura sit.

{Et potest.} Tertio Arist. probat elementa hẽ grauitatem tanquam motorem, sed natura est vt grauitas & motor: igitur demōstrat, vt supra, habere naturam, & ita naturam esse est quæsitum & non præcognitum.

{Et hoc non est.} Respondet ad rationes eius vnica responsione: & vult, ꝙ multum refert dicere hoc habet illud, & hoc habet illud differens ab hoc. habere.n. animal caput per se patet, an habeat caput differens à collo, non patet. Omne itaq; motum habere motorē per se patet, sed an habeat motorē alium à re mota est occultum. Dico igitur, ꝙ in illis locis Arist. probauit & inuestigauit an natura mouens sit alia à re mota, supponit autem naturam esse.

{Et causa.} Affert causam, quorum Arist. disputauit non de quæstione an natura sit, sed an natura mouens sit alia à natura mota, propter Platonem, qui extimauit esse aliquid quod mouet se.

{Et manifestum.} Et ꝙ non probauerit naturā esse declaratur ratione, q̃m siue positio Platonis sit vera ꝙ idem mouet se, siue sit verum, ꝙ natura mouēs sit alia à re mota, vt dicit Aristo. semper naturam esse est præcognitū, nam vbi positio Platonis sit vera, illud quod seipsum mouet dignius habet hoc nomē naturam s̃m definitionem datam, videlicet, ꝙ sit principium motus & quietis, vbi vero positio Arist. sit vera, etiam naturā esse est præcognitum. Sed illud quod latet, est, an motor sit alius à moto. Et sic patet solutio rationū Auic.

{Et cum notificauit.} Volens dubitare Auer. contra se: format syllogismū literæ hypotheticę sic, Si quo naturalia differūt artificialibus est principium quo mouentur & quiescunt per se primo & non per accidens, & natura est quo differunt naturalia ab artificialibus: igitur natura est principium motus & reliqua. Hic est syllogismus.

{Et nō debet.} Obijcit sibi, quia si definitio naturæ

E est per se nota: igitur non potest esse conclusio demonstrationis. modo Arist. syllogizauit illam ex differentia naturalium & artificialium.

An quælibet propositio immediata sit per se nota et econtra.

{Q̃m est dictum.} Respondet, vbi debes scire, vt. 1. cœli. cōm. 2. colligitur, ꝙ triplex est propositio. quędā simpliciter nota, vt dignitas, quæ non demonstratione, nec syllogismo, nec aliquo id genus deduci potest, sed vt ait Aristot. quatenus terminos cognoscimus, & q̃m lumine tantum terminos cognoscimus, ideo solo lumine patet. Alia est propositio penitus ignota, & hęc est quæstio, quæ conclusio efficitur & nota sola demō stratione. quędam est media, quę, cum non sit quæstio, non est demonstrabilis. cum vero sit aliquantulū ignota, est locorum aliquo probabili explicabilis, vt vel syllogismo hypothetico, aut diuisione, aut cōpositione, aut exemplo, & id genus: & propterea vult ꝙ Aristo.

F non simpliciter demonstrauit de ipsa natura propriam definitionem, sed syllogismo hypothetico eam conclusit: quo docet vti in libro Priorū non ad propositionem simpliciter ignotam, vt est quæstio, nec ad simpliciter notam, vt est dignitas, sed ad mediam, quæ indiget modicula innuitione. & sic bene dubitationem soluit. Sed dubitant hic satis rationabiliter qualis est iste syllogismus hypotheticus quo probatur definitio naturæ, an propter quid an quia? Respondent quidam ꝙ est syllogismus quia: nam res naturales sunt effectus naturę, & hęc definitio per ipsas naturales conducitur. Sed obijciunt quidam. q̃m Arist. & Auer. quando dicunt aliquam definitionem esse principium demonstrationis aut conclusionem, loquuntur de demonstratione propter quid à priori. Sed isti delirant. nā Auer. in Proœmio ait, ꝙ raro Aristo. vtitur demonstratione

Ad quod nam genus probabiliter procedimus.

G propter quid & rarissime demonstratione simpliciter. igitur semper per demonstrationem intelligendum est demonstrationem signi. propterea videtur dictum illorum alia ratione ambiguum. nam Arist. probat naturam esse per se principium motus, per istam differentia qua ipsa naturalia differunt ab artificialibus. modo nec differētia est causa naturę, nec natura causa differentiæ: igitur hæc demonstratio siue syllogismus. nō est quia, nec propter quid.

Fortasse dici potest, ꝙ syllogismus est à signo, q̃m natura est causa fundamentalis illius differentiæ qua differūt naturalia ab artificialibus, & sic videtur reduci ad genus demonstrationis signi, Tu vero consydera.

{Et dixit primo.} Remouet dubitationes circa definitionem examinando illam. primo si addit per se, cur adiecit primo, & si per se primo, cur adiecit non per ac

H cidens. Mihi videtur, ꝙ Auer. velit omnes has particulas esse positas ad circumloquendum vnam differentiā ignotam, qua natura ipsa differat ab arte, quia ait, in se siue in subiecto ꝓprio, & sic vult ꝙ sic legatur. natura est non per accidens, sed per se & primo principiū motus & quietis eius in quo est. Tunc respondeo ꝙ non sunt superflua hæc, cum non sint eadem. nam pe se est in plus q̃ primo, & nō per accidens est in plus q̃ per se. Declaro. nauis mouetur per se à remo, non autem primo, quia primo ab homine. Medicus mouetur à medicina, sed non per se, neq; primo: igitur hæ omnes particulæ non sunt superfluæ, cum ponātur propter circū loquutionem vnius innominatæ differentiæ.

{Artes igitur.} Concludit distinctionem artium, ꝙ artes sunt aliæ, quę nec per se, nec per accidens possunt agere in subiecto in quo sunt vt ædificatoria & id genus:

nus: aliæ quæ licet per se non agant in subiecto in quo sunt, per accidēs agunt in illo interdum. & ait, φ Arist. addit, quæ fiunt manu. nam pars medicinæ, cui accidit agere subiecto in quo est, est Theorica & non Chirugia, cum nullus phlobotomet se.

{Sed est dubium.} Contra obijcit. nam ars saltandi semper agit in subiecto in quo est. Respondet, φ sermo suus est solum verus in artibus, in quibus eueniūt actu in materia exteriori & non solum accidens, vt est de arte musicæ & id genus. Sed dices, si sermo tuus nō est de istis, igitur istæ artes erunt naturæ, quia eis competit definitio. dici potest φ saltus, vt motus est à natura, vtpote ab anima, vt talis vel talis motus, sic modificatus est ab arte, & per consequens, per accidēs ars est principium saltus, & ita non erit natura. Sic igitur patet solutio dubitationis.

{Vtrum autem.} Remouet dubium, dubium est tale, vtrum detur aliquod principiū naturale abstractū & supra naturam. Respondet, φ hæc res est digna perscrutatione, sed quicquid sit, Aristo, nō consyderat nisi in generali talium principiorum, hoc est naturalium & de accidentibus, quæ accidunt illis, & sic, si illud detur, non dicitur natura nec principium naturalium.

{Etiam.} Repetit solutionem quæstionis factæ, an hæc definitio sit vniuoca, ex quo competit generabilibus, alterabilibus, augmentabilibus, & mobilibus in loco. Respōdet φ non est vniuoca, sed analoga dicta fm prius & posterius, qm̄ principiū accipitur vt cōe actiuo & passiuo, & p prius dr̄ de actiuo, φ̄ de passiuo.

{Et in talibus.} Cōtra, dicet quis, qm̄ æquiuoca sunt prius distinguenda. postea debet eligi mēbrum de quo est intentio, & hoc non fecit: igitur hæc definitio vel definitum non est æquiuocum. Respondet, φ definitū non est æquiuocum purum, sed analogum, & tale bene potest definiri prius, & postea diuidi, vt fecit Arist. qui prius naturam definit, deinde eam diuidit & sic Arist. non errauit.

{Et sciendum.} Soluit vltimo quæstionem, quare si cut in isto lib. definit naturā, nō definit corpus naturale, quod est subiectū totius Sciētiæ Naturalis, sed illud definit in lib. Cœli. R̄ndet, φ natura & principia naturalia sunt substantia hoc est præcognita & suppositiones cōes toti Scientiæ Naturali: & quia hic liber est de cōibus præcognitionibus ac suppositionibus totius scientiæ, recte definit naturam, & principia naturalia. in lib. de Cœlo definit subiectum artis huius, quia ille est primus librorum huius scientiæ, dico primus specialiū, ꝓpterea decebat subiectū in illo libro definire. Hęc sunt, quæ crassa minerua in commento habentur.

Examen definitionis naturæ. *Dubitationes.*

Circa definitionem naturæ sunt confusiones & nugæ innumeratæ, ideo relecando illas moueo dubitationes, quas alij mouent: deinde dabo expositiones famosiores huius definitionis. Quantum ad primum videtur in definitione duplex nugatio. prima est, quia ait principiū & causa: idem. n. est. secūda nugatio est, quia ait primo & per se & nō fm accn̄s: hæc. n. vide tur abunda. Secunda dubitatio est, quia oppositorum idem non est causa primo & per se & non fm accidēs, modo quies & motus sunt opposita. Tertia, quia cœli natura est natura, & tamen non causa quietis. similiter forma vel materia terræ est natura, & tamen non motus est causa. Quarta, anima animalis est principiū motus & quietis animalis primo & per se, & non fm accidens: & tamen non est natura, vt dicitur, Secundo de Anima, etiam quia tūc motus animalis esset naturalis. Quinto dubitant, quia substantia & absoluta non debet definiri per accidens & respectiuum: natura est substantia, quia materia & forma, & absoluta, quia substātia, principium est relatiuum, motus & quies sunt accidentia: igitur hæc descriptio falsa est. Hę sunt dubitationes à diuersis collectæ.

Pro intellectu harum hic sunt adinuenti tres modi intelligendi hanc naturæ definitionem. Primus est quorundam recentiorum, quos Ioannes in quæstione sectatur. Et vult iste modus, φ omnes particulæ copulatiuæ, legantur disiunctiue. Secundo vult, φ particulæ illæ tres, non per accidens, & per se & primo determinent diuersa, & sic sensus est, natura est nō per accidēs principium vel causa prima vel primum, hoc est principale, eius in quo est per se mouendi vel quiescendi. Et tunc dicitur principiū vel causa loco generis, vt amplectatur formam & materiam, hoc est actiuum & passiuum. Cæteræ particulæ loco drīæ ponuntur, vt nō per accidens ponitur ad differentiā artis medicinæ & id genus, quæ principia prima sunt motus vel quietis eius in quo sunt per se, sed non sunt principia per se, sed fm accidens. Dicitur primum ad differentiā virtutum & instrumentorum naturalium, quæ sunt non per accidens principia motus vel quietis eius in quo sunt per se, non tn̄ prima & principalia. additur eius in quo est per se, propter principium motus violenti. nam proijciēs est non per accidēs principium principale proiectionis in lapide, sed qm̄ non per se est in lapide, iure non est natura. Hic est primus modus, quo facile soluuntur obiectiones vt videbitur. Dupliciter quidam calumnian tur hunc exponendi modum. Primo, quia corrumpit textum. Arist. n. loquitur copulatiue: igitur non debet legi disiunctiue. Secundo, quia non bene dicitur, φ illa determinatio non fm accidens determinet verbum, est, primo loco positum, qm̄ nulla propositione existēte, adhuc illa determinatio non fm accidēs, esset pars definitionis naturæ, & nō determinaret illud verbum est, faciens compositionem definiti cum definitione. Sed istæ friuolæ sunt. Prima quidem, qm̄ & si corrumpat verba, sanat sensum. ille. n. est sensus Arist. sæpe. n. eiusmodi particulæ confunduntur apud Arist. Secunda vero, qm̄ licet nulla propositio sit, tn̄ esse potest. sufficit igitur φ non possit formari propositio nisi illa determinatio cadat supra verbum illud, & quanq; propositio non sit, est apta nata esse, & illa determinatio erit apta nata determinare, & hoc sufficit. hic igitur modus primus non est inutilis. Pro secundo modo, qui est Auer. vt dictum est in commento, animaduertendum primo, φ illæ tres determinationes. non per accidens, per se, & primo cadunt super idem. nam ponuntur (vt dictum est) vt innuant vnam differentiam innominatam, qua differat natura ab omni non natura. est. n. ipsum non per accidens in plus φ̄ per se, & per se in plus φ̄ primo, & ideo sese determinantes contrahunt ad vnam differentiam propriam. Erit igitur sensus, natura est non per accidens, sed p se & primo principiū mouendi & quiescendi eius in quo est. Patet, quiā per hanc differētiam differt natura ab arte medendi, & ab instrumentis naturæ. ars. n. medendi per accidens est causa sanationis in Medico. Instrumenta naturæ non per se primæ causæ sunt. Per particulam illam, videlicet eius in quo est, debetur differētia ab artibus, quæ sunt extrinsecæ ob operibus. illæ. n. non sunt in opere, vt

Primus modus exponēdi.

Calumnia.

Secundus modus Auer.

vt patet, & ita superfluit addere per se. signum aũt est, quia Arist. vnam particulam declarauit, videlicet illam non ſm accidens, qm̃ omnes ponuntur ad vnum sensum. Vlterius animaduertẽdum ꝙ Arist. per principiũ & causam intelligit idem, sed vsus est diuerso verbo, ꝓpter antiquos, quorum quidam cognouerunt causam, & ignorauerunt principium, alij contra norunt principium & non causam verum vt dixit Auer. principium est analogice sumptum, vt commune actiuo & passiuo. Vlterius animaduertẽdũ, ꝙ natura in omni est principium motus & quietis, in cœlo quidem (vt dictũ est) non ſm totum, sed ſm partem. est.n. cœlis natura principium motus hodierni, & quietis hesternæ vel crastinę & sic ſm partes. In generabili vero principium est motus & quietis etiam ſm partes subiecti. nam licet tota terra quiescat, ſm partem mouetur, vt qñ generatur in media regione aeris. Præterea, tota terra continuo mouetur, vt alias ostendetur & quiescit. Amplius, satis est vt sit principium potentiale actiuum vel passiuum. Ex his potes colligere totum definitionis intellectum. Et hic modus etiam bonus est. Tertius modus (vt mihi videtur) est Themistij, qui sic legit, natura est principium & causa motus quietisq; in eo cui primo inest per se, & non per accidẽs. Et est sensus, natura est principium non per accidens motus & quietis in eo in quo primo inest per se. Dicitur non per accidens, propter artem medendi. dicitur, cui inest. primo, propter statuam & artificiaria, quę deorsum feruntur, & habent principiũ motus, non tamen primo, hoc est ſm ꝙ talia. Dicitur ꝑ se, propter gubernatorem nauis, qui mouet primo nauem, & primo ipsi inest, & tñ non per se inest. hæc vide ab eo. Et si dicatur quid de virtutibus & instrumentis naturæ, diceret Themist, ꝙ illę sunt per accidens principia agendi motum in eo in quo sunt. Hi sunt tres intellectus, qui omnes possunt stare.

Tertius modus Themist.

Tunc ad rationes. Ad primam allatæ sunt nugationes, secundum primum modum quidem, quia ponuntur ad diuersa. Secundum Auer. vero quia ponuntur, vt innuãt rem innominatam. secundum Themistij expositionem etiam ponuntur ad diuersa. Ad secundã respondent recentiores, & Ioannes, ꝙ quies in termino ad quem non contrariatur motui. Et de hac intelligit. Sed hoc stare non potest, qm̃ quietis in termino à quo ipsa natura non esset causa, quod falsum est. Ideo dico, ꝙ possunt esse causæ oppositorũ priuatiue, vt materia est causa esse & non esse. Et sic concedo idem esse causam oppositorũ priuatiue, vt patet in multis alijs. Ad tertiam patet solutio per dicta in modis dicendi. Ad quartam dici potest, ꝙ motus animalis est naturalis, vt definitur hic, qm̃ non violentus nec fortuitus accipit.n. Arist. hic naturam amplissime, vt distinguitur contra casum & artem, & hoc satis, & hoc modo non contradicit sibi in. 2. de Anima, quia ibi sumit naturam præssius, vt patet. Ad quintam conueniunt omnes, ꝙ natura est in prædicamẽto relationis, vt patet, ideo definitur per relatiuum & per accidentia. Est tñ in prædicamento substãtiæ ſm esse, hæc de definitione. Multæ confusiones solent addi, quæ cum sint inutiles ad rem, & extra propositum, omittantur.

Responsiones.

RECOGNITIONES.

Animaduertendum ꝙ Arist. in definitione naturæ posuit tres particulas, videlicet primo & ꝑ se, & non ſm accidens. Et laborant Simplicius, & Philoponus assignare necessitatem, qua addit illas

E tres particulas, & Alex. etiam valde elaborauit, & breuiter omnes expositores, & Græci, & Latini: At ego puto Arist. voluisse illas tres particulas intelligi pro vna, videlicet pro ꝑ se, copulari vero cum verbo principiũ & causa, vt sit sensus, ꝙ natura sit per se principium, & per se causa mouendi, & quiescendi id, in quo est. Puto etiam per esse in quo, intellexisse, esse veluti partẽ essentialem eius. in quo est, qm̃ sic intellexit, cum dedisset differentiam inter naturale, & artificiale. Quòd autem per illas tres particulas velit intelligere vnam, videlicet ipsum per se, patet primo, quia illas tres declarauit sub forma vnius particulæ, videlicet sub forma particulæ eius, quod est non ſm accidens. Deinde, quia, plura accepisset in consequenti, q̃ in antecedenti, seminata fuissent, & sic peccasset in loco consequentis. postremo, qm̃ per has duas particulas, videlicet per ipsum in
F quo est, & per ipsum per se, differt natura ab omnibus illis, cum quibus conuenire videtur. Videtur.n. conuenire cum arte, q̃ est principium sanationis. eius in quo est, cum proijciente, cum pellente, cum trahente, & cũ instrumento: nam omnia hæc principia sunt motus vel quietis aliquo modo veluti natura, non sunt autem natura primo, quia nec proijciens, nec pellens, nec trahẽs sunt, vt partes in eo, quod mouent, nec quoq; ars, nec instrumentum sunt, vt partes in eo ꝙ, mouent. at natura est vt pars in eo, quod mouet. secundo quia ars, & instrumentum non sunt per se principium mouẽdi vel quiescendi id, in quo sunt. instrumentum quidem non, quia non mouet nisi motum, ars vero minime, quia licet moueat, non mota, non per se sanat Medicum, in quo est, quia non sanat Medicum, quo Medicus, sed quo Medico accidit esse infirmũ. Quare illæ tres par-
G ticulæ, videlicet primo, per se, & non ſm accidens, oẽs intelligũtur pro per se. nec video necessitatem aliquã, vt intelligantur pro diuersis, vt turba Expositorum exclamat. Hoc pacto, vt mihi videtur, exposuit magnus Syrianus, hoc quoq; pacto, & Auer. Et licet in Posterioribus Analyticis Arist. has tres particulas non accipiat pro eadem: nam assignat differẽtiam inter per se, & primo, & non ſm accidens, vt etiam Simplicius, & Philoponus laborarunt hic ostendere, tamen in pręsenti loco pro eodem accepit, quia non oportet vt illis in proprijs significatis, cum possumus eis vti pro eodem communi significato. Qua ratione fit, ꝙ Aristo. cum dixerit, {dico autem non secundum accidens} pro per se dixit, qm̃ non secundum accidens & per se idem est hic. cum vero dicit. {Similiter aũt, & aliorum quę fiũt} ipsum fieri pro arte strui accepit, vt dilucide in cõmentarijs est expositum. & cum dicit, {quæcũq; autem ſm
H accidens fiunt, causæ sunt vtiq; ipsis, } non posuit hoc tertiũ membrum, sed tanq̃ expositiuum secundi membri: nam eorum, quæ arte struũtur, quædam principiũ habent in alijs: hoc est extrinsecus. vt domus, & arca. & id genus. hæc.n. neq; per se, neq; per accidens principium habent in seipsis, sed in artifice, quædam vero habent principium suæ effectionis in seipsis, sed per accidens, vt sanatio Medici, quando sanat se. est.n. principium, quo se sanat, in seipso, sed non quo Medicus, sed quo infirmus, cui accidit esse Medicum. Expositiue autem, hæc {autem sunt quæcũq; ſm accidens fiunt causæ vtique ipsis, vt fiant.}

Ars. Proiiciens. Expellens. Trahens. Instrumentum.

Syrianus.

Sed qm̃ de natura hæc pauca habemus. ideo intelligendũ apud Physicos aliter naturã accipi, aliter apud vulgares, aliter apud Theologos, & aliter apud Medicos

De natura

Quō natura apud Physicos

cos. Apud. n. Physicos naturā intelligimus materiam, & formam, cum vtraq; sit per se principiū motus eius, in quo sunt, vt partes: & ab hac natura denominat agēs naturale. Est. n. agens naturale cōpositum ex materia, & forma: agens p essentiā suæ formæ. patiēs vero p essentiā materię, vt lib. de Gñatione dictum est. dico p essentiā formæ ad dñiam agentis artificialis quod nō agit p essentiā suæ formæ, & si agit p suam formā, agit p illā: vt affecta est arte. vnde cōpositū ex materia, & forma dr̄ naturale passiuū, quia patitur p essentiam suæ materiæ, & hoc pacto de natura loquitur Arist. hic, & Physici cæteri. Apud vero vulgares, qui solū sensibilia prospectant, natura accipitur aliqñ pro agente naturali, aliqñ pro nexu olum causarū circunscriptis voluntate & intellectu, tā creatis, quā diuinis. primo mō Arist. accepit in lib. de Natura Aīalium. ibi. n. id oē, à natura esse dicit, qđ ab agente naturali proficiscitur, siue agens naturale sit gñans per calorem seminalē, qui in menstruis recipitur, siue per calorem putredinalem, qui in aliqua materia est, q̄ subijcit vicē menstrui: omne. n. tale asserit esse à natura, hoc est ab agēte naturali. pro nexu vero causarū, identice (vt ita loquar) non est aliud quā ipsæ causæ secundæ intellectu, ac voluntate circumscriptis, formaliter aūt est quædā relatio, q̄ oēs causæ secūdæ cōnectuntur ad vnum effectū. hoc pacto de natura loquitur Plinius, cum in lib. quē scribit de natura ꝑponit se velle dicere naturæ opera, nō aūt operum causas. hic. n. cum Epicureus esset, sustulit à rebus Deū, & cū illū aliqñ concessisset, inter Deum, & naturā hoc mō sumptā nullam vr̄ facere dñiam, nec solum Deū sustulit, sed cætera numina, q̄ nos intelligentias appellamus, cuius opinionē in theologicis refutauimus. Apud vero Theologos natura accipitur ꝓ Deo, essentiáq; ipsa diuina, quæ natura est suo instituto oīa naturans, redigensq; in finē. De hac natura Cicero librum inscripsit, quem de natura Deorū appellauit. de hac quoq; Arist. lib. Primo de Cœlo ita scribit, {recte vr̄ natura futurū ingenitum, & incorruptibile exemisse à contrarijs} vbi per naturam Deum intellexit, cum nullū aliud agens, nisi Deus cuiusq; finē prospiciat, & iuxta illius exigētiam prouideat, ꝓp hanc etiā causam natura dr̄ aliqñ ꝓuidentia, vt. 2. huius scribit Themist. de hac Ouidius. 1. Metamorpho. dicit, {Hanc Deus & melior litem natura diremit,} vbi Deum meliorē naturam appellauit, cum sit natura dirigens, inferior vero natura ab hac directa, q. d. hāc litē Deus. qui est melior natura q̄ infima diremit. Apud vero Medicos natura est complexio, vt Celsus innuit, qui vbiq; cōplexiones appellat naturas, hac rationes vulgares intelligentes naturam, quærunt Medicos, qui eorum naturas alias experti fuerint. Circa ea, q̄ dicta sunt, animaduerte Aristo. per quietem, vt Philoponus inquit, intellexisse, non solum eam, quę est contra distincta motui, sed et eam, quæ status dr̄. Non. n. solum quietis, quæ est fm motum, natura est causa, sed et quietis, quæ corporibus inest sine eo quod fuerint mota aliqñ, vt de statu in his, q̄ sunt in centro, & de statu, qui est in totis elementis. Et vt melius intelligas, repetatur dubitatio de anima corporis cœlestis, quę natura est, & tñ non est principium motus & quietis, cum corpus cœleste incessanter moueatur. Præterea forma totalis elementi in propria sphæra est natura, & tñ nō est nisi quietis principium. non. n. totalis ignis in proprio loco mouetur, semper stat, motus. n. eius circularis, non naturalis est, sed supra naturā, quia circulatio-

Quō natura apud vulgares.

Quomodo natura apud theologos.

Tex. cō. 20.

Themistius. Ouidius.

Quomodo natura apud medicos.

Dubitatio de cœli natura.

A ne corporum cœlestium circunducit, terra aūt & aqua totæ oino in proprijs locis imobiles sunt. igr̄ horū natura non est nisi quietis principium: quare non recte dr̄ naturā esse principium motus, & quietis. Porphyrius, vt lupius diximus. legit ipsum & vel, vel, & sic satis est vt natura sit p se principiū motus vel quiens eius, ī quo est vti pars essentialis. Philoponus vero dicit q in cœlestibus natura non solum est causa motus, sed status, videlicet eo mō, quo cœlestibus competit status, mō totalitas cœli, & centra, & poli stant. huius aūr status in cœlestibus causa est natura ipsa. sed qm̄ in aliquem finē respiciens mouet ipsa natura, vt illum sortiatur, quē cū acquisierit, in illo quiescit, & corpora cœlestia semper in fine sunt, ideo fit, vt cū semper sint in fine, vt semper quiescant, quare in his natura non solum causa est motus sed quietis ea ratione, qua dr̄ quies, vt videlicet B semper sint in fine. Similiter dicendū in cæteris elementis, q natura causa sit quietis totalis, & motus ea ratione. qua competit illis motus: competit. n. motus localis eis fm partes, & alteratio etiam, vt dictum est, status vero competit secundum totum.

Porphyrius.

Philoponus.

Id igitur est natura quod dictū est. Naturā uero habent quæ cūq; principium cuiusmodi habent, suntq; hæc omnia substantia, quia subiectū quoddā, et in subiecto natura ipsa semper est. DILVCI.

Est igitur natura quod dictum est. Naturā aūt habent, quæ cūq; huiusmodi habent principiū, et sunt hæc omnia substātia: subiectum enim est quoddā, & in subiecto est natura semper. ANT.

Natura est relatiuum, & ad ens naturale, & ad motū siue quietē ideo. cum descripsit naturā per habitudinē ad motū, describit habens naturā per habitudinem ad naturā, quia vnum correlatiuum debet per alterum definiri. Sed, quia qñ loco definibilis ponitur eius definitio, definitio erit verior & notior, vt dr̄. 6. Top. Arist. C definit habens naturam per definitionem naturæ, & inquit, Naturam vero hñt quæcunq; principiū eiusmodi, videlicet motus & quietis primū & per se & nō fm accidens hñt. Hæc dicuntur habentia naturā siue entia naturalia, & quia ens naturale & naturā descripsit mō quo describuntur relatiua, ne quis credat hæc esse penitus relatiua, adiecit. suntq; hæc oīa substantiæ, dico hæc oīa, hoc est & ens naturale & natura ipsa. probat aūt q natura sit substātia, & inquit, qa subiectū quoddā est natura ipsa, saltē vt natura sumitur ꝓ materia, & est in subiecto semp ipsa natura, vtpote forma ipsa, & sic stat esse substantias, & entia relatiua, vt pater est substantia, & relatiuum secundum diuersas rationes.

Commen. 4. Auer.

{Cum descripsit.} Auer. facit duas partes. In prima exponit textum, In secūda vero ibi, Sed videtur, digre D ditur. prima pars adhuc continet duo. primo resūmit definitionē entis naturalis, secūdo exponit quomodo natura ens naturale sint substātiæ. Prima pars patet.

{Et natura & habens.} Declarat Auer. q tā natura quā habens naturā sit substātiæ. nā materia est substantia, & forma est substātia. omnis aūt natura est aut materia aut forma: igitur omnis natura est substātia. Materia quidem est natura. quia est subiectum substātiæ, & primum omnium subiectorum. forma vero est natura, quia est in subiecto qđ habet esse simpliciter ab illa, & sic per esse in subiecto semp intelligit esse in subiecto & constituere subiectum. hoc. n. notat particula illa semper, vt videlicet sint coexistenter mutuo se sustentādo, & per hoc forma differt ab accidentibus. nā accidentia sunt in subiecto, & ab illo sustentātur, neq;

dant

dant esse illi nisi sm quid. Sic igitur est materia ipsa substantia, quia subiectũ, forma vero quia sustẽtat subam.

{Et ex hoc.} Dicet iunior Arist. proposuit tam ens naturale quam naturam esse substantiam, & non probauit nisi illud de natura, igitur diminutus. Respondet Auer. & inquit, & ex hoc declarabitur. ꝙ vtraq; natura hoc est ens conditum atq; compositum ex illis sit substantia: qm̃, si partes sunt substantiæ, totum ipsum est substantia. Hæc omnia ex Themistio sunt.

{Sed videtur.} Hæc est digressio, vbi Auer. soluit dubium. Nam Arist. probat materiam & formam esse substantias, cum sit proprium Metaph. igitur vel errauit, aut ista spectabunt ad Naturalem. Respondeo, ꝙ Arist. sumit ac petit hæc ab ipso Metaph. & ita non dicit hæc p habitum proprium Naturalis Philosophiæ, sed habitum metaphysicę.

{Et vniuersaliter.} Probat responsionẽ, primo, quia tractare de substantia spectat ad Metaphy. cum substãtia & accidẽs sint primæ entis siue dñiæ, siue species, siue modi ipsius entis, qúo est Scientia Metaphysica.

{Et apparet.} Secundo idem probat, quia apparet in. 9. Metaph. ꝙ materia est substantia in potentia, forma est actus, & id quo materia est ens actu, igitur de substantia non hic. imo in Metaphy. est tractandi locus Animaduertendum, ꝙ propositionum quædã est, cuius tam subiectum q̃ pędicatum sunt vnius generis scientiæ, vt ignis est summæ calidus physicæ consyderationis, quia ambo extrema sunt physicæ consyderationis: aut omne ens est vnum, est metaphysicæ scientiæ, propter idem. quædam est extremis mixta sm diuersas scientias, vt ignis est substãtia, aut substãtia est ignis: est. n. ignis philosophicæ scientiæ, substantia vero metaphysicæ. Dicendum igitur, ꝙ propositio non mixta, eius scientiæ est, cuius sunt ambo termini, mixta vero, cuius est prædicatum: Propter quod hæc est metaphysicæ, ignis est substantia, hæc philosophicæ, substãtia est ignis. Causa autem est, qm̃ prædicatum est tota propositio reductiue, vt dicit Porphyrius in libro de Interpretatione.

{Compositum igitur.} Infert primo non per se, sed incidenter ꝙ compositum est dignius habere hoc nomen substantia, q̃ materia: qm̃ compositum ipsum est in actu, & materia in potẽtia. Infert secundo, ꝙ forma per idem est dignior habere hoc nomen substantia, q̃ compositum, qm̃ causa rei est dignior causato: modo, forma est causa, quare cõpositum est in actu, ait tñ, ꝙ omnes istæ propõnes sunt cõmunes & essentiales enti, hoc est, scientiæ consyderanti de ente, ideo sunt põnes sumendæ in hac scientia. hæc ex cõmento colliguntur.

Dubitationes. Quærunt hic, vtrum cœlum sit natura, vel ens naturale habens naturam. Secũdo quærunt discipuli, vtrũ vna specie relationis natura referatur ad motum & ad ens naturale. Tertio dubitant, an Auer. illatum sit verum. *Prima solutio.* *Ad primum.* Ad primam respondent recentiores ꝙ cœlũ magis debet dici natura, cum sit magis materia. *Respõ. ppria.* Sed hoc stare non potest, quia aut per cœlum intelligunt ipsum animal cœleste, quod ex se mouetur, vel intelligunt materiam seclusa intelligentia. non materiam seclusa intelligentia, qm̃ seclusa intelligentia. ab ipsa cœli materia, ipsa non esset nisi in aĩa, vt colligitur in. 2. cap. de Substãtia Orbis. Si vero intelligit animal, tale est ens naturale & habens naturam. Amplius, in Primo Cœli cõm. 95. vult cœlum esse compositum ex duabus naturis: igitur ens est naturale. Propter quod dico, ꝙ cœlum ac- E ceptum pro animali est ens habens naturam: quoniam habet materiam & formam, saltem alterius rationis physicæ, vt in vltima quæstione primi est dictum. Pro parte cœlesti acceptum, est natura. aut melius pars cœli, quæ est aut forma, aut materia alterius rationis physicæ, vt dictum est, est natura. *Solutio. 2.* Ad secundam dici potest, ꝙ natura refertur ad motum vel quietem modo potentiæ ad effectum, siue actiui ad passiuum, siue potentiæ ad actionem, vt dicitur. 5. Metaph. Refertur vero ad naturale, modo mensuræ ad mensuratum, quoniam est dignius ens illo, vt dicit Auer. vel saltem illius entitatem constituit & terminat, & sic reducitur ad modum hunc. *Pri. responsio tertiæ.* Ad tertiam respondent quidam, ꝙ totum est perfectius forma. *Prima ratio.* Primo, quia plures continet perfectiones. *Secunda.* Secundo, quia totum ipsum per se à natura intenditur, partes vero per accidens. *Tertia.* Tertio, F totum & perfectum idem, 1. Cœli, cõm. 3. igitur quod magis habet rationem totius erit perfectius & magis ens. *Quarta.* Quarto, cui insunt plures imperfectiones, i. imperfectius: sed formæ, plures insunt, quia carentia perfectionis materiæ & totalitatis. Auer. tenet contrarium hic, & 7. & 8. Metaph. & 2. de Anima vbiq; cõm. 7. *Positio Auer.* Pro intellectu positionis Auer. animaduersione dignũ. *Prima supp.* Totum bifariam sumi, pro continẽte, qua ratione aurum est totum respectu metallorum, & Deus est omne, vt dicit Parmenides, vt accipitur. 1. Cœli, cõ. 3. Et hoc modo nos sumus partes Dei, non quidem essentiales, sed cõtentiuæ. Altero modo pro composito ex re & re ipsis, quarum vna est actus, altera potentia, aut ad hæc reducibiles, quod habet plures modos, vt diximus. 1. huius, cõm. 5. *2. Supposi.* Secundo animaduersione dignum, ꝙ aliquod põt esse totum contentiuum alicuius, & esse pars illius compositione, vt Deus est totum quodam G respectu mundi contentiuum, & tamen est pars constitutionis mundi, 1. Cœli.

3. Supposi. Tertio accipiendum, totum contentiuum esse absolute perfectius sua parte, potest tñ in aliquibus esse imperfectius, si dependet à materia illius totius, quod est sua pars contentiue. Qua ratione patet Deum esse absolute perfectius omnibus entibus, quæ sunt illius partes, & respectu nullius est imperfectius, cũ à nullo ipse dependeat, & ita compositum ex Deo & mundo non est perfectius Deo. *Solutio.* Ex his accipitur solutio, ꝙ forma absolute est magis ens, magisq; substantia, quam cõpositum. Probatur, quia est totum illius contentiuũ, cum sit illius essendi in actu causa. Est tñ sm quid imperfectior, cum habet rationem partis dependenter saltem à materia illius. *Ad rationes.* Per hæc ad rationes. Ad primam H dico, ꝙ forma continet omnem perfectionem cõpositi, & illam materiæ si quam habet, quia est totum contentiuum, quia vero pars compositionis dependenter est sm quid imperfectior illo. Ad secundam per idem: forma est. n. totum, quod per se intenditur. compositũ vero propter formam. Ad tertiam patet solutio, ꝙ ipsa forma est totũ cõtentiuũ sine perfectione. Ad quartam similiter, forma. n. nullam continet priuationem siue carentiam, nisi actualis compositionis. hoc autem non est sibi imperfectio, sicut nec carentia irrationalitatis est homini imperfectio, & si qua est illa erit secundum quid. hæc de mente Auer.

Positio Auer. secũ quosdã. Animaduersione dignum, ꝙ nonnulli imponunt Auerroi ꝙ ipse velit cœlum seclusa intelligẽtia esse corpus simplex, & quasi medium inter potẽtiam & actũ. Mouentur autẽ ex hoc, quia audierunt ab eo cœli materiam

teriam esse in actu, quare vltra intelligentiam materia illa est in actu, & per consequens est corpus simplex. *Confutatio.* Huius positionis est Ioannes, et & alij omnes. Obijciūt *Prima ratio.* igitur contra hanc positionem. primo, quia tunc talis cœli materia non esset natura. tenet consequētia, quia omnis natura est pars habentis naturam, vt dicitur in tex. cœlū seclusa intelligentia est corpus per se existēs, *Secunda.* igitur nullius pars. Secundo, cœlum seclusa intelligentia mouetur ex se: sed omne motum ex se diuiditur in partem motam & partem mouentem: igitur cœlum seclusa intelligentia est ens habens naturam & non natura. *Tertia.* Tertio, cœlum est per se viuens & per se appetens, vt in lib. de Substantia Orbis. Sed nihil per se viuit aut appetit nisi forma viuens, aut constitutum ex illa: igitur cœlum aut est forma viuens, aut ex illa constitutum, & cum non sit forma viuēs, igitur compositum *Quarta.* & per consequens non simplex. Quarto, corpus cœleste seclusa intelligentia est corpus de prædicamēto substantiæ, igitur compositum ex actu & potentia. tenet consequentia, quia omne existens in genere est in specie: omne existens in specie est ex genere & differentia, vt dicit Porphyrius: igitur ex actu & potentia.

Positiorum. Propter hæc tenent ꝙ cœlum seclusa intelligentia est cōpositum ex forma & materia. ex forma quidem alterius rationis à formis generabilibus, ex materia vero eiusdem rōnis cum materia generabili, licet illa cœli materia sit absoluta à priuatione. hæc vero priuationi admixta. Cuius exemplum est. nam cœlestis diaphanitas, & hęc nostra elementaria, eiusdem rationis sunt, vt in. 2. de Anima dr̄ ab Auer. Sed differunt, quia illa semper est in actu lucida. hæc vero admixta tenebræ. Sed hæc positio est deliramentum, tum quo ad positionē, tum quo ad rōnes cōtra Auer. quo quidē ad pōnē: qm̄, si illa materia & hæc sunt vnius rōnis, & vnius speciei. tunc eadem definitione definientur. Modo, ab Arist. habentur materiæ duæ definitiones. altera in. 7. Meta. conueniens Meta. videlicet, materia est qua res potest esse vel non esse. Altera. 1. huius tex. cōm. 82. vbi inquit. Dico autem materiam primum subiectum vnicuique ex quo fit aliquid cum insit non sm̄ accidens, & si corrumpitur in hoc abibit vltimum. est igitur secunda definitio, materia est primum subiectum cōpositionis, & vltimum resolutionis. nec inuenimus ab Arist. materiā esse descriptam nisi per potentiam tam ad esse q̄ ad nō esse. Si igitur materia cœli est eiusdem rationis cū hac, oportet dicere illam esse potentiam ad esse & non esse, & sic cœlum erit corruptibile. Secundo non est bene intelligibile cœli materiam esse eiusdem rationis cum materia horum & forma alterius, cum materia & forma sint relatiua, & vnum per alterum diuersetur. Tertio, materia illa cœli habet formam, quæ non continet perfectionem omnium formarum: igitur caret perfectionibus illarum & per consequens appetit alias. Qd̄ .n. aliquid non appetat ipsa materia, est non ob aliud, nisi quia habet illud actu vel virtute: modo, materia cœli non habet omnes formas actu, nec habet omnes illas virtute, cum non habeat vnam formam continentem virtualiter omnes, qm̄ non continet formas superiorum cœlorum: igitur appetit alias, & cum appetitus sit ratione priuationis, vt dicebatur, rationabiliter in illa erit priuatio. Quarto, cœli forma est alterius rationis à forma naturali generabili, & recipitur ante dimēsiones cœli. igitur est indiuisibilis & intellectus, & ꝑcōsequens nō est necessaria alia forma præter illam vnā.

A Sic. n. arguit Auer. in lib. de Substantia Orbis. Et licet multa alia dici possunt, hæc sufficiant, qm̄ in pluribus locis rem hanc confutaui. Quo vero ad rōnes declaratur, quia vt in vltima quæstione Primi dictū est, cœlum potest consyderari vt elementum. Vt. n. elementū est corpus in actu præsente forma elementaria, & mobile per se, ita cœlum est corpus actu & cœlum præsente intelligentia, & ex se mobile. Et vt elementū, absente forma sm̄ rem vel rationem, non est nisi quo ad eius materiam, ita cœlum seclusa intelligentia non erit nisi quo ad eius materiam, quæ nec est corpus simplex, nec corpus in actu, nec medium inter actum & potentiā. Amplius, sicut elementum non potest capi nisi pro elemento in actu composito ex materia & forma elementaria, ita cœlum non potest capi nisi pro composito ex intelligentia & cœli materia. Quo fit vt non possit capi *Solutio rōni.*

B pro orbe seclusa intelligentia, vt recentiores autumāt. Bene verum est, ꝙ intelligētia est actus cœli, vt anima corporis, & vt intellectus hominis, ad sensum datum vltima quæstione Primi. Dico tn̄ ꝙ materia cœli, & materia elementi sunt diuersarum rationum, cum illa sit semp in actu & in specie à sua forma, hęc vero semp in potētia illa subiectū semper simpliciter hoc mā simpliciter, & subiectū sm̄ quid. Nec illa dr̄ carere aut priuari forma, qm̄ carentia & priuatio non sunt nisi possibilium. In illa nulla alia forma est possibilis præter eā quam habet, nec valet, non habet omnes: igitur caret vel est priuata, vt licet lapis non habeat visum, non tn̄ caret vel est priuatus visu, nisi hoc sibi sit possibile. quādo. n. non habet & est possibile, bene caret aut priuatur. Materia igitur cœli & si non habeat omnes, nulla alia est sibi possibilis præter eam quam habet, cum careat potentia, nisi sm̄ dimidium contingentis, quod sequitur ad inesse & ad necessario inesse. Tunc ad rationes. Ad primam dicendum, ꝙ cœlum est habens naturam, materia cœli cum sit pars cœli est vera natura, licet alterius rationis physicæ vt milies dictum est. Ad scd̄m nego assumptum: vbi. n. ab ipso cœlo ꝑ possibile vel impossibile remoueretur forma & intelligētia, nihil remaneret præter materiam, quæ non est per se mobilis. Ad tertium dico, ꝙ cœlum est viuens & appetens propter intelligentiā, qua seclusa, nihil esset præter materiam. Ad quartam patet solutio, cœlum seclusa intelligentia nec est corpus de prædicamento substātiæ, nec corpus, sed bene cum intelligentia. Et ita patet hæc argumēta non esse digna recitatione. Qui vellet et tenere positionem cōmunem, ꝙ cœlum pōt sumi ꝑ orbe, & pro colligato ex intelligentia & orbe, et posset respon D dere ad rationes has, quod omitto, quia facile esset.

C (marginal letter)

RECOGNITIONES.

CVm dixisset quid sit natura, vel cū accepisset tanq̄ concessum quid sit natura, nunc exponit quid est habens naturam, i. quid est ens naturale: & qm̄ ex definitione naturæ cōcludit quid est habens naturam, repetit definitionem naturæ, quā vt concessam accipit, vt ex ea inferat quid est habens naturam & dicit. {Est igitur natura, quod dictum est, }. i. motus per se principium eius, in quo est. {naturam aūt habent quæcunq; einsmodi habent principiū. } Simplicius multifariā legit, tn̄ illud quod plus putat, est Arist. epilogasse definitionem naturæ, vt ex illa inferat quid sit habens naturā, & ita oportet legere Aūt pro Quare hoc pacto, {est igtur natura, quod dictum est, 'aūt'}. i. quare, {naturā habent quæcūq; huiusmodi habent principium. } quam expo-

expositionem Philoponus sentire videtur. sunt & aliæ expositiones, quas simplicius narrat, de quibus nõ curo, deinde vt distinguat ipsum habens naturam ab eo, quod est f̃m naturam, exponit q̃ habentia naturã sint substantia. nam vt postea patebit, declarabit ea, q̃ sunt f̃m naturam, esse accidentia. vt ergo pateat differentia eorum, accipit q̃ habentia naturam sint substãtia. vnde dicit. {Et hæc}. s. habentia naturam {oĩa sunt substantia.} omne. n. habens naturam est substãtia, s. composita ex natura, & natura, q̃m ex natura, quę est materia, & ex natura, quæ est forma. Deinde assignat causam quare oĩa habentia naturam sunt substantia, & dicit. {subiectum. n. quoddam} subaudi sunt oĩa habẽtia naturam, & subaudi nullum subiectum est accidens. vnde syllogismus est, subiectũ omne est substãtia: oẽ habens naturam est subiectum: igitur omne habẽs naturam est substantia. Quod aũt omne habens naturã sit subiectum, probat, & lege {&} pro nam f̃m interpretationẽ Philoponi. q. d. nam {natura semper} videlicet qũo vis sumpta siue materia, siue forma {est in subiecto}, s. in habente naturã, vt in subiecto, quod ex definitione naturæ patet, in qua dr̃ q̃ natura sit principiũ motus eius, in quo est, ergo natura est in habente naturam, non sicautem, vt Philoponus exponit, modo quo accideus est in subiecto, sed sicut pars essentialis complens substantiã. Sed fortasse, vt Alex. inquit, per in subiecto esse intelligit subiecto indigere aliquo mõ, materia & forma indigent composito vt sint: igitur indigẽt subiecto, & sic possunt dici esse in subiecto. Simplicius vero hanc rõnem aliter intelligit, quod cum sit superfluum, non curo enarrare. Animaduerte circa illã dubitationem, quã diximus in cõmentarijs, an forma sit dignior composito. nam diximus Deum esse totum continentia, partem vero mundi cõpositione: quod ṽr male sonare, cum Deus nec sit compositus, nec alteri cõponibilis, cum Deus non possit esse pars, quia tunc esset saltẽ f̃m quid imperfectum, quod absit dicere, Propterea per partem intelligas id oẽ, quod simul cum alio enumeratum facit binarium, vt Arist. accepit. 1. de Coelo. cum igitur Deus & mundus collectiue sumpti faciãt binarium, ad modum loquendi Arist. dixit Deum esse partem illius aggregati, quatenus est altera vnitas binarij ex Deo & mundo collecti. non. n. Deus illius binarij pars esse potest integralis, nec essentialis, nec quidditatiua, nec potestatiua, nec virtualis, veluti elementũ mixti, sed solum, vt dixi, pars est simultatis, quatenus cum mundo simul facit binarium aggregationis.

An Deus sit pars.

DILVCI. *Secundum naturam uero sunt & hæc ipsa & quæcũq; his p se insunt. ut igni ferri sursum. hoc enim neq; est natura, neq; naturam habet. Sed est ens & natura & secundum naturam. Quid quidem igitur natura est, & quid id quod natura & secundum naturam est, dictum est.*

ANT. *Secundum naturam autem sunt & hæc, et quæcũq; his insunt secundum se, ut igni ferri sursum: hoc enim natura quidẽ non est, neq; naturam habens, sed à natura, & secundum naturam est. Quid igitur natura sit, dictum est, & quid à natura, & secundum naturam.*

Nunc quid sit ens f̃m naturam declarat: & vult, q̃ tam habentia naturam quam actus & naturales impetus siue affectiones sint entia f̃m naturam. verum hæc se habent per ordinem, vt dicit Them. habens naturã, ens f̃m naturam, & ens natura. nam omne habens naturam est ens f̃m naturam, non autem è cõtra: q̃m ferri sursum est igni f̃m naturam, non tamen est habens

E naturam, neq; est natura ipsa, videlicet aut materia, aut forma. Sed operatio vel affectio entis naturalis siue naturæ. Amplius omne ens f̃m naturam est ens natura, non autem è contra. nam vitia & oblæsiones ex ipsa genitura contractæ entia natura ipsa sunt, non tamen f̃m naturam. Hæc ex Them. colliguntur, inquit. Secundum naturam vero sunt & hoc ipsa, videlicet habentia naturam, & quæcũq; his per se insunt hoc est è natura. Vt igni ferri sursum. hoc. n. neq; est ipsa natura, vt pote neque est materia, neq; forma, neq; habet naturam, cũ nõ sit compositum ex materia, & ita dat intelligere ens secundum naturam esse vniuersalius q̃ habens naturã. ideo subdit, sed est ens & natura & secũdum naturam, deinde epilogat & patet.

Commentum quintum patet.

F
RECOGNITIONES.

CVm exposuisset quid sit habens naturam, i. ens naturale, nunc quid sit ens f̃m naturam, exponit & vult ipsum ens f̃m naturam esse vniuersalius ente, quod naturam habet, & ente, quod alicui habenti naturam inest per se. nam omne naturam habens est f̃m naturam, & non conuertitur. similiter omne quod enti naturali per se inest, est f̃m naturã. & non conuertitur. dicit {Secundum naturam autem sunt & hæc}, s. habentia naturam, {& quæcũq; his}, s. habentibus naturam {insunt f̃m se.} Et per ea quæ entibus naturalibus insunt per se, nõnulli intellexerunt prædicata, quæ eis insunt per se, secundo modo dicendi per se, quales sunt propriæ affectiones subiectorum, nos vero latius intelligimus, vt Porphyrius, Alex. & alij intelligũt, per ea, quæ entibus naturalibus per se insunt, omnia accidentia, q̃ suapte natura entibus naturalibus insunt, siue insint per se scd̃o modo, siue nõ, modo rebus naturalibus insint naturaliter, vel suapte natura. Horum exemplum subdit, {vt igni,} inest {ferri sursum} f̃m naturã, insuper calidum esse, illuminare, & id genus. Cũ dixisset quid est ens f̃m naturam, ne quispiam diceret, cur hoc non est natura, neq; habens naturam, ideo demõstrat id neq; esse naturam, neq; naturam habens, & dicit, {Hoc enim}. i. ferri sursum, {natura quidẽ non est.} Cuius rationem non affert, quia patet, q̃m natura principium motus est, & quietis, at ipsum ferri sursum magis est motus, q̃ principium motus. {neq;} subaudi ipsum ferri sursum est {naturã, h̃ns} quia, vt dictũ est, ipsum naturam habens est subiectum. At ipsum ferri sursum non est subiectum, sed in subiecto. igitur non est naturam habens, propterea exponit quid sit, & dicit. {Sed} subaudi ipsum ferri sursum {est à natura, & f̃m naturam,} facit autem Simp. differentiam inter ens, q̃d est à natura, & ens f̃m naturam, vt etiam Them. exponit. q̃m multa sunt à natura, quę non sunt f̃m naturam, vt ægritudines cõtractæ ex principijs naturalibus sunt à natura, quæ tamen non sunt f̃m naturam. propterea dixit ipsum ferri sursum non tantum esse à natura, sed etiã f̃m naturam. Tunc epilogat, & dicit. {Quid igitur natura sit, dictum est,} q̃m est dictum, q̃ sit motus per se principium, {& quid} sit ens {à natura} etiam dictum est primo textu: vbi dixit ens à natura esse, quod non est propter alias causas {&} est dictum tertio, quid sit ens {secundum naturam}

G

H

Non omne q̃ à natura, secundũ naturã est vt ægritudines.

DILVCI. *Eniti uero demonstrare naturam esse ridiculum est. Complures enim rerum esse tales, patet. demonstrare autẽ ea quæ sunt manifesta per ea quæ non sunt manifesta, hominis est qui discer-*

discernere nequit inter id quod est per se notum, & id quod non est per se notum. Quòd autem id fieri possit non est obscurum, de coloribus enim ratiocinabitur quispiam ortus cæcus, quare apud tales de nominibus ratiocinatio sit, nihilq́; intelligant, necesse est.

ANT. *Quòd autem natura sit, tentare demonstrare, ridiculum est. manifestum enim est, quoniam huiusmodi entia sunt multa. Demonstrare autem manifesta per immanifesta non potentis iudicare est propter ipsum, & non propter ipsum cognitum. Quod autem contingat hoc pati, non immanifestum est. Syllogizat enim aliquis utiq; cum natura sit cæcus, de coloribus, quare necesse est huiusmodi de nominibus habere rationem, non autem intelligere.*

pati ... fieri.

Erant quidam qui naturam esse enitebantur demõstrare, moti eo argumento ꝙ artifex materiã eius demonstrare debet an sit, antequã de illo pasiones demonstret. ad hos occurrit Arist. excusans se ab eiusmodi prouincia & inquit. Eniti vero demonstrare naturam esse ridiculum est: cuius rationem subscribit, & inquit. nam rerum esse complures tales, hoc est, natura & per naturam, patet. Dixit complures, quoniam quæstio si est semper terminatur in particulari aut indefinite, vt vtrum vacuum sit, aut vtrum hypocentaurus sit. non. n. quæstio est, vtrũ hypocentaurus vel omne vacuum sit. de his in Posterioribus satis. Cõtra obiiciebant. nam hæc est demonstratio, id quo res naturales sunt, est: natura est id, quo res naturales sunt: igitur natura est. Syllogismus est ex necessarijs propositionibus, & ita demonstratio. Respondet, demonstrare autem ea quæ sunt manifesta per ea quæ non sunt manifesta, vel saltem æque nota, hominis est qui discernere nequit inter id quod est per se notum, & id quod nõ est per se notum, Reddit rationem vnde hoc accidere potest & quando, & inquit. ꝙ autem id fieri posit nõ est obscurum. de coloribus. n. ratiocinabitur quispiã exortus cæcus, quo in casu ille non discernit inter per se notum & per se ignotum. quare apud tales de nominibus ratiocinatio sit, nihil autem intelligant necesse est. & addit Them. nam, si vidisset cæcus semel, supervacaneus syllogismus foret. nunc vero solas merasq́; voces hauriet colorum, de rebus nihil intelliget. non enim syllogismo, sed visu colores iudicãtur. ita si ei qui neque mente sit sana, neque manifesta & ante oculos posita videat, syllogismos præbueris, verba quidem temere fundentur, res vtiq; percipi & iudicari non poterit, per hoc vult solutionem ꝙ ratio illa. syllogismus est tamum, & non ex notioribus, qm̃ in minori est petitio principij, cũ sit æque nota conclusioni, nisi quẽadmodũ esset apud cæcos syllogismus de coloribus, qui sunt ad nomina, & non ad res. nam naturam esse absq; vlla ratione constituendum est.

Commen. 6. Auer.

{Congregat.} Istud commentum patet. Auer. tñ duo vtilia affert, Primum, cur Arist. ait. complures. n. res esse tales patet & non dixit omnes. & licet pulchre sit res hæc in textu exposita, tamen ipse affert duas rationes. prima, quia non omnia patet moueri ex se, cum quæstio sit de elementis, de ventis, cometis, & cæteris id genus, nam de motore horũ non parua accidit quæstio. Secunda ratio est, quia Plato dixit motorẽ esse rem motam, ideo præseruando se ab hac quæstione Platonis, loquitur particulariter. Addit tamen ꝙ siue sit hæc positio vera siue non, plura naturalia eiusmodi esse patet. Secundum quod in commẽto colligitur est, ꝙ ineptus ad philosophiam est propter duo, aut quia diminutus in aliquo sensuum exteriorum, iuxta illud. 1. Poster. deficiente sensu deficit sciẽtia, quæ exoritur in nobis mediante illo sensu. aut quia diminutus in natura, hoc est in sensibus interioribus, qui subseruiunt intellectui. hic. n. dicitur cæcus corde, qm̃ sensus interiores principaliter fundantur in corde, quiq́; obleduntur propter spirituum malum generationem. reliqua commenti patent.

Propter duo quis ineptus efficitur ad Philosophiam.

Quærunt, vtrum naturam esse sit demonstrabile, ita vt sit quæstio vel quæsitum demonstratium. Et videtur ꝙ sic. Primo principia subiecti esse potest demõstrari in ea sciẽtia, cuius est subiectũ, vt dicetur cõ. 22. & 26. Sed naturam esse est principium scientiæ huius, vt dicitur in. 1. huius cõm. 11. igitur est quæsitũ, & non præcognitum. Secundo, naturam esse non potest demonstrari: materia est natura. igitur materiã esse nõ potest demonstrari, quod est falsum.

In contrarium est Arist. vt patet in litera.

Per se notũ triplex.

Pro solutione aĩaduersione dignum ꝙ vt recẽtiores aiunt, trifariam aliquid dici potest per se notũ, aut per consensum omnium, aut plurium sensuum quo intellectus assentit huic. ignis est calidus, aut nix est alba. Secũdo, nutu siue modicula innuitione, quo quidẽ modo ea quibus imperceptibili discursulo intellectus assentit sunt ꝑ se nota, vt omne totũ est maius sua parte, & id genus. Hæc. n. imperceptibili discursu habent, qm̃ vel sola maiori aut minori assumpta inferuntur.

Tertio. Sola terminorũ cognitione, quo prima dignitas, non contingit idem esse vel non esse intellectui patet. Tũc rñdent ad qõnem ꝙ bifariam hæc propõ patet, natura est. tũ per sensum, tum per discursum imperceptibilẽ, non aũt cognitione terminorũ sola. Mouentur aũt eo, quia tũc eiusmodi propõ esset dignitas, quod falsum est: tũ quia illa non est nisi vna, tum quia hæc discursu imperceptibili est oñsibilis, quale non est id, quod terminis solis patet. Sed hæc non sunt necessaria. ideo videtur mihi ꝙ naturã esse sit per se notũ, tum sola terminorũ cognitione, tum sensu. Vt. n. colorem esse petere per se potest sensu & termini expõne, sic naturã esse: habet. n. color rõnem ad coloratũ, quatenus est id quo aliquid est coloratum, & tunc coloratum esse patet sensu colorem esse, patet etiã simr, quia est id quo coloratum est. secundo habet rõnem ad visum, & hoc modo patet per quid nominis coloris. Silr natura vno mõ est quo naturales res sunt, & hoc modo ipsam esse patet eo sensu eaq́; sensatione, qua patet plura naturalia esse, vt colorẽ esse patet eo sensu quo ẽt patet coloratum esse. & hoc Aristo. tetigit in litera. Altero vero est in rõne ad motum, & tunc ipsam esse patet per quid nominis. nã motum esse patet: igr̃ natura, q̃ sigñat principium motus: natura. n. est relatiue dicta ad naturale ens & ad motum, modo relatiuorũ eadẽ est cognitio, ita vt si vnũ sit per se notũ & alterũ, dico igitur, ꝙ naturam esse patet, & est per se notũ, tũ per sensum respectu rerũ naturalium, tũ per quid noĩs respectu motus & quietis. Qua rõne fit, vt nõ sit demõstrabile. Sed syllogizabile, qđ non destruit rõnem principij, dicitur. n. principium immediata propõ, qua non est altera prior in notitia: præmisse. n. erunt aut ignotiores, aut nõ notiores qõne demonstrata. Quaq; rõne euenit vt dignitas sit in hac sciã, quoniam nulla est

Positio recentiorum.

Argumenta.

Rõ propria.

An demonstrabile.

Solutio rerum rectinuorum.

prior in hac scientia in notitia & est communius omnibus conclusionibus huius scientiæ, veluti illa, motus est & entia naturalia sunt. Per hæc ad rationes eorum dicendum ꝙ dignitas omnibus scientijs cõmunis, nõ est nisi vna, sed dignitates cõtractæ ad genera sunt plures. Ad secundum concedo, ꝙ est syllogizabilis, non tamen discursu imperceptibili ostensibilis, an fieret vel per ignoriora vel æque nota. Modo dignitatem syllogizari non tollit rationem, dummodo demonstratio nõ sit, quæ per notiora proficiscitur.

Suppõ p solutione rationum.

Pro solutione ad rationes debes scire ꝙ natura vno modo accipi põt sub respectu quo vel est principium motus, vel quo est id quo res naturales sunt. Et tunc est per se nota, quemadmodum sunt sua correlatiua, & hoc modo hęc propositio, natura est suppositio siue dignitas est accepta. vt motum esse & entia naturalia esse est acceptũ. Alio modo potest accipi pro rebus quę sunt naturę, hoc est pro materia & forma, & sic potest demonstrari esse vt ipsa materia demonstratur.

Tunc ad rationes dicendum, ꝙ bene principia subiecti possunt demonstrari, non autem principia sciẽtiæ, vt dictum est. com. 3. Modo, naturam esse est Sciẽtiæ Naturalis principium, & non subiecti, vt sic. Ad secundam dicendum, ꝙ maior debet intelligi sub ratione naturæ, hoc modo, naturam esse non potest demõstrari inquantum natura. materia est natura: igitur materia non potest demonstrari inquantum natura. cùm quo tamen stat, ꝙ possit demonstrari inquantum subiectum & pars entis naturalis & principium subiecti. Hæc de quæstione.

RECOGNITIONES.

QVoniam ante ipsum quid est problema quærere oportet vtrum sit omnino id, de quo est quæstio quid est, vt. 2. Poster. docuit, nisi. n. sit id, quod quæritur quid est, frustra videtur quæri quid sit, neq; .n. potest non entis esse definitio, qm̃ igitur res hoc pacto se habet, ipse tñ non demonstrato prius an sit natura. eius definitionẽ exhibuit: Ideo docet ꝙ recte omiserit quęstionem an sit natura in præsentiarum, & tota vis eius rationis est, qm̃ quæcunq; subsistentiam manifestam habent, non indigent demonstratione si sint natura manifestam subsistentiam habet: igitur non indiget demonstratione si sit, propterea dicit. {Quod autem natura sit, tentare demõstrare, ridiculum est.} deinde tangit minoris vim, & dicit, {manifestum. n. est, quoniam huiusmodi entia}, s. vt Simplicius exponit, quæ in se principium habent motus, quæ natura est, {sunt multa,} ꝙ si manifestum sit esse multa entia, quę principium motus in se habent, manifestum est per se naturam esse, cum per naturam nihil aliud intelligimus, quam principium motus, vt dictum est. Philoponus autem aliter intelligit, exponit enim per huiusmodi entia esse multa, ꝙ sit per se notum esse multa entia à natura, ꝙ si per se notum sit esse multa entia à natura, naturam esse erit per se notum. si. n. nobis per se notũ fuerit multas herbas esse à terra, terrã esse, ex qua sunt herbæ, notum erit. Sic etiam, si per se notum nobis sit multa entia esse à natura, naturam esse ex qua multa entia sunt, nobis per se notum erit. Et hæc expositio est clarior illa Simplicij, maxime quia aduersarius dicere posset principiũ motus esset in multis per se notũ, sed non est nobis notum vtrum principiũ illud motus sit natura. Ideo expositio Philoponi clarior est. Sed adhuc

Syllogismus.

Quæstio tacita

E obiicies, quia omnium scibiliũ est demonstratio: naturam esse est vnum scibilium: igitur est demonstrabile. Obijcit contra Arist. & dicit, {demonstrare autem manifesta per immanifesta} vel per ea, quæ sunt ęque manifesta, {est non potentis iudicare} .i. discernere {cognitum} .i. notum quod est {propter ipsum} .i. qđ est per se notum, & notum {non propter ipsum} .i. & notum non per se. Qui. n. demonstrat per se notum, non discernit inter illud quod est per se notum, & illud quod non est per se notum. quare vt Philoponus inquit, non oportet manifesta demonstrare, neq; oportet omnium scibilium quærere demonstrationẽ, sed ambiguorum. vnde. 1. Poster. demonstrauit impossibile esse omnium esse demonstrationem. Si. n. omnium scibilium esset demonstratio, aut contingeret circulo aliqua demonstrari, aut oporteret procedere in infini-

F tum in demonstrabilibus, & sic patet solutio ad obiectionem: quoniam non omnium scibilium est demõstratio, qm̃ non per se notorum, sed solum ambiguorum. deinde declarat ꝙ esse possit aliquis talis deprauatus vel sensu, vel ratione, qui nequaquàm cognoscere potest, quæ nam sint per seipsa credibilia, quæue nõ indigent demonstratione exemplo cæci à genitura, & dicit {ꝙ autem contingat} aliquẽ subaudi {hoc} prauũ iudiciũ quo nesciat discernere inter per se notum. non per se notum {pati, non immanifestum est; syllogizat. n. aliquis vtiq;, cũ natura sit cęcus, de coloribus} probando illos esse hoc pacto, congregatiuum & disgregatiuum visus sunt: aliquis color est visus congregatiuus, & aliquis color est visus disgregatiuus. igitur colores sunt. propterea dicit, {quare necesse est huiusmodi} s. cæcum {de nominibus habere rationẽ, non

G aũt intelligere.} nam, vt Philoponus dicit, talis de nominibus syllogizat, nihil autẽ intelligit: non. n. colores esse rõnibus cognoscimus, sed sensu. vnde Simplic. cæcus probans colores esse, quia congregatiuum, & disgregatiuũ visus sunt, ignotiora in fidem rei manifeste assumit. Immo rem per se notam ignorans, & de nominibus discurrẽs nihil penitus de re ipsa cognoscit: quippe, cũ de his, quæ audit, non de his, quæ sentit disputat nam ꝙ fuscum visui commodũ sit, eo ꝙ constat ex albo, quod visus est disgregatiuũ, & ex nigro, quod visus est congregatiuũ, tale autem visui accommodatũ est, cũ neq; segregatiuũ neq; congregatiuum neq; accommodatum visui colorem sentiat, nomina tñ profert, nullã rem intelligẽs. Patet igitur recte Arist. ꝑtermisisse quæstionẽ si sit natura: qm̃ naturã esse est per se notũ, cũ nonnulla entia esse à natura sit per se notũ: ergo na-

H turam esse, ex qua sunt nonnulla entia, est per se notũ & sic naturã esse est per se notum. Argumentũ, quo alibi probaui naturã esse, posse demonstrari hoc est, & quidẽ non leue, hoc, demõstrata materia põt demõstrari esse: hoc demõstrata materia est natura: ergo naturã esse põt demõstrari. cõcederet Arist. demõstrari posse naturã esse, qua ipsa natura est identice mã, sed ꝗ natura est forma & principiũ motus, nequaꝗ̃ põt demrãri.

Quæstio dif-ficilis.

Videtur autem quibusdam id esse natura ac substãtia eorũ quæ sunt subiectũ quod primũ cuilibet inest informe per se, ceu lecticæ natura lignũ, statuæ uero æs. Signum autem affert Antiphon, quoniam si quis lecticam deorsum obruerit, uimq; putredo acceperit ut germen sit, non lectica, sed lignum exorietur, ac si id quod lege, & arte conficitur, per accidens sit. Substantia uero illa quæ & continue

DILVC.

hæc

hæc ſuſcipiens permanet. Quod ſi & horum unumquodq; hoc idem alterum quoddam detinet, quemadmodum æs atq; aurum ad aquam & oſſa lignaq; ad terrã & cætera id genus, ſimiliter illud natura erit & ſubſtantia ipſorum.

ANT. *Videtur autem natura & ſubſtantia eorum, quæ natura ſunt quibuſdam primum ſubiectum unicuiq; eſſe quod informe per ſeipſum eſt, ut lectuli natura lignum, ſtatuæ autẽ æs. Signum autem dicit Antiphon, quoniam ſi aliquis proiecerit lectum deorſum, & accipiat potentiam putreſcens, ut utique ſit germen, non utique fieri lectum, ſed lignum, tanquàm dicat quidem ſecundum accidens eſſe diſpoſitionẽ, quæ eſt ſecundum legem, & artem, ſubſtantiam autem illã, quæ & permanet hæc patiens continue. Si autem, & horum unumquodq; ad alterum aliquod idem hoc ſubſtinuit ut æs quidem, & aurum ad aquam, oſſa autem et ligna ad terrã, ſimiliter autem & aliorum unumquodq;, illam naturã eſſe, & ſubſtantiam ipſarum.*

Ad euidentiam horum accipiendum, vt Them. ſumit, quod poſterius tractabitur, naturam vero ſignificatu eſſe materiam, alio formam, alio viam & motũ ad formam. Materia autem duplex. vna particularis, atq; hæc non ſimpliciter informis, vt ædium lateres, laterum, humor & terra. Scriptum, elementa. Altera generalis atque hæc eſt vltima ſine forma prorſus. Amplius accipiendum ꝙ natura & eſt natura & eſt ſubſtãtia, quatenus quidem rebus ineſt vt motus principiũ natura dicitur, quatenus vero ꝑ ipſam res ipſa eſt ſubſtantia dicenda. De materia igitur & forma vt Them. vult, diſquirendum illud eſt, vtrum ſit dignior nomẽclatione naturæ, & ita apud Themiſtiũ diſputatio eſt, an natura principalius de materia dicatur ꝙ̃ de forma. hoc eſt quod horum duorum principaliter ſit natura ac ſubſtantia. Reſpondet vt dicit Them. & inquit. videtur autem quibuſdam id eſſe natura ac ſubſtãtia eorum quæ ſunt principalius ſubiectum, quod primum cuilibet ineſt informe per ſe: quod dicit ad differentiã materiæ particularis. Ceu lecticæ natura principalius eſt lignum, Statuæ verò æs. Ratiocinatur Ariſt. hanc poſitionem ſyllogiſmo ſic, vt ſubiectum ſe habet ad formas artificiales, ita materia prima ad naturales: ſed in artificialibus ſubiectum eſt tota ſubſtantia rei & natura: igitur in naturalibus materia erit tota ſubſtãtia. Minor proſyllogizatur, quod permanet eſt potius tota ſubſtantia, quã id quod fluit: ſed in rebus artificialibus materia permanet, & formæ fluunt, vt ſigno Antiphontis patet. Iure ſubiectum erit tota ſubſtantia illarum. primo ponit minoris probationem & inquit, ſignum autem affert Antiphon, quoniam ſi quis lecticam deorſum in humo obruerit, vimq́; putredo lecticæ acceperit. dico vim vt germen ſit, & inde ſtirps herbaq́; emergat, non lectica, ſed lignum inde exorietur, ac ſi id quod lege ſiue inſtitutione, & arte conficitur, per accidens ſit, ſubſtantia verò illa, quæ & continue hæc ſuſcipiens eſt permanet, quoniam ex ligno ſit putredo, ex putredine ſtirps, ex ſtirpe rurſus lignum, igitur ſubſtantia ligni permanet, & lectica ipſa abeſt, & per hæc habes minorem. Tunc accipit minorem dicens, ꝙ, ſi horum entium naturalium vnumquodque hoc idem ad alterum quodam, hoc eſt ad materiã detinet, quemadmodum æs & aurum ad aquam, quæ eſt materia omniũ liquefactibilium. 4. Meteo. & vt Alchimici volunt & oſſa lignaq́; ad terram, q̃m materia horum eſt terra iuxta illud Heſiodi, ex cinere es & in ciA nerem reuerteris & cætera id genus, ſimiliter ad ſuas ſe habent materias. hæc eſt maior, cui addit concluſionẽ dicens, illud ſubaudi, ad quod omnia naturalia talẽ detinent ſimilitudinis rationem, erit & natura & ſubſtãtia ipſorum, hæc eſt concluſio, hac igitur ratione moti ſunt veteres.

Commen. 7. Auer.

{Cum declarauit.} Commentũ iſtud patet, verum velle videtur ꝙ Ariſt. velit probare materiam eſſe naturam, & primo per rationes antiquorum, cui expoſitioni conſenſit Expoſitor, hæc tñ expoſitio non mihi ſonat, tũ quia non conſonat verbis, tũ quia materiã eſſe naturam eſt fere per ſe notum. ex Primo Phy. Et licet commentum pateat, aduertendum tñ ꝙ Auer. ſignũ Antiphontis componit per duos ſyllogiſmos primus eſt, natura permanet: ſcãnum & id genus non permaB net: igitur ſcãnum non eſt natura. Secundus, ſcãnum & ſibi ſimile non eſt natura; forma eſt ſcamnum aut illi ſimile: igitur forma non eſt natura.

Commentũ octauum ex textus expoſitione patet.

RECOGNITIONES.

SEcundum expoſitionem Themiſtij, vt in commentariis diximus, Ariſt. diſquirit illam q̃onem vtrum natura principalius dicatur de materia ꝙ̃ de forma, ac contra de forma principalius. Quam expoſitionem ſequitur Philoponus aſſerens ꝙ Ariſt. argumentetur quibuſdam viſum eſſe ꝙ materia ſit magis natura. ſ. ꝙ̃ forma. Sed quia verba Ariſt. non ſunt comparatiua, Simplic. dicit, cum dixiſſet prius ꝙ ea, quæ naturã habent, ſubſtantiæ ſint, iure Philoſophorũ placita nũc aſsignat tam eorum, qui ſubiectum exiſtimauerũt eſſe C naturam, quã eorum qui contradixerunt id eſſe naturam, quod in ſubiecto eſt, & ſimul ſignificata naturæ tradit ergo ſm Simpli. Ariſt. diſquirit primo, vtrũ ſola materia ſit natura atq; rerum ſubſtantia, poſtea, vtrũ forma, quæ expoſitio mihi placet, & iuſta hanc expoſitionẽ Ariſt. primo aſsignat opi. ſecunda ibi {Signũ autem dicit Antiphon} aſsignat argm̃ Antiphontis pro hac opinione. de prima parte dicit, {videtur autẽ quibuſdam}, ſ. Philoſophis, qui de natura elaborarũt ſcribere, {eorũ; quæ natura ſunt, natura & ſubſtãtia eſſe} ſubaudi ſolum, id {quod eſt primum ſubiectũ vnicuiq; per ſeipſum informe, vt lectuli} videtur ſola {natura} & ſubſtantia eſſe {lignum, ſtatuæ autem ęs.} Et intelligit Philop. per primum ſubiectum informæ, proximã materiã, quæ ſpecificata eſt, quia informis eſt ſaltẽ reſpectu inductæ formæ, vt lignum ad ſpeciẽ lectuli eſt D informe, & æs ad ſpeciem ſtatuæ, quæ expoſitio non conſonat his, quæ Ariſt. in proceſſu aſſerit, ideo melius Simpli. expoſuit materiã, quæ eſt primũ in oĩbus ſubiectũ informe per ſe. Appellauit. n. eam primũ informe, q̃m in omnibus compoſitis cõe ſubiectũ eſt. multa. n. multoties ſubiecti habent rõnem, quẽadmodũ in animalibus ꝓximæ formæ vniuerſa ſubiacent organica, his vero ſimilaria, & ſimilaribus rurſus quatuor elemẽta, quibus poſtremo prima materia ſubiacet. alia. n. ad alia ſunt informia proprias formas habẽtia, velut organica, aut ſimilaria. aut elemẽta informia ſunt ad formã, ꝙ̃ in ipſis recipit, prima vero mã ꝑ ſe informis eſt, ac ſimplr incõcinna. id igiť quod primũ per ſe exñs in vnoquoq; informe primã & cõem naturã eſſe dicunt, quẽadmodũ propinquũ informe propinquã naturã, vt ſtatuę ęs, lectuli verò lignũ, hæc de opinione antiquorum.

Primũ informe eſt ipſa materia.

Tex.cõm. 4. rum. Sed dubitat hic Philoponus, quia Aristo.superius asseruit subiectum,i.materiam esse substantiã,formam verò naturam. hæc dubitatio frustra est, qm̃ secundum expositionem nostram,tam materiam, quã formam oportet dicere esse substantiam, & naturam. præterea hoc quod hic asserit, est dictum ad opinionẽ antiquorum.id vero,quod ibi asseruit,est dictum secũdum propriam opinionem. deinde assignat signũ Antiphontis Sophistæ, ꝙ materia & non forma sit natu-
Syllogismus. ra, & rerum substantia, & componitur sic apud Simpli.id,quod repullulat,est natura & substantia: materia repullulat: igitur materia est natura & substantia. aliter autem Auer.componit syllogismum,vt patet in commentarijs.Quòd materia repullulet, ostendit per ea quæ dicit Antiphon Sophista.& ait,{signum autem dicit Antiphon, qm̃ si aliquis proiecerit lectulũ deorsum.} & supplantauerit ipsum in terra,{&}tandẽ {putrescens potentia},s.genitalem {accipiat}ita{vt vtiq; sit germen}, i.ita vt sit semen genitale, videmus subaudi {non vtiq; fieri lectum,sed lignum.} deinde Aristo.exponit hoc,quod dicit Antiphon,& dicit, {tanq̃ dicat quidem dispositionem},i.figuram, {quæ est ẽm legem}.i.positionem ac volũtatem artificis, {& artẽ} .i.& scientiam artificialem artificis {esse secundũ accidens} .i. esse formam accidentalem: figura .n. quæ fit lege electionis artificis,& artificiali scientia artificis accidens est.{illata autẽ} partem {quæ & permanet, hæc patiens continue} & alternis vicibus suscipiẽs has figuras esse {substantiam,} Ex his accipitur minor,s. ꝙ materia repullulet, & germinet, & etiam accipitur
Syllogismus. expositio minoris. Est igitur syllogismus,qđ in vnoquoq; est motiuum, atque gignitiuum, est natura & substantia: materia in vnoquoq; est motiuum ac gignitiuum,vt patet exemplo lectuli germinantis: igi-
Tacita qõ. tur materia est natura & substantia. Deinde remouet quandam tacitam dubitationem, quæ talis est,si id dicitis naturam & substantiam quod permanet,& superest,& propter hoc ligna quidem tanquàm permanentia natura est, figura autem tanquàm abolita, nequaquã,vtique ligna essent natura lectuli,neque æs statuæ, nam ligna,cum corrumpuntur, in aliquod resoluunt, quod superest,figura autem lignorum aboletur vt incendio,vbi relinquitur cinis, quæ terra est. similiter cũ æs corrumpitur, in aquam dissoluitur, quoniam cum eliquescit,humor fit, quare neq; æs erit statuæ natura, neque lectuli ligna. vnde potest dubitatio componi, quod corrumpitur in aliquod quod superest, non est natura,& substantia alicuius, quoniam vt dictum est, natura permanet, forma aboletur:lignũ,& æs,& ossa corrumpuntur in aliquod, quod superest: non igitur erunt ligna natura & substantia lectuli,nec æs statuæ, nec ossa animalis,hoc pacto exposuit Simplic. & Philoponus.cui Arist.respondet, & dicit, {si autem & horum vnumquodque} videlicet lignum,æs,ossa,& cætera id genus, {ad alterum aliquod} .s.subiectũ {hoc idem substinuit,} quod figura lectuli sustinet ad ligna, & figura statuæ substinet ad æs, & ossa substinent ad animal,videlicet {vt æs quidem, & aurum} substinet {ad quam,ossa autem & ligna ad terram,similiter autẽ & aliorum vnumquodq;} substinet ad propriam materiam,{illam},s.rem in quam resoluuntur vnũquodque eorum,subaudi dicendum est {naturam & substantiam ipsorum esse,} verum omnium est dare vnũ primum & commune subiectum, quod est omnium cõ-

E munis & prima natura atque substantia, & sic concedo nullum eorum esse simpliciter naturam, ac substantiam,sed respectu eius,cuius est proprium subiectum, quoniam respectu illius permanent,lignum.n.non est simpliciter substãtia ac natura omnium, sed lectuli,sicuti æs statuæ, & ossa animalis. Causa autem, quare nullum horum est substantia ac simpliciter natura est, quoniam vnumquodque horum adhuc habet subiectum,in quod resoluitur, & quod superest. Quare illud, quod respectu omnium, erit natura & substantia omnium. Tu verò lege, quæ diximus in commẽtariis, quoniam ibi aliter exposuimus, & aliter syllogismum Antiphontis confecimus. Hæc tamen expositio, quã hic attulimus, est omnium expositorum Græcorum, & satis luculenta. Ex his vult habere Arist. Antiphontem opinatum esse communiter subiectum esse naturam,& substantiam.

F

Quapropter alij quidem terram,alij uero ignem,alij aerem, alij aquam, alij quædam horum, alij omnia hæc eorum quæ sunt naturam esse profitentur. quod.n.horũ quispiam arreperit eiusmodi,siue unũ,siue plura,id & tot uniuersam substantiam esse asserit. Cætera uerò cuncta affectiones horum,habitus, & dispositiones. DILVC.

Vnde hi quidem terram, alij uero ignem, alij aerem dicunt,quidam autem aquam,nonnulli uerò aliqua horũ, sed alij omnia hæc naturam hanc esse eorum quæ sunt. q, enim aliquis ipsorum acceperit huiusmodi siue unum,siue plura, hoc, & tot esse omnem substantiam, alia autem omnia passiones,habitus, & dispositiones. ANT.

Hæc litera potest esse signum eius quod dixit Arist. authoritate Antiphontis: & potest esse ꝙ Aristo.nar-
G ret positiones de natura.siue igitur sit lignum,siue sint opiniones, qui ignem vel aerem aut aquam materiam esse putabant, idem naturæ nomenclationem igni atque aeri tribuebant. Et qui item plures materias ediderunt,etiam plures constituere naturas. Reliqua omnia aut qualitates illarum esse,aut habitus,aut affectiones. Hæ sunt siue positiones siue signum positionis datæ. Animaduersione dignum, ꝙ Aristo.hæc omnia dixit, quia tempore antiquorum non sciebant causam formalem, nec erat illa distincta ab alijs accidentibus, vt dixit Alexander. Et si dices contra, quia nullus posuit terram nisi Hesiodus, qui non fuit Philosophus Primo Metap.cõm.1. &.14. Soluit Auer. ꝙ nullus posuit terram solam. Sed bene cum aliis elementis, vt dixit Parmenides terram & ignem.

Commentum patet.

H

RECOGNITIONES.

CVm dixisset opinionem Antiphontis, qui asseruit commune subiectum esse per excellẽtiam naturam,nunc assignat consequenter positiones aliorum:quæ licet diuersæ sint,tñ omnes, id quod materiã ac primum subiectum esse putant,opinantur esse naturam entium, & dicit.{Vnde hi quidem terram}dicunt subaudi esse omnium entium naturã, quia terram putauerunt esse primũ subiectum,ac omnium materiã,vt Parmenides, {alij vero ignem} subaudi dixerunt esse oĩum entium substantiam,ac naturam,quia ignẽ putauerunt oĩum entium primũ subiectum ac materiã, vt Heraclitus, {alij aerẽ dicunt} esse oĩum entium naturam & substantiã,quia aerem opinati sunt esse primũ subiectum & materiam. vt Anaximenes, {quidam aũt aquam}

aquam} dixerunt esse omnium naturam, & substantiam, quia aquam putauerunt esse primum subiectum & materiam, vt Thales. {nonnulli verò aliqua horum} subaudi dixerunt esse substantiam, & omnium naturam, quia aliqua horum putauerunt esse primum subiectum, & materiam, vt Parmenides ignem, & terram. {sed alij} dixerunt {omnia hæc}. s. quatuor elemẽta {naturam hanc esse eorum}, s. {quæ sunt} putauerunt, qm̃ omnia elementa putauerunt esse primum subiectum & materiam omnium, vt Empedocles. dicit hic Simplic. terram solam nullum posuisse primum subiectum, ac omnium materiam, nisi cum aliquo alio elemẽto, vt Parmenides, qui posuit terram cum igne. Auer. autem asserit Heliodum posuisse terram solam, verum eum non naturalem Philosophum, sed legum latorem esse asserit. & reddit rationẽ, {quod .n. aliquis ipsorum}. s. naturalium Philosophorum {acceperit huiusmodi}. s. primum subiectum, & materiam {siue vnũ siue plura, hoc & tot esse omnem substantiam,} & omnem naturam opinabatur {alia autem omnia} opinabatur esse {passiones, habitus, & dispositiones}. i. accidentia, quorum, vt Simplic. inquit, quæ deletu facilia sunt, dispositiones, quæ vero difficilia, habitus, atque passiones. vel aliter, vt diximus primo huius, veteres omnia alia præter materiam voluerunt esse accidẽtia, quorum formas naturales elementorum vocabãt affectiones siue passiones, quæ erant duarum qualitatum combinationem, formas naturales mistorum inanimatorum, dispositiones, animatorum autẽ naturales formas habitus nuncupabant. omnia tamen præter subiectum accidentia asserentes.

DILVCI. *Et horum quidem quoduis perpetuum esse. non enim esse ex sese mutationem ipsis. cætera uero generari atq; corrũpi infinities. Vno quidem igitur modo natura sic dicitur prima cuiq; subiecta materia eorum, quæ in seipsis motus atq; mutationis principium habent.* C

ANT. *Et horum quidem quodcunq; esse perpetuum. non enim esse mutationem ipsis ex seipsis. alia autem fieri, & corrumpi infinities. Vno quidem modo natura sic dicitur prima uniuscuiusque subiecta materia eorum, quæ in seipsis principium motus atq; mutationis habent.*

Continuando positiones inquit eos velle id qđ ponunt materiam immortale esse seculis omnibus, rerum siquidem naturam seruatam, vt inquit Themist. oportet commeare, cætera & infinities fieri, & corrumpi. tunc epilogat & vult, vt Themistius inquit, Aristoteles dicere hunc in modum illos conatos esse materiam demonstrare potiorem esse naturam, & ita Aristote. secundum Themistium solum duxit argumẽta, quibus antiqui dicebant materiam esse potiorem naturam. D

Commen. 10. Auer.

{Dicit.} Commentum istud patet. colliguntur aũt duo à recentioribus. Primum ipsam primam materiã non esse compositam ex materia & forma. Et hoc contra Platonem & Auicennam, qui dixerunt materiam esse corpus. Secundum ait. omne ens quod habet principium motus proprium, necesse est ipsum habere subiectum proprium præter subiectum commune, sed ista non est materia pura sed composita, & ita erit habens naturam, & non natura. Sed istud secundum est contra eum. primo, quia elementa habent principium *Dubiũ.* A motus proprij, & non habent materiam secundã compositam ex materia, & forma præter materiam communem. Secundo, cœlum similiter habet principium motus proprij, & tamen non habet materiam compositam præter materiam communem. Respondẽt quidam, ꝙ Auer. per materiam compositam intelligit aggregatum ex materia prima & dispositionibus accidẽtalibus proprijs formæ. Hæc responsio stare non potest, quoniam materia non est in actu per dispositiones, cum sint media ad actum. Sed oportet omne motum ex se diuidi in partem motam, & mouentem in actu secundum Auer. vbique. Secundo, vel per dispositiones intelligit accidentia terminata aut interminata. si terminata, cum illa non possint esse præter formam, igitur presupponunt formam, & per consequẽs materia erit composita ex forma & materia, quod negant. *Solutio pri.* B Si intelligit interminata, tunc per hæc minime materia erit in actu, immo nec resistens, nec potẽs esse res mota. Propterea videtur mihi dictum esse verum in motu recto, cum nondum pateat cœlum. & per habere principium motus intelligit nec initiatiue nec cõtinuatiue moueri ab alio, & sic elementa ipsa excludũtur. quoniam licet à forma continuetur eorum motus, nihil minus à se vel eorum forma moueri non incipiunt, sed aut à generante, aut à remouente prohibens, & ita dictum Auerro. tantum in animalibus videtur habere locum, tum quia illa recte mouentur, tum quia à seipsis nullo concurrente extrinsece. Modo, constat talia animalia diuidi in duas partes, videlicet mouentem & motam. quæ mota est in actu cõposita est ex materia & forma, & resistens motori. *Solutio ꝓpria.*

RECOGNITIONES.

CVm dixisset naturales id opinatos esse naturam & substantiam entium, quod assetuerunt esse materiam & subiectum, tunc secundo addit eos etiam dicere perpetuum, quodcunque dicunt materiam & subiectum, & sic quodcunque credebant esse materiam & subiectum, id existimabant esse naturam & substantiam entium, & etiam perpetuum. Catera autem, quæ præter materiam sunt, dicebant infinities generari atque corrumpi, vnde dicit. {Et horum quidem quodcunque} subaudi asserebant esse materiam, & subiectum existimabant {esse perpetuum.} cuius rationem affert, & dicit, {non enim} subaudi Empedocles dicit {esse mutationem ipsis}, s. elementis {ex seipsis.} sed esse sibi inuicem simpliciter impermutabilia, quoniam vt dictum est, oportet primum principium sempiternum esse {alia autem}, scilicet quæ vocabant dispositiones, passiones, & habitus, {fieri & corrumpi infinities} Et licet Aristoteles hic positiones hasce nec probauerit, nec improbauerit, sed Primo Physicorum, tamen ex hisce accipit vno modo dici naturam pro materia, & dicit, {vno quidem modo natura sic dicitur prima vniuscuiusq; subiecta materia eorum, quæ in seipsis principium motus atq; mutationis habent}. i. quare vno modo dicitur natura materia entium naturalium. per ea enim, quæ in seipsis principiũ motus atque mutationis habet, entia naturalia intelligit. hoc est primum significatum naturæ, quod ex opinionibus, antiquorum accepit. Addidit autem Aristo. {quæ in seipsis principium motus atq; mutationis habent,} propterea artificialia, in quibus, quatenus sunt artificialia, est prima quędã subiecta materia,

vt statuæ æs, & domus lapides & ligna, sed hęc nõ sunt natura, qm̃ subiectum & materia dicitur natura cũ est in entibus naturalibus, & non cum est in rebus artificialibus. præterea nec in naturalibus quæcunq; materia est natura, sed prima subiecta materia, vt Simplicius putat: cum subiectum vocant vltimũ, quod omnibus subiacet, & nullum habet subiectum. etenim in animalibus subiacent dissimilaria, & similaria, & elementa, sed nullum horum proprie est natura, qm̃ nullum horum est primum subiectum, & licet in artificialibus vltimum subiectum sit materia, non tamen qua sunt artificialia, sed qua sunt naturalia. Insuper, propositiones in syllogismis materia sunt, non tamẽ sunt natura, cum nec syllogismus sit omnino naturalis. rursus in syllabis elementa materia sunt, non tamen natura sunt. Quare non quodcunq; subiectum natura est

Subiectũ primum in naturalibus tantũ, natura est.

sed primum, & nõ in quibuscunq;, sed in naturalibus, recte igitur Arist. dicit { vno quidem modo natura sic dicitur prima vniuscuiusque materia subiecta eorum, quæ in seipsis principium motus atque mutationis habent}. i. naturalium corporum. dixit enim prima subiecta materia, quoniam cæteræ materiæ, quæ proximæ sunt, non sunt natura. dixit naturalium: quoniam prima subiecta materia artificialiũ, quo artificialia sunt, non est natura.

DILVC. *Alio verò modo ipsa forma atque species quæ est secundum rationem. Nam ut ars dicitur ad id quod per artem est & artificiosum, ita natura dicitur ad id quod per naturam est & naturale. atq; illud habere dicimus artis nihil, si potestate tantum sit lectica, nondum autem habeat formam lecticæ, neq; artem esse, neq; in his quæ natura constãt. Quod enim potestate caro aut os est, naturam talem non habebit antequàm formam, quæ secundum rationem est, accipiat, quam assignantes quid est caro aut os dicimus, neque constat natura.*

ANT. *Alio autem modo forma, & species. quæ est secundũ rationem. Sicut enim ars dicitur ad id quod est secũdum artẽ, & artificiosum, sic & natura ad id, quod secundum naturã dicitur, & naturale. neq; autem illud adhuc dicimus habere secundum artem quicquam, si potentia tantum est lectulus, nondum habens speciem lectuli, neq; esse secundum artem. neque in his, quæ natura subsistunt. Potentia enim caro, & os non habet adhuc sui ipsius naturam priusquã accipiat speciem, quæ est secundum rationem (qua definientes dicimus quid est caro, aut os) neque natura est.*

Nunc (vt Themist. sentit) Arist. contorquet problema ad oppositum, videlicet, ꝙ forma verius ac iustius naturæ nomen sortiatur: & vtitur exẽplo arte factorum sic, vt ars ab arte facta, ita forma ad naturalia: sed in his, quæ fingũtur arte, non in materia, sed in forma artificium spectatur: igitur in his quæ natura constant. in forma natura spectabitur. tangit conclusionẽ, & inquit, alio verò modo ipsa forma atq; species, quæ est ẜm rationem, dicitur verius natura, hæc est cõclusio: deinde sumit maiorem & inquit, Nam vt ars dicitur, subaudi se habere ad id quod per artẽ est, & pro .i. artificiarium, ita natura dicitur ad id quod per naturam est & naturale. hæc est maior: deinde sumit minorem & inquit, atque illud habere dicimus artis nihil, si potestate tantum sit lectica, nondum autẽ habeat formam lecticæ, immo neq; artem aut ẜm artem esse di-

E cimus. adiecit conclusionem & inquit, neq; in his quæ natura constant, subaudi dicetur naturale nisi propter formam. quod etiam exemplo persuadet, & inquit, qđ .n. potestate caro aut os est, vt cibus, naturam talem, hoc est carnis vel ossis non habebit antequàm formã carnis aut ossis, quæ secundum rationem est, accipiat, quam formam assignantes quid est caro aut os dicimus, propter quod etiam nisi accipiat formam carnis aut ossis nunquã dicetur constãs natura, aut naturale.

Commen. 11. Auer.

{Quemadmodum.} Commentum patet, animaduersione tamen dignum, ꝙ Auer. reddit causam maioris, & inquit. qm̃ vt ars attribuitur artificiali & artificiato, similiter natura attribuit naturali & naturato. qm̃, quemadmodũ quidditas artificij est in arte, ita quiddi F tas naturati est in natura. Secundo animaduersione dignum, ꝙ Auer. dupliciter differt à Themistio. primo, quia vult ꝙ Arist. declarat ꝙ natura dicatur de forma, postquàm declarauit ꝙ natura dicitur de materia, & non vult Arist. facere comparationem: & hanc expositionem sectantur expositores omnes latini. Secundo differt, quia alio modo format rationem, vt patet. Sed ambiges cõtra primum, quia videtur ꝙ ratio illa maioris nulla sit. & contra ipsum & Aristote. 2. de Anima commen. 8. vbi totum oppositum ait. ibi. n. vult substantiam rerum artificialium esse omnem à subiecto. vt rerum naturalium omnis substantia est à forma. cõparat. n. subiectum illarum formæ naturaliũ. hic verò totum contrarium ait. comparat enim formam formę. Dici potest primo, ꝙ hic vtitur rationibus famosis & nihil demonstratiui ait. Ibi vero secundum veritatem. G aut dici potest, ꝙ res artificiaria vt lectica potest considerari dupliciter, aut absolute, & sic tota illius essentia est materia, & subiectum, aut potest considerari reduplicatiue vt sic, hoc est vt artificiaria, & ita eius potissima rõ est à forma, & hac ratione loquitur hic.

RECOGNITIONES.

VT in commentariis diximus, Themistius arbitratur Aristo. torquere problema ad oppositũ probando formam, verius, ac principalius esse naturã: quam expositionem Philoponus sequitur, qui asserit Arist. probare speciem esse magis naturam, q̃ sit ipsa materia per plura argumenta. Sed qm̃ verba non sunt comparatiua, ideo, cum Simplicio dicamus, ꝙ, cùm Arist. declarasset primum subiectum, quod est materia, esse naturam, nunc declarat, ꝙ forma sit natura, & H eius syllogismus sic cõponitur, omne illud, cuius præsentia naturalia sunt naturalia, est natura: sed forma est illud cuius præsentia naturalia sunt naturalia: igitur forma est natura. Minorem probat Arist. per simile in arte sic, vt ars ad artificialia, ita forma ad naturalia: sed ars est cuius præsentia artificialia sunt artificialia: igitur forma est cuius præsentia naturalia sunt naturalia. de ratione primo ponit conclusionem, & dicit, { Alio autem modo } natura dicitur { forma & species, quæ est ẜm rationem, } hæc est conclusio. & dixit { species, quæ est secundum rationem, } ad differentiam figuræ, coloris, & magnitudinis, quæ formę sunt, non aũt species, quæ est ẜm rationem. non. n. species, quam significat definitio. deinde assignat probationẽ minoris, & dicit, { sicut. n. ars dicitur ad id, quod est ẜm artem, & } ad id, quod est { artificiosum, sic & natura } .i. forma

naturalis

naturalis {ad id, quod dicitur ſm naturã, & oaturale.} A eteoim ars ineſt in eo, quod eſt ſm artem, & ſorma naturalis in eo quod eſt naturale. deinde huius proſyllogiſmi aſsignat minorem, neq; autem illud} .ſ. artificiale { adhuc dicimus habere ſm artem quicq̃} .i. aliquo modo artem, {ſi potentia tantum eſt lectulus nõdum habens ſpeciem lectuli,} neq; adhuc {eſſe ſm artem.} tunc dat concluſionem proſyllogiſmi, & dicit, {oeque in his, quæ natura ſubſiſtunt} eſt diceodum ipſa eſſe naturalia, niſi præſens ſit ſorma naturalis. Quare ex his habetur minor, ꝙ forma ſit illud, cuius præſentia naturalia ſunt naturalia: quæ fuit minor ſyllogiſmi principalis, quo autem ad ſenſum verborum attiner, animaduerte Ariſt. accepiſſe artem eſſe in ipſo artificioſo, & verum dicit: quoniã ars eſt in artifice, vt in agente, & eſt in re artificiali, vt in materia, & ſubiecto, & ſic ſeruit ſuo propoſito. deinde noo cootentus hac rõne, B addit exemplom in naturalibus, & rationem, & dicit {potentia enim caro, & os,} quale alimentũ eſt, {non habet adhuc ſui ipſius}, ſ. carnis vel oſsis { naturam, priuſquàm accipiat ſpeciem, quæ eſt ſm ratiooem} id eſt { qua definientes dicimus quid eſt caro, aut os, neque} ſubaudi caro aut os potentia { eſt natura} id eſt ens naturale, ſed tunc cum ſpeciem habuerit. per quę verba poteſt rurſus componi ſyllogiſmus ſic, omne illud, cuius præſentia caro & os dicuntur naturalia, eſt natura: ſpecies, quæ eſt ſm rationem, eſt id, cuius præſentia caro & os dicuntur naturalia: igitur ſpecies, quę eſt ſecundum rationem carnis vel oſsis, eſt natura carnis vel oſsis.

DILVCI. *Quare alio modo natura erit forma, & ſpecies eorum quæ in ſeipſis. motus principium habent, quæ nullatenus ſeparabilis erit niſi ratione. at id, quod ex his conſtat, natura quidem non eſt, ſed à natura, ut homo. atque natura magis hæc erit quàm materia, quando unumquodq; magis dicatur cum actu eſt quam cum eſt poteſtate.*

ANT. *Quare alio modo natura utique erit habentium in ſeipſis motus principium forma, & ſpecies non ſeparabilis exiſtens, niſi ſecundum rationem. Quod autem eſt ex his, natura quidem non eſt, ſed à natura, ut homo. & magis natura hæc eſt, quàm materia. unumquodq; enim tunc dicitur, cum entelechia ſit magis quam cum ſit potentia.* C

d

Conclndit concluſionem innuens ſolutionẽ nonnullarum dubitationũ, & ioquit. quare alio modo natura erit forma, & ſpecies eorum quæ in ſeipſis motus principium habent. Sed, dices, ſi forma eſt alio modo natura quàm materia: igitur ſeparabilis à materia. Reſpondet & inquit quæ nullatenus ſeparabilis erit niſi ratione. Sed dices, forma eſt natura & materia natura, ſed compoſitum eſt forma, & materia iugatæ, igitur erit natura. Reſpondet (videtur Themiſtio) & inquit ad id quod ex his conſtat, natura quidem non eſt, ſed à natura vt hõ, & ita licet tã materia quã forma ſeorſum oatura ſint. Iugatę amplius natura non erũt, ſed ex natura vt animal & planta. Sed adhuc dices, dictum eſt ꝙ forma ſit magis natura q̃ materia, vtrum magis ſit natura vt pars compoſiti. Reſpoodet vt exponit Themiſt. ꝙ licet vt pars compoſiti forma non ſit magis aut minus oatura. ſeorſum tamen ac particulatim conſideranti ſorma dicitur magis eſſe natura quàm materia; quando vnumquodqne magis dicatur quum actu eſt, quàm cum eſt poteſtate.

Commen. 12. Auer.

{Iſte igitur.} Commentum iſtud patet, verum, ꝙ Ariſt. ait Auer. perſuadet & inquit materia aũt differt à forma, ſed nunquàm denudatur à forma, immo, cũ ſeparatur ab vna forma, recipit aliam. huius rationem affert, quoniam, ſi ab omnibus formis prima materia denudaretur, tunc qood noo eſt in actu eſſet in actu. hæc eſt additio Auer. *An materia p aliquam p tẽtiam poſsit eſſe ſine forma.*

SEd cõtra hæc quæ Auer. ſuppleuit dupliciter obiiciunt. Primo, ꝙ ratio eius nulla eſt, qm̃ actus eſt biſariam, alter quem entitatiuum vocãt, cum per ipſum res ſit ens & extra cauſas hunc alij actum exiſtẽdi appellant: alter quem formalem, qoem à ſorma proficiſci aiunt. Dicunt modo materiam ſine forma eſſe in actu entitatiuo, & in potentia formali ad formam. *Cõtra Auer. rationem.*

Cootra vero concluſionem primo, qm̃ quod eſt res in B ſe actu exiſtens poteſt ſtare ſine eo, è quo nec eſt neq; dependet, ſed materia vt dixit Themiſt. primo huius in digreſsione vnica eſt res actu exiſtẽs & de ſe: igitur poteſt eſſe ſine forma. Secundo prius ſm naturã illud eſt quod contingit eſſe ſine poſteriori, & poſterius nõ ſine ipſo, vt dicitur. 5. Metaph. text. cõm. 16. ſed materia eſt prior natura ſorma: igitur poteſt eſſe ſine forma. Tertio, Materia poteſt eſſe ſine hac forma & ſine illa, & nulla eſt vel erit forma quioſine illa materia eſſe poſſit. igitur ſine forma eſſe poteſt vniuerſaliter. tenet argumeotum ab omnibus ſingularibus ſufficienter eoumeratis ad vniuerſalem. Sorticolæ concedunt materiã poſſe eſſe ſine omni forma, non tñ ſioe forma. nã duo ſigna diſtributiua cadentia ſuper eundem terminum cõem determinant. ideo in prima particula illa forma ſtat determinate. In ſecunda diſtributiua, & ita poteſt C materia eſſe ſine omni forma, qm̃ ſine A, aot B ſorma, non tamen ſine forma, qm̃ dum perdit vnam recipit alteram. Alij vero volunt materiam eſſe ſine forma vr̃ & abſolute non eſſe implicans contradictionẽ. & propterea aiuot illud ſubeſſe virtuti primi agẽtis, cui ſubeſt omne poſsibile, Veriores catholici. vt expoſitores noſtri Thomas & Aegidius cũ Auer. vbiq; tenẽt materiam eſſe abſq; ſorma eſſe implicans contradictionem, & propterea virtuti dioinæ aiont non ſubeſſe. poteſt. n. Deus agere omne poſsibile. Sed materiã eſſe forma non eſt res poſsibilis, ideo Deus id agere nõ poteſt. Rem hanc Aoer. probauit per hoc, quia tũc ꝙ nõ eſſet in actu eſſet in actu. dedncitur conſequentia primo ſumendo illud Tertij Cœli. cõm. 29. ens in potentia non habet eſſe niſi ſit aut pars compoſiti, aot vt aliquid vnũ decẽ prædicamentorũ. ex hoc patet ratio. D Nã vbi materia eſſet abſq; forma, materia non eſſet io actu, ſiquidẽ oẽ ens in actu ſit aut ſorma aut formã habens: & ẽt eſſet in actu, qm̃ cum ſit ens io potẽtia erit pars cõpoſiti, aut aliquid vnũ decem prædicameotorum, & ita in actu. Secundo deduciĩ per id qđ dicĩ. 4. huius cõ. 62. videlicet, ꝙ omne per ſe exiſtens in actu eſt corpus aut attributũ corpori: cum igiĩ materia ſit ens exiſtẽs in actu, erit aut corpus, aut virtus attributa corpori, & ita eſſet in actu & oõ in actu. Catholici vero rẽ hanc perſuadẽt ꝙ Deus põt ſupplere vicẽ cuiuſlibet cauſæ præter formalẽ. non. n. Deus põt facere albũ eſſe ſine albedine. igitur nec rẽ exiſtere ſine eſſe. omne aũt eſſe eſt formaliter à forma. igitur nõ põt facere materiã eſſe ſine forma. Rẽ hanc multis rõnibus in lib. primo pſuaſimos & contradiximus rõnibus eorum. nũc vero ita concluſionẽ Auer. & expoſitorũ approbarẽ.

Cõtra cõcluſionem.
Prima rõ.
Poſitio Sorticolarum.
Põ vera.
Materiam eſſe ſine forma ſimpliciter impoſſibile eſt ſcdm oem potentiã.
Prima vero deductio.
Scda deductio.
Deductio catholicorum.
Rõ propria.

omne illud quo circũscripto à materia adhuc esset in materia, Deus nõ potest seorsum à materia facere: sed circũscripta omni forma à materia adhuc forma esset in materia: igitur non potest Deus facere materiã seorsum ab omni forma. Maior patet cuilibet. deducitur vero minor, quia vbi materia esset existẽs sine forma, aut esset in loco, aut non. Si non esset in loco esset res illimitata & infinita. hoc enim est maximũ apud eos. sic.n.describitur res in loco. Si verò esset in loco, siue definitiuo, siue circumscriptiuo, tunc esset cũ forma, qm̃ locus, siue sic, siue sic est forma locati. 4. Physi. Auscultationis. Vbi.n. est locus definitiuus esset respectus & ita forma respectiua vbi locus circũscriptiuus, esset superficies corporis continentis. igitur dimensio, & ita forma absoluta, quare materiam esse sine forma implicat contradictionẽ. Secundo si Deus ageret materiam sine forma, aut hoc efficeret agendo, aut corrumpendo. Sed siue sic, siue sic Philosophi volunt Deũ nihil agere immediate ad extra, nisi mediantibus causis secundis, vt notat Auer. 9. Meta. cõm. 7. Modo, nulla causa secunda potest id agere: igitur nec prima. & licet ad neutram partem sint demonstrationes, probabilius assero positionem Auer. & Expositoris. Et ideo ad rationes. Ad primam Themistius voluit materiã habere essentiam per se, existentiam verò per formã, ideo voluit materiam prius intelligi s̃m essentiam absolute, q̃ in relatione ad formam, non tamen dicere illam posse existere sine forma, cum existere sit à forma apud ipsum. Ad secundum dici potest vno modo, ꝙ prius est duplex. in actu & potentia. prius in actu potest esse sine posteriori, non autem prius in potentia. Aut dicendum materiam esse priorem forma, & contra, formam priorem materia. regula igitur Philosophi est vera in illo quod est prius tantum & nullatenus posterius, vt dicetur alibi. Ad tertiam sunt multæ instantiæ. nã homo est necessario, & tamen nullus homo est necessario. Sic materia necessaria est cum forma, licet cũ nulla forma. Amplius corpus necessario est in loco, & tamen necessario in nullo loco, & sunt aliæ obiectiones, quas omitto. Tunc ad rationes dico, ꝙ ad regulam requiruntur tria. primo vt omnes singulares sint veræ. 2. vt compossibiles. 3. vt nulla indeterminata sit omnibus determinans incompossibilis. Et hæc tertia deficit rationi inductæ. est.n. indeterminata quædã forma. sine qua materia ipsa esse non potest, quæ cum sit confusa non est signabilis. vt licet continuum possit esse diuisum supra omne signum determinatum, non tamen supra omne, qm̃ est vnum. indeterminatum supra quo fieri diuisio non potest. Sorticolæ aliter dicerent, & venit ad idem. Vel dici potest ab omnibus singularibus veris possibilibus, & non sibi succedentibus sequi vniuersalem. modo illæ singulares sibi succedunt.

Secunda ratio.

RECOGNITIONES.

Ex iis, quæ dixit cõcludit secũdum naturæ significatum, & dicit. {Quare alio modo natura vtiq; erit habentium in seipsis motus principium}, i. entium naturalium {forma, & species non separabilis existens nisi s̃m rationem,} cur vero dixit {non separabilis existens, nisi s̃m rationem,} in commentarijs est vno modo expositum, tamen alio modo s̃m Simplicium exponere possumus, vbi animaduersione dignum ea separabilia esse, quæ separata ab eis, à quibus separari dicuntur, permanent eandem naturam habentia, vt vinum à dolio. quorum autem separatio corruptio est, nõ sunt hæc ipsa separabilia. Talis aũt est forma, quæ in materia est, & ideo s̃m hãc: est esse rebus naturalibus, & nõ s̃m separabilem formam, propterea addidit {non separabilis existens, nisi s̃m rationem.} qm̃ si esset s̃m esse separabilis, non diceretur natura, nec s̃m præsentiã ipsius diceretur ens naturale, naturale. s̃m rationem aũt separabilis est, qm̃ forma naturalis differt ab ipsa materia. Et cum declarasset tam formam, q̃ materiam dici posse naturam, ordinatim declarat de cõposito, quod ex materia & forma constat, ipsum non esse naturam & dicit, {quod autem est}. s. compositum {ex iis}. s. ex materia, & forma, {natura quidem non est, sed à natura, vt homo.} nam natura est materia, & forma, at compositum nec est materia, nec forma: igitur compositum non est natura. deinde qm̃ in codice Porphyrij legebatur {& magis natura τοῦτο. i. hoc, Porphyrius de composito intellexit. nam, cum dixisset compositũ non esse naturam, subdit, {& magis natura est hoc}. s. compositum {q̃ materia} nam vt Simpli. dicit, licet cõpositum proprie natura non sit, sed à natura, tñ magis natura est q̃ materia, qm̃ formam magis naturã existentem in seipso habet. melius Alex. de forma hoc dicit. nam in textu suo legitur, καὶ μᾶλλον φύσις αὕτη τῆς ὕλης. i. {magis natura hęc}. s. forma {est quã materia,} cuius rõnem addit, quam Philoponus sic componit in tertia figura, tunc dicitur vnũquodq; esse, cum habet suam formã, tunc dicitur vnumquodq; esse, cũ habet naturã: igitur aliqua natura est forma. Alex. verò sic cõponit, cuius præsentia naturalia sunt, hoc est natura: formæ p̃sentia naturalia sunt: igitur forma est natura. vnde dicit, {tunc.n. vnumquodq;} est, & esse {dicitur, cũ entelechia}, i. cum in actu {sit, magis q̃ potentia.} hæc est minor, vel minoris vis. & cũ dixisset {magis,} manifestauit, ꝙ ea etiã, quæ potentia sunt, & si non similiter & æquæ cũ ijs, q̃ actu sunt, dicantur natura, tñ ipsa ẽt dicuntur natura. Entelechia nomen proprium Arist. esse fertur, & significat formã actu existentẽ, vt Simpli. exponit, quatenus s̃m hanc est solius finis receptio, aut quatenus s̃m hanc est receptio vnius, & perfecti. aut cõtinentia pfecti, hoc est habitus s̃m pfectũ.

Quid separabile.

Syllogismus.

Syllogismus.

Entelechia.

Disputauimus in commentariis, vtrũ materia oĩno esse possit sine forma. Et licet aliquibus rationibus pbauimus materiam nõ posse esse sine forma, tñ adhuc probari potest, quia circunscripta omni forma, materia apud omnes est formaliter existẽs. quare vel existit formaliter formalitate formæ, & sic esset cum forma. & ita quod nõ esset in actu, esset in actu. vel existit formaliter ratione materię, & hoc implicat contradictionem, quia nihil ratione materiæ existere potest, nisi materialiter. quare, si materia existit formaliter, non potest ratione materiæ formaliter existere, quo fit, vt ratione formæ formaliter existat. Fecimus ẽt in commentariis hãc instantiã, materia potest esse sine A, forma, & sine B forma & sine C, & nulla fuit, vel est, aut erit, vel possibilis est esse forma, quin sine illa materia esse posit: igitur omnino põt materia esse sine forma. Et licet duas rñsiones dederimus, tñ nunc probo secũdam. nã hoc pacto est argumentandũ, materia põt esse sine A. forma præcise, s. ita vt dum est sine A, nulla alia succedat, & sine B, nõ succedẽte C, & ita de cæteris. igitur sine forma. At, vt Auer. in præsenti cõmento dicit materia non potest denudari ab vna forma, quin succedat alia, & sic non potest esse sine forma.

Vtrum materia posit esse sine forma. Obiectio.

Adhuc

DILVC. *Adhuc autem ex homine homo fit, sed non ex lectica lectica. quapropter & inquiunt non figuram esse naturam, sed lignum, quia non lectica fiet si pulsabit, sed lignum. Si igitur ars est hæc, forma quoque natura erit. fit enim ex homine homo.*

ANT. *Amplius fit ex homine homo, sed non lectulus ex lectulo. unde & dicunt non figuram esse naturam. sed lignum, quoniam fiet utiq; si germinauerit non lectulus, sed lignum. si igitur hoc est ars, & forma est natura: fit.n. ex hoie homo.*

Themistius ratioñ format sic, Cuius præsentia naturales res sunt ex natura, illud necessario est natura: sed præsentia formę res naturales sunt ex natura: est igitur forma natura. Aut magis iuxta literã, omne id, quo simile naturaliter fit à simili, est præcipue natura forma est quo simile à simili proficiscitur: igitur ipsa est natura. verba Aristotelis patent.

Commen. 13. Auer.

{Cum induxit.} Commentum habet duas partes. in prima exponit textum, & patet. Secunda ibi. & causa in hoc quod dixit, digreditur aliquantum: & primo declarat, cur formæ artificiales non generant, & vult hoc esse, quia sunt accidentia in subiectis naturalibus, at formæ naturales sunt substantiæ.

{Sed formæ.} Cõtra obijces. formæ artificiales sunt accidentia: igitur non constituent res artificiales. Respondet, ꝙ non cõstituunt res artificiales absolute, sed reduplicatiue. homo est vt artificiale, veluti album, licet absolute non constituat parietem, tamen cõstituit parietem vt albus est, vt etiam formæ naturales. Ex his arguit, vt naturales res sunt subæ, formæ naturales sunt subę, ita quia artificialia sunt accñtia, formę artificiales sunt accñtia. rectè igĩ sola forma est natura. Sed dubitatur contra causam, quam dedit Auer. quoniam vt dicitur. 3. Cœli cõm. 56. & 12. Meta. cõm. 18. accidens vt caliditas non tantum caliditatẽ agere potest, sed substantiam. igitur accidens potest generare, & sic causa Auer. nulla erit. Hæc dubitatio. videlicet, vtrum accidens possit agere accidens aut substantiam est magna. Sed nunc dico ꝙ accidẽs est duplex, quale, & quantũ, vel in quanto per se modo. quantitas vel fundatũ per se primo in quanto non est de principijs actiuis. 4. huius. cõm. 84. quale vero vt quale generat sibi simile, vt calor generat calorem, vt instrumentum substãtiæ generat substantiam, tunc dico, ꝙ ratio Auerrois est stricti iuris, & debet sic intelligi, ꝙ formæ artificiales non agunt, quia sunt accidentia sup. talia videlicet quantitates, vel per se in quantitate.

RECOGNITIONES.

Qvo vero modo præsens textus intelligatur ẽm Themi. in commentarijs satis explicatum est, nunc vero dicamus Arist. probare formam esse naturam retorquendo argumẽtum Antiphontis, quo probauit materiam esse naturam, & accipit maiorem eorum sic, quod est motiuum ac gignitiuum sui similis, hoc est natura: deinde addit minorem, sed homo, & omnis forma naturalis est motiua, & gignitiua sui similis: igitur homo, & oĩs forma naturalis est natura. tãgit minorem, & dicit. {Amplius ex homine fit homo, sed non lectus ex lectulo,} per quæ vult habere minorem. videlicet, ꝙ homo, & omnis forma naturalis fit motiua, ac gignitiua sui similis. ꝙ aũt maior accepta sit ad mentem eorum, demonstrat, & dicit, {vnde & dicunt A non figuram esse naturam, sed lignum, quoniã} subaudi ex lectulo obruto, atq; sub terra fosso {fiet vtiq; si germinauerit non lectulus,} sed lignum, per quæ iudicat id omne esse naturam, quod est motiuum, & generatiuum sibi similis. cum non figura sit natura, sed lignum, quod est sui similis generatiuum. vt dixerũt. tunc vim rationis epilogando dicit {si igitur hoc} s. lectulus {est ars} subaudi, quia non generat sibi simile, {et} pro ergo {forma est natura,} quia generat sibi simile {fit.n. ex homine homo.} vbi patet hominem, vt Philop. dicit, accepisse pro forma naturali, qua homo hominem generat. etiam si per hominem intelligit compositum, forma etiam vt Simpli. dicit, natura est, qm̃ in composito forma etiam fit. Animaduerte in fine commenti colligi hanc regulam, omne cõstituens aliquod secundum quod tale specificatiue sumptum, est de genere B illius, quod constituit, quatenus tale specificatiue teneř. verbi causa, si albedo constituit album, vt est albũ, est de genere albi, vt album est, & si forma artificialis constituit artificiale, vt artificiale est, de genere artificialis est, vt artificiale est. & si forma naturalis constituit naturale, vt est naturale, est de genere naturalis, vt naturale est. Ex hac regula pro maiore assumpta addit minores, primam, sed formæ naturales constituunt naturalia, vt naturalia. igitur sunt de genere naturalium, vt naturalia sunt. secundã, sed naturalia, vt naturalia sunt substantiæ: igiř formæ naturales sunt substãtiæ, quemadmodum, quia artificialia, vt artificialia, sunt accidentia, formæ artificiales sunt accidentia.

Adhuc autem natura dicta ueluti genitura, uia est in naturam. non enim ut medicatio dicitur non in medicinam uia, C sed in sanitatem, necesse est enim à medicina quidem, non in medicinam esse medicationem, non sic ad naturam se habet natura. Sed id quod nascitur, ex quodam in quoddam quatenus nascitur, proficiscitur. In quoddam igitur nascitur non in id ex quo, sed in id quod. forma ergo natura est. DILVC.

Amplius autem natura dicta sicut generatio uia est in naturam. non enim quemadmodum medicatio dicitur nõ in medicinam uia, sed in sanitatem (necesse enim est non in medicinam esse medicationem) non sic natura se habet ad naturam. sed quod nascitur, ex quodam in quoddam uenit aut nascitur. In quid igitur nascitur, non in id, ex quo, sed in quod. forma itaque natura est. ANT.

Natura (vt dixit Them.) trifariam dici solet, vno modo pro materia. Secundo modo pro forma. 3. pro via in formam, quæ dicitur græce genesis, latine genitu D ra. Cum accepit naturã dici de materia & forma, nunc ꝙ dicatur de genitura & via in formã sumit, & inquit. Adhuc autẽ natura dicta velut genitura, via est in naturam, vtpote in formam. Sed circa hoc ambiges, nam vt in artificio, ita in genitura, sed in artificio motus sumit nomen & speciem à principio agente, vt à medicatiua quæ est in anima, è qua dicitur medicatio: igĩf in genitura debet esse species & nomen à principio agente. Soluit Arist. ꝙ motus in arte & in natura differt. nã in arte nõnunquã, immo vt in pluribus, nomen & speciem nanciscitur à principio agẽte. In naturalibus motus sumit speciem & nomẽ vt in pluribus à termino ad quem & à fine, & hoc inquit, nõ enim vt medicatio dicitur non in medicinam via, sed in sanitatẽ, necesse est enim à medicina quidem, non in medicinam esse medicationem, non sic ad naturam se habet natura, hoc est non

est non sic ad naturā se habet genesis ipsa. Sed id quod nascitur, ex quodam in quoddam, quatenus nascitur, proficiscitur. In quodam igitur nascit, & ab illo denominatur, non in id ex quo, vt in medicatione, sed in id quod, & ita ad formam neganda est similitudo, cú in artificialibus motus frequenter à principio denominetur in naturalibus vero à fine. Forma igitur natura est, & propter materiam, & propter genesim.

Commen. 14. Auer.

{Ita est alia ratiocinatio.} Auer. in com. præsenti aliter textum introducit. vult enim ꝙ hic ponatur tertia ratio, quæ sic componi potest, Id, è quo via in naturam denominatur natura, est natura: sed è forma generis dicitur natura: igitur forma est natura, & tunc totú commentum patet. Verum duo Auerroes vtilia tangit, primum est solutio dubij, quia potest dici, quare in artificialibus motus denominatur à principio, & non à fine, F vt medicatio à medicina, & nó à sanitate. Respondet ibi. & causa in hoc est, quia motus illorum magis est de genere principij, q̃ de genere finis. aut quia famosius est ipsum motum artificiarium esse magis de genere principij, q̃ de genere finis, & loquitur sub disiunctione. primo, quia in rei veritate etiam in artificiarijs nónúquam denominatio motus est à fine, vt ædificatio, quæ etiam dicitur. domificatio. Secundo, quia fortasse principium est anima ipsa & substantia, motus accńs.

{Qm̃ via in rebus naturalibus.} Hoc est ſm vtile. dictum enim est viam denominari in naturalibus à fine reddit causam, qm̃ via in naturalibus est de specie finis, solum differens ab illo ſm magis & minus, vt calefactio nihil aliud est quã caliditas diminuta. Sed dices contra, qm̃ via est in prædicamento passionis, finis vero in prædicamento substantiæ vel qualitatis. Dici po G test, ꝙ Auer. per viam intelligit formam diminutã, nó fluxum formæ. Sed de hoc in. 5. commen. 9.

RECOGNITIONES.

Syllogismus. HIc secundum Philoponú assignat tertiú significatum naturæ, ſm vero Simplicium ponitur tertium argumentum ad probandum formam esse naturam. & potest dici, ꝙ Arist. faciat vtrúq;, & syllogismus sic cóponitur, omne illud ad quod id, quod producitur, & fit accelerat. est natura: forma est illud ad quod, id, quod producitur, & fit accelerat: igitur forma est natura, aut potest componi in tertia figura sic; natura est id, ad quod id quod producitur: & fit accelerat: forma est id, ad quod id, quod producitur, & fit accelerat: igitur forma est natura. de ratione tãgit vim maioris, & dicit. {Amplius natura dicta sicut generatio via est in naturam.} per quæ patet tertiú significatum, & vis maioris, quę est, vt natura sit id, ad quod, id, quod producitur, & fit, accelerat. Sed, qm̃ aliqua eorum, quę fiunt, non ab ijs denominantur, ad quæ festinãt, sed ab ijs, quæ formam generant, ad quã est præcursio rei factæ, quẽadmodum medicatio. hæc. n. in figura dictionis similiter dicitur cú natura, quæ vt generatio est. nó tamen quemadmodum natura ad naturam est via, sic medicatio ad medicinalẽ artem, sed ad sanitatẽ, cuius effectrix est medicatio. cui enim medelæ adhibentur, id sanescit, propterea distinxit hæc, mostrans, ꝙ natura ad naturam, quæ tãquam prouentio est ad eã, quæ vt finis est, non ita se habet, quemadmodum medicatio ad sanitatem, & dicit, {non. n. quemadmodum medicatio dicitur non in medicinam viam, sed in sanita-E tem,} & tamen vocat nó à fine, sed à faciente medicinalia {necesse est. n. non in medicinam esse medicationẽ, sed in sanitatem,} & tamen denominatur à medicina: {non sic natura}, i. generatio {se habet ad naturam} vt denominetur ab efficiẽte, & sit via in naturam. sed denominatur à fine, & est via in finem. & cú dixisset, deinde declarans differẽtiam inter illa dicit. {Sed quod nascitur ex quodã in quoddam venit, aut nascitur.} quare differt medicatio à generatione, qm̃ generatio venit à natura, & finit in naturam. medicatio venit ex arte, & non fuit in artem. propterea concludit, {in quid igitur nascitur. non in id ex quo, sed in quod,} & sic quia nascitur in idem illi, ex quo nascitur; denominatur ab eo, in quod nascitur. Sed dices, cur generatio quæ est via in naturam, non dicitur naturatio, respondet Philop. ꝙ non dicitur naturatio propter cacophoniã, i. propter F turpem sonum. assignant autem causam Simplicius, & Philop. huius differentiæ, qm̃ in generatione naturali, vt plurimum id quod fit, est vniuocú ei, à quo fit. calidum enim calidum facit. ideo via in calidú dicitur calefactio: licet. n. deinceps Arist. ꝙ sæpe numero efficiens, & formalis, & finalis causa in idem veniunt: homo. n. hominem generat, propterea conuenienter vnã habuit denominationem. quare generatio siue ab efficiente vocata sit, siue ab eo, quod fit, qm̃ idem est efficiens, & effectum, præterquam in ijs: quæ ex putredine fiunt, ideo dicitur natura à fine, & forma, propterea concludit, {forma itaq; natura est.} & cum dixisset {ex aliquo in aliquid venit,} addidit {aut nascitur, dans intelligere ꝙ idem sit ex aliquo in aliquid venire. & ex aliquo in aliquid nasci, id est ex simili in sibi simile.

Cur generatio non dicatur naturatio.

G *At forma & natura dupliciter dicitur. ipsa nãq; priuatio forma quodammodo est. utrum uero sit priuatio aliqua & aliquod contrarium circa simplicem generationem, aut non sit, posterius consyderandum.* DILVC

Sed & forma, & natura dupliciter dicitur. etenim priuatio species quodammodo est. Si autem sit priuatio, & contrarium aliquod, in ipsa simplici generatione, aut non sit, posterius consyderandum est. ANT.

Cum ostensum sit (vt exponit Them.) formam magis esse naturam quam materiam, ideo declarat eã naturam, quæ pro forma capitur, bifariam dici. vno quidem modo pro forma quæ est rectitudo, alio vero pro vitio defectuq; naturali, quo in sensu claudItium à natura & id genus formæ sunt naturales. Inquit. at formã & natura, quæ pro forma capitur, dupliciter dicit. Ipsã nãq; priuatio, vt vitiú & defectus naturalis forma quo-H dammodo est, tunc excusans se inquit: vtrum vero sit priuatio aliqua hoc est defectus siue vitiú aliquod naturale vt clauditium, & id genus in capitulo de Casu dicetur. & vtrum circa generationem simplicem, hoc est in substantijs sit aliquod contrarium vel ne, ex quo res naturalis constituatur, etiam ibidem dicetur.

Commen. 15. Auer.

{Cum declarauit.} Animaduertẽdum primo, ꝙ litera habet duas partes: Prima est, quo forma bifariam dicatur. Secunda est excusatio. primam partem dupliciter intelligit Auer. Vno modo, ꝙ forma dicatur de forma & de priuatione, intelligendo per formam contrarium perfectum, & per priuationem contrariú imperfectum, & ita tam albedo q̃ nigredo dicuntur formæ. contrarium quidem perfectum, cui nulla priuatio coniungitur,

coniungitur, vt albedo forma dicitur, & contrariũ imperfectum, vt nigredo etiã forma dicitur, Secũdo modo exponit & intelligit per priuationẽ habitum & priuationem existentem in prima materia. nam ille habitus & illa priuatio materiæ coæterna est vti forma materiæ. Secundam partem vero exponit Auer. aliter q̃ Themistius etiã. Vbi debes scire, ꝙ in alteratione semper cum vno cõtrario cõiungitur priuatio formæ contrariæ, verbi causa in calefactione de frigido est priuatio calidi. In albatio est de nigro, cum nigro est priuatio albi. nam cum imperfectiori semper est priuatio perfectioris. Quærit igitur nunc Arist. vtrum ita sit in generatione, ꝙ semper vnum contrariorũ sit altero imperfectius, cũ quo sit alterius priuatio. quæstionem hãc ad librum de Generatione transmittit, vbi duo declarabuntur. Primum, ꝙ priuatio coæterna materiæ nunq̃ à primis quatuor contrarijs denudatur. Secundum, ꝙ hæc quatuor sunt prima omnium eorum quæ generantur & corrumpuntur, & ꝑ cõsequens habebit in omni transmutatione saltem dispositiue alterum contrariorum esse perfectius, & alterum imperfectius, & ita semper cum altero contrariorum esse priuationẽ alterius.

Dubitatio. Hæ sunt expositiones Auer. Sed ambiges primo vtrũ contrarium imperfectum includat priuationẽ contrarij perfecti, vt nigrum priuationem albi. *Responsio.* Quicquid velint Recentiores, priuatio, quæ græce est steresis, vno modo accipitur pro absentia formæ in subiecto apto nato, qua ratione est vnũ principium rerum naturalium. alio modo accipit̃ pro gradu imperfectionis, per quem forma ipsa recedit à summo, & per quem sibi nõ repugnat, saltẽ ſm genus illius gradus perfectio. Tunc dico, ꝙ primo modo omne cõtrarium habet sibi coniunctam priuationem, qm̃ semper vnum contrariũ est priuatio alterius, vt album nigri, & calidum frigidi. Secundo vero modo non, qm̃ in contrario perfecto nullus est gradus imꝑfectionis respectu imperfecti. Qũo vero materia nũquam à primis denudetur contrarijs, & qũo prima contraria sint omniũ prima, in. 2. de Generatione diximus. Secundo ambiges, quid per priuationẽ, quæ est materiæ habitus, intelligit? Hic sunt multæ expositiones, tamẽ solitus sum dicere ipsum ꝑ eiusmodi formam velle formã corporis. Hæc. n. quatenus coæua materiæ atq; semper habita, habitus est, quatenus vero de ipsius facultate oẽs formæ specificæ extrahuntur, priuatio est. & de hac plura diximus in Primo libro in expositione commen. 62.

…quo magis …tur natu… de for… an de ma… forma sit …es natura materia.

ET si soleat quæri. an natura dicatur de materia & forma, quæro de quot ipsa dicitur.

Secundo, an forma sit magis natura q̃ materia. Ad primam quidam volunt, ꝙ natura non dicatur nisi de forma & materia tantum, & hoc accipiẽdo formã, & materiam substantiales. Hoc est contra Themistiũ & Arist. propterea videtur mihi, ꝙ natura dicatur primo de forma, deinde de materia. 3. de via in formam 4. de priuatione, hoc est de defectu, siue vitio naturali. Et hæc omnia à Themist. & Arist. colliguntur. Sed tunc dubitabis, vtrum dicatur de accidente? Respondẽt ›› nonnulli Recentiores ꝙ sic: & mouentur quia Auer. in ›› hoc cõm. inquit, dicitur Diminutis, cum quibus cõiun›› gitur aliqua priuatio vt de nigredine & albedine. *Confutatio.* Sed hanc positionem refellunt alij. Primo, quia omnis natura est substantia. Secundo, omnis natura est pars essentialis. modo, accidens nullius entis est pars essentialis. Tertio, qua ratione vnum accidens esset natura, eadem ratione quodlibet, & ita ars esset natura & medicina. Quarto, natura est principium principale motus eius in quo est: modo, nullum accidens est principale motus principium eius in quo est.

Mihi videtur, ꝙ accipiendo naturam ſm oẽs conditiones naturæ, quibus. videlicet definita est natura, solum materia, & forma substantiales sunt naturæ, vt recte prima positio sentit. *Põ propria circa prima quæstionem.* Capiẽdo vero naturam, vt coextenditur formæ, sic natura dicitur de tot quot forma ipsa dici solet, & hac ratione dicitur de genitura, cũ sit via in formam, de defectu siue vitio naturali, vt de claudítio, & id genus, & hoc modo dicetur de accidente. & non de omni accidente, sed solum de accidẽte tali, & ita argumenta nulla sunt.

Ad secundam quæstionem respondet Ioannes, & omnes, ꝙ natura dicitur magis de forma, vt in litera dicitur. *Respõ. Ioan. ad secundã. q.* nam vnumquoq; tunc dicitur magis, cum est in actu, quam cum est in potentia. *Replic.* Sed cõtra. Primo, quia tunc res naturalis magis diceretur naturalis à forma q̃ à materia. Secundo tũc motus etiam diceretur magis naturalis à forma, quã à materia, quod est falsum. *Cõsultatio aliquorum.* Alij propter hoc consultant, & volunt formam dici magis naturam intensiue, materiam vero extensiue. *Confutatio.* Sed hæc expositio rudis est, quod enim in aliquo non intendit̃ nec remittitur, non potest dici in illo intensiue magis vel minus: in natura forma non intenditur nec remittitur, cum in illa non habeat gradus. Secundo, si forma dicitur natura magis intensiue, quam materia, tunc forma & materia essent eiusdẽ speciei naturæ: quia intensum & remissum non variant speciem. 5. Physi. Auscultationis. *Respon. ꝓpria.* Propterea mihi videtur, formam & materiam dici naturam æqualiter perfectione, non tamen æqualiter ordine. æqualiter quidem perfectione, quia in nomine naturæ nulla earum se habet ſm magis & minus, non ordine vero, quia natura per prius dicitur de forma, & per posterius de materia, vt textus est audiẽdus. Sumit enim magis proprius. *Illatio ex qua soluuntur rationes.* Ex quo patet nec rem naturalem nec operationem naturalem esse magis naturales à materia quam à forma, nec è contra. quãquam materia sit latior natura quam forma, & in pluribus existens. Hæc de natura.

RECOGNITIONES.

NVnc quasi subdistinguit naturam, quæ est forma, vt addat quartum significatum naturæ, & dicit. {Sed & forma: & natura,} i. sed natura, quæ dicit̃ de forma, {dupliciter dicitur, etenim priuatio species quodammodo est,} {& sic quarto modo natura dicitur de priuatione. huius rationem assignat Simplicius, qm̃ natura, quæ tãquam via est in naturam, & formam desinit, & cum duplex sit hæc via, altera, quæ est à priuatione in formam, altera è conuerso, à forma in priuationem, propterea duplex est hæc natura, in quam desinit via, videlicet forma, & priuatio. Et per priuationẽ, vt Philop. exponit, intellexit peius contrariorum. Sepius enim in hoc libro melius contrariorum speciẽ vocat, peius vero priuationem. hac ratione mutationem, quæ est ex nigro in album simpliciter generationẽ vocat, corruptionem vero quandam. eam vero, quæ ex albo in nigrum, corruptionem simpliciter, generationem vero quãdam. Aut dicit̃, vt Philop. etiam assent, priuatio forma, quatenus est dispositio quædã in subiecto: non enim est simpliciter absentia priuatio, sed absentia in re apta, disponitur enim ac informatur subiectum

ctum ſm hanc. cæcitas enim & omnis priuatio aliquo pacto ſubiectum diſponit. vel vt Simplicius dicit, priuatio eſt quodammodo forma, qm̄ eſt accidens materiæ,& accidentia formæ aliquo pacto ſunt eorum, quibus accidunt. Sed quæres quia nam ratione via in priuationem recte natura dici poteſt,cũ talis via non generatio ſit,ſed corruptela magis.Et dicendum, ꝙ eatenus via, quæ eſt in priuationē,dici poteſt natura, quatenus priuatio forma eſt aliquo pacto. Sed adhuc dubitabis.nam ſi priuatio forma eſt aliquo pacto,tūc ex forma,forma fiet,& ſic ſuprema contrarietas non erit formæ atq; priuationis,vt Primo libro dictum eſt.Dicendum,ꝙ ſi ex forma,forma fiat, nō tāquam ex forma, ſed tanquā ex priuatione,& ex non tali apto tamen,forma fit.qm̄ dixit priuationem eſſe formam,cum accipiſ pro peiori contrario.& poſſet quis dicere : igitur in generatione ſubſtantiæ eſt contrarium peius, & melius, & ita contrarium,ideo ſubdit,{ſi autem & in ipſa ſimplici generatione}quæ eſt in ſubſtātia, {priuatio ſit aliquod contrarium,aut non ſit, poſterius} ſcilicet Libro de Generatione conſyderandum eſt , nam vt Alexan. inquit,in elementis contrarietas eſt ſecundum formas, non autem ſecundum ſubſtātiam compoſitam: quod quomodo intelligatur, Simplicius extra propoſitū expoſuit,nos vero alias diccmus , & diximus.Ex ijs patet quadruplex eſſe ſignificatum naturæ, dicitur enim natura de materia,de forma,de gn̄atione,& priuatione.

Dubitatio.

Dubitatio.

DILVC. *Cum autem determinatū eſt quot modis natura dicitur, poſt hec conſyderandum eſt. quo Mathematicus à Phyſico differat,corpora nāque naturalia habent ſuperficies, atq; ſolida,longitudines atque puncta. de quibus conſyderat Mathematicus.*

ANT. *Quoniam autem determinatum eſt quot modis natura dicitur , poſt hoc ſpeculandum eſt quo differt Mathematicus à Phyſico. etenim plana, & firma habent phyſica corpora & longitudines & puncta, de quibus intendit Mathematicus.*

Cum hic Secundus liber de ſubiectis Scientiæ Naturalis pertractet,poſt definitionem naturæ, atq; illius diuiſionem, de differētia Phyſici à Mathematico agit, vt inde ſubiectum Phyſicæ nanciſcat, & duas proponit quæſtiones.Prima,quo differt Mathematicus à Phyſico,intelligens per Mathematicum Geometram. cuius quæſtionis ratio eſt,quia conuenire videtur: ſi quidem Phyſicus contempletur ſuperficies, corporeitates,magnitudines ſiue lōgitudines ac puncta , de quibus Mathematicus conſyderat, contemplatur autem hæc Phyſicus,cum ſint corporū naturaliū affectiones.

Commen. 16. Auer.

{Dicit.}Commentum patet. verum debes ſcire primo,ꝙ conſyderatio de differentia ſubiectorū Phyſici ꝙ Mathematici eſt principium naturale,vt ait,nō quidem vt ſumitur principium pro immediata propoſitione,ſed pro fundamēto, vt dixit,aut fortaſſe eſt ſuppoſitio.Petit enim Phyſicus à Metaphyſica & Logica ſubiectum eius eſſe aliud à ſubiecto illius. Secundo animaduertendum,ꝙ problema de eodem & diuerſo eſt logicum ſiue dialecticum,vt dicitur.1.Topicorum: verum hæc poſſunt capi dupliciter in genere, & ſic eſt dialecticum ſiue metaphyſicū,aut in ſpecie, & ita tractari debent ea in ſcientia, cuius ſunt, vt dicit Auerroes, cum conſideratio illa ſit partim logica , partim illius ſcientiæ, cuius eſt.

E RECOGNITIONES.

CVm egiſſet de ſignificatis naturæ, nūc agit de differentia inter naturalem Philoſophum , & Geometram, & Aſtrologum : & continuationem indicās dicit{Quoniam autem determinatum eſt quot modis natura dicitur,}.ſ.ꝙ quatuor modis,{ poſt hoc ſpeculādum eſt quo differt Mathematicus,}id eſt Geometra à{Phyſico}& reddit cauſam ex eo, qm̄ Phyſicus cū Geometra conuenire videtur,& dicit, {etenim plana,}id eſt ſuperficies,& {firma,}id eſt magnitudines, {habent phyſica corpora,& longitudines, & puncta, de quibus intendit Mathematicus.}igitur conſiderata eadem ſunt.& ſic Geometria videtur pars Scientiæ Naturalis,qm̄ & ipſa rerum naturalium eſt contēplatrix.Philoponus reddit rationem, quare Ariſtoteles affert hanc differentiam,ex eo, quia ſermo naturalis eſt F pars Philoſophiæ theoreticæ.Theoreticum.n.ſiue ſpectatiuum genus diuiditur in ſermonem de Natura, & in Mathematicum, & Theologicū.& propterea vult diſcernere Phyſicum à Mathematico,& Theologico. quoniam ſcientis eſt diſcernere, quæ videtur ſibi ſubiecta,& non ſunt,diſcernit autem non omnes ad inuicem ſcientias,ſed cætera à phyſica videntur, non autē alias inter ſe:& primo Metaphyſicam ſcientiam à phyſica , & vult,ꝙ nō diſcernat Phyſica à Mathematica ſciētia ſecundam differentiam, quæ videtur alijs: exiſtimant enim nonnulli diſcerni ipſam Mathematicam à Philoſopho naturali,quoniam Naturalis Philoſophia verſat circa ſubſtantias rerum,Mathematica autem circa accidentia,& paſſiones, & figuras. contra quod objicit hoc non eſſe verum,quoniam Philoſophi naturales videntur non ſolum de ſubſtantijs rerum diſputare , ſed G etiam de paſsionibus,& figuris. Auer.in commento aſſignat aliam rationem, quare hic Ariſto.declarat differentiam has ſcientias,aſſerens hoc feciſſe quia eſt principium.eſt enim principium, quatenus eſt ſuppoſitio. nam huiuſmodi differentiam declarat Logicus, & Metaphyſicus:& hic accipitur vt conceſſo, & ſuppoſitione.Sed dices,hanc differentiam Ariſt.declarat hic,igiſ non accipit eam,vt conceſſam. Dicendū Ariſto.hanc differentiam declaraſſe non per habitum Phyſicum , ſed per habitum vniuerſaliorem.videlicet Logicū, vel Metaphyſicum.declarat autem illam hic,quia de conſuetudine eſt,vt cōmune omnibus in Logica vel Metaphyſica declaretur.proprium autem alicui ſcientiæ, dicatur in illa ſcientia, vt dicit Auer.Sed dices, cur magis in Phyſica pertractatur hæc differentia,quā in Mathematica.Potes dicere,quia Mathematica: quantum H ad multa , ſubijcitur Philoſophiæ Naturali : quare hic declaratur,quia fuſior eſt.

DILVC. *Inſuper quoq; Aſtrologia diuerſa ſit?an pars Scientiæ naturalis?Si enim Phyſici eſt ſcire quid ſit Sol,aut quid Luna, eorum uero,quæ ijs accidunt per ſe,nullum abſurdum erit.*

ANT. *Amplius autem Aſtrologia altera eſt ? aut pars Phyſicæ?ſi enim Phyſici eſt ſcire quid eſt Sol, aut Luna. accidentium autem,quæ ſunt per ſe,nullum,inconueniens eſt .*

Expoſitio. Mouit quæſtionem generatim Ariſto. an Phyſicus differat à Mathematico,& perſuaſit ꝙ nō, ſaltem quo ad Geometriam. Nunc mouet quæſtionem de Aſtrologia,& perſuadet rurſus ꝙ non differat, & inquit. Inſuper quoq; Aſtrologia diuerſa ſit?an pars Scientiæ naturalis.Hæc eſt ſecunda quæſtio,de ſecunda Mathematicæ ſpecie. Arguit ꝙ non differat,& inquit,Si.n.Phyſici eſt

ci est scire quid sit Sol, aut quid Luna, eorum vero quæ ijs accidũt per se, vt figura, situs, magnitudo, & motus, non esset scire, absurdum erit. Nam eiusdem scientiæ est scire definitionem subiecti, & accidẽtia per se, quæ fluunt ab illis definitionibus. Accipit autem signanter Solem & Lunam, nõ quia Physicus hæc solum consideret, qm̃ etiam cæteros quinq; planetas, & stellas nõ errãtes cõsiderat, sed tanq̃ principes sumpsit.

RECOGNITIONES.

Similiter, vt Simplic. dicit, differentiam Naturalis Scientiæ cum Astrologia affert, qm̃ & hæc cum ipsa conuenire videtur. quidam enim vt Philoponus ait, dicebat naturalem differre ab astrologia ꝙ naturalis consideret substantias stellarum astrologia accidentia per se. Contra obijcit, & mouet quæstionem, & dicit, {Amplius autem Astrologia altera est} ita vel ne, à naturali Philosophia. {aut est pars Physice?} deinde reprobat opinionem eorum, qui dixerũt esse alteram ꝙ physica consideret substantias stellarum, Astrologia vero accidẽtia per se, & dicit {s. n. Physici est scire quid est Sol, aut Luna,} atq; cæterarum stellarum substãtias, {accidentium autem, quæ sunt per se,} scilicet Solis & Lunæ, & cæterarum stellarũ {nullum} scilicet est scire, inconueniens est.} subaudiendum hoc dicere, qm̃ qui rerum naturas cognoscit, vt Simpli. suppleuit, oportet, vt cognoscat oĩa accidentia, quæ per se eis insunt.

DILVC. *Præterea etiam uidentur hi, qui de Natura loquuntur, & de Lunæ ac Solis figura dicere. Et utrum etiam rotunda terra sit, mundusúe, an non sit considerare.*

ANT. *Et etiam aliter, quoniam uidentur de Natura Dicentes, & de figura Solis, & Lunæ, & utique etiam utrum sphærica sit terra, & mundus aut non.*

Ad eandem quæstionis partem arguit authoritate veterum. nam qui de natura loquuntur, loquunt etiam de figura Solis & Lunæ, & de figura mundi ac terræ, omniumq; elementorum: quare Astrologia videtur species Physicæ, cum materia sit sub materia. Ex his patet quæstio principalis, videlicet, vtrum differat Mathematicus à Physico. videtur enim ꝙ non. cum enim matheseos duæ sint partes, Geometria, & Astrologia, per primam quæstionem Physica cõtinet Geometriã, per secundam vero continet Astrologiam: igitur Mathematicus à Physico non differt. Pretermisit Arithmeticam, propter rationes quas post dicemus, pro nunc vero, quia per se patet ab Arithmetica Physicã penitus differre. Hæc igiẽ est quæstio, & quæstionis expositio.

Commen. 17. Auer.

Et quærendum est etiam.} Istud commentum inutile est falsum. Ponderat. n. nonnulla quæ non sunt in græcis codicibus, sed in barbara eius translatione. Colliguntur tamen quædam. Primum, ꝙ probabile est eũ, qui considerat de subiecto, subiectiq; natura, considerare de illius accidentibus, & cum hæc quod est probabile, est verum. Secundum quod colligitur est, ꝙ triplex est probabile, vnum ex parte rei, vt est id quod habet per se causam, vt mundus est rotundus, terra est rotunda, & cætera id genus: quorum probabilitas proficiscitur ex rei causa, atq; natura. Aliud ex parte nostra, & est id, in quo conueniunt plures siue omnes, & horũ Præcipui: vt dicit Primo Topico. Aliud est ex parte rei, & nostra, vt cœlum est sphæricum. In hac enim omnes vel plures, vel præcipui conueniunt. Amplius ex parte

Considerans subiecti considerat eius accidentia.

A rei causæ etiam est tale, & ita vult hãc propositionem, considerans subiecti quidditatem considerat accidentia per se, esse probabilem. Tertio modo, videlicet ex parte rei, quia necessaria atq; vera, & ex parte nostra, hoc est in propositione continente ipsam rem, quatenus famosa, ab antiquisq; concessa.

Sed ambiges, vtrum probabile sit contingens, vt communiter dicitur.

Res hæc ad Librum Topi. spectat, tamen raptim me expediens dico, ꝙ probabile ex parte rei nõ est contingens neq; probabile vtroq; modo, qm̃ est verum & necessarium ad vnũ determinatum. Probabile vero quo ad nos an sit contingens, non parua est dubitatio. Dici potest, ꝙ est contingens ſm assensum, non autem ſm determinationem, vt vtrum mundus sit æternus ſm assensum Physicorum est contingens, qm̃ interdum Phi B losophi assentiunt parti affirmatiuæ, nõnunq̃ parti negatiuæ, & ita contingens ſm nostrum consensum, non autem ſm determinationem: qm̃, vt ait Arist. in Lib. de Interpretatione propter nostrum affirmare vel negare, rei determinatio nõ tollitur. siue enim stellæ sint numero pares aut impares ſm assensum, ſm determinationẽ altera problematis pars semper est vera. Adhuc ambiges. Nam Mathematicus cõsyderat de materia, ac substantia, non autem de omnibus accidẽtibus per se substantiæ, quia tunc de vno actu, potentia, & id genus, non igiẽ oportet, vt, si de subiecti definitione agaẽ, etiam agi de omnibus per se accidentibus. Dici potest esse tractandum de eis per se accidentibus, quæ subiecto insunt propter illius quam artifex consyderat, definitionem. vt quia Physicus consyderat substantiam vt naturalis est, omnia, quæ insunt substantiæ naturali per C definitionem naturæ, consyderare oportet. & sic tollitur obiectio. Ponderationes vero inutiles sunt duæ. Prima est, quia eius litera ait, hoc est inopinabile omni modo. Petit quare dixit omni modo, & respondet, quia probabile est oppositum improbabili. Secũda est, quia eius translatio habet, maxime quia videmus: & petit, cur dixit maxime. & respondet, quia sequitur ex hoc. quæ ponderationes nullæ sunt, cum in textu nihil illorum verborum scribatur.

Dubitatio an probabile sit contingens.

2. dubitatio.

Solutio.

RECOGNITIONES.

IDem probat ex vsu eorum qui locuti sunt de stellis & de rebus naturalibus. & dicit. {Et etiam aliter}, s. demonstrari potest idem ex vsu eorum, qui loquuntur de natura, {quoniam videntur de natura dicentes, & de figura Solis, & Lunæ,} atq; cæterarũ stellarum dicere, {& vtiq; etiam} videntur subaudi qui di D cunt de natura inquirere {vtrum sphærica sit terra, & mundus, aut non} igitur non bene dixerunt, ꝙ Naturalis Philosophus agat de substantijs stellarum. Astrologus vero de proprijs accidẽtibus. inconueniens. n. asserit ea, quæ per se accidunt rebus naturalibus, vt Physicus ignoret. & iure, vt Simpli. exponit, quoniam necesse est eum, qui aliquid secundum aliquod genus nouerit propria illius non ignorare, & propinquas differentias cognoscere. si enim hæc ignorauerit, simul ignorauit an differat à generibus, sub quibus non continetur: qui autem hoc nescit, omnia congenera eadẽ esse suspicabitur, & per mathematicum vt Simpli. inquit Geometram videtur appellare: hic enim est, qui plana, solida, magnitudines, & puncta consyderat, & per Astrologiam, Astronomiã intelligit, vt Simpli. & Philop. dixerunt.

xerunt.Iuniores.n.nomen hoc distinguentes,eam,quę de motibus orbium cœlestium agit, Astronomiã nuncupant,quæ vero horũ effectus, Astrologiam proprie appellãt, causa autem,quia iudiciaria tẽporibus Arist. ad Græcos non peruenerat. ideo illis temporibus non erant hæc nomina discreta.sed, cũ Mathematica contineat etiam Perspectiuam,& Arithmeticam, & Musicam,cur solum quæsiuit de Geometria, & Astrologia? Dicendum propterea hanc differentiam solum esse assignatam,quia Astrologia,& Geometria sunt valde affines Naturali Philosophiæ,vt Philoponus inquit. Vel dici potest propterea hanc solam differentiam esse assignatã,quia ex hac põt haberi differentia, q̃ Naturalis philosophia habet cũ cæteris Mathematicæ partibus.

DILVC. *De his quidẽ igitur & ipse Mathematicus agit. Sed non quatenus Naturalis corporis ipsa termini sunt. neq; accidentia contemplatur quatenus talibus inesse cõtingunt, quia & ipse separat. nam à motu cogitatione separabilia sunt, neque refert, neq; cum separantur, falsum fit.*

ANT. *De iis igitur negociatur & Mathematicus, sed non inquantum physici corporis terminus est unumquodq;, neq; accidentia speculatur inquantum talibus existentibus accidũt. unde & abstrahit. abstracta enim intellectu à motu sunt, & nihil differt: neq; fit falsum abstrahentium.*

Soluit quæstionẽ. vbi debes scire, ꝙ accidentia communia Naturali Scientiæ,& Mathematicæ sunt quantitates,figuræ,& id genus.Sed modo altero : nam Mathematicus hæc spectat ac contemplatur, non quatenus sunt termini ac clausulæ corporis naturalis,neque quatenus sunt accidentia physicis corporibus, cuius causam affert,quia & ipse Mathematicus separat : nam à motu cogitatione, siue ratione hæc ipsa separabilia sunt. Neq; refert quo ad veritatem non actu separata separare, neq; cum separantur inde falsum fit ac nascitur: quia secundum rem sunt materiæ & corpori naturali adiuncta secundum rationem separabilia. Physicus vero hæc spectat ea ratione qua termini ac clausulæ sunt materiæ ac physici corporis, quatenus etiam cum motu sunt,& per motum corporibus insunt.

Commen. 18. Auer.

{Intendit} Primo Auer. exponit terminos : & vult, ꝙ Arist. per Mathematicũ velit Geometram & Astrologum,& per ea in quibus conueniunt quantitates, vt corpora,superficies,lineas,& puncta.

{Et dixit.} Expositis terminis, primo declarat differentiam inter Geometram,& Physicũ,& dicit primo, ꝙ Geometra non consyderat de eis vt sunt vltima, siue clausulæ, aut termini corporis naturalis. quia vltimum,quatenus vltimum, exigit secundum intellectũ subiectum,cuius est vltimum. Dicit secũdo, ꝙ ista consyderatio,quæ secundum intellectum exigit subiectũ, est secundum ꝙ sunt in materia, & per cõsequens Naturalis, qui consyderat de rebus, vt sunt mobiles & in materijs.

{Geometra igitur} Concludit differentiam,& vult, ꝙ Geometra & Physicus consyderant de corpore, hoc est trina dimensione. Geometra quidem, vt est trina dimensio corporis absolute, Physicus vero vt est trina dimensio corporis mobilis. Simili ratione de superficie, linea, ac punctis dicendum est. Hæc est differentia inter Geometram & Physicum.

E {Et dixit ꝙ Astrologus.} Secundo tangit differentiam inter Astrologum & Physicum:& vult, ꝙ Astrologus consyderat figuras & accidentia stellarum, sicut Physicus, sed non eadem ratione. nam Physicus figuras stellarum consyderat, quatenus sunt figuræ stellarum, & per naturas, ac aptitudines stellarum. Astrologus vero figuras tantum, quatenus mens abstrahit illas à motu & transmutatione. Sed contra dubitatur, qm̃ Astrologus consyderat stellas vt mouentur, quia vt repedãt, vt stant, vt celeritant, vt concurrunt inter se,& cum luminibus. igitur non differt à Physico. Ad hanc respondet Auer. Primo Meta. cõm. 19. vno modo & inquit. Et debes scire, ꝙ licet subiecta Astrologię sint mota, s. corpora cœlestia, non tamen illa considerat quatenus mota absolute, sed consyderat de figuris & sitibus eorum secundum qualitatem motuum, hoc est secundum velocitatem & tarditatem,& ita vt quãta, quia per respe-
F ctum ad propinquitatem aut distantiam stellarum. Naturalis vero absolute vt mobilia, declarando, quis modus motuum sit possibilis cœlo & stellæ, quis vero nõ. Et ita Astrologus considerat corpora cœlestia, & illorum motus, vt cadunt sub numero, & magnitudine, Physicus vt mota absolute. Alio modo respõdet. 2. Cœli cõm. 57. vbi ponit Astrologum & Physicum consyderare figuras,& motus stellarum, verum Astrologus dat quia, Physicus vero propter quid nã Physicus probat Lunam esse rotundam, quia eius natura est nobilissima,& nobilissimo corpori competit nobilissima figura,& ita propter quid : Astrologus vero, quia cum eclipsatur sphæricæ procedit, similiter in lumine variatur regulariter. Amplius Physicus probat eclipsim propter quid per interpositionem terræ, Astrologus demonstratione quia, vt quoniam in causa vel capite. Ex
G his patet solutio.

{Et quia esse istarum.} Hic ex litera soluit dubium, nam in re dimensiones & figuræ sunt coniunctæ corporibus physicis, igitur Mathematicus abstrahẽs mentitur. Respondet, ꝙ licet sint in re cõiuncta, sunt tamen natura ratione separabilia, eo quia priora qualitatibus, vt dicemus. Ex his infert, ꝙ entiũ duæ sunt maneries, altera quidem eorum quæ possunt considerari cũ materia & sine materia, vt dimensiones, & in his conueniunt Naturalis & Mathematicus. Altera vero eorum quæ non possunt concipi nisi cũ materia,& hæc competunt Naturali tantum.

{Et non debes.} Ait Arist. in litera & nihil differt, vbi Auer. vult, ꝙ differt considerare hæc, vt in materia, & vt abstracta, vult nihil differre quo ad veritatem, cũ vtroq; modo non accidat falsum intellectioni.

H {Licet consideratio.} Ex his respondet ad dubium. Dubium erat, hæc sunt in materia,& considerant absq; materia agitur considerantur aliter quã sunt, & ita intellectus erit falsus. Respondet, ꝙ nõ erit falsum illud quia hæc sunt ratione abstrahibilia in simplici operatione intellectus.

{Et hoc commune.} Vltimo tangit differentiam inter Geometram & Astrologum:& vult, quod differũt. Nam Astrologus considerat dimensiones vt sunt magis coniunctæ materiæ, Geometra vero vt sunt minus circũcernẽtes materiã. Sed de his dicemus postmodũ.

Circa textum & commentum quærũt Primo quot sunt abstractiones. Respõdet ꝙ quotuplex est concretum, totuplex abstractio siue abstractum: concretum vero aliud est ad suppositum, vt homo, cuius abstractum

Colligitur e... doctrina ... differentia N... turalis & M... thematici ... Astrologi.

Quæ non ... Naturali & Mathema... & quæ ...

Quæstio ... abstractio...

abstractum erit humanitas. Aliud ad subiectum vt album, cuius abstractum est albedo. Aliud ad fundamentum, vt pater siue paternitas, cuius abstractum est patrinitas. Hinc dicunt esse triplicem abstractionem. vná à suppositis, altam à subiecto, & tertiam à fundaměto. concludunt. 2. in substantijs vnam esse tantum abstractionem, quæ est à suppositis. In accidentibus absolutis duas, à subiecto vt est albedo, & à suppositis, vt albedinitas, quæ est tantum ipsa. In relatiuis vero tres, vt paternitas à subiecto, patrinitas à suppositis, quidditas patrinitatis à fundamento. Hæc diffuse perquirãt ab eis,

Cõfutatio huius secunda.

nam in his abunde scribunt, cum in his tãtum laborent, & de natura nihil. Sed hæc pace eorũ dixerim, nec sunt peripateticæ dicta, nec vera. primo quia abstractio (vt omnes loquuntur, & Themi. & Auer. hic exponunt, & Arist, sentit.) est intellectio alicuius prioris cõiuncti cũ suo posteriori nõ intellecto posteriori. & in hac descriptione oẽs & ipsi etiam conueniunt. Ex hac sequit primo, q nullum accidens põt abstrahi à subiecto. Sed bene è contra, nam accidens est posterius subiecto, & nõ è contra. & per hoc tollitur secũda abstractio quæ est accidentis à subiecto. Secundo sequitur, q accidens relatiuum non põt abstrahi à fundamento, quia relatio posterior est ipso. Secundo errant, qm accidẽtium indiuidua sunt, aut propter subiecta essentialiter, secundum Peripateticos, aut concomitatiue ſm eos. Igitur, si potest abstrahi albedo à subiecto, vna erit abstractio à subiecto, & suppositis. accidens. n. intellectum sine subiecto est tantum ipsum, neq; vnum, neq; plura, cum & vnitas, & pluralitas è subiecto eius proficiscãtur, aut per essentiam, aut per concomitantiam saltẽ, & ita abstractio accidentis à subiecto, si fieri posset, est abstractio à suppositis. Propter hæc & multa alia animaduertendum Primo, q posse inesse subiecto, quod dicitur aptitudinalis inherentia est de essentia accidẽtis, vt nũc suppono, & alibi demonstraui, actualis vero propria accidentis affectio ſm Peripateticos. Sine quidem enim aptitudinali accidens nequaquã intelligi poterit, sine vero actuali non esse aut existere cõtinget. Ex hoc sequitur, q licet accidentia quo ad prædicata cõia, vt q est ens, aut actus, aut potentia vnum, bonum, & id genus sine subiecto possint intelligi, quo vero ad prædicata propria etiam primi modi si habitudine saltem aptitudinali ad subiectũ, nunq̃ intelligitur, & ita nulla sibi correspondet abstractio à subiecto, potest tamen sibi correspõdere abstractio à suppositis, nam possum considerare accidens in cõmuni respectu subiecti cõis quod erit abstractum à suppositis respectu subiectorũ propriorum. Vt album cõe cani, boui, homini, cygno, & cæteris, vt competit corpori de genere substantiæ, intelligi potest sine hoc albo, huius canis, illius bouis, & cæteris id genus. Secundo animaduertẽdum, q in relatiuis habitudo ad terminum est de essentia eorum, & propterea nec relatiuũ vt pater intelligi potest sine habitudine ad terminum, nisi ſm prædicata communia omnibus: & ita restat, vt pater abstrahi non possit aliquo modo ab habitudine ad terminum. Item nec abstrahi põt ab habitudine à fundamẽto, qm fundamentum est prius fundato, & nullũ posterius abstrahi potest à priori, sed è contra. Sed dices, quot igitur erunt abstractiones ſm Peripateticos? Respõdet Ioannes in quæstione, q abstractio intẽtionalis ſm genus duplex est. altera pertinens ad intellectum agentem, vt facere de potentia intelligibilibus actu intellecta, per hoc q

p̃ propria. 1 suppositio.

2 suppositio.

Quot abstractiones apud Peripateticos respon. Ioan.

A intellectus vna cum phantasmate efficiunt spẽm intelligibilem. Altera pertinens ad intellectum possibilem quæ est intellectio prioris absq; suo posteriori cui coniungitur. Et hæc est multifariam, vt multifariam prius coniungitur cum posteriori. Vna quidẽ, quando prius coniungitur suo posteriori essentialiter necessario, vt animal, homini, & equo, & hæc vocatur abstractio à suppositis. Alia, quando prius coniungitur posteriori necessario, non tamen per se primo, qua abstractione subiectum abstrahitur à propria affectione. Tertio, qñ nec per se nec necessario prius suo posterior coniungit sed tantum per accidens, qua ratione hac abstrahi potest à dulcedine, & homo à disputatione, & cursu. Sed hæc solutio bona est quo ad has tres abstractiones, sed errat quia abstractio pertinẽs ad intellectum agentem non est alia ab ea, quæ pertinet ad intellectũ potestatis,

Qualis solutio Ioan.

B nam secundum doctrinam Auer. vniuersale est dum intelligitur, & illius intellectio est vniuersale, nec differt intellectio, res intellecta, & vniuersale, vnde tamen sit necessitas intellectus agentis, in libro de Intellectu perquire. Ibi enim confutauimus Ioannẽ, & declarauimus positionem Auer. Sic igitur omnis abstractio est pertinẽs ad intellectum potestatis, quia est intellectio alicuius prioris sine suo posteriori, cui cõiungitur vel per se, vel necessario, vel per accidẽs, & hoc est Peripatetice dictum, cætera vero gerræ sunt penitus.

Consequenter quærunt, quia abstractionis specie res Geometri siue Mathematici à rebus sensibilibus, de quibus Physicus agit, abstrahat. Pro solutione aĩaduersione dignũ per res sensiles hic esse intelligendum res quæ sentiuntur vel possunt sentire per se propriæ, vnde sensilia, vt in. 2. dicitur de Anima bifariã sunt. quædam

Quæstio. 2. Qua nam abstractionis specie, Mathematica sunt abstracta.

C propria quæ non contingit altero sensu sentiri, quædã communia, quæ pluribus sentiri possunt sensibus. Tũc licet Ioannes dicat multa, reducuntur ad duo. Primum est, q res Mathematicæ abstrahunt abstractione tertiæ speciei, quia intelligũtur sine sensibilibus proprijs, cum quibus accidentaliter coniunguntur. Secundum est, q non abstrahuntur à sensibilibus communibus aliqua abstractionis specie. Hoc probat quia nihil abstrahit à se, modo, Mathematicus considerat sensilia cõia, vt dimensiones, & subiectum quantum. Sed hæc positio quo ad primum bona est, quo vero ad secundum non videtur vera, qm Mathematicus procedit à cõioribus ad minus cõia, sicut qualibet artifex. igitur nonnulla considerat abstracte abstractione primæ speciei, qua superiora intelligũtur sine Inferioribus, & ita potest sensilia communia considerare abstracte à sensibilibus communibus, vt communia à minus cõibus,

positio Ioan.

D & ita corrigendus erit Ioannes hac in re.

Consequenter quærunt, vtrum cum Mathematicus abstrahit hæc ab illis mentiatur. Ioannes & omnes cutrunt, q duplex est intellectio, simplex & cõposita. Tũc dicunt, q abstractio, qua Mathematicus abstrahit, est simplicium intelligentia, sed in hac, neq; est verũ, nec falsum, sed si abstraheret intellectione composita mentiretur. Sed contra, quia tunc omnis Mathematici intellectio esset simplex, & ita definitiua, & nulla demonstratiua, qm ipse non intelligit nisi abstrahendo. Secundo, tunc Sciẽtia Mathematica nec esset vera vel falsa, quod ipsi non dicerent. Propter hæc videtur mihi esse dicendum, q Mathematicus de rebus mathematicis intelligit multa, quandoq; ipsa actu simplici, vt quãdo definit, interdũ cõpositione aut diuisione, vt quando componit

3. quæstio. positio Ioan.

Confutatio.

positio ꝓpria.

componit, aut diuidit, interdum demonstratione, vt si syllogizat, & in nulla harum actionum cadit res sensilis. Tunc ad rationem fieri solitam dico, ꝙ abstrahentium non est mendacium, quoniam abstractio est intellectio illius quod est abstrahibile, vt prioris à posteriori. Et, cum dicitur, aut intelligit sicut est, aut aliter quã est. Respondeo, ꝙ rem mathematicam respectu affectionum mathematicarũ interdũ intelligit sicut est, vt ꝙ triangulum habeat tres, respectu aliarum sectionum sicut non est, vt ꝙ non sit sphæricum, interdum nec sic nec sic, vt quando definit. respectu vero rerum sensilium, nec intelligit sicut est, nec sicut non est, cum ad illas nec componat, nec diuidat. verbi causa possum intelligere ꝙ hõ sit risibilis non intelligendo Socratem nec Platonem, nõ propter hoc intellectio erit falsa, qm̃ nec intelligo per respectum ad Socraté, nec ad Plato. Qua ratione euenit vt vna intellectio sit composita, & simplex. Intellectio enim qua intelligo hominé esse risibilem, composita est, quia vnum de vno enuntiat. est autem simplex respectu Socratis, quia nec de Socrate enuntiat, nec à Socrate diuidit. Ita quoq; intellectio, qua Mathematicus intelligit triangulum habere tres, est simplex respectu sensilium, & composita respectu extremorum, è quibus resultat. patet igitur ꝙ respectu sensilium nec intelligit sicut est, nec sicut nõ est, licet respectu affectionum sui generis, aut sic, aut aliter.

Quomodo abstrahentiũ non sit mendaciũ.

Dubitatio.

An Metaphysici & mathematici eadem sit a sensibilibus abstractio.

Solutio.

Sed adhuc dubitabis vtrum abstractio qua Metaphysicus abstrahit à sensibilibus sit eiusdem speciei cũ ea qua Mathematicus abstrahit ab illis. Dici potest, ꝙ differunt. nam Metaphysicus abstrahit à sensibilibus interdum prima abstractionis specie, quoniam prædicata metaphysica vt ens, vnum, & id genus sunt communia, & superiora ad sensilia, cum competant etiam insensilibus. Interdum verò abstrahit .3. modo, vt quãdo considerat substantiam sine qualitatibus sensilibus. Mathematicus verò solum abstrahit tertia abstractionis specie à sensilibus.

4. quæstio.

An eadem à physico & mathema. considerctur materia.

Consequenter quærunt vtrum eadem materia consideretur à Physico, & à Mathematico, ita vt differat Physicus à Mathematico? Et arguitur ꝙ non eadem materia cõsideretur ab vtroq;. Primo, quia tunc essent eiusdem generis scientiæ. qm̃ scientia genus sortitur à genere subiecti: secantur.n. scientiæ, quemadmodum & res de quibus sunt, vt dicitur .3. de Anima. Secundo omnem dimensionem considerat Mathematica, omnem dimensioné consyderat Physica: igitur in tertia figura ex obliquis, Physica est Mathematica. Pro solutione dici potest, ꝙ subiectum scientiæ bifariam dicitur, alterum, quasi materia, quæ à nonnullis ratio materialis dicit. aliud quasi forma, quod & ratio formalis à quibusdam dici solet, hæc.n est qua oĩa in arte cõsiderant, & per q̃ sũa differta scĩa, atq; ea, qua affectiones oẽs proficiscunt in subiecto. Ex hac distinctione dici potest, ꝙ vna est materia Mathematicæ, & Physicæ, vt corpus, vtraq;.n. cõsiderat corpus. Sed forma & ratio cõsiderandi alia atq; alia. nã Mathematicus corpus spectat vt quantũ, Physicus vt naturale siue mobile: qua rõne euenit vt esse possint vnus habitus sm̃ genus subiecti, qđ est materia, nõ aũt vnus habitus, aut vna scientia sm̃ speciem, cũ ratio cõsiderandi nõ eadẽ sit. Per hæc patet ad primum. Ad secundum vero neganda est forma, qm̃ vis est. omnis dimẽsio est cõsiderata à mathematica: omnis dimensio est considerata à Physica: igitur quod est consideratum à Physica conside-

E ratur à mathematica, quod concedendum est sub hac forma, sub illa vero nihil habetur.

RECOGNITIONES.

Philoponus refert hæc omnia ad figuras, & accidentia. cũ.n. dixisset quosdã esse, qui putẽt Naturalem Philosophiã agere de Sole, & Luna, & de substãtijs stellarum, Astrologiam vero de figuris, & accidẽtibus earum. nunc assignat differentiam inter cõsiderationem naturalem de illis accidentibus, & consideratioñẽ mathematicam, & dicit. {De his igitur}, s. figuris, stellarũ, {negociatur} Naturalis Philosophus. i. {& Mathematicus,} maxime Astrologus. {sed} Mathematicus subaudi nõ agit de figuris stellarũ {in quantũ vnumquodq; } eorum {est terminus}, i. finis atq; forma {Physici corporis, neq; } Mathematicus subaudi {accidentia stellarem}, s. aspectus & cõiunctiones {speculat inquantum

F talibus existentibus accidũt}, i. quatenus sunt accidentia corporum naturalium. {vnde &} Mathematicus, s. {abstrahit}, i. considerat illa non considerando naturalia corpora, & assignat causam, & .d. {Abstracta.n. intellectu à motu sunt, & nihil differt}, i. non refert, si Mathematicus illa accidentia consideret, non consideratis naturalibus corporibus, in quibus sunt, {neq; fit falsum} abstrahentium.n. igitur Philoponus refert hæc omnia ad figuras, & ad accidẽtia: & ita vult Mathematicum nõ differre quãtum ad ipsa considerata à Naturali, sed quantum ad modum doctrinæ, qm̃ Mathematicus quidẽ differit de figuris & accidentibus, quatenus materia nullo pacto inest ipsis cõsideratis quo ad eorum intelligẽtiam atq; cogitationem, Naturalis autem cũ intelligit figuras, & reliqua accidentia & passiones

G tanquã in materia existẽtia ipsa speculat, spectat enim vel in Sole, vel in cœlo, vel in terra, vel in aliquo alio naturaliũ corporũ. hoc qđ dixit Philopo. declarat, qm̃ Theodosius in lib. de Sphæris docẽs passiones accidẽs sphæræ, nec cogitat, nec considerat materiam, sed separans ab omni substantia figurã sphæricã, sic accidentia ipsi considerat, demonstrat.n. si sphæra in plano secetur, circulum facere, & alia talia, vbi nullo pacto materiam cõsiderauit. Simp. aũt vt mihi videtur, diuidit textum in duas, partes, quarum primã retulit ad Geometram, secundã vero ibi {neq; accidẽtia} retulit ad Astrologiã, quam expositionẽ Auer. sectatur, de prima parte dicit. {De ijs agit}, s. magnitudinibus, superficiebus, lineis & punctis {negociatur}, s. Physicus {& Mathematicus} idest Geometra, sed subaudi nõ eodé modo sicuti Physicus qm̃ {non inquantum Physici corporis

H terminus est vnumquodq; } sic igitur, vt Simpl. recolligit, Naturalis differt à Geometra. Primo, quia Naturalis non solum de accidentibus rerum naturalium curam habet, sed etiam de materia, cum Geometra nullã de materia curam habeat, & de accidẽtibus, de quibus vterq; curam habet, non eodé modo de eis agit. nam Naturalis de superficiebus, lineis, punctis agit tanquã de finibus naturalis ac mobilis corporis, Geometra vero nec motum naturalem cõsiderat, nec tanq̃ fines naturalis corporis illa contẽplatur. non.n. considerat corpus quatenus Naturale, sed quatenus trifariã distat per longum, latũ, & profundum. nec considerat superficiem, quatenus est accidens alicuius naturalis corporis, sed quatenus distat per longum latumq;, & sic de cæteris. De secunda vero parte .d. {neq; } subaudi Mathematica, s. Astrologica {accidentia}, s. figuras & id

genus

genus {speculatur} quæ magnitudinibus accidũt, {sin quantum talibus}, s. finibus corporis naturalis {existentibus, accidunt} & sic astrologis & si de ijs accidẽtibus, quæ insunt per se rebus naturalibus dicit. nõ tñ quatenus rebus naturalibus hæc insunt, quærere solet, Sed quia rerum, quæ veniunt in nostram considerationem aliæ sunt, quæ nec esse. nec intelligi possunt absq; proprijs materijs, vt formæ naturales elemẽtorum, mistorum, plantarum, & animalium, & has solum Physicus spectat: aliæ sunt, quæ nec sunt in materia, nec intelligibiles sunt cum materia, vt sunt substãtiæ diuinæ, quæ nec re, nec intellectione sunt in materia, & has Metaphysicus contemplatur. aliæ vero sunt inter has mediæ quoniam in physicis corporibus affectiones sunt, suapte tamen natura sine physicis corporibus sunt considerabiles, vt magnitudines, & harum figuræ, & accidentia: ideo dicit. {Vnde & abstrahit. s. vterq; Mathematicus cum cõsiderat, scilicet magnitudines, & earũ accidentia, cuius rationem affert, & dicit. {Abstracta enim intellectu} subaudi suapte natura {à motu sunt,} dixit intellectu, qm̃ re sunt in motu, ad differentiã substantiarum, quæ omnino separatæ {& nihil differt} subaudi si Mathematicus illa intelligit sine materia: {neq; fit falsum} & mendacium abstrahentiũ: qm̃ licet secundũ rem sint in materia, tamen intellectu suapte natura separabiles sunt, igiť, si Mathematicus agit de illis, aut definiẽdo ipsa sine materia, aut de illis passiones demonstrando, nulla habita ratione ad materiam, in qua sunt, non errat, quoniam licet sint in materia, tamen intellectu considerabiles sunt quauis consideratione sine materia, scilicet & definitiue, & demonstratiue, nulla ratione habita ad materiam.

Quæstio. 1. An qualibet abstractio, ad intellectũ possibilẽ spectet. Quæres propterea, quæ diximus in commentarijs, vtrum omnis abstractio pertineat ad intellectum possibilem. Diluitur hæc quæstio, qm̃ abstractio alia est cognitiua, alia operatiua. operatiua quidẽ abstractio est, qua species intelligibilis fit ex phantasmatibus, & hæc pertinet aliquo pacto ad intellectum agentem. cognitiua vero abstractio est, qua intelligimus aliquod prius non intellecto suo posteriori, cui coniungitur, & hæc est triplex. prout tripliciter prius coniungi potest posteriori. nam potest coniungi essentialiter, & sic genus, quod est prius specie, coniungitur speciei, aut necessario, modo quo subiectum coniungitur suis proprijs accidentibus, aut contingenter, modo quo magnitudo coniungitur materiæ sensibili. videlicet calidæ, vel frigidæ, & alijs talibus, & omnis talis abstractio spectat ad intellectum possibilem, cum solus ipse sit cognoscitiuus.

Quæstio. 2. Deinde quæres, qua specie abstractionis cognitiuæ intellectio Mathematica est abstracta, quicquid sit dictum in commentarijs, dici potest ea, quæ considerat Mathematicus posse referri aut ad ea, quæ Physicus considerat, vt ad corpora naturalia, & sic recte Gandauensis autumat Mathematicum illa considerare abstracta abstractione cognitiua, qua cognoscimus prius sine posteriori, cum quo accidentaliter coniungitur, aut posse referri intra se. & sic in mathematicis considerationibus potest inueniri omnis abstractionis species. Mathematicus enim aliquando considerat figurã nullã illius spẽm considerando, cũ definit q̃ sit, quæ termino, vel terminis clauditur: aliqñ considerat magnitudinem, nulla considerata figura, cũ qua accidentaliter coniungitur, nonnunquam considerat triangulum nulla habita ratione ad angulum extrinse-

A cum, cũ quo cõiungiť necessario. igiť in mathematicis cõsiderationibus põt reperiri oĩs abstractionis spẽs.

Quæstio. 3. 4. Tertio quæres, vtrum abstractio qua Mathematicus abstrahit à sensibilibus sit simplex intelligentia. Dicas res mathematicas posse cõsiderari respectu sensibiliũ, sine quibus intelliguntur, & sic semper respectu illorũ est simplex intelligẽtia, & hoc pacto in tali intellectione, nec est falsum, nec mendacium, aut considerari possunt intra se, & sic intellectio mathematica potest esse simplex, cũ fuerit definitiua, aut composita, cum fuerit enũiatiua, vel demonstratiua, & hoc pacto potest esse vera vel falsa. Ex ijs colligi potest eandem abstractionem esse simplicem intelligentiam, & complexam, vt intellectio rerum mathematicarum respectu sensibilium est simplex intelligentia, respectu autem eorum, quę considerãtur in Mathematica potest esse simplex, B scilicet definitiua, & cõposita. Sed dices, vtrum abstractio, vt est intellectio simplex, sit vera. Dicas eam non posse esse verã vel falsam enuntiatiue, qm̃ ab eo quod res est, vel non est diciť intellectio vera, vel falsa. transcendẽter autem omnis intellectio tam simplex quam composita, potest dici vera. Quæstio. 5.

Quæstio. 6. Insuper quæres, vtrum Astrologus abstrahat à corpore mobili, atq; à motu. Hãc quæstionem disputauimus in commentarijs, tamen adhuc dicamus cum Philopono, & Simplicio Astrologum considerare motus stellarum, & stellas ipsas, vt etiam Naturalis considerat vt authoritate Antolyci, & Euclidis ostendit Philo. verum eos differre asserunt, quoniam Astrologus, cũ considerat motus, non considerat motus prout insunt corporibus naturalibus pro eorum natura, atque naturali aptitudine. non enim demonstrat huic naturæ tales figuras, tales magnitudines & tales motus inesse, nõ. n. demõstrat cœlum esse sphæricũ quatenus est primum corpus simplex, & perfectũ, & vniforme. Sed quia capacissima est sphæra, & cœlum est capacissimũ, quare vt Alexan. tandem concludit Astrologus agit de cœlis & de stellis, & de motibus eorum, sed nõ nisi vt cadũt sub numero, & quãtitate, & tempore. Naturalis autem vt mouentur ex aptitudine naturæ. Antolycus. Euclides. C

DILVC. *Atq; qui ideas defendunt, latent id agentes. Nam naturales separant formas, quæ minus mathematicis separabiles sunt. Fit uero illud perspicuum, si quis utrorumq; hoc est & harum & accidentium definitiones explicare intentaverit. Etenim impar quidem & par, rectum quoq; & curuum insuperq; & numerus, & linea, & figura sine motu sunt, at caro, & os, & homo nequaquam. Sed hæc perinde atq; nasus simus, non autem ueluti curuum, dicuntur.*

ANT. D *Latent autem hoc faciẽtes, & ideas dicentes. Physica. u. abstrahunt, cũ minus sint abstracta mathematicis. Fiet aũt hoc manifestum, si aliquis utrorũq; tentauerit dicere terminos, & ipsorum accidentium. Impar quidẽ enim est & par rectum, & curuum, adhuc aũt & numerus, & linea, & figura sine motu. Caro autem, & os, & homo non adhuc, sed hæc sicut naris simitas, sed non sicut curuum dicitur.*

Ex his quasi obiter Platoni obijcit & proponit hoc. Atq; qui ideas defendunt latẽt id agentes, hoc est ita Platonici de ideis ruditer loquũtur, vt nõ possint intelligi ab his, qui differẽtiã inter Naturalẽ & mathematicam afferunt. Argumentũ latẽtiæ subscribit, & inquit. Nam qui ideas defendunt, naturales separant formas, quæ minus mathematicis formis separabiles sunt,

immo quæ nullatenus separari possunt. cuius probationes subscribit.& inquit. Fit vero illud, hoc est formas naturales non separari perspicuũ, siquis vtrorũq; hoc est & harum naturalium formarum, & accidentiũ mathematicorum definitiones explicare intentauerit. Etenim impar quidem & par, rectum quoq; & curuum,insuperq; & numerus,& linea, & figura sine motu sunt subaudi definibilia,quæq; res sunt mathematicæ, tam ad Geometriam quam Arithmeticam spectantes.at caro,& os,& homo,quæ ad Physicum attinent, nequaquam sine motu definiri possunt.Sed hæc perinde atq; nasus simus, non autem veluti curuum dicuntur,simitas enim nequaquam sine naso, neq; sine cruribus blæsitas definiri possunt. Curuitas vero definiri potest sine materia sensili, cum accidat etiam superficiei,vt superficies est.

Commen. 19. Auer.

{Intendit}Commentum patet, verum sunt nonnullæ vtilitates.Prima ibi.& manifestum est:quæ est vna regula.videlicet quicquid separatur in esse separatur ratione & non cõuertitur.Et si dicas contra, quõ duo homines in esse separantur, non tamen ratione & definitione.Coguntur quidam propter hoc dicere duos homines separari definitione non specifica, sed indiuiduali.Quod est derisibile. Singularium enim nullatenus definitiones sunt, nisi vt vniuersaliter concipiuntur, vt vbiq; Auer.sumit.Propterea vno modo dici potest, ꝙ Socrates & Plato non distinguuntur secundum essentiæ,è quo definitio proficiscitur, sed ſm esse accidentale.Socra.enim & hic equus differunt secũdum esse essentiæ. ideo etiam definitione discrepant. Vel dici potest alio modo ꝙ Socra.& Plato differunt esse,& ratione,non sumendo rationem pro finitione ipsa, sed pro mente.Secunda vtilitas sumit ibi.& dixit hoc,quia quædam formæ quæ est, ꝙ in formis est inuenire latitudinem ſm gradus separationis, nam quædam formæ sunt separatæ in summo, vt intellectus separati,qui nec ſm rem,nec ſm rationem sunt in materia, quædã sunt formæ penitus concretæ, vt formę naturales,quędam sunt mediæ,quõ ratione separantur. re vero concretæ sunt.Tertia ibi.& hoc quod dixit:vbi vult in nulla definitione rerum mathematicarum cadere materiam sensilẽ,in omni vero formæ naturalis descriptione sic.numerus enim est multitudo ex vnitatibus confecta,par vero numerus est per æqualia sectilis impat numerus per inæqualia.linea est lõgitudo sine latitudine & altitudine. rectum.i.cuius medium ab extremis nos discrepat.curuum vero cuius mediũ discrepat ab extremis.figura est id,quod termino vel terminis clauditur.Sic de omnibus alijs deduci potest. at res naturales formæ omnes cum materia definiuntur. ideo in calce commenti inquit. Et induxit exemplum de simitate,quoniam in illius definitione poni sensilem materiam patet.est.n.simitas cauitas nasi.In definitione vero cauitas minime,cũ sit depressio supficiei. Sed obijcies, nã numerus, linea,figura,& cætera id genus etiã Physico considerantur.Sed illæ sine motu & sensili materia definiuntur,vt ait.igitur Physicus nonnulla sine materia definiret.Dici potest,ea definiri à Physico & à Mathematico.à Phy.quidem cum motu & materia, à Mathema.sine motu,vt dictum est.

RECOGNITIONES.

CVm dicit.{Latent autem hoc facientes} intelligit vt Philop.inquit.Mathematicos,qui faciũt, quod

E aptum natum est fieri.id autem, quod faciunt, est separare passiones à substãtijs sensibilibus ſm intelligentiam,quæ aptæ sunt separari,qui cũ latuissent Platonicos,dixerunt ideas,credendo ita esse de formis naturalibus, sicuti de mathematicis, quare bene dixit. {facientes autem hoc},.s.separationem rerum mathematicarum,{latet &}ipsos facientes, & {dicentes ideas.} cum vero dixit{cum minus sint abstracta mathematicis.}Philopo. exponit cum nullo pacto sint abstracta nec secundum intelligentiam,nec ſm subsistentiã.mathematicæ vero res,saltem ſm intelligentiam, sunt abstractæ.Cum vero dixit. {vtrorũq;}intelligit tam formarum naturalium quam magnitudinum,& ipsarum magnitudinum accidentia, quæ sunt figuræ, & id genus.vnde Simplicius ait Arist. per hæc verba regulam exhibuisse,tum eorum, quæ intelligentia separari possunt,tum etiam eorum,quæ nõ possunt ex definitionibus, quibus definiuntur.Cũ enim definierimus, & nõ

F sumimus in definitione ea,cũ quibus coniungebantur hæc ab illis intelligentia sunt separabilia. contra aũt cũ sumimus ea,cum quibus coniunguntur.propterea dicit{Impar enim & par,& rectũ, & curuũ adhuc & numerus, & linea & figura est sine motu, } quia vnumquodq; horum definitur sine motu.{caro aũt & os, & homo,non adhuc}sine motu definiuntur, vel sine re attinente ad motum.{sed hæc},.s.caro, & os, & homo {dicuntur}idest definiuntu r{sicut naris simitas, } quæ non absq; naso definitur,{sed non sicut curuum dicit,} quod definitur sine naso.Qua ratione fit, vt res naturales non sint intellectione separabiles,cum per regulam non sint definibiles absq; motu,idest absq; aliqua re attinente ad Philosophum naturalem, quãto minus

G sunt separabiles subsistentia.Pro intelligentia horũ enumeremus definitiones,& dicamus, ꝙ impar est numerus,qui non est diuisibilis in duas partes æquales, par vero,qui diuisibilis est in duas partes æquales. Rectũ est,cuius medium non discrepat ab extremis, Curuum cuius mediũ ab extremis discrepat. numerus est multitudo ex vnitatibus aggregata, linea est lõgitudo cuius extrema sunt duo puncta. Figura vero quæ terminis vel termino claudit. Patet ex regula hæc omnia intelligi posse absq; motu,i.absq; re attinente ad Physicum. Caro vero est sanguinis coagulatus. os est corpus frigidum & siccum,durum.simitas est cauitas nasi. patet ex regula hęc nequaq̃ intelligi posse absq; motu, idest absq; re attinente ad Philosophum naturalẽ.Hæc ex Philopono & Simpl.satis dilucide.

H *Indicant uero illud & mathematicarum illæ quæ magis naturales sunt. ut Perspectiua Armoniaca atq; Astrologia. nam quodammodo contra sese habent atq; Geometriæ. Geometria nãq; de naturali quidem linea contemplatur, sed non ut est Naturalis. Perspectiua uero mathematicam quidem considerat lineam,non tamen quatenus mathematicam, sed quatenus naturalem.* DILVC.

Demonstrat autem & quæ magis Physicæ quam Mathematicæ.ut Perspectiua, & Armoniaca & Astrologia:è contrario enim quodammodo se habent cum Geometria. quoniam Geometria physicam lineam intendit, sed non inquantum physica, Perspectiua uero mathematicam lineam, non autem inquantum mathematica, sed inquantum est physica. ANT. *sed à Ma quem*

Secundo Arist.idem probat(vt mihi videtur)loco à minori, hoc modo. si facultates mediæ in definiendo concernunt sensum & motum, argumẽto ꝙ proxime

sunt

ſunt naturalibus, quæ penitus ſunt naturales definiēdo penitus cum ſenſu & motu erunt. Quod vero facultates mediæ ita ſint, inquit, Geometria nāq; de naturali quidem linea contemplatur, ſed non vt naturalis. Perſpectiua vero mathematicam quidem cōſiderat lineā, non tamen quatenus mathematicam, ſed quatenus naturalem: vtpote vt viſilis. Armoniaca numerum aut auditilis atq; ſonorus. quæ ratio docet eam facultatem, quæ penitus naturalis eſt, penitus rem ſuam finire cum motu atque ſenſu.

Commen. 20. Auer.

{Et declarabitur.} Commentum diuiditur, quia Primo ſenſum literæ exponit, Secūdo ibi. & dixit quodāmodo. digrediendo aliquātulum perſoluit dubitatiunculam literariam. prima pars patet.

{Et dixit quodammodo.} Soluit dubitatiúculam. videlicet, cur has medias vocat quodammodo cōtrarias Geometriæ, & Arithmeticæ. Reſpondet, quia ſunt extremæ Geometriæ & Naturali. nam Geometria penitus omittit ſenſilem materiam, Naturalis eam omnino claudit. At Perſpectiua materiam conſiderandiē Geometria ſuppeditat, ē Naturali vero formam. conſiderat enim lineam viſilem. linea enim materia eſt ſuæ conſiderationis, viſilitas vero forma: quare mediū tenet in extremis. Simili ratione Armoniaca materiā ex Arithmetico nanciſcitur, videlicet numerum, forma vero à Phyſi. videlicet, ſonorum. contemplatur enim numerum, vt ſonorus.

Sciarum mediarum rō.

{Et ideo.} Ex hoc infert, ꝙ conſideratio Perſpectiui & Muſici de rebus ſuis non eſt penitus naturalis, ſed proprior naturali facultati. cū formam habeant à Phyſico, materiam vero à Mathematico. modo, forma potior eſt materia, vt dictum eſt. Sed quærunt quomodo mathematicus definit per materiā intelligibilem. etſi de hac re in. 3. de Anima aliqua dixerim in expoſitione commenti. 11. nunc debes ſcire, ꝙ quid ſit intelligendū per materiam intelligibilem ſunt duæ poſitiones. vna Expoſitoris. 3. de Anima. ibi vbi vult materiam formarum mathematicarum eſſe ipſum continuum. nam eſt ſubiectum omnium figurarum.

Q̄ō ſi Mathematicus definiat p materiā intelligibilē. Po Thoma.

Rōnes Io.

HVic opponit Ioan. quoniam, cum continuum ſit res mathematica, adhuc habebit materiam. Secundo tūc nō abſtraheret à ſenſili materia. eſt. n. continuum ſenſile commune. Propterea eſt ſecūda poſitio Ioannis, quæ vult materiam mathematicorum eſſe ſubſtantiam. quoniam nihil eſt ſubiectum mathematicorum proximum niſi ſubſtantia, cum ſit cauſa propinqua, vt dicit Plato. Amplius, Mathematicus abſtrahit à ſenſibilibus qualitatibus: igitur conſiderat omne quod eſt citra illas, & ita ſubſtantiam. Sed huic cōtradiximus. 3. de Aīa. Primo, quia Auer. 7. Meta. cōm. 35. in fine velle videtur lineam & eiuſmodi non conſiderari cum ſubſtantia, ſed vt materia figurarum. Similiter. 12. Meta. tex cōm. 44. Secundo, quia tūc Mathematicus conſideraret principia ſubſtantiæ. nihil enim conſiderat aliquid in ordine ad ſubſtātiam, quin in ordine ad principia illius intrinſeca. Hoc eſt contra Auer. 3. Meta. cōm. 3. Sed quicquid ſcripſerim ibi, nunc videt mihi eſſe dicendum. ꝙ Mathematicus quædam contemplatur vt affectiones, veluti figuras cōtinuorum, & numerorum, quædam veluti ſubiecta affectionum, vt continuū in Geometria, & numerū in Arithmetica. In Geometria enim affectiones continui conſiderat, vt figu-

Pō propria.

A ras, & cætera quæ huic Inſunt per ſe. In Arithmetica vero affectiones numerorum, vt par vel impar & cætera id genus. Tunc dico primo, ꝙ materia intelligibilis hoc eſt quæ ſenſibus non ſubiacet, ſed intellectui ipſarum affectionum in Geometria eſt cōtinuum, vt recte Expoſitor ait. In Arithmetica vero eſt numerus. Propterea eiuſmodi affectiones definiuntur per continui aliquā ſpēm, vel numeri. Dico. n. ꝙ, ſi numerus & continuum vlterius conſiderentur vt accidentia ſunt, etiam intelligi non poſſunt niſi in eorū definitione cadat ſubſtantia, & tūc materia illorum dici poteſt ſubſtantia, vt recte Ioannes autumat. Verum vt Perſpectiuus ſumit à Geometra definitionem lineæ, & Armonicus ab Arithmetico definitionem numeri, ita Geometra definitionem continui ſumit à Metaphyſico, & Arithmeticus definitionem numeri. Arithmeticus igi-

B tur & geometra affectiones horum definiunt per propria eis, at ſubiecta illarum definit per propria Metaphyſico, & vt induit habitum. Metaphyſici quia vt recte ait Ariſt. Mathematicus ſubſtātiæ nullam facit conſiderationem vt Mathematicus, ſed ſi facit, id efficit p habitum ſuperioris. Tunc ad rationes contra Expoſitorem. ad primam dico ꝙ cōtinuum eſt res mathematica, ſed eſt prima res, vtpote commune ſubiectū cuius definitionem ſumit à ſuperiori artifice, & ita concedo ꝙ habet materiam intelligibilem vt ſubſtantiam, ſed non ſpectat ad Mathematicum, ſed tranſcendit illius dioceſim. Ad ſecundnm patet ſolutio. Mathematicus enim abſtrahit à ſenſibilibus proprijs. non communibus. De poſitione vero Ioannis dico, ꝙ, ſi velit ꝙ materia omniū rerum mathematicarū vltima ſit ſubſtantia, & conſiderata ab ipſo Mathematico, errat, quia

C ſubſtantia trāſcendit iuriſdictionē Mathematici. Sed, ſi velit ꝙ ſit vltima intelligibilis materia, & ſpectans ad alium artificem, recte ſentit. Sunt enim ſcientiæ ſpeciales ita Metaphyſicæ connexe, vt ſemper deſcriptiones ſubiectorum primorum inde lucretur. Et pro hoc faciunt rationes: omnes enim probant de ſubſtantia non conſiderare Mathematicum, quod verum eſt vt Mathematicus, ſed vt induit metaphyſici habitum, reſoluit tandem ad ſubſtantiam & principia ſubſtātiæ.

Conſequenter quærunt, vtrum Naturalis definit p materiam ſenſilem. Ioan. reſpondet, ꝙ materia ſenſilis eſt ſubiectum, quod eſt principium motus, & ita vult vt omnia definiat per talem materiā. Sed hoc ſtare non poteſt, quoniam motus eſt ſenſile commune, veluti magnitudo & numerus. igitur Phyſicus ſe haberet vt Mathematicus circa ſua conſiderata. Propterea videt

Si naturalis per materiam definiat q̄ō.

D mihi Ariſto. intelligere per materiam ſenſilem omne illud, quod eſt infra quantum, & ſub hoc continetur omne mobile quacunq; ſpecie motus, omne ſenſile quacunq; ſpecie ſenſilis. Scientiæ enim hæ ſic ſtatutæ ſunt, ꝙ vbi definit Phyſica incipit mathematica, vbi hæc definit, ſumit Metaphyſica, qua ratione fit, vt per materiam ſenſilem intelligamus omne ens infra ens quantum, quod ideo dicitur materia, non quia ſubiacet formæ, ſed quia ſubiacet conſiderationi phyſicæ. Tunc dico, ꝙ definitiones naturales ſemper dātur per aliquid contentum ſub hac materia ſenſili, veluti definitiones geometricæ per aliquid contentum ſub continuo aut numero, vt ſiquis ſimitatem definiat, adde naſum, ſiquis vero blæſitatem addet crura, naſus vero & crura ſub ipſa ſenſili materia continentur, & in cæteris idem facile ſpectare poteſt.

Vtrum mediæ sint magis naturales.

Consequenter quærũt, vtrum facultates mediæ, vt Perspectiua & Armonica atque Astrologia sunt magis naturales, vt sentiunt Arist. The. & Auer. Circa quæstionem animaduersione dignum, Primo, ꝙ conclusio pure mathematica est per syllogismum, cuius ambæ propositiones sunt puræ mathematicæ. Naturalis vero puræ est per syllogismum, cuius propositiones sunt puræ naturales. Media vero est per syllogismum cuius maior est mathematica, minor vero media, & per experientiam sumpta. patet. probat enim Astrologus cœlum esse sphæricum sic, omne illud est sphæricũ, in cuius medio est punctus, è quo omnes lineæ ductæ ad circũferentiam sunt æquales: hæc maior est geometrica. sed cœlum est tale, hæc est media, & per experientiam accepta. & tunc concludit, igitur sphæricum. Hoc stante dicunt duo. Primum, scientię medium ẽm rem sunt magis naturales. Secundum, scientię medię nuncupantur magis mathematicæ. Primum probant quadrupliciter. ratione certitudinis, ratione finis, ratione denominationis, & ratione inceptionis & desitionis. Ratione certitudinis, quoniã certitudo illarum nec est tanta sicut mathematicæ puræ, sed præcise sicut Scientiæ Naturalis. est enim composita ex certitudine mathematicæ puræ, & Physicæ, quarum secunda est minor, ideo illi æquatur, est enim demonstratio earum. cuius malor est certa certitudine mathematicæ, minor certitudine physica, & ita vna copulatiua, cuius vna pars est incertior, & ita tota erit incertior, sicut illa pars. Rõne finis vero, quia incipiũt à Mathematica, & terminant in naturalẽ. A fine aũt est rei esse. Rõne denominationis, qm̃ denominatio potius debet esse ab eo qđ est vti forma, ꝙ ab eo qđ est vti materia. mõ in his medijs ratio formalis est à Naturali, materialis à Mathematico. Ratione desitionis quoniã vt dicit Arist. hæ incipiunt modo contrario geometriæ. Dicunt secũdo, ꝙ magis sunt appellandæ mathematicę quam naturales. saltem quia cum eis addisci solet. Sed videtur, ꝙ hæc superfluant, & inconsulte dicantur. Superfluunt quidem, quoniam secunda ratio concidit cum quarta, finis enim & desitio idem sunt. Secundo, oĩs certitudo tam definitiua ꝙ demonstratiua accipitur à ratione formali considerandi, vt quoniam ratio formalis considerandi in Physica est mobilitas, ideo definitio & demonstratio semper erunt concernendo mobilitatem, & materiam sensilẽ. Propterea dico, ꝙ eiusmodi sunt ẽm rem magis naturales, quoniam materiam nanciscuntur à puris mathematicis, formam considerandi à Physica. Et hinc certitudinem habent à Physica, & modũ definiendi & demostrandi. Loquuntur vero inconsulte, quia, si à fine res sumit speciem & nomen, & finis harum est ad rem physicam, iure erunt Physicæ appellandæ, cuius cõtrarium dicunt. Propter quod dico, ꝙ scientia & dicit habitus, & dicitur forma. à subiecto materiali, habitus appellatur, à subiecto vero formali, forma. quo fit, vt nomine habitus sint magis dicendæ mathematicæ, cũ materiam habeat ab illis, nomine formæ magis naturales dici debent, cum formam habeant inde.

Confutatio.

Conclusio. Scientia media, prout habitus quidam sunt, magis Mathe. prout vero for mæ naturales magis sunt.

RECOGNITIONES.

Quod autem naturales formas neq; intelligere neq; definire possibile sit sine materia, demonstrat per scientias, quas quidem medias vocant, & dicit. {Demonstrant aũt, & quæ magis physicæ ꝙ mathematicæ}. i. vt exponit Philopo. quæ propius sunt physicis, ꝙ mathematicis, {vt Perspectiua, & armonica}, i. musica, {& Astrologia}, s. quæ theoretica est, & exponit quo modo hæ scientiæ illud demonstrent, & dicit. {E contrario enim quodammodo se habent} scientiæ illę {cũ Geometria.} cuius causam affert, & dicit, {qm̃ Geometria physicam lineam intendit, } accipit enim lineas ex corporibus naturalibus. (vltima enim corporum naturalium sunt lineæ) & eas non tanquam termi nos naturalium corporum speculatur, ideo dicit, {sed} subaudi eam non speculatur {inquãtum} est {Physica} inquantum est in corpore naturali, nam separans ipsam à naturalibus corporibus sic speculatur. {Perspectiua vero mathematicam lineam intendit, } quia accipit lineam, quæ definitur in mathematica sine corpore naturali, non autem illam considerat, {vt mathematica} est, quia ea vtitur, vt visualis, & vt in corpore naturali. nihil enim est visibile, nisi sit in corpore naturali. Perspectiua enim speculans accidentia circa visus, & aspectus linearum rectarum, & circa extramissiones, & refractiones, & angulos qui conos constituunt, hæc accipit ex Geometria non sine motu & materia considerans. Si igitur & lineas, quas speculatur Perspectiua, & numeros, quos cõtemplatur armonica, & circulos, quos spectat Astrologia, quæ idonea sunt, vt separentur, non semper licet separare, quanto magis non licet separare naturalia ipsa, quæ nullo pacto definiuntur sine motu, & materia. ergo non dantur ideæ, quæ sunt naturales formæ separatæ. Animaduertẽdum Diuum Thomam velle materiam intelligibilem rerum mathematicarum esse ipsum continuum, quod verũ esse puto intelligendo per res mathematicas ea, quæ Mathematicus considerat per modum accidentium, & figurarum. Gandauensis autem asserit materiam intelligibilem esse substantiam: quod est fortasse verum respectu omnium, quæ Mathematicus speculaẽ tam vt subiectum quam vt accidentia, & per substantiam nõ determinatam. videlicet certæ sensibilitatis sensibilẽ, sed secundum rationem confusam intelligo. est enim linea longitudo substantiæ alicuius, cuius extrema sunt duo puncta, & superficies est latitudo alicuius substantiæ, cuius extrema sunt duæ lineæ, & sic de cæteris. Mathematicus enim non potest imaginari lineam, vel superficiem, quin illã fingat in aliqua substantia confuse sumpta. ideo non abstrahit à substantia confuse sumpta, licet abstrahat à substantia distincte accepta. nec est inconueniens Mathematicum distincte cognoscere aliquid in suo genere per aliquid, quod ipse non distincte cognoscit, in specie.

Vis rõnis secundum sim lineæ numeratæ.

De materia intelligibili.

Quæsiuimus an Astrologia, Armonica, & Perspectiua, sint magis naturales. Quicquid commentarijs diximus, videtur mihi aliquã comparationem supponere positiuum, vt cum dicimus, Socrates est Platone prudentior. supponit enim hæc comparatio vtrunq; prudentem. aliquam esse, comparatio positiuum non supponit, vt simia est humanior ceruo, neuter enim est humanus. est enim sensus simiam plus haberi humani ꝙ ceruum. Tunc dico, has facultates, quas iuniores medias appellant, esse mere Mathematicus, cum omnes qui Mathematicam scribant, illas inter Mathematicas enumerẽt & hac ratione non sunt mediæ: nec illas Arist. medias dicit. Secundo dico, has esse cæteris mathematicis magis physicas comparatione non supponente positiuũ. non. n. sunt physicæ. igitur sunt magis physicæ, quia habeot plus de physico quã Arithmetica, & Geometria.

Quæstio.

habent

habent enim rationem formalem subiecti physicã. Iuniores vero hanc cõparationẽ asserunt supponere positiuum,cum dicant eas esse physicas, & mathematicas,sed magis physicas,qui vero aiũt has esse medias, non recte dicunt.non enim in verbis Arist.hoc legitur Arist. n. ait δηλοῖ καὶ τὰ φυσικώτερα τῶν μαθηματικῶν .i.declarant autẽ & quæ magis physica mathematicis. igitur eas non vocat medias. nec cõparatio hæc potest supponere positiuũ:quia Arithmetica, & Geometria nõ sunt physicæ,quare hæ nõ sunt magis Physicæ Geometria,& Arithmetica.igitur comparatio Arist. debet intelligi non supposito positiuo.

DILVC. *Quoniam vero bifaria natura est, forma videlicet & materia,res naturales perinde contemplemur oportet, atq; si de sanitate quid sit cõsideremus. quare neq; sine materia, neque secundum materiam res tales erunt.*

ANT. *Quoniam autem natura dupliciter dicitur & species, & materia,sicut de simo quid sit intendimus, sic cõsiderandum est. quare neq; sine materia,neque secundum materiam huiusmodi sunt. etenim iam & de hoc dubitabit aliquis dupliciter,cũ duæ naturæ sint,de utra est Physici, aut de eo quod est ex utrisq;? & si de eo quod est ex utrisq;, & de utraque, utrum igitur eiusdem,aut alterius utraq; sit cognoscere.*

Compleuit differentiam inter Naturalem & Mathematicum,nunc vsq; ad quantum,& quæ cõsideret Naturalis disputat,& primo concludit propositum,& inquit.Quoniam vero bifaria natura est,forma videlicet & materia,res naturales perinde contemplemur oportet,atq; si de simitate quid sit cõsideremus. quare neq; sine materia res naturales describuntur, neq; per materiam res naturales erunt tales & definibiles. Expositor credit Arist.declarare ad Naturalem pertinere considerare de materia & forma.& hoc per duos processus, quos ex textu elicit. Sed hæc expositio est contra textui.Arist.enim concludit res naturales definiri non sine materia, & nõ per materiã. Ideo melius cũ Themistio videtur, ꝙ Arist.cõcludat definitiones naturales, neq; esse sine materia, neq; esse secundum materiam. Ideo vtitur vno enthymemate hoc modo duplex est natura,& sup.quælibet spectat ad Naturalem .igitur naturalis contemplatio de rebus naturalibus est, vt illa de simitate quæ definitur non sine materia, nõ tamen per materiã. Sed obijces quõ potest Naturalis res definiri non sine materia,nõ tamen ſm materiam.Dici potest aliquod esse non sine alio,quod tamen non est secundum ipsum.verbi causa homo nõ est rationalis sine risibilitate,non tamen est rationalis, propter risibilitatem.Quamobrem (vt ait Themi) definiturus rem naturalem,vtetur quidem materia, & ita non sine materia. Sed definiet per formã.& ita pars definitiua erit sola forma, & pars formæ, materia vero ponetur vt apparens pars,non vera,quia tanq̃ causa sine quia nõ. Et hæc est mens Auer. vbiq;,vt alibi disputauimus.

RECOGNITIONES.

CVm assignasset differẽtiam inter Mathematicum & Philosophum naturalem,nunc mouet quæstiones: & primo resumit quales definitiones sint naturales & dicit.{Quoniam aũt natura dupliciter dicitur, & species,& materia} & prætermisit alia significata, quã non faciunt ad propositum quæstionum, quas mouet, & subaudi tu,& de vtraq; considerat Naturalis Philo-

A sophus,ideo concludit,& dicit.{sicut de simo quid sit intendimus}idest sicut ipsum definimus,{sic considerandum est}subaudi & definiendum composita naturalia:{quare neq; sine materia } definienda sunt, quã nec simum definitur sine naso,{neq; ſm materiam},s. soli, vt supplet Philop. {huiusmodi}subaudi composita naturalia{sunt}definienda.qui enim definit simitatem dicit,ꝙ sit cauitas nasi, vel qui definit simum,dicit.& sit nasus cauus, vbi non sola materia ponitur in definitione.Simpli.autem aliter dicit.ait enim ꝙ sicut qui cognoscit simum, cum naso cognoscit, tamen cognoscit ſm concauitatem, sic qui cognoscit composita naturalia cum materia cognoscit, tamen secundum formam cognoscit,& hoc nõ ab re.nam Naturalis naturæ est contemplator. natura autem, cum dicatur de materia, & de forma, peculiarius secundum for-
B mam dicitur, non indecenter igitur dicitur naturalia composita cognosci secundum formam. propterea dicit,{quare non sine materia huiusmodi},s.composita definibilia sunt,quoniam materia debet poni in definitione,sed quia forma est principalius natura {neque secundum materiam} dicuntur illa definibilia, sed ſm formam,tanq̃ per partem definitionis principalẽ. Deinde mouet quæstiones. vbi Simpl.ait, ꝙ ideo mouet quæstiones,quia videtur ea,quæ hic dixit, sine demonstratione tractasse, reuera tamen demonstratione illa tractauit.si enim dupliciter natura dicitur,& altera peculiarior,& notior ẽ,merito Naturalis de vtrisque est dicere,sed secundum peculiariorem. sed, quoniam hæc perinde ac sine demonstratione dicta sunt, ideo dignum esse ait, si cum duæ sint naturæ elemẽtares, quæ nam in cõsiderationem Naturalis deducatur,
C & ex diuisione quæstionẽ hanc profert. vnde dic.{etenim iam & de hoc dubitabit aliquis dupliciter, cum duæ naturæ sint, de vtra, }an de materia, an de forma {est Physici},i.in definitiua ratione indagari,idest vt exponit Philopo. vtrum per materiam,an per formam definit Physicus,{aut de eo,qđ est ex vtrisq;,} est subaudi Physici in definitiua ratione indagari.i.aut debet definire per eam definitionem,quæ est ex vtrisq;. Hãc quæstionem Philop.ait motam esse Primo de Anima, vbi asserit definitiones assignari vel ex specie, vel ex materia,vel ex vtrisq; simul.vt est videre in ira,quæ ex materia definitur,ꝙ sit ebullitio sanguinis circa cor.ex specie vero ꝙ sit appetitus vlciscendi,ex vtraq; autẽ simul ꝙ sit ebullitio sanguinis circa cor. propter vlciscendi appetitum.tunc subdit.{& si de eo, quod est ex vtrisq;} subaudi Physici est indagari in definitiua ratione,

Triplex definiendi genus.

D tione,i.& si definit per definitionem est Physici indagari in definitiua ratione compositam ex vtrisq;{& de vtraq;}idest igitur definit per vtrãq;,s.materiã, & formam seorsum,nam aliquando per solam formam, aliquando per solam materiam. Tunc quærit, cur per vtraq; scilicet Physici,vt exponit Philopo. aut alterius Physici,atq; alterius Physici{vtrãq; sit cognoscere},i. per vtrãq; seorsum sit definire,an definitio, quæ est per solam formam spectet ad vnam Naturalis Philosophię partem,quæ vero per solam materiam,ad aliam partẽ. est.n.multiplex Physicus sicuti multæ sunt partes naturalis philosophiæ. Hæc est expositio Philoponi, Simplic.autem refert has quæstiones ad cõsiderationes, & dicit ſm hanc expositionem Arist. {etenim iam & de hoc}scilicet quod dictum est, ꝙ Naturalis consideret materiam & formam , {dubitabit aliquis dupliciter, }

idest per duas dubitationes, quarum prima affert, & dicit {Cum duæ naturæ sint, de vtra}.i.de qua istarū {est Physici} considerare, vtrum de sola materia, an de sola forma, {aut de eo}, s.composito, {quod est ex vtrisq;. & si de eo quod est ex vtrisq;, &} pro ergo {de vtraq;} seorsum est Physici indagari. Impossibile.n.est compositum cognoscere non cognitis seorsum simplicibus, ex quibus constat. Et si de vtraq; seorsum est Naturalis Philosophi indagari, {vtrum eiusdem}, s.partis Naturalis Philosophiæ, {aut alterius} atque alterius {sit vtrāq;} seorsum {cognoscere} verbi gratia de forma in libris de animalibus, vel alibi, de materia in lib. Physicorum, vel alibi. Expositio quidem prima Philoponi videtur verior, quoniam Arist. dicit. {Etenim iā & de hoc dubitabit aliquis dupliciter,} modo illud pronomen hoc, ostendit id, quod proximis verbis concluserat. videlicet ꝙ definitiones naturalium rerum sint veluti definitio simi scilicet per materiam & formam: igitur quærit de definitione. Expositio vero Simplicij est consona ijs, quæ statim subscribet.

DILVC. *Ad ueteres quidem enim respicienti, de materia uidebitur utiq; esse. nam Democritus & Empedocles de forma & quidditate modicum quiddam tetigerunt.*

ANT. *In antiquos enim aspicienti uidebitur utiq; esse materiæ. In parua enim parte quadam Empedocles & Democritus speciem & quod quid erat esse tetigerunt.*

et & autem

Soluit quæstionem, & primo narrat positionem antiquorum. & inquit. At veteres quidem enim respicienti, de materia vtiq; videbitur esse consideratio naturalis. nam Democritus & Empedocles de forma & quidditate modicum quiddā tetigere. Prætermisi verbum græcum meros. hoc est partem, esset enim translatio, hæc in modicū.n.quiddā partē, quod cū ad sensum faciat, prætermisi, tu vero potes id legere, & idem erit.

DILVC. *At si ar simitetur naturā, eiusdem sane scientiæ erit formam & materiam usq; ad terminum quendam spectare, ueluti medici sanitatem & bilem & pituitam, in quibus est sanitas. & ædificatoris similiter & formam ipsius domus atq; materiam, quoniam lateres & ligna. Similiter autem & in cæteris id genus, physicæ itaque, & utrasq; naturas cognoscere competit.*

ANT. *Sed si ars imitatur naturam & eiusdem scientiæ est cognoscere speciem & materiam usque ad aliquid, ut medici sanitatem, & choleram, & flegma, in quibus est sanitas. Similiter autem & ædificatoris est considerare & speciem domus & materiam. quoniam lateres & ligna, similiter autē & in alijs & physicæ utiq; erit cognoscere utrasq; naturas.*

Soluit nunc quæstionem s̄m veritatem, & vult ad Physicam facultatem spectare vtrāq;. Primo, natura efficit effectum cū vtrisq;: sed ars aūt natura, aut æmula imitatrixq; illius: igitur ars considerabit materiam & formam. vt exemplis quoq; testatur Medici, & Aedificatoris. Ex eius sermo translatione patet. Sed syllogismus literæ est, ars considerat materiam & formā, Physica est ars: igitur considerat materiam & formam. modo, iste syllogismus est ex particularibus, ꝙ, si maior est vniuersalis hoc modo, oīs ars cōsiderat materiā & formam, tūc vel per artē intelligit cōem rationē ad practicas & speculatiuas, & tunc maior est falsa de Mathematica, quæ solam formam spectat: aut intelligit artē practicam, & tunc minor est falsa, Physica enim nō est ars

E operatiua. Dici potest, ꝙ per artē intelligit quoddam commune speculatiuis, & practicis, & concedo ꝙ Mathematica considerat formam & materiam intelligibilem. vt fuit dictum. & cum dicitur, ꝙ solam formā considerat, dici potest pro nunc, hoc esse verum in demonstratione. Tu vero lege quę diximus in expositione Primi Commenti.

Commen. 22. Auer.

{Et cum homo.} Hoc commētum diuidi potest in expositionem literæ, & digressionem. digressio ibi, nō debes intelligere. Prima pars patet, verum colligi possunt duo. Primum est, ratio textus: &, vt mihi videtur, facit vnum enthymema, cuius antecedēs sunt tres propositiones. Prima, ars considerat formā & materiam vsq; ad certum terminum. Secunda, ars assimilatur naturæ. Tertia, consideratio Naturalis debet conuenire
F actioni naturæ, hoc modo videlicet, ꝙ illud, quod est notum apud artificem, sit illud quod est notum apud naturam, quæ est artifex rerum naturalium, Tunc infert, manifestum, ꝙ vnius sciētiæ est scire has duas naturas. Sed contra dubitabis, qm̄ Primo huius cōm.3. dixit oppositum, dixit.n. actionem naturæ ex causis esse, naturam vero è contra ab effectibus. Secundo dubitare potes, quare ars est imitatrix naturæ atque illius æmula, videtur enim in multis deficere. Ad primam dici potest ꝙ Auer. cōm.3. dicto loquutus est in primo processu. vbi à notioribus nobis proficiscuntur, at nūc loquitur in.2. processu, vbi à notis naturę procedimus. Ad secundam dici potest artē æmulari atq; imitari naturam propter duo. Tū quia generatur in nobis à cognitione rerum naturalium, & cū genitum debeat assimilari generanti, iure ars naturæ erit æmula. Tum quia
G opus naturæ est opus Dei, & cum nos appetamus assimilari Deo, iure naturæ etiam assimilari enitimur.

Cur natur… ſimilari … mur.

{Et scientia de forma.} Ponit differētiam inter considerationem scientiæ & artis circa materiam: & vult, artem de materia agere vsq; ad certum terminū, scientiam vero simpliciter de prima & vltima materia.

{Non debes.} Hæc est digressio, vbi primo remouet dubium. nam in litera dictum est artem considerare de materia vsq; ad terminum certum. Ex hoc sumi posset etiam scientiam idem facere. Respondet ꝙ non est simile, quia cognitio artis est particularis, & de particularibus, scientia vero est vniuersalium: ideo ars considerat materiam particularem, vt Aedificator lateres, Medicus humores. scientia vero vniuersalem & communem omnibus materijs, & sic patet differentia.

Ars & [illegible] diuersimode materiam con[…] siderant.

{Si autē est.} Sed cōtra hanc differentiam arguitur
H dupliciter. Primo, quia scientia particularis, vt scientia de animalibus nō materiam vniuersalem omnibus spectat, sed materiam proximam: Igitur scientia considerat materiam particularem etiam. Secundo, ars considerat materiam communem, vt Medicus humores, qui sunt materiæ communes omni sanitati. Respondet Auer. ꝙ, si daretur ars cōis omnibus artibus, hæc consideraret materiam cōmunem oībus formis artificialibus: sed, quoniam non datur hęc ars communis, ideo omnis ars materia particularem suæ operationis considerat, vt Medicus humores, Faber lignum, Sutor pellem, & id genus. at in ipsis omnibus scientijs naturalibus datur vna communis omnibus, vt scientia hæc tradita in isto lib. ideo hæc agere debet de communi materia omnibus formis naturalibus. Tunc ad formam dico, ꝙ oīs ars considerat materiā particularem;

Non

Non tamen omnis ſcientia, quoniam non ſcientia naturalis hic tradita, & ita patet differentia. Ad ſecũdum dici poteſt, ꝙ per particularẽ intelligit nõ indiuidualem, ſed contractam ad certam formarum ſpeciem. vt ſutor pellem contemplatur, quæ eſt materia calcei, Medicus humores, qui ſunt materia ſanitatis.

{Auicenna autem.} Tunc narrat poſitionẽ Auicennæ, qui dicit duo. Primum, ꝙ Naturalis tantum materiam propinquam conſiderat. Secũdum, ꝙ prima materia & omnibus communis ſpectat ad Metaphyſicũ.

{Et peccauit} Ponit motiuum, nulla ſcientia probat principia ſubiecti: quia tunc eius probatio erit ad artem ſuperiorem: nulla ſcientia probat cauſas ſui ſubiecti: igitur in nullo genere demonſtrationis cauſæ poſſunt demonſtrari in ſcientia cuius ſunt.

{Et non eſt} Reſpondet, ꝙ iſta ratio nulla eſt, quia arguit ab vna particulari ad vniuerſalem. bene enim cauſæ non poſſunt demonſtrari in genere demonſtrationis ſimpliciter, ſiue propter quid. cauſas tamẽ eſſe per demonſtrationem ſigni nihil prohibet demonſtrari in ſcientia, cuius ſunt, ſaltem demonſtratione quia, hoc eſt ſigno & ab effectu.

{Sicut fecit.} Probat quod dixit. Nam Ariſto. in Primo huius demonſtrauit materiam eſſe per tranſmutationem, quæ eſt cauſa corporis mobilis. modo trãſmutatio eſt ſignum inuentionis materiæ.

{Si fuerit. contra.} Nam demonſtratio ſigni ſumitẽ ab aliquo accidente proficiſcente à materia. Sed aliquod accidens competens materiæ eſt naturale, vt tranſmutatio, aliquod eſt abſtractum cõpetens materiæ, vt eſt vna ſpẽs, vtpote potẽtia: Igitur poteſt in vtraq; demonſtrari. {Et videtur.} Reſpõdet, ꝙ prima materia non poteſt declarari proprie, hoc eſt demonſtratione efficaci, & ex neceſſarijs niſi per ſignum naturale. Sed primus motor, nec proprie nec improprie declarari poteſt niſi ſigno naturali. Et ita concedit materiam primam eſſe ſaltem demonſtratione impropria aliquo modo poſſe declarari in Metaphyſica, Primũ vero motorem eſſe nullo modo. & forte intelligit ꝙ demonſtratio primi motoris metaphyſica eſt euidentis infirmitatis, Ratio vero qua deducitur materiam eſſe per viam potentiæ & actus eſt coloratior, licet adhuc imbecilla.

{Via autem.} Arguebat Auicen. aliquod in affectibus eſt dependens: Igitur eſt aliquod independens, Aliter eſſet proceſſus in infinitum. Reſpondet ꝙ hæc via non eſt demonſtratiua, quoniam procedit ex creditis: concederem enim eſſe aliquod dependens & proceſſum in infinitum. modo, hoc nemo conſiitat niſi Phyſicus per motum, vt patet in. 7. huius & ita tanq; creditum ſumit non eſſe proceſſum in infinitum. Amplius, dependẽtia eſt modus entis ſeparati per eſſentiam, aut per indifferentiam, aut modus entis mobilis. Si modus entis ſeparati per eſſentiam, aut per indifferentiam petit eſſe ens ſeparatum, vt fuit dictum commento vltimo. Si entis mobilis, tunc hæc ratio erit phyſica.

{Cum autem} Sed tunc dubitares, vbi cauſæ ſubiecti habent cauſas, & notiores, vtrum poſſunt demonſtrari demonſtratione ſimpliciter ſiue propter quid in arte cuius ſunt. Reſpondet Auer. ꝙ vnam et demõſtratio erit propter quid & quia, vt ſi cauſæ habent cauſas, & demonſtrentur reſpectu ſcientiæ ſubalternãtis, demonſtratio erit propter quid, reſpectu ſciẽtiæ ſubalternatę erit quia, qm̃ ſumit illam ab ſubalternante, & non per ſe eas contẽplatur, & ita aliqua demonſtratio

A propter quid poteſt reſpectu diuerſo dici quia, ſiue demõſtratio ſigni. Quæ res fortaſſe propter quid, neq; ſubiectum eſſe, neq; ſubiecti ſpecies eſſe poteſt demonſtrari in ſcientia cuius ſunt, ſubiectũ & ſpecies, & principia eſſe eſt demonſtrabile. Iam diximus ſubiectũ eſſe ſumi in ſcientia, aut vt notum ex ſenſibus, aut à ſcientia ſuperiori. Primo, quia ſubiectum ſcientiæ comparatur veluti obiectũ potentiæ: modo, omnis potentia ſupponit obiectum eſſe, vt circa ipſum operet, aut vt ab ipſo moueatur, vel vti carpentarius lignum ſupponit, vt lecticam agat. Faber ferrum, vt cultellũ efficiat, & in cæteris id genus. Igiẽ ſcĩa debet ſupponere ſubiectum eſſe, vt in eo affectiones ſpectat: Secundo, præcognitum nõ eſt quæſitũ, ſuppoſitum non eſt probabile! Sed ſubiectum eſſe eſt præcognitum in ſcientia, & ſuppoſitum reſpectu affectionum, atq; omnium conſide-

B ratorum in ea arte cuius eſt: igitur non erit quæſitum, Species vero ſubiecti eſſe minime eſt demonſtrabile, qm̃ eſſe ſubiecti eſt eſſe ſpecierum: vbi. n. ſpẽs eſſe eſſet demõſtrabile, etiã ſubiectũ eſſe eſſet quæſitũ. Si quidẽ eſſe ſit vnum omnium. at, quia principia differunt eſſe & re à ſubiecto, nihil prohibet ea demonſtrari, ſi ſuerint ignota. ſaltem demõſtratione ſigni, vt dicit Auer. Sed adhuc ambiges, ſi principia eſſe eſt demonſtrabile in ſcientia, cur ſubiectũ eſſe per illa principia à priori non erit demonſtrabile? Diximus illa principia eſſe uenta in ea ſcĩa per aliquod in ſcĩa infra ſubiectũ, quod eſt aut minus notũ ſubiecto, aut nõ notius, & ita cognitio principiorũ nõ creſcit intantũ, vt poſsit ſufficere ad demonſtrandũ ſubiectũ eſſe. Sed dices, cur intellectus negocians nõ põt augere cognitionẽ principiorũ intantum. Dici põt, tale crementũ effici nõ poſſe ꝑ ea, quæ

C pertinẽt ad ſcientiã, quin illa ſemꝑ eſſent aut ignotiora ſubiecto, aut nõ notiora. ideo, ſi fieret, aſcẽdendũ eſſet ad ſuperiorẽ ſciam. Sed de his in expoſitione cõmenti vltimi huius Primi multa diximus. Hæc ſatis.

Cur diuerſas ſit ſubiecti ac ſpecierũ eius et principiorũ diuerſa demonſtratio.

RECOGNITIONES.

CVm quęſtionem mouiſſet, ac diuiſiſſet, demõſtrat quantum de his quæſtionibus eſt in Naturali philoſophia veterũ. & dicit. {In antiquos. n. aſpiciẽti videbitur vtiq; eſſe materiæ,} ſubaudi conſideratio naturalis. Cuius rationem affert, & dicit, {In parua enim parte quadã Empedocles & Democritus ſpẽm, & quod quid erat eſſe,} id eſt formam {tetigerunt,} De materia enim omnibus priſcis maxime fuit curæ dicere, de forma alij quidẽ nullũ ſermonẽ fecerunt, alij antẽ oẽs, qui de forma mẽtionẽ fecerũt, parũ, aut nihil de ea fuerũt

D ſolliciti. Hi autem fuerũt Democritus & Empedocles. Democritus enim ſubiectam materiam dicit eſſe atomos, cauſas vero formales figuram, poſitionem, & ordinem. Empedocles vero formales cauſas aſſerit litem, & amicitiam, quæ licet effectrices cauſæ ſint, tñ formales etiam ipſas eſſe dicit. De Anaxagora vero nõ meminit, qui intellectũ inter principia enumerauit: cuius rationem Philoponus aſsignat, quoniam, vt in Phædone dicitur, quãuis intellectum cauſam feciſſet in generatione mundi, non tamen illum cauſam conſtituit in generatione rerum particularium, ſed rurſus decidit in cauſas materiales, vtputa in ſimilaria.

Empedocl. Democriti. De Anaxagora. Expoſitio Philopon.

Sed, ꝙ in generatione rerũ particulariũ vtaẽ intellectu, manifeſtum eſt, qm̃ aſſerit generationẽ nihil aliud eſſe quam ſegregationẽ, quæ fit ab intelligentia. Fortaſſe igitur de Anaxagora non meminit, quoniã intelle-

Refutatio.

ctum Anaxagoras non dicebat esse formam materialem, qualis est causa, de qua nunc loquimur, sed est causa secernens, & componens ea, quæ separantur ab ipso chaos. Hic enim intellectus, quem Anaxagoras asserit nulli rei est permixtus, sed solus in ipso est. Quantum igitur ad philosophiam priscorum pertinet, posset videri solum de materia esse disserendú à Philosopho Naturali, cum hoc dixisset adducit deinceps rationes, ꝙ oporteat Naturalem vtranq; naturá cognoscere, quorum primum secundum Philoponum est ex similitudine artis ad naturam, secúdum vero Simplicium est ab inductione artium. Ego vero puto argumentum primum esse, tum ab imitatione artis cum natura, tú etiá ab inductione. & verba legi, debent copulatiue cum suspensione vsque ibi {& physicæ vtiq;,} vnde dicit, {sed si ars imitetur naturá,} sequitur vt physicæ sit cognoscere vtrasq; naturas, sicut natura vtiẽ in suis operationibus vtraq; natura, {et} subaudi si {eiusdẽ sciæ} scilicet operatiuæ {est cognoscere speciem} idest formam {& materiam vsq, ad aliquid,} quoniam nó simpliciter, sed vsq; ad aliquid, quia Medicus vsq; ad elementa, & non vlterius {vt Medici sanitatem} est scire, quæ est forma {& choleram & flegma, in quibus} veluti materia {est sanitas. Similiter aút & ædificatoris est considerare & speciem domus, & materiam, quoniam lateres & ligna,} quæ sunt materia, & non vltra, {similiter autem & in alijs,} ex his duobus dat cóclusionem & dicit, {& Physicæ vtiq; erit cognoscere vtrasq; naturas.} est enim Physica ars quædam. Dicit Auerroes artem imitari naturam, quo admodum procedẽdi, quia natura procedit à causis, & ars à causis, speculatiua quidem cognoscendo. practica vero operando. omnis. n. ars speculatiua in cognoscendo procedit à causis, nisi per accidens contingat effectum esse notiorem causis. Similiter omnis ars practica procedit in operádo à causis. quare recte dictum est, artem, & scientiam quo ad modum procedendi imitari naturam.

Varia expositiones.

Quo Auer. Ars imitatur naturam quo ad modú procedendi.

DILVC. *Præterea eisdem est scire id cuius gratia est, atq; finem, & ea quæcunq; horum gratia sunt: at natura finis est & id cuius causa fit. Quorum nanq; motionis, si sit continua, finis aliquis est, eorum motionis is est ultimũ & id cuius gratia. Quapropter & Poeta ridicule compellitur dicere habet finem cuius quidẽ causa factum est, uult enim nõ quodcunq; ultimum esse finis, sed optimum.*

ANT. *Adhuc quod cuius causa fit, & finem eiusdem, & quæcunq; sunt horum gratia. Natura autem finis est, & cuius causa fit. nam quorum continui motus est aliquis finis motus, hoc ultimum est. Vnde & Poeta derisorie apposuit dic. e, habet finem, cuius quidem causa factus est. Vult enim non omne esse ultimum finis, sed optimum.*

Secundo arguit Arist. eiusdem scientiæ est & finem cognoscere, & ea quæ instituuntur & ordinantur in finem, Vt medici & sanitatem, & ea quæ sunt efficientia sanitatis. Sed materia propter formam est instituta: igitur ad quem pertinet formam cognoscere, ad eúdem quoq; materiam pertinebit. minorem probat sic. quorum náq; motionis, si sit continua, finis aliquis est, eorum motionis is est vltimum, & id cuius gratia. est igitur maior syllogismi, finis est motionis, quæ continua est vltimum & cuius gratia. adiecit. si est continua, vt dicit Themistius, vt innuat esse intelligendú de motione, quæ sponte naturæ peruenerit, & non de motione interpelle, qualis est motio violenta, aut id genus, erit

E igitur maior, finis est motionis naturalis vltimum & cuius gratia. addenda est minor. Sed forma est vltimú & cuius gratia motionis naturalis, igiẽ forma est finis. Probat maiorem auctoritate Poetæ, qui cecinit ridicule mortem esse finem & metam, cuius gratia facti ortiq; sumus. Est certe mors vltimum quiddá, nó tamen omne vltimum intelligiẽ esse finis, aut id quod sub hoc verbo cuius gratia significaẽ, sed id proprie finis intelligitur, habeturq; quod præstantius atq; melius est. est enim vt inquit Themistius quæq; res boni alicuius appetens, & auctio non mortis causa fit, nam sæpe desinit augeri res anteq̃ moriatur, sed perfectionis & formæ gratia augentur omnia, & in ea quiescút, mors vero est vltimum non meta, seu vt huiusmodi substantiæ debitus & necessarius quidam euentus. Quare fit, vt ratio prosyllogistica hæc sit, finis est motionis naturalis F vltimum præstabilius, forma est vltimum præstabilius forma igitur finis erit.

Commen. 23. Auer.

Hæc est alia.} Commentum patet. Verum Auer. in textu facit duos syllogismos. Primus, est, finis & media in finẽ sunt vnius scientiæ: forma est finis, & materia est vt medium in fine: igitur forma & materia eiusdem erunt scientiæ: huius accepit maiorem & minorẽ, tacuit conclusionem, vt dicit Auer. Minor prosyllogizatur, & ita erit Secundus syllogismus, finis est vltimum, ad quod cessat motus naturalis: forma est vltimum ad quod cessat motus naturalis: igitur est finis. Sed dices. contra, qm̃ ex duabus affirmationibus in secunda figura coniugatio est inutilis. Primo Priorum. Respondet esse vtilem interdum per accidens. vt quan G do maior conuertitur vel minor in terminis, nam túc facta conuersione in terminis restat figura prima. Sed dices contra maior non conuertitur, qm̃ licet omnis finis sit vltimum, non tamen vltimum omne finis erit. Respondet Auer. ꝙ propter hunc cauillum declarauit quo modo conuertitur, & vult, maiorẽ sic nude sumptam in terminis non conuerti. Sed addito alio. videlicet sic, omnis finis est vltimum optimum motus naturalis, hoc enim addit Arist. in correctione poetæ, & túc patet hanc maiorem in terminis conuerti. & ita ratio restabit bona de forma & materia. Formetur igitur ita in prima figura, omne vltimum optimum motus naturalis est finis: forma est vltimú motus naturalis optimum: igitur finis.

In simplici... per accidens syllogismus ex ... cunda figura vtilis est.

RECOGNITIONES.

H SEcundum argumentum Aristo. sm Philoponum est finis, qui est cuius gratia, & ea quæ ad finem pertinent, eiusdem scientiæ est cognoscere, vt artis fabricandarú domorum tectum & parietes forma finis est, & materia & via in formam sunt ea, quæ ad finem sunt. igitur Naturalis est cognoscere formam & materiam, & viam in formam. Simplicius vero sic componit, si eiusdem scientiæ est finem, & ea quæ ad finem pertinent cognoscere, vt domificator quale quid est species domus, quæ quidem intentionem artis, & finem fecit, nouit etiam viam, per quá pertinget in húc finem, & medicus cognoscens sanitatem nouit etiam viam in sanitatem. si enim artifex nouerit finẽ, & ignorauerit viam, nunquam veniet in finẽ. Est igitur maior, si eiusdem scientiæ est finem, & ea, quæ ad finem pertinent, cognoscere, forma autẽ finis est, & cuius gratia:

Simplicius.

igitur Scientiæ Naturalis est non solú cognoscere materiam, vt veteres Philosophi naturales arbitrãtur, sed etiam formam. Alex. autem illi maiori addit hanc minorem. sed materia est id, quod pertinet ad formã tanquàm ad finem: igitur Scientiæ Naturalis non solum est cognoscere formam, quæ est proprie natura, sed et materiam, ita tñ vt Simplicius inquit, vt vtraq; expositio textui accommodari possit. sed demonstratio, q formæ sit etiam contemplatrix Naturalis Scientia, recte se habet si seferatur ad Naturales, contra quos argumentatur, quæ autem q materiæ etiam sit contemplatrix, etiam recte se habet, si ad ea, quæ deinceps dicuntur, referantur. vniuersa tñ mens serum dictarũ ad id tendere videtur, q Naturalis philosophiæ sit de materia & de forma considerare, vnde dicit. {Adhuc qd' cuius causa fit & finem, & quæcunq; sunt horũ gratia, eiusdem}. s. scientiæ est indagati: hæc est maior. {natura autem,} idest forma, quæ proprie natura est, {finis est, & cuius causa fit:} igitus, subaudi eiusdẽ Scientiæ Naturalis est considerare formam, & non solũ materiam. conclusionem tacuit, quia ex propositionibus facile colligitur. Quod autem forma sit finis, potestate sic prosyllogizat fm Simplicium, vltimum motus naturalis, cuius est aliquis finis, & materiæ, cuius est ille motus naturalis finis est: forma est vltimũ motus naturalis, cuius est aliquis finis & materiæ, cuius e ille motus, igitus forma est finis. De prosyllogismo tãgit maiorem, & dicit. {nam continui motus}, i. naturalis motus, scilicet eorum, quorũ motus est aliquis finis, {hoc vltimum est.} Est igitur maior, vltimum motus naturalis, cuius est aliquis finis, est finis, & cuius gratia. dixit {motus naturalis, quia non violenti motus, vltimũ est finis, per continuum. n. motum naturalem intelligit, vt Themistius, Philoponus, & Simplicius exposuerunt, quoniam violentus motus non est continuus. dixit cuius est aliquis finis, s. terminans ipsum motũ, propter motum cœlestem, qui est naturalis, & tñ eius non est aliquis finis ipsum terminans, Quòd autem vltimũ motus naturalis, cuius est aliquis finis, sit finis, probat auctoritate Euripidis, qui dixit mortem esse finẽ, qm est vltimum totius decursus humanæ vitæ, & dicit. {Vnde & poeta}, s. Euripides {derisoriæ} quia nõ bene {appositè} .i. ausus est {dicese, habet finem}, s. mortẽ, cuius quidẽ causa factus est,} idest omnis ille, qui gratia alicuius finis factus est, mors est finis. Nec ob aliud mors est finis, nisi quia est vltimum. quare omne vltimum alicuius naturalis motus, cuius est finis aliquis est finis & cuius gratia. contra quem Aristo. dicit hoc esse derisibile, {vult enim finis} idest quia suapte natura finis {non} videtur {esse omne vltimum, sed optimum.} & sic non mors, sed forma est finis {hæc} enim est vltimum optimum totius motus generationis, non enim generatio, aut augumentum mortis sunt gratia, sed gratia formæ, atque perfectionis rei auctæ, ad quã quod nutrimentum accipit, mouetus continue, & cũ ad ipsam peruenerit, desinit ab vlteriori itinere, vnde si ad finem, quæ mors est, natusa spectaret, in complemento atq; consistentia animal corrumperetus. nunc autem videmus animal postquàm iustam magnitudinem adeptum est, multoties seruari. Nisi fortasse dici possit non solum formationis, sed etiã naturalis vitæ mortem esse finem. verum, vt Simpl. dicit, mors finis, & vltimum est, non tanquàm scopus, sed tanquam necessarium accidens animalis. Alex. per motum continuum, cuius est aliquis finis, intelligit motum ordinatum, & ad scopum spectantem, postremum. n. huius motus est finis, & cuius gratia. non vltimum simpliciter. Declarat autẽ Philoponus hic duo, & q mors non sit optimum, qm simpliciter esse melius est q̃ non esse, at mors est non esse animalis, & q esse optimũ animalis sit terminus augmẽti, tunc. n. est animalis vigos, qm tunc animal perfectum omnes operationes naturales agit, maxime generatiuas, est. n. proprie tunc generationis finis. s. ducere animal ad hoc, vt possit generari sibi simile, cum. n. omnia bonum affectent, bonũ autem vnicuiq; est esse quæcunq; non possunt fm numerum permanere, hæc appetunt perpetuitatem fm speciem. qm igitur hoc est optimum, vsq; ad hoc mouet natusa fm continuitatem. videlicet, vsquequo iam ad hoc ducat, vt tales agat operationes, & hic quiescit motus naturalis continuus. hinc deinceps motus principium accipit, qui præter naturam, & incorruptionẽ ducit secundum modum, quem diximus.

Mors finis est, nõ vt optimũ.

Dubi.

Qua Alex.

Qua Phil.

A

B

Cum & artes materiam faciant, hæ quidem simpliciter. Ille uero præparatione, insuperq; etiam utimur ac si nostri gratia cuncta existant. Sumus enim & nos quodammodo finis, cum ipsum cuius gratia bifariam dicatur ut in philosophia distinximus, duæ igitur & princeps sunt materiæ cognoscentesq; artes ea quæ utitur, & ea quæ facit, hoc est ca pitalis ut etiam ea quæ utitur princeps quodammodo habeatur, & si differunt, quatenus hæc quidem formã cognoscit, utpote quæ princeps. Illa uerò quatenus materiam facit. Nam gubernator quidem qualis est forma clauis cognoscit ac iubet. Alius uero quali ex ligno qualibusue motibus fit. igitur in his quæ arte fiunt nos operis gratia materiam facimus. In naturalibus uero est. DILVCI. Tex. 24.

C

Quoniam & faciunt artes materiam, aliæ quidem simpliciter, aliæ uerò operosæ. Et utimur quasi nostri gratia omnibus, quæ sunt. sumus enim quodammodo & nos finis. dupliciter enim est ipsum cuius causa fit, ut dictum est in eo, quod de philosophia est, duæ autem sunt et principantes materiæ & cognoscentes artes, quæ utitur, & factiua, quæ architectonica est. unde & usualis architectonica quodammodo est. differt autem secundum q. hæc quidem speciei cognoscitiua architectonica est. alia ut factiua, materiæ. gubernator enim qualis sit species aliqua themonis cognoscit, & instituit, alius autem ex quo ligno, et ex quibus motibus erit. In his igitur, qui sunt secundum artem, nos facimus materiam propter opus, sed in naturalibus est existens. ANT. Tex. 25.

D

Expositores textum hunc non vna rõne inducũt. Nouus quidem Expositos induxit Arist. vel nunc soluere quæstionem aliam, videlicet q spectet ad Naturalem de vtraque agere, materia videlicet & forma: quæ expositio, & si in processu textui videatus conuenire, fini textus omnino dissonat. Alij, vt videtur Them. dicere, volunt Arist. nunc probare alia ratione q materia spectat ad Naturalem pes simile in artibus, & hęc expositio & si principio consonet, fini textus inconuenit. Propter hæc, vt expositio vniuersæ literæ cõpetat, videtur mihi esse dicendum, vt tandem Themist. in fine huius paraphraxis dicetus, q Arist. declarat formã esse id, cuius gratia ipsius matesiæ. accepit enim duo, q sit vltimum generationum & motuum, & q sit cuius gratia ipsius materiæ. Iam primum patuit, restat modo exponere secundum, & huic expositioni Expositor

ſitor aſſentit, & videtur de mente Themiſtij, vt diximus. Ad huius autem probationis euidentiam ſumit quædã, inſerendo quædã alia, deinde in fine infert ꝓpoſitum. Primum ſumit, ꝙ ars præparatoria eſt bifaria, Altera, quæ præparando materiam facit, vt domificatoria, hæc.n.præparando ad domum faciendã lateres facit. Alia præparãdo materiam diſponit, aut dedolando, aut poliendo vt lignaria facultas, quæ ligna diſponit ad nauem, & quia litera eſt ſuſpẽſiua legatur ſic. Cum & artes materiam faciant, hoc eſt artes præparatoriæ, hæc quidem ſimpliciter, Illæ verò præparatoriæ, ſiue operariæ, vt diximus, hæc eſt prima. Secunda eſt, arte factis nos vtimur ac ſi cuncta arte facta noſtri gratia exiſtant. Sumus enim & nos quodammodo finis, cum ipſum cuius gratia bifariam dicatur, quo videlicet, & cuius. Verbi cauſa finis domus cuius, eſt habitator ſiue hoſpitator, quo vero, ipſa habitatio ſiue hoſpitatio, vt in Philoſophia, hoc eſt ſcientia de Moribus dictum eſt. Iure nos ſumus fines, veluti cuius, arte factorum, vſus verò finis quo. Ex qua ſuppoſitione ſecunda, vult habere eſſe artem quandam quæ vtitur re facta, vtpote quando arte factum ad vſum noſtrũ commodumq; venit. Ex his duabus ſuppoſitionibus infert duas eſſe artes principes capitalesq;, quæ architectonicæ appellantur græce. vna quæ vtitur forma facta, Altera, quæ non vtitur forma, ſed introducit formam & perficit, inquit. Duæ igitur & principes materiæ accognoſcentes artes ſunt, ea quæ vtitur, vt gubernatoria nauis, & hæc ex ſecunda ſuppoſitione deducitur: & ea quæ facit. &, quoniam facere eſt aut præparare ad formam, aut inducere formam adiecit, hoc eſt capitalis, nõ ea quæ facit præparando. Dico hæc, ſupple tu, vt ẽt quæ vtitur princeps quodammodo habeatur. & dixit quodammodo, quia præcipit ſolum arti inductoriæ, & non præparatoriæ. Hæc autem ſecunda artis ſpecies è prima ſuppoſitione deduci poteſt. Qua ratione euenit vt tres ſint operatoriæ artes, vt ens, forma, Inducẽs formam, atq; præparans materiam ad formam. verbi cauſa. in naui ipſa ars vtens forma nauis Gubernatoria ſiue Naucleria eſt facultas. Inducens formam inſtructoria eſt facultas, quæ lignis præparatis formã inducit conficiendo, atq; conclauando. Præparans verò lignaria exiſtit, quæ ſolum ligna præparat. Prima quidẽ quæ forma vtitur, præcipit ſecundæ qualis & quẽadmodum futura ſit forma. Secunda verò quæ inſtructoria appellabatur, imperat lignariæ qualia & quemadmodum ligna eſſe debeant pro forma inducẽda. lignaria verò ſolum materiam cognoſcit & eã diſponit nulli iubens. inquit & ſi differunt quatenus hæc quidẽ, vtpote vtens formam, cognoſcit quæ princeps dicitur, cognoſcit tamen non materiam. Illa verò, hoc eſt inſtructoria, materiam facit, & quatenus facit, cognoſcit materiam. Per exemplum rem exponit, & inquit. Nã gubernator quidem qualis eſt, forma clauis ſiue themonis cognoſcit, alius verò vt inſtructor ex qualibus motibus & diſpoſitionibus qualiúe ligno ſit. Ex his ſuppoſitionibus partim ſumptis. partim illatis infert propoſitum, videlicet, ꝙ forma in artibus ſit id, cuius gratia reſpectu materiæ. in rebus verò naturalibus ſimiliter inquit, Igitur in his quæ arte fiunt nos operis gratia materiam facimus, & ita in artibus materia eſt facta formæ, ſiue operis gratia, in naturalibus vero rebus materia non ſit formę gratia, quia ipſa eſt perpetua, ſed eſt gratia formæ. Qua ratione euenit vt forma ſit id cuius

Cuius genera duplex, quo, et cuius.

Nota artium Triplex genus quo se habeant ad inuicem.

E gratia, in artibus quidem, cuius gratia materia ſit à nobis, in rebus verò naturalibus, cuius gratia materia eſt. Poteſt igitur Syllogiſmus ſic componi, In artibus forma eſt id cuius gratia reſpectu materię, in naturalibus forma eſt id cuius gratia reſpectu materiæ: ſed omnis forma eſt aut reſpectu materiæ artis, aut reſpectu materiæ naturalis: igitur omnis forma eſt id cuius gratia eſt ipſa materia. ecce quo modo expoſitio conuenit textui, videlicet principio, medio, & fini. Sed circa hęc ſunt dubitationes. prima quia ex litera, & commento accipitur diſponens ars poſſe ſeparari & eſſe ſine inducente, vt lignaria facultas poteſt eſſe & ſeparari ab inſtructoria. Contrarium huius habetur ab Auer. vbiq;, maxime Septimo Metap. contra Auic. cõm.31. vbi voluit idem eſſe agens diſponens, ſiue alterans & inducens, ſiue generans: & per hoc vult habere, ꝙ agẽs na-
F turale non diſponit & cholcodea generet, ſed ſi diſponit etiam generet. Idem.12. Metaphy. cõmen.18. contra Themiſtium & videtur vbique ſententia Ariſtote. contra Platonem. Dici poteſt vno modo, ꝙ tam operarijs quàm in naturalibus principium diſponendi alterum eſt à principio inducendi. In generatione. n. ignis, ipſe ignis diſponit per qualitates, inducit verò per formam. Sed hæc eſt differentia ꝙ in naturalibus ſemper illa duo ſunt cõiuncta. in voluntarijs poſſunt ſeparari. In naturalibus quidem ſunt coniuncta, qm̃ natura nihil agit fruſtra, propterea, ſi diſpoſuit oportet vt inducat, in volũtarijs poteſt aliquid eſſe fruſtra. poteſt enim polire dedolareq; lignũ lignarius, & fruſtra, quia actionis operariæ principium eſt voluntas, voluntas ſubordinatur cognitioni cognitio poteſt eſſe vnius & nõ alterius, & ita inducens poteſt eſſe alius à diſponẽte. Et,
G quia in naturalibus nihil eſt fruſtra, cum opus naturæ ſit opus intelligentiæ non errantis, ideo fuit neceſſariũ vt diſponens ſit coniunctum atq; proxime affine agẽti. In voluntarijs poſſunt ſeparari. & ita patet ſolutio. aut dici poteſt, ꝙ in naturalibus per idem principium agens diſponit & generat. ignis per calorem diſponit, & per calorem generat ignis formam, non tamen eadem ratione. nam per calorem, vt calor eſt, diſponit calefaciendo, vt vero inſtrumentum formæ, generat formam, & ita patet differentia in naturalibus, & volũtarijs. Conſequenter dubitare ſolebam, vtrum homo ſit finis omnium rerum, vt Ariſt. videtur dicere. Et arguitur ꝙ non, quoniam vt dixit contra Poetam, finis tendit eſſe optimum. ſed homo non eſt optimum omniũ: igitur nec finis omnium. Secundo, nullum ordinatum in finem meliorem eſt omnium finis: modò, homo
H eſt ordinatus in Deum vti in finem meliorem. Tertio, finis & perfectio idem eſt: ſed homo non perficit niſi ſuam materiam: igitur non niſi ſuæ materiæ erit finis. Themiſtius & Auer. iuxta literam dicunt, hominem eſſe finem omnium arte factorum, quia oĩa hæc ſunt ad vſum noſtrum. qua ſolutione tolluntur obiectiones. & licet hæc ſolutio ſit conueniens huic loco, vt apparet, tamen Primo policitæ declarat non tãtum hominum eſſe arte factorum finem, ſed omnium. quia dij ſunt vt moueant cœlos. cœli mouentur propter generationem elementorum. generatio elementorum propter mixtorum factionem eſt. mixta inferiora propter perfectiora, & tandem propter hominem. Propterea dici poteſt aliter & ad propoſitum ibi, ꝙ finis eſt duplex, quo, & gratia cuius, vt in libro Ethicorum, cap. primo declarat: hoſpitator enim eſt finis domus,

non

Syllogismus literæ.

Dubi. 1. An forma artificiam sit per se principium motum.

Prima solutio.

In voluntarijs potest esse aliquid frustra in naturalibus non.

Secunda solutio.

2. Dubi.

Solutio pri.

Solutio secunda.

non quidem quo, sed gratia cuius, hospitatio verò est domus finis quo. vlterius finis duplex, primaria intentione, vt Deus, gratia cuius omnia sunt ob primã intentionem, & secundaria intentione, vt colligitur ab Auer. 2. Cœli. cõmen. 17. & 21. & 12. Meta. cõmen. 36. Tunc dico primo, ꝙ homo est finis omnium gratia cuius. patet, quia finis quo est operatio finis ratio. finis verò cuius gratia est opus: modo homo est opus non operatio. Dico secundo, ꝙ est finis cuius gratia secundaria intentione respectu quorundam, vt respectu corporum cœlestium, primaria verò respectu generabilium. patet, quia cœli mouerit primo propter se, secundo propter nos: at res generabiles sunt primo propter nos & gratia nostri. Sunt etiam & Dei gratia, vt ita dicam, adhuc priori intentione. Per hæc ad rationes patet solutio.

Homo finis est omnium.

RECOGNITIONES.

Textus iste est obscurus non parum, vt Philoponus inquit, & potest diuidi iuxta ordinem Simplicij, qui melius videtur primas duas partes textus exposuisse, ꝙ primo declaret, ꝙ ad Naturalẽ spectet agere de materia, supponit. n. pro explorato, ꝙ de forma perscrutetur Naturalis, & nunc in prima parte, pbat, ꝙ de materia. secunda ibi {Et vtimur,} probat ꝙ finis cuius gratia & media, quæ sunt ad finem cuius gratia, sint conglutinata sub eadem scientia, ita vt eadẽ scientia sit finis gratia cuius, & eorum, quæ sunt ad finem gratia cuius. tertia ibi {duæ autem sunt} mouet dubitationem, quam ibi secundum Philoponum soluit. {in iis igitur, qui sunt secundum artem.} sic. n. diuiden do textum, redditur facilis. De prima parte ꝙ de materia debeat agere Naturalis Philosophus probat à similitudine artium, loco à minori ad maius argumentum costituens sic. si artes, quæ naturæ sunt æmulæ non tã tum materiam cognoscunt, sed efficiunt, aliæ quidem simpliciter, vt ars faciendarum domorum lateres, & parietes, & Ars Medica medicamenta, & Pictoria colores mistos, & Figulina cretam, aliæ verò materiam faciunt non simpliciter, sed tractabilem, vt Plastica cerã molliens, & Statuaria æs fusile efficiens, multo magis Philosophus Naturalis contemplari debet materiam, quæ rebus naturalibus subiicitur. quare continnetur textus hoc pacto, & de materia subaudiendũ est oportet Naturalem Philosophum agere, {quoniam & artes quæ} sunt naturæ æmulæ materiam cognoscunt, & {faciunt.} faciunt dico {aliæ quidem simpliciter,} vt ars domificandi facit lateres, & ars medica medicamẽta, {aliæ vero operosæ,} id est non simpliciter materiã faciunt, sed tractabilem. igitur multo magis naturalis Philosophia contemplari debet materiam. Hæc de prima parte, de secunda vero parte Arist. vult probare secundum Simpl. ꝙ materia sit conglutinata cum fine, cuius gratia in eadem sciẽtia. id est, ꝙ, si Naturalis agit de fine cuius gratia, debet agere de materia, quæ est medium in finem cuius gratia. nam in superiori textu declarauit materiam esse conglutinatam in eadẽ Sciẽtia, cum fine quo: declarat autem hoc argumento sumpto à nobis, qui sumus finis omnium eorum, quæ arte fiunt, gratia cuiusnam, cum homo sit finis gratia cuius omnium eorum, quæ arte fiunt, cognoscit ea pro necessitate sui vsus, & sic cognoscit se, qui finis est cuius gratia, sub ratione, qua illis est vsurus, & cognoscit illa, quæ sunt gratia hominis. igitur sub eadem sciẽtia hæc

A beri debent finis cuius gratia, & materia, & ea omnia, ꝗ sunt illius gratia, dicit. {& vtimur nostri gratia omnibus quæ sunt}, s. facta ab arte. {sumus enim quodãmodo & nos finis}, s. omnium eorum, quæ arte fiunt. {dupliciter enim est ipsum cuius causa fit, vt dictum est in eo}, s. volumine, {quod de Philosophia}, s. morali {est,} ibi enim dixit alterum esse finem cuius gratia & hoc pacto homo est finis omnium, quæ arte struuntur, quoniam illa omnia sunt ad vsum nostrum, & sic exemplo sumpto à nobisipsis, manifestũ est ꝙ qui scit finem gratia cuius, scit ea omnia quæ sunt ad finẽ, inter quæ est ipsa materia. quare ad Naturalem attinet non solum speciem cognoscere, & finem cuius gratia, sed etiam materiam. Est igitur syllogismus, finis cuius gratia, & ea quæ sunt ad finem cuius gratia, ab eadem scientia cognoscuntur: materia est id, quod est ad finem cuius gratia: igitur, si Naturalis Philosophia agit de fine cuius gratia, agere debet de ipsa materia. Hæc de secunda parte. De tertia vero parte remouet dubitationem, quę talis est: quoniam sicuti artium aliquę versantur circa materiam, aliquæ circa formam, sic in sciẽtijs naturalibus, vna debet de materia, altera de forma agere. quare non in eadem scientia erit consideratio de materia, & de forma. Pro declaratione igitur dubitationis annotatione dignum quatuor esse artes, quę circa idem versantur, quarum duæ circa materiã, duæ vero circa formam versantur. Earum quæ circa materiam versantur, aliæ faciunt materiam simpliciter, vt Domificatiua, quæ facit lateres, & Ars Medica, quæ facit medicamenta, & Pictoria, quæ facit mixtos colores, & figulina cretam aliæ faciunt materiam non simpliciter, sed tractabilem, vt Plastica, quæ ceram mollit, & statuaria, quæ æs fusile efficit. Quæ verò versantur circa formam, duæ sunt. alia quæ formam imponit, vt Nauifactiua, quę formam nauis in materijs efficit, alia quæ vtitur forma, quæ facta est in materiis, vt Gubernatiua nauis, & vtens domo. & hæ differunt, nam alia est effectiua formæ, vt Nauifactiua, & domifactiua, alia quæ vtitur, cognoscitiua formæ solum, vt guberna tiua. Secundo differunt ꝙ cognoscens solum vtatur forma facta, effectiua verò non, & hæ quæ circa spẽm versantur, non ignorant materiam, licet gubernatiua magis formam nosgat quàm materiã cognoscat, & præcipit hic nauifactori, & ideo Nauifactiua addiscitã gubernatore speciem, ex propria autem ratione cognoscit materiam. itaque recipiunt abinuicem, Nauifactiua quidem à gubernatiua speciem, Gubernatiua autem à Nauifactiua materiam. Est igitur dubitatio, ꝙ sicut artiũ aliqua versatur circa materiam, aliqua autem circa speciem, sic & in naturalibus scientijs, alia erit speciei, alia materiæ cognitrix. Sed, cum hæc intellexisset Aristo. & dubitationi non adiecisset, quod reliquum erat: erat autem reliquum ꝙ in naturalibus rebus non est eiusdẽ Naturalis Scientię circa materiam, & speciem versari, sed alterius quidem circa speciem, alterius verò circa materiã: propter hoc obscurum reddidit textum. ꝙ autem talem dubitationẽ intellexerit, solutio, quam affert demonstrat. vnde dicit. {Sed duæ sunt & principantes materiæ, & cognoscentes artę} videlicet, {quæ vtitur, & factiua.} quæ factiua {Architectonica est,} quia pcipit artibus, quę materiam efficiunt, aut simpliciter, aut tractabilem. {vnde} .i. {&} propter eãdem causam quia præcipit {vsualis architectonica quodãmodo est} dixit {quodammodo,} quia Gubernatiua non

Syllogismus.

B C D

non operatur, imperat enim & præcipit potius Nauifactiuæ, sed non operatur, Gubernator.n.qualis sit species claui cognoſcit, & præcipit, Nauifactiua autem ex qualibus lignis, & qualium motuum erit. propterea dicit, differt autem secundum ꝙ hæc quidē,} scilicet Gubernatiua { speciei cognoſcitiua Architectonica eſt, alia vt factiua materiæ} eſt ſubaudi cognoſcitiua. {Gubernator.n.qualis ſit ſpecies themonis} cognoſcit, & inſtituit, { Alius autem }, ſ. Nauifactor {ex quo ligno, & ex quibus motibus erit,} Philoponus, per motus naturales propēſiones & facultates intelligit, qm̄, vt inqt, non quodcunq; contingens lignum ad conſtructionē nauis vel themonis aſſumitur, poſsibile eſt etiā per motus intelligere mutationes, quibus mutantur & diſponuntur ligna, vt ſint apta ad conſtructionem nauis, ꝙ, ſi alia ars cognoſcit, formā, & alia materiam: igitur ſic eſt in Naturali philoſophia, ꝙ vna cognoſcat formā, alia autem materiam. Reſpondet Ariſt. & dicit. {In his igitur, qui ſunt ſecundum artem nos facimus materiā propter opus} & ſic in artibus artifex extrinſecus materiam aſſumit ad opus & formam materiæ, quam extrinſecus aſſumit imponit, & propter hoc alterius artis eſt materiam, & alterius ſpeciem cognoſcere. {ſed in naturalibus,} rebus materia {eſt exiſtens,} non extrinſecus accedens ad formam, ſed forma in ipſa materia exiſtit, & in ipſa producitur, & ſic non eſt ſimile de artibus, & Scientia Naturali. ſunt enim materia & forma in rebus naturalibus adeo ſibi inuicem coniunctæ, vt nec ſm̄ eſſe, nec ſm̄ cognitionē ſint ſeparabiles. Hoc pacto Philoponus hanc vltimam textus partem expoſuit, & ita bene, vt melius dici non poſsit. quam expoſitionem Simplicius ignorauit, duas verò priores partes Simplicius dilucidiſsime declarauit, quas meo iudicio Philoponus non intellexit, ſed textum cum ſua prolixitate reddidit obſcurū. Ego verò partim à Simplicio, partim à Philopono aſſumens, recognoui expoſitionem quam in commentariis ſecutus ſum.

DILVC. *Præterea materia eſt ad aliquid. alia enim ad aliam eſt formam.*

ANT. *Amplius eorum, quæ ſunt ad aliquid, materia eſt. in alia enim ſpecie alia materia eſt.*

Tertio arguit, eorum, quorum vnum eſt ad aliud, vna eſt ſcientia. materia eſt eorū, quæ ſunt ad aliquid, vt ad formam: igitur vna eſt ſcientia materiæ, & formæ. quo fit, vt ſi Naturalis ſit de materia, & de forma etiam erit. contra. & ſi de forma, & de materia. Quòd verò materia ſit ad formam, declarat: quoniā alia materia ad aliam eſt formam.

Dubiū. An materia ſit ad aliquid. Sed dubitant, vtrum materia referatur ad formā ita vt ſit ad aliquid: & videtur ꝙ non, vt dicit Auer. primo huius cōm. 70. ait enim materiam differre à potētia, quia ipſa materia eſt de prædicamento ſubſtantię, potentia verò de prædicamento relationis. Aliorum reſpōſio. Reſpondent recentiores, ꝙ materia, non quatenus materia, eſt ad aliquid, ſed refertur ad formā per ſe in ſecundo modo per ſe. dicunt quoque aliter, ꝙ materia poteſt accipi pro illo abſoluto, quod ipſi formæ ſubſtat, & ita nō eſt ad aliquid aut pro aggregato ex abſoluto & relatione, & ſic eſt ad aliquid. Has reſponſiones nonnulli refellunt. Primam quidem, quia ſi materia eſt ad aliquid, quia ſibi ineſt aliqua relatio per ſe illo modo, tunc homo & equus & cætera id genus erunt ad aliquid, qm̄ nihil eſt quin ſibi inſit aliqua relatio ꝑ ſe. homo enim

E eſt maior ſua parte, equus duplus ad ſuam medietatē, cerebrum per ſe diſsimile cordi, & cætera id genus. Secundam vero quia tale aggregatum ex materia & relatione non eſt materia prima, nec materia ſecunda: igitur non eſt materia. & ita deſtruit ſe. Confutationes hæ friuolæ ſunt. Prima quidem, quia illi concederent vnāquanq; rem eſſe ad aliquid per ſe per hoc, quia ſibi ineſt aliqua relatio per ſe ſecundo modo, & ita homo, & equus, & cerebrum ſunt ad aliquid ad illū ſenſum. Secunda eſt puerilior, quoniam illud aggregatum eſt materia prima aliquando, vt ſi accipiatur pro compoſito ex abſoluto, & reſpectu ad formam in communi, aliquādo materia ſecunda, ſi ſumatur reſpectus ad determinatam formam. Poteſt igitur illorum reſponſio aliter refelli, hoc modo, nullus reſpectus ſundatur immediate in ſubſtantia. omnis enim relatio requirit fun-

F damentum & terminum. quæratur igitur de fundamēto, aut eſt ſubſtantia, aut accidens. non ſubſtātia, quia tunc relatio immediate ineſſet ſubſtantiæ contra communem conſenſum. ſi accidens, vel reſpectiuum, vel abſolutum. non reſpectiuum, quia oportet quærere de illo. ſi abſolutum, tunc illud eſſet immediatius ſubiecto, q̄ relatio. Sed illud non poteſt eſſe prædicatum per ſe ſecundo modo de ſubſtantia. omne enim accidens, quod eſt fundamentum relationis, eſt, aut numerus, aut quantitas, aut qualitas, vt Quinto accipitur Metaphyſicæ: quorum nullum poteſt prædicare aut ineſſe per ſe materiæ, quare nec relatio. Secundo aut Ariſto. loquit̄ de prima materia, aut de proxima. ſi de prima materia, tunc ratio, quam ſubſcribit, non eſt ad propoſitum. Quoniam vna prima materia eſt omnium formarum, & non ad aliā alia. ſi de materia proxima, tunc

G probatio cum ſit particularis, concluſio erit particularis, vtpote de materia proxima tantum: & ita non probauit plus, niſi ꝙ Phyſica eſt de materia propinqua, quæ fuit poſitio Auicennæ.

Reſponſio propria. Materia eſt ad aliquid nō p relationē, ſ ex determinationem. Videtur mihi, quicquid ſit de relatione materiæ, ꝙ aliquid dici ad aliquid, poteſt intelligi dupliciter. aut per relationem quo modo pater eſt ad filium, & dominus ad ſeruum: aut per determinationem, quo modo ferrum eſt ad cultellum. nam eſt materia, quæ per determinationem diſpoſitionum refertur ad cultellum, quoniam fieri non poteſt cultellus niſi ex ferro. Simili ratione panis eſt ad ſanguinem, cum ex pane per concoctionem fiet ſanguis. Dico igitur ꝙ materia eſt ad formam per determinationem qualitatum & affectionum, non autem per relationem. Dico ſecundo, ꝙ hoc eſt verum de materia propinqua, vt Themiſt. ait,

H quoniam materia prima non eſt ad formam per determinationem. & vlterius concedo, ꝙ ratio Ariſtot. eſt particularis: nā fecit alias rationes de vniuerſali & prima materia. Sed quæres, an prima materia ſit ad formam communem per determinationem vel relationem. Quanquàm hæc quæſtio pertineat ad Metaphyſicum. Dico pro nunc cum proteſtatione, materiam eſſe ad formam communem per determinationē aptitudinalem, quæ aptitudo non eſt relatio niſi ſumendo relationem pro determinatione, & fortaſſe ſecundum dici. Tu verò perſiſte, quoniam res adhuc eſt ambigua.

RECOGNITIONES.

VLtimo argumentatur. eorum, quæ ſunt ad aliquid eiuſdem ſcientiæ eſt cognoſcere: materia &

ria & forma sunt ad aliquid: igitur materiam & formā eiusdem scientiæ est cognoscere. quare, si de materia agit Naturalis Philosophus, de forma etiā agat necesse est. ꝙ materia sit ad aliquid, probat, & dicit, {In alia.n. specie alia materia est.} Quærit Simplicius, quo pacto alia materia alterius est formæ, cum vna sit communis omnium materia. Respondet Simplicius Arist. loqui de materia propinqua. hæc enim alia est alterius formæ. nam vt communis omnium materia est ad formā simpliciter, sic propinqua materia est alia alterius. Sed circa hæc, quæ Simplicius dicit, est quæstio, quæ in commentarijs quæsita est, vtrum materia sit ad formam per relationem, an per determinationem. In cōmentarijs diximus vtranq; materiam, videlicet, & propinquam quæ particularis est, & remotam, quæ oium formarum communis materia est, esse ad aliquid per determinationem ad formam, & non per relationem. At nunc si quis bene considerauerit verba Themistij Primo huius, digressione vnica, poterit dicere vtrāq; materiam esse ad formam per relationem: q̄m materia, quà materia est, videtur ad formam, vt ad terminū quem habere potest, materia verò qua est subiectum, est ad formā, vt ad terminū quem habet. igitur vtraq; materia est ad formam per relationem. præterea, materia quà materia est, dependet à forma fm Auerroë, & econuerso: igitur referuntur inuicem, saltem relatione dependentiæ. si quis tamen afficeretur hac positione, posset dicere materiam & formam esse ad aliquid per relationem, non quidem prædicamentalem, sed transcendentem, qualis relatio est inter producens, & productum, inter causam & causatum, & cætera id genus. Sed dices, materia refertur ad agens: igitur non ad formam. alio quin vnum refereretur ad duos terminos. Potest dici materiam referri ad agēs, & ad formā, non tñ eodem genere relationis. refertur.n. ad formā relatione, quæ est ad modum mensuræ & mensurati, ad agens vero relatione, quę ad modum actiui, & passiui. & cum vtraq; relatio sit transcendens, ideo nulla requirit fundamentum præter subiectum, potest enim relatio transcendens esse substantia fm identitatem. Immo, cum comparatur ad substantiā, transit in identitatem illius. cum vero comparatur ad terminū, differt re à termino, vt in theologicis diximus.

Materia refertur ad formā vel per determinationē, vel relatione transcendenti.

Non quæcunq; relatio exigit fundamentum à substantia distinctum.

DILVCI. *Quousque igitur Physicum formam, & ipsum quid est scire oportet? An ut Medicum neruum, aut fabrum æs usque ad quendam terminum considerare oportet, alicuius. n. gratia est unumquodq;. & circa eas uersari, quæ separabiles quidem sunt ratione, in materia uerò sunt: homo nanque generat hominem atque Sol. Quo uero modo se habeat separabile, et quid sit. Philosophiæ primæ munus est indicare.*

ANT. *Vsque ad quantum ergo Physicum oportet cognoscere speciem, & quod quid est? Aut quemadmodum Medicum neruum, & Fabrum æs usq; quo. alicuius enim causa unūquodq; est. & circa hæc, quæ sunt separatæ quidem species, in materia uero. homo enim hominem generat, et Sol. Quomodo autem se habeat ipsum separabile. & quid sit, Philosophiæ Primæ opus est determinare.*

Declaratum est ad Physicum tam de materia quàm de forma spectare. At, cum formæ sint gradu quodam ferræ, nam aliæ sunt penitus materiæ immersæ, vt elementariæ, aliæ plus eleuatæ, vt mixtorum formæ. aliæ plus, vt animales, aliæ plus, vt humanæ, aliæ demū pe-

A nitus separatæ, vt intellectus separati, inde emergit quæstio, quousque Physicum formam, & ipsum quid est scire oportet? vtrum videlicet proficiscendo vsq; ad omnino abiunctas, aut ad medias. Respondet per similitudinem, & inquit. an vt Medicum neruum siue nerui formam, vt fabrum æs, siue æris formam vsque ad quendam terminum, subaudi considerare oportet. Vt.n. Medicus neruum, & nerui formam spectat, vt facit ad sanitatem, & Faber æs, vt facit ad figurā, ita Physicus considerat de forma aliquatenus ita vt à materia non deijcit oculos. cuius causam subscribit dicens, alicuius enim gratia est vnumquodq;, vt neruus sanitatis, æs figuræ, ita vnaquæque materia est gratia alicuius formæ, & ita considerat de forma habens oculos ad materiam. Addit quæ sunt illæ, & inquit, & supple, oportet versari circa eas, quæ separabiles quidem sunt B rationes, in materia vero sunt: tales esse nō possunt nisi formæ humanæ, nam hæ ratione abiunctæ sunt, sed non sunt absque materia: cuius rationem affert, dicens, homo nanque hominem generat & Sol: quasi dicat, omne genitum à sibi simili formam habet, non extra materiam. homo fit ab homine sibi simili, & à Sole sibi simili. quoniam quælibet causa efficiens, vt ait Themist. in materia est collocata. igitur homo non habet formam extra materiam. ꝙ vero ratione forma hominis sit separata non probat: quia per se in libros de Anima patet, sed probauit id quod minus patet. Tunc se excusat inquit, quo verò modo se habeat separabile, hoc est quomodo aliquæ formæ habeantur, quæ fm substantiam à materia sint abiunctæ, & quo nam pacto respiciant inferiora hæc, & quæ postremo sit earum natura, munus est Primæ Philosophiæ indicare. Sic igitur C tam ex textu q̄ ex Themistio patet terminum considerationis naturalis esse ad formam hominis.

Terminus naturalis considerationis est, forma humana.

Commen. 26. Auer.

{Intendit.} Commētum diuiditur: quia primo exponit textum. Secunda ibi, & notandum, digreditur. prima pars patet. verum animaduersione dignum, ꝙ Auer. probat dupliciter ad eundem de materia & forma agere spectare. tum quia materia refertur ad formam, tum secundo, quia materia est propter formā. modo, relatiuorum, & coordinatorum vna est sciētia, quo verò modo materia sit in capitulo relationis, disputauimus. Cætera huius primæ partis, cum facilia sint, patent.

{Et notandum.} Nūc digreditur, & diuidit in duo. primo declarat quo modo de formis abstractis loquitur D Physicus, & quo modo Metaphysicus. Secunda ibi scientia igitur, colligit solutionem declaratam. Quātum ad primū vult ꝙ de formis abstractis agit Physicus, & Metaphysicus. Physicus quidem terminando quæstionem an sint, Metaphysicus terminando quæstionē quid sint, & quales sint, propter quid tales sint, vel tales. Auicenna verò voluit omnes quæstiones terminari in metaphysica. Dicit secundo hoc esse rectè dictum, quia nulla scientia siue vniuersalis, siue particularis, hoc est siue subalternans, siue subalternata probat suum subiectum esse. Modo, substantiæ abstractæ sunt subiectum Metaphysicæ, quare vt prius. dicit tertio, quòd secus est de causis subiecti, nam illæ saltem demōstratione signi declarari possunt an sint.

{Scientia igitur.} Colligit nunc solutionem datam & inquit. Scientia igitur Naturalis quo ad quæstionē an est

an est cõsiderat vsque ad vltimam formarum materialium, & primam abstractarum, perueniendo. videlicet per descensum. q.d. terminat quæstionem an sint formæ abstractæ vsque ad intellectum, qui est primus abstractorum, & vltimus per exclusionem materialium. per considerationẽ verò quid sint peruenit ascẽdendo vsque ad formas siue animas hominum, quæ sunt formæ formarum, quia supponunt formas elemẽtarias in materia, quarum sunt veluti formæ. & descẽdendo in consideratione an forma abstracta sint, Philosophus naturalis descendit vsque ad intellectum hominis, qui est imus abstractorum, culmen materialiũ. in consideratione verò quid sint ascendit vsque ad animas hominum, quæ sunt aliquo modo formæ formarum. Qua ratione euenit, vt apud Auerroes intellectus ipse & rationalis anima, quæ est hominis forma, differant, nam intellectus pars animæ est, anima verò totum quoddam ex dianœa siue cogitatiua, & intellectu.

1. Dubiũ. Qua nam sciẽtia de tota anima considerat.

VErum res hæc nostro de intellectu perquiratur. Sed dubitant primo, quia Arist. in lib. 1. de Partibus, propè principium mouet quæstionem in forma, an de tota anima Philosophia Naturalis consideret. Respondet ꝙ de tota anima Philosophia Naturalis non considerat, quia non de intellectu. Sed quæ scientia de tota consideret, non habetur. Auerroes hic innuit metaphysicum considerare de intellectu, at de anima Naturalem. Sed hæc responsio eget expositione longa, nam si de toto aliquo Naturalis considerat, etiam de illius partibus considerare debet. cum nõ alio totius scientia emergat, quam ex partibus. Ideo Themist. autumat in procemio huius Metaphysicam considerare de intellectu quid sit, physicum partem eã animæ, quæ è semine exoritur, quæ græce est dianœa. Mediam verò & Mathematicam ait esse scientiam de tota anima, quæ ras in libro nostro de Anima considerata est, nunc verò sat sit locum monstrasse.

Respõ. Themist.

2. dubiũ. Quõ Metaph. separatorum quidditates cõtemplatur.

DVbitare solebam etiam quonam modo Metaphysicus considerat quidditates formarum separatarum. primo videtur ꝙ non, quia cũ illæ, quidditates non habeant, non videntur ad aliquã philosophiæ partem attinere. Amplius, quidditas & esse in illis est idem, quare si ibi consideretur quidditas, esse quoq; ad illum attinebit. rursus in quo loco primæ philosophiæ quidditates illarum exponũtur? non. n. in. 12. cum omnes considerationes sint naturales, vt patet.

Ad hanc dici potest primo, ꝙ multæ propositiones proferuntur categoricæ, quæ non sunt veræ nisi hypotheticæ, vt Auerroes Septimo physi. cõm. 2. & ita est in proposito, cum enim dicitur. quidditates substantiarũ separatarum considerantur in Metaphysica, hæc propositio est vera hypothetice, hoc est substantiæ separatæ, si haberent quidditates, ipsæ quo ad illas considerarentur in Metaphysica, & ita substantiæ separatæ considerantur quidditatiue in Metaphysica, si haberent.

Responsio.

Aut dici potest, ꝙ licet substantiæ separatæ non habeant quidditatem per rationem vniuocam, quoniam quidditas & habens quidditatem non spectantur, nisi in rebus materialibus. tamen quidditatem per quandã similitudinem, quia aliqua prædicata communia possunt colligi de illis, quæ pertinere videntur ad definitionem, aliqua quæ pertinere videntur ad prædicata secundi modi, & sic de illis agit in. 12. lib. Primæ philosophiæ, vt ꝙ sint intellectus, & intellectio, & substantia, & actus & id genus. Per hæc ad primum & ad tertium. Ad secundum dici potest, ꝙ esse vno modo sumitur vt id significat quod hoc nomen ens, & hoc modo in illis esse & quidditas sunt vnum, & ita Metaphysicus tractans de quidditate, tractat de esse hoc modo. Alio modo esse accipitur vt significat compositionem quam sine extremis vel extremo non est intelligere, vt etiam in enuntiatione de secundo adiacente fit, & ita differt à quidditate, & hoc modo est terminus quæstionis an est, & vt sic consideratur in Naturali sciẽtia.

RECOGNITIONES.

PHiloponus asserit Aristotelẽ prius asignasse differentiam inter Naturalem Philosophum, & Mathematicum, nunc verò inter Naturalem & Metaphysicum, quem appellat Theologum. Simplicius verò ait, ꝙ, cum Aristo. demonstrasse naturalem Philosophum materiam & formam simul cognoscere, merito quærit quousque harum vtranq; Philosophum naturalem cognoscere deceat. Sed cum hoc de materia præfinisse videtur ꝙ eousque ipsam Philosopho naturali liceat considerare, quousq; eam ad formam referat: proinde merito de forma & quid est nunc quousq; cognoscere deceat, determinat. sed cum dixisset, ꝙ potisimũ de forma naturali sit agendum, non tamen absq; materia, iure quærit nunc quousque naturali Philosopho vt naturali, cognitio formæ naturalis conuenire posit. sunt. n. aliquæ formæ supernaturales, de quibus nõ est naturalis Philosophi disputare. vnde dicit. {Vsque ad quantum ergo Physicum oportet cognoscere speciẽ, & quod quid est} idest formam naturalem? quoniam vt Philoponus inquit, eiusdem rei plures formas naturales accipere possumus. est. n. Socratis tanquam hominis species & forma animal rationale mortale, & ante hanc formam est alia, substantia animata sensitiua, & ante hanc, substantia corporea vegetatiua. sunt etiam species aliæ separabiles à naturalibus, siue numeri sint secundum Pythagoricos, siue ideæ sm Platonẽ per se subsistentes. Hæc est quæstio secundum Philoponum & Simplicium quousq; de formis naturalibus Philosophus naturalis agere debet, cum eiusdẽ rei plures sint naturales formæ ordine quodam constitutæ.

Respondet Arist. persimile in materijs, vt Philoponus exponit, ꝙ quemadmodum Medicus considerat neruum non secundum omnem rationem, sed vt subiacet fini suæ artis, qui est sanare, & quemadmodum faber considerat æs non secundum omnem rationem, sed vt subiacet finis suæ artis, qui est facere statuas, sic Philosophus naturalis considerat formas non sm omnẽ rõnem, sed sm ꝙ naturalis est, & sic procedit vsq; ad eã formam, quæ est separata quidem sm rem, in materia vero sm informationem: & sic procedit vsque ad animam humanam, quæ sm rem separata est, sed in materia sm informationem. dicit, {aut quemadmodũ Medicum neruũ, & Fabrum æs vsquequo}. i. vsq; ad certum terminũ considerat, {alicuius. n. causa vnũquodque est,} medicus. n. neruum considerat, non sm omnem rõnem eũm considerat, sed vt subiacet fini suæ artis, verbi causa ꝙ sit. non. n. inuestigabit si est forma, vel aliquid à suo conditore. vel ꝙ sit ex materia & forma constitutum, sed quòd sit siccius, vel frigidius alijs. faber etiam æs considerat non secũdum omnem rationem, sed sm ꝙ fusile, vel ductile, vel sub quacunq; rõne alia, quæ subiacet suæ arti. similiter {& circa hæc} ita

& circa

& circa formas se habet Philosophus naturalis. considerat.n.non omnes, sed vsque ad aliquid, quoniã considerat eas, {quæ sunt separatæ quidem {species}, .f.sm esse, quatenus non dependet à materia, {in materia verò}.f.sm informationem. Tales, vt Philoponus dicit, sunt animæ nostræ ascendentes & descendentes. ꝙ autem humanæ animæ sint in materia per informationem probat, & dicit, { homo.n.hominem generat, & Sol} quid non esset, nisi humana anima esset in materia per informationem. ꝙ verò humana anima sit separata fm esse, non probauit, sed supponit pro explorato. Naturalis igitur non omnem assignabit causam interroganti, sed neq; formalem, neque factiuam: sed has tantum, quæ non sine materia sunt. deinde se excusat, & dicit, {quo modo autem se habeat ipsum separabile, & quid sit, philosophiæ primæ opus est determinare.} hoc pacto exposuit Philoponus hunc textum.

Simplicius autem plures attulit expositiones, quoniã & illam Alexãdri, & propriam, & quæ dicit sunt superflua. Propterea dicamus fuisse quosdam, qui ex hoc textu colligunt humanam animã esse simpliciter materialem, immaterialem verò fm quid. quoniam bumanas animas formas esse separatas asserit in materia verò. ꝙ autem ita sit, probauit ex eo, quia homo fit ab homine & à Sole, qui sunt simpliciter in materia. Sed hi errant valde, quoniam Arist. hæc dicit contra Pythagoricos, qui humanam animam non fieri simpliciter de nouo asseruerunt, sed egredi, ac ingredi corpora, & sic dicebant illam quasi assistere corpori. Auersus hos Arist. dicit humanam animam esse in materia .f.secundum esse, & non per assistentiam. separari autẽ dum est in corpore solũ ratione. & tota causa est, quia homo fit ab homine & Sole, qui sunt materiales, quare homo factus est forma in materia, & non assistens corpori, veluti nauta naui. Sed dices adhuc stat intentum. nam si homo factus est forma in materia, igitur forma hominis est facta ab homine, & Sole, & ita educta de potentia materiæ. Concedo formam hominis fieri ab homine & sole dispositiue, vt in libris de animalibus edocuit Aristo. quia Sol & homo inducunt in materia dispositionem, qua humana anima est forma dans esse corpori humano, & non qua assistit, vt Pythagorici asserunt. verum dispositio, quam Sol & homo inducunt in materia non est qua humana anima est, sed qua est forma dans esse materiæ, & ita Sol & homo faciunt formam in materia. non tamen formã simpliciter faciunt, quia non sequitur, faciunt formam in materia, ergo faciunt formam simpliciter, Deus enim illam simpliciter facit. ex quibus sequitur eam nõ esse simpliciter materialem, licet sit in materia. nam licet dum est in materia, sit ratione solum separabilis, simpliciter tamen non dependet à materia, & ideo est simpliciter separabilis. ex his ergo, quæ Aristoteles dicit hic clarè patet humanam animam, dum est in corpore, non esse separatam, vt Pythagorici tradũt. nã dum est in corpore non est assistens, sed ratione separata, verum si simpliciter consideretur, erit omnino separabilis. loquitur.n. Arist. de ipsa anima quatenus est in corpore, nam cum Pythagorici eam, dum in corpore est, posuerint separatam, solum per assistentiam homini inesse, Aristoteles vult animam, dum est in corpore ratione solum separari, esse tamen in materia per veram formalem vnionem, & ad hoc tendit ratio Aristotelis.

Anima humana est forma non de potẽtia materiæ educta, sed à Deo creata, materia vel corpori vnita secundum esse, non autem secundũ assistentiã.

A *Determinatis autem his, De causis & quales & quot numero sint, consideràdum est. Nam cum sciendi causa physica pertractatio sit: scire verò unumquodq; non prius putemus quàm circa unumquodq; capiamus propter quid est, quod est accipere primam causam: patet & à nobis hoc esse agendum, & de generatione & corruptione & de omni naturali mutatione, quatenus scientes principia talium, ad ipsa unumquodq; eorum quæ quærimus reducere enitamur.* NILVC.

Determinatis autem his, considerandum est de causis, & quæ, & quot numero sunt. quoniam enim gratia sciendi naturalia hoc Negotium est: scire autem non ante opinamur unumquodq; quàm utiq; accipiamus propter quid unumquodq;, hoc autem est accipere primam causam: manifestum est quoniam & à nobis hoc faciendum est, & de generatione & corruptione, & de omni physica mutatione, quate- B *nus scientes ipsorum principia, reducere in ipsa tentemus quæsitorum unumquodq;.* ANT.

Hactenus de consideratis in Scientia Naturali quę sint & vsquequo perficit. Ex quibus verò causis Naturalis demonstret, nunc dicere enititur, Sumpto principio, ꝙ de causis tractatus ad Physicum spectet. Syllogizat autem sic, scire est vnumquodq; intelligere per causas: physica est scientia aut sciendi gratia: igitur per causam. ideo cõcludit, patet & à nobis hoc esse agẽdum, vt videlicet accipiamus primam causam, & de generatione, & corruptione & de omni naturali mutatione, quatenus scientes principia talium siue mutationum, siue rerum mutabilium ad ipsa principia vnumquodq; eorum quæ quæruntur reducere enitamur.

Arguit igitur, facultas sciendi gratia de causis omnibus agere debet: physica est facultas sciendi gratia: C igitur de causis omnibus agit. Sed dices mathematica est facultas sciendi gratia, quæ de causis omnibus non agit. Sunt qui supplent maiori, sic, facultas quæ est sciẽdi gratia per omnes causas de omnibus agere debet: talis est Physica, & non Mathematica. ideo obiectio nulla. Animaduersione dignum Arist. non iniuria probasse ad physicum pertinere tractatum de omnibus causis, nam quidam credidere munus eiusmodi esse Primæ philosophiæ, & non Physicæ. Ad hos igitur obiiciens præposuit rem hanc. Est vero hæc differentia inter tractatum de causis metaphysicum, & physicum, vt ait Auer. 2. Metaphy. cõm. 6. ꝙ metaphysicus agit de causis vt cõmunes mobilibus & immobilibus. sunt .n. in rebus abstractis rationes omnes ipsarum causarum, physicus verò de causis vt sunt rerum mobilium, propterea subiecit, quatenus scientes principia taliũ, D ad ipsa omnia quæsita reducamus. reducit igitur physicus ad causas quatenus sunt causæ mutationum, metaphysicus verò quatenus sunt causæ entis.

Dubi. Tractant de causis Physicus, & Metaphysicus differenter.

RECOGNITIONES.

Philoponus introducit, ꝙ, cum Arist. egisset de concausis, quæ scilicet sunt materia, & forma, nunc velit agere de prima causa, quæ proprie est causa effectrix. Simplicius verò primam causam asserit esse finalem, & quoniam non potest agere de prima causa, nisi agat de omnibus, ideo dicit, {Determinatis autem his}, .f. de concausis. {consideràdum est de causis quæ & quot numero sunt} vt.l. exponamus primã causam, ꝙ autem oporteat scire primam causam in hac scientia, probat, & dicit, {quoniam enim gratia sciendi naturalia hoc negotium est}.f. physicum, est.n. theoreticum,

cum,& non practicum. Ideo eius finis est scire naturalia.{scire autem non ante opinamur vnumquodq; } .f.scibile{quam vtique accipiamus propter quid vnumquodque,hoc autem est accipere primam causam},.f. vel effectricem,vt Philoponus, vel finalem,vt Simplicius,{manifestum est,quoniam & à nobis hoc}.f.accipere primam causam{faciendum est,& de generatione,& corruptione, & de omni physica mutatione} scilicet motu locali,& de auctione.de omnibus.n.his accipienda est prima causa in scientia eorum,{quatenus scientes principia ipsorum},.f. motuum naturalium, vel effectiua vel finalia,{tentemus reducere in ipsa},.f. principia prima effectiua vel finalia{vnumquodque quæsitorum} eorum videlicet,quæ quæratur de generatione & corruptione, & de omni motu: ergo oportet scire primam causam. Resoluitur aut hic textus ad artem prioristicam per syllogismos,quorum primus est, negotium,quod est gratia sciendi, debet scire ipsum propter quid:physicum negotium est gratia sciendi naturalia: igitur debet scire ipsum propter quid.Secundus syllogismus, physicum negotium debet scire ipsum propter quid, sed ipsum propter quid est causa finalis,vel effectrix:igitur physicum negotiū debet scire finalem vel effectricem causam eorū omnium,quæ quærentur de omni motu, & de omni effectu naturali. Quare differendum est nobis de causa finali,vel de effectrice:de qua,cum agi non posit,nisi præ agatur de omnibus causis, ideo prius de causis dicendum & quæ, & quot numero sint. Sed dices à pari mathematicus deberet agere de omnibus causis,quoniam est negotium theoreticum gratia sciendi.dissoluitur hæc dubitatio, quoniam ratio causæ non conuenit mathematico. Mathematicus enim scit per causas, & tamen non scit se scire per causas, quoniam ratio causæ non conuenit mathematico,qui nihil considerat nisi quantum.

DILVC. *Vno quidem igitur modo causa dicitur id, ex quo immanente aliquid fit: vt æs statuæ, & argentum pateræ, & horum genera. Alio modo forma atque exemplar, hoc est ratio eius quod est quid erat esse. & huius genera, veluti eius concentus, qui diapason est, ipsa duorum ad vnum ratio, atque omnino numerus, & partes quæ in ratione ipsa sunt.*

ANT. *Vno igitur modo causa dicitur id ex quo fit aliquid, cum insit, sicut æs statuæ, & argentum phiale, & horum genera. Alio autem modo species, & exemplar. hæc autem ratio est ipsius quod quid erat esse, & huius genera: ut eius quæ est diapason, duo ad unum, & omnino numerus, & partes quæ in definitione sunt.*

Nunc de causis exequitur, & primo è materia ipsa quādo hæc ab omnibus antiquis deprehensa sit,& inquit, vno quidem modo causa dicitur id ex quo immanente aliquid fit,vt æs statuæ,& argentum pateræ, quæ græce est phiala & horum genera, quia materia propinqua pateræ hoc argentum est, generalis, argentum, adhuc generalior metallum, generalissima corpus. Alio modo forma atque exemplar, hoc est ratio eius quod est quid erat esse,& huius genera,vt concentus proxima forma est ratio duorum ad vnum genera tor numerus adhuc generalior, partes quæ in ratione numeri ponuntur. Animaduertendum q; vnamet res,

E dicitur forma & exem plar. forma pro quanto reponit in specie, exemplar, vt ait Them. vt est à natura per scripta.qua videlicet efficiens causæ assimilatur. Commenta.27.&.28. patent.

Forma & exemplar quomodo sumantur.

RECOGNITIONES.

De materiali et Formali & horumque generibus tracta Naturalis.

CVm proposuisset dicere de causis, nunc exequitur.& primo de materia,& dicit.{Vno igitur modo causa dicitur id, ex quo fit aliquid, cum insit,sicut æs statuæ,& argentum phialæ.} Sed dices ipsum ex quo aliquid fit,magis proprium esse priuationi, materiæ autem, hoc fieri hoc magis adaptamus, vt Primo libro patuit.propterea dicit Philoponus hęc non esse contraria. quoniam Primo libro comparauit materiam ipsi priuationi.comparando.n.materiā priuationi

F materia magis proprium est hoc fieri hoc. hic verò loquitur de materia per comparationem ad alias causas, & sic materiæ magis proprium est, vt ex quo aliquid fit,quam cæteris causis. vnde Simplicius materia, quatenus ex ipsa fit aliquid, in hoc cum priuatione communicat,quatenus verò quæ ex ipsa fiunt, vt inexistente fiunt,differt à priuatione. q autem materiæ magis proprium sit vt ex ipsa fiat aliquid, quam cæteris causis, patet: nam licet forma in re genita sit, materia tamen differt à forma, quoniam non ex forma fit id,quod fit,neque enim ex ipsa, vt immanente, neque vt interempta, fit, sed secundum formam. similiter non ex efficiente, sed ab efficiente fit id, quod fit,neque ex fine,sed propter finem,vel gratia finis fit omne quod fit. &, quoniam non solum propinqua materia causa est rei factæ, sed etiam eius vniuersalia,

G adiecit,{& horum genera}, id est & horum vniuersalia. non enim solum hoc æs statuæ causa est, vt materia,& hoc argentum phialæ, sed etiam æs simpliciter, & argentum simpliciter,& si hæc aqua sunt, aqua etiam, & quod superius est corpus etiam. Deinde exponit eam causam,quæ dicitur forma, & dicit,{alio autem modo} scilicet causa dicitur{species,& exemplar.} & dixit{exemplar} vt Alexander, Philoponus, & Simplicius dixerunt,non sicuti qui ideas supposuere, nec veluti existimans ad Naturalem pertinere exemplarem causam assignare. Sed exemplar causam formalem appellat. non enim ea, quæ naturaliter faciunt agentia ipsa (Alexander) intelligentia prius efficiunt. non enim sic effingunt. vt quippiam dicere possit, intelligentiam exemplare esse eorum, quæ secundum ipsam fiunt, vt in artibus euenit. non enim,

H vt Philoponus inquit, ad exemplar aspiciens natura facit.quoniam neque cognoscens facit,sed sine scientia aliqua rationes rerum,quæ fiunt habens, sed genitam in materia formam exemplar appellat, quoniam hanc affectans natura omnia gignere contendit quæcunque gignit. patet autem hoc, quoniam, cùm primum ad hanc deuenit, ab opere desinit, vt determinata re quapiam forma existente, & velut scopo, ad quem natura dirigitur, & proinde exemplar dicitur. declarat autem hoc Simplicius sermone longo,vt consueuit,vbi tandē exemplar formam esse concludit, qm ad hanc se accommodat natura,non optione, vel electione,sed ac si natura respiceret. Esse etiam potest, vt inquit Alex.exemplar in his, quæ natura fiunt efficientis forma,quæ eadē est cum forma rei genitę vel genere, vel specie,& est proprium eius, quod ad exemplar fit,vt

fit vt à determinato aliquo fiat, & sibi simili. quod quo pacto esse posit, nõ oportet declarare, quoniam diligenter Simplicius declarauit. deinde exponens quid forma, & exemplar fit, dicit, {hæc autẽ ratio est ipsius, quod quid erat esse,} & tu intellige, ꝙ forma fit ratio, i. significatum per rationẽ eius quod est, quod quid erat esse. & intelligit p quod quid erat esse ipsum definibile, quod erat inesse antequam definiretur. deinde addit, & huius genera, } quoniã nõ solum propinqua forma causa est formalis, sed etiam eius genera. nõ enim solum figura Mercurij est forma æris sed imago. omnis enim statua imago est, & non econuerso. genus etiam imaginis forma æris est, vnde hoc exponens dicit, {vt eius quæ est diapason } id est vt eius consonantiæ, quæ est diapason, species vtiq; est duo ad vnum. est enim consonãtia diapason, in qua hypate bis continet neetem, hoc est cõtinet sonum duplum ipsius. est igitur forma ipsius duo ad vnum, quam enim proportionẽ habent duo ad vnum, hanc eandem proportionem hypate ad neetem: sed genus duorum ad vnũ est duplum. in plus enim est ꝗ duorum ad vnum. huius autẽ genus est numerus, in plus enim est numerus quã duplum, addit {& partes, quæ in ratione sunt } etiam subaudi forma sunt eius, cuius ratio forma est, vt animal, & rõnale, & mortale. hæ enim forma sunt eius, cuius diffinitio, quæ est animal rationale mortale, forma erat. recte autẽ dixit {partes. quæ in ratione sunt,} non quæ in forma, quoniam singulæ, quæ in ratione sunt partes, per totam se extendunt formam.

Diapason.

DE LVCI. *Ad hæc id, unde primum principiũ est mutationis aut quietis, qualis causa est is qui consuluit. pater quoq; filij, atq; omnino qd efficit eius quod efficitur. & qd mutat eius qd mutatur.*

ANT. *Amplius unde principium mutationis primum aut quietis est, ut consilians causa, & pater filij, & omnino faciens facti, & commutans commutati.*

Nouus expositor de agentibus causis ita distinguit, ꝙ agẽtium quoddam est principale, quoddam secundarium. Adhuc quodlibet istorum duplex, vniuersale & particulare. Tunc vult. ꝙ quantum ad causam principalẽ dicat, vnde primum principiũ motus & quietis, quantum ad causam secundariam ait, vt consultans, quo vero ad particularem, ait pater filij. Quo ad causam vniuersalem inquit. atq; omnino quod efficit eius quod efficitur. quo vero ad causam vniuersaliorẽ, ait, & quod mutat eius quod mutatur. Sed iste color est cõtra literam. ait enim Aristo. ad hæc, id vnde primum principium est mutationis aut quietis. & ait primum principium, vt notat Themi. idcirco, quoniam instrumenta quoq; possunt causæ quidem motus videri, sed non primæ. huius exempla ponit, qualis causa est is qui consuluit. pater quoq; filij, atq; omnino quod efficit eius quod efficitur, & quod mutat eius quod mutatur. aut igitur exempla sunt illius quod proposuit, aut non. si non, tunc extra propositũ exemplificasset. Si ad propositum, tunc in omnibus his de principalibus causis, & non de secũdarijs, siue instrũarijs loquitur. Propterea melius cum primo expositore vr̃ esse dicendum, ꝙ agẽtium quoddam est agens ratione atq; proposito, & ita consultor in rebus agendis principale agens dr̃ consultationis. Aliud agit natura siue sine ratione, quod non vna rõne est nam si formam substãtialem inducit, generans principale dr̃, vt pater filij. Si vero accidentalẽ formam, nec hoc vna ratione fit. nam si formam accidentalem naturalem facit, dicitur faciens facti, at si artificialem induxerit, commutans dicetur. est autem omnis causa talis non instrumentaria, sed principalis. Sed dices. cõmutas non differt à consultore, qm̃ cõmutans ex quo inducit formã artificialem, videtur esse agens à proposito, & ita coincidit cũ primo mẽbro. Dici potest, ꝙ artifex dicitur agere sine ratione respectu consultoris, quia minus ratione vtitur. citharædus sonum facit artificialem fere absq; ratione.

Responsio pro eras.

Agens principale diuiditur in duo.

Dubitatio.

Responsio.

RECOGNITIONES.

Tertium causæ genus nunc assignat, & dicit {Amplius vnde principium mutatioois primum, aut quietis} subaudi causa effectrix est. est enim hæc causa tertium. qm̃ primũ sese nobis offert res genita, & eius elementa, postea cum rem ipsam genitam esse senserimus, continuo effectricem causam sciscitamur. appellat autem effectricem causam, {vnde principium mutationis primum, aut quietis est, } putans effectricẽ causam separatam esse à re ipsa genita. Immanens enim causa aut forma, aut materia est. Et meminisse oportet Alexandrum fateri hic naturam non esse proprie effectricem causam, sed formalem potius. & quoniam instrumenta motus causæ esse videntur, non tamen hæc proprie effectrices causæ sunt, quoniam nõ primo, sed mota mouent, effectrices enim causæ sunt, vnde est primum principium motus. Insuper quoniam eorum, quæ fiunt alia mota fiunt, alia quiescentia. proinde qđ mouet mota, & quiescit quiescentia effectrix causa est alterum motus, alterum quietis, quare consultor aut honesti, aut turpis effectrix potior causa erit, ꝗ qui exequitur. principium enim primum à consultore proficiscitur. dicit autem Philoponus, quod quemadmodum effectrix causa est causa motus. sic & quietis. consilians enim pacem hic idem est causa talis quietis. vnde exempla afferens dicit {vt consilians causa,} qui belli & pacis causa dicitur. {& pater filij. } hic etiam non aliter atq; in naturali & formali causa genericas causas adiungit, cum dicit, {& omnino faciens facti,} nam pater sub faciente, & filius sub facto continetur, {& commutans commutati. } nam faciens sub commutante, & factum sub commutato continetur, quasi dicat, ꝙ nõ solum consilians, & pater causæ sunt effectrices, sed horum genera, quæ sunt facientia, & commutantia, commutantia. n. genera sunt facientium, facientia vero genera patris & consultoris.

DE LVCI. *Præterea ut finis, hic est cuius gratia. ueluti deambulandi sanitas. propter quid enim deambulat interrogati, ut ualeat, respondemus. atq; sic dicentes, reddidisse causam arbitramur. & quæcunq; alio mouente inter ipsum & finem fiunt, ut inter Medicum & sanitatẽ macies, aut potio, aut purgatio, aut instrumenta. cuncta enim hæc finis gratia sunt, inter se tamen differunt. alia nanq; sunt opera, alia uero instrumenta.*

ANT. *Adhuc autem quẽadmodum finis. hic autẽ est id, cuius causa, ut ambulandi sanitas. propter quid. n. ambulat, dicimus ut sanetur: & dicentes sic, opinamur assignare causam, et quæcunq; utiq; inter mouent aliud, & ipsum finẽ fiunt. ut sanitatis macies, aut purgatio aut potiones, aut instrumenta. hæc. n. finis gratia sunt. differunt tamen abinuicem, quoniam alia sunt opera, alia instrumenta.*

Vltimo causam sumit ꝓ fine. est aũt finis bifariã. vltimus simpliciter, vt sanitas & vltimus ad hoc, vt intermedia ad sanitatẽ. Primo igitur exponit finẽ vltimum simpliciter, & inquit. præterea vt finis supple quar-

De causa finali.

to modo ſumitur cauſa, hic eſt cuius gratia cętera fiũt. Veluti deambulãdi ſanitas. probat autem à ſigno ſumpto à noſtro modo intelligendi finem eſſe cauſam, & vtitur exemplo, dicens, propter quid.n. deambulat Callias ſubaudi interrogat, reſpondemus, vt valeat, atq; ſic dicentes reddidiſſe cauſam arbitramur. Sic igitur patet finem eſſe cauſam. Probauit autem hoc Ariſt. de fine, aut quia mutata quæſtionis forma de cęteris idem probari poteſt, aut vt Expoſitor ait, quia finis nõ videtur habere rationem cauſæ, cum ſit vltimum. Secundo loco exponit finem nõ ſimpliciter vltimum, ſed ad hoc, quæ dicuntur intermedia, & inquit. & quęcũq; alio mouente inter ipſum mouens & finem fiunt, ſubaudi fines dicuntur, quãq̃ non ſint vltima ſimpliciter, vt inter medicum ſupple & ſanitatem macies, ſiue attenuatio, aut potio, aut purgatio, aut inſtrumẽta: cuncta.n. hæc finis gratia ſunt vt ipſius ſanitatis, & inter ſe etiam fines F inter ſe rñ differunt. alia nanq; ſunt opera, alia vero inſtrumenta. *Expoſitoris poſitio.* Sũt qui inter hæc talem ſtatuunt ordinem vt ſanitas ſit maciei finis, Macies vero purgationis, purgatio potionis, potio autem inſtrumentorum, quibus præparatur ſiue proponitur ęgroto. verum ſic differũt, q̃ horum aliqua ſunt inſtrumenta, quibus potiones ꝓpinantur, alia opera, quæ per inſtrumenta, efficiuntur vt potio, & reliqua. *Expoſitio. Themiſtii.* Them. vero inter hæc nullum ponit ordinem, ſed videtur referre hæc ad diuerſas medicine partes. Nam maciem, ſiue attentationem, ſiue ieiunium dietæ hoc eſt ei parti, quæ eſt de victu tribuit: potionem & purgationem phyſicæ, hoc eſt ei parti, q̃ non manu morbos curat. inſtrumenta vero vt cucurbitulam, & ſpecillum, & id genus parti chirurgicæ dedicat, & ita hæc omnia ſunt ſanitatis gratia. & tunc litera erit legenda ſic, & ſanitatis gratia eſt non tantum am- G bulatio, ſed & quæcũq; alio mouẽte inter ipſum & finẽ fiunt, cuiuſmodi ſunt omnia quæ diximus, & vtroque modo litera ſtare poteſt. Auer. vero & expoſitor primo modo exponunt: & videtur ſatis conuenire textui. ſed inter hos ſat nobis ſit concitaſſe locum.

Commentum. 29. manifeſtum eſt per ſe.

RECOGNITIONES.

NVnc aſſignat quartum genus cauſæ, quod eſt finis. & licet in cõmentarijs expoſuerimus non ab re, nũc iuxta Alex. Philoponi & Simplicij placita, vñ Ariſt. aſſignare vnum tñ genus finis, & dicit. { Adhuc autem} quartum genus cauſæ eſt { quẽadmodũ finis.} cuius expoſitionem affert, & dicit, {hic autem eſt id, cuius cauſa} ſubaudi agens agit, {vt ſanitas} ſubaudi dicitur finis {ambulandi.} Quod aũt ſanitas ſit deambulandi finis, probat Ariſt. & dici { ꝓpter quid.n. ambulat} ſcilicet Callias, {dicimus, vt ſanetur: & dicentes, ſic opinamur aſſignare cauſam.} ergo ſanitas eſt finis deambulationis. vbi patet Ariſt. non ꝓbaſſe finem eſſe cau- H ſam vt in cõmentarijs diximus: ſed ſanitatem eſſe finẽ deambulationis, vt in exemplo accepit. vnde Ariſt. per hæc potius probauit exẽplum q̃ probauit finẽ eſſe cauſam. qm̃ vero de ſola ambulatione dixit eam eſſe gratia ſanitatis, cõmonuit pari rõne ſe habere omnia quæ inter effectricem & finalem cauſam mediant. medicũ inq̃ & ſanitatem, & dicit, {&} ſubaudi non ſolum ambulatio eſt gratia ſanitatis, ſed etiam { quæcunq; vtiq; fiunt inter mouens aliud}, ſ. medicum. mouens enim aliud appellat medicum, {& ipſum finem} id eſt & ſanitatem, hæc, n. oĩa gratia ſanitatis ſunt, & ſic non tantum ambulatio eſt gratia ſanitatis, ſed etiã omnia alia, E quæ mediant inter medicum & ſanitatem. & exponit hæc, & dicit {vt ſanitatis}, ſ. gratia {eſt macies}, i. attenuatio, {aut purgatio, aut potiones, aut inſtrumenta} per maciem, & purgationẽ, & potiones induit ea oĩa, q̃ pertinent ad phyſicam, per inſtrumenta, ea oĩa, quæ pertinent ad Chirurgum, vt cucurbitula, flobotomus, & alia id gen⁹. {hæc.n. finis}. i. ſanitatis, gratia ſunt. ergo non ſolum ambulatio eſt gratia ſanitatis, ſed hæc alia inter quæ aſſignat differentiam, & dicit { differunt tamen abinuicem, qm̃ alia ſunt opera}, i. operationes Medici, vt ſanitas emergat vt exponit Alex. vt macies, purgatio, & potio. {alia inſtrumẽta}, i. vt exponit Ale. alia ſunt effectrices cauſæ inſtrumentariæ. vel melius {alia ſunt inſtrumenta}, ſ. quibus vtitur Medicus chirurgus, vt flobotomus, cucurbitula, & id genus.

DILVCI. *Cauſæ quidẽ igitur fere tot modis dicuntur. Contingit aũt, F ut cum multipliciter cauſæ dicantur, multæ etiã eiuſdem ſint non per accidens cauſæ. ceu ſtatuæ et ſtatuifica et æs ſunt cauſæ non per aliquid aliud, ſed ut ſtatua. at non eodem modo, ſed æs quidem ut materia ſtatuifica uero ut unde motus.*

ANT. *Cauſæ igitur fere tot modis dicuntur. Contingit autem multipliciter dictis cauſis, et multas eiuſdem cauſas eſſe non ſecundum accidens, ut ſtatuæ & ſtatuifica, & æs non ſecundum alterũ aliquod ſed ſecundũ q̃ ſtatua non tamen eodẽ modo, ſed hoc quidam, ut materia. Illud autẽ ſicut unde eſt motus.*

Prima cauſarũ propoſitio. Deſcripſit cauſas, nũc epilogo præmiſſo, tres cauſarum cõtingentias affert. prima eſt q̃ cum multifariam cauſæ nuncupentur, plures vnius & eiuſdem rei cauſæ inueniunt, & hoc per ſe & nõ per accidens, nõ tamen modo eodem, nec reſpectu vno. nam ſtatuæ cauſa eſt ſtatuifica, & æs, dico ſtatuæ, vt ſtatuæ. verum æs, vt ma- G teria, ſtatuifica vt agens. Euenit autem contingentia hæc à numero & multitudine cauſarum. cũ enim multæ ſint cauſæ & ſpecie differentes, poſſunt & eiuſdem eſſe plures & per ſe.

RECOGNITIONES.

CVm de cauſis hęc dixiſſet, epilogat, & dicit. {Cauſæ igitur fere tot modis dicuntur}, ſ. quatuor. addit autem {fere,} aut qm̃ cauſæ propriæ tot ſunt multis alijs per accidens exiſtẽtibus, vt declarabit, aut propter reuerentiam Platonis, qui exemplarem cauſam in numero potiſſimarum cauſarum repoſuit, finalis inquam & effectricis, inſtrumentariam vero inter formalem & materialem tertiam facit. Cur vero Ariſt. exemplarem & inſtrumentariã, inter cauſas non enumerauerit, Plato autem enumerauerit, Philoponus enititur reddere rationem: quoniam Ariſto. tanquàm Naturalis non ſibi vendicat has. nam exemplarem quidem, qm̃ me- H lior eſt q̃ id, quod eſt ſm̃ naturam, non.n. ad exemplar aſpiciens natura facit, nam licet habeat rationes rerũ, quæ fiunt, non tñ cognoſcitiue, quemadmodum faber lignarius. inſtrumentum vero accipitur cum materiali, eſt.n. velut naturæ organum innatus calor. Plato vero loquens vt theologus, cũ cauſis accepit inſtrũariam, & exemplarem. nam vtitur cauſa effectrice conditore, cuius materia inſtrumentaria cauſa eſt, exemplar vero ratio agendi. cur vero quatuor cauſas, & non plures Ariſt. aſſignauerit, Simplicius ex diuiſione declarauit. *Diuiſio cauſarum ex Simplicio.* quod cum non multum ſit neceſſarium, bona fronte prætermiſi. deinde aſſignat quæ ſequũtur cauſas, quas iuniores contingentias vocant. vnde Simplicius cum Ariſto. multas cauſarum drĩas tradidiſſet, ne quis exiſtimaret aliorum alias eſſe cauſas, verbi gratia materialem

rialem esse alterius, formalem alterius, & sic de cæteris dicit. {Contingit autem multipliciter dictis causis, & multas} eiusdem causas {esse,} & cum dixisset {contingit,} ne quis existimaret rem hanc aliquando ita se habere, aliqñ minime. addidit {non fm accidēs,} sed quatenus tale est quod fit, quatenus enim naturale est, aut artificiale, & materiā & formam habet, & effectricē, & finalem causam. propterea dicit, vt statuæ, statuifica, & æs} subaudi causæ sunt, {non fm alterum aliquod,} sed fm q statua,} & intelligit per {non fm alterū aliqd}. i. non fm accidens, sed per se. s. i. n. p se, manifestum, qm. non per accidens, & sic intelligit effectum sub propria rōne, hoc est specificatiue sumptum, vt statuam quatenus statuam, & domum quatenus domum. est. n. ipsius statuæ quatenus statua causa effectrix statuifica; vt phidias, æs vero materia. Simpl. vero intellexit nō tm duas esse causas eiusdem, sed omnes quatuor, vnde cum dicit, {nō tñ eodem modo, sed hæc quidē, vt materia}, s. æs. {illud aūt sicut vnde est motus}. s. statuifica. & tu adde, & figura, vt forma, & honor vt finis, omnes. n. hæ quatuor causæ statuæ sunt, quatenus statua.

Eiusdem rei manet esse causas exéplo artificialium ostenditur.

DILVCI. *Sunt præterea quæ sibi sunt mutuo causæ ut exercitiū causa est bonæ habitudinis, & hæc ipsius exercitij. uerum non eodem modo. sed hæc ut finis, illud uero ut principium motus.*

ANT. *Sunt autem quædam & adinuicem causæ, ut laborare causa est boni habitus, & hic labor andi sed non eodem modo. sed hoc quidem ut finis, hoc ut principium motus.*

Secunda proprietas cāsā. Hæc est secunda contingentia, quæ competit causis fm substātias & definitiones causarum. est. n. causa id, ad cuius esse sequitur aliud. & quia potest ad exercitiū sequi bona habitudo, & econtra, iure possunt causæ esse inter se sibi causæ in diuersis generibus causarum.

RECOGNITIONES.

Causa sibiinuicē sunt causæ, non in eodē genere causæ. Exemplum quod Aristo. affert hic, potest dupliciter intelligi. vno modo q labor sit effectrix causa boni habitus, & bonus habitus causa laboris, vt finis. alio modo q bonus habitus sit causa laboris, vt effectrix, & labor causa boni habitus, vt finis. & vtroq; mō exponit Simplicius. vnde dicit, {Sunt autem quædam & ad inuicē causæ, vt laborare causa boni habitus, & hic,} scilicet bonus habitus causa est {laborandi. sed nō eodem modo, sed hoc quidem, vt finis} s. bonus habitus vel labor. {hoc}. s. bonus habitus vel labor, {vt principium motus}, i. vt effectrix causa.

DILVCI. *Insuper idem contrariorum causa est. quod. n. præsens alicuius causa est, id & absens nonnunquā causam contrarij esse dicimus, ut gubernatoris absentiam submersionis nauis, cuius præsentia salutis causa erit.*

ANT. *Amplius autē eadem causa cōtrariorum est quæ. n. præsens causa huiusmodi est, hanc & absentē causam aliquando contrarij. ut absētia gubernatoris nauis submersionis, cuius erat præsentia causa salutis.*

Tertia causarū proprietas. Tertia contingentia, quæ competit causis ex causæ potestate, est vna potestas per se vnius contrarij, & que p priuationem erit causa illius contrarij, propterea accidit vt vna causa sit per præsentiā alicuius effectus causa quæ per absentiam erit causa contrarij, vt in tex. exēplum dedit. Vtrum autem hæc contingentia competat omnibus causis, bona est dubitatio, fortasse. n. efficiēti causæ competere patet, cęteris vero & si competat, nō est ita perspicuum, licet facile possit in omnibus id deduci, vt considetanti patet.

Commen. 30. Auer.

{Cum numerauit,} hoc cōmentum patet verū colA ligūtur duo. Primum, q hæc propositio, causæ sunt inuicem causæ, est vera etiam in materia & forma, est materia causæ formæ, & forma materiæ. Secundum, q in epilogo Arist. causæ quidem igitur fere tot modis dicūtur. & deo dixit fere, qm sunt nonnullæ, quæ videntur causæ, vt instrumentum, & exemplar, quod donec nō declaretur, semper proferendum est cum verbo fere, aut dixi fere, vt dicit Alex. ad excipiēdum causa per accidens, quæ aliquibus possunt putari causæ.

Sed quærunt, vtrū materia & forma sint mutuo inter se causæ. Tenet Auicen. in sua Metaphysica, tracta. 2. capi. 4. q sola forma sit causa materiæ, & nō ē contra. Mouetur autem primo, quia, si materia esset causa formæ, tunc omnis forma esset perpetua, qm omnis causa per se alicuius, si illud potuit causare, idem potest conseruare: quare, cum ipsa sit perpetua, B perpetuo seruabit formam. Secundo, nullum ens in pura potentia est causa entis in actu: sed materia est pura potentia, & forma in actu igitur materia nō est causa formæ. Tertio, si materia esset causa formæ omnes formæ essent vna forma, quoniam materia est vna, & ab vno non nisi vnum proficiscitur, Secundo de Generatione. Ex quibus concludit materiā nullatenus formæ esse causam. Sed ē contra forma est causa materiæ, & totius esse illius, adeo, q, si à materia omnis forma esset abiuncta, nihil remaneret pręter materiæ conceptionem. Themistius vero Primo Physicorum in digressione vnica velle videtur materiam posse considerari fm esse essentiæ, & secundum esse existentiæ, siue esse prædicamentale: quo, videlicet ipsa est, aut substantia, aut quantum, aut quale, aut cæterorum prædicamentorū aliquid. Si consideretur primo mō, materia nō depēdet à forma. sed m. n. esse essentiæ est simpliciter independens. Si vero consideretur fm esse prædicamentale, sic materia dependet à forma, forma quoq; à materia. Materia quidem à forma, pro quanto forma est principium essendi prædicamento, Materia vero formę, qu atenus illam sustentat: Albertus vero sup Metaphy. 5. Tracta. 2. capi. 4. huic opinioni assentit, & vult materiam posse considerari secundum esse generalissimum vt vel corpus vel substantia, aut sub esse subalterno, vt sub ratione qua mixta animata vel inanimata, aut sub esse specifico, potest etiam considerari sub esse simpliciter, vt quatenus est ens. Tunc vult q materia secundum esse simpliciter non dependet à forma. Si vero secundum esse aut generalissimum, aut subalternum, aut specificum, si dependet à diuersis formis. quatenus quidem corporea à forma corporis quatenus animata ab anima, quatenus humana ab forma D hominis. Auer. vero & expositor volunt, q sicut per vnicam formam homo, corpus, substantia, & ens, ita per vnicam formā materia est humana corporea substantia & ens, qua ratione fit vt materia dependeat à forma secundum omne esse tam essentiæ quàm prædicamentale. contra etiam forma fm omne esse dependet à materia. non tamen vna ratione, quia materia est causa formæ vt subiectum sine quo forma esse non potest, forma vero materiæ sine qua materia nihil erit in re. Qua ratione euenit vt materia referatur ad formā relatione ad causam, non autem ad terminum, contra etiam forma refertur ad materiam similiter. Sunt enim materia & forma absolutæ à relatione ad terminum, quæ est relatio prædicamentalis, non autem absolutæ à relatione ad causam. Tunc ad rationes Auicennæ dico

Quæstio.

Themi. Respō.

Declaratio Alber.

Vera responsio.

Materia & forma mutua habent causalitatem.

dico ꝙ materia est causa formæ principaliter per se disposinue per qualitates & dimensiones, & quia hę non sunt perpetuę, ideo nec forma erit perpetua, dispositiones autem non sunt perpetuæ, quia habent contrarii. Ad scdm dico ꝙ ens in potētia pôt esse causa entis in actu, non vt agens, sed subiectum vt dixi. Ad tertiū dico ꝙ formæ sunt multæ, tum propter dispositiones, tū propter agētia, & hoc intelligit Auer. 12. Meta. cōm. 11. quando agens est vnum & materia vna, effectus erit vnus. at vbi alterum deficit, effectus possunt esse plures

RECOGNITIONES.

Dicit Simpl. clarum esse Nautam esse causam salutis, & exitij. nam præsens existēs est causa per se salutis, absens vero est causa per accidens submersionis. Quod primo huius etiam dixit, cum diceret, formam absentia & præsentia sua causam generationis, & interitus esse. hic autē hoc dicit de agente, cū vero de materia, & de fine hæc dici non possint, vel nō clare, solum de forma & de efficiente expressit.

An materia causetur à forma, & econuerso.

Circa ea quæ diximus in cōmentarijs de materia, videamus, vtrum materia depēdeat à forma, quā habet, ſm omne esse. & videtur ꝙ non. qm̄ si materia dependeret à forma, quā habet, ſm oē esse, tūc desinente forma, quam habet, mox materia desineret secundum omne esse: & ita simpliciter. quare corruptio erit annihilatio. Preterea, vel materia, quę est sub hac forma, eadem numero manet sub succedenti forma, vel desinit simpliciter. Si manet, igitur non dependet à forma, quā habet ſm omne esse. Si non manet, tunc nō erit eadē materia numero omnium gnatorum, & corruptorum, quod est contra Arist. consueuimus dicere materiā dependere ab ea forma, quā habet ſm oē esse, nōn tāq̃ à causa adæquata. & propterea illa desinente pôt materia remanere, & quidem eadem numero. Sed dices, si forma, quam materia habet, non est causa adæquata materiæ ſm omne esse, quæ nā forma erit causa adæquata, vtrum q̃ habet, vel ea, quam non habet. Pôt dici, ꝙ materiæ simpliciter ſm omne esse causa adæquata est forma, q̃ habet simpliciter, sine qua esse nō pôt materia. & ita licet hæc forma, quam habet, non sit causa adæquata materiæ simpliciter, tñ est causa adæquata materiæ huius. forma vero q̃ simpliciter habet ipsa materia, est simpliciter causa materiæ ſm omne esse. Ad formā igitur dico, & hæc forma, q̃ hæc materia habet, est causa huius materiæ. materiæ vero simpliciter, quę est vna numero omniū, causa est forma q̃ simpliciter habet, cum nunq̃ à forma simpliciter materia separari posit: īmo, si à forma simpliciter separaretur, materia non haberet nisi solum esse in mente, vt dicit Auer. 12.

Cōm. 14. Meta. Ad secundum dico ꝙ materia, q̃ est sub hac forma, eadem numero simpliciter manet, qm̄ forma, q̃ habebat, non erat causa adæquata eius, sed forma q̃ simpliciter habet, cum nūq̃ esse posit materia sine forma. Vlterius animaduerte Arist. cum dixerit causas esse sibi inuicem causas, non expressisse nisi de fine & agente, Auer. vero addidisse de materia & forma, qm̄ in cæteris hæc contingentia non habet locum. nō. n. forma & finis sunt sibijnuicem causæ. nec forma, & agēs, nec finis & materia, nec agens & materia: & hac rōne dixit, {sunt autem quædam & adinuicem causæ,} & non dixit omnes. insuper, cum Arist. asserit finem & agentem causam esse inuicem causas, intelligit quo ad causali-

E tatem, cum Auer. dicit materiam & formam esse inuicem causas, intelligit quo ad esse, & causalitatem.

DILVCI. *Omnes autem nunc dictæ causæ quatuor in modos apertissimos recidunt. Elementa nanq; syllabarum. Materia quoque eorum quæ arte conficiuntur. et ignis atq; cætera id genus corporum. Partes insuper totius, Suppositiones deniq; ipsius conclusionis, ut id ex quo aliquid fit causæ sunt. Atq; harum quædam sunt ut subiectum, ueluti partes: quædā ut quod quid erat esse, totum uidelicet, & compositio, formaq;. at semen & Medicus & qui consulit & omnino efficiens, omnia sunt causæ, unde est mutationis principiū, uel quietis uel motus: quædā autem sunt ut finis bonūq; cæterorū. quod enim est id cuius gratia optimum esse solet atq; illorum finis. differt autem nihil bonum ipsum, an apparens bonum dicatur. tales quidem igitur causæ atq; specie tot sunt.*

ANT. *Omnes autem nunc dictæ causæ in quatuor incidunt modos manifestissimos. elementa. n. syllabarum, & materia uasorum, & ignis & huiusmodi corpora, & partes totius & suppositiones conclusionis, sicut ex quo causæ sunt. Harum autem aliæ quidem sunt, sicut subiectum & partes, aliæ aūt sunt sicut quod quid erat esse, & totum, & compositio, & species. semen autem & Medicus, & consilians, et omnino faciens unde principium mutationis, aut status, aut motus est. aliæ autē sicut finis, & bonum aliorum, quod enim cuius causa potissimum est, et finis aliorum uoluit esse. differt aūt nihil idē dicere bonum, & uideri esse bonū. causæ igitur hæ et tot sunt specie.*

Conuenere omnes Arist. reducere omnes causas in quatuor species. nam numerauit genera causarum per exempla, nūc vero reducit omnes ad species per inductionem, & incipit à materia. cuius, vt Themis. ait, tres sunt modi. est. n. materia cōpositionis siue structuræ, est & materia alterationis veluti materia est ipsius for-G mæ, quam non recipit nisi per alterationem præuiam. est tertia quę dr̄ materia alterationis & compositionis, vt elementa respectu corporum aīalium, & ad has tres omnes reducit Arist. inquit, oēs autem nunc dictæ causæ quatuor in modos apertissimos recidunt. elementa nanq; syllabarum sunt materia compositionis. Materiæ quoq; eorum, quæ arte conficiuntur, est materia alterationis respectu formarum, qm̄ formas non recipit, nisi mediante alteratione, & ignis atq; cætera id genus est materia corporum aīalium alterationis & compositionis. partes insuper totius, sunt materiæ, interdū alterationis respectu formæ, interdum compositionis respectu eorum quæ ex ipsis absq; alteratione conficiūtur, interdum materiæ sunt compositionis & alterationis respectu mistorū, & sic intelligit Them. Suppositiones deniq; ipsius conclusionis materia sunt compó-H nis, & ita oīa hæc reducūtur ad tres ipsius materiæ, species: hæc demā, & ipsius speciebus. Et de forma volens dicere proponit diuisionē oīum: & inquit, atq; horum hoc est causarum, quæ dictæ sunt, quædā causæ vt subiectum siue materia, veluti partes totius. pñt. n. partes esse totius materiæ ſm omnem speciem materiæ. vt diximus. quædam sunt causæ vt quod quid erat esse. hoc est ad modum formæ, ex qua sumitur definitio & qd̄ quid est, & istæ sunt tres videlicet, totum, compositio, & forma. Nam vt materiæ sunt tres species, ita & formæ. Multiplicato. n. vno relatiuo, & reliquum multiplicati necesse est. Triplex igitur forma alterationis, compositionis, & simul alterationis & compositionis, forma respectu materiæ apud Themistiū est alterationis Quot forma forma compó quæ dicitur forma totius, dicitur forma compositionis. Totum, quia pót capi indifferēter pro forma

forma alterationis,& pro forma compositionis,& pro forma simul atq; compositionis & alterationis,hic sumitur,vt Themist.vult pro forma compositionis,& alterationis,& ita tres sunt formæ,& tres materiæ. Hæc de formis.Effectrix causa multifaria est,principalis, q̄dā instrumentaria.principalis vero non vna ratione dicitur, nam alia est effectrix substantiæ, alia accidentis, & ita semen effectrix causa est instrumẽtaria,Medicus & consultor sunt causæ effectrices principales.Sed accidentis,efficiens vero est causa substantiæ. At finis os vult bonum & optimū esse, q̄m sui gratia sunt cætera. hinc fit q̧ finis bifarius sit aut bonus f̃m rē, aut bonus f̃m apparẽtiam.finis.n.in actione naturali, semper est f̃m rem bonus,siue simpliciter,siue f̃m quid, finis vero in actione voluntaria semper est apparēs bonus, & ita causæ omnes quatuor in genera manifestissimæ recidunt.hæc est, vt mihi videtur, loci expositio, cui assentit pro maiori parte Themistius.

Effectiuæ causa quot.

Finis in naturalibus semp est bonus, in voluntariis autem, apparēs bonum quandoque.

Commen. 31. Auer.

{Cum numerauit.} istud cōmētum pro magna sui parte patet, verum nonnulla colliguntur,quæ sunt in se bona, tamen non faciunt ad intellectum nostræ literę,cum ipse literam malam habebat non poterat recte exponere. Primum igitur est q̧ triplex est materia vt dixit Them.quędā compositionis,q̧, est pars alicuius quatenus nec per substantiam nec propter accidēs mutatur:quędam alterationis, quæ est materia quatenus mutat speciem, vt panis materia est sanguinis:quędam est materia alterationis & cōpositionis, quatenus f̃m partē mutat & f̃m partē restat, vt e[l]ēnto corporū mixtorum.& addit & hæc duo sunt fundamenta materiæ,s. compositio & alteratio,& tertium cōpositum ex eis:& fortasse per fundamenta,intelligit species materiæ. Si quidem genera in speciebus fundentur,qua rōne erūt tres materiæ species alterationis & cōpositionis duæ. Et tertia erit ex his facta.hoc est alterationis & compositionis insimul.aut fortasse per fundamenta intelligit differentias quibus genus materiæ descēdit in species. & tunc erunt duæ differentiæ, videlicet compositio & alteratio, & erit tertia ex his. Secundum quod colligitur est solutio contradictionis Aristo. primo.n.huius, tex.cōm.27.voluit totum non esse aliud q̄ sint suæ partes simul sumptæ,vt exponit Auer.hic vero partes vult esse materias,totum vero formas,igitur differunt. Respondet. partes aūt posuit alium modo à compositione,hoc est à toto,vt reputo,f̃m q̧ intendebat partes, q̄ sunt in potentia,non quæ sunt in actu.est igitur distinctio,partium,quędā sunt in actu,vt quantitatiuæ,quæ possunt esse sine toto,vt brachium pes, & id genus,q̄dam in potentia,vt materia & forma, quæ materiæ dicuntur,in potentia, quia esse non possunt nisi in toto. alibi partes essentiales dici solent. Tunc vult,q̧ hic accipiat partes in potentia,hoc est essentiales,nam istæ simul sunt aliud à toto. Sed partes actuales quantitatiuæ non sunt aliud à toto. Vel forte dubitatio est in litera,& non ad illam Primi physicorum,nā in litera nostra Ari. ponit totum &compositionem,modo hec sunt idem, idem.n.est totum quod compositum.Respondet vno modo q̧ per totū est intelligendū aggregatū ex partibus potentialibus quantitatiuis,per cōpositum aggregatū ex partibus in actu.Scd̃o respondet, p totū Arist. intelligere vniuersum cōgregatū tm̃, vt exercitus, vel ciuitas sunt,per compositum intelligit vere vnum factum ex partibus concurrẽtibus qualitate,hoc est mō,

Primum excerptum ex cōmento.

Secundum.

A ordine,& positione.hæc sunt bene dicta, sed nō est ad propositū literæ.est.n.litera intelligenda, vt dixit Themi. Tertium quod colligitur est, quo modo propositiones sint materiæ conclusionis.videtur.n.q̧ non, nā sunt effectrices causæ,& non materiæ. R̃ndet omnes propositiones rōne medij termini esse effectrices causas,rōne vero extremorum sunt materiæ. Auer.autem Respondet, q̧ propositiones ideo materiæ assimilantur,quia sunt potentia ipsa conclusio. at conclusio est forma,quia a̗duenit propositionibus.& certe idem est. propositiones.n. sunt potentia conclusio ratione termioorum.Et ita hæc respōsio non differt ab illa. Quartum quod colligitur est,q̧ triplex est forma. videlicet compositionis,alterationis,& vtriusq;.& hoc quod dicit est bene dictum, quia ex Themistio accepit. Sed applicatio huius ad verba barbaræ trāslationis non est audienda,q̄m non est ad propositum, hæc sunt quæ ex B cōmento colliguntur,cætera patent.

Tertium.

Quartum.

Circa hæc accidunt difficultates textuales primo, deinde quæstiones difficiles.Prima est, quia superius dixit partes se tenere ex parte formæ,nūc ait illas esse materias totius.Expositores litigant inter se,& omnes possunt reduci in bonum. Mihi tñ vr̃ q̧ partes definitionis, quatenus definitio est totum,sunt vti materiæ,& hoc respectu definitionis.respectu definiti,cum illius relatione quælibet sit totum,formæ dici possunt. partes.n.diffinitionis, ad definitiones sunt partes,ad definitum quælibet illarum est totum,& vniuersale siue prædicatum per modum totius. vt aīal ad definitionem pars, ad hominem vero genus & totum.

Dubitationes. Prima. Partes,materię an formæ rationem habeant.

Secunda est, vtrum triplex sit materia.& videtur q̧ non,q̄m Arist. vult Primo Cœli indiuiduum esse materiam,vniuersale formā.ait.n.qui dicit cœlum, dicit for C mam, qui vero hoc cœlum, dicit materiam.2.intellectus potestatis est materia omnium abstractorū, & intellectorum apud Auer. & tñ non est materia aliquo. trium modorum. Similiter intelligentia inferior est materia respectu superioris,vt.3.de Anima dr̃ cōm.14.& non aliquo trium nodorum.3.phantasma est materia, vt dr̃.3.de Anima cōm.36.& nullo dictorum modorū. vltimo primo Meteororum, hæc inferiora sunt materia superiorum,& in nullo genere materiæ. Dici pōt q̧ materia vno mō accipi pōt f̃m illum modum f̃m quē fuit inuenta,hoc est inquantum est pars alteri inexistẽs & sic est triplex,q̧a aut inexistit virtute,& sic est alterationis materia,aut actu,& sic est cōpositionis,aut partim sic & partim aliter, & sic est tertia materia. Alio modo pōt sumi materia f̃m intellectū transumptiuū, qua rōne vniuersale erit forma, quatenus est principiū D agendi in intellectū,singularia erunt materia,quatenus sustentāt vniuersale. Similiter intellectus potestatis est materia abstractorum quatenus ab illis perficitur. Similiter & respectu intellectorum. phantasma est materia,quia sabiectū circa qd̃ agit intellectus.& ita materia f̃m intellectū quo inuenta est,triplex tantum reperitur. f̃m intellectum transumptiuum sunt plures modi.

Secunda. An triplex sit materia.

Solutio.

Tertio dubitant an semē agat ad gñationem. & arguūt nōnulli q̧ non.quia aut dum est, aut dū non est. non dū est, quia tunc ageret ad sui corruptionē, dū vero non est nihil est causa. 2. nullum imperfectū est causa effectrix perfectioris. q̧ vero nō sit causa materialis arguūt, quia nullū vniformæ pōt esse materia rerū difformiū.Arist. vero tenet quod semē sit causa materialis & causa effectrix fœtus geniti, materialis quidē f̃m sui

Tertia. An semē agat ad generationem.

Positio Arist. in lib.de generat. animaliū.

partes corporeas & crassiores, quæ licet sint actu vniformes, sunt virtute difformes. effectris vero ſm spirituosam, in qua spiritus residet generatiuus decisus à patre & matre, qui vt instrumentum gñantis & vniuersalis & particularis. videlicet hoīs & Solis agit. Tunc ad primum dico, ꝙ agit qñ est ad generationē, qñ non est semen, sed conuersum in mēbra aīalis, agit ad conseruationem, quia ea virtus quæ erat actiua fœtus, cōuertitur in regitiuam: nec est inconueniens aliquid agere ad corruptionem sui per accidens. Ad secundum dici pōt ꝙ imperfectius potest esse causa perfectioris, vt instrumentum alicuius agentis nobilioris, & sic semē est agens aīal vt instrumentum aīalis & cœlorum. Sed replicant contra, qm̄ si semen agit aliquod perfectius se, aut continet illud, aut non. Si non, tunc non magis ageret illud q̄ aliud. Si continet illud, vel virtualiter vel formaliter. non formaliter, quia semen non est aīatum formaliter. Si virtualiter igitur perfectius eo. Secundo semen est imperfectius effectu hoc est animali ipso. Sit igitur aīal productum perfectionis vt octo, ita ꝙ sit perfectius semine vt quatuor. Tunc arguo, semen producit perfectionem aīalis vt quatuor, residuam quę est vt quatuor vel producit, vel non, si non, producit igitur effectus sine causa. Si producit, igitur ageret vltra gradum proprium. Dico ad primū, ꝙ semen continet virtualiter aīal generandum, sed non virtualiter principaliter, sed virtualiter instrumentaliter, & tale continens potest esse imperfectius contento. Ad secundum dico ꝙ aīal productum est perfectius vt quatuor ipso semine: & tunc dico, ꝙ continet omnem perfectionem quā habet aīal, hoc est totā vt octo. nec valet, igitur perfectius, quia eā continet instrumentaliter. nec est inconueniens instr̄m agere vltra gradum, quē non continet virtualiter principaliter, dūmodo contineat illum virtualiter instrumētaliter, hoc est vt instr̄m agentis principalis nobilioris. & ideo agit vltra gradum proprium suæ perfectionis, nō vltra gradū suæ continentiæ. hæc res alias melius dicetur. nunc aūt sit dictum intantum.

An tantum sint quatuor animæ.

Petitio Plat. Argumēta contra Platonem.

Consequenter quærātur alia. Primum, vtrum tātum quatuor sint rerum naturalium causæ. Respondit Plato sex esse causarum genera, quatuor quæ Arist. describit, & vltra illa adiecit exemplar, & instr̄m. Captiuncu latores duabus rōnibus persuadent causas esse quatuor. Primo, quia numerus interrogationum est quaternarius. per interrogationem. n. factā ex quo res est, ꝑ materiā respondemus. per quid vero, per formā. per propter quid, per finem. per à quo res ista est, r̄ndemus per agens. Et quia non sunt plures formæ interrogationū, ideo nec plures causæ. Secundo oīs causa vel est intrinseca vel extrinseca. si intrinseca, vel est potentia, & sic habetur materia, vel actus. & sic habetur forma. Si extrinseca, vel præcedit effectum, & sic est agens, vel sequitur, & sic est finis. Alij aliter aiunt. Sed omnia sunt friuola. s. n. Arist. vidisset rem posse demonstrari, iā de numero causarum demonstrationē dedisset, ideo quatuor esse causas enumero inter credita aut famosa. nec rationes valent. Primo non qm̄ adhuc pñt esse aliæ interrogationes, vt quo scribis, dicimus calamo. & non reddimus causam agentem, sed instrumentū. Amplius cuius simulacro depingis. dicimus cæsareo, quod nec est agens, nec forma, sed exemplar. Ad secundā dico, ꝙ oīs causa aut est intrinseca, aut extrinseca, sed extrinseca, aut præcedit, aut sequitur. verum non oīs præcedēs est efficiens. exemplar. n. præcedit, & instrumentū &

Quatuor esse tantum causarū genera. vt famosum, & non demōstratione sciendum est.

E quæ tamen non sunt forma, aut agens, vel aliorum aliquod. Sic igr̄ dico quatuor esse causas, sed non per demōstrationē sed solū vt creditum & famosum teneo.

Quomodo finis habeat rationem causæ.

Consequenter quærunt, qūo finis sit causa. Respondet Ioan. ꝙ est causa non ſm esse intentionale, sed ſm esse reale. Sed hæc responsio est contra Auer. 12. Meta. cōm. 36. vbi ponit ꝙ forma balnei, vt finis, est res in anima. Amplius, finis vt habet esse extra animā, non habet rationem causæ, sed effectus, qm̄ est vltimum absolute actionis. Alij dicunt, ꝙ finis conseruationis est in re, mouent. n. intelligentiæ propter finem conseruationis. mō finis iste est in re, finis vero factionis est in ipsa anima, siue in forma contentus. Sed nec hoc placet. nā licet conseruatio fit in re, non mouet agens nisi vt intelligitur ſm Auer. 12. Meta. cōm. 36. & 44. & alibi. Propterea solet dici aliud esse causam in re, & aliud pro re.

F Similiter aliud est esse causam in esse intētionali, aliud pro esse intentionali. veluti aliud est esse cām ab æterno, aliud pro æterno. ab æterno. n. Deus fuit causa mūdi. non tñ pro esse æterno. propter hæc tenent ꝙ finis est causa in esse intētionali, quia vt sic habet rationem prioris & mouentis, non tñ pro esse intentionali, sed ꝑ esse reali. sanitas. n. in esse intentionali habet rationem finis, non tñ pro sanitate intentionali, sed pro sanitate reali. Hæc responsio pro nunc teneatur, donec melius appareat, scio enim rem non esse facilem.

RECOGNITIONES.

QVoniā in causarum traditione enumerauit & causarum genera, & inter media causæ efficientis, & causæ finalis, ideo quis credere posset plura esse cārum genera q̄ quatuor, merito in pręsentiarum repetit quatuor esse causarum genera, ad quæ omnia, quæ

G enumerata sunt, redigunt. & cum hæc repetere intendisset, incœpit à materiali causa, & dicit, {omnes autem nunc dictæ causæ in quatuor incidunt modos manifestissimos}. i. qui ab omnibus sine controuersia conceduntur. {elementa. n. syllabarum, & materia}, s. lutum {vasorū}. s. fictilium, {& ignis & huiusmodi corpora} scilicet aer. aqua, & terra, s. mixtorū, {& partes totius, & suppositiones cōclusionis, sicut ex quo causæ sunt} idest causæ sunt materiales. est tñ differentia, vt Simpl. induit, ꝙ literæ sint materia syllabarum compositione. quatuor corpora simplicia materia sunt mixtorum partim cōpositione, partim alteratione. Dicit & Simplicius propositiones non inesse conclusioni, ideo melius, vt inquit, effectrices conclusionis causæ dicendæ sunt. fortasse propositiones insunt conclusioni quo ad terminos, ex quibus sunt propositiones. omnis. n. con

H clusio cōstat maiori & minori extremitate, ex quibus propositiones sunt deinde sequitur ille textus, {harum autem aliæ quidē sunt sicut, } qui continuati debet cū principio, vt Philop. inquit, hoc pacto. {omnes autem nunc dictæ causæ in quatuor incidunt modos manifestissimos. harum autem aliæ quidem sunt, sicut subiectum & partes, } de quibus exempla assignauit, { aliæ aūt sunt sicut qd' quid erat esse}. i. forma, à qua est ipsum rei esse. {& totum & compositio & species.} & cū dixit {totū, } id intelligit quod compositione constat, & cū dixit {& compositio} intelligit id, quod alterascentibus inuicē simplicibus in compositi generationem veniunt, vt Alex. exposuit. nam Peripatetici, vt dicit, cōpositū constare arbitratur, quasi alterascentibus inuicē simplicibus. At Plato in Thimeo materiā immutabilē omnino esse asserit. fortasse, vt Simpl. scribit, Peripatetici

tetici de materia proxima loquuntur, qualia sunt quatuor elementa mixtorum. Plato vero de materia omni tio remota, atq; prima loquitur, quæ penitus est informis. hanc. n. non concedit alterari. deinde de effectrice causa assignat exempla, & dicit, {semen autem, & medicus, & consilias, & omnino faciens est principiũ vnde motus, aut status, aut mutationis.} non tamen eodem modo, nam consiliãs prima factionis exhibet instituta, nihil sua opera, aut suo labore attingens. medicus vero sua opera agit. At semen inter effectricem & materialem aliquo pacto ambigit, vt Alex. & Simpl. exposuerunt, si quidem trãsmutatum & genitum ipsum quoq; sic demum aget. cum proprie effectrix causa, vt fatetur Alex. generationis imunis esse debeat. Qua ratione fit, vt tã Alex. q̃ Simp. per semen menstruum intelligant alteratum à calore seminali, qui decidit à mare separatur, & miscetur menstruis. vbi attentione dignum in cõmentarijs nos esse secutos medicorum opinionem, qui asserunt semen esse materialem & effectricem causam fœtus materialem quidem s̃m sui partes crassiores, & corpulentiores, effectricem vero s̃m sui partes tenuiores, atque spirituahores, in quibus residet spiritus genitalis. At nunc dicimus hoc esse falsum, & contra Arist. in lib. Primo & Secundo de generatione aīalium. ibi. n. Arist. asserit virtutem genitalem nõ esse aliud, q̃ calorem maris, qui per semen decisum à mare fertur tanq̃ per vehiculum vsq; in menstrua, vt calefaciat illa, quibus calefactis, dixit semẽ partim resolui in vapores. s. s̃m partes sui tenuiores, partim post aliquot dies regurgitare per orificium vteri, & exire. Quare p semen, cum intelligit calorem seminalem, non possumus intelligere nisi effectricem causam, & hæc expositio est vera, deinde quartum causæ genus adiungit, & dicit, {aliæ aũt}, s. causæ sunt {sicut finis, & bonum aliorum. & tu intellige, vt Alex. inquit, sicut finis aliorum, & sicut bonum aliorum. videlicet quorum est causa. finalis. n. causa veluti sanitas tãq̃ finis est aliorum ipsius gratia sumptorum, veluti deambulationis, & potionis, & cæterorum id genus. sic etiam sanitas bonum etiam est eorũdem. & assignat causam, & dicit, {quod. n. cuius causa potissimum est, & finis aliorum voluit esse.} sed quoniam non omnia finem habent bonum, qui. n. voluptatem finem sibi constituunt, non bonum habent finem, ideo dicit, {differt autẽ nihil idem dicere bonum, & videri esse bonum}. s. quo ad mouendum agens ipsum ad agendum. de re hac primo Ethicorum satis. tunc epilogat, & dicit, {causę igitur hę, & tot sunt specie.} dicut autem Eudemus duas tñ olim causas cognouisse oẽs, materiã videlicet, & effectricem, formam vero multi, ipsum aũt cuius gratia perpauci. nobis vero causa hæc princeps, primariaq; esse vr̃. nã opera, laborq; oīs alicuius gratia atq; boni capi vr̃. si. n. interdũ Medicus febrem ægro peperit malam simpliciter existentẽ, dũtamen hanc parat, vt bonum facit. consimili rõne, qui minus malum elegerit, bonũ assequitur, vt q grauiora cauens mortẽ sibi cõsciscit. hæc. n. nõnulli ad calumniam objiciũt, melius tñ & facilius soluere licet.

Medicorũ de semine opinio falsa comprobatur.

DILVCI. *Modi uero causarum numero quidem sunt multi, in capita uero recisi, & ipsi pauciores erunt. Dicuntur enim causæ multifariam. Et ipsarũ que eiusdem generis sunt, alia prior, alia & posterior. ut sanitatis Medicus atq; Artifex. Ipsius quoq; diapason duplum atq; numerus. Et semper hæ que continent ad eas que sunt singulares.*

A ANT. *Modi autem causarum numero quidem sunt multi, capitales aũt & hi minores. Dicuntur. n. causæ multipliciter, & ipsarum, que similium specierum sunt, prius & posterius alia alia, ut sanitatis Medicus, & Artifex, & ipsius diapason duplum & numerus, & semper continentia ad singularia.*

Genera causarum rõne quadam ad quatuor ipse reduxit, nunc vnũquodq; genus vult per modos diuidere. & hoc proponit. modi vero causarum numero quidem sunt multi, propterea sunt à nobis prætereundi. in capita vero recisi, & ipsi pauciores erũt. licet multi, qa causæ multifariã dicuntur, licet itaq; pauciores, non tñ ita pauci, quin excedant numerum causarũ. Sed quid Arist. per modos intelligat. Auer. respõdet per modos Arist. velle accidentia causarum. rectius puto differentias modales. genus. n. causæ, cum non sit in p̃dicamento aliquo, non per veras differentias diuiditur, sed per

Quid per modos.

B modales quasdam differentias, quæ sunt quædam contractiones similes differentijs, quæq; ẽt accidentia dici possunt, cum non sint essentiales. Prima itaq; dr̃ia erit, q causarum eiusdem generis vna est prior, alia cõior. quod Auer. in omni genere verificat, vt patet in exemplis eius. Sed dubitatur de qua prioritate Arist. sentiat prædicationis, aut causalitatis, conueniunt omnes de vtraq;. Nouus expositor eo mouetur, q exempla p̃nt accõmodari vtriq;. Primus Expositor, quia causa vniuersalis in causalitate est quodãmodo ẽt prædicatione cõis. Sed contra nouum expositorem vr̃, quia Arist. in formis non põt ponere priorem s̃m causalitatẽ formæ cum forma vna sit vnius, sed bene priorem s̃m prædicationem. similiter nec in finibus id spectari põt. Contra expositorem vero primum vr̃ ẽt, quia Sol est causalitate prior, non autem prædicatione. Dici põt ad argm̃

C contra nouum expositorem, q ipse loquitur solum in agentibus causis, non in cæteris. aut dici põt q ẽt in cęteris est finis cõis prædicatione & causalitate. Deus. n. est finis cõissimus causalitate. Sanitas est finis cõis prædicatione ipsius medici, minus cõis erit, vt sanitas oculorum, quæ cõtinetur sub sanitate. Amplius in formis idem spectari põt. sensilis anima est cõmunis causalitate, & prior rationali. animalis autem cõior forma ipso homine s̃m prædicationem. Ad illud contra expositorem primum, dici potest ẽt, q licet Sol non sit prior p̃dicatione igne ipso calefaciente. ratio qua Sol concurrit ad calefaciendum est cõior rõne qua cõcurrit ignis. nam ignis concurrit vt calefaciens, Sol vt alterans. Similiter spectari põt in alijs, licet rões illæ nõnũq̃ nõie careant, homo ad gñationem hominis cõcurrit, vt hõ, Sol non vt Sol, sed sub certa ratione communiori, q̃ sit

An Deus sit causa finalis omnium.

Causa cõmunis causalitate, est cõis prædicatione.

D ratio hominis, quæ nomine caret: & ita oīs causa communis causalitate & cõmunis prædicatione, saltem secundum rationem agendi

RECOGNITIONES.

Simplicius per modos intelligit dr̃ias priuatarũ atq; particularium causarum, q̃ eiusdẽ speciei sunt. supius aũt ibi, {Vno igitur mõ} per modũ intellexit dr̃ias adinuicem primarum causarum, quemadmodum solius materiæ, solius formæ, & cæterarum. hoc est intellexit gñã diuersarũ causarum, & dicit. {Modi aũt causarũ} subaudi s̃m singulas causarum species, i. vnaquæq; causa multipliciter dicitur, propterea subdit. {numero quidem sunt multi, capitales aũt & hi minores}, id est pauciores sunt. qm̃ cumulantur in sex dr̃ias iuxta singulas causas, id est secundum singulas causarum species. velu ti sex s̃m materiam, vel sex secundum formam, & sic de

de singulis, & hæc exponit, & dicit. {Dicuntur. n. causæ multipliciter, & ipsarum, quæ similium specierum, sunt,} id est secundum singulas causarum species. & exponit primum modum, & dicit. {vt prius & posterius. alia,} cuius exemplum primo affert in genere causæ efficientis & dicit, {vt sanitatis Medicus & Artifex.} deinde in genere causæ formalis, & dicit, {& ipsius diapason duplum & numerus. & amplificans hunc modũ in singulis generibus causarum, dicit {& semper continentia}, i. vniuersalia {ad singularia}, i. ad minus vniuersalia priores causæ sunt in singulis generibus causarũ. vnde Simp. per causas priores cõmunes sm prædicationem intelligit, & per posteriores particulares, quæ expositio est Philoponi. Porphyrius vero per priores intelligit eas, quæ propinq; sunt, per posteriores vero. q̃ distantiores. & quia propinquiores passim sunt particulares, remotiores vero vniuersales, ideo per priores causas Arist. intelligit particulares, per posteriores vero intelligit vniuersales. Quam expositionem tandem Simp. concedit, assignans exempla in alijs generibus, in genere causæ materialis propinquior causa est hoc æs, remotior vero ęs, aut aqua, aut corpus. In finali causa, propinqua & prior causa est hęc valetudo. remotior vero & posterior conualescẽtia, & habitus, & qualitas. Hanc autem differentiam tetigit superius cũ dixit, {& horum genera} ea aũt, quæ diximus in cõmentarijs de priori & posteriori, non sunt necessaria, quia Aristo. de priori & posteriori loquitur sm prædicationem, vt patet per Gręcos expositores. Quo vero ad verba attinet diapason consonantia est, cuius proxima quidem causa, duo ad vnum, longinquior autem dupla, & longinquior adhuc numerus est. Insuper etiam, vt Simplicius inquit, hæc diuisio causæ secundum prius & posterius, est causæ per se, vt postea patebit, in vnaquaq; causa secundum genus.

DILVCI. *Insuper ut accidens, & huius genera ut statuæ. alia ratione Polycletus, alia quoq; statuifica. Accidit enim statuificæ ut sit Polycletus, & ea etiam quæ continent accidens. Veluti, si homo sit causa statuæ, & omnino animal.*

ANT. *Amplius autem, ut accidens, & harum genera. Sicut statuæ aliter Polycletus. aliter statuifica. quoniam accidit statuificæ, quod Polycleto est esse. & continẽtia accidens, ut si homo causa sit statuæ, aut omnino animal.*

Secunda diuisio est, q causarum alia est per se, alia p accidens, quæ non tantum potest esse in specie, sed & huius gña. vt statuæ, Alia ratione Polycletus, alia quoq; statuifica. causam huius reddit & inquit, accidit. n. statuificæ vt sit Polycletus, & accidunt, sup. ea quæ contient accidens, illud videlicet Polycletum. veluti si homo sit causa statuæ & omnino animal. Sed dubitatur, qm̃ licet statuificæ accidere videtur Polycletus, non tñ videntur accidere homo, & animal, cũ nihil possit statuam facere, nisi homo & animal. Dici potest q Arist. per causam per accidens intelligit omne quod coniungitur causæ per se, quod non est de ratione eius. Modo licet homo & animal necessario insint statuificę, tñ nõ sunt de ratione per se statuificæ. nam eius ratio est artifex faciens statuam, vbi nec homo nec aĩal ponitur.

RECOGNITIONES.

SEcundum Philoponum & Simpl. quum demonstrasset in ea causa, quæ est per se, proximum & remotum, vult nunc idem demonstrare, & in ea quæ est sm accidens: & priusquã demõstret hoc demõstrat differentiam eius, quod est per se ab eo, q est per acci- E dens, & dicit, {Amplius autem vt accidens}, i. amplius autem causa dicitur non solum per se, sed, vt accidens, {& harum}. s. causarum, quæ sunt vt accidens, etiã {genera} sunt causæ per accidens: cuius exemplum affert in causis efficientibus. & dicit, {sicut statuæ aliter Polycletus, aliter statuifica} subaudi causa est. Polycletus quidem per accidens, {qm̃ accidit statuificæ quod Polycleto est esse}. i. ratio Polycleti. per esse rationem intelligit. Dicit Philop. statuificæ accidere Polycletum, quemadmodum in prædicamentis dictum est, q domino accidat homo, & quod accidens continet etiã causa est per accidens. Simp. autem dicit statuæ per se causam esse statuificam, per accidens Polycletum, qm̃ accidit statuificæ, vt Polycleto ea nomen esset, nec solum Polycletus est causa per accidens, sed {& continentia accidens vt si homo causa sit statuæ, aut omnino ani- F mal.} sic igitur ea, quæ accidunt causis per se, per accidens sunt causæ, & etiam ea genera, quæ per se insunt, accidentibus, quatenus insunt causæ per accidens, & ipsa per accidens causæ sunt. verbi gratia Polycletus p accidens statuæ causa est, huic per se insunt homo, & animal, homo igitur etiã statuæ causa per accidens est, pari pacto animal etiam. Quod vero ad verba attinet, cum dicit statuificæ accidere esse, quod est Polycleto per esse intelligit rationem, qua Polycletus est Polycletus, & nõ Socrates, nec per accidere intelligit inesse statuificæ, vt subiecto. non enim statuifica est subiectum rationis Polycleti. sed per accidere intelligit esse extra rationem illius, vt quid extraneum, vt in elenchis dictum est. accidit igitur statuificæ ratio Polycleti, qm̃ non est de essentia statuificæ. & per continẽtia accidẽs. intelligit ea, quæ sunt vniuersaliora ipso Polycleto, quẽ G dicit accidere statuificæ. qualia sunt hõ & animal. quõ vero Philo. & Simpl. intelligant hunc locum, dictũ est.

Sunt autem & accidentium, alia remotiora alijs, atq; propinquiora ut si albus ac musicus causa statuæ diceretur. DILVCI.

Sunt autem & accidentum alia alijs longius & propius ut si albus, & musicus causa dicantur statuæ. ANT.

Voluit habere in omnibus causis per se esse alteram remotiorem, alteram effectui propiorem, nunc hanc distinctionem applicat etiam causis per accidens, & inquit. sunt autem & accidẽtium causarum alia remotiora alijs, atq; propinquiora vt si idem hõ albus & musicus causa statuæ dicat, erit in hoc casu iste ordo, q proxima causa per accidens est subiectum post hanc musicum, cum hoc insit animæ. post hanc album, quod corpori inest. subiectum vt Polycletus propior causa per accidens est, cum album & musicum non sint causæ, nisi propter subiectum. H Musicũ prior causa, qm̃ forma est propior composito, q̃ corpus & materia. Similiter est in anima ipsa, cui & ars statuaria inest.

Sed dubitatur primo, quia in his quæ sunt per accidens nõ est ordo. igitur non potest assignari hoc prius, illud posterius. (Dubitatio prima.) Secundo videtur, q musicum sit propius statuifico; q̃ Polycletus. (Secunda dubitatio.) nam musicum & ars statuaria sunt in eodem subiecto, & parte subiecti. at Polycletus non est in anima. Dico ad primum, q in his quæ (Solutio.) sunt per accidens non est ordo in causando, cum non causent, sed solum coniungantur ijs quę per se causant, sed est ordo prædicandi. Per idem ad secundum, licet fortasse musicum esset proprius ipsi statuificæ q̃ sit Polycletus quo ad esse, non autem quo ad subijci, cum ipse Polycletus immediate recipiat prædicationem statuificæ. Musicus vero non nisi vt accidit Polycleto vel alicui

alicui parti eius. ita vt q̃ sit Polycletus propior ipsi statuario. Est & alia ratio vt in commento accipitur, quia Polycletus est minus cõe, quo cõmunius est musicum, quo rursus album, cum ét competat non animalibus.

RECOGNITIONES.

CVm demonstrasset causas per accidens, nunc ostendit eas diuidi in propinquius & remotius perinde atq; causas p se distinguebamus, & dicit. {Sũt autem & accidentium}. i. causarum per accidens, {alia alijs longius & propius} nam Polycletus per accidens, statuæ causa est, & albus & musicus {sunt tñ & accidẽtium alia alijs longius & propiua vt si albus & musicus causa dicantur statuæ, } tñ causæ dicuntur remotiores, quia Polycleto accidũt, qui est causa propinquior. Philoponus exponit dupliciter hunc locum, vno modo q̃ Arist. intelligat per proximas causas fm accidens minus vniuersalia, vt est homo, per remotiores aut magis vniuersalia, vt animal, & animatum. dicit etiam Philoponus, q̃ Arist. induxerit id, quod dicit in præsenti textu ad probationem eius quod prius dixit. nam cum dixisset causarum per accidens esse alias proximas, alias remotas, in præsenti textu reddit causam, & sic legendum est {autem} pro qm: q. d. qm {sunt & accidẽtium}. i. causarum per accidens {alia alijs lõgius & propius.} & assignat exempla causarum per accidens longiorũ, qm assignauit exemplum causarum per accidens propiorum, & dicit, {vt si albus & musicus causa dicantur statuæ} subaudi causa sunt remotior, Polycletus vero ꝓpior. exponit etiam Philoponus aliter, & intelligit per propinquius & remotius id, quod est magis familiare, & minus familiare, & sic musicum est causa ꝑ accidens propior, qm est familiarius, cum nulli alteri accidat q̃ homini, qui per se accidit statuificę. minus autem familiare est album, qm & alijs multis præter hominẽ inest. Sed Simplicius dicit tã in per se, q̃ in per accidens causis propinquius & remotius accepisse Arist. ex continẽtibus & contentis cuius generis sunt genera & species. nam & in causis per accidens idem asserit, cum dixit, {est autem, vt accidens, & harum genera.}

DILVCI. *Præter autem omnes quæ & per se dicuntur, & quæ per accidens. Aliæ ut potentes, aliæ ut operantes dicuntur. uelut ædificandi domum ædificator, aut ædificans ædificator.*

ANT. *Præter autem omnes & propriè dictas, & secundum accidens, aliæ quidem sicut potentes dicuntur, aliæ uero sicut operantes, ut ædificãdi domũ ædificator, et ædificans ædificator.*

Causa per se, quadã in potentia quadã in actu operãtes sunt. Alia diuisio est, q̃ causarum per se aliæ sunt in actu, vt ædificans, aliæ in potentia, vt ædificator. Auer. habebat textum mancum, propterea ponderat, quod nõ debet. In græco enim est exemplum causæ potentis, & causæ operantis, vt nos transtulimus.

RECOGNITIONES.

ASsignat fm Simplicium quandam communem differentiam omnibus causis, quæ traditæ sunt. ijs inq; quæ per se & per accidens sunt, & dicit. {Præter autem omnes}, s. differentias causarum q̃ dictæ sunt, & proprie dictas}. i tam quæ dicuntur p se, {& fm accidens} q̃ præter eas, quæ dicuntur causæ per accidens, est vna quædam communis differentia, qua {aliæ quidem sicut potentes dicuntur}. i. qua aliæ dicũtur causæ in potentia, aliæ vero sicut operantes}. i. causæ in actu. & assignat exemplum in causis effectiuis.

DILVCI. *Similiter autem & in his dicuntur, quorum causæ sunt ipsæ causæ, ut huius statuæ, aut statua, aut omnino simulacri. In*

A *superq; æris huius, aut æris, uel omnino materiæ & in accidentibus simili modo.*

Similiter aũt dicuntur & in quibus causæ sunt causæ, ijs, quæ dicta sunt, ut huius statuæ aut & omnino imaginis. et æris huius, aut æris, aut omnino materiæ et in accidẽtibus similiter. ANT.

Ea quæ de causis fm singulum genus diuisit, nunc de effectibus eodem diuidit. qm alia vt propinqua, alia vt genera proferuntur. quemadmodũ si dixeris Polycletum effigiasse Diadumenum, deinde diceres statuã, postremo imaginem, siue simulacrum. Insuper etiã si dixeris esse causam aliquam effectricẽ huius æris, dein de æris, postremo materiæ. Similiter in effectibus per accidens potest esse cõmunius & minus cõmune. Et voco effectum per accidens illud quod coniungitur effectui p se, & est præter rationem illius. veluti potus per se efficit cibum, per accidens sanum cibum.

B SEd dubitatur, quia si vniuersale esset causa vlis effectus, tunc actiones non essent singularium. Secundo, intelligẽtiæ sunt causæ vniuersales, & non sunt causæ, quia tunc ab eis proficisceretur nouum, contra Philosophos Octauo huius. Tertio, causa particularis sufficit: igitur non sunt necessariæ causæ vniuersales. Animaduertendum q̃ concurrere ad actionem potest esse vno modo, vt ratio agendi concurrit. Veluti statuifica per artem quem habet agit. ars. n. est ratio agendi Alio modo, vt ipsum q̃ agit, vt statuifica ipsa. tũc dico q̃ causę vniuersales concurrunt vt rões agendi, non vt agentia. Vlterius dico, q̃ in effectu sunt multa noua. Plato. n. genitus de nouo suscipit nomen hominis, & ita videtur quasi nouus homo. nomen animalis, vt videatur nouum animal nomen substantiæ, vt videatur noua substãtia. nomen entis, vt videatur nouũ ens. *Dubitatio. An vniuersales causæ inferant effectus.*

C Tunc Dico q̃ ex parte agentis sunt rões agendi non vno modo, quædam cõmunicatiuæ & vniuocę, vt Callias generãs Platonem, per rationem qua homo est, cõmunicat effectui rationem hominis, ea parte qua aĩal tribuit animalitatẽ, & in cæteris similiter. quare ex parte agentis sunt rationes agendi cõmunicatiue vniuoce. aliæ sunt cõmunes rationes agẽdi effectiue æquiuoce. nam intelligentia inferior concurrit ad generationem Plat. fm gradum quo Plato est aĩal, non cõicatiue, quia non conuenit cum illo in ea rõne, sed effectiue æquiuoce. Secunda intelligentia adhuc superior concurrit ad gñationem eiusdẽ fm gradũ quo est corpus & sic vsq; ad Deum. Et ita rões agendi sunt duobus modis, aut per cõmunicationem, aut per virtutem effectiuam. & vtroq; modo sunt causæ vniuersales. cõmunicatiue qui dem sunt vniuersales prædicatione, effectiue vero causalitate.

D Ad primam concedo actiones esse vniuersaliũ tanq̃ rationum agendi, non tanq̃ agentiũ. Ad secundũ dico, q̃ ab intelligentijs nihil noui proficiscitur tãq̃ ab efficientibus causis, sed tãq̃ à rationibus agẽdi, quibus agens ipsum particulare agit effectum sub omnibus illis gradibus, videlicet hominis, animalis, corporis substantiæ, & entis. Ad tertium patet solutio, licet agens particulare sufficiat agere, vt id quod agit, non tamen vt ratio agendi, Concurrunt. n. duæ agendi rationes, altera communicatiua & vniuoca, vt vniuersale prædicatione, altera effectiua æquiuoca, vt vniuersalia causalitate. Et hæc à paucis intelliguntur.

RECOGNITIONES.

QVæ dixit in causis, eadẽ vera esse demonstrat in effectibus, & hoc proponit, & dicit. {Similiter autem ijs, quæ dicta sunt}, s. de causis, {dicuntur & in quibus

quibus cāæ sunt cāæ} ,i.& in effectibus,quorum causæ sunt causæ. In iis.n.differentias has esse asserit, quæ in causis sunt. sunt.n.horum alij propinqui, alij remoti. item alij per se, alij per accidens. Et assignat exempla, & dicit. {vt huius statuæ,} hæc.n.statua,in qua Milonis effigies,exempli gratia expressa est,propinquus effectus est. remotior verò statua simpliciter, & etiā hac remotior est imago.propterea subdit, {aut & omnino imaginis.} Deinde assignat aliud exemplum, & dicit, & æris huius, aut æris,aut omnino materiæ} ,i.metalli. æs.n.vt Simpli.exponit,non,vt materialis causa, acceptum est, sed vt effectus opificis metallorum. nam & ipsum interdum propinquus effectus est, si ad hoc æs aspicias. Interdum remotior si ad æs simpliciter,aut corpus,aut materiam addit, {& in accidentibus similiter} .s.ipsorum effectuum, quæ.n.effectibus accidunt, & ipsa effectus sunt, per accidens tñ propinquiores effectus per accidens sunt ea, quæ propinquioribus effectibus per se accidunt,hoc est particularibus.remotiores verò horum: species & genera. hoc.n.rursum, qm̄ æs hunc colorem habet.effectus propinquior per accidens est. remotior verò rursum simpliciter,& color.

De cā vniuersali & particulari,quo concurrat ad effectum particularem.

In commentariis diximus Deum concurrere ad effectum s̄m rōnem agendi vniuersalissimam, vt s̄m gradum entis. Nūc occurrit.q.non parua.nam accipio ex parte effectus gradum, s̄m quem concurrit agens particulare,qui sit A:& quæro, vel Deus concurrit ad ꝓductionem effectus s̄m A gradum,vel non.si concurrit,habetur contra ea, quæ in commentariis dicuntur. insuper si concurrit frustra erit agens particulare.nam Deus sufficit ad productionem effectus s̄m oēm gradum.Si verò Deus non concurrit s̄m A gradum, tunc non erit vniuersalis causa: quippe cum agens particulare possit in aliquod, in quo Deus non potest, etiam tunc particulare agens posset in aliquem effectum s̄m aliquem gradum virtute propria, & non virtute primæ causæ,vt hic homo in hunc hominem s̄m gradum A, non virtute Dei, quod vr̄ remotum à nostra mente. Quidam dixerunt particulare agens in nihil posse s̄m aliquem gradum, quin in illud & s̄m eundem gradum possit causa vniuersalis, videlicet Deus, qm̄ vniuersalis causa dr̄,quia potest in illum effectum s̄m illū gradum, & adhuc s̄m vniuersaliorem, vt in hunc hominem quatenus est hic homo,& quatenus homo.particularis verò, quia potest in illum effectum s̄m gradum particularem,& non vl̄em.& cum dr̄,tunc frustra particularis causa concurreret, dicunt illam concurrere non quia illa aliquid possit,quod non potest vniuersalis, sed concurrit, vt determinatiua vniuersalis actionis ad hunc effectum s̄m hunc gradum,ad quem s̄m talem gradum non concurreret, nisi esset particularis causa illius determinatiua. Hæc autem dicunt vt Peripatetici,quia s̄m Peripateticos ab vniuersali causa non prouenit actio,nisi illa vniuersalis causa determinetur per particularem. Alij verò dixerūt vniuersalem causam, & particularem concurrere ad eundem effectum s̄m diuersos gradus, vt hic homo ad hunc hominem quatenus est hic homo. Vniuersalis verò causa concurrit ad hunc hoīem non quatenus est hic homo, sed qua homo,vel qua ens.nam effectus vniuersales in vniuersales causas reducuntur. Tunc asserunt vniuersalem causam esse,quæ concurrit ad plures effectus, & ad eundem, s̄m rationem vniuersaliorem. & ita concedunt Deum concurrere ad productionem huius ho-

E minis,non tñ s̄m A gradum,sed s̄m gradum entis.qm̄ causa vniuersalis est, non quæ concurrit ad effectum s̄m omnem gradum, sed s̄m rationem vniuersaliorē, particularis verò concurrit s̄m gradum proprium atq; particulariorem.quare dicerent causam particularem virtute Dei concurrere ad effectum particularem, verum q̄ concurrat ad eum, s̄m gradum particularem, videlicet s̄m A virtute propriæ particularitatis concurrit, licet ad effectum non concurrat nisi Dei virtute.

Primo sententiarū dist.35. et 36 q.1.et in.primo.

Gregorius verò Ariminensis pro veritate asserit particularem ipsam causam, & vniuersalem, videlicet Deū coucurrere ad effectum eundem s̄m eandem rōnem, atq; s̄m eundem gradum, verum non s̄m eundem ordinem,quia altera, vt particularis,altera,vt vniuersalis concurrit.cum vniuersalis causa sit, quæ concurrit ad illum effectum s̄m eandem rationem, & ad alios, ad

F quos concurrunt agentia particularia etiam s̄m particulares rationes.dicit tñ nec agens vniuersale,nec particulare superfluere, qm̄ non concurrūt s̄m eundem ordinem, licet concurrant s̄m idem genus causæ. esset autem altera causa frustra, quando vtraq; concurreret ad eundem effectum secundum eundem gradum, & secundum eundem ordinem.

Adhuc autem & hæc & illa complexa dicuntur, ut non Polycletus, neque statuifica, sed Polycletus statuifica. DILVCIDANT.

Amplius autem complexa & hæc & illa dicuntur, ut non Polycletus, neq; statuifica, sed Polycletus statuifica Sed tamen omnes hæ multitudine quidem sunt sex, dictæ autem dupliciter. aut n. sicut singulare, aut sicut genus, aut sicut secundum accidens, aut sicut acidentis genus, aut sicut complexæ, hæ, aut sicut simpliciter dictæ, omnes tamen actu operantes, aut potentia sunt.

G

Quarta diuisio est, q̄ causa quædam est complexa, videlicet ex causa per se:& causa per accidēs, quædam incomplexa,videlicet aut sola per se, aut sola per accidens.& hoc inquit. Adhuc autem & hæc & illa, hoc est causæ per se & causæ per accidens,complexæ causæ dicuntur. Vt non Polycletus, qui est causa per accidens, neq; statuifica, qui est causa per se, sed Polycletus statuifica.Qua ratione fit,vt sit causa incomplexa ea,quæ est aut causa per se tantum,aut causa per accidens.

Dubitatio. An aggregatum ex causa per se & per accidens sit per accidens, vel per se.

SEd dubitatur, an illud complexum Polycletus statuifica sit causa per se, aut causa per accidens. Rñdent Sorticolæ, q̄ totum illud est causa per accidens, per regulam illam. copulatiua habens alteram partem necessariam,& alteram contingentem,tota est contingens. Cum igitur illud copulatum sit ex causa

H per accidens, & causa per se, totum erit per accidens. Sed hoc est puerile. Primo,quia totum illud non esset complexum, si totum est per accidens. Si.n.totum calidum sit frigidum,non erit mixtio.quare,si debet esse mixtum,debent remanere ambo. Secūdo,illud complexum non est complexum copulatione, sed est aggregatum per accidens. igitur non magis vnum quàm alterum. Dico igitur, q̄ istud non est causa nec per se nec per accidens, sed ambæ. Regula verò sua est vera de aliquo toto. nam omne totum est tale, sicut vilior sua pars. At illud complexum non est totum, cum sit quoddam inconiunctum.

Alia expositio.

Sunt qui volunt Aristo.intelligere, q̄ causarum ad vnum concurrentium aliquæ sunt plures, veluti ad statuam æs & statuarius. Aliqñ vna,vt Deus,qui se solo fecit mūdum apud Platonem & concurrentium ad vnum quædem sunt eiusdem generis,

neris, quædam diuersorum generum. Ad hominis.n. generaturam concurrunt quatuor causæ, quæ differunt genere, & diuersæ causæ eiusdem generis, vt homo, sol, & cætera id genus. Verum huic obstant exempla Aristote. quæ videntur de complexione dictionaria, & non de concursu.

RECOGNITIONES.

CVm dixisset causarum & effectuum differentias, nunc addit vltimam differentiam, & dicit, {Amplius autem complexa} subaudi & simplicia, {& hæc} .f. effectus, {& illa} .f. causæ {dicuntur.} & ponit exemplum in causis, & dicit. {Vt non Polycletus, neq; statuifica, sed Polycletus statuifica} subaudi statuam facit. per quæ vult intelligere complexam causam esse ex causa per se, & causa per accidens, & effectum complexum similiter. hoc.n. induit eius exemplum. Verum locus considerationis est. deinde cum enumerasset sex modos, tum in causis, tum in causatis, docet nunc oës distinguere per potentiam & actum, vt multiplicentur in duodecim. nam sex ducta in duo producunt duodecim. vnde dicit. {Sed tñ omnes hæ} .f. causæ {multitudine quidem sunt sex, dictæ autem dupliciter} .f. per potentiam, & actũ. & sic resultant duodecim, & enumerat illos sex modos, & dicit. {Aut.n. sicut singulare} .i. sicuti proxima causa, {aut sicut genus} .i. aut sicut remota causa, hæc est prima diuisio, & duo modi: {aut sicut sui accidens} subaudi aut sicut per se, hæc est secunda diuisio, & duo alij modi. & subaudi causæ per accidens {aut} est {sicut accidentis genus,} aut subaudi sicut proxima causa per accidens, tunc addit tertiam diuisionem, & dicit. {aut sicut complexæ hæ, aut sicut simpliciter dictę.} quare sunt sex modi, & tres diuisiones, qm aliæ sunt per se, aliæ per accidens, aliæ proximæ, aliæ remotæ, aliæ simplices, aliæ complexæ. Deinde docet distinguere per potentiam, & actum, vt ducat illos sex in duodecim, & dicit, {Omnes tamen actu operantes, aut potentia} scilicet operantes {sunt} quare erunt duodecim.

Modi causarũ ad duodecim rediguntur.

DILVCI. *Hæc tamen omnia multitudine sunt sex. dupliciter autem dicuntur. Nam aut ut singulare, aut ut genus, aut ut accidens, aut ut genus accidentis, aut ut complexa hæc, aut ut simpliciter dicta omnia uero, aut actu, aut potentia.*

Modi causarum vt dicit Themist. sunt sex. particulare & vniuersale, per se & per accidens, quorum sunt & vniuersalia & particularia, complexum & incomplexum. hi sex modi diuisi per duo videlicet actum & potestatem sunt duodecim. nam sex ducta in duo, aut è contra reddunt numero duodecim. Animaduerte q secunda diuisio debet sic intelligi, aut vt accidens & supple per se, quorum aliqua sunt vt particularia, alia vt genus, sic enim est exponendum, nisi fit in verbis diminutio.

DILVCI. *Inter sunt uero intantum, q operantes & singulares, & ea quorum sunt causæ, simul sunt & non sunt. Vt qui medetur cum eo quod sanatur, & qui ædificat cum eo quod ædificatur. Sed quæ sunt potestate, non semper. Corrumpuntur enim non simul domus & ædificator.*

ANT. *Differunt autem intantum, q operantes quidem & singulares simul sunt, & non sunt, & quorum sunt causæ. sicut hic Medicus cum hoc, qui fit sanus & hic ædificator, cum ædificato. Quæ autem sunt secundum potentiam, non semper. corrumpitur enim non simul domus, & ædificator.*

Differentia est hæc, q causa in actu & singularis est simul cum effectu in actu. Adiecit & singularis, quia de A vniuersali non est verum. Potest.n. remanere cã vniuersalis, vt ędificans, licet non remaneat hoc vel illud ędificatum. causa verò in potentia, & si de contingenti nonnunq corrumpi potest cum effectu, tamen potest remanere interdum ipsa effectu corrupto, interdum contra effectus ipsa corrupta.

SEd dubitant quo modo causa in actu, & effectus in actu simul sint. Rñdent expositores esse intelligẽdum quo ad fieri. hoc modo, q si effectus actu fit, cã agens actu facit, & si cã actu facit, necessario effectus actu fit. non autem quo ad potentiam. causa.n. in potentia & effectus in potentia non simul illo mõ sunt. Sed obiiciunt huic, primo tunc ædificatore ædificante, domus necessario fieret. Probatur. nam ædificante agente fundamenta, fundamenta necessario actu fiũt. Factio fundamentorum est cã in actu factionis parie- B tum, hæc est causa tecti, hæc verò causa est actu ipsius domus igitur domus necessario fieret ædificatore ædificante. Secundo, relatiua simul sunt & non sunt: sed causa in potentia & effectus in potentia sunt relatiua: igitur simul sunt & non sunt. & ita non tñ causæ actu & effectus actu. Dici potest, q aliquid est absolute cõtingens, quod ex conditione est necessarium. vt fundamentum fieri est absolute contingens, sed posito ædificante in actu est necessarium: tunc dico, q posita cã in actu & applicata effectui, necessario effectus est quo ad fieri, non quidem necessitate simpliciter, sed ex suppositione. Modo dico, q posito ædificante in actu ponitur aliquid domus in actu fieri, & per consequens domus, non tñ sequitur necessario domum fore, quia generatio fundamentorum non est causa in actu generationis parietum, sed effectus medius, oïa.n. sunt C ab ædificante. Vbi tñ est vna causa prima in actu, è qua fieret secunda causa in actu alterius effectus, è qua rursus alia alterius. Diceremus oia necessario venire posita prima in actu, non necessitate simpliciter, sed suppositione. Modo, in nullis est ita, aut in valde paucis. licet.n. causa prima sit actu causa secundæ, non tñ est causa actionis secundæ, qua ipsa agit in tertiam. Potest.n. prima agere secundam, & illa secunda fieri, nõq; applicari tertiæ. & in hoc sunt decepti. nam erit causa factionis passiuæ, non autem actionis illius actiuæ in aliud. Ad secundum, relatiua sunt simul & non sunt, quæ referuntur inuicem relatione actuali, quæ verò relatione aptitudinali, non oportet.

Dubitatio. An causa in actu, non autẽ in potentia simul sit & nõ sit cum suo effectu.

Solutio.

RECOGNITIONES.

CVm distinxisset sex hos modos per potentiam & actum, differentiam eorum, quæ potẽtia sunt, & quæ actu, explicat, & dicit. {Differunt autem D intantum q operantes quidẽ & singulares simul sunt, & non sunt, & quorum sunt causæ.} & cum dixisset {operantes} addidit, {& singulares,} non tanq alia sint ab iis, vt Simpli. inquit, quæ sunt actu, sed qm operantia singularia ipsa sunt. Hæc.n. agunt & patiuntur, non horum species & genera, nihil.n. tale cõe per se substat. Philop. verò per singulares proximas causas intelligit. nam causæ operantes, quæ proximæ sunt, simul sunt, & nõ sunt cum iis, quorum sunt causæ. Dicit autem Simpl. Arist. intelligere per causas potentia, causas quæ opponuntur agentibus, talia autem sunt, quę non agunt. non agunt verò vel ea, quæ agere possunt, vel quæ ab opere quieuere. quare per effectum potentia non de eo intelligit, quod fieri potest, non.n. fieri possunt, quæ iam sunt. talis est qui ædificauit ædificator, & domus

Causarum in potentia & in actu dyscrimẽ.

& domus ædificata. Verum de iis in dilucidario.5.disputa.3.satis diximus.

DILVCI. *Oportet autem semper causam quærere summam, quemadmodum & in alus ut homo ædificat, quia est ædificator, ac ædificator est per artem ædificandi Hæc igitur est prior causa, & in cunctis similiter.*

ANT. *Oportet autem semper causam uniuscuiusq; summam quærere, sicut & in aliis: ut homo ædificat, quoniam ædificator est, ædificator autem est secundum ædificatiuam. Amplius autem aliæ quidem genera sunt generum. aliæ autem singulares singularium, ut statuæ quidem statuifica. hic autem huiusmodi: & potentia quidem possibilium, operantes autem ad operata. Quot igitur causæ, & quo modo causæ sunt, nobis determinatum sit sufficienter.*

Hactenus genera causarum, species, & modales differentias exposuit, nunc, docet regulam, quam debemus obseruare in sciendo res, & effectus naturales. res.n.naturales habent plures causas diuersas sm genus, in eodem genere causæ etiam plures. Docet nunc regulam sciendi res ipsas uaturales, qñ in eodem genere causæ habent plures causas. & ait. Illarum plurium causarum in eodem genere ad sciendum rem, esse perquirendam eam causam, quæ est summa. Dr autem summa apud Themistium ea quę princeps est, & proxima, quæq; est terminus quęstionis propter quid res est. Vnde inquit Arist. & continuetur sic, licet alicuius rei naturalis plures sint causæ eiusdē generis, tamen oportet semper causam quærere summam, quemadmodum & in aliis, hoc est artificialibus. vt homo ædificat, quia est ædificator, ac ædificator est per artem ædificandi. Hæc igitur est prior causa, & vt diximus in artificialibus, & in cunctis naturalibus similiter est dicendum. G Ignis.n.calefacit quia calidus, est verò calidus, quia habet caliditatem, habens caliditatem est summa causa.

Declaratio quid sit causa summa. Animaduersione dignum causam summam dici propter tres conditiones. Prima, vt non sit per accidens. nihil.n.est summum & præcipuum alicuius quod est per accidens illius, non.n.ædificat ædificator, quia albus aut musicus. Secunda, vt non sit causa cōis pluribus effectibus diuersarū specierum. ædificator.n.ædificat propterea quia habet artem ædificatoriam, non autem habet hanc artem, quia habet artem factiuam, quæ est genus ad artem ædificatoriam: propterea nec ædificator ipse ædificat, quia habet artem factiuam, est.n.nimis causa cōis. Propterea ait Themist. ꝙ causa summa est ea, quæ est proxima, & propria, ac tm̄ illi effectui propria, & non cōis pluribus. Tertia vt non tm̄ sit causa effectus, sed omnium causarum eiusdem effectus. veluti ædificatoria, quæ non tantum est causa domus, sed etiā quare ædificator est ædificator. Est.n. ædificator pro tanto, quia habet artem ędificandi. Summa igitur causa erit illa, quæ nec per accidēs, nec communiter, sed proxime est causa effectus, & cæterarum causarum concurrentium ad effectum.

RECOGNITIONES.

CVm assignasset genera causarum, & cuiusq; generis modos, siue drias, nunc assignat tria præcepta iis, qui quærunt scientiam rerum naturalium. cū.n. scire non sit nisi per causam, ideo qui quærunt scientiam rerum naturalium, primo quærere debent causam potissimum eius rei, cuius sciētiam quærunt. Secundo vñum effectuum summam causam inter vniuersales, particularium etiam summam inter E particulares. Tertio effectuum possibilium summam causam inter possibiles. effectuum verò, qui actu sunt, summam causam earum, quæ illius causæ actu sunt. Sed quid sit summa causa siue potissima, quā alij (vt Simp. inquit) contentiuam appellant. quærentes.n. propter quid homo ædificat, respōdemus, qm̄ ædificator. propter quid verò ædificator sit, qm̄ est sm ædificatoriam artem, & in hanc desinit sciscitatio propter quid. propterea causam hanc summam.i. supremam appellant, qm̄ cum ad hanc ascendimus quiescimus. potissima.n. & princeps cā ædificanonis ædificatoria ars est. Vnde in libris de partibus animalium dicit causas effectuum naturalium reduci, aut in necessitatem materiæ, aut in suppositionem finis. necessitas materiæ est propter quid homo erectus incedit, propterea quia calor & spiritus multi corpus ad cœlum attollunt, hæc causa ex F necessitate materiæ est. si autem dicatur, vt cœlum, & sydera homo contempletur, hæc causa ex suppositione finis est. quare vtraq; summa ac suprema est, qm̄ in vtraq; quiescimus. est enim suprema, quoniam in quocunque genere causæ ad aliquam ascendimus, in qua quiescimus, illa est suprema. Hactenus de recognitionibus Secundi libri.

Præterea generum quidem genera, singularium uero singularia oportet quærere, ceu statuificam quidem statuæ, hanc autem huius.

Sunt qui contra Platonem hoc præceptum afferre sentiunt, vt Auer. ait. nam Plato posuit ideas vniuersalesq; causas esse particularium. Contra hanc obiicit Arist. Rectius cum Themistio dicendum Aristotelem referre hoc ad scientiam rerum naturalium. Dixit.n. vniuscuiusq; esse perquirendam causam particularem & propriam, quis opponere potest illud fieri non posse in vniuersalibus effectibus. Cui respondens tale affert præceptum.i.d. præterea generum, hoc est generalium effectorum genera, hoc est generales causæ sunt perquirendæ in scientiam illorum, singularium verò singularia. Verum in talibus semper summa perquiri debet, videlicet ea, quæ inter vniuersales est magis propria effectui vniuersali, & inter particulares, quæ similiter est summa particularium. verbi causa, propter quid ædificat hic homo, quia est hic ędificator. propter quid hic ædificator est, quia habet hanc ædificandi artem. Similiter & in vniuersalibus fieri potest, vt diximus. Et hæc expositio potest esse etiam contra Platonem, qui rerum singularium haberi per cognitionem idearum posuit, quæ non sunt particulares, sed vniuersales causæ.

H *Et potentia quidem causas, effectuum potentia, actu autem, effectuum actu. Quot quidem igitur sunt causæ, & quomodo causæ, satis sit à nobis determinatum.*

Tertium præceptum est ad scientiam rerum naturalium etiam referendum. Vult.n.ꝙ effectorum potestate, reddendæ sunt causæ potestate, & effectorum in actu, causæ in actu constituendę, atq; assignandæ. verbi causa, propter quid homo potest ædificare. quia potest esse ædificator, aut est ædificator, potest verò esse ædificator, aut est ędificator, quia potest habere artem ædificandi, aut habet artem ædificatiuam. Sed si diceremus propter quid homo actu ædificat, & responderemus, quia est ædificator, aut potest esse ædificator non esset bona responsio, quia quæstio erat de effectu in actu, solutio de causa in potentia. Est autem etiam cā summa in his perquirenda, vt in effectibus potentia

summa

summa causarum potentia: in actu summa causarum A in actu. Hæc igitur tria præcepta ad scientiam siue inuentioni, siue doctrinæ faciunt. deinde epilogat, & sermo eius patet. Hæc de causis tradit Aristo.

Ea quæ Auer. dixit vsq; coment. 39. ex textus declaratione patent, suntq; perspicua seipsis.

Tex. 39. De casu et fortuna. *Cum & fortunam & casus de numero causarum dicantur: insuper multa sint & fiant fortuna & casu. Considerandum igitur erit, quomodo in his causis sint fortuna & casus. & utrum idem sint fortuna & casus. an diuersa. atque omnino quidnam sit fortuna & casus.*

Duplici ratione q̧ de casu & fortuna sit agendum persuadet. Primo, quia enumerari solent inter causas: immo vt dicemus inter primas & diuinas causas. Secundo, quia multa in natura ē casu & fortuna proficisci nemo dubitat. Propterea tria proponit de ipsis. primum, sub quo nam genere causæ duo illa genera collocentur. Secundum, sit ne casus & fortuna idem, an res causæq; diuersæ, Tertium, aggrediendum est, quid vtrunque sit.

Ad agendum de de casu & fortuna. Sunt qui dubitant casum & fortunam non esse perquirenda, quia sunt per accidens, quorum nulla est doctrina. Quicquid velint recentiores, dici potest, q̧ non perquiruntur vt rationes sciendi, atq; media in demóstrationibus naturalibus, sed tanquam scibilia, quorum capi potest doctrina & scientia per multa prædicata per se & necessaria, vt videbitur. Sunt quoq; qui volunt caput istud Aristot. esse inscribendum de fato, quod stare non potest, quia cum fatum enumeretur inter causas diuinas, in Metaphysica esset potius perquirendum. Amplius Aristo. vocat tycen, hoc est fortunam, casum vero appellat automaton, nihilq; fati meminit. igitur non de fato, sed de casu & fortuna est agendum.

Non agitur in hac parte de fato, cum inter diuina annumeretur.

Tex. 40. *Quidam enim & si sint necne dubitant. Nihil enim è fortuna fieri dicunt: sed omnium causam esse quandam determinatam, quæ fieri à casu aut fortuna dicimus. Vt profectionis à fortuna in forum, inuentionisq; eius quem uolebat quidem, non putabat autem inuenire causam hoc aiunt esse illum, qui ad emendum aliquid profectus est. Similiter & in cæteris, quæ à fortuna prouenire dicuntur, semper causam quandam est sumere, sed non fortunam.*

Vt Themistius ait in tractando illa tria de casu & fortuna, prius Arist. perquirit quæstionem eam quę in vnoquoq; negocio cognoscendo maxime debet esse princeps & caput, sit ne in rei natura casus vllus aut fortuna? an inania potius vocabula temere circunferantur. Et q̧ non sit casus vel fortuna arguit sic. si casus & fortuna essent maximæ essent causæ inuentionis amici apud forum, quem non præconceperunt: sed huius inuentionis causa non est casus vel fortuna, sed profectio in forum emendi vel negociandi causa facta: igitur casus & fortuna non sunt. Et simili ratione in aliis dici potest, quorum causam afferimus casum vel fortunam. Semper enim reddi potest causa aliqua definita determinataq;.

Syllogismus Auer. Auer. format rationem sic. si casus est, casus est cā: sed casus non est causa: igitur non est. Quòd non sit causa probatur. Omnis causa est determinata atq; definita: nullus casus vel fortuna est determinatus vel definitus: igitur casus & fortuna non sunt causæ. Hæc est bona ratio, sed textui accommodari non potest.

Quòd si ipsa fortuna sit aliquid, absurdum utiq; sanè uidebitur, & dubitabit non iniuria quispiam, cur nam sapientum antiquorum nemo generationis & corruptionis causas dicens, de fortuna aliquid determinauerit: sed ut uidetur, nec illi è fortuna esse aliquid arbitrabantur.

Ratio à diminutione sapientum. Secundo arguit. Si fortuna est aliquid in rerum natura existens, videtur absurdū & dubitabile, cur sapientum nemo de rerum naturalium causis pertractans, de casu & fortuna pertractauerit. huius autem causa esse non potuit alia, nisi quia eis videbatur, casum & fortunam nihil esse.

Tex. 41. *Verum & admirabile. i. Multa. n. sunt & fiunt à fortuna atq; casu, quorum unumquodq; & si non ignorent reduci posse ad aliquam causam rerum quæ fiunt, quemadmodum antiquus sermo dixit, qui fortunam enecat, omnes tamen illorum aliqua quidem à fortuna, Alia autem non à fortuna* B *esse profitentur.*

Themistio videtur Aristotel. ducere argumenta in contrarium, Expositori verò q̧ positionem illam cófutet arguendo contra illam. Ego verò credo Arist. respondere per ordinem ad rationes. Fuit. n. prima ratio. quilibet effectus habet causā determinatam. igitur nullus est à casu vel fortuna. Rńdet Philosophus negando consequentiam. nam ipsi concedunt antecedens videlicet q̧ omnis effectus habeat causam determinatam: & tñ concedunt etiam eorum quę fiunt nonnulla fieri & esse casu vel fortuna, nonnulla nec casu nec fortuna. & ita consequentia nulla est. inquit. Verum & admirabile est id quod dixerunt in prima ratione. nam multa sunt & fiūt à fortuna atq; casu, quorum vnūquodq; & sic supple, tu in græco, non ignorent, immo sciant reduci posse ad aliquam cām rerum quæ fiunt, quemadmodum antiquos sermo, quæ fuit prima non dixit, C qui fortunam enecat: tñ omnes illi aliqua eorum quæ fiunt aiunt esse à fortuna, aliqua verò nequaquā. & sic consequentia non valet apud eos. Sed ambiges primo quare omnis causa per accidens debet reduci ad per se. Secunda, dato q̧ omnis causa per accidens reducatur ad per se, quo modo potest saluari effectus casualis vel fortuitus. Ad primam respondet nouus expositor causam per accidens reduci ad causam per se, qm̄ omne per accidens est per aliud: & quia non proceditur in infinitum in causis, quarum vna est per aliā. propterea oportet deuenire ad vnum per se & primū. Sed ista ratio non valet, quia dicerem vnam causam per accidens reduci ad aliam per accidens, & illam adhuc in aliam, & sic in infinitum: quia in his quæ fiunt per accidens non est inconueniens proficisci in infinitum. Propterea ratio huius habebitur demonstra- D tiua. in. 8. nunc verò dici potest causam per accidens esse defectum & priuationem: omnis autem defectus & priuatio reducuntur in habitum & rectitudinem. habitus autem & rectitudo esse non potest nisi per se, qua re causa per accidens reducitur ad per se causam. Secundo, quia accidentia non sunt in accidentibus per se, sed in substantiis. Igitur causa per accidens non potest reduci nisi ad causam per se. Sed de hoc videbimus in. 7. & 8. vbi processus in infinitum destruemus. Ad secūdam dici potest, q̧ vnam et cā esse potest duorum effectorum, vnius quidem per se, alterius verò per accidens, vnius ex intentione alterius præter intentionem. Quare non tollentur fortuna & casus, licet effectus fortuitus fit à causa per se: nam illa causa est effectus fortuiti causa præter intentionem, & per accidēs.

Dubitationes. An omnis causa per accidens reducantur ad per se.

Quælibet causa per accidēs est defectus ac priuatio reducibilis ad habitum & rectitudinem.

Quam-

Quamobrem & mentio aliquo modo illius ab eis agenda. E

Respondet, vt mihi videtur ad secundam, ꝙ quãq; de casu & fortuna nihil dixerint, tamẽ non valet, igitur hæc sunt prætereunda: tunc.n. valeret, qñ nihil dixissent, atq; nec competebat dicere. modo, etsi isti nihil dixerint, competebant tñ de his scribere, & propterea potius est illorum accusatio quàm auctoritas.

Quòd si illorum nullum, uidelicet ut amicitiam, aut odium, aut ignem, aut mentem, aut aliquod aliud id genus fortunam esse arbitrabantur, absurdum utiq; erat, siue non esse putabant, siue esse putabant, eam omittere. Præterea ea nonnunquã utebantur, quemadmodum Empedocles non semper aerem supra dicens segregari, sed ut fortasse fortuna Dicit.n. in mundi factura sic tunc currenti huic fortuito contingit: sæpe autem modo alio. Partes quoque animalium plurimas ortas fortuna ait.

Conueniebat vtentes casu et fortuna siue essent, siue non, de eis meminisse. Quod verò competebat de his dicere, probat primo. quia aut illa sunt aliqua causarum, quas ponunt, vel non. Si non sunt aliqua causarum, tractanda erant negatiue, quòd non erant inter causas enumeranda: si erant causæ, non erant prætereunda. Secundo, ipsi vtebantur illius nonnunquam, vt Empedocles bis: semel in mundi factura, semel in generatione partium animalium: igitur non debebant ab eis prætermitti. Hæc contra positionem primam.

Tex. 44. *Sunt etiam qui & cœli huius, mundanorumq; omnium casum esse causam afferunt. nam à casu conuersionem & motionem fieri dicunt: quæ distinxit, & hunc in ordinem redegit uniuersum.*

Secunda positio casum nimis extollit. ait.n. cœli & mundanorum omnium casum esse causam. Moti ad hanc positionem, quia conuersionem cœli & motionem omnem à casu esse profitentur. quæ conuersio distinxit, & in hunc ordinem vniuersum redegit, & ita cœlestia omnia & mundana casu & fortuna proficisci contendunt.

Auerrois. Auerro. autem credidit Aristo. primo narrare positionem. 2. eam confutasse. Positio est, cœlum & cœlestes motus casu esse. Confutatio verò erit, ꝙ tunc causę omnes & omnia mundana erunt casu, vtens hac regula, procedens ex aliquò quod ex casu profectum est, casu est, at cum causæ omnes mundi, & omnes res proficiscantur à cœlestibus motibus, qui casu proficiscuntur: omnes causæ atq; res omnes è casu erunt. Regula Auer. videlicet proficiscens ab aliquo quod est à casu, ipsum est à casu, non est vniuersalis, omnia enim quæ ex thesauri inuentione proficiscerentur, è casu essent. Sed est intelligenda de eis quæ proficiscuntur ab illis tanquam à causis præcipuis, & non tanquam instrumentariis: è thesauri inuentione proficiscuntur, emptiones, pompæ, & conuiuia, & id genus, veluti ab instrumentaria causa. Hæc enim è voluntate exoriuntur principaliter: & propterea quæ recentiores aiunt, non sunt digna recitatione.

Tex. 45. *Hoc etiam ipsum admiratione non parua dignum est. Cur animalia quidem & plantas, neq; esse, neq; fieri à fortuna dicant, sed aut naturam aut mentem, aut aliud quoddam id genus causam esse ipsorum uelint. (non enim ex cuiusq; semine quoduis proficiscitur, sed ex tali quidem olea, ex tali uero homo) cœlum uerò & diuinißima sensibilium è casu orta fuisse, nullamq; ipsorum talem causam esse qualem animalium & plantarum dicentes.*

Velle videtur Auer. ꝙ hoc sit fm impossibile contra positionem secundam, quod certe literæ non consonat. Melius igitur est dicendum ꝙ Aristote. incipit nunc contradicere positioni secundæ. Et primo sumit positionem non esse absq; admiratione, immo habere admirationem & causam admirationis. Causa admirationis est, cur non dicant animalia à fortuna proficisci, addentes illorum vnũquodq; ex proprio semine exortum esse, vt oleam ex suo, hominem etiam ex suo, cœlum verò & diuinissima sensibiliũ, vt stellas casu exorta fuisse, & per nullam causam determinatam, vt dixerunt in animalibus. Auer. verò in commento præsentis textus admirationis causam affert, quia cœlum & stellæ sunt causæ animalium, stirpium, & plantarum, sunt etiam largientia ordinem & regulam omnibus his. Quare admiratione est dignum, cur effectus po-

F nant à casu, & causas illorum ponant casu exortas esse. Vbi enim causæ ponuntur casu, carebunt ordine, vbi caruerint ordine, non poterunt esse causæ ordinis aliorum.

Atq; hoc ipsum si ita sese habet, consideratione est dignũ, beneq; sese habet aliquid de hoc ipso pertractare. Ad id enim quod dicitur & alio modo absurdum sequens esse uidetur. adhuc absurdius erit hæc dicere ipsos, in cœlo quidem nihil è casu fieri. In his autem in quibus fortunam negant, multa ab ipsa fortuna fieri uidentes, quod tamẽ contra fieri conueniens erat. Tex. 46.

Deficiens & admirans primo Meta. causam quærit. cum Aristo. declarauerit positionem illam esse admiratione dignam, quasi concludit positionem eam esse dignam perscrutatione. Addit causam. & inquit. Ad id.n. quod dicitur per eos in illa positione, videtur sequi inconueniens alio modo. quod inconueniens, vt

G Auer. supplet, est destruere primum principium, & tollere Deum. Cum.n. illa positio tollat ordinem in cœlo, tollit prouidentiam, & ita Deum. Addit aliud absurdius, & inquit. Adhuc absurdius erit hæc dicere ipsos: nam vident in cœlo nihil casu fieri, si habent oculos. In his verò in quibus fortunam negent, multa ab ipsa fortuna, si non sunt cæci, fieri vident. & ita contra fieri erat conuenientius q̃ vt dixerunt. Absurda itaq; sunt duo, tum quia negant prouidentiam & Deum, tollentes ordinem in cœlestibus, tum quia contradicunt sensibus, cum nihil in cœlo casu fieri videant: multa verò in his in quibus casum negant.

Quærunt primo vtrum in cœlestibus sit aliquid à casu siue à fortuna. & videtur ꝙ sic. Primo, quia multa sunt præter intentionem motorum, vt coniunctiones planetarum, configurationes, eclipses, & id genus: igi- *Prima q. An in cœlestibus à casu & fortuna sit aliquid.*

H tur à casu siue fortuna. Dici potest, ꝙ casu & fortuna id esse dicitur, quod est raro respectu suarum causarum, & præter intentionem primariam & secundariam illarum. Tunc patet solutio. coniunctiones, eclipses, & id genus sunt, vt semper positis suis causis, & nõ possunt impediri. Sunt quoq; non præter intentionem saltem secundariam, qua motores cœlestes gubernant nos. ideo nec casu nec fortuna sunt. Consequenter quærunt vtrum cœlum sit causa eorum quæ nobis casu & fortuna contingunt. Respondẽt quidam, ꝙ est vnum, in quo est ordo omnium eorum quæ sunt, & fiunt, quod vocatur causa prima. Ab illo ordine, qui est in potentia deriuatur ordo alius, qui continetur in secũdis causis. Primus ordo in prima causa collocatus prouidentia dicitur. Secundus verò qui in secundis continetur causis fatum nuncupatur, vt Boet. author est libro *Scda q̃o de fato. Responsio.*

bro secundo de consolatione. Tunc dicunt, quod sicut nihil est vel fit non contentum in prouidentia, sic nihil est vel fit, quod nõ collocetur in fato, siquidem fatum sit ordo secundus deriuatus à primo illi æqualis, Quo sequitur vt euenta nostra, & casus & fortunæ omnia è fato prouidentiaq; exoriantur. Nec valet. tunc igitur nihil casu est, cum vnumquodq; è causa proficiscatur determinata, nam vt dixit Aristo. respectu fati fortasse est per se, respectu mei vel tui est præter intentionem, & ita casu vel fortuna. Potest. n. idem casu esse respectu mei vel tui, & prouisum siue intentum à fato. Hæc positio longum requirit tractatum, & diximus de ipsa in libro Destruct. Destructionum, & in libro de Interpretatione. Nunc verò est sciendum omnia contineri in fato, posse dupliciter intelligi, vno modo particulariter & determinate, quo modo dicunt Astronomi, mala morte mori eum qui in genitura habuit ipsa luminaria in angulis à maleficis male affecta. & in aliis similiter. Et hoc modo ait Hermes, nullum est granum arenarum in mare, quin proprium obtineat signum, suscitans ad incrementum sui. Qua ratione volunt nonnulli Astronomi tot esse particularia fata, quot sunt rerum naturalia, è quibus vitam & omnes actiones, & omnia in via contingentia esse aiunt: vocantes particulare fatum certam & statutam stellarum constitutionem, quæ in genitura cuiusq; colligitur. Alio modo intelligi potest omnia contineri in fato generatim, & sub quadam cõi ratione, quo modo equus in aïali continetur, & in Sole ipso. Qua ratione dicimus stellas & motus stellarum esse causas eorum, quæ sunt & fiunt vna cum causis particularibus, non quatenus sic vel sic constitutæ, sed vt stellæ agentes generatim lumine & motu: qua ratione fit vt ordo vniuersalis, qui in stellis est, vt causæ secundæ agentes lumine & motu vniuersale fatum sit. Ordo verò particularis stellarum, vt sic vel aliter constitutæ sunt, fatum sit particulare, vt dixit Aristo. Tunc dico de mente Ptolomæi & verorum astronomorum. Primo, quod multa particularia potest homo ex prudentia sibi assumere, quorum nullum præcessit fatum particulare. potest. n. mortem ex gladio aufugere ex sua sapientia, quod non continebatur in fato particulari. Potest multa præter intentionem agere, quorum particulare fatum nullum præcessit, vt de abbissatione ciuitatum exponunt, omnes. n. submerguntur, quibus omnibus particulatim submersiones non erant in fato constitutæ, idem de naufragio, peste, & id genus. Dico secundo, quod nihil sibi secundum intentionem vel præter intentionem accidere potest, quin contineatur in fato vniuersali, quemadmodum nihil esse potest quin in prouidentia contineatur diuina. Declarat Arist. istud in libro de bona fortuna. quia omnium, quæ nobis accidunt, siue præter intentionem, siue secundum intentionem, nos causæ sumus: sed nos sumus particulares causæ respectu cœlorum & fati secundarum causarum. igitur nihil nobis accidere potest non contentum sub generali ordine. Tertio dico, quod propter hoc nulla nobis surgit necessitas, quoniam in fato vniuersali sunt actiones contrariæ, quo fit, vt omnis nostra actio, siue sic, siue contraria esse potest cum generali fato. & ita cum nostra contingentia stat fati ratio, non quidem particularis, sed vniuersalis. Hæc colliguntur à Ptolomæo omnium sapiẽtum principe in proœmio Apotelesmatum, & aliquantulum in libro Centum enunciatorum.

Hermes.

Fatum quid apud Astronomos, & quot.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

A Quærunt vtrum cœlum sit nobilibus animalibus terrenis. Ioannes tenet absolute cœlum tam cum intelligentia quam sine illa esse nobilius animalibus. persuadet rem suam, quia Philosophus in textu absolute hoc dicit: vbi nondum patet an ipsa sint, vel ne animata? Sed hæc positio stare non potest: nam vbi auferatur intelligentia è cœlo ipso, auferatur ab eo omnis actio. sed bonum & optimum est in quantum potest agere, Secundo cœli cõm. 3. igitur sublata intelligentia non potest esse melius animalibus, cum vt sic non sit bonum vel optimum. Secundo, quoniam optima operatio vnius est melior optima operatione alterius, illud est absolute melius. vt dicitur in Tertio de anima. Sed optima operatio animalis est melior optima cœli operatione sublata intelligentia: igitur absolute melius. Propterea mihi esse dicendum cœlum præter intelligentia esse B veluti corpus sine anima. corpus autem sine anima, si non succederet alia forma, vt cadaueris, esset purum ens in anima, cui nihil præter conceptionem rñdet. Cœlum igitur sine intelligentia, cum nulla forma intelligatur succedere, habet solum esse in anima, cui nihil corrñdet præter intentionem. propterea illud pro altera parte cœli sumptum nullam nobilitatem dicit: æternitas. n. nec est nobilitas, nec ignobilitas, cum stet cum vtroq;. Hæc de mente Auerrois.

3 quæstio. An cœlum sit nobilius conflu animalibus.

Cœlum secluſa intelligentia habet tantũ eſſe in aïa.

Sunt autem quidam, quibus fortuna quidem causa esse uidetur, obscura tamen humanæ menti. tanquam sit diuinum quoddam atque excellens. Quare & quidnam utrunque sit, fortuna uidelicet & casus, & si idem sint aut diuersa: & quo modo in eas quas determinauimus causas recidant, considerandum erit. Tex. 47.

Tertia positio concedit fortunam esse, dicentes, re-C rum plurimarum fortunam causam esse. quia tñ illius naturam, aut assequi, aut explicare non poterant, eius definitionem attulerunt dicentes, fortunam esse causam quæ supra captum hominis esset. Hoc autem ideo dixerunt, quia videbatur eis fortuna diuina quædam res atq; præexcellens: qua sententia, vt Themist. addit, Plurimi ferè mortalium sunt, qui fortunam colant, vt numen, constituris etiam dicatis priuatim ei rei tanquam deæ templis. Cuius sententiæ poetæ ferè omnes esse videntur, quod narrare longum esset. Animaduersione dignum, quod fortunam esse rem diuinam potest bifariam intelligi. Vno modo, vt sit Deus ipse, ad quem omnes euentus fortuiti reducuntur, tanquam in primam causam ordinantem, quatenus omnia cadũt sub ipsius prouidentia, & hoc modo verum dicũt, sed abutuntur nomine fortunæ, cum fortunæ nomẽ, quæ græ D ce est tyche, non nisi ad inordinata trahatur, Deus est .n. omnium rerum ordo & summa prouidentia. Alio modo, vt sit Dea quędam de per se, cui deseruiant Clotho, Lachesis, & Atropos, tres fatales deæ secundum diuersos modos, vt decantant poetæ. Et hoc homo falsum est & fabulosè dictum: & sic credo eos intelligere. Propterea Aristo. noluit confutare põnem istam, tum vt dicit Auer. quia hęc est irrationabilis, quia nulla est cã naturaliter intellectui ignota, cum sit omnia fieri, vt dicitur Tertio de Anima, tũ etiam, quia determinare illa tria, videlicet quid sint casus, & fortuña, quo differant mõ & in quas cãs reducantur, erit confutatio illius põnis. Rectè igitur Arist. speciatim non vtitur alia approbatione vel improbatione, nisi rei veritatis declaratione.

Fortuna Diuinum quoddam quo sit.

Primum quidem igitur cum uideamus alia quidem semper eodem fieri modo, alia uero plerunq;: patet horum neutri fortunam Tex. 48.

tunam causam dici, neq; id quod à fortuna proficiscitur, aut ex his esse quæ necessario semperq́;, aut ex his quæ plerunque fiunt. Sed cum quædam etiam præter hæc fiant, atque hæc omnes à fortuna proficisci dicant, perspicuum est fortunam atque casum aliquid esse: nam & ea quæ talia sunt à fortuna esse, & ea quæ è fortuna sunt talia esse scimus.

Fortunam & casum esse astruit à signo.

Ad declarandum fortunam esse, & in quibus sit, hũc mundum colligit Arist. rerum, aliæ semper eodem mõ proueniunt, vt ortus syderum, & omnino perẽnia. Alia ferè & plerũq;, vt naturalia, vt ortus hoĩs cum oculis & vno capite. inquit Arist. horum neutri fortunã cãm dici: hoc est, neq; eorum quę proueniunt semper, neq; eorum quæ proueniunt plerunq; & sæpe. Sunt & res quædam quæ proueniunt extra hæc: hoc est, neq; semper, neq; pleruuq;. & hæc omnes volunt à fortuna proficisci. Tunc ex his concludit casum & fortunam aliquid esse, hac videlicet rõne, quia ea, quæ sunt extra semper & frequenter sunt à fortuna, & quæ sunt à fortuua sunt extra semper & plerunq;. Arguit igitur, res extra semper & pleruuq; sunt: fortuna est res vel rerum extra semper & plerunq;. igitur fortuna est. Per hæc itaq; primæ positiouis deliquium patet. Et debes scire ꝙ demoustratio hæc est per effectum, ideo est demonstratio signi, quia conclusit fortunam esse per effectus fortuitos esse, similiter & casum esse similiter.

Commen. 30. Auer.

{Perscrutatur.} istud commentum diuiditur in partem expositiuam, & in digresionem, ibi secunda, Sed ista quæ uon sunt necessaria. prima pars patet: colligun-

Quotuplex casus.

tur tñ nounulla excerpta. Primum, ꝙ casus potest capi pro effectu casuali, vt thesauri inuentio, & pro causa casuali, vt est suffodiens ipse. & qm̃ effectus est notior causa. Aristo. declarando effectus casuales, vult habere declarationem casus. Propterea posuit diuisionem rerum, in quibus casus ipse inuenitur, vt inde proficisca-

Fortuna ex se casus.

tur ad declarationem causæ. Secundo animaduertendum ꝙ Auerro. vbiq; fortunam vocat verbo ex se. & hauc ponitiu rebus naturalibus. casum verò ponit in rõnalibus aĩalibus. hoc autem procedit ex mala trãslatione. Casus. n. est cõe quoddam omnibus, at fortuna soli rationali conuenit ꝑm græcam significationem. de hoc alias. Tertio animaduertendum, ꝙ Auer. vult

Syllogismus litera.

esse syllogismum hypotheticum discõtinuum, à destructione vnius partis super alteram. & componitur sic. casus necessario est aut in his quæ sunt semper, aut in his quæ suut plerũq;, aut in his quæ sunt rarẽter. non est in his quæ sunt semper, neq; in his quæ sunt plerũq;. igitur in his quæ sunt rareuter. minorem declarat per testimonium eorum oĩum qui casum cõcedunt. oẽs. n. hi volunt hęc conuerti, oẽ non necessario, neq; frequẽter est casu. & econtra. oẽ quod est casu est non necessario neq; pletũq;. hãc conuersionẽ oẽs qui casum asseruut, conceduut. Hæc excipi pñt ex parte expositiua.

Digressio Auer.

{Sed ista quæ nõ sunt.} Hæc est digresio quæ multas continet partes. vt patebit legendo illas. Mouet igitur qõnem, ad cuius introductionem primo debes scire, vt ex Themist. excipitur, ꝙ rerum aliæ semper eodem modo proueniunt, vt perẽnia. vt orius syderum, conuersiones stellarum, & id genus, & hæc dicuntur necessaria. Aliæ sæpe atq; pletũq;, vt naturalia, veluti ꝙ homo exoriatur bipes, equus quadrupes, & id genus, & hæc dicuntur contingentia vt iu pluribus, à nõnullis verò coutiugentia uata, eo quia sunt nata magis euenire q̃ non euenire. tendunt. n. magis ad esse quã ad

E non esse. nonnullæ dicuntur euenire rarenter, vt monstra, veluti ꝙ homo biceps exoriatur, equus tripes. & id genus, quæq; raro contingentia dicuntur, eo quia magis sunt apta non esse quã esse. Sunt quoq; res quæ æqualiter sunt aptæ euenire & non euenire, vt moueri vel quiescere in hoĩe, & id genus, quæ contingentia æqualiter & infinita, siue indeterminata dicuntur. Vlterius debes scire, ꝙ ab Aristo. nihil plus habetur, nisi ꝙ casus & fortuna in his uon sunt, quæ aut semper aut plerunq; contingunt, sed in his quæ sunt extra semper & plerũq;. Hinc mouetur qõ, vtrum casus inueniatur in vtraq; specie contingentis videlicet æquali & raro, cum ambæ hæ species sint extra semper & frequenter. Hæc est qõ & quæstionis introductio. {Sed si extimauerimus.} Ad partem affirmatiuam arguit probãdo, ꝙ est in vtroq; genere. Nam Arist. vsus est syllogismo

Quæstio. An quæ casu veniunt, sint contingentia raro, vel æqualiter contingentia.

Argumentum pro qõne.

F hypothetico discontinuo à destructione duarum partium supra tertiam, hoc modo casus non est in his quæ sunt semper, neq; in his quæ plerunq;. igitur in his quæ sunt extra semper & plerunq;, sed tam contingens æquale quàm contingens raro sunt extra semper & frequenter. igitur casus est in his vtrisq;.

Prima ꝑ.

{Sed posteriores.} Narrat responsionem expositorũ, & præsertim Themistij, qui voluit ꝙ casus & fortuna sint in his quæ rarenter fiunt, non autem in his quæ aut plerunq; aut semper sunt & videntur fieri.

Argumentum positionis.

{Et narrauit.} Narrat motiuum expositorum, qđ non expresit Themist. & est ab vna singulari negatiua ad vniuersalem, ita, in ambulatione & quiete non accidit casus, quæ sunt contingentia æqualia: igitur in contingentibus æqualibus non inuenitur casus. Quòd autem hæc sint contingentia æqualia, patet cum attri-

G buuntur potentiæ actiuæ. in his vero non esse. casum perspicuum est per se. Enthymema istud est ab vna singulari ad vniuersalem.

Respõ ad argumentum. Opi. Auic.

{Auicenna autem.} Rñdet huic Auicenna & dicit primo fieri posse, vt vnum & idem respectu vnius sit necessarium, respectu verò alterius sit casuale & contingens raro, cuius exemplum non inuenit. Dicit secũdo, aliquod esse contingens plerunq; respectu vnius, contingens raro respectu alterius. Cuius rei expositio est, vt Auer. ait, quia ambulatio comparata ad potentiam motiuam existentem in membris, est contingens æquale, & cum sit præter intentum illius, est casuale. at comparata appetitui, quo membra concitantur ad motum, vt ad voluntatem in hominibus, & ad appetitum sensilem in beluis, est quoddam per se & nou casuale. Ex his potest haberi solutio ad formam: nam habetur

H ꝙ antecedens sit falsum. uam ambulatio est res casualis respectu potentiæ motiuæ, quæ tñ est per se respectu voluntatis, & ita assumptum est omnino falsum. Hoc modo Auer. exponit Auicennam, quam expositionẽ confutabit. {Sed si hoc.} Refellit nunc oĩa dicta

Confutatio positionis Aui.

Auic. Et primo ꝙ non est bene dictum idem esse necessarium respectu vnius, & contingens respectu alterius. Et facit enthymema tale, si ita est, tunc illud nec est necessarium naturaliter, neq; contingens naturaliter, siue raro, siue æquale. Hæc consequentia deducitur per dictum Auer. 2. cœli. cõ. 9. vbi vult ꝙ illud quod

Non potest esse aliquid contingens & necessarium.

est varium respectu diuersorum est relatiuum, vt Soc. est pater & filius, sed respectu diuersorum. at cum necessarium & contingens non siut relatiua, rationabiliter sequitur, vt illud uec sit necessarium, quia tunc non esset contingens, nec sit absolute contingens, quia

non

non esset necessarium. igitur nihil horum esset contra Arist. Primo cœli. Aut potest deduci per ea quæ diximus olim, disputatione tertia, libri destruc. destructio. Vbi debes scire, ꝙ contingens est per aliud, vt propter materiam & contrarium, at necessarium est per se vt per carentiam materiæ & contrarij. Tunc arguo, si aliquid est necessarium & contingens, igitur nec hoc nec illud. Probatur: quia vbi necessarium sit, carebit materia & contrario, vbi contingens, includet materiam & contrarium. hæc sunt incompossibilia, igitur non potest aliquid esse necessarium & contingens, nec absolute, nec in respectu. {Et manifestum.} Secundo ostẽdit ꝙ non potest esse aliquod contingens æquale respectu potentiæ motiuæ. & arguit enthymematice sic, Si comestio cum socio fit à casu respectu potentiæ actiuæ. quia contingens æquale, & respectu appetitus fit per se & sine casu, hoc est, si aliquod potest esse contingens æquale producibile ab aliquo agente, tunc nũquam fieret. Deduco, quia vel fieret, stante indifferentia, vel facta determinatione per additionem agentis contrahentis. non fit stante indifferentia, igitur per additionem causæ determinatis. Si per additionem causæ talis, tunc hæc causa addita aut agit plerũq;, vel raro. si plerunq;, igitur effectus proficiscitur ab agente plerunq;. si rarenter, igitur ab agente raro, & qũocũq; non erit contingens æquale.

Quæ casu fiũt, nõ fiũt in æqualiter contingẽtibus, cum ea tãtum ad materiam primã referantur, sed solum in raro cõtingentibus.

{Cum igitur actio.} Secundo arguit sic, cum actio prouenit ab aliqua causa per se & primo. necessario aut est in maiori parte, aut in minori, aut æquale. non potest esse contingens æquale, qm̃ oẽ contingens æquale est respectu materiæ, & non respectu formæ. igitur aut in minori, aut in maiori parte, non in maiori parte, quia in his quæ plerũq; fiunt, nihil fit casu. igitur omnis actio fortuita, siue casualis est in minori parte. & ita casus non potest esse in contingenti æquali.

{Neq; etiam Arist.} Tunc respondet ad motiuum factum in principio qõnis. ꝙ Arist. non est diminutus dicendo casum esse in his quæ fiunt rarenter. nam casus non est nisi respectu agentis. reducitur. n. ad agens, vt dicemus, est. n. natura errans. Modo, cum oẽ agens agat, aut semper, aut plerũq;, aut rarenter, nullumq́; sit quod agat contingenter æqualiter. cum hoc conueniat materia primæ ad quam non reducitur casus, rõnabiliter oĩs casus est in his quæ fiunt raro. & Arist. pretermisit contingens æquale, cum illud non posit esse ab agente, sed a materia ad quam nec casus nec fortuna reducuntur. Et hæc est expositio Themistij.

Respõsio ad argumẽtũ p Aui.

{Et debes scire.} Tertio confutat Auicennam, quo ad differentiam, quam dedit inter necessario agens & contingens. voluit. n. necessarium esse illud, quod non habet impedimentum penitus. contingens vero plerunq;, quod habet impedimentum raro. qua ratione ipse hæc extrinseco. differre putat. vt patet.

{Secundum. n. hoc.} Contra arguit, qm̃ tunc omnia essent necessaria, hoc est tam contingens plerũq; quàm necessarium. declaratur, qm̃ necessarium sua natura ex quo non habet impedimentum, est necessarium contingens ex quo impedimentum est ab extrinseco & nõ suapte natura erit intrinsece necessarium. Vel sic. oĩs differentia est ab extrinsecis vel ab intrinsecis. si ab extrinsecis, & nullo modo ab intrinsecis, igitur erunt naturaliter conuenientia, & sic ambo essent necessaria, si ab intrinsecis, habetur propositum.

{Immo cõtingens.} Rñdet igitur aliter, & vult ꝙ dif-

A ferunt ab vtroq;, hoc est per se ab intrinseco, & per accidens ab extrinseco: ab intrinseco quidem, quia necessarium est in cuius natura non est aptum impediri: causa est, quia caret materia & contrario, vt Solem exoriri. contingens, in cuius natura est aptum impediri, qm̃ habet materiam & contrarium. Ab extrinseco vero, quia ipsi necessario nullum externum inuenitur impedimentum, ipsi contingensi plerũq; impedimentum inuenitur raro. & ita differunt vtroq; modo.

{Et cum, contingentia.} Mouet qõnem Auer. vtrum contingens ęquale detur respectu agentis, & si non detur, respectu cuius daſ. Rñdet Auer. ꝙ duplex est agẽs: naturale & agens per concupiscentiam, hoc est, agens voluntarium. Tunc dicit primo, ꝙ agens naturale non potest agere effectum contingentem ęqualem, Dicit secundo, ꝙ agens voluntarium, vt illud quod agit per

Quæstio.

B concupiscentiam agit æquale contingens, vt hõ. Dicit tertio, ꝙ contingens æquale est respectu materiæ primæ. hæc tria confuse declarat. primo, ꝙ æquale cõtingens sit respectu materiæ, & hoc per definitionem materiæ, quia est potentia ad esse, & ad priuationem & non esse, vt dr̃. 7. Scd̃m probat videlicet ꝙ agens voluntarium posit agere effectum ęqualiter contingentem, qm̃ voluntas est oppositorum & libera, vt dr̃ in. 9. Meta. Tertium declarat, primo per rationem tactam, quia tunc neutra actio proueniret, & ita natura ageret ociose, tribuẽdo aliquod esse possibile respectu vnius, quod nunquam educitur, nisi extrahatur de potentia in actum per aliud, Secundo, potentia ad esse & non esse, non est in aliquo agente per se, sed rõne materiæ, vel impedimenti: igitur est respectu materiæ, & agentis voluntarij, quod est propositum.

Cõtingẽs æqualiter siue ad vtrumlibet sequitur materiam primã.

C {Et cũ dicimus.} Contra obiicit, quia tunc simul in materia reciperentur duo opposita. Rñdet & dicit primo, ꝙ materia est in potẽtia ad duo opposita tp̃ibus diuersis. Dicit secũdo, ꝙ agentia naturalia nec tp̃ibus diuersis, nec eodem tp̃e esse possunt cãæ effectuũ æqualiter contingentiũ. & hoc ex parte eorũ, nisi propter materiam: vt corpora cœlestia, quę sunt cãæ rerum cõtingentium æqualiter propter materiá, non propter ipsa.

Dubitatio. Responsio.

{Apparet igiẽ.} Concludit duo. primũ, ꝙ agens naturale non est agere aptũ effectũ æqualiter contingentẽ, quatenus agẽs naturalia, nisi p accidẽs rõne materiæ, de cuius potẽtia cœlũ ipsum est extrahẽs oẽm formam.

{Et earum in eis.} Scd̃m est, ꝙ contingens æquale non est in materia disposita, & præparata recipere alterum contrariorum, sed in materia prima simpliciter, similiter in agente voluntario simpliciter.

D {Et tñ.} Rñdet obiectioni. nam si contingens æquale est in materia, igitur in agente, nam cuilibet potentiæ pasiuæ correspondet actiua. Amplius, si est in materia, cum non posit extrahi ad actum à materia: igitur ab agente. & ita contingens æquale est respectu vtriusq;. Respondet & dicit primo, ꝙ cõtingens ęquale non est nisi in pasione, & non in actione. Secundo dicit, ꝙ non exit ad actum nisi ab agente. sed non ab agente vno: nam alterum dimidium contingentis extrahitur ab vno agente, alterum è contrario agente.

{Et hæc est cã.} Reddit ad soluendum motiuum factum in principio qõnis, quia Arist. arguit hypothetice diuisiue, igitur nullum prætermisit membrum. Rñdet ꝙ Arist. fecit tria membra videlicet necessarium, plerunq;, & rarum, quia hęc tria sunt in actione, in qua casus fit: prætermisit contingens æquale, quia non

est in actione, & agente, ad quod reducuntur casus & fortuna ipsa. Et sic patet solutio.

Excusatio Aristo.

{Sermo autem dicens.} Excusat Aristo. quia posset quis dicere, cur non contradixit positioni, quæ ponit omnia necessario euenire. Respondet, quia huic contradixit in. 6. Meta. ideo hæc positio non est hic tractanda; hæc sunt quæ continentur in commento.

Quæstio. An contingēs ad vtrūlibet posset esse ab agente.

QVærunt primo, vtrū effectus contingens æqualiter possit esse à potentia actiua. arguunt quod sic. Tum quia potentia motiua potest agere æqualiter motum & quietem. Tum secundo, quod ignis est indifferens ad comburendum hoc vel illud combustibile, & ad non comburendum. Tum tertio, quia effectus raro est minus apud produci ab agente, cum magis distet. igitur & effectus æqualis citius producetur. Ad hanc respondent recentiores, & dicunt primo, quod in agente voluntario potest esse aliquod contingens æquale. & hoc est dictum ad mentem Auer. in commento. Dicunt secundo, quod capiendo agens naturale cum sufficienti eius applicatione ad passum, tunc respectu sui non erit effectus cōtingens equale. Vbi verò non sit applicatum, stat quod sit respectu oppositorum effectuum æqualiter contingens. vt A ignis non applicatus B combustibili. est æqualiter contingens ad ipsum comburendum, & non comburendum. Quo enituntur defendere Auic. vt videre potes. Volunt. n. casum esse in contingentibus æqualibus, sed non respectu eius agentis, cuius sunt æqualia, sed respectu agentis raro occurrentis cum illo. verbi causa comestio cum amico non est fortuita respectu comedentis cum illa sit cum voluntate, & æqualiter possibilis, at respectu introitus in domum illius est casualis, quia ab introitu raro & præter intētionem euenit. Sed hæc pō est oīno erronea, & propriam vocem non intelligit. Primo, si A ignis non applicatus ipsi B, est in potentia ad comburendum B, & non comburendum, quare qñ comburit extrahitur de potentia ad actum de se, vel à motore extrinseco. Non est dicendum quod extrahatur ad actum de se, qm ab indifferenti vt sic nunq̄ prouenit actio, nisi per limitationē. Amplius est regula. 9. Meta. oē agens, quod qñq; agit, & qñq; non, indiget motore extrinseco extrahente ipsum de potentia ad actum. Per hanc regulā declarat Arist. necessitatē primi motoris. Si verò extrahat à motore extrinseco. aut in potentia actiua, aut in potentia passiua. non vt in potētia actiua, quia agens extrinsecū extrahēs non cōparatur agenti extracto in rōne motoris: igit vt in potentia passiua, & sic habetur intentum, quod potentia ad vtrunq; reperitur per accidens in agente naturali, vt propter impedimenta, & propter materiam, vt dixit Auer.

2. ratio.

Secundo, iste non intelligit propriam vocem. nam oīs potentia ad possibile ad vtrūq; est contradictionis, vt dr in. 9. Meta. hoc est ad esse & non esse. Si igitur A, est in potentia contradictionis ad comburendum B ipsum, & non comburendum, tunc hæc essent contradictoria, & ita vna habet vim vlem, alia particularem, & p cōsequēs si potest cōburere B in particulari pōt non cōburere B vliter, & ita nec in aliquo loco, nec in aliquo tpe. hæc. n. est vis cōtradictionis, hoc est impoīe.

3. ratio

Tertio, si A est in potētia ad nō cōburendū, aut hoc est ab intrinseco, aut ab extrinseco. si ab intrinseco: igit haberet aliquod, quo p nām illius non esset cōbustiuum. si ab extrinseco, tunc ab intrinseco est determinatū ad vnū. & p consequens non est in potentia ad vtrūq; respectu B.

Sententia Autoris.

E Propter hæc & alia teneo cum Auer. & Themist. & expositoribus, quod contingens ad vtrūq; non est, nisi in potentia passiua & remota, non determinata iam per dispositiones. huius rō est, quia potentia ad cōtingens æquale est duorum contradictoriorum: duo autem contradictoria ita se habent, quod vnum est vniuersale, aliud particulare siue non vle. differentia tñ sm esse & non esse, vt dr in libro de Interpretatione. qua rōne fit vt in potentia agente non possit esse talis possibilitas, qm esset in potentia ad vnum, & ad contradictorium illius, quod est non intelligibile. Non. n. potest A comburere B, & non comburere. nam cum nota negationis neget totum, esset sensus quod in nullo tempore, & nullo loco, & nullo modo posset cōburere, aliter non esset in potentia contradictionis. Talis potentia bene est in materia, quia est in potentia ad ignem, & ad priF uationem illius in oī tempore, & omni loco, & in omni modo, vt dictum est. Tunc ad rōnes rñdeo. Ad primam patet solutio. illud. n. est verum in agente voluntario, & per appetitum. Ad secundam nego antecedens. ignis. n. non est in potentia, nisi ad comburēdum B, & non ad comburendum, licet interdum comburat B ipsum, interdum non, quia hoc est per accidens ab intrinseco, quatenus impeditur, in se tñ non est, nisi in potentia ad comburendum: & hoc siue prope siue nō prope. Ad tertium laborant recentiores, & sibiipsis contradicunt, & nesciunt tandem soluere argumentū. ideo dico quod bene effectus raro potest produci ab agēte, effectus æqualis non. Et cum dr, magis remotus est effectus raro ab actione agentis, q̄ effectus æqualis. dico quod effectus æqualis est remotissimus ab actione, qm est ageti incompossibilis, cum nullo modo subsit illius G facultati, cum sit potentiæ passiuæ tm, ideo nulla est comparatio. Et si dices, cur rarus effectus subest, æqualis verò non. dico, quod rarus subest, quia effectus contingens plerūq; subest. nam effectus rarus ideo contingit, quia agens plerūq; ab intrinseco potest impediri raro. & ita nulla est comparatio effectus rari ad æqualem. Et hoc ignorauerunt recentiores. qua rōne euenit, quod illud quod dicunt in defensione Auicēnę nihil sit, cum supponunt contingens æquale posse esse respectu potentiæ actiuæ. hoc autem esse falsum demonstrauimus.

2. quæstio. An necessarium & contingēs in vno quādoq; con...

Secundo quærunt, vtrum idem possit esse necessarium respectu vnius, & contingens respectu alterius, & vr quod sic. mori est necessarium respectu aīalis, & tñ contingens respectu temporis. Amplius, ortus Solis est necessarius respectu regionis nostræ, non tamen respectu habitantium, quia possunt omnes emori, quo in casu H sol ipse illis non exoriretur.

Solutio.

Dici pōt quicquid velint alij, quòd contingens absolute potest esse necessarium ex suppositione. vbi debes scire, quòd duplex est necessarium. simpliciter, vt Solem oriri, & ex suppositione, vt si es, dum es, necessario es. Tunc dico, quod contingens absolute potest esse necessarium ex suppositione, vt te esse est contingens absolute, tamen est necessarium ex suppositione, posito videlicet quod sit. Secundo dico, quod non est possibile vt idem necessario absolute insit alicui vt subiecto, & alteri vt contingens, qm cui inest vt necessarium caret causis contingentię, vtpote materia & contrario, cui verò inest vt contingens includit materiam & contrarium, & ita idem includere hæc excluderet illa.

Necessariū absolute alicui subiecto in... & alteri vt contingēs, est impossibile.

Tunc dico quòd ortus solis necessario absolute, vt subiecto inest Soli, & nulli alteri vt subiecto; nobis enim inest vt obiectio in

quod

quod agit.similiter mori est necessarium respectu aia-lis cui inest,et pi verò non inest. Et propterea esse potest illius rõne contingens,cũ sibi non insit. Et hæc est intentio Aue.q̃ recentiores vt mihi v͂r non intellexerunt.

Dubitatio. 5. An materia sit in potentia ad contingens æquale.

Vlterius dubitant circa rõnem Auer.vř.n.ꝙ materia non sit in potentia ad contingens æquale,quia tunc neutrum esset magis dignum euenire. Quod si dicas ipsam contrahi per agens extrinsecum, ita dicam in agente ipsum posse contrahi per aliud agens, qua rõne teneri potest contingens æquale respectu potẽtię actiuæ.

Solutio. Dici potest,ꝙ non sunt similia. Vbi debes scire ꝙ nullum agens naturale vt agens naturale extrahitur de potentia ad actum à motore extrinseco,sed bene quatenus respectu illius se habet vt in potentia passiua,hęc est maxima apud oẽs.tunc ex hoc patet efficacia rõnis Auer.si contingens æquale esse in potentia actiua,igitur natura egisset ociose. declaratur,quia aut aliqñ exibit ad actum illius,aut nunq̃. si exhibit ad actum, aut à se, aut ab alio motore extrinseco. sed non à motore extrinseco,qoia tunc non esset agens respectu illius, vt supposuimus, sed materia, & ita habetur propositum. non à se, quia cum neutra actio dignior eueniat, nihil efficietur. restat igitur vt ociosa sit potentia illa. Hæc verò ratio de materia non valet,quia materia vt materia potest educi ad actum à motore extrinseco, ita vt ab vno exeat ad actum in vno tempore,ab alio in alio tempore.agens verò naturale vt agẽs,nec in vno tempore, nec in diuersis temporibus educitur ad actũ vel educi potest.à se quidem non,quia neutra actio est dignior euenire.à motore verò extrinseco non,quia esset agens respectu illius,sed materia, & ita patet vis rõnis Auer.quam recentiores,nullatenus olfecerunt.& certe plures istorum labores proficiscuntur ex malo intellectu auctorum.Et de contingentibus satis.

Tex. 49. *Eorum autem quæ fiunt,alia quidem alicuius gratia fiunt, alia verò non.Et horum alia quidem per electionem,alia verò non per electionem.Ambo autem in his sunt,quæ alicuius gratia fiunt.Quare patet & in his quæ non necessario, neq; plerunq; fiunt esse aliqua, circa quæ potest id esse, quod alicuius gratia fit. Sunt autem alicuius gratia & quæ à mente aguntur,& quæ à natura.*

Secundam diuisionem ponit, ꝙ eorum quæ fiunt, alia quidem fiunt alicuius gratia, alia verò non fiunt alicuius gratia, vt capillum cum vellimus, aut paleam abiicimus. Tertiam diuisionem, quæ potius est subdiuisio alterius membri, subiungit hoc modo, eorum quæ fiunt alicuius gratia,alia quidem fiunt per electionem, alia verò non per electionem, sed per naturam ipsam. & dans intelligere hanc esse subdiuisionem eorum quæ aguntur alicuius gratia,adiecit:ambo autem hæc membra in his sunt, quæ alicuius gratia fiunt. Ex his (vt ait Themist.) colligit quod ex suppositionibus sequitur. positum est.n.fortunam in his esse quæ raro fiunt,vt per primam diuisionem patet. Secundo quod sit in his quæ alicuius gratia fiunt, vt per has diuisiones habere vult. Ex his concludit aliqua fieri raro in his quæ alicuius gratia fiunt,accidit inuentio thesauri quę raro fit. Et hoc inquit. Quare patet, & in his quæ non necessario neq; plerunq; fiont. hoc est. in his quæ raro fiunt patet esse aliqua, circa quæ potest id esse,quod alicuius gratia fit.hoc est, patet cum his quæ fiunt ꝑpter aliquid esse coniuncta aliqua, quæ fiunt raro, vt cum terræ cultu,qui fit propter aliquid coniungitur inuentio thesauri rarenter. Hæc est expositio loci, quẽ exponere non possunt expositores. quia habent literam corruptam. addit quæ sunt ea quæ alicuius gratia aguntur,& inquit.Sunt autem alicuius gratia,& quæ à mente aguntur, & quæ à natura. Sunt omnes expositores in bte, quo modo videlicet actiones esse possunt sine fine,quarum exempla tradunt Auer.& Themi.& omnes conueniunt illas actiones esse non propter finem deliberatum,quia nulla præcessit deliberatio propter illas.sunt tñ propter finem imaginarium,eum nequaq̃ sine imaginatione agantur.

Tex. 50. *Talia igitur cum per accidens fiunt,à fortuna dicimus esse. Nam quemadmodum & ens aliud quidem per se, aliud verò per accidens est,sic & causa esse potest. Vt domus, per se quidem causa est ædificatiuum,per accidens verò album,vel musicum. Ea quidem igitur causa quæ est per se,definita est.ea verò quæ est per accidens indefinita. Vni nãq; infinita accidunt.*

Concludit nunc quæ dicantur à fortuna fieri. & inquit. Talia igitur, hoc est ea quæ à mente vel natura fiunt, à fortuna dicimus esse, cum per accidens fiunt. Cum.n.vt Themist.ait, is finis occursorius & obuius sit rebus, cuius gratia initio institutæ sunt, nihil tunc haber esse fortuna. Cum verò (vt fieri solet aliqñ) alius finis ceciderit,q̃ is qui propositus fuerat,tunc & fortuna & casus exerit se atq; elucet. vt si quis lotũ egressus, canem offendat, à quo mordeatur. sane huius effectus causam esse,aut naturam,aut voluntatem licet dicere, non tñ ita vt per se causæ sint.nam non vt morderetur ille proficiscebatur ad balneas, sed euenit per accidẽs. casus igitur & fortuna sunt cum natura aut voluntas alicuius facta est per accidens causa. Vlterius declarans quo modo causa per accidens, inquit. Nam quemadmodum & ens aliud quidem per se, aliud verò per accidens est.per se quidem sunt substantiæ,per accidens verò sunt accidentia:sic & causa esse potest, vt domus per se quidem causa est ædificatiuum,per accidens verò album, vel musicum. Et inter has causas apponit differentiam.d.ea quidem igitur causa quæ est per se, definita est numero, & forma : ea verò quæ est per accidens, indefinita, & numero, & forma, quia vni infinita accidunt, vt ædificatori musicum, album, grammaticum, & sic de innumeris. Sed dubitatur, quia tunc fortuna esset causa per accidens, vt musicum vel album,quod non est verum. Ex Themist.potest colligi pulchra solutio,ꝙ fortuna differt à reliquis per accidens causis, in eo ꝙ ille idcirco causæ nuncupantur, quia accidentia sunt cãæ per se,vt albus,grammaticus, musicus, deambulator, sessor. fortuna verò cã est per accidens eius quod per accidens coniungitur effectui per se,vt inuentionis auri,quæ coniungitur fossuræ sepulchri. & breuibus dicam. In causis per accidens est differentia ex parte causæ,in fortuna ex parte effectus. quia, quemadmodum in reliquis causis per accidens duæ causæ reperiuntur eiusdem effectus, vna per se,altera per accidens, ita in fortuna non quidem duæ cãæ reperiuntur eiusdem effectus,sed contra potius vna cã duntaxat reperitur duorum effectuum, quorum alter per se erat,i.propositus, alter per accidens.i.extra ꝑpositum. patet igitur fortunam esse cãm per accidens, & non tñ eodem mõ,sicut musicum & grãmaticum, cæteraq; id genus.Et Auer.in commento hæc dicit.& est differentia inter illud quod agit casu, & inter cãm quæ est per accidẽs,vt dixerunt expositores. quia cã per accidens vt musica, & id genus non agit in domũ nisi, neq; agit in illum qui ædificat, sed dr̃ cã per accidens,

Causa per accidẽs quãdoq; ex parte cãæ quãdoque ex effectibus, sicut casus & fortuna differ muntur.

quia accidit causæ agenti, & dr̄ causa agens per accidens, quia ex eo fit aliquid per accidens, nō illud quod erat propositum. Hæc Auerores ex Themistio.

Tex. 51.

Vt igitur dictum est, cum in his id fit, quæ alicuius gratia fiunt, tunc à casu atq; fortuna fieri dicitur. Horum uerò ipsorum quæ differentia sit, posterius assignabimus. Nunc autem hoc sit perspicuum, ambo in his esse, quæ alicuius gratia sunt, ut argenti recipiendi gratia uenisset iam, accepturus illud si sciuisset, uenit autem non huius gratia. sed accidit uenisse, idq; fecisse recipiendi gratia.

Casus & fortuna in his q̄ fiunt propter finem contingunt.

Postq̄ fecit diuisionem, nunc procedit colligendo ea quæ sunt de ratione casus & fortunæ: & sunt quatuor per ordinem. Primum est, casum & fortunam esse in his quę fiunt propter finem, cum non euenit finis propositus. vt argenti recipiendi gratia venisset iam ærarius accepturus illud si sciuisset, venit autem non huius gratia sed lauandi se in balneis, illud nesciens, sed accidit venisse, idq́; fecisse recipiendi gratia. Itio in balneum fuit vt se lauaret, quare receptio extra propositum. Habetur igitur primum quod casus & fortuna in his sunt, quę sunt alicuius cā, cū non euenit ꝑpositū.

Hoc autem neque plerunq; in locum proficiscentem, neque necessario.

Fortuna et casu in raro contingentibus fiunt.

Secundo fortuna & casus non sunt in his quæ semper aut frequenter sunt, sed raro. Et hæc ait continuās se in eodem exemplo. d. hoc autem subaudi recepisse, siue recipiendi gratia, neq; plerunq; in locum, neq; necessario accidit proficiscentem venisse: quasi dicat, dico casum esse in his quæ fiunt alicuius gratia, cum proficiscens in locum vbi casus ille accidit, nec necessario, neq; frequenter venit, sed raro.

Finis uerò utpote acceptio ipsa, non est ex his causis, quæ sunt in ipso, sed in his quæ sunt agentia per electionem, atque mente ipsa: & dicitur tunc à fortuna uenisse.

Tertio vult fortunam esse in his quæ agunt per electionem. inquit. Finis verò, quæ est argenti acceptio, non est ex his causis quę sunt in ipso, hoc est, non procedit à causis per accidens, quæ accidunt ipsi proficiscenti, sed ex his quæ sunt agentia per electionem, atq; à mente ipsa, dummodo sit extra intentionem propositam, nam tunc dicetur à fortuna venisse.

Quod si uenerit electione sumpta, & huius causa, aut semper frequentans, aut plerunque recipiens, non dicitur à fortuna uenisse.

Vult habere quartum, q̄ fortuna sit causa per accidens, & inquit. Quod si venerit electione sumpta, & huius gratia, aut semper frequentans, aut plerunq; recipiens, nō dicitur à fortuna venisse, nec recepisse: quo fit, vt casus & fortunæ causæ sint per accidens.

Tex. 52.

Perspicuum igitur causam esse per accidens in his quæ per electionem alicuius gratia fiunt. Quapropter circa idem mēs atq; fortuna sunt. electio enim absq; mente nequaquam existit.

Definitio fortunæ.

Nunc definitionem fortunæ colligit, & inquit. Fortunam esse causam per accidens in his quæ per electionem fiunt: cui addit consequenter circa idem versari mētem atq; fortunam, cum electio nequaquam absq; mente sit. hæc est eius definitio.

Auerro. vult vt definitio si colligatur. fortuna est cā per accidens, in his quæ per electionem fiunt, nō semper neq, plerunq;, sed rarenter, atq; his quæ sunt alicuius gratia. Dicitur primo, causa per accidens ad dr̄iam causæ per se. Dicitur in his quæ fiunt per electionem, vt distinguatur à casu, qui est in rebus naturalibus. Dicitur rarenter ad dr̄iam eorum quæ fiunt, aut semper,

E aut sæpe. Dicitur in his quæ fiunt alicuius, gratia, vt distinguatur inter effectum fortuitum & actiones ociosas, de qbus diximus. Sunt igitur tres dr̄iæ principales, licet resoluantur in quatuor. addit q̄ Arist. omisit definitionem eius quod est ex se. quod in lingua nostra vocatur casus, quia eius definitio habetur ex definitione fortunæ, vna particula ablata, quia fortuna est in eligibilibus tantum, casus verò in omnibus.

Obiectio contra definitionem fortunæ.

Sed hæc definitio videtur manca, quia nihil est in ea per quod differat à causa per accidens pura. Videtur mihi q̄ ideo Aristo. suppleuit, quapropter circa idem mens atq; fortuna sunt, ad denotandum casum siue fortunam non esse accidens menti, vt est causa pure per accidens, sed mentem ipsam, quatenus accidit effectui mentis aliquod non propositum. Et sic per hanc vltimam particulam vult habere dr̄iam inter causam F per accidens puram, & fortunam. Illud verò quod ait Auer. q̄ subiectum casus & cogitationis est idem, est intelligendum, q̄ casus & mens sunt vna res numero non differentes, nisi penes effectus, vt diximus.

Quæstio. An idem effectus vnius respectu casualis, et alterius per se possit esse.

Quærunt hic, vtrum idem effectus possit esse casualis respectu vnius, & per se respectu alterius. Respondent recentiores & dicūt primo, q̄ fieri potest vt idem effectus sit casualis, respectu vtriusq; duarum causarum diuisim sumptarum, qui tā respectu aggregati ex eis est effectus per se. Mouētur eo, quia frequenter ab illo aggregato euenit talis effectus, vt dicunt. Dicunt secundo, fieri posse vt idem effectus sit per se respectu vnius, & casualis respectu alterius. vt exemplis monstrant. Quidam primo horum dissentiunt. Secundo verò consentiunt, ideo arguunt contra primum. Primo quia ex duobus per accidens non fit vnum per se. igi- G tur ex duabus causis per accidens non fit vna causa per se. Secundo, si ex illis duabus causis per accidens fit vna per se causa, illa esset in. 4. modo per se: hoc autem esse non potest, quia non simul sunt & non sunt cum effectu. Tertio, ille effectus potest ab indefinitis causis inueniri: igitur non est effectus per se illius aggregati. Quarto, prouenit præter intentionem aggregati, igitur per accidens. Hæc positio defendi potest, nam inuentio debitoris, licet sit per accidens respectu debitoris seorsum, & per accidens respectu creditoris, tā concurrentibus illis ad forum, effectus erit per se ab illo concursu. Ad primam dico, q̄ causa per se intelligit potest vno modo per se vna vnitate essentiali, & sic ex duabus per accidens non fit vna per se. Alio modo vnitate aggregationis, sicut ex omnibus trahentibus nauim fit vnā cā trahens, non s̄m essentiam, sed s̄m ag- H gregationem, & hoc mō potest ex duabus per accidens causis fieri vna per se, vt ex duabus falsis propositionibus vna per se concludi potest. Ad secundum concedo illam esse in quarto modo per se, & concedo q̄ ille concursu posito, semper erit debitoris inuentio, & si semper erit, etiam plerunq; erit. Ad tertiam nego cōsequentiam. potest. n. calor ab infinitis causis per accidens fieri, vt à motu & lumine, ab excussione lapidum, & tā fit per se à calore. Similiter mors bouis esse potest ab infinitis causis, & tā per se est à decollatores. Ad quartum dico, q̄ ad hoc vt sit causa per se, sufficit vt ab ea eueniat effectus, aut semper, aut frequenter. oportet. n. addere q̄ eueniat prẹter intentionem, & non semp neq; frequenter: & tunc erit à causa per accidens. Hæc igitur positio est bene tolerabilis, & non remota ab intentione Aristote. nec aliorum Peripateticorum.

Indefinitas

Indefinitas quidem igitur causas eas esse necesse est. è quibus id fiet quod à fortuna pficiscitur. Vnde fortuna indefiniti causa esse uidetur, & immanifesta homini.

Tres antiquorum sententia de fortuna.

De fortuna tres fuerunt sapientum antiquorum positiones. Prima, quę dixit nihil è fortuna ipsa proficisci. Secunda, q fortuna est omnium causa, & mundanorum. & cœlorum. Tertia, posuit fortnnam esse rem homini immanifestam. Harum trium, secunda est penitus falsa, nullo modo in bonum. reducibilis, Ideo quátum veritatis duæ aliæ positiones habeant, nunc expónit. Et primo quantum veritatis contineat tertia, & arguit sic. Infinitum est immanifestum homini: Fortuna est res infinita: igitur homini ímanifesta. Minor patet, q rei fortuitæ causæ possunt esse infinitæ, quarũ quælibet potest esse causa fortuita illius. Et hoc inquit. Indefinitas quidem igitur causas eas esse necesse est, è qui bus id fiet quod à fortuna proficiscitur. Vnde fortuna indefiniti causa esse videtur, & ímanifesta homini. Vel pōt ratio formari sic, causa infiniti nõ est manifesta homini: fortuna est causa infiniti igr̃ homini manifesta.

Rursus (ut uidetur) nihil à fortuna proficisci cõtingit. Hæc enim omnia rectè dicuntur, qua rationi conueniunt. Nam aliqua quidem ex parte fieri contingit aliquid à fortuna, quatenus per accidens id fit.

Prima verò positio id veritatis cõtinet, q nihil à fortuna simpliciter fit. Et potest syllogismus cõponi, nulla causa per accidens est causa simpliciter alicuius: fortuna est causa per accidens: igitur nullius est simpliciter causa. Quod vero ad verba attinet, est esti græce, licet latine sonet est, tñ nonnũq̃ pro cõtingit accipitur, veluti apud nos. & hoc mõ transtulit, quia sic sonat, & facilius intelligitur. Litera suijpsius translatione patet.

Auer. verò hos duos textus exponit aliter cómẽ. 53. Vult. n. q Arist. de fortuna, quá ipse casum vocat, ostendat duo. Primum, q nulla scientia speculatiua perscrutetur de fortuna. Secundum, q ipsa fortuna non sit. Primum, probat in prima cómenti parte, tum quia est indeterminata, tú quia effectus proficiscentes ab illa sunt infiniti. Secundum probat in vltima commenti parte, eo quia est per accidens & in minori parte, qua ratione ipsa videtur non esse. Hæc expositio, & si sit vtilis literæ non cōuenit: reddit. n. literam infructuosam, atq; ad prædicta non continuam. melius igitur exponetur vt diximus, quia tamen quod ait est verum, dubitant circa primum. nam physica scientia speculatina est, & tamen de casu ipso atque fortuna perscrutatur. igitur quod ait in prima cómenti parte falsum est. Recentiores aiunt de casu & fortuna scientiam perscrutari nullá in particulari, sed bene in vniuersali. Sed hæc rñsio friuola est, quia nec de causis p se tractat speculatina sciẽtia, nisi de his in vniuersali, ímo de omnibus in vniuersali. Propterea dic vt superius diximus, q nulla scientia speculatiua speculatur fortunam táquam medium in demonstratione ad scientiam de effectibus, potest tamen tractare de ea vt subiectum scibile, de quo prædicata per se considerat.

Fortuna nõ vt demonstrationis mediũ sed vt subiectum scibile sub sciẽtia cadit.

Tex. 54. *Atq; ut accidens fortuna causa est, ut uero absolute nequaquam: uelut hospitij, ædificator quidem causa est, per accidens uerò modulator. Et ut profectus argentum recipiat non huius gratia profectus, multitudine quoq; infinitæ. Nam & uisitare aliquẽ uolens, & persequens, & ludos spectaturus, & fugiẽs.*

Veritates vtriusq; positionis nũc exemplis explanat. & primo veritatem primæ positionis, & inquit. Atq; vt accidẽs fortuna causa est. vt verò absolute, nequaq̃.

A vt prima positio dicebat: velut hospitij, ædificator quidem causa est, per accidens verò modulator. Sed quia istud exemplum non est ad propositum, nam non sic causa per accidens est fortuna, vt modulator ipse: ideo dat aliud exemplum. d. & vt profectus argentum recipiat, nõ huius gratia profectus. Sic igitur patet per exẽpla quid veritatis continet prima positio. quid verò veritatis contineat tertia, iterum per exempla explanat. Multitudine quoq; infinitæ subaudi videntur & nobis immanifestæ. nam & visitare aliquem volẽs potest esse causa receptionis argenti, & persequens hostem vel id genus, pōt esse causa receptionis, & ludos spectaturus potest esse causa receptionis, & fugiens prætorem, vel tale id genus potest esse causa receptionis, & aliæ innumeræ. quare infinita videtur fortuna, & ita homini immanifesta. Sic igitur quid veritatis ambæ habeant, his B exemplis patet.

Auerroes verò non multum curans de intentione literæ, nec de continuatione, vult in litera fieri syllogismum talem, videlicet, causæ infinitæ sunt per accidẽs causæ: fortuna est infinita respectu effectus fortuiti: igitur est causa per accidens. Maiorem vult esse probatá primo exemplo de domo & ædificatore. Minorem vero cæteris exemplis.

Esse etiam fortunam aliquid præter rationem, rectè dicitur. Ratio nãq; aut eorum est, quæ sunt semper, aut eorũ, quæ sunt plerũq;. fortuna uerò in his, est quæ præter hæc aguntur. Tex. 55.

Fortuna præter rõnem est.

Multa attributa plebs fortunæ ipsi dicat, quorũ primum est irrationale esse, vt illud Senecæ. O fortuna viris inuida fortibus, cum non æque bonis præmia diuidis? Aristo. igitur hoc syllogismo plebis attributum verificat. Ratio est. aut eorum quæ sunt semper, aut eo C rum quæ sunt plerũq;. Fortuna verò in his est, quæ præter hæc aguntur: igitur fortuna irrationalis, & præter iustitiam agit.

Quare cum hæ quæ sic causæ sunt, indefinitæ sint, & fortuna ipsa indefinita sit, nihilominus dubitauerit quispiam, si eius quod à fortuna fit, quæuis causæ fuerint necne? ceu ipsius sanitatis, aut uentus, aut æstus, non autem tonsio capitis. Causarũ enim per accidens, aliæ propinquiores alijs sunt.

Mouet dubitationem asserens causam dubitationis insimul, cum causæ per accidens & fortuitæ possunt esse infinitæ eiusdẽ effectus, vtrum omnes sint causæ fortuitæ & per accidens illius. Vt qm̃ sanitatis potest esse causa per se Medicus, per accidens verò faciens ventũ ægrote quando non intendit ipsum sanare, sed refrigerare. potest esse & æstuans, quando ægrotum non intẽdit sanare, sed iuuare tm̃, vt astantes agunt, & cæterę id genus an hę sint causę fortuitę, capitis tonsio vel caput D tondens non sit fortuita causa, inquit. Quare cum hæ quæ sic causæ sunt, hoc est cum causæ per accidẽs sint indefinitæ, & fortuna ipsa indefinita sit, vbi est dare ꝓpriores & remotiores causas, nihilominus dubitauerit quispiá si eius quod à fortuna fit quæuis causæ, hoc est tam propinquæ q̃ remotæ causæ fuerint necne: ceu ipsius sanitatis sit causa fortuita aut ventus hoc est faciens ventum, aut æstus: hoc est faciens æstum: non autem tonsio capitis ita vt illæ sint causæ, hæc verò non sint causæ, aut omnes tam hæc q̃ illæ?

Respondet. causarum enim per accidens aliæ propinquiores alijs sunt. } Hæc litera potest intelligi pro nunc hoc modo, vt Aristo. velit omnes illas esse causas, licet differẽter: nam aliæ propinquiores, aliæ remotiores vtræque tamen fortuitæ vẽtum faciens, & estus

inducens sunt quidem causæ propriores, quia aliquid agunt in ægroto, at tonsio est remotior causa, cum fere nihil agat in illo.

Commen. 55. Auer.

. {Hoc quod dicit.} Vt verò intelligatur expó Auer. volo exponere commentum istud. Auer. igitur supponit distinctionem talem, ꝙ causarum per accidens, quædam sunt propinquæ, quædam remotæ: quæ sunt remotæ videntur esse pure per accidens, & nihil agentes, vt musicum & rhetoricum, & id genus, quæ verò sunt propinquæ, videntur magis esse per se. Inde emergit dubitatio an vtræq; sint vel esse possunt causæ fortuitæ. Ait Auerro. ꝙ cum fuerit inter causam per se, & causam per accidens differentia deprehensa, non reuoluetur dubitans amplius.

{Et cum dicimus ꝙ causa.} Verificatur exemplum eius. vbi scias, ꝙ vbi nos habemus, non autem tonsio capitis. Auer. habebat, euacuatio autem non. & tunc vult ꝙ causa casualis sanitatis est aduentus ventorum, aduentus Solis, & id genus, causa per se sit euacuatio. Ecce ꝙ litera est falsa vt vides.

{Exẽplum igitur.} Sed dubitatur, quia omnia hæc videntur causæ per se, vt ventus, & æstus, & id genus. igitur exemplum non est ad propositum. Rñdet, ꝙ in isto exemplo non est dubitatio. quia non vř ad propositum. est tñ positum loco eius exempli quod facit dubitare. Et ita est positum loco secundi modi, quo erat dubitatio. Innuit quoq; aliam solutionem, ꝙ fortasse istud exemplum est positum loco secundi modi dubitandi, vt sit secunda dubitatio hæc, quia in quibusdam nó possunt discerni quæ sint causæ per se, quæ verò per accidens, vt in isto exemplo sanitatis nó possunt sciri quæ sint per se causæ, quæ non per se, & quæ sunt casu. Ideo accidit dubitatio an omnes sint per se cãę, an aliquæ sic, & aliquæ nó. & quę regula discernẽdi.

{Deinde induxit illam literam.} Causarum.n. vult Auer. ꝙ non sit solutio, sed dubitandi causa. nam cum causæ accidentales sint quædam propinquæ, quædam remotæ. ideo accidit dubitatio an casus sint in vtrisq;.

{Et hoc est ita.} Causam dubitationis vltra textum talem assignat, ꝙ in omni genere rerum est aliquod notum naturaliter, hoc est solo lumine, vt communissima in illo genere, quædam ignota vt vltimæ differentiæ. Casus verò sit genus quoddam habens nonnulla communissima, nonnulla specifica iure dubitatur de casu. Id autem quod est notum naturaliter in gñe casus est, ꝙ ipsum esse casum nemo dubitat. Ignota verò sunt ea quæ dixit in exemplo de sanitate. Ex his colligi possunt duæ literæ expositiones. prima est vtrum tam causæ per accidens proximæ ꝙ̃ remotæ possunt esse fortuitæ. Secunda expositio est. qñ in aliquo non possunt discerni, quæ causæ sint per se, & quæ per accidẽs, quæ est regula inueniendi illas, quam expositionem dedit ipse coactus exemplo Arist. Tu verò non ignores ꝙ secunda expositio nullatenus textui conuenit. Prima verò textum facit mancum. nam tollit solutionem quæstionis, & addit causam dubitationis.

{Themistius.} Exponit literam secundum Themistium, & hæc est recta expositio. Vult.n. Themist. ꝙ Aristote. parte illa, causarum.n. per accidens, quòd casus quædam sunt causæ propinquæ, quædam remotę, vt vtræq; sunt casus siue fortuna, vt recte exponit Themistius exemplum Aristotelis.

{Et in quibusdam.} Corrigit literam, & quasi in- E nuit aliam expositionem, & inquit, ꝙ loco illius verbi, non autem euacuatió. inuenitur in alio libro, non autem abrasio capitis, & tunc vult ꝙ Aristo. innuat talem solutionem, ꝙ causæ per accidens propinquę sunt enumerandæ inter causas casus. remotæ verò non. vt abrasio, quæ est causa remota, non est causa fortuita. Sol verò & ventus, quia sunt propinquæ, bene sunt fortuitæ causæ, Ego verò pace Auer. dixerim, puto omnia hæc esse superflua. & potius facere ad confusionem textus, quá ad illius intellectum, exposuit tamen ipsa, quia in hac ætate nostra ita oportet fieri.

Dubitatio.

Dubitant hic, vtrum fortuna debeat dici causa per accidens ex parte causæ, vt musicum & grãmaticum ex parte ędificatoris, an ex parte effectus. Themistius Auerro. & omnes tenent. ꝙ fortuna est causa per accidens ratione effectus, non autem ratione causæ. Sed F quidam blacterones obiiciunt, quia causa per accidens ratione effectus est illa, quæ vt sic facit aliquem effectum ad quem per accidens aliis sequitur effectus: modo, fortuna vt sic non facit alium effectum ꝙ̃ fortuitũ: igitur non potest dici causa per accidens ratione effectus. Dici potest, ꝙ idem simpliciter fm rem est mens & fortuna. mens quidem causa est per se respectu actionis, quæ proficiscitur ab ea cum proposito, hæc eadem est fortuna respectu effectus, qui effectui per se coniungitur. Tunc ad argumentum dico, ꝙ licet fortuna vt fortuna non sit causa, nisi effectus fortuiti vt fortuitus, & mens vt causa per se non nisi effectus per se, non propter hoc sequitur ꝙ fortuna sit cã per accidens ex parte causæ, hoc est sit accidens causæ per se, vt musicum & grãmaticum accidit ædificatori, sed tantum ꝙ distinguitur ratione à causa per se, quam G distinctionem rationis habet ab effectu occursorio. Et ita omnes concedunt ꝙ fortuna accidit causæ per se saltem fm modum intelligendi. Sed volunt distinctionem illam euenire ex parte effectus, non autem causæ & hoc ignorant blacterones. Animaduertendum fm Themist. ꝙ, si velimus scire propiores causæ per accidens quæ sint, quæq; remotiores, constituendæ sunt actu omnes, & inuenientur fortuitæ aliquæ propinquæ & aliquæ remotæ, ac si simpliciter quæsieris & absolute, quæ fuerit causa rei fortuitæ propior, nullam licebit afferre: & ita vult vno modo quęstionem habere locum, alio modo non habere locum. habet.n. locum, qñ fit de causis per accidens, nam tunc inueniuntur aliquæ propinquæ, alię remotæ. non habet locum, qñ quæstio fit de causis simpliciter & absolute. nam nulla potest causa fortuita propinqua assignari. H Et in hoc apparet ꝙ̃ male intelligunt Themistium recentiores hic, qui nec Auerro. intelligunt.

An fortuna sit causa per accidens ex parte causæ an ex parte effectus.

Responsio.

Fortuna accidit causæ per se secundum modum intelligendi.

Dicitur verò fortuna, bona quidem cum bonum aliquid euenit, Mala verò, cum aduersi quid. Prosperitas verò fortunæ, atq; infortunium, cum hæc magnitudinem habuerint. Qua propter & cum per parum defuit, ut malum quispiam magnum aut bonum accipiat, infortunatum tum illum aut fortunatum dicimus esse. Propter ꝙ mens ita de illo dicit ac si esset. quod enim parum differt, nihil distare uidetur. Rursus fortunæ prosperitas incerta, non sine ratione asseritur. Nam ipsa fortuna incerta est. Impoßibile est enim aut semper aut plerunq; aliquid eorum esse, quæ é fortuna proficiscuntur.

Alia fortunę attributa sunt bonitas & malitia, prosperitas & calamitas, demum & inconstantia siue incertitudo. dicunt fortunę bonitatem, cum boni aliquid & prosperi euenit, malitiam verò contra, cum aduersi

Quæ nã Poetæ de fortuna decantent.

uersi quid surgit.prosperitatem verò ei ascribunt,cum boni magnitudo vel euenerit,vel prope vētura sit.Calamitatem vero, cum aduersi magnitudo aut acciderit, aut prope euitari non possit. nam quæ prope sunt, ac si præsentia essent diiudicat. Inconstantiam verò ac incertitudinem,cum ea quæ ab ipsa proficiscūtur, nec semper,nec frequenter occurrunt, siue bona, siue mala: hæc à poetis atq; plebe cōiter fortunæ dedicantur. Quod verò ad verba attinet eutychia græce nonnunquam eufortunium dicitur,& barbare quidem rectius prosperitas fortunæ,& hoc modo transtuli. Similiter distichia, legitur disfortunium,quod non placet, ideo rectius infortunium vel calamitas diceretur:Hæc sunt quæ Aristo.verificat de fortuna.

Quæstio. An fortuita quo quomodo ab aliqua per se cā eueniāt. Sed qm̄ multa nobis eueniunt à fortuna, maxime bona fortunæ vt externa, ideo est qđ non parua vtrum hæc quæ nobis è fortuna aduenire dicuntur,proficiscantur aliqua è causa determinata, quæ sit per se causa illorum. hoc est quærere vtrum euentus fortuiti in hominibus proficiscantur ab aliqua causa per se. *Bona tria.* Animaduersione dignum, esse triplicia bona, vt animæ, virtus,& scientia. corporis, vt valitudo, & pulchritudo, & fortunæ, vt externa. similiter & mala trifariam sunt.bona corporis & bona animæ videntur non esse à fortuna,qm̄ bona animæ intenduntur ab aīa ipsa tanq̄ perfectio à perfectibili. *Positio theologorum et nostra.* Bona corporis sunt bona naturæ, quæ ab agente intenduntur naturali. Vtrum in nobis naturæ possunt esse fortuita.posterius disputabitur cum de monstris dicetur.Sed vtrum bona animæ sint vel esse possint à fortuna. in libro Ethicorum omitto. Restat igitur vt disputemus de bonis fortunæ,vtrum videlicet sint pure & simpliciter casualia, an habeant aliquam causam per se. Quidam dixerunt omnia fortuita comparata ad hominem, qui rarenter & præter intentionem eueniunt,reduci in prouidentiam, qua rōne fit, vt nihil simpliciter fortuita adueniat, cum omne adueniens causam habeat, videlicet prouidentiam. Erunt igitur fortuita, siue bona,siue mala,siue prospera, siue calamitosa, respectu nostri à fortuna,& præter intentionem,respectu diuinæ prouidentiæ per se & determinata. Huius positionis sunt *Argumentum.* Theologi antiqui,& etiam sumus nos. Vt.n.nihil est, q̄ non bonitate Dei & entitate participet, ita nihil est quod non cadat sub illius prouidentia, cum prouidētia sit æqualis suæ essentiæ. *Obiectiones Aristo.* Obiicit autem Arist.hinc in libro de bona fortuna,quia tunc Deum prauum iudicem faciemus: nam bonis nonnunq̄ mala, & ipsis malis bona distribuit. Amplius, vt dr̄ in.10.Ethicorū, tunc Deus erit iudex distributionis bonorum & malorum, hoc nefas est bonitati diuinæ. Tertio vt arguit Auer.tunc Deus vilesceret,vt oculus videns turpia visibilia. *Secunda pō.* Multa alia alibi diximus. Alij autem dixerunt hæc fortuita euenire nobis penitus à fortuna, nihilq; euenire per se, nisi aut bona naturæ, aut bona animæ. bona verò fortunæ qm̄ rarenter & præter intentionem contingunt,penitus per accidens proficiscuntur,& penitus à casu: nec oportet reducere illa nisi ad cām per *Epicurus. Auer. Aristo.* se alium finem intendentem. Huius positionis fuit Epicurus & Auer.qui negant prouidentiam,& fatū. Arist. quoq; in isto Secūdo vr̄ non reducere hos effectus nisi *Themist.* ad causam per se alium finem intendentem. Doctissimus quoq; Themist. voluit vnā met causam esse per se & fortunam. vt.n.ordinata in finem, quem intendit, est per se, vt verò cum illo fine coniūgitur aliquis alius

A non propositus numen fortunæ sibi vendicat. quæ rō docet hos effectus esse penitus à fortuna, nonq; esse reducendos in aliam causam, q̄ agentem particularem, quæ per se agit aliquem effectum,& per accidens alium illi coniunctum. Sed huic omnes leges aduersantur: *Confutatio.* omnes enim hæc in Deum reducuntur aliquo modo. Amplius cōis hominum consensus pro bonis recipiēdis vota exhibet Deo, & pro malis euitandis etiam, & quod est cōe non est penitus falsum. Rursus vetulę oēs & cōiter viri bona interdum nobis exoptāt,interdum mala,quibus irascimur,& à lege puniuntur. Igitur hæc habent causam aliquam per se, respectu cuius non erūt fortuita. *Alia Aristo. positio.* Propter hæc Arist.in libro de Bona Fortuna tandem hæc fortuita, siue bona, siue mala proficisci dicit ab impetu nobis insito. Fugit.n.vnūquemq; exortu generatio, neq; suum ferre impetum, quo ad **B** recte agendum impellitur, quoq; ad male praueq; operandum. Qua rōne fit, vt effectus hi fortuiti respectu intellectus, erunt fortuiti, respectu impetus mouentis intellectum præter rōnem, erunt per se. vt.n. formica ab instinctu colligit grana, ita homo fortunatus ab impetu mouetur ad prosperitatem futuram. qua rōne fit vt collectio granorum sit per se respectu instinctus. ita fortuiti euentus siue prosperi siue calamitosi erunt per se respectu impetus. Respectu tñ intellectus mouentis præter rōnem, fortuiti erunt. *Qualis Arist. responsio.* Sed hæc Aristo. respōsio licet sufficiat Physicis qui rerum naturas obseruant, sapientibus qui per altiores causas proficiscuntur, non sufficit. nam adhuc remanet qōnis germen. videtur.n.& impetus ipse fortuitus homini datus. instinctus nāq; naturæ speciem totam cōsequitur:& ideo datur à patre & matre atq; semine. Impetus autē iste, **C** cum speciem non consequatur,adhuc forte & fortuna hominibus accidit. & ita adhuc illius est qua renda cā per se. Pater.n.& mater non sufficiunt,cum semper filium agerent similis propensionis atq; similis impetus, vt pater cholericus,filium facit cholericum, vt narrat Aristo.in libro Ethicorum de his qui verberāt patres. Videtur igitur aliunde causam esse perquirendam. *Positio Astrologi.* Astrologi igitur hos hominum siue impetus siue propensiones in causas cœlestes reducunt. Qui.n.vt ait Ptolomæus habuerit in natali dominum fortis culminantem, suis in iurisdictionibus, beneq; affectum à luminaribus, hic impetum ex tali nancisceretur constellatione quo iuxta dominatricis stellæ peripaton, siue inambulationem siue profectionem,siue (vt hodie dicunt) directionem ad magnas inopinatas facultates mouebitur. Rursus & qui aliquam stellarum fixarum ex regiis in aliquo cardinalium genituræ loco- **D** rum habuerit, hic ad magnas inopinatasq; felicitates impetu mouebitur, vt ait Ptolomæus in libro Centum enunciatorum. Qua ratione fit, vt prosperitas siue calamitas fortuita sit respectu agētis intellectu præter rationem & raro. Respectu verò impetus collatā in genitura à cœlesti constitutione (quam fatum particularem vocauimus) per se est. Restat autem vnum *Vnde nobis impetus sit.* declarandum, quonam modo impetus ille, siue propensio nobis ex genitura à particulari fato contingat. res ista non parua est, qm̄ nonnulli ex conceptu illum nancisci velint à fato, Alij ab exitu in lucem, alij ab animatione ipsa. Et si Ptolomæus multum tribuat conceptui, vt in libro nostro tessarologio diximus, pro nunc imaginandum est cœlestem illam cōstitutionem (quā fatum particulare appellauimus) aerem nos con-

tinentem alterare, aer vero alteratus quasi sibi omnē cœlestem vim absorbens, cum fœtus in lucē editus illum mox alterat intus & extra per meatus & foramina intrans, generans in illo qualitatem quandā, quo modo calor generat in ligno calorem, quā impetū Aristo. vocat. Cicero vero propensionem ad futuros euentus concitātem natum pro varia stellarum profectione ad calamitates atq; prosperitates nato inopinatas, Ptolomæus vocat numen siue afflationem, Socrates autem dæmonium, & recte vt vides. Et qm̄ particulare fatū continetur sub generali, generale vero sub prouidentia ex qua proficiscitur: patet omnia sub prouidentia contineri. Hoc modo fortuita ab impetu proficiscuntur: impetus ab aere alterato, aer alteratur è cœlesti illa siue constitutione siue fato particulari: fatū hoc particulare sub ordine secundarum causarū, siue fato vniuersali continetur. Hoc à prouidentia tandem deriuatum est: oīa igitur sub prouidentia. Tunc non est difficile contraria huic soluere: Deus.n. paruus esset iudex qn̄ bona malis, & mala bonis distribueret. modo nullum est malū in rebus, vt theologi aiunt: ideo nihil mali agit, nisi cōparatione. Ad scd'm dico, q illud conuenit bonitati diuinę, cum sit rectus iudex, nec id exequatur mō nostro. Ad tertiū dicendum, q vilesceret, si curaret illa modo quo nos curamus accipientes cognitionē à rebus. Quo quidē igitur mō nihil sit simpliciter à fortuna vel casu, sed in respectu ex his modo patet.

Quod omnia sub Deo.

Tex. 57. *Casus igitur atq; fortuna ambo quidem, ut dictum est, causæ sunt per accidens. In his uidelicet quæ neq; simpliciter. neq; plerūq; fieri possūt, atq; horū in his, quæ alicuius gratia sunt.*

Epilogat definitionem casus & fortunæ sub quadā cōi ratione, & inquit ambos esse causas per accidens, eorum videlicet, q̄ neq; simpliciter neq; plerunq; sunt, aut fiunt, atq; horum in his, q̄ alicuius gratia sunt. Hæc oīa partiliter & minutatim non semel sunt exposita.

Tex. 58. *Differunt uero, quoniam casus ipse ad plura se extendit, quando quidem id quod à fortuna fit, à casu etiam proficiscitur, hoc autem non omne à fortuna euenit. Fortuna quidem enim & quod à fortuna in his est, quæ & fortunata existunt, & omnino quibus actio competit.*

Casus & fortunæ discrimē.

Hactenus cōmuniter casum & fortunam declarauit: nūc inter illa differentiā statuit, q casus in pluribus affertur. quicquid.n. fortuna facit, facit & casus. Nō cōtinuo quicquid fit casu, fit itidem à fortuna. vt vero altius differentia perquiratur in quibus sit fortuna, atq; quibus sit casus, altius excolit. & primo in quibus fortuna.d. fortuna.n. & id quod à fortuna est, circa eas res versantur, quibus adest ea natura, vt fortunatæ possint dici. & demum circa eas ad quas pertinet actio. Aīaduersione dignum est multotiens cōcretum esse notius abstracto. Arist. igitur fortunam versari circa actiones humanas eo probat, quia fortunati circa eas versant̄. vt quasi arguat, circa ea est fortuna, circa quæ & fortunati versantur. sed circa actiones humanas fortunati euadunt: igitur & fortuna. maior patet, quia è fortuna, q̄ græce est tyche descendit entychesae, quod latine sonat esse fortunatum. minor patebit, quia non dicimus inaīata fortunata, sed hoīes circa actiones humanas.

An casus sit fortunæ genus

Sed dubitatur vtrum casus sit genus fortunę: Respōdet Auer. q capiendo casum, quod ipse vocat ex se ꝓprie, s'm id quod significat propriæ, & non est genus ad fortunam, quam ipse casum vocat, sed ex se, id est casus. & casus, i. fortuna acceptæ s'm propria significata sunt duæ species, quarum altera vt casus est in rebus na-

E turalibus, fortuna vero in rebus voluntarijs: at capiendo hæc cōmuniter, sic casus, quem vocat ex se est conueniens rebus naturalibus & voluntarijs. fortuna vero in rebus voluntarijs tantum.

Quapropter & circa res, quæ aguntur, fortuna sit necesse est. Signum autem id est, nam prosperitas ipsa aut idem quod felicitas aut prope esse uidetur. Felicitas autem actio quædam est: est enim bona actio. quare quæcunq; agere nequeunt, ipsa nequaq̄ à fortuna aliquid efficiunt. Tex. 58.

Vlterius declarans circa quæ fortuna versetur, ex dictis concludit, quapropter & circa res quæ agūtur atq; geruntur fortuna sit, necesse est. ea, quæ geri possunt agiq; ab Arist. practica dicuntur. Sunt autem ea vt in Tertio Ethicorum scribitur, quæ voluntate & consilio fiunt. rem hanc approbat signo maxime, q omnis felicitas sit actio quædam, cum sit bona actio quæ græ-

Quæ agi & gere propriè dicuntur.

F ce eupraxia. prosperitas vero ipsa, quæ græca est eutychia, est felicitas aut prope felicitatem. igitur prosperitas & fortuna circa actiones erunt. qua ratione fit, vt quæcūq; agere nequeunt, vt bruta & id genus, ipsa nequaquam à fortuna aliquid efficiunt. animaduersione dignum de fœlicitate fuisse positiones duas cōmuniter celebratas. Prima, q fœlicitas consistat in congregatione bonorū exteriorum, vnde & locupletes vocant felices. Secunda vult q felicitas sit in actionibus studiosis, quæ virtute aguntur: non tamen sine bonis exterioribus. nam per bona exteriora multæ virtutes saltem instrumentaliter fieri possunt, vt liberalitas, munificētia, splendor, magnanimitas, & id genus. Iuxta primā positionem Arist. ait prosperitatem esse felicitatem. Iuxta secundam dixit, aut prope esse videtur, quia non sine prosperitate, cum sit veluti decus, aut instrumentum multarum virtutum, vt dicitur Primo Ethicorum.

Felicitas an sit bonis externis, aut non sit actibus cōtingat.

G *Quamobrem neq; inanimale, neq; brutum, neq; puer fortuito quicquam facit, quia electione carent. neq; prosperitas fortunæ, neq; infortuniū his competit, præterquā per translationem quandam. quemadmodum Protarchus inquit, fortunatus esse eos lapides, ex quibus simulacra deorum, fierent, quia honorantur, coniuges uero ipsorum conculcantur. Pati uero à fortuna & his aliquo modo inerit, eū is qui archa ipsa quicquam egerit, fortuito agit. modo uero alio nequaquam est.* Tex. 59.

Ex his concludit ea, in quibus non est ipsa fortuna. & vult, q neq; inanimale, neq; brutum, neq; puer fortuito quicquam facit, quia & electione & consilio carent, circa quod fortunam consistere diximus. Rursus his neq; prosperitas fortunæ neq; infortunium competit, pręterquam per translationem quandam & similitudinem. quemadmodum Protarchus inquit, fortunatos esse lapides, ex quibus aræ, siue altaria, siue simu-

Quæ sint sine fortuna.

H lacra deorum fierent, quia honorantur, coniuges vero ipsorum, qui sunt eiusdē speciei. contra infortunatos ait, quia humi strati pedibus conculcātur. Declarat tñ hæc inanima posse pati à fortuna aliquo modo, saltem quando qui agit à fortuna, circa ipsa fortuito, agit. vt dicamus, nauim pati à fortuna, & ciuitates, & cætera id genus: & ita inanima, & si agere non possunt fortuito, pati tñ fortuito possunt ab his quæ agunt fortuito. & dixit aliquo modo, quia reuera nec pati à fortuna dicūtur, nisi aliquo modo, vt subiecta aut instrumenta agētis fortuito, quo modo idola & deorum simulacra patiuntur, quia recipiunt agente fortuito. Talia igitur, vt Auer. innuit, dupliciter fortunata dici possunt. tum per translationem & similitudinem, tum quia patiuntur ab agente fortuito operante.

Fortunata quædam propriè, quædā translatione dicuntur.

At

Tex. 60. *At casus & cæteris animalibus, & pluribus inanimis cōpetit. ut equum casu dicimus uenisse, ut euasus sit profectus, non autem euadendi gratia uenit. & tripodam etiam cecidisse casu; stetit enim ut sit sedens, sed non huius gratia cecidit.*

Casus inanimatis etiam conuenit. Hactenus, in quibus sit fortuna. & in quibus non sit, exposuit, nunc vero, vt differentia cōpleatur in quibus casus sit, explicat: & vult casum reperiri non tantū in hominibus, sed in cęteris animalibus. Itemó; & in rebus inanimis pluribus, vt tripodam dicimus casu cecidisse vt fieret sedes, quod est præter intentionem eius ad quod instituta fuit. erat enim facta vt recta esset sedes, & non vt cadens esset sedes. & dixit in pluribus inanimis, quia fortasse nō nisi in illis, q̃ veniunt ad vsum nostrum vt artificialia, & nonnulla naturalia.

Tex. 61. *Quare perspicuum, cum eorum aliquid quæ simpliciter alicuius gratia fiunt, cum non eius quod euenit gratia factum est quorum causa est extra, tunc nos casu id fieri dicere. Horum autem fortuito ea fieri, quæ eligibilium casu fiunt in his quæ electionem habent.*

In quibus sit fortuna, & in quibus non sit, rursus & in quibus casus, declaratum est. nunc differentiam & conuenientiam, colligit in vno, & inquit. quare perspicuum, cum eorum aliquid quę simpliciter alicuius gratia fiunt, cum non eius quod euenit gratia factum est, & quorum causa sit extra intentionem agentis, & non contenta in intentione agentis, tūc nos casu id fieri dicere. Est igitur casus causa per accidens eius quod euenit præter intentionem in his quę fiunt gratia alicuius.

Casus fortunæ genus est. Horum autem fortuito ea fieri, quæ eligibilium casu fiunt, in his quæ electionem habēt. & ita casus videtur genus fortunę, vt patet p einsmodi definitiones. Auer. hic sumit simpliciter pro vniuersaliter, & communiter, vt distinguitur contra partem & speciem, siue singulare, & potest stare.

Tex. 62. *Signū uero est quoniā. frustra tunc esse dicitur, cū id quod erat alicuius gratia, illius gratia non est factum. Vt si deābulatio egestionis gratia esset, si non euenit ei qui deambulauit, frustra illū deambulasse dicimus. Frustra quoque deambulationē*

Tex. 63. *fuisse. Vt sit id frustra quod aptū est esse alicuius gratia, cū id non efficiat cuius gratia erat, & aptū erat. Nā siquis lauisse se frustra dixerit, quia Sol non defecit, ridiculus utiq; erit. Nō. n. illius gratia illud erat. ita casus suo nomine tunc dicitur, cū id frustra fit: cecidit. n. non percutiendi gratia lapis. A casu ergo cecidit lapis, quia cadere ab aliquo & percutiendi gratia pōt.*

Vt Themistius inquit, probat Aristot. quod modo dixerat: videlicet, q casus in his sit, quæ sunt alicuius gratia. Et arguit sic, frustra est in his, quæ alicuius gratia fiunt, & apta sunt fieri. casus aut est frustra, aut ipsi proximum. igitur in his est, quæ alicuius gratia fiunt, & apta sunt fieri: adiecit & apta sunt fieri, quia, si quis lauisse se frustra dixerit, quia Sol non deficit, hic dicens ridiculus vtiq; erit: nō enim illius gratia illud erat aptū esse. Maiorem probat non aliter, quam per cōmunem consensum omnium eorum, qui nomine casus vtūtur: omnes enim ad illum sensum eo vtuntur. Quod vero casus sit frustra, declarat à deriuatione nominis, & ab exemplo. deriuatione nominis quidem, quia casus grę ce est automaton, dictum ab auto græce, latine ipsum: & mates latinæ frustra, siue temere, siue vanum. Quo fit, vt automaton græce, latine sit idē quod ipsum frustra. Exemplo vero idem probat, quod translatione ipsa patet. Sic igitur patet casum esse in his quæ alicuius gratia aguntur, & apta sunt ad illius causa.

Annotauit Auer. in hoc cō. 63. q res fit frustra vno A modo simpliciter, vt quando nihil fit. Interdum secundū quid, vt quando aliquid fit, sed præter intētionem.

An quæ fiunt à casu sint ab aliqua per se causa. Dubitant recentiores vtrum id quod. casu fit, fiat vel aptum sit fieri à causa aliqua per se. Respondet recentiores, q capiendo casum', vt distinguitur, contra fortunam, id quod est à casu impossibile est esse ab aliqua causa per se, vt dicit Auer. Octauo huius. cōm. 46. non autem capiendo casum large. Dicit etiam secundo, q capiendo casum proprie, non reperitur vbi effectus intentus prouenit, sed bene capiendo casum cōmuniter. Blacterones his obijciunt. Contra primū quidem, quia si lapis moueretur deorsum, non vt frangeret ollam & frangeret, fractio ollæ est à casu, & apta est esse à causa p se, vt si lapis proiectus ab aliquo in tendēte illam fractionem. Multi alij casus fiunt ad idem, qui omnes vnam habent vim. Contra secūdum vero, quia B si recedere equus ab hostibus, & veniret ad stabulū co medendi gratia & comederet, salus eius esset casualis proprie, & tamen eueniret finis ab equo intentus. Amplius, si lapis deorsum mouetur & frangeret caput blacteronis, fractio esset casualis proprie: & tamen veniret effectus intentus à lapide, videlicet descensus. Defendi possunt recentiores his à captiunculis. nam ipsi loquūtur in casu naturali, est autem casus naturalis monstrū, quod videlicet fit actione naturæ alteratiuæ per dispositiones præuias qualitatiuas & quantitatiuas. cuiusmodi non sunt motus equi, neq; lapidis, neq; talium id genus. Mōstrum enim, quod casu isto modo naturali fit, fieri non potest ab aliqua causa per se, q̄m tunc vna species posset proficisci à natura & à casu. Et q hæc sit intentio recentiorem patet per exempla eorum, & p dictum, quod per se ducunt ipsius Auerrois. Qua ratione fit q ita sumendo casum reperiri non potest vbi ef- C fectus intētus proficiscitur, nisi idem esset à natura & præter naturam.

Et licet hæc solutio satisfaciat captiunculis, non satisfacit veritati. nam Ptolomæus omnium sapientum princeps monstruosas generationes casuales penitus esse non vult, vt in tertio apotelesmatum declarat. has enim reducit ad maleficas stellas. Inquit enim. Si lumina cadant ab angulis, sintq; sine figura ad horoscopū, & maleficæ stellæ in cētris duobus, aut ænigma est puer perium, aut talis qui editus est infelicissimus. Ponit ēt regulas discernendi species mōstruosorū partuum per stellarum constitutiones: quæ ratio docet monstra esse non naturalia & casu respectu agentis particularis naturalis, per se vero sunt respectu cœlestis constitutionis. Dictum vero Auer. in. 8. disputabitur, nunc vero dici potest, q id qd' est casu naturaliter, vt sic loquimur, D nō potest esse à natura alia particulari eiusdem speciei vel generis, potest tamē esse à cœlo, quod est causa vniuersalis. Qua ratione fortasse recentiores ipsi defendi possunt, & recte dicetur.

Tex. 64. *Maxime autē separatur id qd à fortuna fit in his quæ à natura fiunt. Cum enim aliquid præter naturam effectū est, tunc non à fortuna, sed potius à casu effectum esse dicimus, est autē & hoc aliud, illius quidem. n. externa, huius uero interna causa est. quid igitur sit casus, quidque fortuna, atq; quo etiā pacto inter se differūt iam diximus.*

Vnde cōmodius differentiam casus à fortuna dicere quispiam posit, nūc tradit. d. cum enim aliquid pręter naturam effectum est, vt monstrum, veluti manus sex digita & scruthocephalus, tunc non à fortuna, sed potius à casu id effectum esse dicimus. qua ratione sequitur

quitur secunda differentia, ꝙ mõstri quidem causa est interna, vt materiæ exuperantia, aut defectus, fortuiti vero euentus causa est externa. nam fortuitus euentus est in re artificiali, vel in actionibus, causa vero est in nobis, vt intellect⁹ & volũtas. Sed dubitabis, quia si mõstrum habet intrinsecus causam, tunc peopriam & certam habet causam, igitur non casu fit. Rñdet Themist. ꝙ sicuti ita fractione capitis à lapide descendente. descensus habet causam per se intrinsecam, vt pondus & grauitatẽ, non aũt percussio. (grauitas. n. non est causa percussionis, sed casus percussionem fecit.) ita natura est causa per se substantiæ & generationis monstri, non autem monstruositatis: sed de his postmodum.

Casualium est intrinseca cã. fortuitoru extrinseca. vt intellectus et voluntas.

Tex. 65. *Vtrũque uero ipsorum in modũ eius causæ recidit, quæ inter causas est, unde est principium motus nam aut alicuius eorum quæ natura sunt, aut mente. semper causa est. Sed horum multitudo indefinita est.*

Casus & fortuna ad genus causæ efficientis reducuntur.

Nunc vero in quod genus causæ recidãt casus & fortuna disputat: & ait eos reduci in genus causæ efficientis. & potest syllis componi, causa eorum, quæ sunt à natura, & eorum quæ sunt à mente in genus causæ agentis recidit, quia aut ad intellectum aut ad naturam. Dat minorem. d. nam aut alicuius eorum quæ natura sunt, aut eorum quæ sunt mente semper causæ sunt. Sed tamen hæc est differẽtia ꝙ mens & natura sunt causæ definitæ, casus vero & fortuna (cum sint per accidens) sunt indefinitæ.

Tex. 66. *Cũ casus atque fortuna causæ sint eorũ, quorum aut mens, aut natura causa sit tunc, cũ per accidens horũ ipsorũ quedã causa sit, atque nihil per accidens prius sit eo, quod est per se, patet nullam per accidens causam priorem esse ea quæ est per*

Tex. 67. *se. Casus igitur atque fortuna posterius sunt & mente & natura ipsa. Quare si quam maxime cœli casus causa est, mens atque natura ipso priores sint, atque multorum aliorũ & huius uniuersi causæ, necesse est.*

G

His pertractatis, nunc quid oportet concedere eos, qui casum autumant cœli causam esse, subiungit. Primo syllogizans naturam & voluntatẽ priores esse casu hoc modo. Causæ per se priores sunt causis per accidens: Intellectus & natura causæ p se sunt, casus & fortuna causæ per accidens: igitur intellectus & natura priores. primo ponit minorem dic. Cum casus atq; fortuna causæ sint eorum, quorum aut mens, aut natura causa sit per accĩs, tunc videlicet cũ per accidens horũ ipsorũ mens, aut natura causa sit: q. d. quia casus & fortuna sunt causæ eorum, quorum mens vel natura sunt causæ per accidẽs, hæc est maioris vis. dat minorem & conclusionem, & translatione patent. Ex ijs cõcludit quid oportet concedere dicentes casum esse causam p H accidens cœli, & inquit, quare, si quã maxime cœli casus causa est, & mẽs atq; natura ipso cœlo priores sint, necesse est, qm̃ sunt priores casu, & necesse est mens & natura sint causæ multorum aliorum per se, ad quorum generationem cœlum ipsum casu factum est, & tandẽ necesse est causæ sint mens & natura totius vniuersi generabilis & corruptiui, qm̃ hæc generantur ad generationem illorum. qua ratione fit vt mens & natura sint omnium causæ primæ licet quorundam per se, aliorũ per accidens: quod ipsi negabant ponentes casum omnium causarum primam.

Tex. 68. *Esse aũt causas, & tot esse numero quot diximus patet. tot. n. numero quæstio propter quid cõplectitur. Nã ipsum propter quid, aut ad ipsum quid est reducitur ultimũ in immobilibus, ueluti in mathematicis. Ad recti. n. aut cõmẽsurabilis, aut*

E *alicuius id genus ultimo definitionẽ reducitur: aut id quod primũ mouit, ut propter quid bellum gesserunt, quia templum spoliauerunt: Aut in id cuius gratia, ueluti ut imperium consequãtur. Aut ad materiã in his quæ fiunt. Quod quidem igitur causæ hæ sint, & tot perspicuum.* Tex. 69.

Demonstraturus Arist. considerationem de omnibus causis esse naturalem, primo breuibus resumit causarum rationem per rationem quandam dialecticam. vt recte Auer. sentit. accepit autem ratio hæc duo præcipua. quorum primum est quæstionẽ propter quid causam quærere. 2m est, omnem quæstionẽ reduci in quatuor. erit igitur dialecticus syllogismus, causæ sunt tot, quot quæstio propter quid complectitur: quæstio propter quid quatuor complectitur, quatuor igitur causæ. ꝙ quatuor complectitur, Arist. exemplis declarat, quæ res translatione ipsa patet.

F *Cum autem causæ quatuor sint, de omnibus scire Naturalis Philosophi est, atq; ad omnes ipsum propter quid reducens ipse materiã, formã, id quod mouit, & id gratia cuius assignabit naturaliter. plerũq; tñ tres in unũ accedunt. ipsum. n. quid est, & id gratia cuius unũ sunt, ea uero unde primũ motus proficiscitur, specie eadem ijs est: homo n. hominem generat.* Tex. 70.

Quatuor esse causas hactenus conclusit, nunc ꝙ per earum singulã definiat, atq; demonstret Physicus consequenter subiungit, & hæc ait. cum autem causæ quatuor sint, sequitur ꝙ de omnibus scire naturalis Philosophi est, & hoc quo ad definitiones. atq; ad omnes ipsum propter quid reducens ipse Physicus, materiam, formam, id quod mouet, & id gratia cuius omniũ affectionũ naturalium seorsum naturaliter assignabit: nã homo morietur, aut quia est animal rationale mortale, aut quia efficiẽs illius anima migrat è corpore, aut quia ex materia tali existit, quæ sit obnoxia corruptioni, aut quia illi est melius mori. sic igitur cuiuslibet affectionis naturalis reddi possunt causæ quatuor omnes seorsum & hoc quo ad demonstrationem. Sed quia dixit affectionis naturalis cuiuslibet posse reddi quatuor causas seorsum, & posset quis credere hoc fieri semper, docet non semper esse sic agendum, cum plerũq; tres causæ recidant in vnam. & hoc inquit, plerunq; tñ tres in vnũ accedunt. ipsum. n. quid est, quod est forma, & id gratia cuius, quod est finis, vnum sunt. ea vero vnde primũ motus proficiscitur, specie eadem his est, quia hõ hominem generat. & ita in actione vniuoca agens & effectus specie vnum sunt. quæ ratio docet nonnunquam demonstrationem esse vnam vnius affectionis, quæ tamen amplectitur tres causas in vnum.

An per quã habet genus causa possit fieri demonstratio.

Commen. 70. Auer.

{Quod oportet.} Auer. reddit causam vltra textum, cur oportet de omnibus causis dicere: & ait hoc esse, quia naturalis pertractat de materia, ideo infert, ꝙ debet de omnibus pertractare. Sed dices. non magis materia respicit alias causas, q̃ aliæ respiciant materiã. igitur à pari: omnes aliæ quæ agunt de alijs, considerabũt de omnibus. Dici potest ꝙ tractans de materia tractat de alijs in processu demonstratiuo, qui terminat quæstionẽ an est. Naturalis enim Philosophus probat materiam esse, & quia hic apparet materiam esse, apparet formam esse: quia nunquã materia est sine forma, vbi forma est: cum appareat nullam formam esse materiæ coæternam, apparet agens: & cũ omne agens agat propter finem, apparet finis: quare questio an est materia, est quæstio omnium causarum, & si hic apparet materiam esse, apparet cæteras causas esse. aliæ verò scientiæ,

Quarens de materia de omnibus fere tractat.

tiæ, & si considerent omnes causas, non hoc modo, sed supponunt illas esse.

Forma et Finis in vnũ concidunt. {Et accidit in scientia.} Secundo declarat. quo modo finis & forma concurrunt in vnum: & vult, ꝙ forma concurrat cum fine generationis, quæ est ipsamet forma & non cum fine rei generatæ, quæ est perfectissima operatio rei factæ. vult secundo, ꝙ efficiens concurrat cum forma & fine, quotiés generatio ipsa est ab vniuoco, & non æquiuoco, vt generatio muris à calore cœlesti. cum fine etiam generationis non rei generatæ, & tertio in idẽ specie non in idem numero. quæ ratio docet Aristo. recte adiecisse plerunq; siue multotiens, quia non semper recidunt in vnum, nisi his seruatis.

Tex. 72. *Et omnino quæcũq; motæ mouent, quæ autem non, considerationis naturalis amplius non erunt. non. n. in seipsis motũ habentes, aut motus principiũ mouent, sed immobiles mouẽt. quapropter tres erũt tractationes, Vna circa immobile, Alia circa id quod mouetur quidem, sed incorruptibile, Alia circa ea quæ corruptibilia sunt.*

Quia de causis esse cõsiderationem naturalem accepit, & causæ effectrices multifariæ sunt, ideo docet q̃ ad Naturalem, quæq; ad alios artifices spectent, & inquit. Et omnino quæcunq; motæ mouent sunt considerationis naturalis, quæ autem non mouent, considerationis naturalis amplius non erunt. cuius causam reddit, quæ translatione patet ipsa. Tunc concludit. quapropter tres erunt tractationes, vna circa ĩmobile, cuiusmodi est ens abstractũ: alia circa id quod mouetur quidem, sed incorruptibile est, cuiusmodi est cœlum: alia circa ea quæ corruptibilia sunt, vt sunt corpora elementaria vel ex his mixta.

Genera sciẽdi. Mouet Auer. in cõ. 71. quæstionẽ cum Arist. ait tria esse negotia, quod græce est pragmatiæ, pro quibus C accipit negocia, pro artibus & scientijs, an pro rebus quæ substant artibus. & arguit, ꝙ non possunt intelligi per negocia artes ipsæ, qm̃ tres sunt artes. Metaphysica de rebus ĩmobilibus penitus separatis, Mathematica de Imobilibus, sed coniunctis mobilibus, Naturalis de mobilibus. Contra arguit Auer. quia de mobilibus & corruptibilibus & incorruptibilibus, quę explicat in textu, est vna scientia, vt Physica, quæ & de cœlesti mobili, & de elementis corruptibilibus agit. igitur non artes intelligere potest. Propterea vult, ꝙ Aristo. diuidat res ipsas, non tñ vult per diuisiones rerum innuere diuisionem scientiarum. signũ affert, quia scientia Diuina considerat corruptibilia & incorruptibilia, qm̃ est de omnibus. & ita de ambobus, quatenus existũt & sunt vna, & quo ad prædicata alia metaphysica. sed quis obijciet Auer. quia tunc corruptibile consideratur à Naturali, D & à Metaphysico. Respondet Auer. ꝙ, cum ens diuiditur ſm considerationem demonstratiuam, hoc est inquantum de ipso possunt prædicata diuersorum generum demonstrari, intrabit vna natura realis in diuersas artes ſm distinctionem prędicatorum. veluti de numero considerat Metaphysicus & Mathematicus & secundum diuersa prædicata: & de corpore Mathematicus & Naturalis similiter: sic in proposito de corruptibilibus considerat Physicus quo ad prędicata motum includentia, Metaphysicus verò quo ad prædicata cõmunia abstractis & mobilibus: vt sunt ens, vnũ, actus, & potentia, & id genus. quare concludit velle Arist. res diuidere non artes. Sed pace Auer. dixerim. hæc expositio est valde extorta: græce. n. pragmatiæ sonat tractationes: pragmata verò sonat res. propterea vt mihi vi-

A detur Arist. tractationes vult, & non res tractatas. tunc dicerem de immobilibus esse metaphysicam, de mobilibus incorruptibilibus esse mathematicã: vtpote eam partem q̃ de cœlo agit, videlicet Astronomia. hæc. n. est pars nobilissima mathematices. de mobilibus corruptibilibus est Naturalis. Ad rationem Auer. dico ꝙ licet Physica sit de mobili corruptibili & incorruptibili, non est de illis vna ratione, vt dictum est. Similiter licet Metaphysica sit de omnibus, vt ipse respondet, nõ est de illis vna rõne. & si dicitur ꝙ Astronomia est magis Naturalis igitur non facit consideratiõẽ diuersam à Naturali. Respondeo ꝙ licet ſm rem sit magis naturalis, ſm denominationem, est mathematica, & loco omnium mathematicorum Arist. vtitur ipsa hic.

Quare ipsum propter quid à Naturali Philosopho, qui ipsum reducit & in materiã & quod quid est, & in id quod pri- B *mum mouit, assignatur. Nã de generatione maxime hoc modo considerant quid post quid sit, quod primum fecit atq; quid passum est. & sic semper quod est deinceps.* Tex. 72.

Quod naturalis de quatuor causis consideret ex dictis concludit, & nonis argumẽtis persuadere incipit, & inquit. Quare ipsum propter quid à naturali Philosopho qui ipsum reducit & in materiam. & in quod quid est, hoc est formam & finem, & in id quod primũ mouit assignatur. & ita conclusio est, ꝙ ipsum propter quid consideratur à naturali Philosopho, vt reducitur in quatuor causas. & hoc syllogizat, quia qui habet agere de generatione, de causis agit generationis & accidentibus illius. tunc ponit minorem. d nam de generatione maxime hoc modo considerant quid post alterationem videlicet & trãsmutationem, & hoc quo ad finem, quid sit, & hoc quo ad formam, quid primum fe- C cit, quo ad agens, quid passum est, quo ad materiam, & sic semper quod est deinceps, vt sunt accidentia per se. *Quod quid est consideratur à Naturali.*

Principia aũt ea quæ naturaliter mouẽt, duplicia sunt, quorum alterũ naturale non est. non. n. habet motus principium in seipso, atq; tale est si quid moueat & non moueatur, quemadmodũ id quod est immobile penitus, & qđ est omniũ primũ. Tex. 73.

Quia dixerat Naturalem considerare de agente cõsiderationem, & primum omniũ agens est penitus immobile: ne quis credat Naturalem de illo considerare. subiecit diuisionem motoris: cuius alterum membrum quod est Physicum omisit: Metaphysicum verò describit. & sermo translatione ipsa patet.

Tria Auer. in cõm. 73. innuit. Primum est, ꝙ consideratio quidditatiua primi motoris non est naturalis, sed metaphysica, sed consideratio illius quo ad an est, est naturalis, vt multotiens diximus. Secundum est syl- D logismus probans rem hanc sit. motor naturalis habet principium motus quo mouet: primus motor non habet principium motus quo mouet: igitur primus motor non est naturalis. Tertium est, ꝙ primus motor est omnium primus: qm̃ cæteri motores cœlorum nõ mouent nisi moueãtur ab eo. Ex cõmento, igitur hæc excerpta sunt. Sed contra hæc possent esse dubitationes. contra primum quidem, quia primus motor nullã habet quidditatem. omne enim habẽs quidditatem est cõpositum ex forma & materia, vt dicitur. 7. Metaphysi. non semel ab Auer. contra ſm verò, quia minor syllogismi videtur falsa. habet enim primus motor principium quo mouet cœlum, & totam naturam, videlicet intellectum & volũtatem. contra tertiũ verò facit, quia cæteri cœlorum motores sunt indiuisibiles sicut & primus: igitur moueri non possunt, nec à primò, nec à se. *Primi motoris si qua esset quidditas, metaphysi muneris esset.*

Defendi

Defendi poteſt Auer. Ad primum dico.vt alibi diximus, quod primus motor cõſideratur quidditatiue in Metaphyſica ſi haberet quidditatẽ.vbi enim eius propria quidditas haberetur,non niſi in Metaphyſica tractaretur.aut ſi non habet quidditatem vniuoce,habet eam æquiuoce, per quandam aggregationem prædicatorum,quæ ſe habent vt per ſe, & de hoc ſatis ſuperius diximus. Ad ſecundũ dici poteſt ꝙ Auer.intendit per habere principiũ motus in ſe, qñ illo principio mouet mouens,vt motores naturales faciunt, non ſic ſunt intellectus & voluntas. Ad tertium quicquid velint iuniores,dico ꝙ cęteri motores mouent dependenter à primo in tribus generibus cauſæ finalis,formalis,& agentis, vt in libro Deſtructio deſtructionum eſt diſputatũ. primus verò mouet penitus independenter, & ſic intelligit Auer. Aut dici poteſt,ꝙ cæteri motores mouẽt moti ſaltem per accidens,quia mobilia eorum mouentur, vt dicetur. 7.huius.cõmen.52.primus verò mouet penitus immotus & per ſe & per accidens.

Tex.74. *Et quod quid eſt forma,atq; finis cuiuſq; cauſa cætera ſunt.*

Quod ad naturalem cæteræ cauſæ attineant, declarat. & inquit. Et quod quid eſt forma, atq; finis,cuiuſq; cauſa cætera ſunt, ſubaudi conſiderationis ſunt naturalis. verbum illud,atq; græce eſt,gar, quod non tenetur vt cauſæ redditiuum, ſed vt continuatiuum : propterea ſic tranſtuli.

Quare cum alicuius gratia natura agat,et hanc ſcire oportet,et ipſum propter quid omnino reddendum eſt,uelut ex hoc id fieri neceſſe eſt. ex hoc uerò aut ſimpliciter,aut plerunq;. & ſi hoc eſſe debeat ceu ex propoſitionibus ipſa concluſio et quia hoc erat ipſum quod quid eſt, & quia hoc modo melius eſt,nõ ſimpliciter ſed pro cuiuſque natura.

Docet nũc vſum omnium cauſarum in rebus & effectibus naturalibus.& primo concludit propoſitũ ex iam dictis.d. Quare cum alicuius gratia natura agat,& hanc ipſam naturam ſcire oporteat, eiusq; effectus naturales, iure & ipſum ꝑpter quid omnino in omnibus naturalibus quæſitis reddendum eſt, non tamen ſemper in vno genere cauſæ. interdum enim in genere efficientis cauſæ, vt ſut ex hoc id fieri neceſſe eſt, vt pulpoſas homo tibias habet, quia à pulpoſis habente editus eſt. Verum quædam eſt differentia, & hoc ſubdit. ex hoc vero agente proficiſci illud effectum eſt,aut ſimpliciter & neceſſario vt in ſempiternis.Sole enim intrante leonem ſemper calor nobis æſtiuus eſt,aut plerunq;, vt in naturalibus effectibus modo demonſtrationes eſſe per ea quæ ſunt plerũq; non inconuenit,vt Primo dicitur Poſter. deinde tradit modum per cauſam vt materia.d. & ſi hoc eſſe debeat vt materia id debet eſſe vt effectus, vt qm̃ materia carnis, quæ in cæteris animalibus vadit ad caudam,in homine non poteſt ire, quia eſt ſine cauda, ideo tibiæ carnulentæ ſunt, ceu ex propoſitionibus ipſa concluſio. nam propoſitiones ſunt vt materia, concluſio vt forma, & propterea ſubdit, & quia hoc erat ipſum quod quid eſt, vt quoniam habere carnoſas tibias eſt forma hominis & illius pulchritudo,ideo carnoſas habet tibias. &, quia hoc mõ melius eſt.hoc eſt,quia finis eſt iſte & melior. nam, cũ homo ambulet rectè,melius eſt habere tibias carnoſas,vt calor in illis diutius & fortius immoretur pro actione agẽda. dico, quia hoc eſt melius non ſimpliciter, quia finis ſimpliciter melior eſt in tota natura Deus, ſed ꝑ cuiuſq; natura & ſpecie eſt melius ad actionem faciendam. ſic igitur carnulentiæ tibiarum in hominibus reddi poſſunt quatuor cauſæ & ſimiles rationes inuenies in libro de Animalibus. quæ ratio docet Naturalem in ſuis rationibus vti interdum omnibus, interdum pluribus,interdũ vna cauſarũ,vt modo quo explicatum eſt.

Auer.in cõmen.47.nonnulla vtilia,quæq; non multum ad ſenſum literæ expreſsit. Primũ ꝙ naturã agere propter finem eſt maximum fundamentum Scientiæ Naturalis.& hoc eſt verum,quoniã, ſi natura non agit propter finem,ſola materia inter cauſas erit enumeranda,& ita tollentur cæterę cauſæ, vt declarauit Auer. in Primo huius. Secundum eſt, ꝙ demonſtrationes naturales à cauſa ad effectum nõ ſunt ex ſimpliciter neceſſarijs,cum ab illis euentus plerũq; proficiſcantur. ab effectu vero ad cauſam demonſtrationes ſunt ſimpliciter neceſſariæ, quia ab effectu ſequit̃ cauſa in naturalibus. *Demonſtrationes naturales ex cauſis non ſunt neceſſariæ ſimpliciter ex effectibus autem ſic.* Tertium eſt, ꝙ nobilitas non competit formæ quatenus forma, quia abſtrahit à nobilitate & ignobilitate, vt forma mathematicæ, quæ nec eſt nobilis, nec ignobilis,ſed accidit ſibi quatenus finis eſt. qua ratione fit, vt formæ,quæ ſunt ex neceſſitate materiæ, cum cadãt, à ratione finis,nec dicuntur nobiles nec ignobiles, cuiuſmodi ſunt fortaſſe dimenſiones,quæ nec agunt nec patiuntur. ſed illud dictum Auer. fuit ſemper mihi dubium quia quælibet cauſa ſuo genere eſt nobilior cau ſato, & forma vt forma eſt dignior ipſa materia: igitur formæ vt forma eſt,competit nobilitas. Dici poteſt, ꝙ Auer. per nobilitatem hic intelligit gradum perfectionis ſumptum ab operatione : & qm̃ formæ mathematicæ non agunt,neq; patiuntur, tali nobilitate ſecunda non dicuntur nobiles, bene tamẽ nobilitate prima. Iuniores aliter dicunt, & non eſt malum vt mihi videtur. Sunt tamen qui faciunt differentiam inter nobilitatem & perfectionem: dicentes nobile ſumi per rationẽ finis, perfectum penes diſtãtiam à non gradu. hæc differentia ficta eſt,& vbiq; ab Auer. inuenitur corrupta. Diximus alias duplicem eſſe nobilitatem, alteram, quæ ab operatione ipſa colligitur, & hac operatione naturales formæ eſſe poſſunt nobiles, quatenus quidem & operantur & agẽtes ſunt,ſiue actionũ principia, quæq; operatiuæ formæ mathematicæ minime nobiles eſſe poſſunt,cum ſint quantitates, quæ non ſunt de principijs actiuis: alteram vt intenduntur ab agente, & hæc ſibi competit,ea rõne qua finis. quo etiã modo nec formæ mathematicæ nobiles eſſe poterunt, cum abſtrahant à fine. *Formis competit nobilitas non tamẽ ratione finis ſed ratione formæ.*

Dicẽdum igitur, primo quidem naturam ex ijs eſſe cauſis, quæ ſunt alicuius gratia : deinceps de neceſſario quo modo ſe habeat in naturalibus rebus. cuncta enim omnes in hanc reddunt cauſam, argumento q. calidum & frigidum & id genus ſuapte natura ſint talia. quæ neceſſario ſunt et fiunt, atq; apta ſunt. etenim & ſi aliam cauſam dixerint, hic quidem diſcordiam & concordiam, ille uero mentem, tangunt illam ſolum, eam ualere ſinentes.

Duas proponit Ariſt. res diſputare. prima eſt an natura ex ijs cauſis ſit, quæ cauſant alicuius gratia, & agat propter finem. huius quæſtionis vtilitatem poſtea dicemus: deinceps ſecunda res erit de ipſo neceſſario quo modo ſe habeat in rebus naturalibus, vtrum ex ipſa ſola materia proficiſcatur, an ab agente, an fine ipſo. cauſam huius reddit. d. cũcta enim, quæ in naturalibus, viſuntur in hanc, hoc eſt in materiam cauſam rediguntur, & omnem inde neceſſitatem proficiſci dicunt. Argumento, ꝙ calidum & frigidũ, & id genus ſuapte natura *Quæ uĩ præter cauſas perfecit tractanda à naturali.*

turasint talia, quæ necessario sunt & fiunt & apta sunt esse & fieri, vtpote calidum sursum duci, frigidū deorsum amplius calidum talem agere effectum, frigidum illum, non quidem ob finem alium, nisi sua ipsius natura, atq; materia. etenim & si aliam causam dixerint vt agentē, hic quidem discordiam, & concordiam, ille verò mentē, tangunt illam solum, eam valere finentes, cum non multa pertractatione eam vexent. Quo argumento cogitur Arist. de causis necessitatis disputare.

Scire finē Naturalis ac Diuinæ scientiæ prodest.

Auer. cōmento. 75. primo declarat vtilitatem primæ quæstionis, & vult q; quæstio quærens an natura agat propter finem, est maximum fundamentum Scientiæ naturali, & Diuinæ. Naturali quidem, quia negato illo, demetur finis à natura, dempto fine, demetur & agēs. quo fit, vt omnes formæ casu è materia ipsa proficiscātur. Diuinæ vero, quia eo fundamento ablato, tollitur cura diuina, atq; illius prouidentia erga nos. Deus.n. agit primaria intentione propter se, secundaria verò propter nos: erit igif suę actionis ipsemet finis, & nos ēt fines illius sumus, saltem secūdariē. quo fit, vt si fines è rebus demātur, statim tolletur actio Dei erga nos, cū tollatur omnis ratio agendi. Ex his habetur de mente

Curam omnium Deus habere voluit Auer. qd puer vn ambiguitatem sibi alias ducit ...

Auer. Deum habere curam rerum, cuius non semel ipse contrarium alibi dixerit, vt. 12. Meta. recentiores credunt concordare per hoc q; Auer. alibi negat Deum habere curam rerum modo nostro. recipiendo species à rebus. hic tamē vult ipsum habere curam, quatenus est illarum causa, & hoc per eius essentiam. hæc solutio licet sit catholica & optima, fundamentis Auer. nō consonat: propterea ipse qui omnes res confudit, etiam in hac re fuit ambiguus, & quæstionis solutionem nō percepit. Ego vero in multis meis libris rem hanc tetigi, nunc verò rāq extra propositum omitto. Secundo declarat Auer. Cur veteres parum agentem causam inspexerunt: & ait hoc ideo fuisse, quia solum causam agentem tetigerunt in prima mundi genitura: in generatione verò rerum particulariū agentes causas omiserunt qua ratione fit, vt modicum tetigerint.

Tex. 76. *Habet autem dubitationem, quidnam prohibet naturam ipsam non alicuius gratia agere, neq; quia est melius. sed quemadmodum iuppiter, non ut frumentum increscat, sed necessario pluit. quod enim eleuatum fuerit, id frigefiat oportet: & quod frigefactum erit id in aquam uersum descendat, necesse est. accidit autem hoc facto frumentum increscere. Similiter, et si frumentum pereat cum est in area, non huius gratia pluit ut illud pereat sed id accidit. Insuper quid prohibet partes etiam in natura sic se habere, ceu dentes necessario exoriri anteriores quidem acutos aptosq; ad diuidendum, molares uerò latos utilesq; ad cibum terendum, cum non huius gratia tales sint or ti, sed simul acciderit. Similiter uerò & de ceteris partibus, quæ alicuius gratia constare uidentur In quibus igitur accidit ut omnes sint ortæ perinde atq; si alicuius gratia fierent, ea conseruata sunt, à casu ipso congrue constituta, in quibus uerò id non sic fuit, ea perire ac perdita sunt: quemadmodum Empedocles dicit bouigenas & uiriproras.*

Mouet autem dubitationem pro parte antiquorum quid prohibet naturam ipsam non agere propter finē. sine enim, sic siue aliter dicatur non videtur inconueniens: & quod nihil prohibeat arguit, quia si quid prohibeat, erit vt agat propter melius. destruit naturā agere propter melius primo, quia nonnunquā natura agit ꝑpter melius, vt si cū actione naturæ fit cōmodum paratum: veluti de pluuia, quæ interdum confert messibus cum fit ex necessitate materiæ, interdum lædit, si inuenit incōmodum. secundo, quia partes animalis à casu sunt propter melius, vt in exemplo de dentibus. qua ratione fit vt natura, non propter melius agat, sed casu nonnunquam melius ipsum cum naturæ actione concordet. quod verò natura nō propter melius agat, sed cum actione naturæ concordet casu ipsum melius, testatur Empedocles, qui in mundi corruptione posuit chaos ex animalium partibus sine ordine cōcisis. deinde cœpit natura necessitate ducta cōponere res, & animalia ex suis membris, quæ in illa prima gnatione nonnulla male componebat, vt monstra agens, composita videlicet ex parte bouis, & parte hominis, q̄ græce sunt bugenes. & acidropora & alia id genus. mō dicebat, q; hæc sunt inutilia ad actionem. propterea non seruata sunt ad tempora nostra, q̄ verò vtilia sunt, iam adsunt: ergo natura non agit propter finem, sed cum actione naturæ cōcordat casu ipsum melius. litera patet trāslatione ipsa. Animaduersione dignum id dici ex materiæ necessitate, vt colligitur è Themistio, quod est præter finem intentum ab aliquo agente. quemodo pili subascellarum, è materiæ necessitate ponuntur, nam nec propter melius, nec propter bonum esse debēt, sed cōsequuntur vapores ibi congregatos.

Ratio quidem igitur qua quis dubitauerit, hæc est, et si qua alia, talis est. Sed impossibile est hæc ita sese habere: hæc enim & omnia quæ natura cōstant, aut semper, aut plerūq; sic fiūt: sed eorum quæ à fortuna & casu fiunt, nullum ita proficiscitur. neque enim hyeme crebro pluere fortuito casuq; uidetur, sed si id fiat, cum Sol est sub cane. neq; si calores sub cane, sed si in hyeme fiant. Quod si ea quæ fiunt, aut casu uidentur, aut alicuius gratia esse, si impossibile est hæc, aut à fortuna esse, aut à casu, alicuius gratia utique erunt. Talia uerò omnia natura sunt, ut etiam ipsi aiunt qui hæc dicunt: erit igitur in his, quæ natura fiunt & sunt, id quod alicuius gratia fit. Tex. 77.

Refellit nunc Arist. positionem antiquorum. & primo arguit sic, ea quę fiunt à natura aut casu fiunt, aut alicuius gratia: sed non fiunt casu: igitur alicuius gratia. Minor prosyllogizatur sic in litera, quę casu vel fortuna cōstant, neq; semper neq; plerūq; sunt, quæ natura fiunt, aut semper, aut plerunq; aguntur. igitur, in secunda figura, non fiunt, quæ natura fiunt, casu. Maior prosyllogismi, licet sic probata per definitionem fortunæ, aut casus, tamen exēplo probat, q; pluere in hyeme nemo ait casu esse, qm̄ frequēter fit: Sole verò ꝑ canem decurrente, id casu fieri dici potest. similiter sole existente in cane calore fieri non casu dicimus, sed ipso decurrente per capricornum, videlicet hyeme id casu fieri credimus. sermo est perspicuus translatione tātum. ex cōm. 77. Multa possunt accipi ad propositum. Primum erunt duo syllogismi. Primus, quęcūque fiūt, aut semper, aut in maiori parte non sunt casu: conuenientia, quæ est in membris, aut est semper, aut in maiori parte, igitur non est casu. Secundus est. res existentes sunt propter aliquid, res existentes sunt à natura: igitur quædam quæ sunt à natura sunt propter aliquid. conclusio est particularis, quia in tertia figura. Cuius quoq; affert Auer, quia non omne quod est à natura est propter aliquid, cuiusmodi fortasse sunt pili subascellarum, pectinis & id genus: Vlterius soluit dubium, cur Arist. tacuit solutionem ad deliquium antiquorum. Respondet primo q; Arist. innuit solutionem per id quod dicit, q; pluuia est plerunq; in hyeme, raro sub cane. calores verò contra. plerunque sub cane, raro

raro hyeme. quæ ratio docet pluuiam esse propter aliquid:& ita negatur assumptum antiquorum, videlicet ꝙ pluuia sit ex materiæ necessitate. immo, cum sit aut semper aut plerũq;, propter aliquid esse videtur. adhuc est dubitatio, pluuia est propter aliquid, quæro de illo propter quod est, an sint messes? dicit primo, ꝙ concedi potest ꝙ sic, quia è pluuia ipsa crementum messiũ plerũq; proficiscitur: corruptio verò in area raro. quæ ratio docet crementum à pluuia fieri per se, corruptionem per accidens. Vlterius secundo dicit consequentiã non valere, pluuia est ex necessitate materiæ: igitur nõ propter aliquid. oportet enim addere in antecedente, ꝙ si propter necessitatem materiæ tãtum. Modo, hoc non est ita. non. n. pluuia sola materiæ necessitate fit, cum etiam sit propter crementum plurimum messiũ. sed aliquis dicet non videtur pluere propter messes, sed potius Agricolę faciũt messes hyeme propter pluuias, vt ait Themist. propterea tandem respondet ꝙ dato ꝙ pluuia non sit propter messes, est propter æqualitatem generationis elementorum, quia si non esset pluuia totus mundus periret. Narrat propter hoc Alexandri positionem dicentis pluuiam non esse propter messes, cũ messes sint ab arte, & non natura. pluuia verò est à natura, modo natura non est agens propter opus artis. dẽpta enim omni arte, adhuc natura ageret. Respondet huic Auer. ꝙ messes sunt partim natura, partim arte. inchoatiue. n. sunt ab arte, completiue à natura, qua rõne fit, vt pluere possit propter messes. Sed circa nec Auer. dicta dubitatur primo, quia sicut est in parte ita in toto. sed in multis mundi regionibus nunq̃ pluit, vbi tamen seruatur æqualitas generationis elementorum, & vita animantium. igitur dato ꝙ non plueret adhuc esse potest æqualitas elementorum. Secundo dato ꝙ messes incipiant ab arte, nõ videtur ꝙ pluat propter messes, & si complementum earum sit natura, qm ars põt illa nõ incipere, ponatur in esse, tunc natura ageret frustra. igitur natura non agit propter res quæ fiunt arte, nec inchoatiue, nec completiue. Defendi potest Auer. Et dico primo ꝙ Auer. per pluuiam intelligit generationem aquæ, modo, hæc consequentia patet. si non generaretur aqua, tunc destrueretur mũdus. declarat, nam vbi aqua ipsa non generaretur, elementa calida virtute caloris solis & stellarum omnem aquam tandẽ corrumperent, & omnis aqua in illa verteretur. & ita tolleretur æqualitas generationis elementorum, & vltra tollerentur mixta: & cum cœlum sit propter generationem mixtorum, saltem intentione secunda, tolleretur, aut frustra moueretur propter nos. sed in sempiternis nihil est frustra: igitur totus mundus esset in perditione, aut saltem totus mundus elementarius. Ad secundum dico, ꝙ argumentum concludit: non tñ contra Auer. quia ipse non reprehendit Alexã. nisi quo ad vnum, ꝙ credebat messes esse penitus ab arte. Auer. obijcit ꝙ sunt aliqua ex parte è natura: per hoc tamen non vult pluuias esse propter messes ipsas, quæ incipiũt ab arte: tametsi dicat philosophi messes etiam fieri à natura, si non fierent ab arte.

Pluuia necessaria ē ad mūdi conseruationem.

Dubitatio.

Responsio.

Tex. 78.

Amplius in quibus finis est aliquis, in ijs & id quod prius, & id qđ deinceps huius gratia agitur. & ut agitur, ita est aptũ agi, & ut aptum agi, sic unumquodq;, nisi aliquid obstet, agitur. Sed agitur alicuius gratia. igitur aptum est etiam illius gratia agi uelut, si domus ex ijs esset, quæ natura fiũt, sic utiq; fieret, ut nunc ab arte conficitur. Quòd si ea quæ natura fiunt non solum natura, sed etiam arte fierent, simili ratione conficerentur, quo confici apta sunt. alterum igitur alterius gratia conficietur.

E

Secũdo arguit Arist. & primo sumit vnam suppositionem. d. amplius in quibus finis est aliquis, in ijs & id quod prius & id quod deinceps. huius gratia agitur. hęc suppositio patet. quia vbi finis sit aliquis, ea quæ sunt ad finem hoc ordine incedunt, vt priora sint propter posteriora vsq; ad vltimum. Secundo petit ꝙ omne quod agitur ita est aptum agi, & conuertitur, videlicet ꝙ vt aptum agi, sic vnumquodq;, nisi aliquid obstet, agitur. Ex his vult habere hanc maiorem, videlicet, ꝙ omne quod agitur, vt agitur, sic est aptum agi: cui addit minorem. d. sed agitur alicuius gratia, videlicet effectus naturæ: igitur aptum est etiam illius gratia agi. Cõformat hanc rationem per exemplum hypotheticum de domo ipsa, quod translatione patet.

F Sed circa hæc dubitatur ad quid facit prima suppositio. videtur enim superflua, cum nec sit maior, nec minor illius syllogismi. Secundo dubitatur de conuersa, & conuertente. de conuersa quidem, quæ fuit maior, dubitatur, quia lapis fertur sursum à proijciente, non tamen est aptus natus sic agi. de cõuertente verò, quia partes terræ superficiales aptæ sunt agi deorsum non tamen aguntur deorsum. & multa alia sunt apta esse talia, quæ non sunt actu talia. Tertio dubitatur de minori, quia videtur Arist. petere principium. sumit enim naturam agere propter finem & alicuius gratia, quod antiqui negabant. Ad primam dico ꝙ illa suppositio est data propter declarationem nominis finis, quo modo se habeat in ipso motu naturæ, & ita est vtilis ad terminos. Ad secundam expositor supplet ꝙ debet sic intelligi: omne quod agitur naturaliter, ita aptum est agi G vt agitur naturaliter. Sic enim tolluntur obiectiones, & hæc responsio non est mala. conuertens verò verificatur per id quod addit, nisi aliquid obstet. Ad tertiã dici potest ꝙ Aristo. sumit minorem ad mentem antiquorum, qui concedebant naturam agere aliquando propter melius, non tamen erat apta agere propter melius, cum multories agat propter peius. Ex ijs patet vis rationis. omne quod agitur naturaliter vt agitur à natura, ita est aptum agi. Sed natura agit gratia alicuius naturaliter, igitur naturaliter est apta nata agere illius gratia: & hoc est agere propter finem.

Dubitatio.

Quod agitur naturaliter, ita aptum natum est agi, nisi aliquod impedimentū adsit.

Insuper ars alia quidem omnino perficit, quæ natura ipsa perficere nequit, alia uerò æmulatur. Si igitur ea, quæ ab arte conficiuntur, alicuius gratia fiunt, & ea quæ à natura. Similiter enim se habet inter se priora atq; posteriora in his quæ arte, & in ijs quæ natura conficiuntur.

Tex. 79.

H Tertio arguit Aristo. vt in arte agitur, & in natura agi videtur: sed in arte posterius est propter vltimum, & finẽ, prius propter posterius: igitur & in natura. maior probatur, quia ars naturam perficit vel æmulatur. omne autem aut perficiens aut æmulãs aliud in agendo, est simile illi: igitur natura & ars similes erunt. proponit maioris probationẽ. d. insuper ars, alia quidem omnino perficit, quæ natura ipsa perficere nequit, alia verò & si non perficit imitatur aut æmulatur: hæc est maioris probatio. tunc sumit minorem. d. si igitur ea, q̃ ab arte conficiuntur, alicuius gratia fiunt, & propter igitur ea quæ fiunt à natura, etiam alicuius gratia fient. deinde ponit maiorem. d. Similiter enim se habent inter se priora & posteriora in ijs quæ arte, & in ijs quæ natura conficiuntur. & ita patet tota ratio, licet valde inordinata sit in textu formata.

Ars perficit vel æmulatur naturā ipsam.

Illud

Tex. 80. *Illud verò potissimũ perspicuũ erit ijs in animalibus alijs, quæ neq; arte, neq; discursione, neq; deliberatione agunt: in quibus ratione hac sunt qui dubitant, utrũ mente, aut alio principio operentur, ut aranea, et formicæ, et cætera id genus. procedente etiam paulo ulterius in plantis ea quæ proficiscantur ad finẽ, fieri uidentur, ceu frondes, fructus tegendi gratia. Quare si suapte natura & alicuius gratia hyrundo nidificat, araneus aranea texit, plantæ deniq; fructuum gratia frondescunt, radicesq; non sursum, sed deorsum sumendi nutrimenti causa emittunt, perspicuum est, esse talem causam in ijs, quæ natura sunt & fiunt.*

Quarto arguit Arist. ꝙ natura agat propter finẽ sic, hyrundo facit nidum propter finem, araneus araneam propter finem, plantæ frondescunt ob finem, & radices emittunt deorsum propter finem, & animalia alia: sed hæc sunt, aut naturæ aut agentia per naturam: igitur natura aut agens naturale agit propter finem. verba translatione patent.

Sed hic est dubium in maiori, & in minori, & in forma syllogismi. Propterea Auer. Cõmen. 80. videns maiorem esse quasi acceptam cum quadam principij petitione, quia antiqui dicerẽt animalia illa agere propter naturam, & non ob finem, supple rationes Aristo. esse probabiles, qm̃ naturam agere propter finem, est suppositio per se nota in Naturali Philosophia, propterea Arist. vtitur rationibus ferè ad hominem. Minorem vero declarauit contra eos qui hæc animalia mente agere contendunt, & arguit Auer. sic, quæ fiunt intellectu, variabiliter fiunt, vt patet in omnibus operibus artis; quæ fiunt ab his animalibus vniformiter, & non variabiliter agũtur: igitur non intellectu. & propterea, vt ait, accepit hanc minorem, videlicet ꝙ hæc agunt naturaliter contra eos, qui vellent hæc agere mente: aduersus quos ratio nullia est. De forma & qualitate rõnis Aristo. multa Aue. dicit in commendatione rationis. dicit enim Primo, ꝙ Arist. ratio est hypothetica à positione antecedentis ad positionem consequentis, hoc modo, si hyrundo & id genus agunt propter finem naturaliter, natura agit propter finem: sed hyrundo, & id genus naturaliter agunt propter finem: igitur & natura. Dicit secundo, ꝙ licet rationis forma est hypothetica, vis tamen est inductionis cum inducat in multis. & si obijcitur contra eum, quia inductio est locus dialecticus: igitur non conuenit Naturali scientiæ. Secundo, in tali inductione non assumuntur omnes singulares: igitur non est vniuersalis, & per consequens nõ cõuenit scientiæ demonstratiuæ, quæ procedit ad vniuersalia. Propter hæc respondendo dicit Primo, ꝙ in hac inductione non inducuntur nec oportet induci omnia singularia. quoniam per considerationem possunt intelligi omnia, dummodo fiat inductio in pluribus. Ad secundum dicit, ꝙ per hoc habet introitum in demõstratiuam sciam, qñ. s. est ex singularibus pluribus, ex quibus p consideratione põt intelligi in oibus. addit tamen ꝙ inducere plura indiuidua vel pauciora diuersatur secundum magis & minus & ex parte rei, & ex parte nostra, qua recipimus illa. Pro intellectu horum debes scire, vt in paraphraxi Secũdo priorum. Ait Auer. ꝙ inductio est duplex dialectica, quæ ex singulatibus famosis proficiscitur, & in hac oportet omnia singularia inducere. quæ ideo dialectica dicitur, quia nõ infert nisi cum petitione principij, sed facit fidem aliquã tantum. Alia est demonstratiua, vt ea in qua proficiscitur ex singularibus necessarijs vel per se, vt hic ignis calefacit, & ille calefacit: igitur omnis ignis. & in hac nõ oportet inducere omnia singularia, quia facta inductione in pluribus, cum singulares sint per se, & per se fit de omni, mox per considerationem cognoscimus esse ita in omnibus. verum, vt ait Auer. accipere plura aut pauciora singularia potest variari ex parte rei, & parte nostra. nostra quidem, quoniã habentes sensus male constitutos, non sunt celeris solertiæ, ideo volunt plura singularia. solertes vero ingenio pauciora. Ex parte verò rei, quoniam, quando singulares sunt per se, & sua natura notæ, non oportet accipere omnes singulares, immo paucas: vbi non sint per se, sed solum necessariæ, oportet accipere plures, vt intellectus per considerationem consideret in alijs. Hæc Auerro. in defensione rationis Aristo.

Inductio non inducit singula, nisi in Topica demonstratione.

Quæstio.

Qværunt iuniores per quam virtutem animalia hæc in textu enumerata agant, vt hyrundo nidulum, araneus araneam, formica colligat grana & id genus. Expositor supra Primo Metaphysicę videtur velle, ꝙ eiusmodi animalia comparari possunt ad actus naturales, & actus contingentes. verbi causa formica potest comparari ad tritici collectionem absolute, ad quam naturaliter comparatur, & ad collectionem talem vel talem. Ad collectionem tritici absolute comparatur mere naturaliter per naturam speciei. ad collectionem talem vel talem, cum sit actus hic contingens, cõparatur contingenter, & potius per assuetudinẽ. mere enim naturaliter omnis formica grana colligit, ꝙ autem ab hoc vel illo cumulo colligat, ab assuetudine & memoria proficiscitur. tunc sunt duæ positiones. prima ait, ꝙ vterq; actus est à prudentia, tam ille qui est naturalis, quàm ille qui est contingens. & hæc videtur positio Thomæ, Primo Metaphy. & consequenter sequitur vtrunq; actum proficisci à cognitione sensitiua. licet primus fit à cognitione sensitiua per naturam, & instinctum naturalem, secunda ab assuetudine & memoria. Contra hanc positionem alij obijciunt. Primo, quia memoria est pars prudentiæ, vt dicitur Primo Metaphy. sed actuum naturalium nulla fuit memoria, quia etiam formica nata in hyeme statim colligit grana sine memoria præteritorum: igitur non per prudentiam. Secundo, prudentia est habitus consultiuus. 6. Ethicorum: consultatio est circa contingentia, & non naturalia: igitur cum ad illos actus se habeãt mere naturaliter, videtur ꝙ non per prudentiam ad illos se habeant, Propter hæc est alia positio, ꝙ respectu actuum naturalium nulla est prudentia, sed mere instinctus naturalis, respectu contingentium est prudentia. Iuniores distinguunt, & videtur per talem distinctionem inter hos posse fieri concordiam. & dicũt prudentiam trifariam esse, naturalem quidem, animalem, atq; rationalem. tunc volunt ꝙ animalia ad actus naturales se habeant necessario, eos tamen exequuntur per prudentiam naturalem. Ad contingentes verò se habeant prudenter prudentia animali. Tunc ad rationes dicerent, ꝙ memoria est pars prudentiæ animalis vel rationalis, non autem naturalis, sed loco memoriæ est distinctus naturæ, qui mouet sensum interiorẽ ad actus necessarios. Ad secũdum similiter dici potest, ꝙ prudentia animalis, aut rationalis est habitus consultiuus, & ita respectu contingentium: at prudentia naturalis est instinctus naturæ, vel ab instinctu naturæ loco habitus posito proficiscens. Sed aduersus talẽ concordiam soliti sumus instare. primo, hæc prudentia naturalis,

An prudentia sit in brutis animalibus.

Triplex prudentia.

ralis, aut est cognitio, aut instinctus naturalis, siue natura, si cognitio, igitur est prudentia animalis. Non enim pôt esse nisi sensitiua, & ita animalis. si natura siue instinctus naturalis, hæc posset poni in rebus naturalibus carentibus anima, & ita lapis prudenter deorsum ferretur. Secundo, Arist. 30. particula, libro de Animalibus vult, senes esse prudentes, pueros non prudentes, sed disciplinabiles. si igitur formica cum nascitur esset prudens, tunc pueri possent esse prudentes, quod Arist. negat. Tertio, araneus facit telam, aut cognoscit ꝙ facit, aut non. Si nó cognoscit, id quod agit, igr̃ actus ille erit penitus naturalis, & ita nec prudens, nec imprudẽs, cũ natura ipsa nequaquam prudẽtiæ participet. si cognoscit telam, igitur cognoscit finem, vtpote muscam. hoc est falsum, quia nũq vidit muscam per sensum exteriorem vt si nunc nasceretur. igitur nec p sensum interiorem. Defendi possunt vt alias defendimus. Ad primũ dico ꝙ illa prudentia est formaliter cognitio non habitualis, cum non præcessit memoria, sed naturalis, quia loco memoriæ ponitur instinctus naturæ. & tũc nego consequentiã videlicet ꝙ sit prudentia animalis, quia prudentiæ animalis vna pars est memoria pręteritorũ, huius verò loco memoriæ, est instinctus naturalis, qui mouet sensum, veluti memoria mouet imaginatiuam. Ad secundum dici potest ꝙ Arist. loquitur in prudentia animali siue rationali. quali non nisi senes prudentes sunt, sed prudentia naturali, etiam puer & araneus esse potest prudens. vt patet. Ad tertium dico ꝙ araneus non præcognouit telam, nec muscam, cum in eo nó præfuit memoria, sed loco memoriæ præfuit instinctus, qui mouet sensus interiores, quemadmodum impetus mouet graue deorsum, & tũc deducendo ipsum araneũ ad actum, araneus agendo telam dum eã agit, cognoscit illam. Dico igitur, ꝙ actus ille non est penitus naturalis, qm̃ licet primum principiũ sit instinctus, immediatum verò erit sensus, quoniam instinctus mouet sensus ad media in finem, qui sensus cognoscit ea q̃ ordinat in finem, licet nó cognoscat finem, nisi vti graue cognoscit centrum, pro quanto tendit in centrum: qua ratione fit, vt hæc prudentia non sit animalis, quoniam non est ex memoria, sed sit naturalis, non tamen potest esse in rebus mere naturalibus, quia deficit cognitio. vt enim prudentiæ animalis duę sunt partes, memoria, & cognitio, ita istius sunt instinctus & cognitio. & propterea dicitur naturalis. Hæc dici possunt in definitionem horum.

Tex. 81. *Insuper etiam cum natura bifaria sit, altera quidem ut materia, altera uerò ut forma et hæc sit finis, gratia uerò finis cætera sint, hæc utiq; ea causa erit cuius gratia cætera fiunt.*

Quinto arguit Aristo. finis est causa cuius gratia agitur vt per definitionem finis habetur. sed forma est finis vt superius diximus. Igitur forma est causa cuius gratia agitur, & ita formæ non casu & materiæ necessitate proficiscuntur, sed materiæ ipsæ sunt propter formas ipsas, & gratia formarum. hoc modo Auer. exponit textum hunc.

Tex. 82. *Peccatum uerò fit & in his quæ per artem conficiuntur. Scripsit enim non recte Grammaticus, & potionem Medicus non recte propinauit. quare & in his, quæ natura constant, idem euenire perspicuum est. Si itaque aliqua per artem ipsam sint, in quibus id quod recte fit, alicuius gratia fit, in quibus uerò erratur, ipsa quidẽ alicuius gratia aguntur, sed falluntur, similiter & naturalibus ipsis res sese habebit et mon-* E *stra illius peccata erunt, qui alicuius gratia agit. Et in primis igitur compositionibus bouigenæ, si non ad aliquem terminum finemq; peruenire poterant, aliquo principio, uelut nunc semine labefacto, fiebant.*

Soluit Arist. nonnulla quæsita, vt Themistius introducit. Primum, si natura agit fine ipso constituto, cur non semper finem consequitur? Soluit. d. Peccatum verò fit & in his quę per artem conficiuntur, vt exemplis testantur. quare & in his quæ natura cõstant, idem euenire perspicuum est. quod declarat, nam, vt in his quæ arte fiunt & alicuius gratia, quædam fiunt recte, & quędam erroneę, ita in naturalibus erit ꝙ quædã fiunt recte, quædam vt errores, vt monstra, quæ peccata sunt eius, qui alicuius gratia agit: hæc est solo quæsiti. Tunc ex hac solutione declarat contra Empedoclem, ꝙ bouigenæ, & vitigenæ, & id genus, quæ in primis mundi F compositionibus fiebãt, si non ad aliquem terminum finemq; peruenire poterant, vt ad complementum speciei, non erat illud, quia natura agebat necessitate sua & non propter aliquid, sed quia illa monstra fiebant aliquo labefacto principio in illis, veluti nunc fiunt monstra labefacto semine, aut multitudine, aut defectu materiæ, & ita sicut nunc monstra fiunt ex errore agẽtis finẽ intendentis labefacto aliquo principio, sic tunc vitigenæ, bouigenæ, & id genus fiebant ab errore agẽtis labefacto principio aliquo intendentis aliquo finẽ, & non necessitate naturæ.

Monstra peccata naturæ sunt.

Tex. 83. *Amplius autem primo semen ipsum exoriatur necesse est, sed non animalia statim atque ipsum molle exortum prius semen erat.*

Soluto problemate, persuadet quod dixerat in solu G tione. d. ea q̃ fiunt seruato ordine, gratia alicuius aguntur: sed animalia & plantæ seruato ordine fiunt: igitur alicuius gratia. ponit minorem. d. Amplius autem primò semen ipsum exoriatur, necesse est, sed non animalia statim: immo oportet ipsum semen esse prius exortum molle, vt si aptum formationi.

Imperfecta in generatione præcedunt.

Rursus in plantis etiam ipsis inest, quod alicuius est gratia minus tamen est distinctum: uerum igitur ipsis in plantis fiant quẽadmodum bouigenæ uiri priora, sic uitigenæ priora oleæ. An non fiebant, est enim absurdum: oportet tamen, si in animalibus illa spectentur.

Aliud quæsitum vtrum in plantis sint monstra. Respondet, Rursus in plãtis etiam ipsis inest quod alicuius est gratia, vt monstrum quod est peccatum illius quod agit alicuius gratia: minus tamen est distinctum H atque manifestum. Sed tunc quærit quæstionem in positione Empedoclis, & inquit, vtrum igitur ipsis in plantis fiant, quemadmodum in animalibus bouigenæ, ex medietate bouis priora viri, ex medietate hominis aliud monstrum, sic vitigenæ, quod græce est empelogenæ, & eleprora hoc est priora oleæ, & id genus. Respondet an non fiebant, & hoc secundum veritatem, est enim facere hæc absurdum, oportet tamen hæc facere, si in animalibus hæc spectantur apud Empedoclem.

In plãtis etiam contingũt monstra.

Auer. in cómen. 83. facit tria enthymemata sic. Animal generatum ex semine non subito fit ex spermate: igitur gñatio eius fit p se & necessário ex spermate. Secundum, gñatio animalis per se & necessario est spermate: Igitur non casu. Tertiũ gñatio animalis ex semine non est casu: igitur sperma est propter animal, ita vt

sperma

ſperma ſit aut agens, aut materia animalis, aut vtrũq; vt eſt veritas. quia quò ad partes copulentiores eſt vti materia animalis, quo verò ad partes ſpiritualiores eſt vti agens: & in hoc apparet error Iuniorũ, qui non intelligentes dicta Auerro. fecerunt tres rationes, & quæſtionem contra primam rationem: quæ ex malo intellectu proficiſcebatur.

Tex. 84.

Inſuper & in ſeminibus fieri oporteret quoduis.

Vlterius ſoluto alio quæſito probat quod dixit, & facit enthymema, ſi natura in agendo nullum finem intendit in ſeminibus, oportet facere quod vis indiſſerenter.

Omnino autem qui ita dicit, ea, quæ natura conſtant, & ipſam naturam deſtruit. Ea enim natura cõſtant, quæ à quodam principio, quod eſt in eis, continue mota ad quendam perueniunt finem: ab unoquoq; autem, non ad eundem in ſingulis, neque ad quemuis, ſemper tamen ad eundem niſi aliquid impedierit.

B

Secundo idẽ probat & arguit ſic. Si eſt actio & generatio animalium omnino à caſu, tunc deſtruuntur omnia naturalia & natura ipſa. declarat conſequentiam, & primo quæ ſint illa, quę natura conſtent, & inquit: ea enim natura conſtãt, quæ à quodam vno principio, quod eſt in eis, continue mota ad quẽdam perueniunt finem, hoc eſt quæ ex determinato principio perueniunt ad determinatum finem. non autem ad eundem finem in ſingulis ab vnoquoque principio, neq; ex vnoquoq; procedit ad quemuis finem, non. n. ex quocunque agit quodcunq;, ſemper tamen ex determinato principio peruenit ad eundem & determinatum finem, niſi aliquid impediat. His declaratis, patet enthymema: vbi enim natura non agit propter finem, deſtructa erit omnis actio naturalis, & proceſſus ex determinato in determinatum.

C

Dubiũ. An monſtrum ex in determinato agẽte cõtigat vel à natura determinata.

Sed dubitant iuniores contra primam rationem, quia ſi valeret, tunc mõſtrum poſſet fieri ex vnoquoque, ex quo omne quod poteſt fieri caſu, poteſt fieri ex vnoquoque. monſtrum fit caſu: igitur ex vnoquoque. Reſpondet Auerro. & vult ſyllogiſmum eſſe hypotheticum ſic. Si omnis ſpecies animalis & omnium caſu fit, & caſus eſt cauſa non terminata: igitur vnumquodque ex vnoquoq; fieret. tunc ad obiectionem dico ꝙ licet monſtrum fiat à caſu, tamen aliquid fit per ſe, ad cuius generationes fit, ſed vbi fieret à caſu, & nihil fieret per ſe, monſtrum ab vnoquoque fieri poſſet.

Quærunt vtrum monſtra caſu fiant, vel intenta ſint à natura? Ad quæſtionem argui ſolet, Primo, nulla ſpecies caſu fit, Octauo huius commento. 47. Secundo, ſi natura non intenderet monſtrum, tunc non cõtinuaret actionem ſuam vſq; ad finem. In hac difficultate primo videndum eſt de cauſis monſtruoſarũ generationum. Secundo de propoſito quæſtionis. Quãtum ad Primam, Phyſici monſtruoſarum generationũ reducunt omnes cauſas in quatuor: ad materiæ defectum, ad materiæ abundantiam, ad qualitatem manifeſtam, ad loci malitiam. Ex defectu quidem, quatenus interdum pro numero membrorum, interdũ pro magnitudine deficit. deficit. n. vnus interdum digitus manu defectu materiæ, interdũ paucitate materiæ nanus exoritur. Ex abundantia verò ſimiliter erit monſtruoſa generatio vel ĩ numero aucta, vt ex digita manus,

D

Monſtruoſorũ quatuor cãæ.

1. Defectus materiæ.

2. abundãtia eiuſdem.

A

vel magnitudine, vt ſi magnitudo membri plus ſolito maior ſit, vel quia citius membri exoriuntur quã debeant, vt Marcus dentatus exortus fuit: puella mãmillata & id genus. Ex malitia qualitatis ſimplicis quidẽ, vt ſuperflua ſit in calore, vel frigore: nã calore nimio contingit nimia pinguedo, frigore verò multo nimia macies: mixta verò, vt in hermofrodito, vbi cõplexiones contrariæ colligũtur maſculinizans & fœminizãs. Demum ex malitia cõtinentis, vt ſi locus ſit anguſtus, vel ſecundina deficiat vel rumpatur, & per rupturã exeat ſeminis pars ea, ex qua membrũ fieri debebat. hæc tradunt Phyſici, vt Albertus, & Ioannes, cui Themiſtius ſupra aſſentiri videtur, & videtur ſententia Ariſt. in libro de Animalibus. Sed pace tantorum dixerim iſtæ cauſæ non mihi placent. Primo, ſi hæc ex his cauſis proficeſcerentur: igitur non eſſent errores agentis intendentis aliquem finem, vt dixit Ariſt. in litera: & deducitur conſequentia. agens, quod agit ſm exigentiam & capacitatem paſsi, non errat in agendo, quoniam formæ dantur ſm merita materiæ. igitur, ſi hæc monſtra his ex cauſis eſſent, agens recte ageret, & non peccaret. Secundo, ſpeciatim, ꝙ non ex defectu materiæ proficiſci poſsint, declaro. nam in quocũq; poteſt ſtare vita animalis & forma, poſſunt ſtare omnia membra, quibus aĩa exercet opera animæ: ſed, cũ tanta materia poteſt ſtare vita hominis vel alterius animalis, producti à virtute formatiua recte agente. igitur oĩa membra: igitur paucitas materiæ non erit cauſa diminutionis membri alicuius. quia, cum tãta materia ſtat vita: igitur cum tanta poſſunt ſtare omnia membra: ergo non deficiunt membra propter materiæ paucitatem, qm̃ illa ſufficit. Tertio, ꝙ defectus materiæ nõ ſit cauſa nanitatis, declaro: nam viſum eſt nanũ naſci maiorem interdum alio non nano, & tamen vnus factus eſt nanus, alter creuit ad debitam quantitatẽ: igitur nõ ex paucitate materiæ nanitas proficiſcitur. Quarto, contra abundantiam arguo. Contra numerum quidem, qm̃ cum tanta materia ſtat vita: igitur ſtant oĩa membra: igitur ex parte materiæ non erit abundantia. Contra exceſſum verò, qm̃ alij qui nati ſunt cum tanta materia cum quanta monſtra naſcuntur ad debitã quantitatem euenerũt, & cum commenſuratione mẽbrorum nati ſunt: igitur non abundantia materiæ ex cauſa. Quinto, ꝙ non qualitas ſeminis manifeſta declaratur, quoniam potens in maius poteſt in minus. Sed cũ hac vel illa qualitate producere poteſt virtus generatiua & vitam & corpus: igitur poteſt illam regulare & reducere ad temperationẽ, vt inde res debita eueniat. Demum contra malitiam loci: arguo, quia in eodem loco anguſti alio tempore fiunt perfecta animalia: igitur non anguſtia loci. Similiter ſi deficit particula ſeminis: ſi virtus gignitiua poteſt ex reſiduo facere corpus pro vita aptum, poteſt ipſum formare cum omnibus requiſitis. Propter hæc & plura alia, vt ſim principium inueſtigandi veritatem alijs, Dico aliter ad rem iſtam, videlicet, ꝙ omnes cãuſæ reducuntur ad duas. Prima eſt affectio continentis extrinſeci, hoc eſt aeris continentis ſemen. Secunda eſt, qualitas occulta contracta in ſemine ipſo. Prima declaratur, quia aer nos continens alteratur à cœlo mediante lumine & motu ad quaſdã qualitates occultas: ipſe autem ſic affectus contentum in eo afficit, & ita afficit ſemẽ qualitatibus ſimilibus ſibi, quæ qualitates ſemini impreſſæ, vt inſtrumenta cõſtitutionis cœleſtis, vtũtur virtute formatiua

3. Materiæ qualitatis.

4. Continẽtis malitia.

Confutatio phyſic. rum.

Pŏ propria. Monſtrorum cauſæ duæ sũt influxus cœli & qualitas ĩ ſemine ex influxu cœli cõtracta.

Prima cã.

corporis, vt instrumento inferiori adhuc,& agũt corporis figurationem pro cœli & stellarum statu: & hoc est quod eleganter tradit Ptolomæus Tertio Apotelesmatum,& libro centum enunciatorum, vbi ait, formæ in generatione afficiuntur à cœlestibus formis,& ideo qui imagines faciebant seruabant introitus earũ in signa. Qua ratione fit, vt materiæ nulla sit ratio errandi, cum ipsa subiiciatur agenti, & talis formatur qualis est virtus actiua apta ipsam formare, siue quo ad numerum, siue quo ad magnitudinem, siue quo ad alia. Secunda declaratur. tradit Ptolomæus & Cæteri Astrologi nasci homines nõnullos ex cœli statu infelices, qui aut vim generandi nõ habent, sed steriles sunt. aut si habent, filij cum nascuntur emoriuntur, aut nascuntur monstruosi: contrahunt enim ex natali eorũ talem qualitatem, quæ, cum mittatur cum semine, vt instrumentum parentum corpus monstruat, aut numero, aut magnitudine. Audiui enim virum quẽdam non generasse nisi monstra, & alium vidi nõ generasse nisi mancos natos. Hoc autem esse non potuit nisi ab infelicitate natalis eius, quæ infelicitas transmissa in semine monstruosasq; efficit creationes, quæ interdũ videntur esse ex defectu materiæ, interdum abundantia eiusdem: aliquando ex mala qualitate, siue simplici, siue mixta. Hæc positio non est remota ab intentione Arist. dicentis, formas rerum contineri in terminis, vt ait Secundo de Generatione: hoc est in corporibus cœlestibus. vbi vero inuenitur dixisse, hæc ratione materiæ euenire, intelligendum est vt motæ, non vt principaliter mouentis hæc de causis satis sit dixisse. Quantum ad secundum, Sorticolæ tradunt q; natura monstrum intendit, non tamen intendit monstrum. Quæ positio cum sit friuola omittatur, potest tamen sic confutari, natura intendit animal: Monstrum est animal inquantum monstrum, vt patet per exponentes: igitur natura intendit monstrum. Alij dicunt, q; natura vniuersalis intendit monstrum propter decorem vniuersi, non autem natura aliqua particularis. Contra quicquid continetur sub vniuersali, oportet vt contineatur sub aliquo particulari: igitur quicquid continetur sub intentione vniuersalis naturæ, etiam contineri debet sub intentione alicuius particularis naturæ. Amplius, quicquid intenditur ab agente aliquo principali per se, vt principale agens, intenditur ab instrumento illius, vt instrumentum: sed natura particularis est instrumentum naturæ vniuersalis: igitur, si monstra sunt intenta à natura vniuersali, vt agens principale est, ita à natura aliqua particulari. vt est illius instrumentum.

Secunda cã.

An intendantur monstra. Vide nominales.

Alij dicunt q; monstrum intenditur à natura particulari non primaria intentione, sed secundaria. Sed hoc etiam non placet, quia tunc non fierent casu. Diximus .n. ea fieri casu, quæ sunt extra intentionem primam & secundam agentis. vt eclipsim dicimus nõ casu esse, quia non est extra intentionem secundã agentis. Alij dicunt, naturam particularem intendere monstrum non formaliter, sed materialiter. Monstrum .n. dicit duo videlicet indiuiduum speciei prædicamenti substantiæ, & hoc vocatur materiale, & monstruositatem, quæ est quoddam formale: primum est naturæ intentum non secundum. Sed contra, nullum animal fit casu, & præter intentionem agentis: monstrum est animal & inquantum monstrum: igitur non fit casu & præter intentionem agentis. Amplius, omne proce-

Pō propria.

E dens è principio terminato in finem terminatum per media terminata est intentum ab agente: monstrũ sic procedit, vt patet: igitur non præter illius intentionẽ. Propter hæc dico, q; monstra sunt intenta à natura, hoc est à virtute seminis. verũ virtus seminalis potest agere monstrum dupliciter, vt instrumentum parentum, & animalis perfecti, & sic non intendit monstrũ, immo vt sic non continuaret actionem suam vsq; in finem. Alio modo vt instrumentum cõstitutionis aeris continentis & constitutionis cœlestis, tunc vigentis, & vt instrumentum parentum infelicium à natali, & sic intendit monstra: & ita natura particularis intendit monstrum, sub ratione particulari, quoniã illa cœli constitutio non est vniuersalis natura simpliciter, sed solum tunc viget, quæ ratio docet monstra esse peccata naturæ vno modo, alio modo nõ. casu similiter vno F modo, alio modo non. nam vt proficiscuntur à virtute seminis, quatenus instrumentum parentum perfectorum sunt casu, alio modo sunt intenta à natura ipsa. Hæc quo ad solutionem argumentorum. Ex iis patet q; monstra proficiscuntur principaliter ex errore agentis, videlicet virtutis formatiuæ, quatenus est instrumentum parentum perfectorum: quæ quidem virtus mouet materiam inordinate ad malam quantitatẽ vel malum numerum, & ad malam qualitatem. Materia autem mota per defectũ vel excessum, aut per malam qualitatem est causa monstruositatis, non quatenus multa vel pauca, quia semper ex multa vel pauca fieret monstrum, sed quatenus reducta ad defectũ vel excessum à virtute formatiua: & per hæc potest cõcordari Arist. cum Ptolomæo, quando enim Aristote. ait monstra proficisci defectu vel abundantia materię vel G mala qualitate, intelligit hæc proficisci à materia mota ad defectum vel abundantiam, à virtute formatiua. Quando verò Ptolomæus ait mõstra proficisci ab agẽte, intelligit vt à primo mouente reducente materiam ad defectum, vel excessum. Et hæc est determinatio quæstionis.

Monstra intenduntur a natura particulari, vt vero tem casũ ... rente, & per ... tum fato.

Nota concordiã pro physicis.

Id uerò cuius gratia, & id quod est huius gratia, à fortuna uidentur esse ut dicimus è fortuna hospitem uenisse, balneatumque abijsse, cum id egerit ac si huius gratia esset profectus, non tamen huius gratia uenit, sed per accidens. fortuna enim causa per accidens est, ut & antea diximus. Cum uero aliquid semper aut plerunque fit non per accidens, nec à fortuna fit. sed in naturalibus semper sic fit, nisi aliquid impediat. Tex. 81.

Et si litera hæc sit occulta, tamen videtur mihi Ari- H sto. soluere quæstionem, videlicet, Cur ea quæ sunt è natura ipsa, è fortuna fieri videntur atque creduntur. Soluit, id vero cuius gratia, vt finis naturalis, & id quod est huius gratia, vt media in finem, à fortuna supple videntur esse, aut creduntur esse. deficit verbũ in græco, quod ego suppleui vt sensus exposcit, & exemplũ ponit. d. vt dicimur à fortuna hospitem venisse, balneatumque abiisse, hoc videtur pro tanto esse factum propter finem, pro quanto id egerit, ac si huius gratia esset profectus. & ita quod fit à natura videtur simile ei quod fortuna fit, cum vtrinque ob finem fieri videtur quod fit. Soluit tamen per idem exemplum declarans differentiam inter id quod fortuna fit, & id quod fit natura, dicens, licet ita appareat, non tamen huius gratia venit, sed per accidens: quia for-

tuna

tuna causa est per accidens, vt dictum est. modo colligit differentiam .d. cum verò aliquid semper aut frequenter fit, non per accidens, nec à fortuna fit. Sed in naturalibus id quod fit semper sic fit, hoc est, aut semper, aut plerunque: conclusio supplenda est, φ id, qd' natura fit, non per accidens, nec casu siue fortuna fiat, nec è contra videtur. & ita licet id quod fit à natura videatur habere similitudinem cum eo quod fit à fortuna, valde differunt, vt per dissimilitudines declaratas perspicuum est.

Auer. verò commento. 85. syllogismum habere formare videtur in secunda figura ex duabus affirmatiuis sic, propter quid proueniens à natura, aut est semper, aut in maiori parte, & propter quid proueniēs ab aliquo per se, prouenit ab eo, aut semper, aut in pluribus. igitur, propositionibus transpositis, id quod prouenit à natura, prouenit per se & non à casu. & licet syllogismus sit in secunda figura, valet: quia altera propositionum est conuertibilis in terminis. Vlterius Auer. introducit literam aliter quàm nos introduximus. vult enim φ antiqui tria dixerunt in rerum naturaliū generatione. Primum, φ omne proficiscens à natura, casu proficiscitur. Secundum quæ casu proueniunt, nō raro eueniunt. Tertium fines naturales è natura ipsi nō eueniunt raro, sed aut semper aut plerunq;. Mouebantur autem antiqui, vt dicit Auer. quia ignorabant casus naturam. Vult igitur Auer. φ Arist. contra antiquos supposuerit id quod natura fit, casu non fieri: sed quia antiqui negant suppositionem ideo vult vt redeat ad probandam suppositionem. Huius reuersus causa est, quia ea, quæ sunt per se manifesta, interdum hominibus aptis recipere per se nota, sumuntur vt suppositiones absque probatione, rudibus verò aliquando probantur per propositiones famosiores saltem confirmatiue: quia igitur illa suppositio non omnibus antiquis patet, iure Aristoteles iterauit eam iterum propter antiquorum proteruitem. hæc est expositio Auerro. & color: tu verò vides, & diiudica si textui consonet, hæc (vt mihi videtur) dicta Aristoteles penitus reddit topica.

Tex. 86. *Putare uerò & non alicuius gratia aliquid fieri, si id qd mouet, non uiderint deliberare, absurdum est. Nam & ars non deliberat. etenim si in ligno ars ea inesset, quæ nauium extructoria est, perinde atque natura ageret. quare, si id quod est euius gratia in arte fit, in natura quoq; inerit. Maxime autem hoc perspicuum, cum aliquis seipsum curauerit: huic enim natura ipsa persimilis est. Quòd quidem igitur natura causa sit, atque adeo, ut cuius gratia faciat, perspicuum est.*

Vltimo Aristote. refellit vltimum argumentum veterum. arguebant enim sic, natura non deliberat: omne agens propter finem deliberat: igitur natura non agit propter finem. Respondet negando maiorem, dicens, putare verò & non alius gratia aliquid fieri, si id quod mouet non viderint deliberare, absurdum est: & ita negatur maior. cuius instantiam ponit .d. nam & ars non deliberat quæ agit propter finem, vt Sutoria, & Textoria, & aliæ plurimæ (vt dicit Themistius) quę assuetudine habentur. Sed dices, hæc instantia non valet, quia ars est extrinsecum, natura verò intrinsecum. Respondet, etenim si in ligno ars ea inesset, quę nauium extructoria est, perinde atque natura ageret. Quare, si id quod est cuius gratia in arte fit, tunc cum

Non oē agens pp finē deliberare oportet.

A esset in ligno, in natura quoque inerit. Sed quia aliquis posset cauillare dicendo exemplum esse impossibile, affert exemplum simillimum, dicens, maxime autem hoc perspicuum, cum aliquis medicus seipsum curauerit: huic enim natura ipsa persimilis est. vbi patet ipsum agere propter finem: igitur in natura similiter. Deinde epilogat. Animaduerte, φ ex textu colligitur vna maxima, Qualem ordinem habent aliqua distincta secundum rem, talem habebunt, si erunt eadē realiter in aliquo contentiuo, modo saluetur distinctio rōnis illorum. vt calidum & album, quando distinguuntur. realiter mouent diuersos sensus, etiam si essicerentur eadem realiter in aliquo contentiuo, adhuc alterum illorum visum, alterum tactum mouerent. hæc autem sumitur tanquam maxima à multis Metaphysicis.

B *Vtrum uerò necessarium ipsum rebus naturalibus ex suppositione insit, an simpliciter. Nunc enim necessarium in ipsa generatione perinde esse arbitrantur, atque si aliquis domum necessario extructā esse extimet, quia grauia quidē deorsum, leuia uerò sursum suapte natura feruntur: ita ut lapides quidem atque fundamentum sint deorsum, terra uerò suam ob leuitatem sursum, ligna uerò (quia leuissima) maxime supra.* Tex. 87.

Necessitas bifariam est, quædam simpliciter, vt Solem oriri, aut calores esse, cum Sol est in cane, aut Solem decurrere per duodecim signa: quędam est necessitas suppositionis, vt equum habere alas, si volat: & A corrumpi, si A fuit ortum. nec enim equū habere alas, nec A, ipsum corrumpi est necessariū, sed bene ex suppositione, vt si volat equus, aut si A sit ortum. Similiter in naturalibus, necessarium est mixtum corrumpi, C vt quoniam est factum ex materia & contrario. & necessarium est animal habere oculos. Primum est simpliciter necessarium. Secundum verò est ex suppositione, vt si debeat videre. Quærit igitur Aristote. vtrum effectus & affectiones naturas proficiscantur à natura necessario, necessitate simpliciter, vel necessitate suppositionis, vt vtrum homo habuerit necessario anteriores dentes acutos nēcessitate simpliciter, hoc est ex parte materiæ, an necessitate suppositionis, si debeat diuidere cibum. Narrat positionem antiquorum, qui volunt effectus necessario è natura ipsa proficisci necessitate materiæ, & non suppositionis & finis: imaginantes ita esse res naturales necessarias ac si domus esset facta à natura, leuibus sursum, grauibus deorsum, mediocribus vt terra in medio, quia natura partiū meretur situm talem: & ita oēs effectus nō simpliciter ne D cessarij iuxta positionem horum. Obiicit autē Auerro. huic positioni in commento. 87. tum primo, quia tūc effectus naturales & conuenientia actionum partium animalis pro salute eius vt situs dentium essent casu & præter intentionem agentis, cum sola materiæ necessitate contingant. Secundo, quia tunc talis ordo esset in omnibus. cuius contrarium videmus, vt in animalibus testaceis, vbi pars superior est grauior, vtpote extra vel uti in testudine, & aliis id genus.

An effectus naturæ necessitate proficiscantur.

At quamquàm quidem non sine his, non tamen propter hæc, nisi ut ob materiam, sed celandi quædam atq; conseruandi causa domus ipsa extruebatur. Similiter & in ceteris id genus, in quibus ipsum alicuius gratia est, non sine his quidem sunt, quæ necessariam habent naturam: non Tex. 88.

tamen sunt ob hæc ipsa, nisi ut ob materiam, sed alicuius gratia. ut propter quid serra talis est, ut hoc & huius gratia sit: hoc tamen gratia cuius est, fieri non potest nisi ferrea sit. necesse igitur est ipsam ferream esse, si serra atque ipsius opus erit: necessitas igitur ipsa ex suppositione est, sed non ut finis. nam necessarium ipsum in materia quidem est, id verò cuius gratia in ratione consistit.

Soluit quæsitum: & vult, q affectiones naturales insint rebus naturalibus propter materiam, non tamen gratia materiæ. verbi causa, domus est talis, videlicet habens leuissima supra omnibus, grauissima infra omnia, mediocria inter hæc, propter naturas componentium: non tamen illius gratia, sed gratia celandi saluádiq; quædam, inquit. At quanquàm quidem nō sine his, non tamen propter hæc & gratia horum, nisi ob materiam: hoc est nisi quatenus materia ipsa necessario ab alio mouetur, sed celádi quædam atq; conseruandi causa domus ipsa extrucbatur: igitur proprietates & affectiones insunt rebus à materia, non tamē gratia materiæ. Similiter & in cæteris id genus, in quibus ipsum alicuius gratia est, non sine his quidē sunt quæ necessariam habent materiam, nō tamen sunt ob hęc ipsa, nisi vt ob materiam, hoc est, nisi quatenus nō sine materia, & ob materiam motam, sed alicuius gratia. vt serra est dura, quia ferrea, non tamen gratia ferreæ naturæ dura est, sed vt sic secatiua durorum. Ex his concludit intentum. d. necessitas igitur est ex suppositione, hoc est affectiōes rebus naturalibus insunt ex suppositione finis & actionis, vt acuties dentibus anterioribus vt apti sint diuidere, latitudo molaribus, vt terāt. non tamen hæc necessitas competit rebus vt finis, nā finis non semper euenit, non enim semper serra secat dura, & tamen necessario est dura: & ita necessitas est G gratia finis, non tamen qualis illa finis, propterea subdit: nam necessarium ipsum in materia quidem est, id verò cuius gratia in ratione & forma consistit. Est igitur responsio q necessitas in rebus naturalibus est absolute à materia, vt durities serræ propter ferreitatem, acuties dentium anteriorum propter materiæ paucitatem, & in cæteris id genus, est tamen gratia finis, nā etiam materia ipsa necessitatur à fine.

Naturaliū necessitas nō pēdet à materia


Auer. in commento præsenti. 88. talem innuit distinctionem, q quædam inueniuntur in rebus naturalibus non propter aliquid, vt mors & corruptio animalium & plantarum: quædā propter aliquid, vt oculus propter visionem, & manus propter receptionem: tunc vult, q ea, quæ non propter aliquid inueniuntur, sed solum propter materiam, sunt simpliciter necessaria, quia ex quo consequuntur solam materiam, & ma H teria est rebus naturalibus necessaria, ideo simpliciter necessario insunt rebus: quæ verò propter aliquid insunt, sunt necessaria ex suppositione & possunt nō esse, vt oculus & manus. cum enim necessitas ipsorum pendeat à fine, potest autem finis interdum non esse, quare & illa possunt etiam non esse. Vlterius declarat differentiam inter naturalia & sempiterna: & vult, q in sempiternis quicquid est necessarium, est simpliciter necessarium, & ex fine, non ex materia at in naturalibus necessitas est à materia, non tamen propter materiam. verbi causa Deus mouet non propter actionē; nec est propter suam actionem, sed mouet & agit propter se, ita vt sit Ipse actionis suæ finis, & ita in sempiternis est necessitas simpliciter, quam antiqui extima- E bant esse in naturalibus. In naturalibus enim nō est talis necessitas, quia tunc formæ necessario sequerentur materiam. Sed dices propter quid in sempiternis necessitas simpliciter est ex fine, in naturalibus non. Solutio Auerroes in libro Destructio Destructionum: quia in naturalibus finis est possibilis, non in actu, vt diuidere cibum est finis possibilis dentibus anterioribus, propterea potest impediri: ideo in naturalibus necessitas simpliciter non potest esse ex fine, in sempiternis omne possibile est in actu & necessario, ideo finis non potest impediri, & per consequens omnis necessitas in illis ex fine est. Sed an Deus moueat propter se, & quo modo in lib. de infinitate Primi disputaui, & dicemus in Octauo.

Dubi. *Solutio.*

Est autem ipsum necessarium, & in Doctrinis, & in his quæ per naturam fiunt aliqua ex parte simile. Nam, cum F *rectum hoc sit, necesse est triangulum tres angulos duobus rectis æquales habere: sed non si hoc est, illud erit. sed si hoc non est, neque rectum est: in his verò, quæ alicuius gratia fiunt, contra, si finis erit aut est, etiam id quod ante est, erit aut est, si uero non, quemadmodum ibi, cum non est conclusio, principium non erit, & in his, finis & id cuius gratia est, se habent.* Tex. 89.

Declarat nunc Arist. (vt Themistio placet) necessitatem ex suppositione doctrinas habere. nam positis propositionibus, necessario sequuntur conclusiones, non autem è contrario positis conclusionibus, eædem propositiones habentur: potest enim eadem res pluribus rebus comprobari. nam, si quinque & quinque ponantur, necessario sequitur decem esse, contra, si decem ponantur, non continuo quinque & quinque G reperies. Poterunt enim esse septem & tria, aut sex & quatuor. Ex quo fit, vt ea quibus positis, sequuntur conclusiones, ipsa conclusionibus positis, nō semper sequi possint: in naturalibus verò ordo in contrarium agitur. hic si propositiones fuerint, erit & cōclusio, hoc est si prima fuerint, erunt & postrema. In rebus naturalibus si postrema fuerint erunt & prima: & ita patet ipsum necessarium ex suppositione esse in doctrinis & in naturalibus, licet non eodem ordine. Et in hoc apparet quam inepte iuniores textum hunc inducant, credentes textum esse probatiuū eius quod dixerat, quod falsum est: immo vt dicit Themistius Aristoteles declarat necessitatem suppositionis esse in doctrinis & in naturalibus, licet contraposito ordine inquit. Est autem ipsum necessarium & in doctrinis, & in his quæ per naturam fiunt aliqua ex parte simile, H pro quanto est in vtrisque ex suppositione, licet contraposito ordine. cum rectum hoc sit, quod est principium, necesse est triangulum tres angulos duobus rectis æquales habere, quod est conclusio, sed nō si hoc est, illud erit. Poterit enim vna conclusio è pluribus mediis proficisci. In his verò quæ alicuius gratia fiunt, siue naturalia sint, siue opera artis, contra agitur ordo. nā, si finis, qui est postremum quoddam & veluti conclusio, est aut erit, etiā id quod ante est, erit aut est, quod est primum.

Si verò non, subaudi erunt aut sunt media, quemadmodum ibi est dicendum de fine, cum non est conclusio, principium non erit. & in his, finis & cuius gratia est similiter se habent: vt cum non est medium, nō est finis, & cum est finis, sunt media.



Etenim principium hoc non actionis existit, sed discursionis: illud etiam discursionis est, cum actiones nequaquam fiat.

Declarat fundamentum similitudinis inter finem in actionibus, & principium in doctrinis, dicens, etenim principiũ hoc, videlicet finis non actionis existit, quoniam finis non mouet effectiue, sed discursionis, cum sit primum in intentione. Illud etiam principium in doctrinis etiam discursionis est, cum doctrinæ ipsę nequaquam actiones sint. quare & finis & propositiones quodammodo principia sunt: finis quidẽ discursionis pro actione exequenda, propositiones discursionis pro; conclusione cognoscenda. & ita non praua fuit comparatio.

Auer. autem in calce commenti. 89. voluit Aristotelem per hæc verba satis fecisse cauillo. nam posset dici contra Aristotelem, si ex fine sequitur medium in finẽ vti ex principio, tunc finis erit principium. ideo respõdendo concedit finem esse principium. non quidẽ operationis, sed in intentione. est enim primum intentione, vltimum executione. In doctrinis verò propositiones sunt primæ executione & fortasse etiã aliquo modo intentione.

Tex. 90. *Quare si erit domus, hæc fieri, aut esse, aut fore, aut omnino materiam, quæ alicuius gratia est necesse est: ceu lateres atq; lapides, si domus erit, non tamen est propter hæc finis ipse, nisi ut ob materiam. ubi tamen hæc nullatenus sint, domus etiam nequaquam erit, neque serra. illa quidem nisi lapides sint: hæc verò, nisi ferrum: neque ibi principia erũt, nisi triangulum duobus rectis æquales angulos habuerit: perspicuum igitur, q. necessarium in naturalibus, ut materia dicitur, atq; huius motiones.*

Naturalium necessitas li- cet nõ sine ma teria, non tamẽ propter il lam est.

Nunc quæ dixerat per exempla declarat: & inquit. Quare si domus erit, hæc fieri, aut esse, aut fore necesse est: aut omnino necesse est materiam, quæ alicuius gratia est fore, si id cuius gratia est, fit. ceu lateres atq; lapides necesse est fore vel esse, si domus est vel erit: nõ tamen est propter hæc finis ipse, vt domus, nisi vt ob materiam: hoc est nisi quia non sine materia esse potest. vbi tamen hæc nullatenus sint, domus etiam nequaquam erit, neque serra: illa quidem vt domus non erit, nisi lapides sint, hæc verò vt serra, nisi ferrum sit: neque ibi in doctrinis principia erunt nisi cõclusio sit, vt triangulum & reliqua. Ex his concludit q necessarium est in naturalibus vt id quod dicitur esse ob materiam, quia non sine materia atq; etiã quatenus motiones & alterationes sunt materiæ ipsius: & ita necessitas

A est non sine materia, licet non propter materiam, sed gratia finis.

Atque utræq; quidem causæ à Naturali dicẽdæ sunt. magis autem ea, quæ est gratia cuius: nam hæc est materiæ causa, sed non hæc causa finis. Tex. 91.

Ex his concludit à Physico esse considerandam tam materiam, quam finem. & magis finem, tanto quidẽ magis, quanto causa est materiæ, matęria verò nõ causa finis, nisi vt causa, sine qua non.

Atque finis ipse, gratia cuius est principium etiam est à definitione atque ratione sumptum, quemadmodum in his quæ arte conficiuntur. nam cum domus sit talis. hæc fieri atque esse necessario oportet: & cum sanitas sit talis, hæc necessario esse & fieri oportet. Simili ratione & si homo sit talis, hæc fieri atque esse necesse est. Si verò hæc sint talia, hæc
B *necessario esse & fieri oportet.*

Accepit iam in naturalibus finem & formam idem esse, nunc (vt Themistho placet) esse in artificialibus idem verificat, & hoc proponit, dicens, atq; finis ipse, gratia cuius est, principium etiam est quod à definitione atq; ratione sumitur: & ita est forma ipsa, quæ est ratio & definitio. Declarat hoc in artificialibus. nã domus ipsa videtur esse finis, & forma quædam, forma quidem lapidum & materiæ sitæ, finis verò, quia ante ipsam oportet omnia illa præesse. Similiter sanitas, est forma & finis. forma quidem animalis, finis verò omnium præcedentium. similiter homo est forma omniũ membrorum & elementorum, finis autem præceden
C tium. & vniuersaliter si hęc sint & formam habeant, necessario oportet vt præcedant alia quæ sunt media. & ita vniuersaliter patet omnem formam esse finẽ in naturalibus & artificialibus. Sed dices: domus & homo non sunt formæ, sed formata: dici potest q sunt formę totius, & partis. Totius quidem resultatione & compositione, partis verò perfectione & actuatione: vna enim secundum Philosophos & eadem est forma totius, & partis, vt alibi disputauimus. Debes scire, vt Themistius ait, omnem formam esse finem, non autem, omnis finis est forma. Salus enim est finis domus, non tamen forma est. & ita Aristoteles formam omnem demonstrauit esse finem: contra verò minime.

Dubi. Solutio. Finis est forma eis, nõ tamen finis qui cunq; forma é in naturalibus.

Fortasse autem necessarium ipsum in ratione est: nam si
D *serræ opus quis definierit, talem esse diuisionem dicet: hæc autem non erit, nisi dentes habuerit tales: & hi rursus nõ erunt, nisi ferrea sit ipsa. sunt enim & in ratione quædam partes ut materia rationis.* Tex. 92.

Vltimo Aristoteles declarat definitiones naturales non esse sine materia, quemadmodum res ipsæ nõ sunt absque materia, & inquit. Fortasse autem necessarium ipsum, hoc est materia, è qua sumitur necessitas, in ratione est. nam, si serræ opus quis definierit, dicet esse diuisionem durorum talem: hæc autem nõ erit, nisi dentes habuerit tales duros, & hi rursus non erũt, nisi ferrea sit ipsa. Secundo idem probat, quia in ratione sunt quædam partes vt materia rationis, vt genera & vniuersalia, quæ loco materiæ accipiuntur, non loco materiæ realis, sed loco materiæ rationis. quare defi-

definitiones naturales non erunt sine materia: hæc iam sunt alias dicta.

An aliquis effectus ex sola materia depẽdeat.

Quærunt hic, vtrum aliquis effectus dependeat ex sola materia. Auer. côm. 88. huius Secundi voluit aliqua dependere ex sola materia vt mors ipsa animaliũ, & corruptio generabilium,& propterea hæc sunt simpliciter necessaria. Alia sunt q̃ dependent à necessitate finis,& hæc non sunt simpliciter necessaria. Et ita tenet aliqua rebus naturalibus inesse necessario propter solam materiam. Sed hoc non potest intelligere Ioannes,quoniam eiusmodi effectus intenduntur propter finem,quia corruptio vnius intenditur propter generationem alterius. Alij arguunt,quæ non insunt rebus, nisi actiones agentis sint,non dependent ex sola materia:modo, mors & corruptio nõ inest rebus,nisi actiones præsint agentium: igitur non ex sola materia. ꝓpter hęc tenet Ioãnes & alij, ꝙ mors & corruptio sunt propter finem,& ab agente intendente hæc. Signum autem est, quia non sunt à casu. Sed hæc positio falsa est. Primo, finis & perfectio idem: mortis & corruptionis nulla est perfectio, qua perficiuntur,cum sint priuationes penitus:igitur non sunt propter finem. Secũdo, si essent propter finem, tunc aliquod agens per se intenderet illa: hoc est impossibile,quia quod non est nec esse potest,non intenditur. Dicendum igitur, ꝙ eiusmodi, siue priuationes, siue corruptiones sunt per se è sola materiæ necessitate,non autem absq; ipso agẽte,& ita sunt è materia per se,ab agente tanquã à causa sine qua non, & per consequens ab agente non intendente illa,sed aliud. Tunc ad primum dico, ꝙ eiusmodi non intenduntur ab agente propter finem contentum in ipsis,sed in aliis:& hoc modo vult Auer. ipsa esse necessitate naturæ,non propter finem. Ad secundũ concedo agentia concurrere tanquam causas sine qua non valet igitur,sunt à casu, quoniã necessario insunt. Sed bene quando rarenter non propter finem essent, tunc à casu essent.

Commentariorum Secundi libri Physicorum Finis.

ARISTOTELIS
PHYSICAE AVSCVLTATIONIS
LIBER III.
Cum Augustini Niphi Suessani Tractatione, Commentariis, ac Recognitionibus.

DILVC.



V M autem natura quidem ipsa principium sit motus mutationisue, doctrina uerò nobis est de natura, non latere nos oportet quidnam sit motus. Si enim ipse ignorabitur, naturam etiam ignorari necesse est.

ANT.



VONIAM autem natura quidem est principium motus & mutationis, scientia autem nobis de natura est,oportet non ignorare quid sit motus: necessarium est enim ignorato ipso,& ignorari naturam.

E Non oportet laborare quæ sit libri intentio in vt rectè Auer. inquit, Arist. intentionem & argumentum intentionis præponit. Ratiocinatur igitur intentionem esse de motu hoc syllogismo, doctrina est nobis de natura: natura est principium motus: igitur, non latere nos oportet quidnam sit motus: si enim ipse ignorabitur, naturam etiam ignorari necesse est.

Dubitãtes. Si ignorato motus necesse sit ignorare naturam. Vide Iãd. q. 1 huius & Alber. de sam. hoc, & Ioan. magist. hic & Consum Pau li. hic.

Dubitare solent Iuniores,quia ignorari pôt motus quid sit: natura vero sciri, cum sit naturam esse per se notum. Secundò dubitant, propter quid ante principium materiale, materiã; ipsam non fuit necessaria cognitio definitiua motus: & propterea non præmissa est, sed bene ante primum principium effectiuum, ob quod definitio motus præmittitur. Prima dubitatio nulla est,quia in textu habetur ad quam naturæ scien- F tiam sit necessaria cognitio motus: ipse.n. vult ad Sciẽtiam naturæ definitiuam esse necessariam motus definitionem:non autem loquitur de cognitione naturæ an sit,quæ sensu colligitur: aut de motus sensatione. Secundam soluit Auerroes, quia principium materiale potuit declarari sine exacta definitiuaque motus discussione: satis enim est illius cognitionem motus notitia, quia est. At ad cognitionem primi motoris necessaria est cognitio, exacta definitiuaque ipsius motus, vt in Octauo proprie principium disputabitur.

RECOGNITIONES.

Difficultas est non parua: nam si, vt in commentariis dicitur, ad definitiuam naturæ cognitio G nem necessarium est cognoscere quid motus sit, Aristoteles ante definitionem naturæ debuit præmittere definitionem motus. Dicendum via compositiua si processisset, debuisset præmittere motus definitionẽ: sed,quia processit via resolutiua resoluendo naturam in partes illius definitiuas, ideo non oportuit præcedere cognitionem motus quid sit,sed sufficit pro illa resolutiua cognitione naturæ præscire motum aliqua cõfusa notitia.

Post motus uerò discussionem, enitendum est ea determinare, quæ eius deinceps ita sunt. Motus autem in genere cõtinuorum est collocatus, infinitum uerò in ipso continuo primum apparet. Nam & qui ipsum definiunt continuum, ratione infiniti sæpe uti solent: infinitum esse asserentes quod in infinitum est diuisile. DILVCI.

H *Determinantibus igitur de motu, tentandum est eodem aggredi modo de his,quæ consequenter sunt. Videtur autem motus continuorum esse: sed infinitum apparet primũ in continuo. Vnde & definientibus continuũ,contingit præindigere multoties ratione infiniti, cum in infinitum diuisibile continuum sit.* ANT.

Motum considerãtes esse infinitum et continuum negociantur.

Ratiocinatur esse intentionem etiam de infinito, & continuo, quæ motui accidunt. de continuo quidem vti de genere motus, est enim motus in ipsorum continuorum genere collocatus. de infinito verò, quatenus ipsum continuum, per infiniti rationem describitur. dicitur enim continuum esse id quod diuisibile est in infinitum. Quare de continuo, & infinito tractatus ei adiicitur tractatui, qui de motu est,

tu est, & si non ambo in eodem libro speciali, saltem in eodem libro vniuersali. Quod vero ad verba attinet, continuitudo & infinitudo ipsius motus deincepicia vocantur græce, τὰ ἐφεξῆς, siue consequentia, non quia sint illius accidentia, sed quia esse non potest motus, quin sit continuus, atque diuisilis in infinitum. Vlterius dixit ipsum continuum esse id quod est diuisile in infinitum, non semper, sed sæpe, vt Auer. inquit, aut quia non conceditur ab omnibus, quia non ab illis qui continuum ipsum constituunt ex indiuisibilibus. Aut quia potest continuũ ipsum habere definitionẽ aliam, quam Arist. in Prædicamentis tradidit, vbi dicitur, cõtinuum est cuius partes copulãtur ad vnum terminũ communem. Quæ quidem (vt expositores asserunt) differt ab illa: quia hæc, quæ in prædicamentis traditur, est compositiua, illa resolutiua. Est forte & alia cõtinui definitio posita. 5. Metaph. quæ est, continuum est cuius motus est vnus, quæque neque resolutoria neque cõpositoria est, sed quasi data à posteriori. Quia igitur non semper ipsum continuum per rationem infiniti describit, rationabiliter dixit sæpe & nõ semper.

Declaratio verborum.

DILVC. *Ad hæc impossibile est sine loco, & uacuo, & tempore, motum ipsum esse. Perspicuũ igitur est partim propter hæc ipsa, partim etiam quia omnibus hæc communia sunt, cunctisq; competunt, nobis de unoquoq, istorum præargumentantibus considerandum esse. Propriorum.n. contemplatio communium contemplatione posterior est. Verum uti diximus, primo agamus de motu.*

ANT. *Adhuc autem sine loco & uacuo & tempore impossibile est esse motum. Manifestum igitur est & propter hæc, & propterea quia omnia sunt cõmunia & uniuersalia hæc omnibus, intentandum præargumentantibus de uno quoq; istorum: posterior.n. de proprijs speculatio est, ea quæ de cõmunibus est. Primo autem (sicut diximus) de motu.*

Locus ac tempus Physici numeru sunt.

Quod de loco & tempore sit etiam nostra consideratio, ratiocinatur: partim, quia motus esse non potest sine illis, partim, quia hęc tria cõia sunt cunctis corporibus naturalibus: quare de his omnibus agendum est, anteq; speciatim in libris philosophiæ naturalis de singulis agatur: quando contemplatio communiũ præcedit naturaliter contemplationem de proprijs. Hæc de intentione non modo præsentis libri, sed totius ambitus physici.

Qua Auer. tom. 2.

Cuius rei causam asserit Auer. quia ea, quæ sunt subiecta siue substantiæ huius libri auscultatorum, sunt causæ communes & accidentia cõia, quæ apparent in definitione naturæ, quæ omnibus competunt rebus, de quibus speciales agũt libri Scientiæ Naturalis. Esset autem declarandum, cum de his sex, motu, tempore, vacuo, & infinito, atque continuo & loco, sit totius libri intentio, cur talem ordinem seruauerit, vt de motu & infinito egerit in Tertio, de loco, vacuo, & tempore in Quarto, deque continuo in Quinto & Sexto. Quæ quæstio cum inutilis admodum sit, nec illius possit ratio euidens assignari, nunc omittatur. Sed quicquid sit de ordine naturali, placet nobis (vt inquit.) primo agere de motu, quando sine motu ipsa natura nec sit, nec cognosci possit. Hæc de intentione & ordine dictum sit in tantum.

Excusatio.

RECOGNITIONES.

Animaduerte Aristotelem duabus rationibus probat esse agendum de vacuo, loco, & tem-
A pore. Prima quia impossibile est sine his motum esse. Secunda, quia locus, vacuum, & tempus cõia sunt omnibus rebus naturalibus, in quibus notauit ordinẽ, & totius Naturalis philosophiæ, & eorum quæ in hoc libro physicorum pertractantur. Totius naturalis philosophiæ, cum dixit, Posterior. n. de proprijs speculatio est. Eorum verò quæ in toto hoc libro aguntur, cũ dicit, Primo aũt, sicut diximus de motu. Assignauit autem causam ordinis in tota philosophia naturali, quia cõia præcedunt propria, & vniuersalia particularia: ordinis verò eorum, quæ hic aguntur, in hoc loco non assignat, sed proprijs in locis assignabit. Sed prima ratio qua probauit de loco vacuo & tempore esse agendum hic, quia motus non est sine his, non videtur necessaria. quia pariter hic esset agendum de quanto, & de Deo, & de alijs multis, sine quibus motus esse non
B potest: propterea quia hæc ratio non est efficax, suppleuit secundam efficacem, quia locus, vacuum, & tempus sunt communes rationes, siue affectiones omnium corporum naturalium, de quibus agit naturalis philosophia: locus quidem, & tempus secundum veritatem vacuum verò secundum existimationem eorum philosophorum, qui vacuum esse locum autumant.

Et patet primò intentio cæterorum librorum atque vniuersi residui. nam est de motu infinito, & de his in hoc Tertio: de loco, & vacuo, & de tempore, & de his in Quarto libro, de continuo verò agetur in. 5. & 6. libris: ex his postea transit ad inuentionem Primi motoris. Debes scire duplicem posse esse ordinẽ ant libri ad librum in eadem sciẽtia, & hic est ordo doctrinæ totalis: & quidem semper à magis vniuersalibus
C ad minus vniuersalia. & iuxta hunc ordinem in libro Physicorum prius egit de his communibus, quæ competunt omnibus rebus naturalibus, vt de motu, infinito, loco, vacuo, tempore, & continuo. postea de proprijs affectionibus, quæ competunt rebus naturalibus in specie. Alius ordo est eorum, quæ pertractantur in eodem libro particulari: & hic est propter vtilitatẽ. & hoc pacto quia egit de natura, cuius cognitio resolutiua haberi non potest, siue definitiua motus, nunc agit de motu. Et, quia nõnulli opinabantur motum proficisci in infinitum, remouendo hunc errorem, agit de infinito: &, cum declarasset motum finiri in aliquem terminum, & ille terminus est locus, agit de loco: & quia antiqui locum crediderunt esse vacuum, remonendo illum errorem agit de vacuo: & cum motus sit in tempore, agit de tempore, vel quia est affectio mo-
D tus: & quoniam motus, & tempus sunt continua, demum agit de continuo. Hic ergo ordo est partim propter necessitatem, partim propter vtilitatem.

Eorum igitur, quæ sunt, quædam actu tantum sunt, quædam potestate: atque eorum, quæ actu, aliud est hoc aliquid, aliud tantum, aliud quale, & in cæteris id genus, quæ prædicamenta entis sunt, simili modo. Eorum etiam, quæ ad aliquid sunt, aliud excessu defectuue dicitur, aliud modo activi passiuiq;, & omnino motiui ac mobilis. Id enim quod mouere potest, motiuum dicitur mobilis, atque id quod moueri potest mobile à motiuo. DILVC.

Est igitur aliquid, quod quidem entelechia tantũ est, aliud autem, quod potentia. Et eorum, quæ sunt actu, hoc quidem hoc aliquid, aliud uero quantum, aliud autem quale, ANT.

 & ali-

& aliquod aliorum entis prædicamentorum. Ei us vero, q; est ad aliquid aliud quidem secundum superabundantiam & defectum dicitur, aliud autem secundum actiuum & passiuum, & omnino motiuum et mobile: motiuum enim motiuū mobilis est, & mobile à motiuo mobile.

Exequitur (vt diximus) de motu & infinito primo, fortasse, quia motus & infinitudo intrinsece mobile ipsum quod est hic subiectum comitantur, locus vero, tempus, & vacuum extrinsece, vt expositor recte sentit. Anteq; igitur motus definitionem exequatur, qui faciat videtur obscurum.

Quæ Auer. Thmis. 3.

Auer. fortasse à Themistio sumens, vult Arist. præmittere quædam vti propositiones, & suppositiones, more Mathematici, qui suppositiones primò cōstituit, demum conclusiones ex illis deducit. Sunt igitur propositiones tres. Prima, q; omne ens est aut actu, aut potestate: ex qua quidem propositione vult habere motum esse aut actu, aut potestate, aut medium horum. Secunda propositio est, q; ens diuiditur in decē prædicamenta, vt q; vel aliud sit substantia, quæ hoc aliquid dicitur, aliud tantum, quod ad prædicamentū quantitatis recedit, aliud quale, & cætera id genus simili modo: ex qua propositione vult habere motum esse in aliquo prædicamentorum, quia ad quatuor tātum. Tertia est, q; eorum quæ sunt ad aliquid, quædā referuntur modo excessus & defectus: velut duplum & dimidium, & multum & paucum: quædam modo actiui & passiui, & omnino motiui ac mobilis: nam id quod mouere potest ipsius mobilis motiuum dicitur, & id quod moueri potest dicitur etiam mobile à motiuo. Tacuit ea, quæ referuntur modo mensuræ & mēsurati, quia de his ample in. 5. Meta. nunc raptim quatenus proposito nostro subseruit: ex hac. n. tertia propositione habere vult motum esse actū motiui & mobilis, neque posse esse nisi in ipso mobili: hunc in modum Auer. & Themist. textum præsentem induxerūt. Expositor autem & non imperite vult Aristo. præmittere tres diuisiones ex eo, quia via, qua definitiones colligi solent, est diuisio & compositio, vt in. 2. Poste. & . 7. Meta. traditur, vt ex his sumat motum recidere in prædictas diuisiones. Quæ expositio placet mihi satis, non . n. suppositiones facit Arist. sed diuisiones, vt inde definitionem nanciscantur.

Dubiū.

Sed circa dicta dubitatur, primò circa literam, cur dixit modo actiui & passiui, & omnino motiui & mobilis? Respondet Auer. quia mouens & motum sunt perfectiora quā agens & patiens, cum omne agens sit mouens & non econuerso. Et ne labores circa nugas, Auer. per agens & patiens intelligit. ea quæ descripsit in libro de generatione, videlicet ea quæ corruptiue agunt & patiuntur, & per perfectiora vult communiora: vocat enim perfectiora quasi ampliora. & tunc res est clara, quia motiuum est in plus quā actiuū isto modo. Ideo dixit, & omnino motiui & mobilis, vt sermo sit cōior, atq; vniuersalior hic.

Solutio Auer. cō. 3. in fine.

Scda dubiū.

Secunda dubitatio est, quia Arist. hic diuidit ens in actum & potentiam, & ens actu in decem genera. at in Quinto Meta. diuidit ens in decē prædicamenta, & vnumquodq; illorū diuidit per actum & potentiam. Primo declaremus quid per ens actu, & ens potestate velit Arist. ad quod quidā subtiles viri dicunt, q; potentia vno modo sumitur est principium operandi, qua ratione ipsa diuidi solet ab Aris. in actiuam & passiuam potētiam, Quinto & No-E no Meta. Alio modo accipitur vt contra actum existē di diuiditur, qua via actus & potentia arguunt omne prædicamentum, & diuidunt omne genus, & sunt modales differentiæ, quibus diuiditur vnaquæq; species, & quodlibet indiuiduum: nam illud idem indiuiduū, quod nunc actu est, illudmet potestate fuit prius. Hāc distinctionem quidam huius factionis sub aliis verbis sic ponunt, q; potentia vno modo sumitur pro virtute subiectiua, & sic diuiditur in actiuam & passiuam. Alio pro potētia obiectiua, & sic diuiditur cōtra actū: simili modo de actu distingui potest. Tunc volūt Aristo. velle esse ipsum ens diuisibile per actum, & potentiam obiectiuam & non subiectiuam. Mouentur autē hac ratione, quia sic sunt differentiæ entis valde oppositæ, vt dicit Auer. Primo de Anima. cōm. 6. Alij vero faciunt hanc distinctionem, vt isti dicunt, sed volunt F ens diuidi per actum & potentiam subiectiuam, quia sic loquitur Arist. vbiq;. Sed hæ distinctiones non sunt peripateticę. primo, quia Arist. vbique loquēs de actu & potentia, nullibi de hac distinctione mentionem fecit. Secundò, quia potentia obiectiua aut est obiectiua obiectione ad formam, aut obiectione ad agēs: sed siue sic, siue sic, quælibet talis est subiectiua. si quidem . n. ad formā obijcitur, siue dubio subiectiua est: si ad agens, cū agens apud peripateticos sit, quod extrahit formam de potentia ad actum, videtur ēt potentia illa simul esse formæ & agentis: & sic est subiectiua, & obiectiua. Tertio apud Auer. Primo cœli. cōm. 124. omne possibile ab intrinseco est possibile ab extrinseco, & econtra: hoc est, omne possibile potentia in materia, est possibile potentia in agente, & econtra: igitur omnis potentia obiectiua est subiectiua, & econtra: de G his multa diximus In Primo huius. Propter hæc & alia dicamus, vnam et potentia est obiectiua, & subiectiua aut. n. refertur ad formā, cui aut subiicitur aut subiici potest, est subiectiua: si verò ad agēs, cui aut obiicitur vt proprium factibile, vel obiici potest, est obiectiua: & ita per ens in potentia siue sic siue sic intelligat, semper idem sm rem intelligitur. Similiter actus respectu potētiæ dicitur perfectio, respectu agentis est obiectū. Tunc dicerem & ens diuiditur per actum & potentiā & ens actu per decem prædicamenta, & ens ēt in potētia potest diuidi in illa. Diuisiones. n. quędā sunt ęquatæ & conuertibiles & essentiales diuiso, & sic non pōt idem esse diuidens & diuisum: quædam sunt inæquatę illi, & sic potest idem esse diuidens & diuisum. v. g. Diuidi potest animal per bipedum & non bipedū, & non bipedum per animatum & non animatū, qm diuisio-H nes hæ non sunt cōuertibiles. sic in proposito, ens per actum & potentiam, & actus per decē prædicamēta, & decē prædicamenta per actū & potentiam, quia non sunt diuisiones essentiales: prima. n. diuisio entis est p vnū & multa. Tu verò remitte hæc metaphysicis. Sed dices, igitur idem cōius & minus cōe, quoniam semper diuisum est cōius diuidente. Dici pōt assumptum esse verum in diuisione cōuertibili, & essentiali, in aliis verò negatur assumptum. Hæc de diuisione. Animaduersione dignum, vt Them. inquit, quædam esse in actu tātum & nullo modo in potentia, vt motores cœlorum, & Deus, quædam sunt potentia tātū, vt nauale bellū, & vniuersaliter ea, quæ nō sunt, sed esse possunt: quædam verò sunt media, vt composita; hæc. n. actu sunt, quia formā intra se tenent, si habent formā, potestate, quia possunt aliā quoq; formam per reciprocationem & suc-

Quid per ens actu & potestate. Scotus in 2. sententiarum di. 16 q. 1. Vide & cano. q. 3. secūdi huius articu. 2.

De diuisione entis.

Vide Sco. 5. q. quolib. & dis. 8. 1. q. 3. 4. et An. Tri. q. 1. Meta.

Propria responsio.

Nota diuisionē Themist.

Quid cœlũ. & successionem induere. Sed dubitant de cœlo ipso. cui respondet Themistius vi suæ naturæ cœlũ est actu tantum, quia nequit de forma & specie sua mutari, particeps tamen ad quendam modum potentiæ est quatenus in loco mouetur, quia videlicet vbiq; simul esse non potest. Et loquit doctissimus noster Themistius non seclusо motore, sed de cœlo ipso animato corpore. Hæc Themistius.

RECOGNITIONES.

Dispu. 2. De diuisione entis complura, & quidem dilucide diximus Primo Meta. verum vt eo loco diximus, prima, diuisio dici potest prima à primitate adæquationis, & primitate perfectionis, & primitate immediationis. Si ergo Arist. vult diuisionẽ entis per actum & potentiam esse primam, intellexit primitate æquationis: quoniam nihil continentur sub ipso diuiso ente, quin sub aliquo diuidentium contineatur.

DILUC. *Non est autẽ ullus motus præter res ipsas. nam id quod mutatur, semper aut substantia aut quantitate aut qualitate mutatur: sed his commune nihil accipi potest, (uti diximus) quod quidem neq; hoc, neq; quantum, neq; quale, neq; cæterorum quicquam sit prædicamẽtorum. Quare neq; motus neq; mutatio cuiusdam erit præter ea diximus, cum nihil sit præter ea quæ diximus.*

ANT. *Non est autem motus præter res. mutantur enim semper id quod mutatur, aut secundum substantiam, aut secundum qualitatem, aut secundum quantitatem, aut secundum locum: commune autem his nullum est accipere, sicut diximus, quod neq; hoc, neq; quantum, neq; quale sit, neq; aliorum prædicamentorum ullum. Quare neq; motus, neq; mutatio ullius est extra ea, quæ dicta sunt, cum nihil sit extra prædicta.*

Hunc locum aliter doctissimus Themi. quẽ Auer. sectatur, aliter ex vi verborũ græcorũ cogimur exponere. Themistius enim hic postulatum facit tertium, licet Auer. quartum. Postulatum est, ipsum motũ in mouente & moto esse, non seorsum consistere citra subiectum: ex quo tertio postulato vult Themi. Aristo. inferre totidem haberi motus oportere, quot sunt res quæ mouentur & transmutantur. Et quia mouetur res aut quæ de substantia, aut quæ de quantitate, aut quæ de qualitate, aut quæ postremo de loco, erit igitur multifarius motus, non vti genus, sed vti vox quædam communis ad quatuor res: iuxta quam expositionem oportet sic legere. Sed cum non sit vllus motus præter res ipsas, videlicet mouẽs & motum, nimirum id qđ mouetur, aut substantia semper, aut quãtitate, aut qualitate, aut mutatur: quibus quidem nihil commune est. &

Alia expõ. reliqua quæ dicit. Ex vi vero verborum græcorũ Arist. docet reducere motus ad dictas diuisiones, vbi primo ꝙ non sint præter decem rerum genera ostẽdit: quod fortasse in Platonem retulit, qui ideas posuit separatas: & ita dici posset esse quid vnum commune decẽ prædicamentis, cui primo motus ipse competeret, mediante quo descenderet in alia quatuor genera, & inquit, Non est autem vllus motus præter res ipsas videlicet decem prædicamenta, veluti idea separata. Et syllogizat sic, Substantia, quantitas, & cætera id genus, non sunt præter prædicamenta: omne quod mouetur aut substantia, aut quãtitate, aut aliquo id genus mouetur: igitur nihil quod mouetur est præter res decem prædi-

A camentorum. De ratione primo tangit minorem dicens, Nam id quod mouetur, semper aut substãtia, aut quantitate, aut qualitate mutatur, hæc est minor. Dein de ponit maiorem dicens, Sed his commune nihil accipi potest (vti diximus) quod quidem neq; hoc, neque quantum, neq; quale, neq; cæterorum quicquã sit prædicamentorum. hæc est maior. Dat conclusionẽ & inquit, Quare neq; motus neq; mutatio erit cuiusdã, qđ sit veluti id ea præter ea quæ diximus, cum nulla sit talis idea præterea quæ diximus. Hæc expositio est ad verba græca conueniens, nec iuxta hãc expositionẽ oportet aliquam textus particulam mutare, sicut in illa Themistij & Auerrois. Animaduersione dignũ, ꝙ Plato posuit ideam vnitatis ante ens, quam primam mentẽ appellat, vt diximus in libro primo. hanc (vt dicemus in 7. numerum seipsum mouentem vult esse, & moueri *Positio Platonis.*

B per essentiam, quæq; cum sit præter decem prædicamenta, videtur motus esse cuiusdam separati à decem prædicamentis. Propterea Arist. (vt mihi videtur) hic cogitur declarare motum nullum esse præter res ipsas prædicamentales, quas pauloante enumerauerat: qua ratione nostra expositio non minus conuenit literæ, & sensui literæ illa Themistij & Auerrois.

Auerro. autem syllogizat motũ esse in pluribus vno prædicamentorum hoc modo, motum, hoc est, terminus ad quẽ est motus, est in pluribus vno prædicamentorum: motus est in moto, hoc est, in termino motus: igitur motus est in pluribus vno prædicamento. Ex his infert Auer. Aristo. voluisse indicare motum ipsum non esse vnam naturam vniuocam, sed esse quid cõmune analogicum. vt. n. nihil est commune vniuocũ prædicamentis, sic nec motibus. Sed dices, tunc definitio mo- *Quæ Auer. com. 4.* *Primũ Auer. dictum. Secundum. Tertium. Quæstio Auer. An motus sit ĩ pluribus prædicamentis. Vide Gratia- deũ q̃stu. lec. 1 huius. Vide et Cano. q. 1 huius ar tic. 2.*

C tus non erit vniuoca, & ita non conueniet doctrinæ. Cui respondet definitiones analogicas bene conuenire doctrinis, æquiuocas vero minime. Sed mouet Auer. quæstionem, nam in præsenti loco Aristo. voluit motum non esse in vno prædicamento, sed pluribus: in prædicamentis vero posuit ipsum in vno prædicamento, vt pote in genere passionis. quare dicere cogemur aut genus passionis demere à numero prædicamentorum, aut negare id quod Arist. hic ait. Respondet Auer. ꝙ motus potest capi vno modo pro forma diminuta, vt pote quatenus differt à termino ad quem secundum magis & minus, & sic est in genere termini ad quem: nam motus hac ratione acceptus, nihil aliud est quam generatio partis post partẽ illius perfectionis siue termini ad quem tendit, donec perficiatur & sit in actu. verbi causa, Motus qui in substantia est, in- *Quot modis motus dicitur.*

D uenitur in genere substantiæ: & qui in quantitate, in genere quantitatis: & similiter qui est in vbi & qualitate. Alio modo potest sumi pro via, qua forma ipsa recipitur in subiecto, quæ est alia à perfectione, sicut pati calorem est aliud à calore: & hoc modo est motus positus in prædicamento passionis, cum vt sic nihil aliud sit quam receptio quædam formæ in subiecto. Alij vero solent hanc distinctionem sic afferre, ꝙ motus põt capi subiectiue & obiectiue, hoc est, vt est potẽtia quędam subiectiua, & sic est passio, aut vt est potẽtia obiectiua, & sic est in prædicamẽtis pluribus. Sed quicquid sit de hac distinctione, mẽbra differũt (vt dicit Auer.) quia significatus motus pro forma diminuta est verior propterea Arif. eũ hic induxit, vbi loquit physicæ, Significatus vero pro via & receptione est famosior & cõior, ppea traditus est in prædicamẽtis. Hæc Auer. *Alius modus loquendi.*

Sed

Sed circa hæc tangemus quædam, nam blatterones E multa confundunt, & extra propositum. Dubitant igitur primo. quo nam modo in generatione est dare motum pro forma fluente, cum forma subito acquiratur. etiam in latione ipsa, siue motu locali, quo nam modo est forma fluens? non enim videtur aliqui ibi fluere. Iuniores respondent ꝙ Auer. per formam diminutã, nõ formam remissam intelligit., sed formam sub qua mobile ipsum non quiescit: & hæc reperitur in omnibus prædicamentis in quibus inuenitur motus. In generatione quidem, quatenus in illa est forma substantialis, sub qua mobile nõ quiescit, in latione, quia omnia vbi præcedentia vltimum sunt formæ, sub quibus mobile nõ quiescit: & in alijs similiter res hæc patet. Sed videt hæc solutio ambigua. primo, quia tunc in latione non vna numero forma flueret è principio ad finem, quia esset in quolibet nunc aliud atq; aliud vbi: & sic nihil F posset vno numero motu localiter moueri. Secundo, hæc responsio videtur contra Auer. quem exponunt. nam Auer. voluit motum pro forma fluente non differre à fine, nisi penes magis & minus: & ꝙ nihil aliud sit quam generatio partis post aliam illius perfectionis ad quam tendit, donec perficiat & sit actu: modo, hæc verificari non possunt de vbi fluente vno numero, cũ nullum vnũ numero vbi è principio fluat in finẽ vsq;. Potest hæc positio defendi, imaginando omnia vbi præcedentia vltimum, in quo mobile quiescit, esse vnum numero subiecto, licet ratione sit aliud atq; aliud. Et tunc ad primum dicerem vnũ numero vbi fluere subiectione, & hoc sufficit. Ad secundum dicerem, ꝙ licet verba Auer. dirigantur ad alterationem & auctionem, quatenus omnia vbi sunt subiecto vnũ, possunt etiam ad lationem applicari, vt omnibus patet. Non desunt, G qui velint in alteratione, auctione, ac generatione formam fluentem esse eam sub qua mobile non quiescit, ita vt fluxus sit forma quæ fluit: at in latione ipsa formã fluentem dixerunt esse ipsum mobile, aliter se habens quam prius respectu loci, quę ratio docet in latione fluxum siue formam fluentem esse aliam è termino motus, sed illius generis reductiue vt afferunt: quę res alias melius pensitabitur.

Videtur com. 9. 1. huius & textu 2.

Secunda dubitatio.

Secundo dubitãt in quo differt forma remissa, & forma fluens. Respondent iuniores hæc differre vt subiectum & accidens: nam forma remissa est subiectum, fluxus est quo denominatur forma, fluere est accidens illius formæ. Sed hæc responsio stare nõ potest. primo, quia accidens non est subiectum accidentis, vt. n. nulla substantia accidit, sic nullum accidens subijcit. Secundo, quia, cum vbi sit indiuisibile quicquam, tunc indi- H uisibile esset subiectum diuisibilis, puta fluxus. Propterea dicendum. ꝙ forma fluens & forma remissa differunt. primo, quia in quibusdã est forma fluens, in quibus non est forma remissa. vt in generatione & latione est quidem forma fluens, non tamen forma remissa. Secundo, quia forma fluens est motus, at forma remissa non est motus: non enim albedo vt quatuor est motus, quia tunc omne album vt quatuor moueretur. Dico igitur ꝙ fluxus & forma fluens sunt vna res, & differunt ratione, sicut fluxus & forma remissa. vt. n. mobile non quiescit sub aliqua remissa forma. fluxus siue forma fluens est, vt vero sibi deficit vltima perfectio suæ speciei, dicit remissa forma. Sed adhuc dubitabis, quid forma fluens superaddit formæ remissæ? aut substantiam aut accidens, non substantiam, quia tunc forma E vt remissa & fluens, differunt substantialiter: si accidẽs, igitur fluxus est accidens formæ remissæ: quod negabatur. Dici potest, ꝙ nihil aliud secundum rem superaddit ipsi formæ remissæ, sed hæc fluens dicitur, quatenus ipsa mobile mouet: illa remissa, quatenus sibi deficit vltima perfectio suæ speciei. Ad formam dico, ꝙ neq; substantiam neq; accidens superaddit ipsi formæ remissæ, licet hæc remissa, illa fluens dicatur.

Propria responsio.

Tertio dubitant, cur forma fluens motus verior dicitur, fluxus motus famosior? Quicquid velint iuniores dicerem illum esse veriorem, quia per ipsum mobile principaliter moueri dicitur, hunc famosiorem, quia per hunc non vere & primo mouetur, sed denominatur moueri: nisi enim forma flueret, mobile nequaquã moueri denominaretur. Reliquæ confusiones quas blatterizant iuniores, prætermittendæ sunt ad quintũ F librum vsq;: non enim satis ad expositionem Arist. facit, vt omnia in vno libro explicentur.

Tertia dubitatio.

RECOGNITIONES.

IN Commentarijs quærebamus quomodo in substantia, & in vbi habet locum distinctio Auer. quæ est ꝙ motus potest accipi pro fluxu, & pro forma fluente. nam in substantiali generatione forma subito fit, in motu ad vbi, nullum vnum numero vbi manet à principio vsq; ad finem. In commentarijs per fluxum intelleximus formam vt fluentem ad terminum ad quem. Sed quia in generatione forma non fluit (subito enim fit) ideo arbitror nunc per fluxum esse intelligendum receptionem, qua subiectum successiue recipit formã, quam Auer. hic viam appellat, & per formam fluentẽ intelligit formam, quæ successiua receptione recipit: & G tunc vt Auer. inquit, forma fluens & illius fluxus differunt re prædicamenti: qm̃ fluxus est passio, & se tenet ex parte subiecti, fluens est in quatuor prædicamentis, & est ipsa forma, quæ erit terminus ad quẽ. Ex hoc patet substantialem formam subito acquiri & per fluxum, quoniã fluxus se tenet ex parte materiæ, quæ successiue recipit formam saltem ratione dispositionum, vt primo huius dixit Auer. & subito formam factis dispositionibus. Vtrum vero receptio successiua differat à materia, bona consideratio est sed cum sit res disputabilis, nihil ad præsens.

Com. 62.

DILVC. *In quibuscunq; autẽ rebus, quibus omnibus motus inest, bifariam aliquid esse dicimus. In substantia quidem, priuationem atq; eius formam: in qualitate autem, aliud album aliud nigrum. In quantitate, perfectum & imperfectum.* H *Simili ratione & in delatione, sursum & deorsum, uel leue & graue. Quare quot sunt ipsius entis species, tot etiã tam motus atq; mutationis erunt.*

ANT. *Vnumquodq; dupliciter inest omnibus: aut secũdum hoc, aliud quidem enim forma ipsius, aliud uero priuatio. Et secundum qualitatem, hoc quidem album, illud autem nigrũ. Et secundum quantitatem, aliud quidem perfectum, aliud uero imperfectum. Similiter & secundum loci mutationẽ, hoc quidem sursum, illud uero deorsum, aut aliud quidem leue, aliud autem graue. Quare motus, & mutationis tot sunt species, quot & entis.*

Auerroes vult ꝙ Arist. reddat secundam causam, quare definitio motus est ambigua siue analoga. Duę enim sunt causæ huius rei, prima quia motus est in diuersis prædicamentis. Secunda, quia motus in vno eodemq;

Prima Aue. expositio

demq; prædicamẽto non eſt vnius rationis, ſed quaſi bifarius ſiue geminus in ſingulis, quia vnus eſt ad terminum perfectiorem, alius ad imperfectiorẽ. Themi. facit hic quartum ſiue poſtulatum ſiue ſuppoſitione, vt inde definitionem motus colligat: & omnes hene atq; ſapide dicunt, mihi tamen videtur, ꝙ ſequatur id quod incepit. Incepit enim reducere motus ad genera decem, & declarauit ad quot genera motus ſit, nũc declarat qualis eſt motus in vnoquoq; genere:& vult, ꝙ in vnoquoq; gñe motus ſit bifarius aq; duplex: nam cum in vnoquoq; prædicamento ſint duo, quorũ vnũ ſe habet vt melius, alterũ vt peius: verbi gratia, In ſubſtantia forma & priuatio, in qualitate album & nigrũ, in quãtitate perfectum & imperfectum, in vbi ſurſum & deorſum: reſtat vt in ſingulis prædicamentis ſit motus bifarius, alius quidem qui ad terminum proficiſcit meliorem, alius qui ad peiorem: qua ratione fit, vt motus ſolũ ſit in quatuor generibus: & in ſingulis duplex: & ita motuũ genera quatuor, ſpecies vero octo. Quod vero ad verba attinet. hæc verba, in quibuſq; autẽ rebus, quibus omnibus motus ineſt, bifariam aliquid eſſe dicimus. In ſubſtantia quidem &c. in græcis codicibus hoc modo leguntur, vnumquodq; autem dupliciter ineſt omnibus, quæ cum obſcuriora eſſent, traſtulli ſic ad ſenſum, nec eſt abſonũ græcis expoſitoribus. Verba illa, vel leue & graue, Auer. vno modo intelligit, vt per hæc verba exemplificet in latione elementorũ: nam elementum mouetur ad locum vt fiat actu tale, verbi cauſa, Graue deorſum vt fiat actu graue, leue ſurſum vt fiat actu leue: eſt enim elementum extra locum impurum, & ſemper poteſtate tale. Aut forte eſt exemplum in generatione & corruptione, quia elementa transmutatur de grauitate in leuitatem, & ecõtra, quia hæc videntur vt ſubſtantiariæ formæ elementorum, vt dicit ipſe in. 4. cœli. Verba illa, quare quot ſunt ipſius entis ſpecies, tot etiam iam motus atq; mutationis erũt non ſunt ſic intelligenda, ꝙ quia decem ſunt entis ſiue ſpecies ſiue prædicamenta, & decem ſint etiam ipſius motus: ſed per ens intelligit quod per motum accipit eſſe. Et quia quatuor ſunt ſpecies entis, quod per motum capit eſſe, ideo quatuor ſunt ſpecies motus, quæ ductæ in duo erunt octo.

Secunda Themiſtii. *Tertia propria.* *Quo Auer. com.6.*

DILVC. *Cum itaq; eorum, quæ in unoquoq; genere collocantur, aliud actu, aliud poteſtate diuidatur, motus erit actus entis poteſtate, quatenus tale eſt. uelut alterabilis quidem, quate nus alterabile, eſt alteratio, auctilis atq; oppoſiti diminuitilis (nullum enim ambobus nomen commune eſt impoſitum) auctio ac imminutio generabilis quoq; atq; corruptibilis generatio & corruptio, & eius quod fertur delatio.*

ANT. *Diuiſo autem ſecundum unumquodq; genus, hoc quidẽ actu, aliud potentia, exiſtente potentia entelechia ſecundum q, huiuſmodi eſt motus. Vt alterabilis quidem, inquantum alterabile eſt, alteratio eſt: augmentabilis, & oppoſiti diminuibilis (nullum enim nomen commune in utriſq; eſt) augmentum & decrementum, generabilis autem & corruptibilis, Generatio & Corruptio: loco autem mutabilis, loci mutatio.*

Nunc quid ſit motus ex dictis concludit, vtiturq; in eo (vt Themi. inquit) earum rerũ opportunitate, quas pauloante parauit. & quia cõceſſum erat in vnoquoq; prædicamento ſpecies haberi participes tum actus, tũ poteſtatis, propterea ex his quaſi enthymemate in-

A fert. Cum itaq; eorum, quæ in vnoquoq; genere collocantur, aliud actu, aliud poteſtate diuidatur: (hęc enim erat vna ſuppoſitio) motus erit actus entis poteſtate, quatenus tale eſt poteſtate, & nõ actu. Quam rem approbat quaſi inductione in omnibus motus ſpeciebus ſimulatq; quatuor ſpecierũ motus definitiones complectitur, vt pateant tum generis tum ſpecierum definitiones. Quod vero addiderit, quatenus tale eſt, Themiſtius è quo Auer. ipſe accepit declarat pulchre, & innuit talem diſtinctionem, ꝙ mobile habet duplicem potentiam, prima eſt, qua mobile ipſum eſt in potentia ad motum, altera qua eſt in potentia ad perfectionem quam per motum ipſum acquirit. Prima quidem mobilis potentia ſola motus præſentia perficitur, & eo ſtante tollitur. Secunda vero non niſi præſente termino ad quem, & vltima perfectione. Quæ ratio docet, B rem, dum mouetur, eſſe in actu & in potentia: actu qui dem quo nunc mouetur, potentia vero ad terminum & vltimam motus perfectionem. Ad denotandum igitur ꝙ motus non eſt actus purus, quia ſic tolleret oẽm mobilis potentiam, nec potentia pura, adiecit quatenus tale, quia motus eſt actus permixtus potẽtiæ. ideo actus entis poteſtate, quatenus poteſtate tale eſt. per quam etiam particulã motus differt à forma naturali. Eſt. n. albedo forma ſubſtantiæ, quæ eſt in potentia, & ſi non ad albedinem, ſaltem ad nigredinem: ſed qm albedo non eſt actus alibi quatenus poteſtate tale, ideo differt à motu, qui rei mobilis actus eſt, non quatenus iam mota eſt, ſed quatenus poteſtate mobilis eſt. Hæc ex Themiſtio colligi poſſunt, è quibus & enthymema facile deducitur, cum motus ſit aliquod eorũ quæ ſunt in genere, & nõ ſit actus purus, neq; poteſtas pura: erit C igitur actus entis poteſtate, vt permixtus poteſtati.

Quo motus ſit entis in potentia inquantum tale. *Vide Iddo. q. 3. huius. & Alb. de ſaxo. q. 2 huius: & cano. q. 1. huius. et compendium parte q. 1 huius.*

Auerroes autem aliquantulum digrediendo concludit, primo, ꝙ hæc definitio motus competat motui nouo, & æterno. nouo quidem, quia ille eſt actus permixtus potentiæ ad totalem terminum motus: æterno vero, quia ille eſt actus permixtus potentiæ, & ſi ad nõ terminum totalem, cum nunquam deficiat, ſaltem ad terminum partialem: quia eſt nouus ſecũdum partem & partem, vt patet. Secundo concludit ꝙ ex hac definitione apparet continuatio motus: nam non eſt actus purus, quia tunc mobile quieſceret: nec potentia pura, quia nõ moueretur: igitur eſt actus ſucceſsiuus permixtus potentiæ ad vlteriorem terminum. Sed dices Octauo huius cõm. 23. ſolus motus localis eſt continuus: igitur ex hac definitione non apparet continuatio vniuerſaliter omnibus competens. Propterea per D continuationem hic Auer. non vnitatem intelligit, ſed ſucceſsionem. Modo, ſtat aliquem motum eſſe ſucceſſiuum, & non continuum, hoc eſt, vnnm & perpetuũ. Et hoc declarat Auer. in auctione & alteratione, nam nec auctio nec alteratio eſt motus continuus & vnus, ab initio vſq; in finem. Sed eſt per minima hac ratione, ꝙ primo vnum minimũ generatur ſubito, deinde ſtat, poſtea fit generatio alterius ſubito, & in alijs ſimiliter: auctio itaq; nec eſt vna, nec continua, ſimiliter & de alteratione, & generatione dici poteſt. Quod vero auctio non ſit continua à primæua ætate vſq; ad conſiſtentiam, ſenſus docet: non enim eſſe poſſet vna & continua, quin ſenſu apprehẽdatur. Ex hoc infert auctionem eſſe compoſitam ex pluribus motibus, & pluribus quietibus, hoc eſt, non cõpleri niſi pluribus quietibus & motibus viciſsim interpoſitis, ſecus autem eſt in latione

Quo Auer. com. 6. *Dubitatio.* *Reſponſio.* *Qui nam Motus continui.*

in latione & motu locali. Ille enim est tum successiuus, tum continuus: successiuus quidem propter rationem generalem motus, quatenus motus. cum enim motus nec sit actus purus, nec potētia pura, ipse omnino erit actus successorius permixtus potentiæ: continuus vero, quia fit supra spatium in eo quantum, & à mobili in eo quantum. Cæteri motus, vt alteratio, generatio, & auctio, successiui quidem sunt ea ratione qua motus, continui vero minime, quia non fiunt super spatium in eo quantum, sed per minima, quorum nullum est aptum acquiri nisi subito & in vno nunc. Quæ ratio docet posse esse mutationem successiuam & non motum, vt generatio elementi est, posse esse subitam & esse motum, vt auctio per minimum vnum: de ratione enim motus est vt sit successiuus, & in subiecto ente in actu, non autem continuus. Quod vero auctio nō sit motus continuus, probat Auer. signo, quia pōt aliquid augeri in vno anno digito, & non est consonum vt tot partes sint sensiles in anno & in digito: quā rem iuniores non intelligentes multa fabulantur. Propterea debes scire, quod duo supponit, vnum quod auctio, generatio & alteratio fiant per minima: secundum est quod plura minima esse possunt in anno, vel aliquo maiori tempore quam in digito: ex his signum habet efficaciam. Non enim est consentaneum vt digitus fiat in aliquo in anno per minima, quia tunc partes sensiles siue minimæ tot essent in digito quo augetur illud, quot in anno, quod est absurdum: propter hæc cessant obiectiones iuniorum. Sed de hac materia multa in Sexto & Octauo dicemus, & multa diximus anno præterito in libris de Generatione & Corruptione. Non enim est doctrinæ expediens vt obiter occursiora tractentur vt principalia, & principalia vt occursoria, vti agunt qui sunt nostrorum temporum.

RECOGNITIONES.

Quod motus sit actus entis in potētia inquantū ens est in potentia, Arist. Tū ex dictis, tū ex dictis inductione suadet. ex dictis quidē supponēdo duo, primū quod omne ens sit actus, aut potētia, aut medium, quod est actus permixtus potentia: vel sub alijs verbis, actus entis in potentia, vt est ens in potentia. vt enim Themist. inquit, idem est dicere actum permixtum potentiæ, & actum entis in potētia, vt est ens in potentia. Secūdum, quod supponit, est, motum nō esse actū purum, neque potentiam puram: hoc enim sumit, non probat, sic enim via diuisiua ordinata est, vt alterum assumatur, alterum inferatur, vt Secundo Posterio. dictum est. Ex his duobus sequitur motū esse actū permixtum potentiæ, hoc est actum entis in potentia, vt est ens in potentia: quod idem est. Inductione vero hoc idem probat Arist. vt patet in textu: Ex commento colligimus in commentarijs alterationem, & auctionem non esse motum continuum, bene successiuū. quia, vt dicit, alteratio & auctio componitur ex pluribus motibus: & pluribus quietibus: imaginatur enim tot esse auctiones, quot minima sunt in ipso aucto de nouo genita: cum quodlibet minimum fiat subito, tot erunt motus subitarij in auctione, quot minima: & quia instans non est instanti immediatum, ideo plures quietes interponuntur. rem hanc probaui demonstratiue stantibus principijs Auerro. 8. Meta. supponendo primo esse dabile maximum & minimum in gradu cuiuslibet formæ naturaliter intensibilis: & in quantitate cuiuslibet

E bet corporis naturaliter augmentabilis, supponēdo secundo alterationem esse generationem qualitatis, & auctionem quātitatis. supponēdo tertio nihil esse producibile sub minori gradu, aut quantitate quam sit illius minimum, aut in gradu in quātitate, probaui, quia sub quanto gradu aut quantitate aliquid esse potest, sub tanto & non sub minori producibile est: quoniam generatio est ad esse, ergo nihil potest generari sub eo, sub quo nō potest esse. Ex his sequitur nec generationem, nec alterationem, neque auctionem esse motū continuū. de generatione patet, de alteratione & auctione probatur, nam si esset motus continuus, tunc in alteratione & auctione in quolibet instanti aliquid produceretur: & cum non posit produci minus minimo, vt supposuimus, produceretur in quolibet instāti vnum minimum, & cum infinita sunt instantia temporis mensu

F rantis quemlibet motum: ergo erunt producta in fine motus infinita minima: & ita forma in alteratione erit infinite intense, & in auctione augmentabile infinite auctum: & tota argumenti vis est, quia alteratio est generatio qualitatis, quæ cum sit ad esse, non potest esse sub minori gradu, quam sit minimum, & auctio generatio naturalis quanti: quæ similiter, cum sit ad esse, nō potest esse sub minori quantitate quam sit minimū naturale: si enim minimum posset per motum acquiri, esset diuisibile in minora naturaliter. Verum de his in Septimo & 6. huius: & 8. Metaphy.

Quòd autem motus hoc sit, hinc perspicuum est. nam cū ædificatile quatenus tale, actu dicimus, ipsum quatenus ædificatur est, & ipsius est ædificatio. similiter & medicatio, & uolutatio, & saltatio, & uirilitas, & senectus. DILVC.

G *Quòd autem hoc sit motus, hinc manifestum est, cum ædificabile inquantum huiusmodi, dicimus esse actu, ipsum inquantum ædificatur, est, & est hoc ædificatio. similiter autē & medicatio, & uolutatio, & saltatio, & adolescentia, & senectus.* ANT.

Nūc singulas definitionis particulas minutatim explanat. & primo probat, quod motus sit actus, & hoc pro ponit dicens. Quòd autem motus hoc sit, hoc est, sit actus, hinc perspicuum est: & vt placet Themistio, vis rationis. Arist. est vis exempli. Nam ædificatilis res tūc mouetur, quum actu ipso ædificatur, seruat. n. adhuc potestatis quicquam: cum vero absoluta atque completa ædificatio est, tunc neque monetur, neque potestatis quicquam seruat. Simili ratione dici potest de medicatione, & volutatione & saltatione, virilitate ac senectute

H ctute & cæteris id genus, omnibus enim in his motus est actus cuiquam proprius. Sūt qui ex vi horū exemplorum talem colligunt syllogismū, omne id quo aliquid redditur in actu ex potentia, actus est, nō. n. potest albū eē sine albedine, neque calidū sine calore: quare nec esse actu, fine actu. motus est quo mobile actu redditur in motu, vt ædificabile actu ædificatile, & cætera id genus. Igitur motus est actus. Quo vero ad verba atti net illa verba, & virilitas & senectus, que grece sunt an dransis & geransis, Them. intelligere videtur pro auctione & imminutione, est. n. virilitas siue adolescentia auctio quædam, senectus imminutio: & tunc exempla conueniunt omnibus motibus. nam ædificatio con uenit generationi, medicatio alterationi. volutatio & saltatio delationi, virilitas & senectus auctioni & imminutioni. Themistius vero in paraphrasi huius loci, declarat

Vide com. 5 huius. Et 1 lib. 5 [illegible]

Syllogismus quod [illegible]

Expositio verborum.

Quae The.

declarat primo vnam aliam motus definitionem, & inquit, Motus est primus actus rei, quæ potestate aliquid est. accipit autem hic primus, quia vltimus videtur esse forma, quam res assecuta est, cum primũ quiescit, & ita itio in formam actus est primus. Secundo declarat qualis actus sit motus, & inquit, Quoniam formam ipsam maxime & simpliciter actum vocamus, quare profectio ad formam actus est imperfectus, & rei, vt est potestate talis. Hæc à Themistio colligi possunt.

DILVC. *Quoniam autem aliqua eadem sunt tum potestate, tum actu et non simul aut non eodẽ, sed ueluti aliquid quod quidem potestate calidum est, actu uero frigidum, complura iam uicissim agent & patientur. nam omne erit actiuum & passiuum, quare & idem naturaliter mouens ac mobile. omne nãq; tale mouet, & ipsum mouetur. Sunt quidem.n. quibus uidetur omne quod mouet moueri. Verum de his quonam modo se habeat, ex alys patebit, est enim quoddam quod immobile etiam mouet.*

ANT. *Quoniam aũt quædam eadem sunt potentia & actu, nõ tamen simul, aut non secundum idem, sed ut calidum quidem potentia, frigidum aut entelechia, multa iam agunt & patiuntur ad inuicem. Omne enim erit simul actiuum & passiuum, quare & mouens physicæ et mobile: tũc enim huiusmodi mouet, quum mouetur & ipsum. Videtur quidem igitur quibusdam omne moueri mouens. Sed de his quidem ex alys erit manifestum, quomodo se habeant: est enim quoddam mouentium & immobile.*

Quid velit hic Aristo. facere, neq; Themistius, neq; Auer. satis explicauit. Videntur autem ex eorum procedendi modo, velle, ꝙ Arist. velit declarare eam definitionis partem. quæ dicit, quatenus tale potestate: & tunc videtur, ꝙ Arist. antequam rem exequatur, præmittat vnum quod reperitur in rebus naturalibus, hoc est, compositis ex materia & forma (vt Them. & Auer. exponũt) omne quod agit in agendo repatitur, & omne qđ mouet in mouẽdo mouet, ita vt sit omne actiuum & passiuum. motiuum & mobile. Hoc Arist. probare videtur per hoc. quia eadem composita naturalia sunt partim actu, partim potestate: ex ea parte qua actu sunt, actiua & mouẽtia sunt, ex ea vero parte qua potestate, mobilia atq; passiua esse videntur: quã rem exemplo & authoritate comprobat. Expositor autem, quem iuniores sectantur, vult Arist. probare eam definitionis particulam quæ dicit, entis in potentia: & ita vult, ꝙ probet motum esse actũ entis in potentia. Colligit autem ex litera syllogismũ talem, eius, in quo semper motus iouenitur, motus est actus: ens potestate est id, in quo motus semper inuenitur: igit motus est actus entis potestate: & de syllogismo vult Arist. declarasse solam minorem. Hanc expositionẽ non acceptamus, tum primo quia non necessaria, nam cũ Arist. probabit motum esse actum entis quatenus tale in potentia, etiam habebit ipsum esse actum entis in potẽtia: ideo non videtur necessaria probatio seorsum. Tunc secundo quia cum difficultate hæc expositio literæ consonat. Themistius vero hic assignat in quibus idem esse potest mouens & motum, & quare: & vult ea mouere & moueri quæ actus & potentiæ participant. nam mouent parte qua sunt actu, mouentur parte qua potẽtia, hoc est, mouent per formam, per materiam mouẽtur: propterea ait Auer. hanc propositionẽ esse falsam, mo

S. Tho. secunda expõ. Vnde et Egi. & Bar. Iac.

Mouentia eia mouẽtur si cõ[posita] sint ex forma & materia. [Ex]probatio.

Quæ Themi.

A uens mouetur, nisi addatur vt sit cõpositum ex potentia & actu, Hæc sunt quæ asserunt.

RECOGNITIONES.

Quod declarat Aristo. non est dubium: declarat enim quæ sint illa, in quibus idem est agẽs & patiẽs, mouẽs & mobile: & vult hæc omnia esse corpora naturalia, composita ex materia & forma: nã ex eo quia formam habent, agunt, & mouent: ex eo vero, quia habent materiam, patiuntur & mouentur. Addit tamen hæc agere & pati, & mouere & moueri non simul, aut si simul non secundum idem, hoc est, eodem respectu: aut si eodem respectu, non simul. Vt.n. Themist. inquit, aliqua agere & pati inuicẽ possunt simul, non tamen eodem respectu: ferra enim simul secat & retunditur, verum non eodem respectu. secat enim ex B forma, retunditur ex materia, vtpote ex ferro. Possunt etiam aliqua eodem respectu agere & pati, sed non simul: nam calidum, vt calidũ hodie agere potest, cras vero vt calidum pati. Ex quibus verbis potius reactionem demere videtur Arist. quam dare, cum dicat nulla posse agere & pati simul & eodẽ respectu, sed si aliqua agunt & patiuntur, aut non simul, aut si simul non eodem respectu: sed de his postea. Sed cur Aristoteles declarauerit hoc non est certum: alij enim dicũt Arist. hoc declarare, vt illam definitionis partẽ declaret, quæ est quatenus tale in potentia, alij vt declaret illam entis in potentia. Ego vero non recedendo à textu, dicerem vt refellat Argumentum Platonis, qui dixit motũ esse actum mouentis, & non entis in potentia. Argumentabatur enim, omne mouens in mouendo mouetur, & vt mouet mouetur, ergo mouens est actus mo- C uentis quatenus mouens est: cui, non esse verum, omne mouens in mouendo moueri respondet, sed solum quando ea quæ mouent sunt composita.

DILVC. *Cũ itaq; id, quod actu est, afficiat aut seipsum aut aliud, motus eius actus est, quod potestate est, quatenus mobile existit. Dico autem quatenus mobile hac ratione: est enim æs potestate statua, non tamen motus actus est æris quatenus est æs. non enim idem est æris esse, & id quod potestate quadam est mobile. Nam, si esset idem simpliciter & ratione, motus sanè actus esset æris quatenus æs est. At (ut diximus) non est idem.*

ANT. *Sed potentia existentis (cum entelechia ens agat aut seipsum aut aliud) inquantum mobile motus est. Dico autem ipsum inquantum, sic est enim æs potentia statua, sed tamen nõ æris entelechia, inquantum æs, motus est. Non enim idem est D æri inesse, & potentia alicui mobili: quoniam, si idem esset simpliciter, & secundum rationem, esset utiq; æri inquantum æs entelechia motus. Non est autem idem, quemadmodum dictum est.*

Sectando Themistium & Auerroem, cum Aristo, fecit suppositionẽ, videlicet, ꝙ res naturales partim actu, partim potestate sunt, vicissim agentes & patiẽtes, nũc concludit motum esse actũ mobilis, quatenus potestate est, non quatenus actu, & hoc proponit dicens. Cũ itaq; id qđ actu est, afficiat siue moueat aut seipsum, aut aliud distinctum à se motus eius actus est, quod potestate est, quatenus mobile est. & ita motus est actus mobilis quatenus mobile, & non mouentis quatenus mouens. Quod ad vero ad verba attinet, verbũ illud afficiat. græce est ἐνεργῇ, quod latine sonat agit vel operatur, sed vt translatio esset clarior, transtuli afficit vel

vel mouet. Declarat deinceps illam particulam, quatenus mobile potestate. nã motus est actus rei existentis in actu, & in potentia: omne enim quod mouetur est actu & potentia: actu quidem simpliciter, potentia sm quid. Ne igitur credat quippiam motum esse actũ mobilis quatenus ipsum est ens actu, ideo additum est, quatenus ens in potentia: hoc autem declarat in exemplo. nam statuificatio motus quidam est, non aeris vt est æs actu simpliciter, sed quatenus æs est ens potentia quadam, saltem ad perfectionem motus. Modo, æs & ens mobile, licet subiecto idem sint, ratione differũt. Recte igit entis in potentia vt in potẽtia motus actus est. Hæc ab Arist. Vbi animaduersione dignum, omne quod mouetur esse actu & potẽtia: actu quidem simpliciter, quo reponitur in specie, vt æs, potentia vero sm quid, qua est in potentia ad terminum, qui per motũ acquiritur, verbi causa, ad statuã: est enim æs actu æs, potestate statua. Motus igitur est actus æris quatenus potestate statua est, nõ quatenus est simpliciter æs. Propter hæc additum est, quatenus tale potestate. Hæc à Themistio colligi possunt. Auer. vero probat q motus non sit actus enti in actu, & arguit sic: si motus esset perfectio actionis siue entis in actu, tunc quidditates rerum essent motus, ita vt perfectio cupri esset motus. Sed obijciunt, quia motus est perfectio siue actus entis in potentia, & tamen quidditas entis in potentia non est motus. Circa quam dubitationem Iuniores miru in modum se confundunt, sed breuibus dici potest, q Auer. per perfectionem intelligit actum vltimũ, ad quem itur per motum: probat igitur motũ non esse talem actum vltimum, quia tunc quidditas rei esset motus: est enim actus vltimus forma rei, rei forma quidditas & definitio est apud ipsum: quare, si motus est vltimus actus mobilis, tunc esset eius quidditas. Ad argumentum vero dico non esse ad propositum, motus.n. non est perfectio siue actus vltimus mobilis, sed actus primus, quo itur in actum vltimum: Auer. autem probauit, motum non esse actum vltimum & finalem rei quæ mouentur.

Subiectũ motus est simpliciter in actu, secundũ quid in potentia.

Dubitatio.

Solutio.

RECOGNITIONES.

DVbitaret fortasse quispiam: quia videt superflua ea particula, quæ est entis in potentia: satis.n. videtur esse dicendum motum esse actum entis quatenus est ens in potentia, cum nõ sit actus entis, quod simpliciter est in actu, vt est ens in actu, sed quatenus est in potentia. Videtur mihi illam particulam esse additam contra Platonem, qui dixit motum esse actum entis simpliciter in actu, & nullo modo existentis in potentia: ideo contra ipsum cõcludit motum esse potius actum entis in potentia. Sed quia ens in potentia, cuius motus ipse actus est, est simpliciter in actu: ad denotandum motum non esse actũ illius entis in potentia, quatenus est simpliciter in actu, addit quatenus in potentia: & sic vtraq; particula necessaria est.

DILVC. *Insuper etiam idem in contrarijs perspicuum est. nam posse quidem sanari & posse ægrotare diuersa sunt: esset nãq; idem ægrotare & sanari. at subiectum quod quidem sanatur & ægrotat, siue humor sit siue sanguis, unum & idẽ est. Cum autem non sit idem, quemadmodum neq; color & uisibile idem est, perspicuum est, motum esse actum possibilis quatenus possibile.*

ANT. *Manifestum est autem & in contrarijs: posse quidem.n. sanari & posse laborare alterum est: etenim utiq; laborare & sanare idem esset, subiectum autem & sanabile & infirmum, siue humor, siue sanguis sit, unum & idem est. Quoniã autem non est idem, neq; color idem et uisibile, possibilis inquantum est possibile, entelechia manifestum est q. sit motus.*

E Secundo idem declarat ratione accepta à cõtrarijs & Themistius vtitur exemplis hoc modo, non est eadem ratio corporis, & potestatum quibus corpus potest exire in diuersa: corpus enim vnum est & sibiipsi idem, posse autem sanari & posse ægrotare, nam modo quæ diuersæ potestates sunt, sed etiam maxime cõtrariæ: nam & illarum actus maxime discrepãt, videlicet, sanari & ægrotare. Secundo non est idem color & visibile, nam color affectio est, quæ luce præsente perspicuum mouet: visibile vero accidens colori, quatenus F videri oculis potest. Tertio neque sonus idem cum re auditili, neq; calor cum tactili, neq; vlla demũ res actu cum ea quæ potestate est, iure patet neq; motum esse actum entis in actu, sed possibilis vt possibile. Ex ijs soliti sumus syllogizare sic, ea, quæ sic se habent, q vno multiplicato, alterum est vnum, esse & ratione differunt: sed esse actu simpliciter rei quæ mouetur, & esse mobile sic se habent q ipsum esse mobilis simpliciter est vnum, ipsum esse potestate est plura: igitur ratione differunt. & sic recte dictum est motum esse actum entis possibilis, & non entis actu. Hæc ex Themistio.

Auerroes autẽ in commento probat potentias contrariorum esse diuersas, quia potentiæ contrariorum sunt contrariæ. Dubitant iuniores. Primo quia dicit .5. Meta. vnam esse potentiam contrariorum, hic vero dicitur contrariorum contrarias esse potentias. Secundo G etiam dubitant quia album & nigrum sunt contraria, tamen vna est potẽtia ad ambo, veluti ad medium. Iuniores respondent & eorum responsio non est imperita, tamen ad primam respondet Auer. Primo cœli cõm. 120. vbi vult vnam esse contrariorum potentiam, & eãdem respectu subiecti remoti, vt materiæ primæ, diuersas vero atq; cõtrarias respectu subiecti proximi, ratione cuius sunt finitæ & terminatæ. Ad secũdam respondet idem Auer. in eodem Primo cœli. cõm. 121. de potentijs ad contraria immediata. Inquit enim q, vt impossibile est contraria inueniri in simili in actu, ita impossibile est inueniri duas potentias ad duo contraria, scilicet immediata, sed potentiæ succedunt sibiinuicem vt contraria. Hæc Auerroes.

Quã Auer. cõm. 10.

Dubitationes.

Potentia una contrariorum vel si fit potest.

Solutio. prim.

Solu. secunda.

DILVC. *Esse igitur hunc, atq; rem tunc moueri, cum iste actus accidit, & neq; prius neq; posterius, perspicuum est. Cum.n.* H *unũquodq; interdũ operetur, interdũ uõ operetur, ceu ædificatile quatenus ædificatile, ædificatilis quoq; ea ratione, qua ædificatile ædificatio est actus, nã hic actus, aut est ædificatilis ædificatio, aut domus, sed cũ domus est, nõ ulterius ædificatile est id ædificatile, quod quidem ædificatur: necesse igitur est ut hic actus ædificatio sit. At ædificatio motus est quidã. Eadem autem ratio accommodabitur & in cæteris motibus id genus.*

ANT. *Quod quidem igitur est hic, & quod accidat tunc moueri, cum est entelechia uel ipse, & neq; prius neq; posterius, ostensum est. Contingit enim unumquodq; aliquando quidẽ operari, aliquando uero non, ut ædificabile inquantum ædificabile, & ædificabilis actus inquantum est ædificabile ædificatio est: aut enim hoc est ædificatio actus ædificabilis aut domus. sed, cum domus sit, non amplius ædificabile est, ædificatur*

ficatur autem ædificabile, necesse est ergo ædificationem esse actum: ædificatio autem motus quidam est. At uero eadē conueniet ratio & in alijs motibus.

Videtur Arist. primo epilogare definitionem dictā, & inquit, Motum igitur esse hunc, i. actū mobilis, atq; rem tunc moueri, cū iste actus accidit rei mobili, neq; prius neq; posterius, perspicuum est. Hic est epilogus. Non contentus vero epilogo & narratione dicta, adhuc addit rationem nouam, & probat ædificationem esse actum ædificatilis rei quatenus ædificatilis sit, rei ædificatilis est actus aliquis, & non est illius actus domus ipsa, quia ipsa præsente cessat actus ædificationis: igitur ædificatilis rei actus ædificatio est. tūc addit, sed ædificatio est motus quidam: igitur motus est actus entis in potentia quatenus in potentia. Vnde totus syllogismus esse potest sic, ædificatio est actus mobilis quatenus mobile: ædificatio est motus: igitur in tertia figura motus est actus mobilis quatenus mobile. & quia syllogismi in tertia figura omnes sunt particulares, addit, Eadem aūt ratio accōmodabitur & in cæteris motibus id genus. Per hæc igitur definitio motus perspicua est.

Penesa qō. an Agens in agendo patiatur aliquid ab eo in quo d agit, vel an detur reactio in natura.

Circa finem præsentis capituli, quæri solet de reactione, quæ res pertractata est in Libro de Generatione raptim: nam calculatores circa rem hāc multum fimbrias dilatare consueuerūt. Est præterea quæstio communis physicis & mathematicis. De quæstio isto non paruæ extitere positiones, quidam negāt reactionem omnino, tam secūdum qualitates easdem, quam secundum qualitates diuersas. Alij concedunt illam, & differunt, nā hi per easdem fieri qualitates contendunt, hi per diuersas. Fiunt hinc inde argumēta innumera, multæ imaginationes & casus, quos enarrare nec est vtile, nec facit ad expositionē Arist. cuius mentem exponere proposuimus. Dicamus igitur nūc quędam, (quicquid in libro de Generatione dictum sit:) non enim ætate hac recusabo opposita scribere, maxime circa ea, in quibus nulla videtur necessitas. Arist. igitur in Hoc Tertio plane videtur concedere reactionem. quia enim aliqua partim actu, partim potentia sunt, cōclusit complura vicissim agere & pati. In libro etiam de Generatione in eo capite, vbi de agere & pati disputat, idem sentire nemo dubitat. Rursus etiam in libro eodem, vbi de mixtura loquitur, cōcludit mixturam ex eo, quia elementa agunt & reagunt vicissim: Huic parti fauet Auer. 4. Meteo. cōm. 10. vbi argumentoā mitem istam sustinere videtur. Amplius Tertio de Aīa lib. cōm. 20. verificās verbum Alexādri Aphrodisij, inquit, Et quam bene assimilat illū Alexāder igni. Ignis enim est innatus alterare omne corpus per virtutem existētem in eo, & tamen cum hoc patitur aliquo modo ab eo quod alterat, & assimilatur cū eo aliquo modo similitudinis, idest, acquirit ab eo formam igneā minorem forma ignea alterante. Hæc Auer. è quibus reactionem satis bene potest colligere. Pro hac parte etiam calculatores rationes adducunt subtilissimas. & experientias sensiles. Primo arguunt, quia nisi detur reactio, mixtura elementorum fieri nō posset, oportet enim omnes elementorum qualitates, saltem in mixtura remitti, quæ remissio stare nō posset, nisi actio & reactio elementorum mutua esset. Secundo arguūt. corpus calidum & corpus frigidum ita possunt approximari, vt calidum sit actiuitatis maioris, frigidum resistentiæ maioris, per illam regulam. Quod quāto qua-

Quod detur reactio autho...

...ationes pro reactione. Prima ratio. Vide etiā Gat... de 1 lib. ... tex. 16. ...

Secunda.

A litas est maioris actionis, tanto est minoris resistentiæ. Igitur ipsis approximatis erit actio & reactio: actio quidem, quia calidum maioris actionis, reactio vero quia frigidum maioris resistentiæ, & calidū minoris. Tertio arguunt, si ipsum passum in agens non reageret tunc omne agens in passum certæ resistentiæ esset resistentiæ infinitæ, quod est impossibile, & consequentia probatur, quia signetur A. agens calidum, & B. passum frigidum, in quo agat A. Et arguitur sic, B passum est alicuius certæ actiuitatis, & quælibet pars ipsius A. est maioris resistentiæ quam sit actiuitas B. sed aliqua pars A. est in duplo maioris resistentiæ, & aliqua in quadruplo, & aliqua in octuplo, & sic in infinitū igit in infinitū maioris resistētię est ipsum A. q̄ sit ipsum B. actiuitatis, & ita ipsum A. erit infinitæ resistentiæ. Qd' autē qualibet pars ipsius A. sit maioris resistentię quam ipsum B.

Tertia.

B actiuitatis, scitur ex hoc q; in nullam ipsius A. partem sufficit B agere. Quarto, si super aliquam partem ipsius A præcise sufficeret B & ageret, esset A ipsum alicuius resistentiæ: & si præcise super partem in duplo minorem ista sufficeret B agere, esset A, in duplo maioris resistentiæ, & sic in infinitum: igitur, si in nullam partem ipsius A. sufficeret B agere, A esset infinitæ resistentiæ, sed iam in nullam partem A. sufficit B agere: igitur vt supra. Quinto, si non detur reactio, tunc B ipsum esset nullius actiuitatis: probatur, quia si B in ipsis A partem mediam sufficit agere, esset B alicuius actiuitatis: & si sufficeret agere in partem in duplo minoris resistentiæ, quam est medietas ipsius A esset in duplo minoris actiuitatis, & sic in infinitum: sed in infinitum modicę resistentię: est aliqua pars ipsius A. igitur, si B in nullā ipsius A partem sufficit agere, nullius potentiæ actiuæ esset B. Hæc sunt argumenta meliora pro

Quarta.

Quinta.

C reactione. Pro eodem sunt plurimæ experientiæ, quæ non possunt bona suasione negari. Prima est de carbone ignito, aut ferro in aqua frigida, proiecto, vbi patet ferrum extingui siue tepefieri, aqua remanente sensiliter calida, quod fieri non potest absq; actione & reactione. Secunda est de glacie posita in vola manus, vbi patet ipsam liquescere, manu existente ab ipsa frigefacta, quod effici non potest nisi manus per caliditatem egisset, & glacies reagisset. Similis etiam experiētia fieri solet de pomo, quod in manu calefit, & ipsam frigefacit. Tertia est de vasculis duris inuicē percussis, quorum vnum frangit alterum. Quarta est guttula aquæ super magnum carbonem ignitum perfusa, vbi patet aliquam carbonis partem extingui, & illā totam resolui in vaporem propter caliditatē carbonis. Quinta de duobus corporibus densis, quorum vnum cadat super

Experientiæ pro reactione. Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

D alterum, vbi patet ambo cōliderari: & multæ tales fiūt frequēter per scholas, & eos qui in calculationibus scribunt. Hæ sunt experientię pro reactione, hę rationes, & demum hæ authoritates. Ego vero nunc (quicquid tunc in libro de Generatione dixerim) teneo cum Peripateticis vetustioribus, q; reactio est duplex, positiua & est nouæ qualitatis productio, alia est priuatiua, quę nihil aliud est quam resistentia passi: Tunc dicerem pro nunc, reactionem positiuam esse impossibilem, & nullibi Arist. attigisse: priuatiuam esse necessariam in omnibus agentibus & passis, quæ in materia cōmunicant. Et licet plures possint pro positione hac rationes adduci, ea duntaxat fortissime moueor. quia, si aliquod agens, vt A, sufficit agere in B, corrumpendo B totū, etiam sufficit se defendere ne ab ipso B patiat aut corrumpatur,

Positio propria.

Possibilis est reactio no quidem positiua, sed priuatiua, vt resistentia passi ad ages, in his, quæ cōmunicant in vna materia.

Persuasio.

rumpatur, si quidem tantæ potentiæ sit quælibet pars agentis, & totum agens, donec pars fuerit in toto. Dicet igitur, A agens, & B. reagens, quatenus B ipsum resistit ipsi A, non quatenus imprimit in ipsum A. qualitatis quicquã. Moueor præterea, quia plurimæ & molestiores quæstiones contingunt dicentibus reactionẽ quam negantibus, vt omnibus patet. Potest confirmari hæc positio. quia sicut in motu locali ita in cæteris: ac in motu locali medium resistit mouenti, & non per productionem alicuius qualitatis. Propter hæc nũc defendo partem eorum, qui negant reactionem. Ad primas authoritates patet solutio, omnes.n. de reactione priuatiua intelligunt, secus de positiua. Ad rationes vero alias, & ad primam dici potest, ꝙ elementa remittuntur in qualitatibus siue formis à generatione mixto, aut ab influentia cœli, si mixtum sit de nouo: hæc enim influentia vti agens reducit elementa ad temperamentum, quod requiritur pro generatione mixti, de nouo immediate ex elementis. Hoc autem testantur Astronomi, qui prædominantibus varijs cœli constellationibus varia mixta prædicunt ventura: quod pro tanto est, pro quanto constellatio mouet elementa ad locum generationis, & illa reducit ad temperationem requisitam ad generationem portenti mixti. Ad secundum quære responsionem in libro de Generatione. Potest tamen pro modo dici, ꝙ uis qualitas est æqualis actionis & resistentiæ, licet per accidẽs ex parte materiæ sit contrariũ: vt calidũ est tantæ resistentiæ quantæ actionis per se. sed, quia est in materia rara per accidens, est minoris resistentiæ: & ita negatur suppositio: & omnes rationes, quæ suppositionẽ probant, valẽt ad concludendum qualitatem maioris actionis esse minoris resistentiæ per accidens, ratione subiecti & materiæ.

Responsiones ad rationes.

Ad tertiam negatur consequentia, & ad rationẽ, quæ est, ꝙ tunc agens principale esset infinitæ resistentiæ, negatur iterum consequentia. Et cum arguitur ponendo, ꝙ A sit agens, & B. passum alicuius certæ actiuitatis, & quælibet pars est maioris resistentię quam totum B, negatur hoc: immo in infinitum minoris resistentiæ est aliqua pars A quam B. Et, cum arguitur, in nullam partem ipsius A. sufficit B. agere, igitur vt supra, iterũ negatur consequẽtia: & causa est, quia non solum pars ipsius A. resistit, ne B agat in aliquam partem ipsius A. sed etiam totum A. Sed argumentum valeret, si ab aliqua ipsius A. parte remoueatur iuuamentum ipsius A. & cuiuslibet alterius, & tunc non est dubium, ꝙ in aliquam ipsius A, partem B. sufficeret agere. Ad quartam dici potest similiter, ꝙ B in nullam ipsius A. partẽ sufficit agere, non quia illa pars per se sit maioris resistentiæ, quam B actionis, sed virtute totius defendentis se & quodlibet sui, propterea ratio nulla est. Similiter ad quintam: B enim est alicuius actionis, respectu eius ad quod habet proportionem maioris inæqualitatis. modo, licet ad partem ipsius A, habeat talem proportionẽ ratione totius non habet. Hæc ad rationes. Ad experientias, & ad primam saluarem illam per exhalationes contentas tam in aqua quam in ferro: hæ enim exeunt, & ascendunt in aqua, quia leues sunt appetẽtes locum sursum, quæ cum non sufficiãt bene diuidere aquam, immiscentur ad certum tempus cum ipsa, & propterea aqua tactui apparet calida, licet in veritate sit frigida: erit igitur actio in ferrum ab aqua proficiscens, nõ autem reactio à ferro in aquam: sic igitur sine reactione saluari potest hæc experientia. Hæc responsio est ad

Solutio experientiarum.

E mentem Auer. 2. de Anima cõm. 115. Ad secundam de glacie & pomo, ego saluarem eam per reactionem factam ab anima mediante spiritu: imaginor enim glaciem manum frigefacere, deinde anima transmittit spiritus nouos, & agit in glaciem tepefaciendo illã, & tũc amplius non reagit glacies, & ita non est actio & reactio ad vnum nunc simul, sed cum glacies agit manus non reagit, sed postea cum anima mediãte spiritu agit in glaciem, tunc glacies amplius nõ reagit. Ad tertiam de vasculis dici potest, ꝙ talium vasorum vnũ nõ frangit alterum merito actionis mutuæ vnius qualitatis in aliam, nec merito duritiei, quia durities vnius non agit in duritiem alterius: fortasse enim ab aere frangitur in medio eorum fracto. Ad quartam de carbone solitus eram dicere, ꝙ carbo per sui caliditatem alterat guttã, gutta vero quia grauis est & dẽsæ substantiæ, obstruit F poros carbonis, per quos exhalatio fiebat humidi subtilis, qua ratione eius euentatio prohibetur, & inde in ea parte carbo extinguitur. Ad vltimam dici potest vt supra ad illud de duris. Hæc sunt quæ nunc mihi videntur, ꝙ si alias aliter apparebit, etiam aliter dicere non recusabo: nec volui colligere in tam graui quæstione plura, nam innumeri sunt scriptores.

RECOGNITIONES.

DE reactione multa scripsimus: nunc vero iterũ quæ in commentarijs dixi, non reuocarẽ. Nam Arist. si bene verba eius superius posita cõsiderentur, potius reactionem negauit quam affirmauit: bene.n. asserit aliqua agere & pati inuicem, dicit tamen aut nõ simul, aut non secundum idem, & ita concedit aliqua agere & pati inuicem, sed in diuersis temporibus. Po- G test enim ignis hodie agere in aquam vigoratus influxu cœlesti, potest & aqua cras reagere in ignem, dato ꝙ aqua hodie vigoretur, & ignis ab influxu non vigoretur. Dato etiam ꝙ eodem tempore agerent inuicem & reagerent, non eodem respectu actio esset, & reactio: ageret enim ignis in aquã per proprias ignis qualitates, non tamen reageret aqua in ignem per qualitates aquæ, sed influẽtia cœli recepta in aqua & igne remitteret aliquid de igne, & sic aqua reageret solũ resistiue, quomodo medium plenum resistit mobili: est enim duplex resistentia, vt in commentarijs diximus. Passum ergo reagit priuatiue, influẽtia positiue. Quod vero passum positiue reagere non possit, ex eo patet, quia si aliquod agens sufficit agere in aliquod passum, sufficit defendere ab illo, & se, & quodlibet sui. Quod vero priuatiue resistat, ex eo patet, quia sicut in locali H motu, ita in cæteris: at in motu locali medium resistit mouenti, & non positiue per productionem alicuius qualitatis in agente: ergo priuatiue. Quod vero influentia reagat in agens, plurimæ obseruationes docent, potissimum quia nos experimur agens aliquando in qualitatibus cũ agit in passum remitti: modo, cum hæc remissio non fit nisi quia in eo est producta qualitas contraria, & cum illa nõ sit producta à passo, ergo erit producta ab influentia cœli, & ita resistens positiuũ est in influentia cœli, quæ cum sit in aqua, & omnibus, sensu tion iudicatur distincta ab aqua, & propter hanc apparentem indistinctionẽ iudicatur aqua reagere. Quæres cur necessaria est hæc positiua resistentia ab influentia? Dicendum, ꝙ experientia docet illam, est vero necessaria, vt seruetur debitus ordo naturæ: vbi.n. talis reactio non esset, omnis actio esset æqualis. Et quæres cur

Tex. cõ. 8.

Passum positiue agere non potest, sed cœli, reagit autem priuatiue.

hæc

hæc positiua resistentia nõ est semper æqualis? Respondetur hoc esse, quia priuatiua resistentia passi non est semper æqualis. illa enim est influentiæ in resistendo positiue limitatiua. Sed dices adhuc, ad quid est necessaria priuatiua resistentia. Videtur enim ad seruandum ordinem sufficere resistentia positiua: præterea ad seruandum ordinem videtur sufficere priuatiua resistentia: ergo omnino altera superfluit. Potest dici resistentiam priuatiuam esse ex eo, quia omnis res appetit se permanere: & ideo hæc in omnibus est, non tamen in omnibus æqualis: in frigido enim vt octo hæc maior est, quam in frigido, vt sex: & maior in frigido vt sex, quam in frigido vt quatuor. Maior autem vel minor appetitus essendi in passo nullus esset, nisi iuuaretur ab influẽtia, quæ positiue resistit agenti, priuatiua ergo resistentia est propter appetitum. Illa nõ sufficit. ex quo agens superat passum, nisi esset resistentia positiua illa fauẽs: ergo requiritur vtraq;, hæc in passo propter appetitum essendi, illa in influentia, vt faueat huic appetitui naturali ex ordine naturæ instituto. Sed dices, si hæc resistentia positiua in influentia non est in oĩbus æqualis, sicut nec priuatiua in omnibus æqualis est, qualis est, vtrum calida vel frigida? Dicẽdum ipsam esse virtute omnem effectum, actu vero non nisi qualitatem cœlestem. Aqua ergo exuperans ferrũ calidum frigefacit ferrum, ferrum vero cum sit exuperatum, non calefacit aquam, sed influentia fauens ferro appetenti permanere in caliditate, remittit frigiditatẽ aquæ aquam calefaciendo: & de alijs experientijs similiter ratione dici potest. Videtur autem ferrum re agere, quia secundum sensum influentia nõ distinguitur à ferro, loco & subiecto, reuera tamen non reagit, sed appetit se permanere, & pro ratione appetitus influentia illi fauendo reagit, aut remittit pollentiam aquæ. Infra vero alter dixi, dixi enim omne agens, & omne mouẽs pati atq; moueri: sed non à passo, sed ab alio, à quo reducitur de potentia ad actum.

Quare expositionem text. com. 17.

DILVC. *Quod autem recte dictum sit, perspicuum est & ex his, quæ de ipso. Alij dixerunt, & ex eo quia non facile est aliter ipsum definire. Neq; enim motum mutationemúe alio in genere collocare quis poterit, neq; qui aliter de ipso sensere recte dixerunt, rem hanc ita esse, contemplantibus perspicuũ est. Nam alij ipsum alteritatem definierũt, alij inæqualitatẽ, alij non ens motum ipsum esse dixerunt. At nihil prorsus, si ue sit alterũ, siue inæquale, siue non ens moueri necesse est.*

ANT. *Quòd autem bene dictum sit, manifestum est, ex quibus Alij de ipso dicunt: & ex eo, q, non est facile definire aliter ipsum: neq; enim motum, & mutationem ponere in alio genere potest utiq; aliquis: neq; qui aliter de ipso dixerunt, recte dixerunt. Manifestum est autem intendentibus, quemadmodum ponunt quidam ipsum alteritatem: & inæqualitatem, & non ens dicentes esse motum, quorum nullum necessarium est moueri, neq; si altera sit, neq; si inæqualia: neque si non entia.*

Prima expositio s. Tho. Quid velit nunc facere Aristo. non est facile dijudicare. Expositor vult Arist. hactenus motus definitionẽ directe compositione, diuisioneúe declarasse, eandem & nunc indirecte Arist. rursus declarare exponit. Est autem (vt inquit) hæc declaratio indirecta, & ex eo quia alij non recte definierunt, & ex eo quia nõ potest aliter facile definiri, cum motus esse non possit alio in genere, quam in genere actus. Et licet hęc expositio videatur pulchra, tñ Auer. aliter exponere videt, vbi debes

Expositio. Auer. cõ. 12.

A scire, q̃ triplex est definitio: vna per se nota, & hæc est petitio, vt in Geometria punctus est cuius pars non est, & cæteræ id genus: alia prorsus ignota, vt definitio animæ, quæ syllogismo colligitur, aut qua declaratur definitum & definitionem esse, aut alterum horum tantum. Alia est definitio partim nota, partim ignota quasiq; media, & hæc declarari solet compositione & diuisione, atq; loco à contrario. Vult igitur Auer. q̃ Aristo. cum declarauit definitionem motus compositione & diuisione, eam nunc declaret loco à cõtrario, è quo inferre vult motum esse actum entis in potentia, vt in potentia. Hæc est expositio Auer. Ego vero dicerem definitiones tales solere colligi, aut cõpositione & diuisione. aut loco è cõtrario, aut loco è cõtradictorio. Hactenus Aristot. declarauit motus definitionem, diuisione, & compositione, nunc loco è contrario atq; è contradi- B ctorio eandem declarare intentat, & hoc proponit in hoc textu, & inquit: Quòd autem recte dictũ sit q̃ motus est actus & reliqua, perspicuum est & ex ijs quæ de ipso alij dixerunt: (& hoc quo ad locum à contrario) & ex eo quia non facile est ipsum aliter, hoc est, per aliud genus & alias differentias definire, & hoc quo ad locũ à contradictorio. Hæc duo declarat, & primo locum è contradictorio, & inquit, Neq; enim motum mutationemúe alio in genere, & subaudi cum alijs differentijs, collocare quis poterit. est igitur ratio. Motus nõ est in alijs generibus cum alijs differentijs: igitur bene dictum est. deinde locum à cõtrario, & inquit, Neq; qui aliter de ipso sensere, recte sensere, quod pluribus vijs explanat, primo, vt recte Expositor ait, ex parte subiecti. Narrat tamen antea tres definitiones, nam alij voluerunt motum esse alteritatem, argumento q̃ omne C quod mouetur aliter se habet nunc & prius. Alij ipsum esse inæqualitatem condunt, eo quia quod mouet semper magis ac magis in terminum tendit. Alij ipsum dixerunt esse non ens, ea ratione, quia omne quod mouetur, ad id mouetur quod non habet. Contra obijcit Arist. pri mo ex parte (vt dixi) ipsius subiecti quod mouetur: nã si motus, aut alterius, aut inæqualitas, aut non ens esset, omne id moueretur quod esset alterum ab altero, aut inæquale, aut non ens, cuius contrarium docet experientia: est enim inter me & equum alteritas, non tamẽ cõtinuo moueor. Rursus denarius quinario inæqualis est, non tamen confestim mouentur. Amplius pugna nautica est non ens, nemo tamen eam moueri fatebitur. Nolo te ignorare Themist. non de tota definitione exponere textum, sed de genere duntaxat: & ita velle videtur, quod Arist. probet motum esse in genere dicto bene constitutum. Cui verba græca sa- D tis sonare videntur, ait enim Aristo. neq; enim motum mutationemúe alio in genere collocare quis poterit, & nihil differẽtiarum meminit. Sed hæc expositio nõ placet, quia tunc ratio Aristo. nulla esset: probat enim motum non esse alteritatem, neq; æqualitatem, neq; non ens, quia tunc omne alterum. vel inæquale, vel nõ ens moueret. Modo, si sensus esset de genere, ratio nulla est, quia animal genus est hoĩs, nõ tñ oportet q̃ omne qđ est aĩal sit homo, ita si dicã, genus motus esse alteritatẽ, nõ ppea oportebit omne alterũ moueri: quare rectius verba hæc ad definitionem sunt referenda, vt nos diximus. Quid autem velit Themistius, ignoro.

Vide & Gae. de Thie. super hoc s.

Propria expõ.

Vide et Egi. hoc.

An motus possit dici no ens. Vide Gratiadeũ lec. 3. huius.

An destinctio motus sit bene data. Vid tan. q. 1. huius. Et Iãd. q. 4 huius. Quæ Tho.

Confutatio.

DILVCI. *Insuper etiam mutatio ipsa non in hæc.*

ANT. *Sed mutatio neque in hoc.*

Secundo (vt placet expositori) idem ex parte termi E ni ad quem declarat, quia motus & mutatio nõ est magis in alteritatem quam in similitudnem, neq; magis ad inæqualitatem quam æqualitatẽ, neque magis ad non esse quam ad esse, vt dicemus in. 5. & per cõsequẽs ijs non magis definiendus erit quam oppositis horum, & hoc inquit: Insuper etiam mutatio ipsa non in hæc, subaudi magis est. quam in horum opposita, igitur nõ magis per hæc definienda est quam per opposita.

DILVC. *Etiam non magis ex ijs est quam ex oppositis.*

ANT. *Neq; ex his magis est quam ex oppositis.*

Idem ex parte termini è quo probare videtur, nam vt motus est ex alteritate, inæqnalitate, ac non ente, ita est ex ipsorum contrarijs similitudine, æqualitate, ac ente: & ita non magis per hæc, quam per illorum opposita motus deficiendus erit. Hæc sunt tres rationes.

F

DILVC. *Causa uero, cur in ijs ipsum posuerunt, est quia motus ipse indefinitũ quid esse uidetur: nam alterius seriei principia, argumento q. sunt priuatiua, indefinita sunt. Propterea nihil ipsorum, aut hoc aliquid, aut tale, aut cæterorum quicquam est prædicamentorum.*

ANT. *Causa autem, q. in ijs ipsos posuerint, est quia indeterminatum quoddam uidetur esse motus: alterius enim coordinationis principia: ex eo quia sunt priuatiua, indeterminata sunt. neque enim hoc, neque tale, neque unum ipsorum: quia neque aliorum prædicamentorum.*

enim. autem.

Confutatis his, nũc reddit ad motiuum, quo veteres ea dicere de motu inducti sunt, & hoc proponit dicens, Causa vero, cur in ijs, quæ diximus, inæqualitate videlicet, alteritate, & non ente, ipsum motum posuerunt: est quia motus ipse indefinitum quid esse videt. Qua ratione Pythagoras eum ponit in serie priuationis. & non formæ. Ponit enim Pythagoras duas series, siue duo prædicamenta, alterum pertinens ad formã, in quo ponit decem, vt patet, alterum pertinens ad priuationem. in quo etiam decem constituit. Primum ordinem vult esse determinati atq; definiti. quia in illo nihil ponitur priuatiui. Secũdum vero ponit indefinitorum, quia est priuationis, propterea inquit, Nam alterius serici principia, argumento q sunt priuatiua, omnia quæ in ea ponuntur indefinita prohibẽtur. Propterea nihil eorum quæ in tali ordine ponuntur, est hoc aliquid, siue substantia. siue tale, aut qualitas, aut cæterorum aliquod prædicamentorum. Motus igitur propter hæc in illis constitui videtur.

Qua Auer. Auer. resoluit syllogismum antiquorum in duas propositiones negatiuas in secunda figura sic, nulla priuatio habet definitionem: motus non habet definitionẽ: H igitur motus est priuatio. vult modo Auer. q ambæ illæ propositiones sint falsæ, nam & motus habet definitionem, vt visum est, & priuationes etiã aliqua ex parte describi solent.

Pythagoræ Series.

Quæ formæ	*Quæ priuationis.*
Impar.	*Par.*
Finitum.	*Infinitum.*
Dextrum.	*Sinistrum.*
Masculum.	*Fœmininum.*
Quietum.	*Motum.*
Rectum.	*Curuum.*
Quadratum.	*Altera parte longius.*
Intellectus.	*Opinio.*
Vnum.	*Multa.*
Lumen.	*Tenebræ.*

DILVC. *Motus autem, ut indefinitum quid esse uideatur; causa est ipsum nec inter res potestate, nec inter res actu simpliciter esse. Nam neque id quod esse potest quãtum, neq; id quod actu est quantum, necessario mouetur.*

ANT. *Quòd uidetur motus indeterminatũ, eã est, quia neq; in potẽtia entibus, neq; in actu ẽ ponere ipsum simpliciter, neq; possibile quantũ est, moueri ex necessitate, neq; q. actu quãtũ est.*

Nunc assignat aliã causam, cur motus quid indefinitum videat esse. nam rerum differẽtiæ sunt actus & potentia: his enim duabus differentijs res ipsæ definitæ esse videntur. Quare esse indefinitæ habebũtur, quæ nec ad latus actus, nec ad latus potẽtię poni possunt: sed motus nec est actus, nam tũc quicquid esset actu quãtum moueretur quãtitate: neq; est potẽtia, quia tunc omne potentia quantum moueretur s'm quantitatem: igitur in secũda figura motus indefinitum quid videtur esse.

DILVC. *Motus igitur actus quidam esse uidetur, imperfectus tamen: Causa autem, quia ipsum possibile, cuius ipse motus actus est, imperfectum existit.*

ANT. *Igitur motus actus quidem aliquis esse uidetur, imperfectus autem: causa est quoniam imperfectum est ipsum possibile, cuius est actus motus.*

v'n. igitur vel at

Hactenus, q motus non sit simpliciter actus, nec simpliciter potestas, etiam authoritate veterum syllogizauit, nunc q sit quasi medium inter hæc, infert & inquit. Motus igitur actus quidam esse videtur, imperfectus tamen. & sic videtur esse quasi medium: huius rationem nanciscitur ex parte subiecti quod mouetur, & inquit, Quia ipsum possibile moueri, cuius ipse mo- G tus actus est, imperfectum quid existit. Igitur & motus quo illud mouetur, etiam medium est inter potestatẽ puram & actum purum. Legi autem in græco literam hanc illatiuam, quia etiam vis copulationis apud græcos nonnunquam vim haber illatiuam.

An motus s[...] actus. Vide land. q. 2. huius.

DILVC. *Qua etiam de causa uisum est, cognitu difficile accipere quidnam sit ipse: quando necesse est: aut in his eum constituere, quæ priuatione sunt, aut in his quæ potestate, aut in his quæ simpliciter actu sunt: quorum quidem nullum posse esse uidetur. Restat igitur modus, quem antea diximus, ut actus sit quidam, talis uidelicet actus, qualem diximus: qui cognitu quidem difficilis sit possibilis tamen esse.*

ANT. *Et propter hoc ergo difficile est ipsum accipere quid sit: aut enim in priuationem necesse est ponere ipsum, aut in potentiam. aut in actum simplicem: horum autem nullum uidetur contingens: relinquitur igitur prædictis modus, actum quidem quendam esse, sed huiusmodi actũ qualem diximus, difficilem quidem uidere, contingentem autem esse.*

Quia de conditionibus bonarũ definitionum vna est, vt per ipsam habeatur quanta sit rei difficultas, vt in. 4. huius dicemus, nunc, postquam definitionem ipsius motus attnlit, docet quãta sit eius difficnltas. Hæc autem accipitur ex parte generis, nã motus primo aspectu videtur collocari, ant in genere eorum, quæ priuatione snnt, aut in genere eorum quæ actu, aut quæ potestate. At in rei veritate in nnllo horum esse potest, cũ neq; sit actus purus, neq; potestas pura, neque priuatio pura, quam veteres credidere dicentes ipsum esse inæqualitatem, vel alind tale. Hinc non parua nobis emersit definitionis difficultas, propter quam concludit quis sit, & inquit, Restat igitur modus, quem antea diximus,

Difficile [...] gnoscere [...] sit motus [...] parte gene[...]

Vide & com. q. 1 huius textu. 1.

diximus, vt actus sit quidam, talis videlicet actus, qualem diximus imperfectum, qui sit cognitu difficilis, possibilis tamen esse in rerum natura. quod addit propter Zenonem & Parmenidē, qui motū simpliciter abnegarunt dicentes nihil possibile moueri, vt in 6. dicemus.

Qua Auer. com. 13.

Difficultatū alia est ex parte rei, alia est ex parte nostri.

Auer. autem in calce commenti, declarat vnde motus fuit cognitu difficilis, & innuit talē distinctionem, quod duplex est difficultas: vna ex parte rei, altera ex parte nostra. Motus est difficilis ex parte rei, primo, quia eius natura imperfecta est, secundo, quia habet non nihil potentiæ, quæ res fuit causa difficultatis apud antiquos non tamē est impossibilis cognitu: quę vero sint difficilia ex parte nostra, in 2. Metaphy. quære.

RECOGNITIONES.

Mvltiplex pōt assignari causa difficultatis motus. Aris. assignat duas ex parte generis quidē, quia de genere nō parua est quæstio: ex parte vero opinantium, quia diuersitas opinantium astipulatur difficultati. has duas Arist. assignat. Alia causa est, quia motus vix est sensibilis, cum de ipso nihil nisi momentum habeamus, quod est quid indiuisibile vix sub sensu cadens. Sed dubitatur quia, vt dicebamus in 2. Posterio. vt sumus dispositi ad quia est alicuius rei, ita ad quid est: sed ad est motus sumus ita dispositi, quod motum esse est per se notū, & in hac scientia principium notissimum: ergo ad quid est motus erimus faciles. Potest dici, quod sicut sumus dispositi ad si est, ita ad quid est, quā si est, à nobis inuestigatur: nam cum à nobis inuestigatur, aut inuestigatur per accidentia rei, vel per aliquid pertinēs ad essentiam rei. Quouis modo inuestigetur, disponimur ad quid est, per accidētia quidem propria magis quam per remota: & per partem essentiæ rei maxime facile disponimur ad quid est. Quādo vero si est, à nobis non inuestigatur, sed est per se notū, possumus ad illud esse maxime dispositi, non autē ad quid est rei illius. Hoc mihi videt, si melius occurrit, melius dicā.

Sicut sumus ad si est dispositi, ita ad quid est.

DILVCI. *Mouetur autem omne mouens, ueluti diximus, & quod est potestate mobile, & cuius immobilitas quies est: cui nanque motus inest, eius immobilitas quies est. Nam mouens ipsum, quod quidem tactu agit, agens est in hoc quatenus tale: quare etiam simul patitur.*

ANT. *Mouetur autē & mouens omne, sicut dictum est, cum sit potentia mobile, & cuius immobilitas quies est, cui enim motus inest, huius immobilitas quies est. Adhuc agere enim, inquantum huiusmodi, ipsum mouere est, Hoc autem facit tactu, quare simul & patitur.*

Expō Auer. 16.

Inde Gratia … Esse … Ego, hic.

Nonnulli volunt Arist nunc ipsius motus subiectū inuestigare, quod quidem nō placet, quia ex ipsius motus verbo patet. Auer. vero in calce cōmenti vult motus esse duas definitiones: alteram, quam formalē vocat, de qua diximus ipsum esse actum entis potestate vt tale: alteram materialem, quæ est, motus est actus mobilis, vt mobile. Hæ (vt dicit) differunt, nam hæc secunda notior est: notius enim est mobile, quam ens in potentia. prima est formalior, quia indicat magis naturam subiecti motus: est enim ens in potentia, veluti definitio mobilis. Auer. itaque vult Arist. nunc velle colligere materialem definitionem, & hanc per illam demonstrare, quando hæc vt passio habeatur, illa vt medium & causa. Ego vero cū Themistio sentio: qui vult Aristote retractare atque resumere idem & eādem definitionem sub clarioribus verbis. Et supponit primo

Expō propria.

A omne mouens moueri, seruans tamen duabus conditionibus: prima quod sit potestate mobile, defectu cuius primus motor mouet, & non mouet. Secunda, quod eius immobilitas quies sit, quod explanat dicens. Cui nanque motus inest, eius immobilitas quies est. propter hoc puncti & polorum immobilitas non dicitur quies, quia eis motus non inest: opposita enim apta sunt fieri circa idem. Est igitur suppositio, omne mouens quod potentia est mobile, & cuius immobilitas est quies, in mouendo mouetur: addita autem est hęc secunda conditio non ad necessitatem, sed ad explicationē primæ. Syllogizat suppositionem sic, omne agens in aliquid cum quo communicat in materia, in mouendo mouetur: omne mouens est agens tale: igitur omne mouens in mouendo mouetur. De ratione primo ponit minorem, & inquit. Nam mouens ipsum, quod quidem tactu & communicatione materiæ agit, agēs est in hoc quatenus tale communicant in materia. deinde addit quasi conclusionem dicens: Quare etiā simul patitur, & in mouendo mouetur. Hæc est suppositio. Quo vero ad verba attinet, mouens & agens, quamuis verbo græco in infinitiuo modo legantur, ad nos veniunt nonnunquam pro participijs, vt etiam participia pro infinitiuis tēporibus & modis. Et hæc est causa vt multi textum non intelligant, nimia nāque verborum obseruatione, sensus plerunque ab oculis abest.

Suppositio. Mouens quod est mobile potentia, & cuius immobilitas quies est, mouetur.

B

Auer. autem, quanquam (vt pace sua loquar) textū hunc nō intellexerit, ob malas quas habuit translationes, addit tamen nōnulla vltra textus sensum. Primum, cur Aristo. addiderit secundam cōditionem, videlicet & cuius immobilitas quies est, hoc est, cuius cessatio à motū mouentis sit vera quies, quoniam vera quies non competit nisi corporibus: propterea neque habitus vt formæ in mouendo mouentur, neque potentiæ vt sensilia communia mouentur, quando mouent sensus. Secundum, quod Aristo. adiecit primam conditionem propter corpora cœlestia, quæ mouent & non mouentur, quia non communicant cum ijs quæ mouent in materia. Et ex ijs vult tertio, quod mouens non mouetur quatenus mouet, sed quatenus est ens mobile, & id cuius quies est immobilitas.

Qua Auer. com. 16.

C

RECOGNITIONES.

Qvicquid in commentarijs dixerimus, clarius videtur nunc esse dicendum Aristotelem accipere hanc suppositionem. omne mouens potentia mobile mouetur: & quid ipse velit per potentia, mobile exposuit, cum dixit: Et cuius immobilitas quies est. quasi D dicat. omne mouens potētia mobile, hoc est, cuius cessatio à mouere est quies, in mouendo mouetur. Patet, quia si cessatio à mouere est quies, non est, nisi quia mouens in mouēdo mouetur, & hoc inquit: Cui enim motus inest, huius immobilitas quies est, & ita si cessatio à mouere est quies, non est nisi quia mouenti inerat motus. Ex quibus patet illas non esse duas conditiones, vt voluit Auer. sed vnam: licet altera particula alterius sit explicatiua. Probat suppositionem ratione, quia agere est mouere: ergo agens est mouens, sed agens nō agit nisi per contactum, ergo agens tangit, & ita tangitur: quare agēs mouetur, tangi enim moueri est, & ita mouens mouet. Sed hæc ratio non valet: quia licet omne agens per contactum moueatur, non tamen omne mouens quod est potētia mobile, agit per contactū. Instantia est de cœlo, quod est mouens, & potentia mobile, & tamen

tamen non agit per cōtactum, Potest dici hanc rationem esse particularē de aliquo mouente, quod est potentia mobile; quia ratio vniuersalis tacta est superius.

DILVC. *Quo circa motus actue est mobilis, quatenue mobile.*

ANT. *Vnde motue est actus mobilie, inquantum est mobile.*

Nunc ex suppositione concludit definitionē secundam motus, hoc modo, Motus per suppositionem est actus mouentis, non quatenus mouens, sed quatenus ens potētia moueri, igitur est primo & pee se actus mobilis vt mobile. Vnde videt quasi syllogismus esse iste, (*Syllogismus.*) motus est actus entis in potētia quatenus mobile: mobile est ens in potentia: igituemotus est actus mobilis quatenus mobile: hæc enim definitio ex dictis hunc in modum deduci potest. Themistius autem duas persoluit dubitationes, prima est ad suppositionem, secunda est ad definitionem. (*Quæ The.* *Dubitatio. 1.*) In suppositione quidem acceptū est rem omnem, quæ de potestate ad actum egreditur esse oportere in motu, quod quidē falsum esse hoc patet exemplo: nam arbor quæ à dextris est potestate, si ad leuam me contulero, de potestate quidem ad actū mutatur, nō ideo tamen mouetur. Solutio est (vt Themistius innuit) q ea suppositio in absolutis & non eelatiuis locum habet: cuius causam affert, quia in relatiuis non est actus procedens de imperfecto ad perfectum, sed subito & momēto: in absolutis vero esse potest eius modi actus, propterea q in absolutis deducetue de potestate & ad actum mouetur: arbor autem non deducitur, quatenus res absoluta est, sed quatenus relatiua. (*Solutio. In absolutis potētia ens deducitur ad actum p motū.* *Dubitatio. 2.*) Secundo dubitatur, quia videtur Arist. per æque ignotum motum ipsum definisse, sunt enim motus & mobile æque ignota. Cuius rei solutionē affert, motū & mobile esse ex eorum numero quæ alio eeferuntur, relatiua autem aliter definiri nō possunt: & tu intelligas hæc relatiua esse secundum dici, aliter sibi contrarius esset in prima responsione. Hæc à Themi. (*Solutio.*)

RECOGNITIONES.

Animaduerte Auerro. appellare hāc definitionem materialem, & illam formalem, non quia illa per foemam, hæc per materiam sit data, sed quia illa exponit differentiam istius modo, omne exponēs vocatur formale respectu expositi: vtraq;.n.cū detur per materiam, prima dicitur formalis. quia continet expositionem secundæ. Sed cur hæc sit notioe, cū sit exposita à prima? Præterea tradit̄ secundo loco, ergo est ignotioe, nam à notioribus est incipiendum: cum ergo incipit ab illa, ergo illa fuit notior. Propterea arbitror verba commenti esse corrupta, & deberi dici, ignotior prima: tu vero si s melius habes, melius dicas.

DILVC. *Accidit autem hoc ipsiue motiui tactione, ut uidelicet simul patiatur: nam semper id, quod mouet, formam aliquam habere putatur, aut substantialem, aut qualitatis, aut quantitatie, quæ quidem principium sit ac causa motus cum mouet ceu actu homo ex potestate homine facit hominem.*

ANT. *Accidit autem hoc tactu motiui, ut et simul patiatur: speciee enim semper existimabitur aliqua mouens. Aut.n. hæc, aut qualis, aut quanta, quæ erit principiū et causa motus cū mouet. ut actu homo facit ex potētia existente hoīe, hoīem.*

Quia accepit mouēs ipsum per accidēs moueri, nūc id peobat & exponit vnde sibi moueri accidat, & inquit: Accidit autem hoc videlicet vt simul patiatur, ipsius motiui eatione, q̄ habet ad rem quā mouet. Cuius (*Vnde nā motoribus moueri accidat.*) E rei causam affert: quia semper id quod mouet, formam aliquam habet alicuius prædicamenti, quæ quidē principium sit motus ceu actu, & inquit, nam ex potestate homine, puta semine humano, facit hominem ob formam quam habet. Ex his, duo patent, videlicet quod mouens per se moueat, quia per se formam habet, quæ est peincipium & causa motus: & quod per accidēs moueatur, quatenus mouet tactu, & ita eecte dictum est mouens per accidens moueri. Sunt quidem qui rem hanc intelligunt, vt omne monens per contactū agat & patiatur à passo ec actione & passione positiua, vt si A. agens in B. agat calefaciendo, ab ipso B. patitur frigiditatem. (*Sensus primus. Vide Egid. & Bur. Confutan.*) Hoc antem confutauimus supra per id quod diximus, q omne agens potens aliquod passum corrumpere, pōt se & quodlibet sui defendere ab illo passo. Etiam per hoc, quia quantæ potentiæ est totum, est F pars dum est in toto. Arist. eiiam in Octauo huius ex propria intentione probat quod agens non mouetue è passo. nec vniuoce nec æquiuoce, vt etiam Auer. ibi. commento. 28. exponit. Propterea videtur mihi Arist. nihil plus voluisse, nisi q omne mouēs corporeū quod tactu mouet, mouetur non quidem ea specie motus qua mouet, sed quasi analogo, quatenus educitur de posse mouere ad actum motionis: & hæc est expositio recta græcorum omnium. De his hactenus. (*Propria opi.*)

RECOGNITIONES.

Averroes cōmento huius loci in calce, ait Arist. hæc dicere vt ostendat duo, quæ superius pro parte declarauerat: quorū primum est, mouēs, quod in mouendo mouetur, non moueri nisi quatenus est in potētia: & hoc declarat ex eo, quia tāgitur ab eo, quod G mouet: non enim potest tangi, oisi quatenus est in potentia. Secundum est mouens mouere pro ratione foemæ, quam habet, Quod patet ex eo, quia, si forma quā mouens habet, sit substantia, mouet ad substantiam: si fuerit qualitas, mouet ad qualitatem, & ita de cæteris. (*Quæ Auer. comm. 17.*) Sed contra, nam aliqua mouent ad substantiam: illam generando quæ non sunt substantia, vt caloe cœlestis diffusus in aere & aqua generat animalia ex putri materia exorta, & tamen non est substantia. peæterea excussio lapidū cūm ferro generāt ignem, quæ tamen non est substantia. insuper motus generat qualitatem, vt calorem, & tamen motus non est qualis. Potest dici hoc hoc quod Aristoteles dicit de mouente, esse intelligendum de principali mouente: non enim potest principale mouens mouere ad substantiam, quin sit substantia: nec ad qualitatem, quin sit qualitas: quod vero mo- H uet instrumentaliter, potest mouere ad substantiam & non esse substantiam, vt de caloee cœlesti dictum est, & de concussione, & de motu. Posset etiam alitee dici, sed hoc sufficit. (*Mouens pri[ncipale] ... generare ... ad quod m[o]uet, non aut [in]strumentale.*)

DILVC. *Hine patet id, quod dubitatur motum uidelicet inesse rei, quæ mouetur, quando actus est ipsiue, atq; ab eo quod motiuum est. Motiui quoq; actue non aliue est, amborum nāq; actum esse oportet. Est enim motiuum quidem quatenue potest, mouene uero quatenue agit: modo sit actiuum circa rem mobilem. quare simili ratione amborum actus est.*

ANT. *Et dubium autem manifestum est, q est motue in mobili: actus enim huius, & à motiuo, & motiui autem actue non aliue est. Oportet quidem enim esse actum utrisq; motiuum quidem enim in ipso posse, mouens autem in ipso agere. Sed est actiuum mobilis. quare similiter unus utrisq; actus.*

Remouet

An motus sit in mouen. &c. Vide Iand. q. 4 huius.

An motus sit subiectiue in mobili. vide Alber. de sa. q. 8. huius.

Remouet dubia ex modo declaratis, & procedit resolutorie. Quæret enim prius aliquis, vtrum motus sit in mouente, an in re quæ mouetur. Respondet ex dictis, & inquit, Hinc patet id quod dubitatur, videlicet motum inesse rei quæ mouetur vti subiecto. Colligitur autem hoc ex eo quod rei mobilis actum probauimus esse, & ab eo quod motiuū est. Sed vlterius dubitabis, an motus sit alius actus quatenus est ipsius motiui, & alius quatenus est ipsius rei, quæ mouetur. Respondet, motiui quoq; actus nō alius est, quam quatenus est rei quæ mouetur: amborum nāq; actum esse oportet. Sed dices, vtrum motiuum & mouēs idem sint? cui respondet, est enim motiuum quidē quatenus potest, mouens vero quatenus agit, modo sit actiuū eius rei quæ fit in re mobili. Propterea infert. Quare simili ratione amborum actus est. videlicet & motiui & mobilis. Adiecit, modo sit actiuū circa rem quę mouet, quia mouēs nō est absolute agens. sed est agēs circa rem mobilem.

RECOGNITIONES.

Non est ab ratione verba hæc aliter exponere, ꝗ in commentarijs exposita sint. Possumus enim dicere Aristotelem primo soluere ea quæstionem, quę erat, cuius vt subiecti motus actus est. & respondet ipsius mobilis, quia est illius actus & à motiuo, & ita innuit esse actum motiui & mobilis, motiui quidē vt efficientis, mobilis vero vt subiecti & materiæ. Vel possumus dicere Arist. soluere eam quæstionē quæ est, vtrū motus sit actus motiui & mobilis, & respondit ꝙ sit: dicit esse actū in mobili, quia actus huius à motiuo, & actus mobilis & motiui. Et antequam hoc declaret, quærit vtrū motus, vt actus motiui sit alius à seipso, vt actus mouentis? Oritur autem hæc dubitatio, ex eo quia dictum est, motū esse actum mobilis vt subiecti, & motiui vt efficientis: ideo posset quis dicere, quo modo motus est actus mouentis, an eodem modo vt est actus motiui, an alio modo? Respondet motum nō esse aliū, vt est mouētis actus, & vt est motiui, quia vnus & idem est actus vtriusq;, s. mouentis & motiui: & causam assignat ex eo, quia non differunt motiuum & mouens, nisi vt potens agere ab agente. dico vt potēs agere ab agente non simpliciter, sed ab agente motum in ipso mobili, & quia non alius est actus agētis quam potentis agere, ideo motus nō alius est vt est motiui, & est mouentis: & ideo cōcludit vnum esse actum vtrisq; in existentem. s. motiuo & mouenti. Et quia dixerat vnū esse actum etiā motiui & mobilis, cum declarauit motum eodem modo esse actum motiui, quo & mouentis, declarat per exempla quo modo vnus actus potest esse motiui & mobilis, agentis & passi: & quæ dicit, ex commentarijs patent. Hæc expositio satis placet.

DILVC. *Quemadmodum nāq; vnius ad duo, & duorum ad vnum spatium idem est, & accliue & decliue: sunt enim hæc subiecto quidem unum, ratione tamen non unum, ita etiam in mouente & moto unus est motus.*

ANT. *Sicut enim idem spatiū est unus ad duo, & duorū ad unū, & accliue & decliue: hæc enim sunt quidem unum, ratio autem non una, similiter & in mouente & moto.*

Rem hanc duplici exemplo approbat. Primū est in proportione, proportio enim vnius ad duo, & duorū ad vnum, est eadem re atq; subiecto, ratione vero nō eadem: nā vnius ad duo subdupla est, duorum ad vnū dupla. Secundum est in itinere, idem enim est spatium

A quod peragrat ascendens, & quod peragrat descendēs, ratione tamen est non vnum. nam primus ascensus, secundus descēsus est: igitur vnus est actus motiui & mobilis, sed vt à motiuo dicitur mouere seu agere, vt in mobili est moueri seu pati. Sed dubitāt iuniores, quonam modo ascensus & descensus sint vnus motus subiecto, & differunt ratione: hoc enim esse non potest, quia sunt contrarij. Tandem volunt vt litera legatur, de recessu & accessu, nam vnus idemq; motus est, qui ab A est recessus, ad B accessus. Sed isti sunt penitus ignari, non enim licet ignorantibus græcas literas, corrumpere textum græcum. Græce enim sic habetur, & anātes & catantes, hoc est, accliue & decliue, quæ non de motu intelligunt sed de spatio, de quo pauloante exemplū præcesserat. Modo spatium est vnū & idem subiecto, vt Themi. inquit, quo ascenditur & descēditur, licet ratione nō idē, sed diuersum accēsu & descensu: Plerūq; B nāq; tales dubitationes ex malis translationibus proficiscūtur, quæ græcas literas degustātibus leues essent.

Dubitatio.

Solutio iuniorum.

Confutatio.

RECOGNITIONES.

Quæ Auer. com. 18.

Animaduerte Auerroem voluisse duplā & subduplā proportiones esse vnā, quatenus vtraq; est inter vnum & duo. dupla enim est inter vnū & duo, & subdupla etiā inter vnum & duo: quo vero dupla sit duorum ad vnum, & subdupla vnius ad duo, differūt. Similiter motus sursum & motus deorsum, in quantum sunt inter duos terminos, qui sunt sursum & deorsum, vnus motus est, vterq;. n. est inter illos terminos, quatenus vero motus sursum est ab inferiori ad superius, differt ab eo motu qui est à superiori ad inferius: & ita hæc possunt stare, in commentarijs aliter diximus.

C *Habet autem dubitationem logicam locus iste, forsitan enim necesse est aliquem alium actum esse actiui & passiui, qui quidem huius sit actio, illius passio: sit quoq; opus & finis, sed huius quidem actio, illius passio.* DILVC.

Habet autem defectum rationalem, necesse est enim fortassis quendam alium actum esse actiui & passiui. Secundū hoc quidem enim actio est, secūdum illud autem passio: opus enim & finis huius quidem actio est, illius autem passio. ANT.

Vult disputare quæstionem, vtrum agere & pati, siue mouere & moueri, sint vnus motus, & in quo sint vti in subiecto. ante tamen quā dubitationē prosequatur, petit esse actum quēdam aliū siue communē actiui & passiui, qui quidē & sit huius agentis actio, illius patientis passio: & sit etiam opus & finis, sed huius actio D vt agentis, illius passio vt patientis. Hæc est suppositio, quam non alio probat, sed ex dictis vult patere.

RECOGNITIONES.

Istud, quod hic supponit Aristoteles, nō est pro dubitatione quam faciet, sed pro veritate: supponit enim pro veritate motum esse quendam actum aliū, hoc est, communem tam actiui quā passiui. Non enim per [alium] intelligit actum, qui nec agenti, nec passo competit, sed cōem vtrisq;: & assignat causam est eo, quia sm hoc, id est, ex parte mouentis actio est, sm illud autem, id est, ex parte passi passio: & hoc ideo, quia opus & finis est huius agentis actu, illius passi passio. cum igitur motus sit opus atq; finis, erit ad agēs actio, ad passum passio. Hæc pro veritate, contra quam veritatem mouet dubitationem logicam, vt patet.

DILVC. *Quoniam igitur ambo motus sunt, si quidem diuersi, in aliquo sunt. Aut itaq; in patiente & eo quod mouetur, aut actio quidem est in agente. passio uero in patiente. Nā si oportet hanc nuncupare actionem, æquiuoce erit.*

ANT. *Quoniam igitur utraq; sunt motus, siquidē alteri, in aliquo sunt: aut enim utraq; in moto & patiente sunt, aut actio quidem in agente: passio autem in patiente. Si autem oportet & hanc actionem uocare, æquiuoce utiq; fit.*

An actio & passio sint distincta prædicamenta. Vide Lid. q. 5 huius.

Prosequitur dubitationem in qua vnum supposuit nunc duo alia innuit esse supponenda, quæ complicate sumit, vt ꝙ actio & passio ambę sint motus: & ꝙ siue diuersi motus siue vnus, in subiecto aliquo sint. Tunc vult hāc diuisionē, aut actio & passio sunt diuersi motus, aut vnus motus. Primo disputat an sint motus diuersi, & pōt fieri talis subdiuisio, ꝙ vel sint ambo in patiente, aut ambo in agente, aut actio in agēte, & passione in patiente, aut è contra passio in agente, & actio in patiente. Hæc sunt omnia membra diuisionis, si sint motus diuersi: horum membrorum duo sumit, tertium confutat tanq̄ manifeste falsum, quartum confutauit: ꝙ enim ambo motus non possint esse in mouente siue agente, iam patuit pauloante. Disputat alia, & inquit, Quoniam igitur ambo motus sunt, subaudi aut vnus aut diuersi: siquidem diuersi, in aliquo sunt. Aut itaq; in patiente & eo quod mouetur ambo sunt, aut actio quidem est in agente, passio vero in patiēte. Refellit membrum tacitum dicēs: Nam si oportet hāc nuncupare actionem, quæ est passio posita in agente, & illam passionem, quæ est actio posita in patiēte, hoc est, si è cōtra actio in passo, & passio in agēte sint, æquiuocæ erit, & non per proprias rationes & appellationes. De quatuor igitur membris duo restant disputanda, an videlicet actio in agente & passio in patiente, an ambæ in passo sint.

RECOGNITIONES.

NOnnulli textus habēt, {aut .n. vtraq; in moto & patiente sunt, aut in agente sunt vtraq; : aut actio quidē in agente, passio autē in patiente est.} in codice græco nō legi verba illa, {aut in agente vtraq;.}

DILVC. *At si hoc sit, motus in mouente erit: eadem enim est & in eo quod mouet, & in eo quod mouetur ratio. Quare aut omne mouēs mouebitur, aut aliquid motū habēs nō mouebitur.*

ANT. *Sed si hoc est, in mouente motus erit: eadem enim ratio est in mouente et moto. Quare aut omne mouens mouebitur, aut habens motum non mouetur.*

Incipit destruere membra, & primo probat ꝙ non possit actio in agente, & passio in passo esse, quia cum vtraq; motus sit per suppositiones, motus in mouente erit. Et ita mouens mouebitur, quia eadem est ratio & in eo quod mouet & in eo quod mouet. Et ita vt mobile moueri dicitur, quia in eo motus est, ita mouēs mouebitur, si in eo sit motus. Et ita aut omne mouēs mouebitur, aut aliquid motum habens nō mouebitur. Et ita non potest actio in agente & passio in patiente esse.

DILVC. *Si uero ambæ & actio & passio in eo sint, quod mouetur & patitur: et doctio & disciplina ambæ similiter in addiscente sint. Primum quidem actus cuiusq; in unoquoq; non erit. Deinde idem duobus motibus moueri absurdū est. Erūt enim alterationes quædam unius duæ, atq; ad formam unā quod quidem impossibile est.*

ANT. *Si autem utraq; in moto sunt & in patiente, & actio & passio, & doctio & disciplina, cum duo sint, in addiscente:* E *primum quidem actus uniuscuiusq; non in unoquoq; erit postea & inconueniens est per duos motus simul moueri, quædam enim erūt alterationes duæ unius, & in unam speciem: sed impossibile est.*

Secundo probat, ꝙ ambæ nō possunt esse in patiente, & hoc proponit, Si vero ambæ & actio & passio in eo sint, quod mouet, & patitur, & doctio & disciplina ambæ similiter sint in addiscente, ita vt vniuersaliter mouere & moueri sint in re, quæ mouetur, impossibile est: quod propter duo declarat. Primo, quia tunc cuiusq; actus non esset in proprio denominabili: nā actio non in agente esset, quod agere denominatur. Secūdo, vnum mobile diuersis motibus moueretur, vt passione & actione, quæ sunt duæ motiones & diuersæ, quod est impossibile: quemadmodum neq; duæ alterationes esse possunt vnius & ad vnam formā. Sic igitur ambæ F esse non possum in patiente.

DILVC. *Si uero unus sit actus, irrationabile utiq; erit: duorū nāq; specie differentium unus & idem actus erit. Insuper etiam idem disciplina & doctrina profecto erit. Actio quoq; & passio, atq; discere & docere erit idem, & agere ac pati. Quare docens necessario cuncta discet, atq; agens patietur.*

ANT. *Sed si unus erit actus, (sed irrationabile est) & duorum & diuersorum secundum speciem eundē & unum esse actū: & est siquidem doctio & disciplina idem, et passio & actio, & docere cum addiscere idem, & agere cum pati. Quare necesse est omnem docentem addiscere, & agentem pati.*

Hactenus, ꝙ actio & passio non sint motus diuersi confutauit, nūc ꝙ non sint vnus motus, confutat ducens ad plura absurda. Primum, ꝙ duorum specie differentium sit vnus actus, vt agentis & patientis, quæ specie differunt, sit vnus motus specie, quod est impossibile. G Tenet aūt consequentia, supponendo, vt diximus actionem esse actū agētis, vt passio actus est patientis. Secundum est, ꝙ disciplina quæ est loco passionis ex parte discipuli, sit doctrina quæ est actio ex parte doctoris. Tertium, ꝙ idē sit actio & passio. Quartum, ꝙ discere & docere idem sint, agere quoq; & pati: quare demum docens ea cuncta discet quæ docet, atq; agens patietur: quæ cum absurda sint, patet actionem & passionem non posse esse vnum motum, & nec sunt diuersi. Igitur motus non habet subiectum idem cum moueri, neq; agere cum pati. Hæc est dubitatio, quę ideo logica dicta est, quia habet rationes pro omnibus partibus diuisionis.

DILVCI. *An neq; alterius actum in alio esse absurdum est, est enim doctrina docentis actus. In aliquo tamen & non incisus, sed* H *huius in hoc.*

ANT. *Aut neq; alterius actum in alio esse inconueniens est: est enim doctio actus docentis, in quodam tamen, & non decisus, sed huius in hoc.*

An actio & passio sint idē motus. Vide Gar. de Thie. q. 2. huius.

Nūc soluit questionē, & breuiter solutio est ꝙ actio & passio sunt vnus motus subiecto, & duo fm rationē. Itemq; ꝙ ambo sint in ipso patiēte, atq; re ipsa quę mouetur. Contra hanc veritatem erant quatuor absurda facta cōtra secundū membrum, quod dicit actionem & passionē esse motū vnum: & aliud absurdū est tam contra eos qui ponerent actionem & passionē esse motus diuersos, quam cōtra eos qui dicerent illas esse motum vnū. Est aūt hoc ꝙ actus cuiusq; non erit in eo cuius est. Hoc enim sequitur etiam dicentes actionem & passionē esse vnum motū, sequitur enim actum cuiusq; non esse in eo cuius est. Erunt igitur quinque absurda

soluenda,

solnenda,& primo soluit absurdum commune, ꝙ videlicet actus cuiusq; nõ esset in eo cuius est:& vult hoc nõ esse absurdum. Nam doctrina sine doctio est actus docentis,& est in aliquo vt in discipulo: & non geminus atq; incisus.sed vnus & cõtinuus,quatenus est huius agentis in hoc patiente: & ita actio est actus agentis vt à qno,non vt in quo. Quare non est absurdum actum alicuius vt à qno,esse alterius vt in quo, veluti de doctrina diximus:absurdũ igitur cõe nullum est.

RECOGNITIONES.

Actum vnum diuersorũ esse secundum diuersas rõnes nõ inconueniunt.

QVæres vtrum actus vnus posſit esse in altero? Videtur ꝙ non,quia indiuiſibile non poteſt esse duorum,niſi terminus. Poteſt dici actum vnius non poſſe esse in altero secundum idem nomen,& eandem rationem.dictio enim quæ eſt actus docentis,non poteſt esse in addiſcente secundum idem nomen & eãdẽ rationem:eſt enim doctio vt docentis dicta doctrina, vt eſt in diſcente diſciplina. Præterea eſt agentis vt à quo,in patiente vero vt in quo, & ita non ſub eodem nomine neq; ſub eadem ratione

DILVC. *Neq; unum duorum eundem eſſe prohibet quicquam, nõ ut eſſe idem ſit,ceu ueſtis & tunicæ: ſed ut eſt eius quod poteſtate eſt ad id quod agit.*

ANT. *Neq; unum duobus prohibet quicquam eundem ineſſe, non ut eſſe idem ſit,ut ueſtis indumentis, ſed ut potentia ens eſt ad agens.*

Vide et Egi. hic.

Nũc ſoluit abſurda propria, quorum primum fuit, ꝙ vnus actus erit duorum. Reſpondet nihil prohibere eundem actum eſſe duorum,quãdo ſubiecto vnus ſit, ratione ac cogitatione diuerſus fuerit. Hoc inquit, Neq;vnũ duorũ eundẽ eſſe prohibet quicquam, non vt eſſe idem ſit idem,ceu veſtis & tunicæ, ſed eo modo quo idem eſt interuallum ab eo quod patitur ad id quod agit. Eſt enim ab agente in paſſum, & è contra vna diſtantia ſubiecto eadem,ratione diuerſa: ſic eſſe poteſt actus vnus agentis & patientis vt ſubiecto, non ratione. Hæc ad primum. Nouus expoſitor declarat locum iſtum videlicet,quonam modo idem eſſe põt duorum diuerſorum actus. Et vult, ꝙ quemadmodum vnum eſt eſſe potentiæ & actus vt materię & formæ,ſic vnus actus agentis & paſſi. Nam,vt neq; duorum exiſtentium in potentia,neq; in actu ſit vnũ eſſe, ſic neq; duorum patientium vel agentium eſt vnus actus. Ad hoc igitur vt actus ſit diuerſorum,oportet vt vnum ſit patiens,alterum agens. Sed videtur hæc declaratio contra textum:nam ſi ſimilitudo valeret, tunc vt materiæ & formæ eſt vnũ eſſe,ita agentis & patientis eſſet vnus actus ſm eſſe:cuius contrarium ait Ariſt. eſſe vnũ actũ ſubiecto,non ſui eſſe. Propterea nulla eget explanatione alia textus ipſe præter eam ꝙ̃ habet. Ariſt. enim vult ꝙ,quemadmodũ eadem eſt diſtãria ſubiecto ab agente in paſſum & è contra,nõ autẽ ratione, ſic eorũ vnus eſt actus ſubiecto,ſed ratione diuerſus: nam quatenus eſt ab hoc,actio eſt,quatenus eſt in hoc,paſſio erit.

Declaratio noui expoſitoris.
Egi. hic.
Vide etiam Bur.
Confutatio.
Propria declaratio.

RECOGNITIONES.

FOrtaſſe verba illa, {ſed vt potentia ens eſt ad agens:} poſſunt aliter intelligi, quam dictum eſt in cõmentarijs:fortaſſe enim de relatione paſſi ad agẽs loquitur, quæ eſt vna habitudo patientis ad agens & agentis ad patiens,ſicut vna eſt habitudo patris ad filium & filij ad patrem:verum vt eſt à patre, eſt paternitas,vt eſt ad filium,eſt filiatio.ideo inquit,Sed vt poten

A tia ens eſt ad agens,& è contra agens ad potentia ens. & ita non de eſſe materiæ, & formæ loquitur, neq; de interuallo agentis & patientis.

DILVC. *Neq; eſt neceſſe docentem diſcere, & ſi pati atq; agere idem ſit:nam non ut ea quæ ratione dicente quid eſſe eadem ſunt,ceu tunicæ et ueſtis,ſed uelut uia qua ex Thebis in Athenas,et ab Athenis in Thebas itur,ut etiam antea dictum eſt. Non enim eadem ijs omnia cõpetunt, quæ quouis modo eadem ſunt,ſed ijs tantum,quorum ratio eadem eſt.*

ANT. *Neq; neceſſe eſt docentem addiſcere, ſi pati & agere idẽ eſt:non tamen tanquam rationem eſſe unam quod quid erat eſſe dicentem,ſicut Tunicæ & indumenti,ſed ſicut uia à Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas, quemadmodum dictum eſt prius. Non enim eadem omnia inſunt quolibet modo eiſdem,ſed ſolum quibus idem eſſe eſt.*

B Ad cætera tria reſpõdet pede retrogrado, & primo ad quartum:erat enim quartum, ꝙ ſi pati & agere idẽ ſint,tunc docens diſceret.reſpondet, Neq; eſt neceſſe docentem diſcere,& ſi pati & agere idem ſit.& ſic negat cunſequentiam,cuius rationem affert dicẽs, Nam agere & pati non vt ea,quæ ratione dicente eſſe,eadem ſunt,ceu tunicæ & veſtis,ſed velut via, qua ex Thebis in Athenas,& ab Athenis in Thebas itur eſt eadẽ, quæ (vt antea diximus) eſt eadẽ ſubiecto,ratione vero non eadem. Sed dices,ijs quæ ſunt eadem,omnia eadẽ competunt: ſed agere & pati ſunt eadem, igitur quicquid competit ipſi agere,competet ipſi pati.reſpondet, Nõ enim eadem ijs omnia competunt, quæ quouis modo eadem ſunt:ſed ijs tantum,quorum ratio eadẽ eſt. Ex ijs apparet error aliquorum, qui accipiunt vti principium,ꝙ omnia ea re diſtinguãtur, de quibus verifican C tur prædicata contradictoria realia. Hæc enim ſiue eorum maxima,ſiue petitio ficta eſt, & non peripatetica quia vult Ariſt. in textu, ad talia prædicata diuerſa ſufficere diſtinctionem rationis. Propterea legere debent totum Ariſt. deinde proferre maximis eiuſmodi.

DILVC. *Inſuper etiam neq; ſi doctrina & diſciplina ſint idem, idem erit & diſcere & docere,quemadmodum neq; ſi diſtantia ſit eorum,quæ diſtant, una, idem quoq; erit ab hoc in illud,& ab illo in hoc diſtare.*

ANT. *At uero neq; ſi doctio & diſciplina ſunt idem, et addiſcere & docere ſunt idem: ſicut neq; ſi ſpatiũ unũ diſtantiũ ſit, & diſtare hinc illuc,& inde huc,unum & idem eſt.*

Ad tertium ſoluit.erat enim tertium, ſi doctrina ſiue doctio & diſciplina ſunt idem: igitur idem erunt diſcere & docere. Negat conſequentiam,quia ab abſtractis ad concreta non valet argumentum: & dat inſtan D tiam,nam eorum quæ diſtant vnum eſt ſpatium ſiue diſtantia,non tamen vnum diſtare. Cuius ratio eſſe poteſt,quia concretum aliquid connotat, quod non abſtractum. Hinc patet non eſſe regulam, vt quidam tradunt,ab abſtractis ad concreta,neq; è contra,maximę in relatiuis.vt in primo diſputauit,& Ariſto. hic aperte ait. Sed de his hactenus.

Contra aliquos.

DILVC. *Omnino autem dicendum eſt neq; doctrinam & diſciplinam idem eſſe,neq; actionem proprie eandem cum paſsione, ſed motum eundem,cui hæc inſunt:nam huius in hoc,& huius ab hoc actum eſſe,ratione diuerſum eſt.*

An actio & paſsio ſint idẽ realiter.
Vide Egi. hic,

ANT. *Omnino autem dicere eſt,neq; doctio cum diſciplina,neque actio cum paſsione idem proprie eſt. ſed cui inſunt hæc motus. Quod enim huius in hoc, & quod huius ab hoc actũ eſſe,ratione alterum eſt.*

Ad aliud quod erat, ꝙ tunc doctio siue doctrina & disciplina sint idem, & actio & passio, respondet negando consequentiam, qui hæc non sunt idem, sed motus est idẽ cui hæc insunt, quatenus est vnus actus ab agente in passo vnus subiecto, ratione differens. Hæc Arist. ad omnia absurda dicta. Sic igitur de intentione Arist. accipimus actionem & passionem esse vnum motum, qui est in ipso quod mouetur vt in subiecto.

DILVC. An actio & passio sint idẽ et an actio sit in agente vel passo. Vide Bur. hic.

Quid igitur motus sit in uniuersum, & per partes, dictũ est. Non enim obscurum est, quonam modo quæq; ipsius species definietur: nam alteratio actus erit alterabilis quatenus alterabile. Adhuc autem luculentius, actus est potentiæ actiui atq; passiui quatenus tale, & in uniuersum & rursus per partes, ut ædificatio, aut medicatio: modo eodem & de cæterorum motuum unoquoq; dicetur.

ANT.

Quid quidẽ igitur motus sit, & uniuersaliter & secundũ partem dictum est: non enim immanifestum est quomodo determinabitur specierum unaquæq; ipsius. Alteratio quidem enim alterabilis secundum q, alterabile entelechia est. Amplius autem notius ꝙ potentiæ actiui & passiui inquantum huiusmodi & simpliciter, et iterum secundum unumquodq;, quoniam ædificatio aut medicatio. Eodem autem dicetur modo & de alijs singulis.

An actus ædificabilis sit magis ædificatio quã domus. Vide gratia dorum l.sen. le.3.dunus.

Animaduersione dignũ, tres esse motus definitiones. Prima est, motus est actus entis in potentia, vt tale est. Secunda est, motus est actus mobilis quatenus mobile. Tertia est, motus est actus motiui & mobilis quatenus talia. Prima est vniuersalis, cũ in ipsa nihil specificetur, Secunda est particularis, quia licet nihil specificetur, facile potest descendi in species: nã, si motus est actus mobilis, igitur alteratio alterabilis, & auctio auctilit, & latio latilis actus erunt. Tertia est luculẽtior, quia amplectitur & mouens & mobile, & facile per ipsam in species itur, Aristoteles igitur epilogat, & ponit tres definitiones & differentias illarum, & inquit, Quid igitur motus sit in vniuersum, quoniam actus entis in potentia vt tale, & per partes, quoniam actus mobilis vt tale, dictum est. Et ꝙ hæc secunda sit particularis, declarat dicens: Non enim obscurum est quonam modo quæq; ipsius species definiet. nam si motus est actus mobilis, igitur alteratio actus erit alterabilis quatenus alterabile & in cæteris similiter. Adhuc etiam luculentius definiri potest motus, dicendo ꝙ est actus potentiæ actiui & potentiæ passiui, quatenus tale: quæ definitio erit & vniuersaliter & particulariter omnibus competens, vt ædificatio actus ædificatoris & ædificatilis, aut medicatio actus medẽtis & medicatilis: modo eodem & de alijs dici potest. Hic est epilogus omniũ definitionum quas de motu Arist. tradit: vbi patet Aristo. non inquisitiue processisse, sed demonstratiue: nam licet dubitatio fuerit logica, solutio tamen fuit demonstratiua: & in hoc decipiuntur quidam.

Quæstiones. Prima. Vide Bur. hic & Eg. 1.22. lunus. & gae. de Thie. q. 0.2. lunus.

Sed circa hæc quærunt, vtrum actio & passio sint vnus motus. Et arguitur primo ꝙ non, quia tunc actio esset passio: nã expositoriè sequitur, hoc est passio, demonstrato motu, hoc est actio, demonstrato eodem: igitur actio est passio. Secundo, res diuersorum prædicamentorum non possunt esse vnum quid: igitur nec vnus motus. Respõdent quidam, ꝙ passio & actio sunt duo accidentia respectiua fundata in motu, qui accipitur pro fluxu vt in subiecto, quorũ vnũ quatenus est ab agẽte actio est, quatenus vero in passo passio est: qua ratione fit vt actio & passio subiecto idem sint, ratione vero differentes. Et hæc est positio noui Expositoris. Alij parum ab his differentes, voluere ꝙ actio & passio sint res distinctę fundatæ in motu, non quidem sumpto pro fluxu, sed pro forma diminuta: nam apud eos passio nihil aliud est q̃ motus pro fluxu sumptus, propterea erit in forma diminuta vt in subiecto. Positiones hæc confutari solent. primo quidem, quia nullum accidens efficit suum subiectum: modo actio est effectrix motus tam pro fluxu quam pro forma, igitur non possunt esse in motu vti in subiecto. Secundo, nullum accidens est in accidente vti subiecto, Quarto Metaphysicæ. sed tam motus prõ fluxu, quam pro forma est accidens: igitur nullum accidens est in illo. Tertio, nullum prius est in suo posteriori vti in subiecto: Actio est prior motu tam pro forma quam pro fluxu sumpto igitur non est in motu aliquo modo sumpto. Quarto speciatim argui solet contra secũdam positionem per hoc, quia sicut datur motus pro fluxu passiuus, ita debet dari actiuus, quod negant. Quicquid sit de cõfutatione, videtur mihi cum Arist. Themistio, Expositore, & Auerroe dicendum, ꝙ licet motus sit vnus, tamen prædicamenta, quæ sunt s̃m motum, sunt duo, quatenus à diuersis rebus exterioribus fiunt prædicamentales denominationes: idem enim motus vt ab agente actio est, vt in patiẽte passio erit. Vbi animaduersione dignum est, apud Peripateticos aliqua esse idẽ absolutæ, quæ ratione non sunt idem: vt doctrina & disciplina sunt absolute idem actus, non tamen ratione idem: aliqua sunt subiecto eadem, quæ nec simpliciter nec ratione sunt eadem, verbi causa albũ & dulce sunt subiecto eadem, non tamen simpliciter nec ratione eadem. Volunt igitur Peripatetici, actionem & passionem nõ esse verum motum subiecto, quia tunc essent accidentia motus: sed vnum motum simpliciter, ratione tãtum differentes. Nam motus vt ab agente actio est, vt in patiente passio, vt in termino ad quem tendentia fluxus est, vt imperfectum quid, diminuta forma est. Hæc igitur omnia vnum & idẽ simpliciter sunt, non tamen ratione & essentia. Hæc Peripatetici. Quidam aduersus hanc positionem acerrimus calumnijs obijciunt. Primo, ea, quorum vnum esse potest sine altero, non sunt eadem simpliciter: sed potest actio esse sine passione, vt si Deus ex nihilo aliquid ageret, patet eũ agere sine passione alicuius subiecti patientis: igitur actio & passio non sunt simpliciter idem. Secundo arguunt, quia potest esse actio motu non manente: nam motu, quo graue descendit, non manente, ipsum graue existẽs in centro potest agere, cũ in suo proprio sit loco, & in meliori perfectione & statu: igitur actio omnino est alia à motu subiecto & ratione. Tertio arguunt, multæ sunt actiones sine motu, vt sensationes, illuminationes, & demũ generationes subitariæ. Sed istæ rationes nõ sunt audiẽdæ à Bonis Peripateticis, veluti à Themi. & Auerroe & Thoma nostro, sed ab ijs, qui talibus rationibus errãtes plurimum latrare solent. Debes igitur scire ꝙ Arist. & Peripatetici, per actionẽ & passionem intelligunt ea, quæ in libris de Generatione intellexerunt, quę videlicet nõ sine alteratione corruptiua sunt, vt calefactio, & humectatio, & cæteræ id genus: ea nãque actio, qua Deus aliquid ex nihilo agere dicitur, magis efficientia atq; productio esset dicenda, cum agere sit respectu pati, sed si actio dicatur, erit illud æquiuoce, qua ratione fit, vt actio & passio, quæ in his sunt

An motus ... entias respectiua ... mouentis; mobilis forma fluentis ... & ... ad qui ... liter a ... tualiter ... eta. Vide Iad. ... q.1.2. & cano. q.1. ... ius.

Nota de distinctionibus.

Calumnia.

Defensio.

quæ

quæ cum motu aguntur, motus sint simpliciter, licet ratione differentes. Cùm verò in his sunt, quæ non cũ motu aguntur, actio & passio æquiuocè dicuntur, & res ipsa sunt quæ agitur, vt creatio animæ ipsa anima, & creatio mundi ipse mundus. Tunc ad primam patet solutio: actio.n. illa Dei si actio dicatur, etiã passio erit æquiuocè respectu rei factæ: & ita nihil contra dicta nostra. Ad secundum patet etiam solutio, non.n. motus est idem omni actioni agentis, sed ei tantũ, quæ motu illo defluit in passum: modo, motus grauis transiuit, & ideo ille non est idem cum actione, quæ erit à re quiescente post descensum, sed res illa aget alio nouo motu, cum quo actio erit idem. Ex ijs patet quòd actio non efficit motum aliquo modo, vt sumebant contra primam positionem: nam actio est ipse motus, quo efficitur opus in termino ad quem. Hæc de quæstione hac satis.

Vide Bur. hic.

QVærunt vlterius, vtrum actio sit in agente: & videtur ꝙ sic, passio non est in agente: igitur actio non est in passo: & est in aliquo, igitur in agente. Tenet consequentia, quia actio & passio æqualiter repugnant, vt agere patiq;. Secundò, nullum accidens præcedit suum subiectum, actio præcedit passum, igitur non est in passo: oportet igitur vt sit in agente. Tertio, finis alicuius est in eo, cuius est, quia finis & perfectio idem: sed actio est finis agentis: igitur est in agẽte. Quartò, bonum & perfectio sunt in eo cuius sunt bonum & perfectio: modò actio est bonum & perfectio agentis: igitur est in agente. Quintò, omne quod refertur realiter ad aliquid de nouo, refertur per relationem quæ est realiter in eo: modo agens refertur ad patiens per actionem: igitur actio est in agente. Sextò, nihil refertur realiter ad aliquid per id quod nõ est formaliter in eo: igitur actio, per quam refertur ad passum, non debet esse in passo, sed in agente. Septimò, quæ mutuo inuicem referuntur, quodlibet illorũ habet propriam relationem, qua refertur. modò, agens & patiens referuntur mutuo: igitur quodlibet illorũ habet propriam relationem, qua refertur in aliud: & ita actio est in agente. Octauò, omnis respectus refert id, in quo est ad aliud: actio est respectus & in passo, igitur refert passum ad aliud: non quidem ad agẽs, igitur ad se. Nonò, nihil potest mutari de contradictorio priuatiuo ad contradictorium positiuum, nisi aliquo nouo realiter sibi adueniente: modò, agens de nouo mutatur de non agente ad agens: igitur sibi aliquid noui accidit, & ita actio. Decimò, quorum potẽtiæ sunt incompossibiles, actus etiam erunt incõpossibiles: sed potentia actiua, & passiua non possunt esse in passo: igitur nec actio & passio.

Secunda. q. Est an motus sit ĩ mouente. Vide Landu. q. 4. huius.

Prima põ.

In contrarium est Aristo. & cæteri Peripatetici, qui actionem, motum, & passionem in passo collocant. Aliqui tenent duplicem actionem, actam, & respectũ: tunc dicunt actionem actam, quæ est motus ipse, esse in passo, actionem respectum, quo ipsum agens refertur ad patiens, volunt esse in agente, quam dicunt esse respectum nouum vltra potentiam actiuam: & ꝑ hoc satisfaciunt ad omnes rationes. Sed hæc positio stare non potest propter duas rationes, quas ipsi nesciũt soluere, & quia omnes istæ rationes possunt torqueri cõtra eos. Prima est, quia tunc agens mutaretur, quia haberet aliquid de nouo, quod prius non habuit. Nec valet concedere ꝙ agens recipit aliquam formam de nouo & non mutatur, quia nihil ab eo abijcitur: nam vbi

Confutatio.

A sic diceretur, saltem omne agẽs improprie mutaretur: quod Arist. negare videtur, & catholici simpliciter destruunt. Consequentia facilè patet, quia omne agens saltem de nouo respectum aliquem reciperet realem, quem realiter non habebat, & ita mutatur saltem improprie. Rursus nec valet concedere agens mutari secundum quid, vt alij fingunt: quia omne agẽs esset patiens secundum quid, quod non concederem nec physicę nec catholicæ. Deducitur consequentia, quia omne agens agit quatenus subijcitur respectu ad patiens: igitur quatenus recipit, & patitur s̃m quid. Secundò principaliter arguitur, quia tunc nulla esse potest actio diuina quia nihil Deus posset agere, quin reciperet respectum, & ita mutaretur: nec potest esse vt aliter sit in Deo & in alijs, quoniam ita Deus refertur ad effectum in ratione agentis vt alia: nec videre possum causam di

Vide Sco 39. di. primi & 25. di. & 1. dif. 2. q. 2.

B uersitatis. Tertio, omnes rationes factæ in principio quæstionis possunt retorqueri de Deo, & probare ꝙ Deus nihil agere potest, vt intelligenti patet: hoc autẽ neque ipsi, neq; nos concedimus. Propter hæc animaduersione dignum, actionem nonnunquam sumi pro potentia actiua, vt actu est fundamentum relationis ad patiẽs: & hoc modo actio esse potest respectus, vt Simplicius asserit in prædicamentis, veluti potẽtia actiua patris vt actu est ad filium, interdum sumi potest pro motu vt effectus agentis, & sic dici potest res actu, quod Simplicius asserit. Tunc dicerem ꝙ relatio siue respectus, cum non sit aliud quam suum fundamentum, est in agente, non vt accidens, sed tanquàm idem suæ potentiæ qua agit, actio verò pro effectu est in passo. Hoc idem sub alijs verbis Auer. dicere solet, ꝙ actio pro potentia sumpta est in agente, actio verò

Propria põ.

Actio pro respectu est ipsamet potentia actiua & hæc est in agente, prout vero est effectus agentis est in passo subiectiue & in agente denominatiue.

C pro prædicamento est in passo subiectiue, in agẽte denominatiue: quo modo dextreitas est in animali subiectiue, in columna denominatiue: similiter visio in colore denominatiue, in oculis subiectiue. Sed dices contra, primò quia tunc actio esset respectus rationis, cũ agens per ipsum non realiter referretur. Secũdo, quia si actio esset in passo denominaret passum agere: omnis enim forma quæ in aliquo est, denominat illud aliquo modo. Ad hæc dici potest, ꝙ si per relationem & respectum rationis intelligit id cui nullum respondet fundamentum ex parte relatiui, sic actio est respectus realis, quia sibi respondet potentia actiua ex parte agẽtis: sed si intelligis illud, qđ in se nihil est nisi attributiue, concedo: est enim actio respectus realis ex parte passi, rationis verò hoc modo ex parte agentis: non tamen simpliciter rationis, quia sibi respondet ex parte

Replic.

An actio & passio sint entitates ad inuicem respectiua realiter distincta & indistinctis subiectis. Vide Ioan. de Magi. qõ 3. huius. et multa ĩ cano. q. 2 huius. Sol. rõnum.

D illius fundamentum. Sic non est de scientia & scibili, de columna & animali, & de cæteris id genus: & hac via concedi potest in omnibus relatiuis respectus nõ esset res præter fundamenta, vt alias disputauimus. Ad secundum patet solutio, non enim oportet vt omne existens in aliquo denominet illud eo modo quo ipsum intelligitur, satis est vt denominet aliquo modo: vnde ab actione patiens denominatur pati, & hoc sufficit. Tunc ad rationes in principio & ad primã, dico actionem & passionem esse in passo, & concedo actionẽ & passionem æqualiter repugnare pro potẽtijs sumptis, non autem pro effectibus potentiarum. Ad secundũ dico, ꝙ actio præcedit & præceditur, vt quidem se tenet ex parte agẽtis præcedit, vt verò passum est in materia præceditur: est enim forma prior materia & ipsa materia prior forma in diuersis generibus prioritatis.

Ad

Ad tertium, finis generationis est in eo cuius est, non autem finis rei generatæ: modo actio est rei genitæ & gratia cuius, non generationis & quo. Per idē ad quartum dico ꝙ agens refertur per relationem realē, quia per potentiam actiuam quæ est realis relatio, vt fundamentum actionis, à qua non differt nisi ratione. Per idem ad quintū patet solutio, pater enim refertur paternitate ad filium, quæ est potentia generatiua: sic agens refertur ad patiens actione, quæ est potentia actiua. Vtrum verò fundamentum & relatio sint vna res, alibi omittatur, nunc verò sufficit id supponere. Per idem ad sextum & septimum. Ad octauum patet solutio, actio enim pro potētia est respectus in agēte non in passo, sed pro motu est in passo. Ad nonum dico ꝙ agens non mutatur mutatione sui, sed mutatione facta in passo: hæc.n. ratio concluderet de Deo, nisi sic soluatur. Ad decimum negatur maior, nam album & nigrum sunt incompossibilia, & tamē possunt intentiones illorum in vno recipi, quæ sunt effectus illorum: hęc enim regula tenet fortasse in aliquibus absolutis, non autē in respectiuis. Sic igitur patet ꝙ actio sumpta pro potentia est in agente, sumpta pro effectu est in passo. Hæc de motu.

RECOGNITIONES.

PRima dubitatio in commentariis erat, vtrū actio & passio sunt vnus motus, & dixit actionem & passionem esse vnum motum, & ita eadem in re absoluta, differre verò ratione. Dixi secundò motū pro fluxu, & motum pro forma fluente, & actionem & passionem, omnia esse eadem absolute, ratione verò differre: verum per actionem & passionē intelligas actionem & passionem, vt de ipsis loquitur in libro de generatione, non autē pro efficientia supraductione, quæ sine motu esse possunt. Sed tūc circa hæc qua res, vtrū si actio & passio sint diuersa ratione, differant realiter.

Quid sit distingui realiter, et ratione.

Animaduertendum ergo distingui realiter apud Peripateticos esse distingui in subiecto, ea vero subiecto distinguuntur, quæcunque possunt separari circa subiecta, de quibus, vt homo & equus, & homo & animal: aut quæ possunt separari circa subiecta in quibus, vt album & dulce. Distingui verò ratione est distingui definitione aut vera, vt homo & equus, aut descriptione, vt pomum & album, aut conceptione, vt homo & risibile: & hoc pacto patet ea, quæ distinguuntur rōne, non distingui realiter, quoniam fieri potest vt aliqua differant ratione, quæ eiusdem subiecti sunt, vt album & dulce. Vel aliter, aliqua distingui realiter est duobus modis, aut re existentiæ, aut re prædicamenti. Et realiter distinguuntur re existentiæ, quæcunque separatim existere non implicat contradictionem, vt albū & dulce: & quia hominem & risibile est separatim existere implicat contradictionem, ideo sunt eadē realiter hoc pacto. Ea verò distinguuntur realiter re prædicamēti, quæcunq; ponuntur in diuersis prædicamentis, aut nō in eodem prædicamento, aut saltem non in eadē specie prædicamenti, si in prædicamento ponerentur: & hoc pacto homo & risibile realiter differunt, aptitudo & id cuius est aptitudo: nam risibile & homo ponūtur in diuersis prædicamentis, vel non in eodē prædicamēto, vel non in eadem specie prædicamenti. Ex his patet solutio, videlicet quod actio & passio differunt realiter re prædicamenti, quoniam sunt in diuersis prædicamentis, vel diuersa prædicamenta: non autem realiter

E re existētiæ, qnia sunt vnus motus. Aut dici potest aliqua distingui realiter bifariam, aut re absoluta, aut re relationis. Ea differunt realiter re absoluta, quorū non omnia absoluta eadem sunt, vt homo & equus. Ea verò re relationis differunt, quæcunq; in rebus absolutis omnibus eadem sunt, & solum re relationis differunt: & hoc pacto actio & passio differunt realiter, quonia in omnibus absolutis sunt, eadē & in re relationis differunt. Ex his patet actionem esse motum, & passionem esse motum, & tamen actio non est passio, nec ecōtra: sunt enim vnum absolutum, & non vna relatio.

Actio et passio quo modo distinguātur realiter.

Secunda dubitatio in cōmentarijs erat, vtrum actio sit in agente, & tandem dubitatio fuit ad hoc reducta, videlicet si actio non est in agente, tunc agens non realiter referetur ad passum. Quicquid in cōmentarijs dixerimus de mēte Simplicij & Auer. nunc dicerē agens

F referri realiter & formaliter ad passum relatione existente in passo, licet potētia in actiua sit in ipso agēte. Deus. n. sm Peripateticos dicitur realiter producens, & refertur realiter ad rem productam: verùm in ipso non productio est, sed potentia productiua: non creatio, sed potētia creatiua. Simplicius autem Auer. actionem æquiuocè sumpserunt, quia pro potentia vno accipitur modo, & sic est in agente, & agens per ipsam refertur ad passum raliter: alio modo accipitur pro effectu, & sic actio est in passo: & hac non agēs, sed passum ad agens refertur. Alij verò dixerunt relationem, qua Deus refertur ad creaturam, esse rationis in Deo, realē verò in creatura: & tamē Deus dicitur realiter creator, quia creatio, qua creat est realis. Ego tamē dicerē non esse absurdum aliquam relationem esse realem, & per ipsam aliquid referri realiter, licet nō sit in ipso, vt Auer

Non inconueniens aliquid referri ad alterum per relationē in altero existentē sicut agens, vna hoc

G roes in Octauo huius. Quare dicere possumus agens realiter referri ad patiens relatione reali, quæ est motus, quæ tamen non est in agente, sed in passo. Vlterius dicere possumus, agens & patiens mutua reali relatione referri & tamē relatio qua mutuo refertuntur, est in altero relatiuorum: sed quia hæc in Metaphysica disputantur, de his hactenus.

Quoniam uero scientia naturalis circa magnitudines & motum atque tempus uersatur, quorum unumquodq; aut infinitum aut finitum necesse est esse, & si non omne aut infinitum aut finitum sit, ut affectio aut punctum: talium enim fortasse nullum in altero horum esse necesse est: consentaneū sane erit eum, qui de Natura pertractat, de Infinito sit ucl ne, & si sit, quid nam sit, contemplari.

De infinito. DILVC.

Hactenus de motu, nūc de infinito agere proponit:

H ratiocinatur ad hoc ex eo, quia scientia naturalis est de omni magnitudine, motu, & tempore. His accidit infinitudo & finitudo, modo non vt qualitates, aut pūcta considerētur: restat vt de finito & infinito agamus an sit primò deinceps quid nā sit. Auer. aūt affert causam cur qualitas & punctus nō potest esse infinitū, qm opposita quæ non diuidunt verum & falsum de quolibet, non oportet si vnum sibi non competat, vt alterum cōpetat: veluti in proposito finitum & infinitum nō sunt opposita, quorū alterum de quolibet prędicari necesse sit: immo sunt opposita mediata, & ideo licet pūctum non sit finitum, non oportet vt sit infinitum. Sed circa subiectum circa quod sunt apta fieri, bene necesse est alterum prædicari: vt qm sunt apta fieri circa magnitudinem, motum, & tempus: ideo necesse est omnem magnitudinem, omnem motum, atq; tempus finitum aut infinitum

Quę Auerro. com. 24. An physicus habeat considerare de infinito. Vide Io. de Mag. q. 4. Iuram. Et Iā du. q. 7. Iuram. Et Alber. de saxo. q. 10. huius. Et Egid. hoc.

infinitum esse. Quod verò ad verba attinet, Aristo. dixit omnibus cõpetere finitum & infinitum, præter affectionem & punctum: sed cur fecerit hác exceptionem non apparet. Expositor ait esse factam, vt innouatur finitum & infinitum oon esse metaphysicæ considerationis: vbi enim omnibus competeret, esset metaphysicæ considerationis. Fortasse hanc exceptionem fecit, quia cum hæc scientia de motu & infinito agat, dat intelligere motum esse vniuersaliorem, cum etiam puncto competat & qualitatibus, saltem per accidens. Sed hæc satis pro modo.

DILVC.

Signum uerò contemplationem rei huius esse huic scientiæ propriam, est ex eo, quia omnes, qui digne talem philosophiam tetigisse putantur, de ipso infinito sermonem fecerunt, atq; ipsum omnes tanquã principium quoddam rerum constituerunt. Alij quidem per se, non uelut accidens alicui alteri, sed uti substantiam, quæ est ipsum ens infinitum: quemadmodum Pythagorei, & Plato. Verum Pythagorei quidẽ ipsum sensibilibus in his constituunt, quando nec numerum separabilem faciant, facientes quoq; id quod extra cœlũ est infinitum. Plato uerò extra quidem cœlum neq; corpus esse neq; ideas arbitrabatur, propterea quia nusquam esse illas dixit: at infinitum tam ipsis in sensibilibus, quam in illis esse contendit.

An ad metaphysicũ pertineat considerare de infinito. Vide Granadrũ Escu. lec. 6. huius.

Proposita intentione, nunc argumento sumpto ab alij rem approbat. nam omnes, qui hanc philosophiæ partem artis gerunt, semper aliquid de infinito dicere consueuerunt, adiiciens illud tanq; principiũ quoddã rerum. Et vt res ipsa vlterius pateat, hinc de ipso infinito positiones affert. primò ea in quibus Plato & Pythagorei conueniunt, deinceps ea, io quibus differũt. Pythagorei igitur & Plato voluerunt infinitum esse quandam per se substantiam & naturam, nõ veluti accidens alicui alteri inhærens, sed vti substantiã, quæ est ens ipsum, volunt esse infinitũ. Huius causam habes, vt Auerroes & expositores aiunt, quia, cum ipsum infinitum sit rerum principium, ratio autem principij nõ accidenti, sed substantiæ accommodetur, iure ipsum inter substantias collocarunt. Est & alia causa, quia ponunt numeros & quantitates rerũ substantias & principia, modo ratio infiniti quanto competit. In his igitur conueniunt. Dissentiunt autem primo, quia Pythagorei non ponebant infinitum extra sensilia, Plato verò illud concessit, quia posuit non tantum infinitũ ipsum io rebus sensilibus, sed & in intellectualibus. Secundò, quia Plato infioitum non vult esse extra cœlũ, cùm nihil extra cęlum ponat & ideas, nec intra nec extra cęlum esse velit, quia tunc essent corpora, & omnia sensilia ponat intra cœlum: Pythagoras verò ponit infinitum extra cœlum, quia posuit extra cœlum infinita sensilia: intra enim oon, quia cœli ambitus finitus est. Animaduersione dignum has duas differentias reduci io vnam, quia vt Expositor inquit, hæc differẽtia

S. Tho. hic.

est penes participationem infioiti. Themistius autem vult causam huius differẽtiæ esse, quia Pythagoras cũcta sensilia deriuata atq; orta esse è numero putat, atq; hic sumpta occasione in numerum omnia cõferebat: & quia numerum statuit infinitum extra cœlum in illis sensibilibus quæ illic sunt, propterea infinitum non extra sensilia constituit, sed extra cœlum: secus autem Plato, qui alio syllogismo oihil extra cœlum posuit. Hæc de prima differentia.

A *Et illi quidem par ipsum infinitum esse asserunt. Hoc. n. comprehensum & ab impari ipso, finitum rebus ipsis & infinitudinem præbet.* DILVC.

Secunda differentia inter Pythagoreos & Platonẽ, vt Expositori placet, sumitur ex parte radicis & causæ infinitudinis. Nam Pythagorei posuerunt vnam causam infinitudinis, videlicet oumerum parem, Plato ex parte materiæ magnum & paruum, quatenus magnum est causa infinitudinis per additionem, paruum verò causam infinitudinis per diminutionem in infinitum. Circa hanc differentiam primò dat positionem Pythagoreorum, & inquit, Et illi quidem, vipote Pythagorei, ipsum iofinitum asserunt esse par. hæc est Pythagoreorum positio: Probat autem hanc syllogismo & signo. Syllogismus quidem sic componitur, omne

B id quod comprehensum, & ab impari finitũ rebus ipsis infinitudioem præbet, est sua natura infiniti causa: numerus par comprehenditur & finitur ab impari: igitur est rebus causa infinitudinis. De ratione solã minorem explicat, cætera patent. Vbi debes scire, vt ex Themistio colligitur, ꝙ numerus par est diuisilis io duo media, quæ quidem diuisio est causa diuisionis corporis in duo dimidia, & illa adhuc in alia dimidia, & sic in infinitum: quare infinitudo corporis ea diuisiooe causatur, quæ fit numeri paris per duo dimidia. Cùm verò numerus impar hac diuisionẽ in duo non sit diuisilis, iure Pythagoras pari dedit rationem infiniti, impari finiti: quatenus additus pari ipsum claudit, terminat, & finit.

Syllogismus. Par cũ sit ꝓportionalis diuisionis cã, infinitatẽ facit.

Est autem rei huius signum id, quod accidit in numeris. Cum nanque circa unum seorsumq; ponuntur normæ, nunc

C *alia semper fit species, nunc eadem.*

Exemplum additiooís circa vnum.

1 3 5 7 9

4 9 16 25

Exemplum additionis seorsum ab vno.

1 2 4 6

3 4 13

D Nunc ponit signum, & sic componitur: Omnis numerus, qui additus vni normatim efficit eaodem speciem, causa est finitudinis, & qui noosacit eandẽ speciem causa est infinitudinis: sed impar normatim additus vnitati efficit semper eãdem speciem figuræ, par numerus additus efficit semper aliam atq; aliam: igitur numerus impar causa est finitatis, par verò infinitatis. Ad huius rei intellectum debes scire, ꝙ quãq; gnomonas græci multipliciter sumant, hic (vt placet Themistio,) impares numeros quadam seruata norma intelligit, veluti. 1. 3. 5. 7. 9. & cæteros impares normatim collectos. Duo oanq; numeri circa vnum sumpti semper figuram conficiunt quadratam, nam tria cũ vno coosecta quatuor faciunt: numerus autem hic quater narius quadratus est, quum duitas, quæ est illius vna pars minima, in se ducta quatuor faciat. Rursus quatuor

Expõ litere. An aliqua sit multitudo simpliciter in infinitum. Vide Iaud. q. 2. huius. & cano. q. 3. huius. ar. 2.

tuor cum quinque confecta, sunt.9.qui numerus est quadrat' ex trinario ducto in se resultãs: rursus.9. cũ septem faciunt. 16. qui ex quatuor ductis in se resultat: demum.16. cum.9. sunt. 25. quæ ex quinque ductis in se resultat, & de cæteris: quæ ratio docet numerũ imparem semper eandem facere figuram circa vnum,& ita est radix finitudinis, cum nunquàm exeat limites suæ speciei. Numerus verò par nullam seruat normã, sed species multiplicat in infinitũ facta additione normatim: nam vnum & duo sunt tria, qui numerus triangulus est: tria & quatuor sunt.7.qui numerus est septãgulus: septem &.6.sunt.13.& sic patet parem numerum multiplicare species in infinitum. Dici solet apud Mathematicos quadratus numerus is,qui ex ductu resultat alicuius numeri in se: verbi causa, quatuor ex ductu duorum in se,&.9.ex ductu trium in se.inquit, Est autem rei huius signum id, quod accidit in numeris. Cum nanq; circa vnum seorsumq́; ponuntur normæ, siue pares, siue impares, nunc alia semper fit species, vt si normæ additæ sint pares, & nunc eadem, si normæ additæ sint impares. Hæc est secunda ratio.

Numerus quadratus.

DILVC.

Plato uero duo, magnum uidelicet, & paruum.

Nunc narrat positionem Platonis ex parte differẽtiæ. Plato nanq; voluit duo infinita ex parte materiæ, magnum vt causam infiniti per additionem, & paruũ vt causam infiniti in diminutione. Hæ sunt positiones non naturalium. Circa positiones has debes scire, q; licet Pythagoras & Plato ita loquebantur, non tamẽ ita sentiebant vt verba prima facie indicant, vti doctissimus Simplicius vbique exponit contra Alex. Peripateticum. Pythagoras nanque infinitudinem ipsam primo tribuit principio, quem nos Deum appellamus: cum quo Plato & catholici conueniunt, dicentes Deũ esse virtute & perfectione infinitum. Hunc Plato magnum vocat & paruum: magnum quidem quo ad virtutem, cum nihil sit in illo maius: paruum verò, quia in cunctis est quantislibet minimis, nihilq; illo sit minus. Pythagoras verò appellat ipsum infinitudinẽ extra cœlum, hoc est, in cœlo non contentam neq; clausam, qui quum sit immensus atq; infinitus, chaos & infinitudinem extra cœlum ipsum fecit: ait tñ in sensibilibus contineri, quatenus eius potentia semper rebus est adiuncta. Insuper paritate numeri infinitudinem nactum esse, quia nihil efficit, quin restet adhuc aliquid efficiendum, nihilque agit numero constitutum, quin illi addi posit vnitas. Quare patet hæc omnia esse soli Deo tributa, esseq́ue verba consueta apud antiquos, qui numina occultare (quantum poterant) enitebantur, ne illorum publicatione in contemptum venirẽt, vt author est Phyloxenus. Possunt etiam aliter interpretari, sed hactenus de his.

Interpretatio propinus Platonis, & Pythagoras. Vide Sco. d. 2. 1. qō. 1. & 2. vbi probat infinitatem Dei. An magnũ & paruũ vadant in infinitum. Vide Eg. hic.

Alij uero, ut Naturales omnes, semper aliam naturã quãdam ex eis, quæ elementa nuncupantur, supponunt infinito ipsi, ceu aquam, aut aerem, aut medium horum.

Prima pō naturalium.

Hactenus de positione Pythagoræ & Platonis, qui theologicè locuti sunt, nunc de positionibus eorum, qui naturaliter loquuntur, incipit pertractare. Eorum igitur, qui naturaliter loquuntur, alij vnum, alij plura rerum naturalium elementa, & principia posuerunt. Qui posuerunt vnum elementum, concorditer sentiunt infinitudinem non esse reponendam inter principia rerum, sed esse accidens principio, & hoc inquit, Alij verò, vt naturales omnes, veluti qui sentiunt vnũ

E esse rerum elementum, semper aliam naturam quandam ex eis, quæ elementa nuncupantur, ipsi infinito supponunt, ceu aquam, aut aerem, aut medium horũ & ita non substantiam neque principium, sed accidens autumant.

Eorum uerò, qui rerum elementa finita constituunt, nullus infinitudinem fecit. Qui uerò infinita statuerunt elementa, quemadmodum Anaxagoras & Democritus, alius quidem ex similaribus, alius uerò ex figuris, ut ex semine, tactione quadam continuum ipsum infinitum esse inquit.

Cœpit positiones Naturalium enarrare, & primò eorum, qui vnum rerum elementum faciunt, nũc verò positiones eorum, qui plura elementa dicunt. Sunt autem duæ sectæ: nam alij finita elementa esse contendunt, qui non modo infinitum ipsum demunt è nu-

Scda positio.

F mero principiorum, sed etiam nec accidens principiis faciunt ipsum. Qui autem infinita principia volunt, infinitum ipsum inter principia non reponunt, sed ab illis principijs effectum ac corpus quoddam componunt infinitum, sed non eodem modo. Differunt enim primo, quia Anaxagoras ex similaribus illud cõficit, Democritus ex corpusculis vti ex semine, quæ differũt figuris. Omnes igitur siue Primi, siue secundi, siue tertij, consentiunt infinitum ipsum non esse inter principia reponendum, licet non eodem modo sentiunt.

Debes scire, vt Auer. innuit, eos, qui ponunt principia infinita, ex parte principij voluisse infinitum ipsum nihil esse, quoniam sunt magnitudine singula finita. Sed quatenus congregatione, & tactu vnum continuum conficiunt, ipsum potius ex parte effectus esse voluerunt: illis enim siue similaribus siue corpusculis

Qua Auerr. com. 27.

G infinitis, vniuersum infinitum conficitur, quoniam sunt aliquanta & æqualia vni certo dato. Sed de his hactenus.

Et ille quidem partem quamlibet fuisse toti commixtam similiter concedit, argumento q; quodlibet ex quolibet fieri uidebat. Hinc. n. & res oẽs olim simul fuisse dixisse uidetur ut hanc carnem, & hoc os, & cætera id genus, igitur & cũcta atq; simul quodlibet. Principium enim segregationis non solum in unoquoq; est, sed etiam in ipso omni.

DILVC.

Auerroes vult, q; secunda differentia sit, quia Anaxagoras concedit infinitum in actu præcessisse. Democritus ipsum semper esse & fore: quę expositio mihi nõ placet, cum nihil de infinito dicat Arist. Expositores sentiunt secundam differentiam esse, quia Anaxagoras inquit similaria, quæ elemẽta ponit rerum, mutuo

Scda expō.

H ex generari, quia vidit quodlibet fieri ex quolibet: Democritus ait corpuscula nec ex seipsis nec ex alijs exoriri, quod consonat literæ sequenti. Sed propterea non placet, quia hic textus nihil rei huius meminit. Videtur igitur mihi q; differentia sit hæc, videlicet q; Anaxagoras velit omnia fuisse vera commixtione in illo suo chaos commixta, cùm ponat quodlibet ex quolibet oriri: Democritus non commixta vera vnione, sed cõgregatione quadam in vniuerso contineri. inquit, Et ille quidem partem quamlibet fuisse toti illi commixtam, quod chaos siue migma vocat, similiter cõcedit & perinasit hoc, (vt mihi videtur.) Primo ex hoc, quia vidit quodlibet fieri ex quolibet, vt in Primò disputatum est: secundò, quia sicut in vnaquaque re, ita & in vniuerso rerum mundo. Modò videmus in animali præ fuisse hanc carnem, illud os, & omnia fuisse commixta,

Propria expō.

An possibile sit simul eē infinitum in concretus & discretis. Vide Gent. q. 3. [illegible] & ca no. q. 3. [illegible] ar. 2.

mixta,quæ ad esse animalis spectant:Igitur in vniuerso similiter cuncta commixta esse oportet,quæ ad ipsius perfectionē necessaria sunt. Hæc est positio Anaxagoræ, & hæ persuasiones.

DILVC. *Etiam,cum id quod fit ex tali corpore fiat,omniumq; sit generatio, licet non simul, oporteat etiam aliquod principium generationis esse: atq; id sit unum, quòd ille mentem nuncupat: mens quoq, à principio quodam operatur cum intellexit,omnia profectò olim simul fuisse, moueriq; aliquando cœpisse necesse est.*

Videtur mihi nunc secundò,positionem Anaxagoræ alia ratione comprobare, & vtitur enthymemate, cuius antecedens sunt quatuor sumptiones.Prima, q̄ omne quod fit ex tali corpore, quod chaos appellat, fiat.Secunda,q̄ omnium sit generatio,licet nō simul. Tertia,oportet aliquod principium effectiuū esse generationis præter chaos illud, quod quidem sit vnum & perpetuum, quod ipse mentem vocat.Quarta,mēs quam citò cœpit intelligere,tam cito cœpit agere.Ex iis sumptis infert omnia fuisse aliquando simul & mentem cœpisse cuncta illa mouere atque separare. Nec oportet aliter rationem hanc exponere, cum positiones hæ à me leuiter tractentur,ne libri quicquam diminutum habeatur,etiam cum eę positiones & rationes infructuosæ sint,& non ad rem.

DILVC. *Democritus verò, & si nullum primorum corporum ex alio fieri dicat, concedit tamen quoddam commune corpus omnibus esse principium, magnitudine partium atq; figuris differens. Quòd igitur Naturalibus Philosophis contēplatio hæc conueniat,ex hisce patet.*

An possit esse corpus actu infinitum. Vide lib. q. 1 e Ianduno. & Alber. de saxo.q.2.

Nunc quæ Democritus velit, addit: hic enim concedit esse quoddam corpus commune continētia corpusculorum infinitum,siue illud sit mūdus,siue chaos, siue aliud quod vis:non tamen cum Anaxagora sentit, quodlibet primorum corporum fieri ex quolibet, vt Anaxagoras quodlibet similarium ex quolibet. Propterea Anaxagoras illud vnum siue chaos siue migma,vere vnum & cōmmixtum facit:Democritus non vere,sed congregatione tantum. Verba trāslationibus ipsis perspicua sunt.

DILVC. *Cum ratione autem & ipsum constituunt principiū omnes:neq; enim frustra esse potest ipsum,neq; alia sibi præter illam principij uis inesse. Omne enim quod est, aut principium est, aut ex principio:at ipsius infiniti nō est principiū, nam eiusdem erit etiam finis.*

Prima expō. Scda expo. Auerroes & Expositor volunt Aristotelem colligere quatuor,in quibus conueniunt antiqui ponētes infinitum,& in quibus coguntur cōuenire, si ipsum esse concedant:sed hæc expositio non cōsonat verbis grecis,vt postea videbitur.Propterea videtur mihi, q̄,cū Arist.recitauerit duas de infinito positiones,nā alij inter principia voluerunt esse reponendum,alij voluerūt ipsum esse accidens principijs, nunc comparet inter has,& ostēdat q̄ prima positio,quæ reponit ipsum inter principia,est rationabilior: & vtitur duabus rōnibus . Prima est,quia omne quod est,aut est principiū, aut principiatum:infinitum non est principiatū, quia tunc ipsius esset finis & principium, & ita finitum:igi-

Prima dū. tur est principium . Addit autem neque frustra ipsum esse posse,q̄a vbi esset frustra,nō oporteret vt sit principium aut principiatum . Hæc est prima ratio.Sed in

A hac dubitatur, quia videtur Arist. æquiuocasse. infert enim si habet principium habet finem : modo hæc ad principium & finem magnitudinis referuntur , & ita æquiuocat. Nouus expositor ait hoc pro tanto esse verum , quatenus ex principio factionis infertur principium magnitudinis.Sed hæc expositio nulla est, quia tunc philosophus peteret . Si enim omnis factio eget principio magnitudinis.hoc est quod petitur, disputamus enim vtrum infinitum posit esse factum vel ne, quare si fumit omne factum habere principium magnitudinis,hoc est petere . Melius igitur dicerem , q̄ Arist.vtitur ratione facta ab antiquis , non ad intētionem propriam. Auer.autem siue ex malis translationibus,siue motu proprio,probat dupliciter infinitū non posse esse causatum,quia si haberet principium, illud principium etiam esset infinitum,quia infinitū non po

Prima respō. Egi.hic.

Confutatio.

Propria respō. Quæ Auerro. com. 30.

B test à finito proficisci : est enim semper causa maior & potior causato. Sed hoc est impossibile,quia duo infinita esse implicat, quia oportet illa esse discreta, & ita ambo finita.Præterea,infinitum, totum occupat, igitur non patitur secum aliud.Secundo arguit, si infinitum habet principium,aut extrinsecum , aut intrinsecum:non extrinsecum,quia tunc ex ea parte qua illud esset extra,tale infinitum esset finitum:si intrinsecum, tunc forma vel materia esset infinita,quod est impossibile.Et hæc ratio est accepta è Themistio.

Præterea, ut sit principium quippiam, & ingenitum & incorruptibile esse oportet: nam & quod exoritur , finem accipiat necesse est, & omnis corruptionis est finis. Quocirca,ut dicimus,huius non est principium,sed ipsum cæterorū principium esse uidetur.

C Expositor vult vt sit secundum, quod est concedendum si in finitū sit:& hæc expositio non dissonat principio textus,sed bene fini·propterea intelligas sic.Præterea & ingenitum & incorruptibile esse oportet, sup. vt sit principium quippiam,& tunc hæc est secunda ratio ad probandum,q̄ si infinitum sit, oportet esse principium: & componitur ratio sic, quod non generatur neque corrumpitur non potest habere nisi rationem principij : sed infinitum neque generari neq; corrūpi potest : nam & quod exoritur & quod corrumpitur, finem habere necesse est : propterea infert infiniti nō posse esse principium aliquod,sed si est,ipsum cæterorum principium esse videtur.Et huic cōsonat hāc esse secundam rationem.

Amplius & ambire cuncta atq; omnia gubernare , ut asserunt ij, qui præter infinitum nullas alias faciūt causas, uti mentem aut concordiam.

D Hactenus q̄ si infinitum sit, id oporteat esse principium probauit, nunc etiam quæ sequuntur, si id sit & sit principium,adiicit & inquit, Amplius & ambire cūcta atq; omnia gubernare, subaudi oportet si id sit & sit principium.quod probat authoritate illorum qui præter infinitum nullam aliā asserunt causam,vt neq; mentem neq; concordiam neque tale quid. Hoc tamen patet,nam ex ea parte qua infinitum est, cuncta continet & occupat:ex ea vero parte qua principium est,iura sortitur Gubernatoris rerum.

Insuper etiam ipsum esse diuinum: nā immortale est atque indefectibile, ueluti Anaximander atque Naturalium plurimi asserunt.

Tertiò,si infinitum sit, probat ipsum oportere esse numen, vt Anaximander atque Naturalium plurimi

sentiunt:

sentiunt: & hoc ex eo, quia immortale est atq; indefectibile. Ex ijs colligi potest plane, q͏ si infinitum sit, id esse non potest nisi Deus, qđ nostri Catholici aperte sentiunt: nam Deo primo ratio principij competit, secundo ratio immortalitatis & æternitatis, tertio iura gubernationis omnes sibi tribuunt atque continendi vim, demum & quarto nemo dubitat ipsum numen esse: quapropter si infinitum sit, id Deum esse censendum est. Veteres concedunt antecedens, videlicet infinitum esse, & ita clam concedunt & consequens, videlicet Deum esse infinitum. Arist. concedit consequētiam, videlicet q͏ si infinitum sit, id oportet esse Deū: sed disputat de antecedente, an detur ipsum infinitū. Hæc est Aristotelis & veterum hucusq; positio.

Prima du. Egid. hoc. An si infinitū esset haberet roné principij. Vide Gratiadei Esculā. 6. huius. Sed hic quærunt, vtrum si infinitum sit, oporteat ipsum esse principium. Auer. & nouus expositor simpliciter nulla facta distinctione, dixerunt q͏ si infinitū sit, oporteat esse principium: quod quidē duabus persuasit Auer. rationibus, tum primo, quia vbi infinitū sit effectus, erit aliud infinitum quòd sit principium, & ita duo infinita, tum quia non potest esse neq; è causa extrinseca nec intrinseca. Nouus vero expositor suasit, primo, quia si infinitum esset effectus, apprehenderetur tādem ab intellectu aliquo: quia siue sit effectus naturæ, siue effectus primæ intelligentiæ, tamen oportet vt intelligatur à prima intelligentia: quia opus naturæ est opus intelligentiæ. Secūdo, quia si esset effectus, haberet virtutem participatam: & ita esset diminutū. Sed videtur hæc positio manca, quia infinitum potest capi pro ratione ipsa, quæ est quædam carentia finis & principij, & sic nec habet rationem causæ nec causati: & potest capi pro quantitate ipsa, & etiam vt sic non est principium. Propterea vult hæc esse vera infinito sumpto pro substantia, quæ subijcitur demensioni infinitæ: quod persuadet, quia tale infinitum nō potest habere principium neque magnitudinis neq; causæ, vt probat ipse verbis multis, quæ vide. Sed etiam *Correptio Ioā. Vide etiam Iā du. q. 8. huius.* Ioannes est corrigendus, nam vbi infinitum sumeretur pro substantia subiecta dimēsioni, ipsum esset substantia materialis, & sic haberet rationem causati & causæ. causæ quidem per rationes dictas, causati vero per rationem generis: quia omnis substantia subiecta dimensioni est materialis, & omnis talis esset composita ex materia & forma, & ita dependens. Propterea *Correptio. Propria pō.* rationes Egidij & illæ Auer. & Ioannis si concludūt, dant vnam partem, & nostra ratio dat aliam. Propter hæc videtur q͏ si esset ipsum infinitum, oportet vt sit principium, non pro ratione infiniti sumptum, neque pro dimensione, neq; pro substantia subiecta dimensioni, sed pro substantia simpliciter separata: non enim esse potest infinitum, nisi in substantia siue materia & dimēsione, vt Plato & Pythagoras volūt. Modo substantia separata esse non potest nisi causa, & per hanc rationem patet correptio omnium. Sic igitur quia infinitum esse non potest, nisi sit substantia separata, sic vt si ipsum sit causa & principium sit: & hæc est intentio Aristote.

An si infinitū sit, sit immortale & perpetuum. Vlterius quæro, vtrum si infinitum sit, ipsum sit immortale atq; incorruptibile, diuinū & omnia gubernans, continens cuncta? Videtur q͏ non, quia vbi infinitum sit, ipsum est quantum: & ita diuisibile, & per cōsequens corruptibile. Ad quæstionem non possunt respondere Auer. expositor nouus, & Ioan. nam isti volunt Arist. esse loquutum de substantia subiecta dimē-

E sioni: modo substantia quæ subiicitur dimensioni, est substātia materialis & corruptibilis, & non gubernās, sed gubernata. Propterea dicamus consequēter, q͏ *Respō ppria.* si infinitum esset. vt dictū est. oportet ipsum esse substantiam separatam, & intellectum: & tūc sequitur vt sit immortale & ingenitum, quia materia caret: diuinum, quia numen quoddam vltra corpora & caduca constitutum: Gubernans cuncta, quia intellectus infinitus est: continens cūcta, quia perfectione infinitus. *Vide Sco. 2. dist. 1. q. 1. & 2. & sequen vbi Deū infinitū probatur.* Omnia igitur hic verificantur, si tale infinitū est, quia non pōt esse, nisi substantia separata, vt Arist. indicat.

Esse autem quicquam infinitum ipsum, ex quinque contemplantibus fides erit. Ex tempore, nā ipsum est infinitū. DILVCI.

Vt diximus Arist. concedebat consequentiam, videlicet si infinitum est, oportet illud esse principiū, cuncta continens, & gubernans, immortale ac numen.

F Antiqui ponebant antecedens, & ita cogebantur ponere consequens. Aristo. itaque nunc de antecedente disputat, & arguit more dialectici pro vtraque parte. *Prima rō pro parte affirmatiua.* Primo, q͏ sit aliquid in rerum natura, & adiicit loca quinque, quorum primus ex tempore dicitur, eo quòd immensum, incomprehensibile, & innumerabile videtur esse.

Et ex magnitudinum diuisione, qua quidem in infinitum vtuntur etiam Mathematici. *An aliqua dimensio sit infinita, & an possibile sit dari quā magnitudinē esse actu infinitam, & an ipsum sit partes in continuo: et an quacunq; magnitudine data contingat vi minorē. Vide Alber. de saxo. q. 12. 13. 14. 15. huius.*

Secundus ex diuisione continui, qua quidē vti principio vtuntur Mathematici in infinitum: quod in Sexto demonstrabitur.

Præterea, quia hoc modo solum generatio & corruptio nunquam deficiet, si infinitum illud sit, è quo per ablationem res fiunt.

G Tertius ex perpetuitate generationis, quæ esse non posset nisi aliqua moles infinita sit, è qua tanquam è fonte perenni, orietur quicquid inde per ablationem proficiscitur.

Rursus quia finitum semper ad aliquid finitur: quare nullus sit finis necesse est, si semper aliud ad aliud necessario finiatur.

Quartus ex ipso corporum nexu ac serie: nā, si semper corpus finitur ad corpus, oportet tandem infinitū & immensum esse, aliter īstādum esset ad corpus, quod in nullū desineret corpus, q͏ impossibile esse credebāt.

Auerroes autem de rationibus his inquit omnes esse probabiles, sed quia multa falsa possunt esse probabilia, & multa necessaria etiam, vt dicitur Primo Topico. ideo ait aliquas harum esse veras, aliquas falsas: & iterum verarum aliqua est per se nota, aliqua non: & *Quæ Auer. com. 32.*

H ita vult q͏ ratio accepta à tempore, ipsa sola sit vera & per se nota, cui accidit probabilitas ex parte opinantium. Quòd autem ratio de tempore sit efficax, persuadet Auer. dupliciter. Primo, quia cum omne quod generatur, generetur in tempore vel in momento, si tēpus generaretur, tunc esset eius generatio in tempore vel momento: si in tempore, iam tempus esset tempus: si in momento, quod Nunc dicitur, cum ipsum Nunc, ex sui definitione sit continuatiuum præteriti cum futuro, tunc oportet etiam tempus præesse. Secūdo, omne genitum & corruptibile ab vtroq; extremo clauditur tempore: tempus non potest tempore claudi: igitur nec generari. Sed hæ rationes efficaciam nō habent, nisi supponēdo q͏ omne quod incipit vel desinit esse, non nisi generatione & corruptione incipiat aut desinat: tunc ambæ rōnes efficaciam. Prima quidem, *Rōnes Auer. pro tpis perpetuitate.* *Quales rōnes Auer.*

dem, quia, si tempus incipit, aut per se incipit, aut per accidens: si per se, igitur vera generatione, & per consequens vt prius: si per accidens, aliquid oportet vt incipiat per se, & ita vt supra aliquid generatur in nunc. Secunda verò per idem, quia siue tempus per se siue per accidens incæperit, semper oportet claudi aut per se aut per accidens, ex parte vtriusq; extremi à tempore. Hoc igitur modo rationes hæ efficaces essent. Nobis vero, quia tenemus non omne quod incipit per generationem incipere, sed per simplicem emanationē, quam creationem vocant, rationes hæ friuolæ sunt. nam tempus incepisse dicimus per accidens ad mundi & cœli creationem: propterea nec ipsum in nunc cœpit, nec in tpe: nec vt ex cedat oportet. Aliquid enim apud nos incipere potest, nec in tpe, nec in instāti, sed bene de nouo per creationē: & ita philosophi & theologi ob diuersa principia diuersa inferunt. Nonnulli blacterones hæc non percipientes, aliter soluunt: tu vero videre potes eorum gerras, vt prouerbio dicitur.

Quid Theologi.

DILVC. *Potissimum uero ex illo, quod cunctis communem fecit dubitationem. Nam quia mens in cogitando non deficit, sit ut numerus, mathematicaeq; magnitudines, & id quod extra cœlum est, infinitum esse uideatur. Quod si id quod extra cœlum est, infinitum sit, etiam corpus infinitum esse uidetur, atq; mundi. Cur enim magis in hac parte uacui, quam in illa? Quare si alicubi sit magnitudo hæc, & ubiq; sit necesse est. Præterea si sit uacuum atq; locus infinitus etiam infinitum corpus esse necesse est: nam in perpetuis non differunt esse & posse.*

Quintus locus sumitur ex parte vitium cogitandi, & arguitur sic, mens in cogitando numerum, magnitudinem, & interuallum extra cœlum, non deficit: igitur hæc omnia sunt infinita. tenet consequentia, quia quicquid intelligit pōt, esse oportet, si, vt dicit. 4. Meta. imaginationes veræ sunt. Vltra, spatium extra cœlum est infinitum, igitur & mūdi erunt infiniti, vt Democritus arguebat, & corpus erit infinitum. Mundi quidem, quia non videtur ratio cur magis hic noster mundus sit in hac spatij parte collocatus, q̄ infiniti in cæteris infinitis: & ita si alicubi est, in oībus esse oportet. Corpus vero, quia, cū vacuū illud sit locus capax & potens recipere infinitum corpus, igitur de facto est receptum, quia in perpetuis non differt esse & posse.

Prima qō.

QVærunt primo, an in perpetuis esse & posse differt? Egidius nouus Expositor simplr pronulit verbum Arist. esse verum de esse substantiali, & posse ad illud esse primum substantiale. Ioan. huic positioni addens propter argumenta quædam, inquit, Primo in perpetuis omnino transmutationis expertibus non differre esse & posse. Secūdo ait in perpetuis transmutabilibus non differre posse & esse, capiendo posse respectu esse essentialis, è quo sumitur nomē entis & substantiæ: at respectu esse superadditi bene differt esse à posse. verbi causa, Posse esse ipsius materiæ non differt ab esse illius: quia si materia potest esse, materia est: sed posse recipere A formam, differt ab esse, quia potest recipere illam, & actu non esse. Replicant contra Ioan. primo, quia tempus futurum incipiens à medio præsentis diei potest esse, & tamen non est, & tñ ipsum erit perpetuum. Secundo, rationalis anima est perpetua, & tamen non sequitur: potest aliqua anima esse vt illa Socra. generandi: igitur est. Tertio, Deus & intelligentiæ, Sol & Luna sunt perpetua & tamē nō

Prima pō. Decl'o Ioan. ... Expositor ... Rep licc.

A sequitur, Deus potest facere crastinam reuolutionē, igitur nunc illa est. Propter hæc Auer. propositionem Arist. intelligit, q̄ possibile in rebus æternis, quas non continet tps, est necessarium: at possibile esse & nō esse est in indiuiduis specierum, quæ continet tempus. Tunc ad propositum, cum extra cœlum nihil contineatur à tempore, signato quouis extra cœlum, sequitur possibile est hoc esse, igitur necessario est hoc. Tūc cessant obiectiones, prima quidem quia tempus futurum continetur à toto tempore, cum sit pars eius. Secunda etiam: quia saltē rationalis anima fm quid continetur à tēpore, maxime fm Auer. qui tenet rationalem animam habere partem æternam, intellectū videlicet, & partem genitam διανοιαν siue cogitatiuam: qua ratione illa fm partem dyanoeticam è tempore continetur. Tertia etiam demitur, quia Arist. loquitur nō B in posse actiuo, sed in posse ad esse simpliciter, aut ad perfectionem receptibilem. Hæc sunt quæ diceret Peripatetici. Sed ego dico, q̄ aliter catholice est dicendum, secus physice: catholice quidem dicerem in solo Deo non differre posse & esse, quia ipse solus est simpliciter indepēdens: propterea si quid in illo esset possibile, cum sit primum, aut ipsum moueret se, aut illud esset frustra. Similiter si ipse Deus est possibile esse, necessario est. quia aut possibile illud esset frustra, aut esset aliquod prius, quod ipsum educeret de potētia ad actum. Cæteris vero rebus circa primum esse & posse, tā respectu esse simpliciter, quām respectu perfectionis aduentitiæ differt: quia omnia citra primū sunt cōtingentia, & nihil necessariū præter primū. Physice vero dicendum est, modo quo Auer. rñdit: non. n. aliter dictat ratio coniuncta sensibus. Hæc de quæstione.

Alia solutio quæ Auer.

Propria respō sio.

C Quærunt secundo vtrum extra cœlum sit vacuum: & licet quæstio hæc magis in. 4. huius locum habeat, & in Primo de Cœlo, tamen aliqua tangemus, vt studiosis nostris scholaribus satisfaciamus. Stoici itaque & omnes veteres fere receperunt problema ad partē affirmatiuam, afferentes extra cœlum, vacuum, infinitum, ac dimensionē interminatam absque sensili materia, physicaq; qualitate, quam puram corporeitatē separatam vocant. Mouentur autem primo, quia cœlum debet esse in loco, & in nullo alio esse potest, nisi in vacuo. Secundo, quia si quis esset in vltimo cœlo, posset manum extendere. Tertio, quia si duorum contrariorum vnū est in natura, & alterum esse oportet: modo plenum & vacuum sunt contraria: igitur si plenū est in rerum natura, etiam vacuū erit. Quarto, vt in paruo mundo, ita in magno: sed paruus mūdus habet vacuum intra, quia componitur ex vacuo & pleno, & habet vacuum extra: igitur & magnus. his. n. rōnibus Philoponus adhæsit Stoicis, tametsi habeat Peripateticus. Peripatetici vacuum refellunt tam extrorsum, q̄ introrsum, ad quod Alex. aphrodisius ratiocinatur, quia aut finitum extra cœlum est, aut infinitū: non finitum, quia nō maior ratio de vno q̄ de alio erit. nec infinitum, quia tunc aut infiniti mundi aut infinitum corpus, aliter potentia illius frustra. & si in vna parte est hic mundus, igitur in qualibet: quia non magis recipitur in vna parte q̄ in alia, vt in textu dicebatur. Hæ rationes Arist. & Alex. (vt mihi videtur) non demonstrant. Dicerent Stoici, extra cœlum esse vacuū infinitum, nec tñ illius potentia receptiua corporis locati est frustra, quia aliqua illius pars corpus possidet: esset. n. frustra si nec secūdum se, nec aliquid sui attingeret

Scda qō.

Pō Stoicorū.

Pō Peripateticorum.

geret finem. Amplius, non sequuntur mundi infiniti: nam hic noster mundus possessus est ab hac vacui parte, quia opifex sic constituit: sic vero constituit, quia sic esse melius concepit, & hic statur. Vtrum vero sint rationes aliæ contra vacuum locari, in libro de Cœlo dicemus: nunc vero sat sit demonstrasse locū. Rationes vero Stoicorum friuolæ sunt. Ad primam respondebimus. 4. huius, cõm. 43. & 45. ibi enim Auer. vult cœlum per centrum locari, Themistius per partes. Ad secundum Alex. assent casum esse impossibilem, quia cœlum est æternum non penetrabile. Sed dices, saltē est possibile ad imaginationē: modo ex possibili ſm imaginationem nunquā sequitur impossibile ſm imaginationem: Diceret Alex. etiam vacuum esse possibile ad imaginationem, vt videbitur. 4. huius. Ad tertiū dico, ꝙ illa authoritas est intelligenda in oppositis cõtrariis, non autem positiuis, qualiter plenum & vacuū opponuntur. Ad quartum patet solutio, primo quia nec extra nec intra mundus paruus habet vacuū. Secundo, quia mundus paruus est corpus rectum, ideo oportet vt locetur per extrinsecus corpus: at cœlū est rotundū & corpus perfectum, ideo magis locatur per contentum. Hæc pro nunc satis, nam in libro de Cœlo multa dicta sunt, & dicemus cum rescribemus.

DILVC. *Contemplatio itaq; infiniti dubitationem habet. nam tā ponentibus ipsum esse, quam nō esse, impossibilia multa sequuntur. Præterea utro uam sit modo, utrum ut substantia, aut ut accidens alteri inhærens per se, an neutro modo. Verum quamuis infinitum sit, aut multitudine infinita sint, maxime tamen ad Naturalem philosophum attinet considerare, an sit sensilis magnitudo infinita.*

Expositores credere videntur Arist. arguere ad partem oppositam quæstionis, quibus fauet particula aduersatiua autem, quæ est græce δὲ. Auer. vult ꝙ Arist. quasi comparet quæstionem hanc, & velit pertractationem de infinito esse maximam: sed hæ non consonant verbis nec sensui græco: particulam enim illam multifariam capit Arist. & in proposito magis vim habet illatiuam, propterea videtur mihi Arist. concludere quæstionem, & inquit, Contemplatio itaq; infinitū dubitationem habet. Primo, quia pro vtraq; parte habet impossibilia. Secundo, quia siue sit vt substātia siue vt accidens habet quæstionem & impossibilia. tamen ait, Verum quamuis infinitum sit, aut infinita sint multitudine, siue non sint, maxime tū ad Naturalem Philosophum attinet considerare, an sit sensilis magnitudo infinita. Hæc sunt pro ꝓblematis introductione.

An infinitum actuale includat repugnantiam ex terminis. Vide com. q. 2. huius. ar. 2.

Primum igitur determinandum quot modis dicitur infinitum. Vno itaq; modo dicitur id quod impossibile est pertransiri ex eo, quia non est aptum pertrāsiri, perinde ut uox inuisilis. Alio modo id quod transitionem habet inconsutilē, aut quod uix, aut aptum est quidem habere, non habet tamen transitionem uel finem. Præterea infinitum omne, aut appositione, aut diuisione, aut utrisq; est.

Infinitū quot modis sumatur.

Antequam quæstionē Arist. determinet, distinguit nomina: tam ex ignorantia terminorum de facili paralogizamus, vt in Elenchis dicitur. Infinitum itaque nomen est priuatiuum, vt inuisile, inauditile, & id genus. Quemadmodum igitur inuisile, potest vno modo sumi pro eo quod non est aptum videri, ceu vox, quæ non est de genere visilium: alio modo quod male videtur, siue quia videtur praue, siue quia à remotis: tertio modo quia aptum videri, sed non videtur, vt quod E omnino in tenebris. simili diuisione infinitū vno modo dicitur id qđ impossibile est pertrāsiri, ex eo quia non est aptum pertransiri, vt punctum & qualitas infinita dicūtur, perinde vt vox inuisilis dicitur: alio modo id quod transitionem habet inconsutilem, quod quidem dupliciter contingit: aut quod vix, vt labirinthus, aut pelagi altitudo: aut quod aptum est quidē habere, non habet tamen transitionem vel finem, vt cū iter longiusculum dicimus esse infinitum. Tertio modo infinitum dicitur omne, aut appositione vt numerus, aut diuisione vt magnitudo, aut vtrisq; vt tēpus. Hæc de nomine. Auer. autem & Themistius, nō subdiuidentes, fecerunt hanc diuisionem quinquimembrem: vt vult Auer. tertium & quartum modum esse transumptiue dictum. *Themist. Auerr.*

DILVCI. *Separatum igitur infinitum à sensilibus esse non potest,* F *quod quidem ipsum sit infinitum: si enim infinitum ipsum neq; magnitudo sit, neq; multitudo, sed substantia, & non accidens, indiuisibile erit: nam diuisibile aut magnitudo aut multitudo est. Quòd si indiuisibile sit, infinitum non erit nisi uelut uox inuisilis: quod quidem neq; sic dicunt affirmantes infinitū esse, neq; nos sic dubitamus: sed de eo quod impertransibile est. Si uero per accidens infinitū sit, nō erit utiq; ipsum elementum rerum quatenus infinitum: quemadmodū nec inuisibile loquutionis, & tamen uox est inuisilis.* Tex. 36.

His ita expositis prosequitur de quæstione: & primo probat, ꝙ infinitum esse nō potest ens separatum, quale Pythagorici constituerunt. & arguit primo syllogismo diuisiuo. quia aut tale separatum est magnitudo, vel multitudo, aut per accidens infinitum: non est magnitudo, neq; multitudo, sed substantia, & non accidens: igitur est indiuisibile. Et ita si dicetur infinitū, G erit velut vox inuisilis, & punctum infinitū: quod quidem neque ipsi dicunt, neq; nos disputamus, sed quæstio nostra est de eo infinito, quod in pertransibile est. Si vero dicatur, ꝙ tale separatum est substātia per se, & quanta ac infinita per accidens: igitur ipsum vt sic, non erit rerum siue elementum siue principium: nam nullum accidens est per se principium substantiarum, nisi per accidens & dispositiuum, & non quatenus tale: quemadmodū nec inuisibile vtpote vox, q uæ inuisilis est, quatenus inuisile est elementū loquutionis, tam etsi vox quę est loquutionis elementum sit inuisilis, quoniam non vt inuisile est elementum loquutionis, sed vt vox: sic substantia illa erit per se principium rerum, quatenus substantia & non quatenus infinita, cum infinitudo sit illi accidens.

H *Præterea quonam modo potest aliquid esse ipsum infinitum, si quidem neq; magnitudo, neq; numerus, quorū infinitum ipsum est affectio quædam, esse potest?*

Secundo arguit, minus potest passio siue affectio esse separata q̃ subiectū: sed magnitudo & numerus, quorum infinitum est passio, non potest esse separata: igitur neq; infinitum. Arist. autem procedit interrogatorie more dialectici, vt dicitur in Topicis.

DILVCI. *Manifestum etiam est infinitū esse non posse ut actu ens, & ut substātia, atque rerum principium. nam quicquid ipsius acceperis, infinitum erit, si partibile sit: si enim substantia sit & non in subiecto, infinito ratio & ipsum infinitum ipsum erit idem.*

Hactenus confutauit Pythagoreos, nunc refellit Platonis positionem, (hic. n. concessit infinitum, sed voluit

voluit ipsum esse separatum simpliciter à sensilibus tanquã actu ens, substantiam, & rerum principiũ: vti mens, anima atq; intellectus est:) & ad huius positionis confutationẽ supponit, in separatis à materia quicquid illius acceperis, si habeat partes, eiusdem rõnis & nominis est cum toto: & hoc probat per hoc, quia in separatis à materia ratio rei & ipsa res est idem. Circa hanc suppositionem sic procedit, quia primò ponit positionem quam intendit refellere: & inquit, Manifestũ etiam est infinitum esse non posse, vt actu ens, & vt substantia, atque rerum principium, veluti aĩus, mens, & idea, vt ponit Plato. Hic enim infinitudinem ab omnibus sensilibus abiunctam ponit, Pythagoras separatam, sed in sensilibus collocatam, vt diximus. Hęc est positio, deinde sumit suppositionem, & inquit, Nam quicquid ipsius acceperis, infinitum erit si partibile sit. hæc est suppositio, quam probat dicens, Si enim substãtia sit & non in subiecto, infiniti ratio & ipsum infinitũ idem est: quis in abstractis à materia idem est esse, & id cuius est esse. Hæc est suppositionis ratio.

An possibilis ... quãcunq; ... tentiam ... magnitu... nem aut sub ... ... vel qua... esse actu ... finitam. ... de Carsum ... q. 2. ...

Quare aut est indiuisibile, aut in infinita diuisibile: non diuisibile, quia fieri non potest ut multa infinita ratione eadẽ sint. Nam quem admodum aeris pars est aer, sic et infiniti pars infinitum quid est, si substantia sit atq; principium. Impar igitur est atq; indiuisibile, sed impossibile est ut tale quod est actu ens sit infinitum, quando quantum quid esse necesse est.

Hac suppositione sumpta arguit sic, si substãtia separata est infinita, aut est diuisibilis, aut indiuisibilis: nõ diuisibilis, quia tunc plura infinita actu essent in rerum ratione, nam per suppositionem quælibet pars rei separatæ est eiusdem rationis cum toto. Neq; indiuisibile, quia tunc non erit quantum, & per consequens nõ potest esse infinitũ. Quod vero ad verba attinet, orationẽ C illam, nõ diuisibile, suppleui, quia gręca series illam exposcit: reliqua sensu & verbis clarissima sunt. Iuniores ob malas translationes multa fabulantur, & enituntur exponere quod non dicit Aristo. & quod dicit pretermittunt. Propterea obijciunt, quia dies est pars tẽporis infiniti, & tamen non est infinitus. Secundo dubitant, quia non videtur verũ in substãtia idem esse rem ipsam & quidditatem, quia vt dicitur. 3. de Aĩa, in substantia aliud est magnitudo & magnitudinis esse. Sed istæ dubitationes non sunt ad propositum. Prima quidem non, quia Arist. loquitur de infinito separato, in illo. n. quicquid acceperis vnam habet rationem cum toto: modo dies & id genus sunt accidentia materialia, & non ad propositum. Secunda minime, quia loquitur non in substantia prædicamentali, sed separata, in qua esse, hoc est, rõ, & res, id est, indiuiduum idem est: quod quomodo contingat, in libro de Anima.

...ntra iunio... ...

...lectio iunio... ...

...bitationes ... sunt ad ... positum.

DILVCI.

Per accidens igitur, id infinitum erit: quod si sic sit, dictum iam est antea non posse ipsum principium dici, sed illud, cui accidit, ceu aerem, aut par. Quare absurde proferunt, qui tale id esse arbitrantur, ut Pythagorei dicunt. Simul enim infinitum ipsum substantiam faciunt, & patiuntur.

Refellit vnã responsionẽ. Posset. n. dici, quod substãtia est infinitum, quatenus sibi accidit infinitudo, quia magnitudo, aut numerus accidit sibi. Contra obijcit, primo quia tunc Infinitum non erit per se principium, cum nullum accidens sit substantiarum principiũ, sed per accidens ratione eius, cui accidit contra eos. Secũdo, quia tunc hęc positio Platonis coincideret cum illa Pythagoricorum. illi enim substantias rerum ponunt numeros & magnitudines, & ita ipsi facient simul infi- A nitum ipsum substantiam, & patiuntur ipsum: quod absurdum videtur.

Verum hæc quidem forsitan inquisitio uniuersalis est magis, utrum uidelicet esse possit infinitũ & in mathematicis, & in intellectilibus, & in his quæ nullam prorsus habent magnitudinem. Nos autẽ si sit in sensilibus, & his, de quibus doctrinam facimus, hoc est, utrum in his sit uel ne infinitum corpus, quæ auctione proficiscuntur, perscrutamur.

DILVCI.

Excusat se nunc Arist. & eligit quæstionem propriã huic libro, & quę dicit, sunt manifesta per se. Ex his habes Arist. abstulisse infinitudinem generatiui à toto genere separatorum, & propterea non peripatetice sentiunt, qui Deum asserunt infinitum esse. Propterea animaduersione dignum, vt in codicillo de infinitate primi diximus, Theologum & Peripateticũ non posse cõuenire hac in quæstione. Peripatetici. n. quantitatẽ du- B plicẽ autumant: molis, quæ prædicamentaria est, iuxta quam res longa, lata, & alta, aut bina, aut terna, & id genus dicitur: alteram vigoris, iuxta quam vna res põt agere aut pati. Has etiã Theologus concedit, verum Theologus quantitatem vigoris mensurat, aut describit ab eo, in qđ aut agit aut põt agere: Peripatetici ab eo, in quod agit, si quidẽ quicquid Deus possit agere, agit. Tunc theologus asserere cogitur Deum esse infinitum vigore, quia motum aliquando velocem efficere põt, & non tñ quin velociorem in infinitũ: & propterea dicit Deum esse talẽ. Peripateticus vero quia tenet Deũ nõ posse velociorẽ motum facere motu cœli, concludit illũ esse finitum vigore: Rationes autẽ, quas Arist. aduersus Pythagoricos & Platonem fecit, omnes remouent infinitudinẽ à separatis, quæ est affectio quãtitatis prædicamentariæ: eam vero quæ est quantitatis vigoris tollere nõ videtur ex his rationibus, verum de his latius in codicillo, & fortasse in. 8. huius Auer. autẽ ait, ꝙ si antiqui vellent infinitudinẽ esse accidens per se separatæ substantiæ, veluti sunt qualitates primæ elementis, proculdubio possent sustinere infinitudinẽ esse principium, veluti primæ qualitates sunt: & ita vult ꝙ rõ Arist. nõ valeat, nisi tenendo infinitum esse accidẽs per accidens. Sed pace Auer. hæc defensio nulla est, quia siue sit accidens per se, siue per accidẽs, nunquam põt esse principium per se, sed solum aut instrumentarium aut dispositorium. modo veteres infinitudinem constituerunt vt principale & per se principium, ideo rõ Aristo. est efficax ad homines. Vlterius sumit Auer. cõ. 39. infinitum trifariã dici, aut in rebus intellectilibus, & hoc est metaphysicũ: aut in rebus sensilibus, & hoc est physicũ: aut in reb' mathematicis & medijs, & hoc D est mathematicum & medium. Recte igr̃ Arist. applicat considerationem ad res sensiles, quia hæc est propria Physico. prætermittit vniuersalẽ de infinito contẽplationem, quia transcendit limites nostræ considerationis. Et hæc ex cõmento colligi possunt fructuosa.

Quid Aristo. de infinitate primi. Differẽtia theologi à peripateticis.

Vide Sco. dist. 2. 1. q. 1. & 2. et sequaces.

Quæ Auer. Comen. 38.

Contra. Auer.

Quæ Auer. Comen. 39.

Ex ijs igitur logicè consideratis, uidebitur utiq; ipsum non esse. Si nãq; ratio corporis est superficie terminatum esse, neq; intellectile, neq; sensile ullum corpus erit infinitum.

DILVC.

Nunc de intento exequitur, primo per rõnes cõmunes, quæ logicæ dicuntur, propter rõnes postea dicendas, & textus apud Auer. resoluitur in syllogismos sic, omne corpus quod continetur ab vna superficie aut pluribus est finitũ: oẽ corpus continetur vna aut pluribus superficiebus: ergo oẽ corpus est finitũ. Minor prosyllogizatur, sic omne rotũdũ aut non rotundum

Syllogismus Auer.

corpus vna vel pluribus cõtinetur superficiebus, rotũdum quidem vna, non rotundũ vero pluribus: sed omne corpus est rotundum aut non rotundũ: igitur omne corpus est vna aut pluribus superficiebus contentum: quæ erat minor. De ratione solam minorem principalis syllogismi tangit dicens: Si nanq; ratio corporis est superficie terminatum esse, neq; intellectile neq; sensile vllum corpus erit infinitum. Quod vero ad verba attinet, rationes hæ dicuntur logicæ, aut quia sunt per cõmunia pluribus scientijs, nam corpus hic cõmuniter accipitur, vt cõmune intellectili, sensili, & medio corpori: aut quia rationes hæ sunt probabiles, qm̃ omne corpus siue rotundum, siue rectum, siue cuiusuis figuræ, esse terminatum est necessariũ: sed q̃ omne corpus sit tale, est verum, sed non per se notum. Aduersarius enim dicere potest esse aliquod corpus, vt infinitum, cuius nulla est figura.

Non est per se notum corpus omne terminatum esse.

DILVCI. *At uerò neq; numerus ita ut separatus & infinitus: numerus.n. omnis aut id qđ numerũ habet numerabile est. Si igitur numerabile numerari põt etiã pertransiri poterit infinitum.*

Idem syllogizat in quantitate discreta, & primo ꝓponit conclusionem dicens, Neq; numerus ita vt separatus & infinitus esse põt. & dixit ita vt separatus, quia omnis numerus siue in ipsis vnitatibus fuerit, & sic est separatus: siue in ipsis rebus, hominibus, equis, bobus constitutus, & sic est cõiunctus: est igitur conclusio, q̃ nullus numerus est infinitus, siue sit separatus siue coniunctus. Deinde sumit vnam suppositionem, videlicet, q̃ omnis numerus & omne numerum habens est numerabile: & ecõtra, omne numerabile & numerum habens est numerus. Tunc syllogizat sic per impossibile, omnis numerus numerari potest: aliquod infinitum est numerus: igitur aliquod infinitũ numerari põt: conclusio est impossibilis, & non propter maiorem, igitur propter minorem: & ita eius contradictorium est verũ nullum infinitum est numerus: & per consequens sequitur nullum numerum esse infinitum per conuersionẽ in terminis. inquit, Si igitur numerabile siue numerus omnis numerari poterit, tunc subintellecta minori infert, etiam pertransiri potest infinitum: & tunc arguas vt prius. Hæc etiam ratio est logica, aut quia ex cõmunibus pluribus scientijs, vt dicit Auer. nam hæc propositio, omnis numerus est numerabilis, & oẽ numerabile in potentia potest esse in actu, est cõmunis plurib' scientijs, vt Mathematicę & Physicæ. Aut quia hæc propositio non est vera, nisi de numero quo anima numerat, & non pro rebus numeratis, vel numerabilibus, vel distinctis, vt sunt partes alicuius continui. Expositor autem asserit vtrasq; esse dialecticas & non demõstratiuas. Prima quidem dialectica est, quia concedens corpus infinitum, non concederet de ratione corporis, terminari superficie. Secunda vero, quia qui multitudinẽ poneret infinitam, non diceret eã esse numerum, vel numerum habere, quia numerus addit super multitudinem rõnem mensurationis. Est.n. numerus multitudo mensurata per vnum, vt dicitur in.10. Metaphy. Mihi autem placet hæc moderatio.

Syllogismus.

Qua expositor. S.Tho.lic.

DILVCI. *Physicè uerò magis considerantibus ex his. Neq; n. compositum, neq; simplex esse potest. Compositum quidem igitur corpus nullum est infinitum, si elementa multitudine finita sint: necesse est.n. plura esse æquariq; contraria ipsa semper & nõ unum ipsorum infinitum esse.*

Hactenus logice, nunc Physice, & hoc ꝓponit Physice vero magis considerantibus ex ijs patebit. Aiaduersione dignum, q̃ Arist. rem hanc disputat hic, &.3. Cœli. Hic quidẽ supponendo nõ esse aliud corpus præter quatuor elementa: nam opinio antiquorum erat q̃ cœlum esset de natura quatuor elementorum. syllogizat ac si non sit aliud corpus præter elementa. consueuit.n. procedere ex cõmunibus, anteq̃ propriam inuestigat, secundo supponit elementa esse numero finita. In tertio vero de Cœlo, postq̃ in primo de Cœlo demonstrauit cœlum esse alterius naturæ ab elementis, & in lib.2. de Gener. q̃ non sint nisi quatuor elemẽta, non ex suppositione, sed simpl'r demonstrat nullũ esse corpus infinitum. Et hæc est causa replicationis problematis in.3. illo de Cœlo. Quare in his rationibus petit Arist. tanq̃ posterius declaranda elementa non esse infinita, vt dicetur in.2. de Gener. & nullum esse corpus præter elementaria. Syllogismus igitur apud Themist. est hypotheticus diuisiuus sic, si sit corpus aliquod infinitum, aut compositum, siue mixtum, aut simplex id erit. Tria igitur facit apud Themist. quia primo probat q̃ non mixtũ, deinde remouet cauillum, tertio q̃ neq; simplex. Quòd quidẽ igitur non mixtũ, syllogizat sic: Si est mixtum aut ex omnibus elementis, aut pluribus, aut vno. Probat primo q̃ non ex vno, quia oẽ corpus naturale ingenitã atq; insitam quandã vim habet in se, vt vel caliditatẽ, aut frigiditatẽ, aut humiditatẽ, aut siccitatem, quare non põt esse infinitum, quia sua vis erit ẽt infinita, & ita cætera miscibilia destruet. inquit, Neque.n. cõpositum, neq; simplex esse põt: cõpositũ. quidem igitur corpus nullũ est infinitum, si elẽta multitudine finita sint: vt supponendũ est, & qm̃ miscibilia debent esse plura, inquit, Necesse est.n. plura esse ad hoc vt sit mixtio, æquariq; contraria ipsa semper, & nõ vnũ ipsorum infinitum esse: quia sic non mixtio, sed destructio esset. Non igitur potest corpus mixtum esse infinitum ratione vnius elementi infiniti.

Nam, si ignis quidem sit finitus aer uerò infinitus: quamq̃ unius corporis potentia minor sit illa alterius, atq; pars ignis æqualem aeris partem ui exuperet, modo exuperatio illa numerum habeat aliquem, infinitum nimirum corpus perspicuũ est exuperare finitum, atq; corrumpere.

In translatione hac nihil adiecimus, nihilq; abstulimus, nisi q̃ orationes male in latinum sonantes præposteras fecimus, vt sensus clarior esset: vnde, qui barbaris afficeretur translationibus, vtatur nostra pro explicatione vera Arist. Aristoteles igitur remouet cauillũ, vt paraphrasizat doctus Themistius. dicet enim quispiam, corpus infinitum esse, sed minori potentia constitutum q̃ infinitum: nam & si magnitudo aeris exuperare magnitudinem ignis dicatur, vis tamen corporis minoris pollentior atque amplior sit quàm maioris. Soluitur, hæc rectè dici tunc, cum vtrũq; corpus finem habeat & terminum aliquem, id est cum vtrũque finitum sit. Quum verò alterum fine careat, alterum non careat, ratio nulla est: & ita licet aer ille, qui maior est igne, imbecillior sit igne, si tamen per adiectionem magnitudinis quãtumlibet auctus fuerit, erit aliquando potestate æqualis igni, eo quòd poterit maiorem etiam assequi si augeatur identidem. Quare, si in infinitum crescet, etiam infinitum ignem excellet: & ita cauillum nullus est. Verba patent translationibus ipsis.

Nec unũquodq; infinitum esse potest, nam corpus quidẽ est, quod omni ex parte dimensionẽ habet: infinitum aũt indeterminate DILVCI.

minate extensum est: infinitū profectò corpus per omnem erit dimensionem in infinitum dymensum.

Probauit mixtum non posse esse infinitum, propterea qnia sit ex vno elemēto infinito, & soluit cauillum: nunc probat ꝙ mixtum esse non potest infinitum, quia omnia vel plura elementa eius sunt infinita, & hoc proponit dicens: Nec vnumquodq; elementorum, vel plura illorum infinitum esse potest. Probat hoc enthymematicè assumens in antecedente duo, & inquit, Nā corpus quidem est quod omni ex parte dimensionem habet, vt longitudinem, latitudinem, & altitudinem: hoc est primū. Infinitum autem est extensum indeterminatè, hoc est, sine termino & fine: hoc est secundum. Ex his infert conclusionem, & inquit. Infinitum profectò corpus per omnem erit dimensionem in infinitum dimensum: Tunc supplēda est ratio, ꝙ videlicet non patitur secū aliud in mixto: & ita nec omnia nec plura esse possunt infinita: nullum igitur mixtum esse potest infinitum.

Dubitatio. Sed dubitare solent vnde teneat consequentia

Respon. Auer. hæc Aristo. ex illis duabus sumptionibus. Auer. supplet vnam regulam cōmunem, videlicet ꝙ qn aliquid fuerit compositū ex duobus, necesse est vt definitio illius compositi sit composita ex definitionibus illorum duorum, verbi causa: Qm̄ corporis definitio, corpus est illud quod expanditur ad omnes partes, & definitio infiniti est illud quod non habet finem, ex his sequitur ꝙ corpus infinitum extendatur fm omnes partes in infinitū: & vult per partes sex differentias positionis, vt sursum & deorsum pro longitudine, ante & retro pro altitudine, dextrū & sinistrū pro latitudine. Addit Auer. vltra rationem Arist. aliam, & inquit, Et si nos posueri mus infinitum esse in quadam parte sic, & quadam nō, tunc vnum infinitum esse posset maius altero: nā posset addi sibi ex ea parte qua finitū est aliud corpus contiguum, & tunc congregatum ex ambobus erit maius quouis illorum: & ita propositum.

Disputatio recentiorum. Recentiores disputant contra Auer. an rationes hæ duæ valeant, & breuibus soluunt illas. Primam quidē eo, quia definitio cōposita erit, corpus infinitū est corpus sine fine, habens tres dimensiones. Nam ex eo quia corpus habet tres dimensiones, & ex eo quia infinitum est sine fine, non ꝙ habeat dimēsiones infinitas, sed est corpus sine fine: & habens tres dimensiones. Secundam verò, quia nihil prohibet infinitum excedi ex ea parte qua finitum est. Contra hos fiunt multæ capriunculæ, quæ non sunt dignæ recitatione.

Defensio Arist. & Auer. Verū pro defensione Arist. & Auer. sumendum est, infinitum quoties additur alicui reddere illud infinitum cui additur, & omne præsuppositum requisitum ad illius rationem, verbi causa: Si additur longitudini reddit lineam infinitam, si latitudini reddit longitudinem & latitudinem infinitas, quia esse nō potest latitudo non præsupposita longitudine: igitur, si additur altitudini siue corpori reddet altitudinē infinitam: & omnia præsuppositiua, vt latitudinem & lōgitudinem, qnia non potest altitudo esse non præsuppositis latitudine & longitudine.

Intelligēs ista rum rationū vim, elementa ipsa actu remanere in misto non ambi... Ex his apparet, vis rōnis Arist. & Auer. ꝙ nō potest esse corpus infinitum, quin sit omni ex parte infinitum: quia esse non potest corpus infinitum quin intelligatur infinitudo addi altitudini, & non potest addi altitudini qn in addatur omnibus præsuppositis, & ita quin sit omni ex parte infinitum: & hanc deductionem ignorant iuniores & reprehensores illorum. Ex his omnibus patet elementa ipsa actu remanere in mixto, aliter rationes Arist. nullæ essent.

A

DILVC. *At uerò neq; potest infinitū corpus esse unum ac simplex, aut simpliciter, aut ut aliqui sentiunt, id quod est præter elementa, ex quo hæc generant. Sunt enim qui hoc infinitum faciunt, sed non aerem aut aquam, ne ipsorum cætera ab infinito illo corrumpātur: habent n. inter se contrarietatem, quando aer frigidus, aqua humida, ignis calidus sit quorum si unum esset infinitum, corrupta iam essent cætera. Propterea nunc aliud in finitū esse autumāt, ex quo hæc sunt.*

Hactenus ꝙ infinitum non possit esse, aiunt. nunc ꝙ nec simplex. & primò ꝓponit hoc, & inqnit, At verò neq; potest infinitum corpus esse vnum ac simplex, hoc est, continuum & nō mixtum: aut simpliciter, aut vt aliqui sentiunt id quod est præter elementa, ex quo hæc generant, vt posuit Anaximāder. qui constituit naturam qnandam mediam inter ignem & aquam, vt vaporem. Hęc est intentio. *Vide sti Tad. q. 10. huius. Et Albe. de sa xo. q. a. huius.* Sed antequam rem prosequatur,

B

probat nullum elementorū esse posse infinitum ad intentionem illorum, per hoc ne præ magnitudine virium suarum reliqua corrumpat. Sunt. n. mutuæ in elementis cōtrarietates, vt aer humidus aqua frigida, ignis calidus. Si igitur vnum ex illis infinitum posuissent, viderant reliqua statim corruptum iri: est. n. natura comptum, vt imbecilliora à valentioribus obterantur: propterea dederunt aliud infinitum esse, ex quo hæc sunt, qnod sit igni & aeri amphybium ancepsq;. Quod vero ad verba attinet, Arist. vult aerē esse frigidū, aquā humidam, aut quia non curat de exemplis, aut fortasse in græcis codicibus est transpositio, & debet legi aerē humidum, aquam frigidam. De mente igitur veterum colligimus nullum simplicium posse esse infinitum, restat disputem' de corpore medio siue amphybio, igni & aeri, siue de vapore, quod propter infinitum ex eo factam generationem asserunt infinitum esse: postea de elementis reddemus.

C

DILVCI. *Sed impossibile est tale corpus esse, non solū ex ea parte, quia infinitū est: (De hoc. n. cōmune quod dicitur, est dicendū de omni similiter & aere & aqua & quouis alio:) sed ex ea parte quia est tale sensile corpus, præter ea quæ nocantur elementa. Omne. n. in id dissoluitur, ex quo etiā constat. Quare præter aerē, et ignē et terrā, et aquā, corpus hic aliud quoddā esset: quod quidē nullū apparet tale.*

Tale corpus mediū amphybium aeri & igni pōt dupl'r impugnari. vno mō ex ea parte qua ponitur alteri' naturæ ab elemētis, alio mō ex ea parte qua infinitum est. Confutat igitur ipsum, primò ex ea parte qua ponitur alterius naturæ ab elētis, quia ex ea parte qua ponitur infinitū, habet cōem contradictionē, veluti simplex corpus quod ponitur infinitū: & hoc proponit & verba translata patent. Cōtradictio igitur propria est,

D

si tale corpus amphybiū esset, ex quo cuncta cōstaret, tunc resolutio aliquando fieri in illud appareret: mō, nullum apparet corpus præter elementa & mixtum: igitur tale corpus nullū est. *Dubitationes. Prima.* Sed ambiges, Primò, quia Arist. negare nō potest vapores qui corpus sunt mediū inter aerem & aquam, neq; exalationem quæ amphybia est igni & aeri, vt patet in Meteoris: igitur tale corpus est negandum. *Secūda dubi.* Secūdò, quia in resolutione mixti nullum elementum purum videtur, qnia elementa pura videri non possunt: igitur rō Aristo. posset esse contra Aristo.

Solutio prima Dici potest ad primū, ꝙ Arist. non negat corpora illa media, sed vult nullum esse medium ex quo cuncta cōstāt, quia in resolutione nō videm' semper illud remanere. *Solutio scda.* Ad secundā dico, ꝙ licet non videntur elementa pura videntur corpora in quibus elementa pura præ-

dominantur, ex quibus fiunt, & in q̃ resoluuntur mixta: quicquid velint alchymici.

DILVCI. *Neq; igitur ignis, neq; aliud quicq̃ elementorum infinitum esse potest: Omnino enim & præter id quod infinitum sit ipsorum aliquod, uniuersum ipsum (quamuis finitum sit) impossibile est aut esse aut fieri unum quod ipsorum, uelut Heraclitus sentiebat, dicens omnia tandem conuerti in ignem.*

Confutato corpore illo medio ex ea parte, qua ponebatur medium, nunc cõmuni ratione refellit omne simplex corpus infinitũ, siue sit mediũ siue eñtum extremũ: & primò arguit cõtra corpus simplex: & syllogismus est, si aliquod elementorum esset infinitum, tandem vniuersus mundus conuerteretur in illud. & hoc destruit dicens: Omnino. n. & præter id, quod infinitũ sit ipsorum aliquid, vniuersum ipsum (quamuis finitũ sit) impossibile est aut esse aut fieri vnũ quid ipsorum: q. d. ꝙ est impossibile vniuersum conuerti in aliqđ elementorum, si ne elementum sit finitum siue infinitum, velut Heraclitus sentiebat, dicens omnia tandem conuerti in ignem. Sic igitur vniuersum cõuerti in ignem, est nõ modo impossibile ex ea parte qua ignis esset infinitus, sed ex ea parte qua impossibile est simpliciter, & ita consequens est simpliciter impossibile. Propterea adiecit, & præter id quod infinitum sit ipsorum aliquid, quia siue aliquod ipsorum sit infinitum siue non, vniuersum conuerti in aliquod ipsorum est simpliciter impossibile. Auer. verò resoluit textum ad duas positiones: vna est ꝙ aliquod elementorum est infinitũ quicquid sit illud, alia est Heracliti, quæ ponit omnia finita: sed quod aliquod eorum, vt ignis, excellit cætera viribus & potentia adeo vt demum omnia corrumpat in suiq; naturam vertens: vult modo ꝙ Arist. contradicat primæ positioni ponentis aliquod illorum infinitum. Secundæ verò cõtradicet in libro Cœli. & in meteoris: vbi probabit simpliciter mundum non posse corrumpi. Hæc ex cõmento colligi possunt.

Quæ Auer. Comen. 46.

DILVCI. *Eadem autem ratio & ad illud unũ conueniet, quod præter elementa Naturales faciunt: Omne enim in contrarium ex cõtrario, ceu in frigidum ex calido mutatur.*

Nunc applicat eãdem rationem illi corpori medio, quod Naturales propter generationem autumant. Nã illud tale oportet habere quandam contrarietatem ad ea elementa, quæ ex illo fiunt, siquidem omnis mutatio fit ex contrario in contrarium: Quare tale corpus medium ratione contrarietatis destruet cuncta, velut de elementis dicebatur.

DILVCI. *Oportet etiam hinc considerare de quolibet, utrũ esse possit uel non possit corpus aliquod sensile infinitũ. Quòd itaq; nullũ penitus sensile corpus esse possit infinitũ, hinc patebit. Nã oẽ sensile corpus alicubi esse aptum est, atq; locus est quidam cuiusq;, & idem partis ac totius, ceu uniuersæ telluris glebæq; unius, itemq; ignis & scintillæ.*

Hactenus speciarim ꝙ non sit corpus infinitum ꝓbauit, nunc vniuersalius rem proponit, dicẽs: Oportet etiam hinc considerare de quolibet, vtrũ esse possit vel non possit corpus aliquod sensile infinitum. Hæc est intentio generalis de quolibet, qua quidem supposita petit duo. Primum, ꝙ omne sensile corpus suapte natura aptum est alicubi esse, contra etiã, cuiusq; corporis sensilis semper est locus quidam naturalis. Secundum est, ꝙ idem sit locus alicuius totius corporis sensilis & cuiusque illius partis, ceu vniuersæ telluris & vnius glebæ, itemq; ignis & scintillæ. Hę sunt duæ petitiones, quas Arist. in hoc processu cõstituit. Auer. autem addit tertiam, videlicet, ꝙ omne corpus habet locum naturalẽ, & locum non naturalem, ita vt in naturali quiescat, & cum est extra ipsum mouetur ad illũ naturaliter. Hanc Arist. tacuisse asserit, quia sequitur ex secunda.

Vide & Bur. & Alber. de sens. q̃. 11. hunc.

Quæ Auer. Comen. 48.

Quare, si id similare sit, aut immobile erit, aut semper mouebitur: quod quidẽ est impossibile. Cur potius deorsum q̃ sursum, aut ad quẽuis locũ mouetur? Dico autem, ut si gleba sit, quorsum ipsa mouebitur, aut ubi manebit? corporis. n. similaris locus ipse infinitus est. Occupabit igitur uniuersum locũ? et quonãmodo? quæ nã igitur ipsius quies? aut ubi nã erit? & quis præterea motus? an ubiq; manebit? non mouetur ergo, aut ad omnem locũ mouebitur: non ergo quiescet.

Mihi locus iste difficillimus est tam in grecis, q̃ in latinis verbis, videtur tamẽ mihi cum Themistio esse sic textus introducendus. Si corpus vllum infinitum sit, aut ex partibus consimilibus constabit, quod græci tũ homogeneum, tum homoides vocant: aut ex partibus disparibus, hoc est, membris genere & natura differentibus, quod heterogeneum, aut anomœon dicunt. Primò destruit ꝙ nõ homogeneũ, quia vbi homogeneũ, locus censebitur idem totius & partium, atq; æquè infinitus totius & partium. Tunc arguit, vt exponit Themist. quare, si id similare & homogeneũ corpus sit pars illius subaudi aliqua, aut imobilis erit, aut semper mouebitur. Ecce quomodo disiunctionem refert ad partem illius, non ad totum, vt Expositores placterizant: asserit autem vtrũq; esse impossibile, quia tolleretur definitio naturæ, vbi alterũ quoduis siue motus siue quies tolleretur. Et primò probat ꝙ non mouebitur pars illius, quia non est determinatum vbi assignare quo moueatur, cum locus sit infinitus: aut ipsam oportet moueri ad omnem illius infiniti loci partem. inquit, Nam cur potius deorsum q̃ sursum, aut ad quemuis locum moueretur? vt si gleba sit pars illa, quorsum ipsa mouebitur? Sic igitur patet illã moueri non posse. Quod verò neq; quiescere, simili rõne declaratur, & inquit, Aut vbi manebit? corporis. n. infiniti illius similaris locus ipse infinitus: est igitur si debet manere in qualibet illius infiniti loci parte, oportet illã occupare vniuersum locum illum infinitum, & hoc non videtur. Primò, quia non apparet quonam modo possit finitum quid occupare infinitum. Secundò, quia nõ videtur quæ nam sit illius partis quies, vtrũ versus dextrum vel sinistrum, aut vbi nam futura sit. Tertio, non videtur quis fuerit ille motus quo peruenit ad partem illius loci in qua quieuit, an vbique manebit? non ergo mouetur, aut ad omnem locum mouebitur neque ergo quiescet, & ita neutrum dici potest.

An hæc ratio philosophi sit sufficiens. Vide Gratiadeũ, & an infinitas corporis infiniti sit ei quietis ratio, vide Gratiadeum Esc. lec. 9 huius.

An infinitum in actu capi[illegible] ... vide com. q. 3 huius.

Sed dubitatur, primò quia per hanc cõmunem probarem terram nõ esse: quia, si esset, vel eius aliqua pars est immobilis, vel semper mouebitur. non semper mouebitur, quia non magis ad vnam loci totius partem quàm ad aliam. non quiescit per idem: igitur si ratio de infinito valet, & de terra vniuersa ac quolibet elemento valebit.

Dubitationes. Prima.

Secunda dubitatio est, quia dicerẽ infinitum esse, & nullam ipsius partem posse moueri, sed quiescere semper quiete totius. Dubitatio verò quã fecit nonus expositor, non est ad propositum: credit. n. Arist. duxisse ad hoc impossibile, ꝙ corpus illud aut semꝑ quiescet, aut semper mouebitur. Hæc non ad propositum, q̃m syllogismus Aristote. de parte illius procedit, & non de vniuerso illo. Propter hæc dici potest ad primam, ꝙ Arist.

Secunda.

Egid. hic. Contra nonum expositorem Solutio.

ꝙ Aristo. in ratione suppofuit vnum esse locum totius & partis, & locũ illius infiniti esse infinitum, & ꝙ illius pars aliqua moueatur: modo nõ est ad propositum de terra, qm̃ locus terræ est finitus, vt centrum totius, ad quod quælibet pars mouebitur, si sit separata à toto: ac locus illius corporis est infinitus, ad cuius partem omnem potest moueri pars aliqua: & omnis pars. Ad secũdam dici potest saltem de possibili, posse aliquam partem moueri, vt Primo huius contra Parmenidem dixit: modò, hoc posito in esse, sequitur prædictũ impossibile, vt dictum est, & hoc sufficit. Auer. autem, pace sua dixerim, locum hunc non recte interpretatur, vt patet legenti ipsum: facit enim syllogismum diuisiuum trimembrem, & destruit illius quamlibet partẽ, vbi ꝓfectò in textu mõ illo non legitur, vt ex nostris & veteribus translationibus planè cõstat: sæpe.n. ex malis quas habebat translationibus, bonus Auer. dormitat.

Aduersus Auer.

Dubitant iuniores, quia non videtur locum esse eundem totius & partis. nã tũc pars esset æqualis toti, quia locus est æqualis locato: igitur si idẽ esset locus totius & partis, idẽ esset æquale vtrisq;, & ita illa essent æqualia inter se. Hic iuniores disputant inter se. quidam dicunt eundem esse locum totius & partis continuæ toti, non tamen eodem modo: nã totius per se, partis verò per accidens. At partis discontinuę idem est locus p se, qui totius, ita vt scintilla ignis discontinua non situatur naturaliter, nisi occupet totum concauum ignis: vnde, si ad imaginationem nihil ignis esset in concauo pter vnam scintillam, illa se extenderet quousque totum concauum occuparet. Aristo. igitur loquitur de parte, quatenus illa est à toto discontinua, quia per illam hoc modo sumptam syllogizat: non autem de parte continua toti, cum illa vt sic nec per se moueatur, nec per se locetur. Hanc positionem (vt mihi videtur) iuste refellunt alij Iuniores, & maximè quo ad illud, quod concedunt de occupatione totius concaui facta ab vna scintilla. Primò, quia sic vnum minimum esset aptum occupare per solum motum localem totum lunæ concauum rarefaciendo se, quod nullus diceret. Secundò, quia tunc aliqua pars illius ignis, per solum motum localem esset apta acquirere maiorem raritatẽ q̃ sit summa, vt in casu vbi per imaginationem vniuersus ignis à concauo remoueretur, vna scintilla sola remanente: nã illa (vt dicunt) deberet se extendere per totum. Tertiò sequitur ꝙ vnum minimum ignis per imaginationem effici posset æquale vniuerso igni, vt si remoueret̃ vniuersus ignis, solo vno minimo remanente. hæ rationes rationales sunt vt mihi videtur. Non enim auribus boni viri sonat, vt scintilla vna ignis summe rara in ꝓpria sphæra existens, posit vniuersum concauum occupare remoto vniuerso igne. Propter hæc aliter fingũt & (vt mihi videtur) deterius: volunt enim ꝙ remoto vniuerso igne, illa scintilla non occuparet totum, quia esset in toto concauo ratione partis, velut leo est in cœlo ratione aeris, qui tãdem est in cœlo. Propterea Arist. vult, non ꝙ gleba moueatur occupando totum locum infinitum, sed sufficit ad illum ſm se totum, vel ſm partem se habere. Sed hæc responsio vitat vnum, sed incidit in peius: vitat.n. illud absurdum de occupatione totius, q̃ faceret scintilla, sed reddit rationem Arist. imbecillam, nam dicerem partem illã semper quiescere: quia semper esse potest in parte totius loci infiniti: & sic esset in vniuerso loco, quia in illius parte: & generatim quicquid ipsi dicerent, nos responderemus rõni Arist.

Dubitatio tertia.
Vide & Burl. hic.
Prima positio.

Idem est locus totius & partis nõ quidem continuæ, sed discontinuæ, locus inquã idẽ specie, non autem numero.

A Ego verò cum Themistio sentio, qui ita scribit, Nõ ꝙ eadem exequataq; moles sit vtrunq; complectens, sed ꝙ quemadmodum ipsi toti supernus aut infernus peculiaris est locus, sic item peculiaris & partibus, ecce quæ inquit. Vbi primo debes scire, ꝙ si esset corpus aliquod naturale infinitũ, ipsum esset naturaliter sursum & naturaliter deorsum, naturaliter in dextro & sinistro, & reliquis positionis differentijs: nam esset occupans omnem locum, & ita cum debeat habere locum naturalẽ oẽs hi loci essent sibi naturales. Ex his sequitur vt quælibet illius pars, vt scintilla siue gleba, etiam habebit sibi peculiarem omnẽ illum locum, vt sursum & deorsum: quia idẽ est locus specie totius & partis in similaribus. Tunc quo ad propositionem Aristo. dico, ꝙ ipse vult eũdem esse locum specie totius & partis, vt supernum locum esse totius ignis & scintillę, non autem eundem B esse locum numero, quia scintilla rectè & naturaliter locatur, si in cœli ea parte collocetur, quæ est ad ortũ, ad quemuis alium situm: similiter gleba naturaliter est in loco si sit in inferno situ, vbicũque fuerit. Quo verò ad rationem, illa Arist. ratio videtur efficax, quia sumit partem aliquam illius discontinuam à toto, cũ sit possibile: & arguit ꝙ erit semper in motu & semp quiescẽs: semper in motu, quia nunq̃ erit in loco sibi naturali tãtum, quia cum idem sit locus totius & partis, & vniuersum illud habeat omnem locum, etiam pars illa: & ita nunq̃ quiescet, quia nunq̃ erit in loco aliquo ita vt non sit apta esse in alio: & sic nũq̃ quiescet, quia nullibi põt quiescere, cùm nullus sit locus sibi naturalis solus. Et sic patet vis rationis & sensus propositionis.

Prima. Solutio.

Sin uerò uniuersum ipsum dissimilare sit, dissimilaria quoq; erunt loca ipsa: & primò quidem corpus uniuersi ipsius non C *erit unum nisi tactione.* DCLVCI.

Confutat nũc alteram syllogismi partem: & probat, ꝙ vniuersum illud quod asserunt infinitum, nõ potest esse heterogeneum siue anomœon, hoc est, dissimilare, quia tunc loca partium vniuersi erũt dissimilaria: & hoc improbat primò quia tunc corpus vniuersi illius infiniti non erit vnum, nisi contactione: quod reputat impossibile. Quod verò ad verba græca attinet, vniuersum siue mundus græcè est πᾶν Rationabiliter verò Arist. applicauit syllogismum ad vniuersum siue mũdum, aut quia antiqui infinitum, quod posuerunt, voluerunt esse mundum, vt Primo Cœli habetur: aut quia si habetur ipsum mundum non posse esse infinitum, de quo magis videtur, statim habebitur nullum aliud esse posse.

D *Deinceps illius partes, aut specie finitæ sunt, aut infinitæ. Finitæ quidem etiam esse nequeunt, erunt enim aliæ quidẽ infinitæ, aliæ uerò non infinitæ, si uniuersum infinitũ sit, ut ignis aut aqua. Sed tale corruptio esset in contrarijs ipsi, uelut antea dictum est. Et propter hoc Nullus Naturalium, infinitum ipsum unumq; ignem, aut terram fecit, sed aut aquam, aut aerem, aut horum medium, quoniam horum locus manifeste determinatus erat. At illa utrobiq; esse possunt, sursum uidelicet & deorsum.* DCLVCI.

Quia rõ tacta videtur non esse absurda, & quia posset concedi infinitum esse, & nõ vnum simpliciter, sed contactu, vt concedunt de mũdo: hac de cã facit secũdam rõnem, & erigitur sic, Partes illæ dissimilares, hoc est, diuersæ genere siue specie, aut numero finitæ sunt, vt quatuor, vt est rei veritas, aut numero infinitæ. Primò ꝓbat ꝙ esse nõ pñt numero finitę, vtpote quatuor

quia oportet vt aliæ illarum sint finitæ aliæ infinitæ, si debet vniuersum esse infinitum: non.n. potest aliquod vniuersum infinitum esse, nisi partibus numero constet infinitis, aut numero finitis, sed dimensione infinitis: & ita oportet vt aliquæ sint finitæ, vt ignis & aqua. Modò hoc esse non potest, quia tale siue talis concessio poneret cætera finita corrúpi & sola infinita remanere, vt dictum est. Cõfirmat hoc à signo, quia Nullus Naturalium posuit ignem & terram infinita, & cũ quia contraria, ne præ nimia magnitudine cætera corrumperet, tum quia loca ipsorũ determinata sunt, vt deorsum terra, ignis sursum: intermedia verò quia non contraria, & quia loca sunt non ita determinata, posuerũt infinita. Quæ ratio docet non posse esse aliquod elemẽtorum infinitum, qđ sit pars dissimilaris illius vniuersi, quia cætera corrumperet. propterea ait: Qm̃ horum. s. ignis & terrę locus manifeste determinatus est, vt ignis supernus, terræ infernus. At illa videlicet intermedia vtrobiq; esse pñt, sursum videlicet & deorsum, cũ sint grauia & leuia in respectu. Sic igitur patet partes dissimilares vniuersi infiniti, non posse esse numero finitas.

Vide & Burle. hic.

At si infinitæ & simplices sunt, erunt & loci infiniti et elementa infinita. Quod si hoc esse nequeat, erunt et loci finiti, & uniuersum finitum sit necesse est.

Nunc destruit aliam partem, & probat partes illas dissimilares nõ posse esse infinitas. Nam, cum illæ sint partes vniuersi, erunt elementa & simplicia corpora. Modò nec loci, nec elementa, esse possunt infinita: qđ nunc petit vt posterius declarandum.

Impossibile namq; est, ut non coæqua sint locus & corpus. Neq;.n. locus ullus simul maior esse potest, q̃ quantumcũq; esse potest corpus. neq; corpus maius q̃ locus ipse: nã aut uacuũ aliquid erit simulq; cum hoc corpus non infinitũ, aut corpus aliquod erit, quod nusquam aptum natum est esse.

G

Quo quidem ad traslationem, in græcis codicibus inuenimus verba Arist. trãspositą. veluti à Gręcis expositorib' habemus: ideo rectè verba & orationes latinas fecimus, nec quicq̃ prætermisimus. Quo verò ad sensus, quia ex infinitate corporum conclusit infinitatem locorum, vt ostenderet esse id non iniuria factum, docet qualem corpus & locus inter se rationem habent, quæ ex trãslationibus nostris est manifesta. Ex omnibus his Auer. in calce commenti colligit syllogismum, quem Arist. intendit qui sic cõponitur: omne quod est in loco sibi æquali, est finitum, qm̃ infinitum non dicitur æquale: oẽ corpus simplex est in loco sibi æquali: igitur omne corpus simplex est finitum.

Qua Auer. Comen. 49.

Sed hic emergunt dubitationes, quæ ex verbis commenti solui possunt. Prima est vnde valeat illud enthymema, sin verò vniuersum ipsum dissimilare sit, hoc est, partium diuersæ speciei, dissimalaria quoq; erũt loca ipsa? Respondet Auer. & inquit, & ista propositio apparet ex hoc, quia omne corpus simplex habet locũ naturalẽ: vbi igitur vniuersum esset corpus heterogeneũ, eius partes essent elementa diuersa specie, & corpora simplicia: modò vnicuiq; corpori simplici locus competit peculiaris & vnus. Secunda dubitatio est quia ipse ponit partes talis vniuersi esse contrarias. qđ falsum est de cœlo ipso, cui nihil est contrarium. Rñdet Auer. & hoc non est verum nisi de corporibus quæ mouẽtur motu recto, & hoc significat q̀ perscrutatio eius hic, est de hac natura, qm̃ non apparuit hic aliam naturã esse. Sic igitur dictum Aristo. est verum, supposito cœlo esse eiusdẽ naturæ cũ elementis, donec res hæc perficietur.

Prima dubi.

Secunda dubi.

Solutio Auer.

E

3. Cœli. quo fit vt cœlum ipsum habeat aliquid cõtrarij.

Tertia dubitatio est, quare loca ignis, & terrę sunt terminata, atq; nullo modo conuenientia: at loca mediorum sunt interminata, cũ aquæ sursum & deorsum ferantur, similiter aer? Respondet Auer. hoc pro tanto esse, quia ignis non habet nisi leuitatem tm̃, terra grauitatem solum: ideo loca eorũ sunt definita & valde contraria, aqua verò & aer habent vtrũq;. s. grauitatem & leuitatem: aer.n. est leuis in loco aquæ & terrę, & in grauitate assimilatur aquæ, in leuitate autem assimilatur igni. similiter est aqua, vt quæ grauis in loco ignis & aeris, & leuis in loco terræ. Sic igitur ignis & terra definita habent loca, quia simplices habent motiuas qualitates, intermedia verò indistincta, quia qualitates habẽt mixtas. Sed hic dubitatur, quia tunc aer & aqua componerentur ex terra & igne. propterea Auer. 4. Cœli

Tertia.

Solutio Auer.

Replica.

F

cõm. 26. inquit: Et non est intelligẽdum ex hoc quod dicit, q̀ duæ potentiæ existunt in medijs his, quemadmodum contraria existũt in medio. Verbi gratia, sicut album & nigrum existunt in rubro, qm̃ si ita esset, tũc aqua & aer cõponerentur ex terra & igne: sed est intelligendum, q̀ duæ potentiæ existunt in eis fm̃ comparationem; ex quo non sequitur vt sint composita & reliqua. Simpl. verò autumat media elementa componi ex extremis, & mixta esse etiam ex qualitatibus extremis: quæ res in libro Destructio Destructionum disputata est disputatione prima, in solutione vndecimi dubij, sed in libro de cœli disputabitur melius, quia hic res hæc obiter tacta est. Dubitaretur etiã quarto, cur addidit positionem hãc de elementis, videlicet q̀ extrema non possũt esse infinita, sed media sic? Rñdet Auer. positionẽ hanc esse additam, aut vt ab illa sumat vnũ contrarium corrumpere alterum cum sit fortius illo, aut vt habeat illa esse finita ob locorum determinationẽ, vt fuit dictum in textu. Hæc ex cõmento colligi possunt.

Respon. Auer.

Respõ. Simpl.

Quarta.

Respon. Auer.

Anaxagoras uero de ipsius infiniti quiete absurde loquitur: asserit.n. infinitum ipsum seipsõ firmari, idq; ex eo euenire, quia in seipso est, quando nihil aliud ipsum contineat: quasi ubi aliquid sit, ibi esse aptum consistere.

DILVCI.

Anaxagoras enixus est reddere causam, cur immensum illud chaos imobile esse voluerit. Asserebat enim chaos illud infinitum seipso fulciri, idq; ex eo euenire, quia in seipso est, quippe cum nihil aliud ipsum contineat: quasi vbi aliquid sit asserens, ibi esse aptum consistere: & sic euitare est enixus quæstionem.

Sed hoc non est uerum. nam esse potest aliquid ui alicubi, et non ibi aptum est esse.

H

Sed Arist. hoc absurdum refellit. primò, quia illius fundamentum est falsum, nã non eo loci, in quo quæq; res est, semper naturalis est quies. potest.n. inuita atque vi res aliqua aliquo loco detineri, in quo naturaliter nõ quiescit, vt lapis in tecto pendens: & sic fundamentum falsum est. Auer. autem reducit fulcionem Anaxagoræ ad oppositum: arguit.n. ipse sic, Infinitum non habet locum ad quem moueri possit: igitur quiescit: quiescit alicubi: igitur aptum est quiescere ibi: aptum quiescere ibi, igitur naturaliter quiescit. Reducit igitur argumentum in contrarium, quia propter carẽtiam loci, in quẽ moueri possit, non debemus arguere nisi quietem violentam, vt si gleba descenderet vsq; ad culmen castri, & ibi detineretur, patet eam ibi vi quiescere. Tunc ad formam dicerem, infinitum si esset, quiescere ob carentiam loci ad quem moueri potest. sed negatur, si quiescit,

Qua Auer. Com. 50.

An uerum sit quod infinit[illegible] corporis infini[illegible]to sit caus[illegible] quietis ... [illegible] ... naturali[illegible]

Vide Gra[illegible] deum E[illegible] loc. 9. huiu[illegible]

quiescit, q̄ sit aptum quiescere ibi, quia potest aliquid vi detineri. Hæc ex calce commenti colligi possunt.

DILVCI.

Insuper etiam, quamuis quia maxime non mouetur totum, ob hoc q̄, in seipso firmatur, atq; in seipso est, immobile est necesse est: propter quid tamen non est aptum moueri dicendum erat. Non enim sat est hoc modo dicendo euadere; hac nāq; ratione fieri potest etiā aliud quoduis corpus non moueatur nihil tamen prohibeat esse aptum moueri.

An si esset simpliciter infinitum ipsum esset mobile.

Vide Gratiadei Esc. lec. 9. huius.

Secundò reprehendit Anaxagoram quo ad aliud. arguebat enim, chaos illud infinitum in seipso firmatur, atque in seipso est: igitur est immobile. obijcit modo Arist. dicens: Propter quid tamen non est aptū moueri dicendum erat. Non enim dicendo modo illo, quia in seipso est, sat est euadere: hanc nanque ratione fieri potest etiam aliud quoduis corpus nō moueatur, nihil tamen prohibeat esse aptum moueri. Igitur dicta causa nulla est.

Etiam, cum terra non fertur nec si infinita esset, quatenus coerceretur à medio, tunc non, quia non est aliud ad quod feratur, in medio ipso quiesceret. sed quia nō hoc pacto apta est ferri: liceret tamen dicere terram seipsam fulcire. Quòd si neq; in terra existente infinita hoc causa esset, ut ipsa sit in medio, sed quia grauitatem habet que quidem grauitas manet in medio: similiter infinitum etiam manet in seipso propter quandā aliam causam. & non quia infinitum est, atq; seipsum firmat.

Tertiò reprehendit Anaxagoram quo ad aliud. assignabat enim causam, cur infinitum non mouetur: & dicebat hoc ex eo esse, quia non erat locus extra ipsum, ad quem moueri posset. & ob hoc dicebat ipsum naturaliter quiescere. Contra obiicit, dato q̄ terra nō moueatur, & sit infinita, & coherceatur à medio, quatenus vltra ipsum tendere non potest, nō propter hoc ipsa quiesceret, quia extra eam non est locus ad quem C moueri sit apta, sed ob grauitatem, quæ suapte natura facit quiescere in medio: igitur infinitum ipsum nō ex eo quiescit, quia infinitum non habet locum extra ad quem moueri possit, sed propter aliam quandam causam. Sed quia verba fuerunt in græcis codicibus non parum obscura, vt translationes clariores sint, lege literam, etiam cum terra non fertur, quatenus cohercer etur à medio: neque si infinita esset, ferretur etiā quatenus coherceretur à medio, extra quod nullus esset locus ad quem moueri possit: In medio tamē ipso quiesceret, non quia non est aliud ad qd' ferretur, sed quia non hoc pacto apta est ferri: reliqua verba translationibus perspicua sunt. Nolo tamen ignores me nónulla verba mutasse, vt sensus clariores fierent: vti verbū illud Modo, nam græcè est μάντοι, quod licet sonet sed, aut tamen, hic nullo modo illud sonare pōt. Amplius verbum illud, Tunc græce est ἀλλα, quod latinè sonat sed, hic verò sonat tunc, vt mihi videtur: reliqua vt iacent transtuli. Sic igitur vis rationis est, terra vbi infinita esset, quiesceret in medio, & non propter infinitudinem, sed propter grauitatem, quæ à propria specie quiescit in medio: igitur, si vniuersum infinitū esset, quiesceret non propter infinitudinem, sed aliā ob causam: & ita Anaxagoras absurde ratiocinatus est in huius rei causa. Ex verbis Auer. in præsenti commento colliguntur tres declarationes huius rationis. Prima est, quæ accidunt quiescenti quatenus est quiescens, non sunt causæ per se quietis: sed finitudo & infinitudo accidunt quiescenti quatenus est quiescens: igitur non sunt per se causæ quietis. Minor patet, quia nō est differentia in terra quo ad hoc, q̄ sit finita aut infinita, in A dando q̄ medium est causa quietis terræ, quia siue sic siue non, ipsa terra quiescit in medio, quia grauis, quod à specie in medio residet. Secunda est, quod est causa quietis violentæ, non est per se causa quietis naturalis alicuius: sed infinitudo est causa quietis violentæ, quia facit quiescere omnē locum violenter occupando: igitur non est causa quietis naturalis per se. Tertia ratio q̄ tangitur in calce cōmenti est ad impossibile, si infinitudo est causa quietis per se, tunc oē qd' quiesceret, propterea quiesceret, quia esset infinitū. Tenet consequentia, nam per se est de omni & necessario, dr̄ Primo posteriorū. Hæ tres rōnes colligi possunt in commento.

Quo ad verba.

Sā n a rōnis.

Qua Auer. Comen. 51. Prima ratio Auer.

Secūda ratio.

Tertia ratio.

DILVCI.

Insuper etiam perspicuum est partem quamuis eodem modo quiescere oportere. nā ut infinitum in seipso manet sibiipsi innitens, sic etiā omnis ipsius pars, quāuis sumpseris in seipsa manebit: siquidē totius et partis similaria loca sint, ceu vniuerse terræ atq; glebæ idem est locus infernus, ignis præterea totius et scintillæ ille qui supernus. Quare si ipsius infiniti locus sit in seipso constitutus, ēt partis idē erit: quo fit, ut in seipsa sit.

B

Quarto confutat id, quod Anaxa. dixit, videlicet, q̄ infinitum est in seipso, & ideo quiescit: cōtra arguit (vt mihi videtur) hypotheticè à destructione consequentis sic, si totum illud infinitum est in seipso, vti in loco, tunc quælibet eius pars erit in seipsa, vti in loco. Tenet consequētia, quia in homogeneis vnus est locus totius & partis. Consequens est impossibile, quia pars non occupat omnem locum, vti infinitum illud. Auer. aūt hanc propositionem, videlicet. idem est locus totius & partis, intelligit si pars sit separata à toto, & idem specie & non numero, quia totius locus est maior, partis minor. Hanc interpretationem sumpsit à Themist. & si quis verba bene obseruet, est in textu. ait. n. Arist. Totius. n. & partis ὁμοειδῆ sunt loci, verbū. n. ὁμοειδῆ græcè, sonat latine eiusdem speciei aut similes specie quod nos transtulimus similaria loca vt vteremur vno verbo ad vnum verbum: sed de hac re antea satis dictū est. Sic igitur completa est prima via, qua improbatur infinitum ex parte loci.

Qua Auer. Comen. 52.

C

Dubitare solebam in pueritia, vtrum dato infinito possit sibi competere locus. Nonus expositor (quem alias defendebā) opinatur q̄ infinitū, vt corpus quantum, est in seipso, vti in loco mathematico, non tamē, vt infinitum, est in seipso tāquam in loco naturali. Sed hæc responsio nō placet. quia aut loquitur de loco p se, aut de loco per accidens. Si loquitur de loco per se, sic est falsum, tam vt corpus naturale, q̄ vt corpus mathematicum, qm̄ nihil est extra ipsum quod possit esse locus eius. Si loquitur de loco per accidens etiam infinitum ipsum est in seipso per accidens, vt corpus naturale, vt dicetur de amphora vini, quæ est in amphora vini. 4. huius. Propterea solit⁹ erā aliter dicere, q̄ tenēdo vniuersum locari p se p centrū, vt tenet Auer. in. 4. huius cō. 43. & 45. teneri pōt tale infinitū esse in loco per centrū eius, vt de vniuerso sentit Auer. Tenendo verò pōnem ipsius Themi. q̄ vniuersum est in loco per partes, hoc est, quia partes sunt in loco per se: sic teneri pōt infinitum esse in loco per partes quarū vna esset in alia, & sic in infinitum: veluti ignis in sphera lunæ, & hæc in sphæra Mercurij, & sic in infinitū. Sed Arist. confutauit locum per se, vt ex rationibus perspicuum est: verū res hæc eget vlteriori contemplatione, sed nunc satis.

Dubo Eg. hic Responsio Prima.

Confutatio. Quo hac ratio sit cōtra Anaxagoram. Vide Eg. hic. Secunda responsio.

D

Infinitū si sit, locus erit eius centrum.

DILVCI.

Omnino autem patet fieri non posse, ut simul corpus aliquod dicatur infinitum, et locus aliquis tribuatur corporibus, si oē corpus sensile aut graue sit, aut leue, & siquidē graue ad

medium suapte natura feratur leue verò si sursum: nam infinitum etiam corpus necessario sic erit: At fieri non potest aut ut uniuersum utrumuis, aut utrūq; subeat dimidiū Quo nanq; modo illud diuides, aut quo pacto ipsius infiniti erit hæc quidē pars supra, illa uerò infra uel ultima, uel media erit.

Hæc est secunda ratio sumpta ab ipsius corporis naturalis proprietate: & potest sic cōponi, omne corpus naturale fertur aut sursum, aut deorsum: infinitum per te est corpus naturale: igr̃ fertur aut sursum, aut deorsum. Maior patet per hunc syllogismū, quia omne graue deorsum, oē leue sursum fertur. sed oē corpus naturale est graue vel leue: igitur omne corpus naturale fertur aut sursum aut deorsum. Modo, conclusio est impossibilis, videlicet ꝙ infinitum feratur aut sursum, aut deorsum, & hoc inquit: At fieri non potest aut vt vniuersum vtrumuis, hoc est alterum duorum, vtpote aut graue tm̃, aut leue subeat, aut vt vtrūq; simul dimidiū, F graue videlicet, & leue subeat. Nam quonam modo illud diuides? aut, pro hoc est, quo pacto ipsius infiniti erit, hæc quidē pars supra & leuis, illa verò infra & grauis, aut vltima media, quæ sit grauis vel leuis: Hoc.n. fieri non potest, cum in ipso infinito nihil sit prius nihil postea: & ita nihil medium: & hoc pacto litera resolui potest in syllogismos.

Qua Auer. Com. 53.

Infinitum nec graue nec leue est, neq; ex his mistū, nec sursū vel deorsum ferri pōt.

Auer. verò in p̄senti cōmento declarat tria aliquantulum vltra literam. Primum est, ꝙ neq; si graue neq; leue: nam si esset graue, tunc in rerum natura nullum aliud est corpus leue: nā infinitū totum occuparet, & nihil aliud extra se pateretur, simili ratione tale infinitum esse non potest præcise leue, quia nullum aliud in mundo esset graue. Secundò declarat non posse esse ẛm dimidium graue, & ẛm dimidium leue, qm̃ impossibile est diuidere infinitū in duo dimidia æqualia, cū G primo, quia vtraq; pars esset infinita, & ita pars æqualis toti, tum scd̃o quia vnum infinitū esset extra aliud, quia alterum dimidium quod est infinitum, est extra aliud etiam infinitum. etiam tertio, quia infinitum est quod ẛm omnem dimensionem est tale, vt disputatum est supra. modo nullum dimidium potest esse ẛm oēm dimensionem tale. Tertiò declarat, ꝙ infinitum non potest moueri neq; sursum neq; deorsum, nam sursum & deorsum sunt termini motuum: modo infinitum nō mouetur nisi motu infinito. Ait tamen sursum & deorsum esse fines motuum finitorum patere per se, sed in libro cœli declaratur ad maiorem confirmationem, si id est manifestum per se, aut est probādum si est per se ignotum: quid tamen sit videtur reponi inter per se nota. Hæc colliguntur ab Auer.

DILVCI.

H *Præterea omne corpus sensile in loco est, loci uerò differentiæ ac species sunt sursum & deorsum, ante & retro, dextrum ac sinistrum: quæ quidem non solū nostra ex parte sunt positioneq́;, sed in ipso uniuerso distinctæ. at tales ipsi infinito inesse non possunt.*

Tertio arguit ex parte loci dr̃iarum sic, omne corpus est sursum aut deorsum, ante, aut retro, in dextro aut in sinistro: sed nullum infinitū esse potest in aliquo horū: igitur nullum infinitum est. Minorē supponit vt notam, maiorem probat, quia hæ sunt differētiæ loci.

Qua Auer. Comen. 54.

Vide & Burle. hoc.

Auer. vero presenti cōmento parte illa, sed, si intellexerimus, facit digressionē. vbi debes scire, vt dicetur 4. huius cō. 5. ꝙ differentiæ loci possunt dupliciter considerari, aut vt partes, aut vt dr̃iæ, siue species, hoc est, vt vbi atq; termini motuum. Si vt partes sic sunt in ipso E vniuerso naturaliter distinctæ: qm̃ mundus habet dextrum & sinistrum, ante & retro, sursum atq; deorsum: dextrum quidem mundi ortus est, sinistrum occasus: ante vero culmen, retro vero imum: sursum vero austrū, septentrio deorsum, vt declaratur. 2. cœli cō. 15. Si vero vt termini motuum, siue vt vbi, hoc est, vt species vel differentiæ, sic duæ tm̃ sunt natura distinctæ, videlicet sursum cœli, hoc est, concauū, deorsum centrum, cęteræ vero ad nos habentur. Quærit igitur primo cum asserit loci differētias esse sex, quid ipse velit, an partes, an vbi siue species: & probat primo, ꝙ nō intelligit vbi siue species, quia tunc loci differentiæ erunt sex, contra ea quæ dicta sunt in libro Cœli, vbi dictum est illa esse duo tm̃, sursum, s. & deorsum. Posset responderi huic, ꝙ duæ sunt species naturales, sed sex quo ad nos. contra obijcit & inquit. Et ipse expressit hic ꝙ istæ differentię sunt naturaliter, non positione: igitur expositio nulla.

Positionis differentiæ, vel sumuntur vt partes, & sic determinantur in uniuerso naturaliter, vel autē sunt species vbi, vel terminus motus, tamē duo ex illis in uniuerso terminata sunt, videlicet sursum et deorsum, cætera vero tantum respectu nostro.

Propterea epilogando rationem inquit, Quare si intellexerimus per sursum locum ignis & aeris, per deorsum locum terræ & aquę, vt exponunt Them. & alij & ipse, sequitur quæstio hæc, siue hoc impossibile, ꝙ dextrū & sinistrum, ante & retro sint loca naturalia in mūdo: contra declarata in Cœlo & mundo. deinde ibi: {Et si intellexerimus.} Arguit ad oppositum & probat, ꝙ p̄ eisdem sex differentias non potest intelligere partes, quia tunc dictum istud non esset verum, nisi de corporibus animatis, vt habetur in libro cœli: sola.n. animata habent has sex loci partes: & ita quæstio videtur ambigua pro vtraq; parte, deinde ibi: Ad hoc autem, Soluit: & licet quid velit Auer. non pateat, tamen (vt mihi apparet) velle videtur, ꝙ hæc sex insunt corporibus vt partes, & ita non differētias positionis, sed partes intelligit. Et pro intellectu verborum debes scire ꝙ hæc sex, vt partes indistinctæ, insunt omnibus corporibus per se & absolute, & non in respectu: per se quidē, quia omne corpus mūdi est aut dextrum aut sinistrum, aut genus: nō in respectu vero, quia vt partes sunt aut mēbra aut virtutes, vt dicemus in. 4. vt vero partes oppositæ, videlicet dextrum & sinistrum, ante & retro, sursum & deorsum: quia vt sic opponitur, absolute quidē solis animantibus competunt artificiosis per similitudinem, naturalibus corporibus per respectum: ita vt partes insunt omnibus per se, vt oppositæ solis animantibus inesse videntur, cæteris aut similitudine aut respectu: & hoc inquit. Ad hoc autem dicamus ꝙ istæ partes, subaudi non opposito modo sumptæ, insunt per se omni corpori, & non in respectu horum, siquidem absolute omne corpus aut dextrū aut sinistrum aut id genus sit: sed hæ quatenus oppositæ, dextrum & sinistrū, & sursum & deorsum. ante & retro, & quatenus sunt naturaliter distinctæ, nō inueniuntur nisi in rebus animātibus: & ita partes hæ, vt indistinctæ, sunt in cunctis, vt oppositæ & distinctæ non nisi animātibus competūt. Tunc ad propositum, hæc sex infinito non insunt neq; quatenus partes, neq; quatenus oppositæ, applicat sententiam verbis, & sermo patet. Deinde ibi: Sed quæret aliquis. mouet circa solutionem aliam quæstionem, quā ex textu isto videtur ꝙ mundus sit in loco, quia asserit ex sex esse distincta in toto. i. mundo: modo nō possunt esse hæc distincta in toto, nisi ille sit in loco: at in. 4. huius dicit mundum non esse in loco nisi per accidens, igitur est cōtradictio. R̃ndet Auer. ꝙ licet mundus nō sit in loco per se, quia tamē istę differentię loci sunt per se in partibus mundi, ideo mūdus est in loco rōne partium,

Solutio Auer.

Mundus quō est in loco.

tium, vt videbitur in.4. est igitur solutio q̃ ista sex qua tenus partes oppositæ in loco, sunt in mundo partiũ, per se quatenus mundus: & ratione partiũ mundus est in loco. Animaduersione dignum, in mundo has sex virtutes esse quatenus sunt animæ potestates, quibus ip sa incipit motum, terminat, continuat, atq; circumuo luit: nã cœli & vniuersi anima per dextreitatis vim, mo tum incipit, propter illã sinistreitatis, ipsum terminat, per illam anterioris, continuat motum, per illam poste rioris circumuoluit, per sursum ac deorsum vti p axes motum sustentat: sed de his in.4. Hæc nũc dicta satis.

Nota positionis differentias quomodo motum respectat.

DILVCI.

Etiam simpliciter impossibile est locũ infinitum esse: in lo co autem est omne corpus: impossibile est corpus aliquod infi nitum esse. At vero quod alicubi est, in loco est: & quod in lo co est, alicubi est. Si igitur infinitum quantum esse non potest, (nam quantum erit quoddam, ut bicubitum aut tricubitũ, hæc enim significat ipsum quantum:) sic & quod est in loco, id ali cubi est, hoc est, aut sursum aut deorsum, aut in aliqua alia differentiarum sex, quarum unaquaq; finis est quidam. Quod igitur actu corpus infinitum non sit ex his perspicuum est.

An possit esse aliquod corpus actu infinitum. Vide Iand. q. 10. huius. & Alb. de saxo. q. 1. huius.

Quarto Arist. syllogizat sic, impossibile est locum infinitum esse: omne corpus est in loco: igitur impos sibile est corpus aliquod infinitum esse. Probat maio rem, & huius probatio consistit in hoc, si locus est infi nitus, aliquis locus est infinitus, vt si quantum est infini tum, aliquod quantum est infinitũ. Sed nullus locus est infinitus, quia neq; supremus neq; infernus, neq; ali quis id genus, qm̃ quilibet est finis alicuius distantiæ: quemadmodum etiam nullum quantum est infinitũ, vt neq; tricubitum, neq; bicubitum. Igitur locus non infinitus: quæ fuit maior, vnde probationẽ hanc ponit hoc modo, At vero quod alicubi est, in loco est, & ẽ cõ tra etiam, quod est in loco, est alicubi, hoc est, in aliquo loco: veluti supple si quantum est infinitum, quantum erit quoddam, vt bicubitum aut tricubitũ, (hæc.n. vti species significat ipsum quãtum, quod est genus) sic & quod est in loco, id alicubi est, hoc est, aut sursum aut deorsum, aut in aliqua alia differentiarũ sex, quarũ vna quæq; finis est quidam alicuius interualli, vt locus sur sum finis est spatij à centro ad concauum, & similiter alij. Epilogat, & sermo patet.

Quo Auer. Comen. 55.

Auer. vero de textu facit duas partes, quarũ primam resoluit in duos syllogismos hoc modo, nullus locus est infinitus: omne corpus est in loco: igitur nullũ cor pus est in loco infinito. Secundus est, nullũ corpus est in loco infinito: omne infinitũ est in loco infinito: igi tur in secunda figura, nullũ corpus est infinitũ. Maiorẽ primi syllogismi vult probari in textu dupliciter, pri mo sic, oĩs differẽtia loci est finita: supius & inferius & id genus sunt differentiæ loci: igiť finitæ sunt. Secun do sic, omnis species loci est finita: superi⁹ & inferius & id genus sunt species loci: igiť finita sunt. Hæc est vna expositio Auer. Alia expositio vult per illa sex, nõ spe cies sine differẽtias loci sed partes integrales, quas vbi tates vocat. & tunc syllogismus est, omne, cuius partes sunt in loci partibus finitis, est finitũ: omne corpus sen sile est cuius partes sunt in partibus loci finitis: igitur omne corpus sensile est finitũ. Hæc sunt, quę ab Auer. colligi possunt. Sed hæc expositio, vt mihi videtur, licet sit vera, non tñ est ad textum: primo. n. in textu non est nisi vnus syllogismus, & probatio maioris illius, vt legi mus. Secũdo, nõ est duplex probatio maioris, vt Auer. legit, quia græcus textus non est copulatiuus sed aduer satiuus. Tertio, per illa sex non videtur posse intellige-

Reprehensio.

A re partes integrales, vt sensit in secũda expositione: nã Alicubi quod græce est πὸ sonat in aliquo loco: modo hoc pronomẽ aliquis nõ solet addi nisi speciei vel parti subiectiuæ, propterea exponẽdus est textus, vt Themi stius sensit, de parte subiectiua, siue de specie, vt nos ex posuimus. Hæc mihi videntur.

At vero q̃ plura emergant impossibilia, si non sit penitus infinitum, perspicuum est. Temporis. n. erit aliquod principiũ atq; finis. & magnitudines non erunt in magnitudines sectiles & numerus etiam infinitus non erit. Cum igitur his sic deter minatis neutrum eorum ob hæc, uidelicet quæ diximus, contin gere uideatur, perspicuum quoque erit partim quidem id esse, partim uerò non esse.

DILVCI.

Arguit in contrarium, quia plura, negato infinito, penitus sequuntur impossibilia. & primo sequitur con tra Physicos, q̃ temporis erit principiũ & finis: hoc. n.

B pro tanto est impossibile, pro quanto Physici tenent mundum æternũ. Secundo contra Geometras, q̃ ma gnitudines non erũt sectiles in magnitudines, quia erit deuenire ad inuisibilia. Tertio cõtra Arithmeticos, q̃ numerus nõ crescet per appositionẽ in infinitũ. ꝓ pterea inquit, Cum igitur ijs sic determinatis neutrum eorum (ob hæc videlicet quæ diximus) contingere vi detur, hoc est, cum ambæ contrariæ sint falsę, videlicet nullo modo infinitum est, omni modo infinitum est: perspicuum quoq; erit partim quidem id esse verum, partim vero non esse verum: & ita erunt hæ subcon trariæ simul veræ, videlicet aliquo modo infinitũ est, aliquo modo infinitum non est. Animaduersione di gnum, tria esse principia præcipua. In Naturali quidẽ philosophia tempus esse æternum. quo & motores cœ lorũ æternos, & impatibiles nanciscetur Arist. in Octa

An aliqua dimensio sit infinita. Vide Alb. de saxo. q̃. 12. huius.

An sit aliqua multitudo simpliciter infinitum. Vide Iãdu. q. 11. huius. Vide ut Can. q. 3. huius ar ticu. 2.

C uo huius. quo etiam principio vtitur q̃ Metaphysicus, quatenus eo sumpto multa tradit de eius subiecto. In Geometria, magnitudinem siue continuum esse diuisi bile in infinitũ. quo ablato tota geometria, tollitur. In Arithmetica vero, numerum appositione crescere in infinitum, quo etiam principio conclusiones arithme ticæ sequuntur. Recte igitur hæc tria sumpsit Arist. Se cundo animaduersione dignum, vt in libro de interpre tatione diximus, quoties cõtraria sunt simul falsa, sem per esse subcontrarias simul veras. veluti quia hæ sunt ambæ falsę, oĩs hõ albus est, null⁹ hõ albus est, sequitur q̃ aliquis hõ albus est, & aliquis hõ albus nõ est: cũ igi tur determinatũ est has esse simul falsas, omni mõ infi nitum est, nullo modo infinitum est, propter rationes tactas, iure sequitur has esse simul veras, aliquo modo infinitum est, aliquo mõ infinitum non est. Restat igi

Animaduersio consequentiã.

D tur solum exponere quo nã modo hæ sint simul veræ.

Dicitur itaq; infinitum esse, uno quidem modo actu, alio ue ro potestate: quod etiam uno quidem modo additione est. alio uero diuisione etiam existit. Itaq; magnitudo actu quidem infi finita non est, uti diximus, diuisione aũt est nõ est difficile lineas indiuiduas refellere: restat igitur infinitum potestate esse.

Ad verificandas illas subcontrarias præmittit distin ctionem & inquit. Dicitur itaq; infinitũ esse, vno qui dem modo actu, alio vero potestate. rursus infinitum potestate, vno modo est additione, vt in numeris, alio modo diuisione vt in continuo. Tunc ad rem venien do, illæ subcontrariæ sunt simul veræ, qm̃ magnitudo actu quidẽ infinita non est, vti diximus, diuisione aũt est, quia non est admodum difficile lineas, quas ponũt Platonici, indiuiduas refellere, vt dicetur in.6. qua rõ ne fit vt infinitum in rerum natura sit potestate. actu vero

Infinitum in actu nõ est, sed in potentia ad actũ non sim per tota eodem titulo.

vero non sit. Numerus.n.ex ea parte qua infinitus est, potestate additionis infinitus est: magnitudo vero potestate diuisionis: at tempus quatenus continuum potestate diuisionis, quatenus numerus potestate additionis: est enim tempus & continuum & numerus: vt dicetur in.4.huius.

Qua Auer. com.56.

Auer. autem vult numerum esse in additione infinitum esse per se notum: propterea nullibi Arist. probauit, at magnitudinem esse diuisione infinitam egere probatione. Propterea in.6.declaratur: in tẽpore vero latet non ex ea parte qua tempus est, aut numerus, aut magnitudo: sed ex ea parte qua eius substantia latet. Propterea in Quarto & Octauo probabitur: reliqua quæ dicit inutilia sunt.

DILVCI.

Non oportet autem infinitum potestate ens, sic accipere ut actu demum fiat, quemadmodum si potest hoc statua esse, demum etiam hoc statua sit. Sed cum multifariam aliquid esse dicatur, sic quoq; ipsum infinitum erit, perinde ut dies atq; ludus, ex eo quia semper aliud atq; aliud fit. nam in his est ut potestate esse & actu: sunt.n.ludus ac olympia, & quia fieri non possunt, & quia fiunt.

Esse potestate contingit vt esse actu. est autem actus siue esse vno modo perfecte, quia, vt Them.inquit, cũ primum aduenit potestas extinguitur atq; totaliter deletur. Alio modo imperfecte, quia etiam adueniente adhuc potest esse, ceu dies & ludus. igitur potestate esse vno modo est ad actum perfectum, alio modo ad actum imperfectum. Tunc ad rem venio, cum Aristo. dixisset infinitum esse in rerum natura, non actu, sed potestate inquit: Non oportet autem infinitum ens sic accipere, vt actu demum fiat, in quo esset omnis potestas, quemadmodum si potest hoc statua esse, demum etiam hoc statua sit. Igitur infinitum esse potestate, nõ est accipiendo potestatem ad actum perfectum, sed cũ multifariam aliquid esse dicatur, videlicet perfecte & imperfecte, sic quoq; ipsum infinitum. Perinde, vt dies atque ludus ex eo quia semper aliud atq; aliud fit. Nam in his est & potestate esse & actu: sunt.n.ludus & olympia, & quia fieri possunt, & quia actu fiunt: & ita potestas accipitur vt est ad actum imperfectum. Breuiter igitur infinitum non actu est, sed potestate, & potestate non quidem ad actum perfectum, sed ad actum imperfectum: in quo quidem est semper aliquid factum, aliquid potestate fieri, atq; actu quicquam, aliud potestate.

Translationes quales.

Quod vero ad translationes attinet, scias nos nihil addidisse nihilq; imminuisse, nec verbum vllum vsurpasse, sed orationes mutaui, vt sensus clariores essent: nam in græco modo illo clarior oratio habetur, quæ ad nos non ita sonare, vt parum in græcis literis Peritis patet.

Aliter autem in tempore ipso, atq; in hominibus infinitudo ipsa patet, aliter in diuisione magnitudinum. Generatim nanq; infinitudo hoc modo est, ut semper aliud atq; aliud sumatur. Nam licet id, quod accipitur, sit semper finitum, semper tamen aliud atque aliud est.

An magnitudo sit diuisibilis in infinitũ. Vide Iandu. q.12. huius.

Placet mihi expõ Thomæ in hoc loco, quicquid dicat Auer. quod Aristo: videlicet comparet infinita inuicem, & primo infinitum temporis siue generationis ad infinitum quod est in magnitudinibus. Preponit tñ primo intentionem, & inquit: Aliter autem in tempore ipso, atq; in hominibus infinitudo ipsa patet, aliter in diuisione magnitudinum. hæc est intentio; & per homines innuit infinitudinem in gñatione, & per tempus infinitudinem in mensura. Deinde accipit quo-

E dam cõe omnibus infinitis, & inquit: Generatim nãq; ratio infiniti siue infinitudo ipsa hoc modo in oĩbus est, vt semper aliud atq; aliud sumatur. Nam licet id quod accipitur sit semper finitum, semper tamen aliud atq; aliud est. hæc est ratio communis omnibus infinitis, videlicet vt semper quantũcunq; accipientibus restet aliquid accipere.

Qua Aue. comen.57.

Auer. autem declarat multa, primo, quonam modo infinitum est potestate, & quonam modo actu: & vult infinitum esse potestate, non quidem ad actum simpliciter, ad quem exeundo cessat omnis potestas, veluti de idolo & cupro patet. Est vero actu, hoc est, extra nihil aliquantulum in re, quatenus est in actu permixto potestati. Hoc autem declarat ex rerum differentia, nam rerum aliæ sunt simpliciter actu, quæcunq; cum sint, cessat potentia ad esse: aliæ omnino potestate, vt
F materia & priuatio, aliæ in actu admixto potentiæ, vt motus, tempus, & id genus. Ad propositum, infinitum est de genere eorum, quæ habent actum potentiæ admixtum. Secundo declarat quonam modo infinitum se habeat ad ens, quod habet actum potentiæ admixtum: & vult q̃ sit aut accidens illius, vr̃.n.accidere infinitudo ipsa ipsi enti, quod habet actum potentię admixtum, quatenus non est de ratione illius: aut, vt dicit, vr̃ esse species eius, cui magis adhæret, quia ens in actu hoc modo vr̃ esse vniuersalius infinito ipso, cum etiam prædicetur definito. Multiplicat etiam expositiones Auer. frustra, quia procedunt ex malis translationibus. Tertio in calce commenti vult rationem infiniti esse in semper accipiendo, quam omnibus conuenire autumat: verum hoc accipere potest esse aut mente, veluti fit in numero & magnitudine, aut re, vt
G fit in tpe & motu, in quibus vna parte abiecta, semper alia emergit in re. Hæc ex commento colligi possunt.

DILVCI.

Adhuc autem, cum esse multifariam dicatur, infinitum, nimirum ipsum non sic oportet sumere, perinde ut hoc aliquid, ceu hominem aut domum, sed ut dies dicitur atq; ludus: quorum esse non exortum est ut substantia quædam, sed ut id quod in generatione semper atq; corruptione consistit finitum quidem, sed aliud atq; aliud semper.

Secundum cõe omnibus infinitis sumit ex hoc, q̃ non oportet ipsum infinitum esse actu substantiali, vt indiuiduum & hoc aliquid, sed vt dies ac ludus: quorũ esse non exortum est vt substantia quædam indiuidua & hoc aliquid, sed vt id quod in generatione semper atq; corruptione consistit finitum quidem, sed aliud atque aliud semper. Hoc est secundum commune omnibus infinitis.

H *Verum in magnitudinibus quidem hoc accidit, permanente eo quod sumitur: in hominibus autem atq; tempore corruptis, quæ sumantur, ita ut non deficiant.*

Auer.cõ 58. An q̃ aliquã potentiam possibile sit ab aliquo numeratu actu aliter infinitum. Et an possibile sit esse aliquã magnitudinem actualiter infinitã. Vide Corsum parisie n.q.2. huius.

His suppositis, nunc comparat infinitum in tempore siue in generatione, ad infinitum in magnitudine. & inquit, Verum in magnitudinibus quidem hoc accidit, permanente eo quod sumitur, hominibus vero atq; tempore corruptis quæ sumuntur, ita vt nunquam deficiant: Hæc differentia ac comparatio.

Auer. vero vult Aristo. hactenus declarasse quonam modo infinitum est, & q̃, cum voluerit declarare quonam modo additio & diminutio inueniantur in infinito, reuersus est à principio rememorare essentiam infiniti, & distinguit actum, qui est in eo, ab alijs actibus entium, sicut distinxit potentiam ab alijs potentijs. Est igitur expositio q̃ Arist. declarat quonam modo infinitum

nitum sit in actu, vtrum sit in actu, non quo cæteræ res sunt in actu, an alio modo, vtpote infinitum in actu mixto potentiæ, cæteræ res in actu puro, quemadmodum declarauit quonam modo infinitum sit ens potestate. Hæc expositio, licet videatur vtilis, non tamen conuenit textui, vt patet legẽti ordinem & verba textus. Vlterius Auer. ait ens trifariam dici, aut actu puro, aut potentia pura, aut sm compositionem, hoc est, participationem actus & potentiæ: & ita vult infinitum esse ens mixtum ex potentia & actu, & hoc est genus eius. Hæc ex commento.

DILVCI. *At uero infinitum quod in additione, & quod in diuisione est, idem quodammodo est: fit. n. in magnitudine finita per additionem è contra. Nam quatenus diuiditur, consideratur in infinitum demptio, sic cum additur, ad magnitudinem determinatam uidetur adiectio.*

B

The. expositio. Doctissimus Themist. medullitus literam attingere solutorie eam paraphrasizat. vult, & Arist. probare non solum in diuisione, sed etiam in adiectione infinitudinem conspici. Nam, si quantum de finita magnitudine demeris, tantũdem alteri adieceris, quemadmodum exibit in infinitum ademptio, ita exibit in infinitũ adiectio, ita vt sectioni adiectio quasi ex altera parte respondeat, vt quicquid hinc est demptum, illinc appositum videatur. Hæc est expositio Themist.

Expõ Auer. Magis vero ad verbum Auer. quem expositores sequuntur, vr̃ exponere, videlicet q vult comparare inter infinitum ĩ additione, & infinitum in diuisione penes differentiam & cõuenientiam, & hoc proponit dicens: At vero infinitum, quod in additione, & quod in diuisione est, idem quodammodo est. hæc est conuenientia. Et quia dixit esse idem quodãmodo, declarat cur adiecit quodammodo, & inquit: Fit. n. subandi infinitum in additione in magnitudine finita per additionẽ econtra. Igitur nõ est simpliciter idem, sed quodammodo, quatenus appositio est diuisio econtra facta. Et declarat quonam modo fit è contra, & inquit: Nam quatenus subaudi magnitudo ipsa diuiditur, consideratur in infinitum dẽptio, sic cum additur ad magnitudinem determinatam vr̃ adiectio. recte igitur dictum est additionem esse è contra diuisionem. Debes scire q diuisionis est ire ad materiã, quatenus est resolutio quædam atq; corruptio, in qua nihil restat præter materiã: propterea diuisio proficiscitur ad infinitum & materiam, quæ capacitate est infinita: appositio est generatio, propterea proficiscitur ad formam, quæ finis est generationis: ideo est ire ad finitum. Hinc fit vt appositio sit per se finita, quatenus generatio est in formam, per accidens est infinita, quatenus est diuisio vice versa fa-

D

cta: At diuisio per se est infinita, quatenus corruptio est atq; resolutio in materiam, per accidens vero est finita, quatenus cum appositione coincidit. Recte igitur dictum est additionem esse quodammodo diuisionem, & vice versa factam.

Appositio per se finita est, per accidens infinita. Diuisio autem per se infinita, per accidens finita.


Etenim si quis in magnitudine finita, definita magnitudine sumpta eadem aliam accipiet ratione, non eandem totius magnitudinem sumens, non pertransibit unquam magnitudinem illam finitam. Sin uero hoc modo rationem adaugeat, ut semper magnitudinem eandem sumat, pertransibit tandem, propterea q omne infinitum quouis consumitur finito.

Videtur Aristo. vt placet Themist. soluere contingẽtem dubitationem. nam quæri potest, an omnis sectio siue diuisio, & oĩs adiectio possit esse infinita. Vbi debes scire, vt pulchre à Themist. colligitur, q diuisio

A

magnitudinis fieri potest aut seruata eadem proportione, vt si acceptam quantitatem primum dimidiaueris, atq; subinde in dimidia alia diuidas id quod reliquũ est, & rursus de residuo idem facias, eandem proportionem seruare videberis: Aut fieri potest seruata eadem quantitate, vt si semper æquales portiones magnitudinis deseces. Tunc respondet q diuisio & additio omnis infinita est, quoties non eadem quantitate seruata diuidas magnitudinem, sed eadem proportione seruata. Nam, si semper æquales portiones magnitudinis deseces, aliquando vniuersam exhauries: propterea secanda est magnitudo vt in infinitum abeat, eadem proportione, non eadem quantitate partium seruata. Hæc optima expositio partis.

Eadem proportio. *Eadem quantitas.*



DILVCI. *Alio igitur modo non est infinitum in rebus, sed hoc modo potestate uidelicet atq; diuisione, actu uero etiam, ueluti diem ac ludum dicimus esse: & potestate hoc pacto est ut materia, & non per se ut ipsum finitum. Et additione igitur hoc modo potestate infinitum est, quod quidem aliqua ex parte dicimus idem esse ei quod in diuisione est: quippe cum semper aliquid ipsius sit extra sumendum.*

C

Concludit nunc in vtrisq; conuenientiam: & vult, q infinitudo insit vtrisq; potestate, non autem actu, nisi modo quo diem & ludum dicimus esse actu. & qm̃ multifariam est aliquid potestate. Et ne sit contentio nominis, addit: Et potestate hoc pacto est vt materia, & non per se, vt ipsum finitum sine forma. Additione igitur hoc modo potestate infinitum est, quod quidẽ aliqua ex parte dicimus idem esse, ei quod in diuisione consistit, quippe cum semper aliquid ipsius sit extra sumendum. Quonam modo hæc sint quodam modo eadem, nunc ex iis patet. Animaduersione dignum, vt ex commento colligitur, q materia est similis infinito, quatenus esse eius est in potentia, quod materiæ competit: at forma est similis finito, quatenus esse eius est in actu, quod competit formæ: propterea recte infinitum materiæ comparauit, finitum vero formæ.

Qua Auerro. com 59. Infinitum materia, finitum forma tribuitur.

D

Non tamen omnem finitam exuperat magnitudinem, ut in diuisione, in qua omnem finitam exuperat atq; minor est.

Data est similitudo, nunc dat differentiam inter illa: quę est, q in appositione non licet qualubet addita adhuc addere maiorem, cum sit deuenire ad quãtitatem mundi siue cœli vltimi, qua maior dari non potest: at in diuisione qualubet data, semper est dare minorem, & minorem in infinitum: propterea cum ait, In qua omnem exuperat finitam. intellige in minoritate, propter hoc. n. addit, atq; minor est. Sic igitur in appositione non licet qualubet data dare maiorem, in diuisione vero licet qualubet data dare minorem.

An per appositionẽ in magnitudine non excedatur omnis magnitudo determinata.

Vide Gratiadeum Escu. lec. 10. huius.

Igitur ut omnem in additione exuperet, neq; potestate esse potest, siquidem non sit per accidens actu infinitum. quale Naturales corpus infinitum asserunt extra mundum, cuius substantia aer est, aut aliquod id genus infinitum. Itaq; si infinitũ

actu

actu sensile corpus hoc pacto esse non potest, perspicuum est neque per additionem posse esse hac ratione potestate infinitum, nisi, ut dictum est, obuersaria diuisioni.

Infinitum in additione neque actu, neq; potestate est, nisi obuersaria diuisioni.

Hactenus ꝙ qualibet data magnitudine non sit semper dare actu maiorem, ex differentia inter diuisionem & additionem syllogizauit: nunc concludit, ꝙ neq; potestate, & hoc proponit & inquit: Igitur, vt omnem in additione exuperet, neq; potestate esse potest, siquidem non sit per accidens actu infinitum, quale Naturales asserunt extra mundum: cuius substãtia aer est, aut aliquod id genus infinitum. Demum epilogat, quod translatione patet. Debes scire ꝙ additio potest considerari vt obuersaria diuisioni hoc modo, ꝙ q̃tum de finita magnitudine demeris tantũdem alteri adijceris, & hoc modo potestate potest ire in infinitum, perinde vt ipsa diuisio: & ex hac non sequitur vt detur aliquid maius magnitudine cœli. Alio modo considerari potest absolute, & sic non potest actu neq; potestate crescere in infinitum, quia non possumus excedere magnitudinem cœli. Propter hæc adiecit Aristo. nisi (vt dictum est) obuersaria diuisioni, qua rõne non sequitur aliquod esse maius cœlo, quippe cum hæc viceuersaria additio fieri posit ex diuisione finiti in infinitum, quæ nunquam potest augeri vltra magnitudinem eius, è quo fit diuisio.

Qua Auerro. com. 60.

Auer. vero multa addit non inutilia. nec ab re. Primum est syllogismus, quem sic componit, si magnitudo potest esse maior qualibet magnitudine, potest infinitum esse aliqñ in actu: sed non potest infinitum vllũ esse actu: igitur magnitudo non potest esse maior qualibet magnitudine. Maior patet. quia si potest magnitudo esse maior qualibet magnitudine, aliqñ erit ita, aliter possibile nunquam erit: & si hoc est, patet illud esse magnitudinem infinitam. Secundum est, cur non sequitur idem in diminutione, videlicet, ꝙ, si magnitudo põt esse minor qualibet, aliqñ erit. & assignat duas causas dissimilitudinis. Prima est, quia possibile est aliquid diminui in infinitum, & non accidit impossibile si nõ diminuatur, immo si diminuatur, fit impossibile, quia aut diuisio cessabit ad nihil, aut ad aliquod indiuisibile. Nã si diminutio venit vsquequo venire potest, aut restat quicquã, aut nihil: si nihil, habetur altera pars impossibilis: si aliquid, aut diuisibile, aut indiuisibile: si diuisibile, non est facta omnis diuisio: si indiuisibile, habetur altera pars impossibilis. Sic igitur potest quicquam in infinitum diuidi, quod nunquã erit diuisum: & breuis causa est, quia illa potẽtia est permixta actui, & ad actum semper permixtum potentiæ. At, id, quod potest crescere in infinitum quandoque crescet, vti si hoc semper potest esse homo, aliquãdo erit, quia potentia ad crementum est ad actum non permixtum potentiæ, sed ad actum purum ac simplicem. Secũda dissimilitudo est, quæ fortasse est causa proximæ causæ, quia diminui est ire ad nihil, hoc est, diminui est corrumpi, corumpi vero est resolutio ad materiam: igitur diminui est ad actum permixtum potentiæ: id enim, quod vadit ad materiam, vadit ad actum permixtum potentiæ. Crescere vero est generare, generatio est via in formam: igitur est ire ad actum non permixtum potentiæ. Propterea recte dicitur, ꝙ infinitas propter materiam, finitas vero propter formã reperitur: si quidem ire in materiam sit ire ad actum potentiæ admixtum, ire in formam sit ire ad actum purum. Ex ijs patet cur valet hoc, potest crescere in infinitum, igitur aliquãdo

Radix infiniti quod diuisionem sequitur magnitudinis, & eius quod appositioni sequitur.

E crescet: & non valet hoc, potest diminui in infinitum, igitur aliquando diminuetur. Tertium est, quoniã modo infinitum in appositione est econtrario diuisioni, & verificat hoc dupliciter. Vno modo, vt illud, quod ab vna tollitur magnitudine alteri addatur, aut ꝙ magnitudo primo diuidatur in duas medietates, postea diuidatur altera illarum & addatur alteri: vbi patet ꝙ vtroq; modo procedit in infinitum appositio, veluti diuisio, quoniam hęc appositio est viceuersaria diuisioni. Hæc colligũtur ex expositione Auer. circa textum. Deinde mouet quæstionem ibi. Sed est hic quæstio nõ modica, nam vt est vnum principium in Geometria, ꝙ possibile est accipere ab omni linea semper lineam minorem, ita aliud, ꝙ possibile est accipere ad omnem lineam, lineam maiorem. Est igitur qõ, cur Arist. concedit diuisionem magnitudinis procedere in infinitũ, F & negat additionem procedere in infinitum, cum additio procedat in infinitum veluti diuisio? Est igitur difficultas qõnis, cur diuisio procedere potest in infinitum & non additio, cum vtrũq; sit principium apud Geometram. Confirmat qõnem tam per verba Alfarabij, q̃ per verba Auic. Innuit Auerro. solutionem, ꝙ aliter Naturalis considerat magnitudinem, aliter Geometra: Naturalis.n. magnitudinem & id genus considerat, quatenus est terminus & accidens corporis naturalis, at Geometra quatenus abstrahitur è corpore naturali: & tunc dr̃, ꝙ apud Geometram possibile est magnitudinem diminui & crescere in infinitũ, cum ipse considerando abstrahat è materia ipsa: at apud Naturalem, licet possibile sit diminui in infinitum, non est possibile crescere in infinitum. Sed obijcies. tum primo, quia etiam apud Naturalem non potest G magnitudo diminui in infinitum, quia tunc negarentur minima naturalia, quæ vbiq; põnit Auerro. tum secundo, quia veritas non repugnat veritati. Igitur Geometra non debet vti propositionibus, quarum oppositum sentit Naturalis: quare, si Naturalis negat magnitudinem crescere in infinitum, Geometra non debet illam ponere. Innuit solutionem Auer. vbi debes scire, ꝙ magnitudo potest considerari vno modo vt quanta est absolute, & sic est de consideratione Geometræ, qua ratione potest & minui & crescere in infinitum: alio modo, vt in materia absolute, & sic potest diminui in infinitum, qm̃ non repugnat ex parte materiæ diminui quantum in infinitum, qua ratione non sunt minima naturalia: & hæc consideratio est Naturalis. Tertio vt in materia quali siue sensili, & hoc modo repugnat minui & crescere in infinitum, qua ratione datur maximum & minimum: & sic etiam conside H rationis naturalis. Tunc ad primum dico, ꝙ non datur neq; maximum neq; minimum, considerando quantum vt quantum sub consideratione mathematica: & hoc concedit Auer. vbiq;. considerando vero naturaliter ipsum quantum, si quidem ex parte materiæ absolute consideratur, datur maximum & non minimũ, tum quia datur maxima materia, vt illa mundi, & non minima: tum secundo, quia non datur maior linea q̃ sit illa diametri mundi. Si vero ex parte materiæ qualis & sensilis, datur maxima & minima materia, & ita cõceditur minimum & maximum: quo fit vt non sub qualcunq; naturali consideratione detur minimum & maximum. Hæc ad primum. Ad secundum dicẽdum ꝙ eadem propositio nunquam potest esse vera respectu vnius, & falsa respectu alterius eodem modo, sed bene

Quæstio. Auer.

Solutio.

Replic. Prima.

Secunda.

Solutio.

Solutio ad primum.

Solutio ad secundum.

bene modo diuerso, vt in proposito: est.n.hæc vera, magnitudo potest crescere in infinitum, accipiendo magnitudinem in eo ꝙ magnitudo: nam vt sic est res opinabilis,& penitus sine materia. at quatenus in materia vel in materia sensili, non potest crescere in infinitum:sunt.n.diuersæ rationes,vt homo quatenus aïal est sensilis, quatenus rationalis est capax disciplinæ. Quòd autem eiusmodi propositiones opinabiles sint veræ,licet nõ sint sic in materia,probat exemplis. nam Geometra imaginatur figuras habere positionẽ. punctum motum facere lineam,& id genus, quorum nullum est in re ipsa. Hæc colliguntur ex commento,licet aliquantulum obscure.

Dubitationes Iuniorum. Prima. Secunda. Vide sup. loc. Dubitant iuniores satis pulchre,primo cur valet, in cremento potest crescere in infinitum magnitudo,igitur crescet: & non de diminutione, potest diminui in infinitum,igitur diminuetur? Secundo non vř ꝙ causa diminutionis in infinitum sit ipsa materia, tum quia si poneretur magnitudo separata prorsus à materia, adhuc esset diuisibilis in infinitum: igitur non materia est causa illius: tũ etiam quia cœlum caret materia, quod tñ est diuisibile in infinitum. Tertia. Tertio dubitatur quia non vř ꝙ finitas per formam reperiatur, nam forma & materia sibi correspondent, igitur si potest materia diuidi in infinitum,etiam forma poterit. Quarta. Quarto dubitant quia non vř ꝙ augeri sit ire ad formam, quia id augetur quod plus & plus de ipsa materia acquirit, vt in libro de Generatione dictum est. Solutio Iuniorum. Iuniores bene dubitant, sed male satisfaciunt ad quæsita. Afferunt.n. duas causas cur de cremento valet,& non de diminutione, quarum prima est quia non potest maior dimẽsio esse nec generari illa, quæ nunc est, quia dimensio est æterna materiæ: bene tñ potest dimensio diminui, quia ex illa non sequitur impossibile. Secundo, quia ex omnibus possibilitatibus ad crementum effici potest vna possibilitas totalis, quæ debet reduci ad actũ, vt aliqua illarum, non tñ ex omnibus possibilitatibus ad diminutionem effici potest vna possibilitas totalis: ideo si reducitur ad actum in vna, non est necesse vt reducatur ad actum in omnibus. Sed prima cãpetit principium, adducit.n.æque ignotum pro ratione ad quæsitum. Aduersarius.n.diceret dimensionem posse crescere in infinitum, nonquam tñ esse cretam, vt de diminutione asseritur: & ita adhuc restat causa diuersitatis. Scďa licet sit Auer.infra,etiam friuola vř nisi declaretur, quia adhuc restat dare causam, cur ex oĩbus possibilitatibus ad augmentum sit vna totalis, & non ex omnibus ad diminutionem:hę.n.sunt excogitationes tenues atq; aniles fabulæ. Propria solutio. Potest igiť dici, vt Auer. dicebat, ꝙ augeri est ire ad esse, atq; formã, nam esse, forma,& perfectio idem est. modo per auctionem res proficiscitur ad suiipsius perfectionẽ, quippe cum in maiori quanto maior fit perfectio atq; virtus, cæteris paribus: perfectio vero est forma, actus, & esse, quare per auctionem res currit ad formam. Ex hoc sequitur, ꝙ quantam contingit esse magnitudinem in potentia in mundo,tantam contingit esse actu.nam mundus est perfectus & constat ex omni materia totoq; possibili,quod ad eius facit perfectionem: nulla.n.potest esse perfectio quæ nõ sit in mundo, & ita si potest magnitudo augeri in infinitum, erit qñq; actu aucta, Immo ab æterno aucta fuisset,nisi mundus esset imperfectus. Diminui vero est ũ e in imperfectionem,quia vt in maiori quanto est maior virtus cæteris paribus, sic in minore minor: modo,imperfectio est non esse,priuatio, & materia, & ita ire ad minus est ire ad imperfectionẽ. Ex hoc sequitur contra,ꝙ non quantam contingit minui magnitudinem, tantam contingit esse minutam: quia siue hoc ponatur siue non, mundus semper est æque perfectus. Vtrum vero omne possibile sit reducibile ad actum, & quale, in libro Priorum diximus: quibus patet solutio ad primum,& causa differentiæ.

Solutio Iuniorum. Ad secundum respondent etiam iuniores, ꝙ Auerro. per materiam & formam non partes essentiales compositi intelligit, sed per materiam vult partes quantitatiuas,per formam vero ipsum totum, quod quidem ex illis constat: tunc intelligitur sic, ꝙ diuisibilitas & infinitudo sunt in magnitudine ratione materiæ, hoc est,partium quantitatiuarum,auctio vero ratione formæ,hoc est,ratione totius,quod terminat ipsa auctio, velut diuisio in partes ipsas quãtitatiuas. Confutatio. Per hunc modum soluit omnes dubitationes. Sed banc responsionẽ iuste reprehendunt Noui, primo quia Auer. apertè loquitur de materia accepta pro altera parte compositi, Secundo,quia sic auctio posset esse ratione materiæ in infinitum, quia non repugnat considerando dimensionem in abstracto: hoc autem est contra Auerro. in commento. vt patet legenti. Responsio propria. Propter hæc defendo verbum Auer. vt iacet,ꝙ per materiam & formam intelligit partes essentiales compositi. & ad Primum dico,ꝙ,si poneretur magnitudo separata à materia, esset diuisibilis absq; materia, sed non absq; supplente vicẽ materiæ: agens.n.quod illam separaret habere vicem materiæ, & propterea diuisio est ratione materiæ. Ad hoc catholici inducunt exemplum de sacramento altaris, vbi patet ibi quantitatem esse sine materia, sed Deus supplet vicem illius, & vt materia est causa diuisibilitatis. Ad secundum patet solutio. Auerro.n.non ponit materiam in cœlo fm potentiam ad vtrunq;,sed bene eam materiam quę est in potentia fm dimidium contingentis, & bæc sufficit proposito nostro. Solutio tertia. Ad tertiam dubitationem dici potest,ꝙ aliud est quod diuiditur, aliud ratio diuisionis:id.n.quod diuiditur est materia & forma, quia sibi correspondent, & sunt ipsum totum: sed ratio diuisionis est materia, ratio vero auctionis est forma. Ad quartam dico ꝙ aliud est terminus auctionis, aliud subiectum auctionis. omne.n. quod augetur est quod plus habet de materia ex parte subiecti, at ex parte termini est illud qď habet plus de forma. Multa pulchra anno ꝑterito diximus de hoc q̃sito in primo de Gñatione, q̃ quærat Studiosus lector.

Qua ratione & Plato propterea duo infinita inuexit, ut & alterum in augendo, alterum & in infinitum abeundo atq; decrescendo excellere uideatur. Verum dum facit duo, his non utitur, quippe cum neq; per diuisionem in numeris in infinitum procedatur, unitas enim minimum est: neq; per additionem, usq; nanq; in denarium numerum adauget. DILVCI. An infinitum possit excedi & an sit dare maius ifinito. Vide cano. q. 3. huius ar-tic. 3.

Siue Aristote. narret positionem Platonis nunc, vt eam ex dictis reprehen at, veluti videtur Auer. siue vt per ipsam declaret ea quæ paulo ãte dixerat, inquit: Qua ratione & Plato propterea duo infinita inuexit, magnum videlicet & paruum, vt & alterum augendo, magnum videlicet, alterum & in infinitum abeundo atque decrescendo, paruum.f.excellere videatur. dedit enim hæc duo tanqua m rerum principia, quia ipse cum Pythagora sensit infinitum esse inter principia statuendum. sed inuehit adnersus ipsum,& inquit: Verum dum facit duo,iis duobus non vtitur Vide Iand. q. 2 n huius. Vide Cursum Parisien.q.2. proæmium.

vtitur in assignatione principiorum. Sunt enim numeri apud ipsum principia, in quibus nec per diuisionem nec per additionem proceditur ad infinitum, si quidē per diuisionē status ad vnitatem, quæ est minima: per additionem vero ad denarium inde veluti in orbem alternando reciprocare circulo videtur. Ecce quo modo duo ponit, non tamen duobus vtitur. Sed de positione Platonis hactenus: quia ad rē non est. Hæc de quæstione an sit infinitum ipsum. Solent vero ambigere iuniores an sit infinitum, & alij an possit esse per aliquam potentiam. verum cum in Primo omnes conueniant, ſm vero sit. catholicum quæsitum, iure prætermittimus.

Et an ſeludat repugnātiam ex terminis. Vide cau.q.3 huius art.2. Vide et Sco. di.2.q̄.1.2. & sequaces.

DILVCI.

Apparet autem infinitum esse aliud, quā ut nonnulli asserunt: non.n.id infinitum est, cuius nihil est extra, sed id cuius aliquid semper est extra.

De infiniti. Quiditate. Tractatus.

Hactenus de quæstione an infinitum sit. nunc quid sit disputat: est.n. quæstionum hic ordo naturalis. Animaduersione tamen dignum veteres sic definisse infinitū, q̄ esset id, cuius nihil est extra, cuius proponit modo Arist. intentionem & inquit, Apparet autem infinitum esse aliud q̄ vt nonnulli asserunt: non enim id infinitum est, cuius nihil est extra, sed id cuius aliquid semper est extra. Hæc est intentio partis in genere & in specie. Quod vero ad translationes attinet, verbum Apparet, græce est συμβαίνει quod licet latine sonet accidit, hic vt sensus essent clariores, transtulimus apparet Simili modo verbum illud: Aliud græce est ἐναντίον quod sonat contrarium: nos vero, Aliud, in latinum mutauimus eandem ob causam: quæ quidem ignari volentes seruare ad vnguem, plerunq; falluntur præ stadio: tanta.n. additio textus reddit barbaros & obscuriores.

Translationes

Huius rei indicium est, nam & eos annulos infinitos uocāt, qui fundam non habent, quasi semper sit aliquid extra sumendum. Verum per similitudinem quandam id asserunt, non tamen proprie: oportet enim & hoc esse, & nunquam idem rursus sumi. at in circulo nō ita fit, sed semper quod deinceps est, duntaxat est aliud.

Probat nunc propositam intentionem à signo dicens: Huius rei indicium est, nam & eos annulos infinitos vocant, qui fundam (quæ græce est sphendona, latine etiam pala) non habent, quasi semper sit aliquid extra sumendum. igitur infinitum est extra quod semper est aliquid sumendum. Sed quoniā ex hac definitione sequitur finitum esse infinitum, corrigit exemplum & definitionem, & inquit. Verum per similitudinem quandā id asserunt, non tamen proprie: oportet enim & hoc esse, hoc est, vt semper aliquid sumatur extra, & nunquā eadem rursus sumi, quæ nō fiunt in proposito. Nam in circulo licet nō idem sumatur, tamen mediate idem rursus sumetur. Sic igitur infinitū vtrunq; exigit, & vti semper aliquid extra apprehendi possit, & vti idē nunquā repetatur, quod non est in annulo. Nam licet immediate semper aliud atq; aliud sumatur, tamen aliquando idem repetetur. Est igitur definitio infiniti, infinitum est extra quod semper est aliquid sumendum, & nunquā repetitur idem: hæc est definitionis & exempli correctio.

Qua Auer. Com. 62.

Auer. vero duo inquit. Primum est, q̄ exemplum de annullo non valet temporibus nostris, q̄m, vt diximus, ex illo sequetur finitum esse infinitum. Secundum est, q̄ duo exiguntur ad rationem infiniti, & vt semper sit sumendum aliquid extra, non quidem in imaginatione, sed in re: at vt illud quod semꝑ sumitur, sit aliquid quod nunquam fuit prius, quod quidem non est in cir-

E culo, quia in illo sumitur idem quod prius per reciprocationem. Hæc ex cōmento. Debes scire, q̄ veteres voluerunt totum, oē & infinitum esse idem, & quia totū est id extra quod nihil est, credidere etiam infinitū id esse, extra quod nihil est. At temporibus Arist. positio hæc fuit correcta, nam non est verum totum & oē esse infinitum: ꝓpterea definitio infiniti est, q̄ sit id in quo nūquā idē est sumendū, sed continuo aliud atq; aliud.

Infinitum est id, in quo nunquam idē est sumendū, sed semper aliud atque aliud.

DILVCI.

Infinitum igitur id est, cuius secundum quantitatem accipientibus aliquid semper extra licebit apprehendere.

Ex his infert descriptionem ipsius infiniti, & inquit: Infinitum igitur id est, cuius ſm quantitatem accipiētibus, aliquid semper extra licebit apprehendere. Dixit secundum quantitatem, vt innuat infinitum non nisi in quanto reperiri, quia in quali, vt ait Auer. reperiri nō

An hæc definitio sit conuenienter assignata. Vide Carsum pars.q.2.huius.

F potest. Debes scire q̄ duplex est infinitum in potētia, quod iuniores atq; sorticolæ nō ab re syncategorematice vocant: aliud in actu, quod categorematice appellatur. Infinitum quidem syncategorematice, id est, cuius semper aliquid licet sumere ſm quantitatem alteri communicantem: qua ratione finitum actu est infinitum in potentia. Infinitum vero actu siue categorematice, id est, cuius aliquid semper extra licet sumere ſm quantitatem nulli cōmunicantem. At ratio cōmunis infiniti est, quam Arist. dedit: competit enim vt patet, vtrisq;. Hæc est definitio infiniti.

At uero id, cuius nihil est extra, perfectum ac totū est. hunc enim in modum totum ipsum definire assueuimus, dicentes id esse, cuius nihil abest, ut hominem totum, aut cistellam. Atq; ut singulare, sic & id quod proprie uniuersum est, id erit cuius nihil est extra. Id uero cuius aliquid abest, eo absente, non uniuersum est.

G Hactenus correpta est descriptio infiniti, nunc cuius sit ratio illa, & cui competat, declarat & inquit: At vero id cuius nihil est extra perfectū (quod græce est τέλειον) ac totum siue vniuersum (quod græce est holō) est: hunc.n. in modum totum ipsum definire assueuimus, dicentes id esse, cuius nihil abest, vt hominem totum, aut cistellam totam solemus dicere, quando nihil eis deest, quod attineat ad rationem hominis, aut cistellæ. Hinc transit ad descriptionem mundi, & inquit: atq; vt singulare totum, aut cistellam totam solemus dicere, qn̄ nihil eis deest, quod attineat ad rōnem hominis, aut cistellæ. Hinc transit ad descriptionē mundi, & inquit: Atq; vt singulare totum, vtpote aut homo aut cistella dicitur totum, qn̄ ei nihil deest, quod ad illius rōnem attineat) sic & id qđ proprie vniuersum est siue

Quod mūdus sit.

H mundus, id erit, cuius nihil est extra: propterea constat ex tota sua materia, & omni possibili, vt dicitur in lib. cœli. Id vero, cuius aliquid abest, eo quidem absente, non vniuersum ac vt totum erit, sed mancum ac pars siue imperfectum, Definitio igitur data ab antiquis nō infinito competit, sed toti, omni, & perfecto.

Auer. vltra textum probat, q̄ extra mundum nihil est, quia tunc inueniretur corpus actu infinitū, qđ quidē est impoĺe. Consequentiam probant iuniores suo mō, & bene sentiunt: potest tñ facilius deduci, quia illud, quod esset extra mundum, aut esset corpus rectū, aut circulare. non circulare, quia pari rōne extra illud esset aliud, & sic in infinitū: si rectum cū corpus rectū nō terminetur nisi ad aliud, & nihil est ad quod terminetur, iure erit infinitum illud. Secundo debes scire, q̄ hæc est differētia inter totum particulare, vt cistellam, & totum

Qua Auer. Comm. 63. Deductio consequentiæ. Extra mundū nihil est.

& totum vniuersum, vt mundum: ꝙ totum particulare est id extra quod nihil est quod pertineat ad eius speciem, vt Soc. licet extra ipsum aliquid sit quod pertineat ad genus, vt leo vel capra. Totum vero vniuersale est vniuersum, i. cuius nihil est extra, siue pertineat ad eius speciem, siue ad eius genus: & hac ratione solus mundus est totum vniuersale. Hæc ex commento colligi possunt.

DILVCI. *Verum totum atq; perfectum, aut idem penitus sunt, aut sua natura cognatissima sunt, quatenus perfectum nihil est prorsus, quod finem non habeat: qui quidem finis terminus est.*

An infinitum habeat rationem totius. Vide Egid. hic.

Cui definitio Veterum competat, modo patet. ex quo rursus quonam modo perfectum & totum conueniant, etiam patet: qua ratione euenit vt differētiam inter totum & perfectum adiiciat, q̄ñ post conuenientiam exoriatur differentia: & vult totum & perfectum aut eandem omnino aut finitimam significationem habere. Nam totum vocamus, facta ad partes relatione, quarum nulla desit: perfectum vero facta relatione ad finem & terminum. Qua etiam ratione fit, vt perfectum sit communius toto ipso, quia perfectum & in compositis & simplicibus inuenitur, at totum non nisi in compositis.

Totum & perfectum quid.

Quocirca putandum est melius Parmenidem Melisso dixisse, quippe cum hic ipsum infinitum totum appellet, Parmenides uero totum dicat finitum e medio æque distans. Nō enim fieri potest, ut infinitum toti ipsi ac uniuerso perinde hæreat, ut linum lino nectitur.

Ex his laudat Parmenidem supra Mlissum, quatenus Parmenides asserit vniuersum esse finitū per hoc, ꝙ circunferentia eius s̄m quodlibet sui æque distat à centro. Melissus vero vniuersum asserit infinitum per hoc, ꝙ extra ipsum nihil est. Modo patet ex dictis, Melissum aberrasse omnino, Parmenidemq; melius sensisse. Quòd vero ad trāslationes attinet, verbum illud. Aeq; distans græce est ysopales, quod nonnulli æque pugnans transtulerunt: ego vero (cum vt sic non multum sit notum) modo illo transtulit. Addit tamen Aristote. aduersus Democritum. Non enim fieri potest vt infinitum toti ipsi ac vniuerso siue mundo perinde hæreat, vt linum lino nectitur in filantronibus, vti prouerbialiter dicebatur: immo extra mundum nihil est, vt toties est probatum.

De translatione.

DILVCI. *Et quāquā de infinito prærogatiuam recipiant eiusmodi, ut omnia contineat, & uniuersum in seipso habeat: propterea quia similitudinem quandam habet ad totum: nam ipsius immensæ perfectionis materia existit, atq; potestate totum est & non actu tamen ad diminutionem atq; additionem contrariam diuisile est, totumq; atq; finitum non per se, sed per aliud: & non continet, sed quatenus infinitum est, continetur: immo ut infinitum ignotum est, quippe cum materia formā non habeat.*

Nunc improbat nonnullas prærogatiuas ipsi infinito tributas ab antiquis, videlicet vt oīa contineat, & vniuersum in seipso habeat, & motiuum harum, & inquit: Et quāquam de infinito prærogatiuam recipiant eiusmodi vt omnia cōtineat, & vniuersum in seipso habeat. Cuius rei motiuū apponit, dicens: Propterea quia similitudinem quandam habet ad totum. nam ipsius magnæ siue immensæ perfectionis materia existit, atq; potestate totum est, & non actu. deinceps confutat hęc dicens: Tñ ad diminutionem atq; additionem contrariam diuisile est, (quo modo ipsum totum non est: est .n. limitatum ad additionem, & nō ad diminutionem) totumq; atq; finitum supple est, non per se & ratione

An infinitum secundū quod infinitum possit ab intellectu humano cognosci. Vide com. q. 4. huius.

A qua infinitum, sed per aliud ratione finitudinis: & non continet, sed quatenus infinitum est, continetur. nam vt infinitum habet rationem materiæ, & vt habet rationem materiæ est altera pars compositi, & vt altera pars compositi continetur non continet. subiungit: immo vt infinitum ignotum est, vt toties dictum est, quippe cum materia formam non habeat, vt infinitum est, qua cognoscatur. quibus patet prærogatiuas illas infinito non conuenire: nec fundamentum valere. Quod vero ad translationes attinet, verbum illud prærogatiuam, græce est σεμνότητα, quod nonnulli dignitatem, nonnulli præclaram conditionem transtulerunt: magis tamen ad sensum nos prærogatiuum transtulimus, quicquid verbum sonet.

Quare perspicuum est, infinitum ipsum partis magis quā totius rationem subire, siquidem materia pars sit totius, perin- DILVC.
B *de ut æs statuæ æneæ.*

Ex iis concludit oppositum & inquit, Quare perspicuum est infinitum ipsum partis magis q̄ totius rationem subire, siquidem materia pars sit totius, perinde vt æs statuæ æneæ: modo dictum est infinitum ipsum esse materiam, quare magis partis q̄ totius, rationem subit. Debes scire, vt ex Auer. colligitur. cōmen. 65. ꝙ tres sunt prærogatiuæ quæ infinito attribuuntur: Prima est, ꝙ infinitum non est totum per se, sed per aliud: Secunda, ꝙ infinitum, quo infinitum, continetur: Tertia, ꝙ infinitum quo infinitum est ignotum. Quo vero ad primam vult Auer. infinitum esse totum per aliud, hoc est, per formam, ratione cuius finitur & determinatur. Quo vero ad secundam ait infinitum contineri quatenus est pars compositi, & materia illius. Quo ad tertium ait illam esse veram quo ad materiam infiniti,
C quæ per se ignota, cognoscitur tñ per formam. Vlterius debet scire ꝙ Auer. ob malas translationes laborat declarare, quid per delatum intelligat Aristo. quod ipse in litera sua habebat: sed cum hæc expositio sit ad nihil, supersedendum est: possunt tñ colligi plura. Primum est quō differunt materia & forma & accidentia: nam materia nec est in subiecto, nec dr̄ de subiecto: forma & accidentia aut sunt in subiecto, aut dicuntur de subiecto. Secundum est, quo conueniunt, nam hæc tria, materia, forma, & accidens, non possunt reperiri nisi in alio. Tertium est, ꝙ materia & forma & accidentia ita se habent, ꝙ materia non potest esse sine forma, propterea est propter formam, vt forma est illius perfectio: forma etiam est propter materiam, vt est subiectum illius: similiter & accidentia sunt propter materiam, vt propter subiectum. Hæc colligi possunt ex eius falsis translationibus. Ex quibus colligunt iu-
D niores, & non imperite, Auer. omnia quæ Aristot. infinito tribuit, materiæ tribuisse, ita vt per infinitum nihil aliud velit nisi materiam primam, & tunc illas proprietates illi competere nemo dubitat: est. n. ipsa totum per aliud, quia ratione formæ. Amplius continetur & non continet, cum sit pars compositi. Rursus est ignota per se, cum non nisi ratione habita ad formam cognoscatur. Hæc ex Auer. Hanc expositionem verificarunt iuniores ꝙ aliquid dici potest infinitum subiectiue, quia est subiectum dimensionis, quæ est aut esse potest infinita, aut formaliter, quia ipsum est ipsa infinitudo, aut quod est infinitum formaliter, vt dimensio. Tunc volunt materiam esse infinitum subiectiue, & non formaliter. Multa etiam addunt in defensionem Auerro. quæ sunt bona ad illius positionis declarationem, sed bla-

Quæ Auerro com. 65. Tria de infinito dicuntur.

Expō Auer.

Infinitum esse ipsam primā materiā, cui cōditiones infiniti cōueniūt, nō est vsquequaq; certum fuisse Philosophi, vel Auer. intentum.

blacterones, quorum studium est in contradicendo, aiunt hanc non fuisse Auerro. mentem, nec Auer. illa siue tria siue quatuor voluit competere materiæ sed infinito, exemplificando de materia, cui omnia illa competunt ratione suæ infinitatis: verum inter hos nõ est disputandum, nam alij voluntarie loquuntur, alij adiecti Auer. cæteros contemnunt. Ego vero propterea has proprietates non materiæ, sed infinito Aristot. tribuisse dicentem, quicquid Themist. & Auer. velint: primo quia Aristot. nulla facta distinctione in breuibus æquiuocasset, secundo quia de eo infinito loquitur, de quo pauloãte positionem Parmenidis recepit: modo constat ipsum recepisse infinitum in positione Parmenidis, pro vniuerso sumptum. Per hæc cum expositoribus sentirem Aristo. illa tribuisse infinito ipsi formaliter, & non materiæ. Hæc nunc mihi videntur.

Positio scholæ.

Qualis responsio illorum.

Expositio propria.

Nam si in rebus sensilibus atque intellectilibus magnum ipsum & paruum continent, intellectiles res continere oportebat. At absurdum est ac impossibile, id quod ignotum atque indefinitum est, continere ac definire.

Speciatim increpat positionem Platonis, qui cum illis conueniebat, & inquit. Nam si in rebus sensilibus atq; intellectilibus magnum ipsum & paruum, quæ à Platone infinita ponuntur, continent, intellectiles res continere oportebat. tenet consequentia, nam infinitum ea continet, in quibus & quorum ponitur. modo, si ponitur in rebus intellectilibus, oportet ipsum etiam res intellectiles continere. subdit, At absurdum est ac impossibile, id quod ignotum est ac indefinitum, cõtinere ac definire. Et sic positio Platonis nulla est. Animaduersione dignum Platonem posuisse intellectilia, quæ indifferenter ideas & formas vocat, summe nota: propterea, contra ipsum ratio hæc valde procedit. Arist. vero posuit illa summe nota naturæ, nos vero habere ad ea vt oculi noctuæ ad lucem Solis. 2. Meta. propterea non multum hæc ratio valeret in via Arist. sed bene in via Platonis. Qua ratione fit vt hæc contradictio sit ad hominem.

Qualis ratio Aristo.

DILVCI. *At uero rationi consentaneum est, ut id quidem quod in adiectione consistit, non uideatur hoc pacto infinitum, ut quam uis exuperet magnitudinem, id uero, quod in diuisione consistit, infinitum esse eiusmodi uidetur. Nam infinitum intus, etiam quemadmodũ materia continetur forma autẽ continet.*

Et quia vna de conditionibus bonarum definitionum est, vt per ipsam verificentur accidentia propria definiti: post definitionis assignationem nunc proprietates verificat, quæ illi solent assignari. Et est prima, q: in additione non quacunq; magnitudine data, potest maior dari, sed in diuisione bene quacunq; data potest dari minor. Verificat hanc Aristote. quia augeri est ire ad formam, quæ terminus est & finis: ac diminui est ire ad materiam, quæ potestate infinita: qua ratione diuisio in infinitum, auctio non proficiscitur. Hanc rem diximus superius diligenter. Animaduersione dignum literam posse intelligi accipiendo infinitum pro materia, & infinitum pro ipso infinito formaliter. Themistius enim sumere videtur infinitum pro materia, expositores pro infinito ipso formaliter: quæ res vtcunq; exponatur, stare potest.

Expositio num differentia.

DILVC. *Liquido etiam in numero quidem euenit, ut uersus minus terminus sit, uersus uero plus oẽm semper exuperet multitudinem: In magnitudine uero contra, nam uersus minus quidem omnem exuperat magnitudinem, uersus uero maius non esse*

In numeris ad duo ĩ infinitum

E *magnitudinem infinitam. huius rei causa est. Nam unum (quodcunq; tandem unum sit:) indiuisibile est, ceu homo unus est homo, & non multi: numerus uero plura uno, quãtaq; quædam. Quare ad indiuisibile stetur necesse est, siquidem duo atq; tria denominatiua nomina sint: & cæterorum numerorum id genus unusquisq; simili ratione.*

tum vadit, à minutio non econtra in magnitudine.

Hactenus de proprietate infiniti in magnitudine egit, nunc quonam modo hæc proprietas suum esse habeat in numeris, explanat & inquit, Liquido etiam in numero quidem euenit, vt versus minus terminus atq; finis occurrat, at versus plus omnem semper exuperet multitudinem. In magnitudine vero cõtra, nam minus quidem omnem exuperat magnitudinem, ita vt nullum vnquam minimum occurrat: at versus maius non esse magnitudinem infinitam, ita vt aliquid occurrat maximum. Hæc est proprietas & conclusio. Con-F clusionem hanc primo probat ex parte minimi, & inquit: Huius rei causa est. Nam vnum, quicquid sit illud, siue specie, siue numero, siue id genus, quatenus vnum, semper indiuisibile est, ceu vnus homo est vnus, & non multi: numerus vero plura vno, quãtaq; quædam, hoc est, multitudo ex vnitatibus aggregata. Quare ad indiuisibile stetur necesse est, vt arguatur sic, quicquid ex indiuisibilibus constat, ad indiuisibile resoluitur: numerus ex indiuisibilibus constat, quia ex vnitatibus: igitur ad indiuisibilia resoluitur: quare proficiscendo in minus, minimum quoq; occurret. Quòd vero numerus sit multitudo ex vnitatibus constans, & per consequens ex indiuisibilibus probat, & inquit: Siquidem duo atq; tria denominatiua nomina sint significantia multitudinem specificatam ab vno: & vt dico de duobus & tribus, simili ratione de cæteris id genus. duo. n. sunt bis G vnum, tria ter vnum, & id genus similiter. Sic igitur numerus resoluitur in minimum, quia constat ex vno. Sed dubitabis cur numerus non resoluitur in maximũ, per eandem rõnem, quia constat ex vno? Dici potest, quia procedere in maximum non est resolui, sed componi, at procedere in minus est resolui. Auer. autem assignat causam cur omne vnum sortitur rationem indiuisibilem, & ait quia omne vnum est tale ob formam, quæ est in seipsa vna. Ego vero verbum Auer. non vniuersaliter intelligo, nam multi indiuiduum & vnum numero esse volunt propter materiam, alij ob dimensionem, sed si exponatur de vno specie, sine controuersia est verum.

Syllogismus.

Numerus quid sit.

Dubitatio.

Solutio.

Quæ Auer. com. 68.

Expositio verbi Auer.

*At uero uersus plus intelligere semper contingit: diuisiones enim magnitudinis in duo infinitæ sunt, ita ut potestate quidem sint, actu uero non sint: quippe cum id quod semper ac*H *cipitur, multitudinem definitam excellat.*

Eandem conclusionem probat nunc ex parte maximi, & hoc proponit dicens, At versus plus intelligere semper contingit, & non est deueniendum ad maximum. hoc probat & inquit: Diuisiones enim magnitudinis in duo, quæ dichotomiæ græce dicuntur, infinitæ sunt. Et declarat quonam modo infinitæ, & inquit: Ita vt potestate quidem sint infinitæ, actu vero non sint: quippe cum id quod semper accipitur, multitudinem infinitam semper excellat. Est igitur vis rationis, diuisio magnitudinis in infinitum procedit: numerus causatur ex diuisione continui: igitur numerus in infinitum procedit.

Diuisiões magnitudinis sequuntur numerum.

Ratio textus.

Verum numerus hic nec à diuisione separabilis est, nec infinitudo ipsa permanet, sed fit uelut & tempus & numerus temporis.

Duo

…n hic nume …u qui vadit … infinitũ fo… …caro possit à …rsio continui. …de Egi. hoc. …na Auerro. …m. 68.

Duo veteres de numero protulerunt, vt ꝙ sit à diuisione rerum separabilis, vt Plato ait, qui ideas rerum omninm contendit: & vt sit permanens, velut substātia separata non fluens, & potestate, vt Pythagorei ꝓferunt. Aduersus hoc inquit: Verum numerus hic, nec à diuisione separabilis est, & hoc aduersus Platonem, nec infinitudo ipsa permanet, vt substantia separata (contra Pythagoreos) sed ita videlicet fit, velut & tēpus & numerus temporis, quæq; sint illæ quæ semper sunt partim actu, partim potestate. Hæc ab Arist. habentur. Ex calce commenti colliguntur tria. Primnm est propter quid in numeris additio procedat in infinitum, non autem dimmutio. Et respōdet hoc esse, quia additio est coæua diuisioni: modo, vt diuisio procedit in infinitum propter materiam, sic additio numeri propter eandem materiam crescit in infinitum. at diminutio numeri est correspondens auctioni, ita ꝙ vt additio est ratione formæ, sic & diminutio numeri est ratione formæ. Secundum est quid Aristo. per numerum temporis intelligat, & vult per numerum temporis velle numerum, qui est genus temporis. Tertium est summa declaratorum, videlicet ꝙ ideo numerus crescit in infinitum, quia correspondet diuisioni magnitudinis, quæ ratione materiæ est infinita: at diuisio est finita, quia correspōdet auctioni, quæ propter formam est finita. Hæc ex commento colligi possunt.

Prima du. Prima dubitatio est, quia numerus rerum est finitus: nam omnes res nō sunt vltra primum ens, quod est Deus, & vltimum quod est materia prima: modo inter extrema media sunt finita.

Scda dubi. Secunda dubitatio est, numerus aut est res numeratæ aut accidens illarum, sed res numeratæ non habent minimum, igitur nec numerus.

Solu. prima. Ad primam sentio cum Expositore, ꝙ numerus vno modo sumitur pro diuisione formali, quæ fit per opposita: alio modo pro diuisione, quæ fit per quantitatem. Prima quidem diuisio causat multitudinem, quæ est de transcendentibus, qua ratione ens diuiditur per vnum & multa. Secunda vero diuisio, quæ est continuæ quantitatis causat numerum, qui est species quantitatis inquantum habet rationē mensuræ. Tunc dico, ꝙ eiusmodi numerus procedit in infinitum, & non primus. Modo Arist. loquitur de secundo, & non de primo.

Solutio scda. Ad secundam soluere videtur Themist. in Quarto huius, ex tex. Arist. cōm. 108. paraphrasizans ꝙ duplex est numerus: alter qui ex vnitatibus constat, & hic esse potest minimus, vt duitas quæ ad vnū resoluitur. Aliter qui non ex vnitatibus absolute, sed ex rebus constituitur, vt equis, canibus lineis: nam & quinque lineas, & quinque triangula dicere numeros solemus. Tunc dico, ꝙ tales numeri, si de multitudine quæris, minimum habent, nam duæ lineæ & duo equi minimum sunt: at si magnitudinem, species non habent, nam quæq; res talis in infinitum secabilis est. Per hæc patet solutio.

DILVCI. *In magnitudinibus autem contra fit, nam diuiditur quidem & ipsum continuum in infinita. uersus autem maius non est infinitum: quantum enim contingit potestate esse, tantundem etiam actu esse continget. Quare, cum infinitum corpus nullū sensile sit, nec definitæ magnitudinis oīs exuperationē esse cōtinget: alioqn cœlo quippiā maius existet.*

Quid vero in magnitudinibus accidat nunc assignat, & inquit: In magnitudinibus autem contra fit, nam diuiditur quidem & ipsum continuū in infinita,

A Versus autem maius non est infinitum. repetit rationem quam pridie fecerat & inquit. Quantum. n. contingit potestate esse, tantundem etiam actu esse cōtinget: modo destruit hoc & inquit: Quare, cum infinitum corpus nullum sensile sit, nec definitæ magnitudinis omnis exuperationem esse continget, hoc est, nec licet procedere in infinitum in additione, ita vt quacunq; data, detur maior, & sic infinitum, alioquin cœlo quippiā maius existet. Hæc dispntata sunt olim hic, & in libro de Generatione ad longum. *An magnitudo sit diuisibilis in infinitū. Vide 1ā. q. 12 huius.*

Quæstio. Auer. in commen. 99.

Mouet Auer. quæstionē talem, propter quid valet, si aliquid potest augeri in infinitū, igitur aliqñ augebitur, & hoc in magnitudinibus: at in numeris nō valet, potest numerus crescere in infinitum, igitur crescet. non. n. videtur differentia quo ad numerum & magnitudinem.

Respō. facilis. Rñsio facilis ad qōnem Auer. nam græci ex-

B positores consueuerunt afferre, breuibus est, ꝙ auctio numeri correspondet diuisioni continui, diminutio vero rñdet auctioni eiusdem, v.g. sint decem lapides quibus paries Socratis sit conficiendus. Tum constat diminutionem lapidū correspondere cremento parietis, nam dū à denario numero subtrahere incipio addendo parieti, numerus decrescit lapidū, accrescit vero paries: at si paries diuideretur, diminueretur illius magnitudo, & accrescerent lapides siue numerus lapidum. Tunc dico, quia numeri additio proficiscitur à magnitudinis diuisione, inde fit vt diuisio procedat in infinitum, ita etiam accretio numeri procedit in infinitū: & quia diminutio numeri correspōdet auctioni magnitudinis, ideo vt auctio illius est finita, ita diminutio numeri. Hæc esset facilis rñsio, Auer. vero ait alíam causam: imaginatur. n. in auctione magnitudinis *Respon. Auer. et declaratio.*

C esse plures possibilitates. Nam cum auctio nō fiat tota simul, tot erunt possibilitates quot erūt partes, quibus ipsa magnitudo accrescit, siquidē cuiq; parti correspōdeat propria possibilitas, qua ipsa possit addi toti: similr diuisio non fit tota simul, ideo erunt tot possibilitates quot erunt partes, quæ à tota magnitudine diminui possunt. Secundo sumit ex omnibus possibilitatibus ad auctionem magnitudinis posse fieri vnā possibilitatem, hoc est, ꝙ sicut augendum per multas possibilitates partiales pōt augeri, ita per vnam potest venire in terminum vltimū suæ perfectionis, vt accumulatis rōnibus probauimus, & nunc supponimus: at possibilitates, quibus magnitudo potest diminui, non possunt effici vna, hoc est, licet magnitudo possit infinitis possibilitatibus diminui, non tñ vna possibilitate nnmero ex illis confecta esse diuisa, propter rationes

D tactas in libro de Generatione, & in lectionibns dictis iam, quibus potest magnitudo si potest crescere in infinitum, quandoq; esse creta. Sed si diminui, nunquā esse minuta propter rationem tactam, sed quia numeri auctio rñdet diuisioni magnitudinis, ideo nō potest esse cretus: diminutio vero cū rñdeat anctioni, ideo pōt esse minutus. Hęc ex cōmento colligi possunt, q̄ iuniores nō intellexerūt, licet multa extra rē blacterizēt.

Infinitudo aūt ipsa nō eadē in motu & magnitudine & tpe existit, ut una ēt quædā natura: sed posterius dicitur pp prius, ceu motus quidem dicitur infinitus, quia prius ita dicitur magnitudo, in qua motus fit, aut alteratio, aut auctio: tempus autem ob motum. Verū his quidem nunc utimur, posterius uero & quid nā sit unumquodq; horū, & cur oīs magnitudo ī magnitudines diuisibilis sit, explicare nitemur, DILVC.

Siue soluat dubitationem, siue conclusiones nõnullas deducat, siue aliud quid tale agat, inquit: Infinitudo autem ipsa non eadẽ supple genere in motu & magnitudine & tempore existit, vt vna etiam quædã natura, hoc est, nec eadem specie: sed posterius dicitur propter prius, & eo ordine res ipsæ dicuntur, quẽ res illæ inter se gerunt, vt tempus propter motum infinitum est, nam & à motu habet vt sit. Motus è magnitudine est infinitus, quia motus omnis circa magnitudinem versatur, auctio, diminutio, alteratio, delatio. Magnitudo ex sua natura videtur infinitatẽ adepta, quia in magnitudines alias deinceps extrahitur. Deinde se excusat, quia ea, quæ hic ait, credere debemus: nam in processu operis demonstratione clarissima explicabũtur hæc omnia.

Quæ Auer. com. 70. — Dubit. — Solutio. — Vide Sco. d. 2. primi. q. 2. de per se notis & de propositione per se nota. — Vide & Ioan. de mag. q. 4. primi post.

Auer. in calce commenti addit: Et hoc significat ꝙ diuisio mensuræ semper est nota per se, & ꝙ causa eius indiget demonstratione: non sicut quidam existimauit ꝙ Geometra sumit hoc ita esse à Naturali. Hæc Auer. Dices per se notum est illud, cuius causa & esse est per se notum: igitur nec esse nec causa huius potest declarati à naturali. Dici potest ꝙ scientia subalterna alteri sumit esse vt per se notum, causam vero expetit ab altiori: sic facit geometra, sumit enim vt per se notum continuum diuidi in infinitum, sed supponit vt declaratum, propter quid à naturali: & ita vno mõ hæc propositio est principium, alio modo quæsitum.

DILVC.

At uero neque mathematicam contemplationem eă ratio aufert, quæ infinitum hoc modo esse negat ut ad auctionem sit quasi siue transitione: Neque enim nunc ipso indigẽt infinito, neque utuntur, sed tantam duntaxat esse lineã postulant, quantam uolunt finitam, atque quantamuis aliã magnitudinem eadem diuidere ratione, qua magnitudo maxima diuidi potest. quare ad ostendendum quidem illo modo nihil refert, esse tñ refert in his magnitudinibus quæ sunt.

Non vtuntur mathematici ipso infinito in magnitudinũ dimẽsionibus, tametsi suppo nunt.

Vt dixi siue soluat nunc secũdam dubitationẽ, siue conclusionem secundam deducat, & inquit, non esse existimandum rationem hanc, qua ostenditur nihil esse actu infinitum, neq; posse transiri ad infinitum, auferre mathematicam contemplationem, quæ vtitur infinito: Non enim linea infinita opus est illis, cũ finita & terminata semper vtantur: satis habent si quantam volunt obtineant etiam satis habent si quantamuis aliam magnitudinem eadem diuidere ratione ac consimili proportione, qua magnitudo maxima diuidi potest concedant. Hæc enim duo sufficiunt omnibus demonstrationibus mathematicis, siue infinitum sit, siue non sit, propterea infert: Quare ad ostendendum quidem illo modo, nihil refert negetur aut concedatur infinitum, etiam tamen refert in his magnitudinibus quæ sunt: quasi dicat illa nõ referre ad rationem, sed bene ad rem, vt patuit. Huius causam iuniores enituntur assignare, quia Mathematici vtuntur in demonstrationibus eorum propositionibus hypotheticis, quæ nihil ponunt inesse, non autem categoricis.

Confutatio.

Sed hæc responsio & declaratio friuola est, quia tunc rationes mathematicæ non concluderent nisi hypotheticæ, & tunc conclusiones non essent simpliciter certissimæ. Præterea Mathematici vtuntur triangulo, cuius basis est diameter mundi, vt Themi. sumit, & constat angulum trianguli esse extra mundum: igitur vtuntur categorice propositionibus falsis. Propterea

E dici potest, vt Themist. primo dixit & Auer. ab illo accepit, illud esse, quia Mathematicus non cõliderat magnitudines vt affectiones & termini corporum naturalium, sed vt abstrahunt à corpore naturali: propterea extra mundum lineam trahit, cum nihil intersit sit linea extra mundum nec ne apud illum.

Respõ. Them. & Auer.

DILVCI.

Cum uero causæ quatuor redigant, perspicuum infinitũ causam esse ut materiam: atq; rationem quidem eius in priuatione consistere, per se uero subiectum continuum esse ac sensile: quippe cum etiam cæteri omnes ipso infinito ut materia uti uideantur. Quocirca absurdum erit ipsum, id esse quod continet, & non id quod continetur asserere.

Tertia siue conclusio siue solutio dubitationis, est ꝙ infinitum reducitur in genus causæ illud, quod est F materia: & qm̃ materia habet rationẽ subiecti, vt qñ est actu sub forma, & habet rationem materiæ, vt qñ intelligitur sub priuatione formæ: addit ipsum reduci in genus materiæ, non ex ea parte qua materia ipsa est subiectũ actnẽ sub forma, sed ea parte qua est in priuatione consistens. Nam ratio ipsius infiniti priuatio est, subiectum vero diuisionis infinitæ est ipsum continuum corpus sensile. Igitur infinitũ, quo ad illud qđ habet de actualitate, reducitur ad continuum ipsum sensile: quo vero ad id quod de priuatione habet, reducitur ad materiam, non vt subiectum, sed vt materia est. Probat hoc authoritate veterum, quia omnes ipso infinito vt materia videntur vti. Hinc infert id qđ iam dixerat, ꝙ male infinitum continere dici debet, sed potius contineri vti materia in composito continetur. Debes scire, vt ex Auer. colligi potest, ꝙ infinitum dicit duo, vt quid in actu, & quid in potẽtia & pri G uatione. Quo ad rationem potentiæ & priuationis reducitur in genus materiæ, vt veteres vtebantur. Quo vero ad rationem actus reducitur ad continuum sensile, hoc est, ad corpus compositum ex materia & forma: non quidem ex ea parte qua illud corpus est formatum, sed materiatum: & ita vtroque modo sumptum reducitur in materiam, licet primo modo reducatur in materiam immediate, secundo modo mediate. Hæc ex Auer. colligi possunt.

An l' materia sit potius ad infinitum ma gnitudinem. Vide Gratia. drei Esculi. vlt. Ioann.

Quæ Auer. Com. 72.

DILVC.

Restat autem soluere rationes, quibus non solum infinitum potestate, sed etiam actu, ut definitum est, esse uidetur: partim quidem quia non sunt necessariæ, partim uero, quia obiectiones quasdam alias ueras habent. Non enim ut generatio non deficiat sensile corpus actu infinitum esse necesse est. Contingit enim alterius corruptionem generationem al H *terius esse, si uniuersum ipsum finitum sit.*

Vnius corruptio alterius ẽ generatio.

Nunc soluere rationes, quibus infinitum esse probatur, proponit, partim quia nõ sunt necessariæ quo ad formam, partim quia obiectiones quasdam alias & veras habent quo ad materiam. Et primo soluit rationem, quæ accipiebatur ex parte generationis. nã antiqui propter hoc chaos illud infinitum posuerunt, vt generationem infinitam saluarent. Soluit quòd dato illo chaos & vniuerso finito, potest generatio esse infinita per hoc, quia generatio vnius est corruptio alterius, & econtra: quo quidem in casu potest concedi generatio infinita, & vniuersum finitum. Iuniores satis dubitant de propositione Aristot. vtrum videlicet generatio vnius sit corruptio alterius: & volunt fere omnes hanc esse indefinite intelligendã, quia non in accidẽtibus, vt de generatione luminis in medio

Dubitatio. Com. consensio.

dio & illius corruptione. In substantia autem quidam tenent eam vniuersalior, vt q omnis generatio vnius sit alterius corruptio & è cōtra: immo est vnus motus respectu diuersorum. Alij particulariter, quia tenendo plures formas in composito, vt in homine, potest forma sensitiua generari in embrione, & nihil corrumpi. Alij reprehendunt hęc, nam hac conclusione data, tūc aliquid esset in genere quod nō esset in specie, vt embrion cuius anima sit nunc sensitiua: esset. n. in genere animalis, & in nulla specie. Propterea tenerī pōt plures esse formas in homine, sed non diuersis temporibus introductas, sed simul tempore. Quicquid sit de quæstione, nam multa diximus in libro de generatione anno præterito, hæc ratio nulla est: nam embrion actu est in genere, & in specie saltem reductiue, vtpote in ea specie ad quā ordinatur: & sic ratio nulla est.

Vide hec. hic & Gae.

DILVCI.

Præterea tangere & finem habere aliud est, nam illud quidem ad aliquid atq; cuiusdam est. Commune enim quod tangit, aliquid tangit; quod quidem non omni eorum, quæ finem habent, accidit, quippe cum non quodlibet tangere posiit quodlibet: id autem, quod finem habet, non est ad aliquid.

Arguebatur secundo ex parte finis cuiusq; corporis sic, omne quod finitur ad aliud finitur: igitur est dare infinitum. Antecedens probabatur, quia omne tangens aliud tangit: omne finē habens tangit: igitur omne finem habens aliud tangit. Respondetur negando antecedens, quia non omne quod finem habet, finem habet ad aliud. Ad rationem respōdet q in plus est finem habere quàm tangere, nā tangere est ad aliquid, finem habere potest esse ad aliquid, & potest non esse ad aliquid. Id enim quod finē habet interne, non tangit, sed in seipso finitur. illud vero quod externe finem habet, tangit: propterea ait tangere esse accidēs ei qd' finem habet, velut species accidit generi, qm in plus est finem habere q̄ tangere: siquidem finem habere possit quicquam absolute interne & relatiue externe. Ad formam igitur negatur antecedens, ad illius syllogismum, negatur minor. Quo vero ad translationes, ego nullum verbum diminui, nec adieci, sed rationes vt translationes clariores essent transposui, quam trāspositionem exposcit græca series, vt peritis in lingua patet. Themistius hoc in loco colligit inter tāgere & finem habere differentias tres. Prima, quia tangere ad alterum refertur externe, habere finē ad seipsum interne, siquidem tactus tangendo conficitur, finis habendo. Secunda, tangens omne habet rationem partis, quod interne finem habet, rationem habet totius: propter quod mundus finem habet, & nihil tangit: at mundi partes tangunt, & finem habent. Tertia, quocunque rem conferas, habet extremum & terminum; non tamen quocunque conferas tangit: nam linea pedalis quouis relata terminos suos habebit, non tamen quouis relata tangit: quia linea omnis solum lineā tangit. Ex iis perspicuum, omne quod tangit finem habere, contra vero non omne finem habens, tangit. Hæc ex doctissimo Themistio.

Non quodcūq; fini habens, aliud tangit, vel ad aliud terminatur.

Qua Them.

Anerro. vero in calce commenti concludit quandam conclusionem aliquantulum vltra textum, & inquit: Et apparet q corpus circulare non est inuentū tangere, cum sit completum per se ac interne: at corpus rectum natum est tangere, cum sit finitum & completum per aliud. Hac ratione fit, vt cœlum seipso finiatur. Elementa vero propter continens externum. Hæc est Auerro.

Qua Auerro. com. 74.

Cœlum seipso autum.

A

Insuper etiam absurdum est intellectioni credere: non. n. in re est defectus ipse, atq; excessus, sed in ipsa intellectione. Potest nanq; quispiam quemq; nostrum maiorem quā modo est intelligere, in infinitum ipsum adaugens. Non tamē propterea quispiam nostrū extra ciuitatem erit, aut extra magnitudinem tantam quam habemus, quia quispiam sic intelligit: sed quia est, id sane accidit.

DILVC.

Alia ratio ex parte imaginationis sic componebatur, quicquid cōtingit imaginari cōtingit esse: & quicquid intelligitur est: sed contingit intelligi, & actu intelligere vltra omne finitum: igitur contingit esse, & actu est aliquid vltra omne finitum: & ita erit actu aliquid infinitum, id. n. est infinitum, quod est vltra omne finitum. Respondet breuibus negando maiorem per instantiam, & inquit: Insuper etiam absurdum est intellectioni credere: & ita negatur maior, & dat instātiam dicens; Nō enim in re est defectus ipse aut excessus: q̄q; de re intelligatur. quod probat & inquit: Potest nanq; quispiam quemq; nostrum maiorem q̄ modo est intelligere, in infinitum ipsum per intellectionē adaugens. Non tamen in re quispiam nostrum extra vrbem erit, aut extra magnitudinem quam modo habemus, quia quispiam sic intelligit quemq; nostrū: immo potius contra, quia sic in re est, id sane sic intelligi accidit. & ita potius maioris conuersa est vera, videlicet quicquid est potest intelligi, & non quicquid intelligi potest, id est in re. Maior igitur est falsa vt licet videre per instantiam, q ab Homero sumpsit, vt refert Themi. Quo vero modo posit imaginatio vera esse, dato q nō sit in re, & multa alia quę solent quæri, in. 2. lib. absoluimus. Nunc vero sit dictum iu tantum.

B

An repugnantiam intellectui infinitum in actu. Vide ca. q. 3. huius. artis. 2. & an sit dare maius infinito & quod infinitos in uno genere excedatur à finito alterius generis. 3. illo art. 3. Et an infinitū secundū quod infinitū posit ab intellectu humano cognosci. tho. q. 4.

C

Tempus præterea & motus infinita sunt, & intellectio eo non permanente quod sumitur.

Alia ratio accipiebatur ex parte temporis atq; motus, nam ambo sunt infinita. Respondet q tempus & motus sunt infinita, & intellectio illorū est non permanente eo, siue ipso nunc quod sumitur. Igitur sunt infinita potestate & iu fieri, non autem in facto.

Magnitudo demum neq; diuisione, neq; imaginaria adiectione est infinita. Sed de infinito quo nam pacto est, & non est, etiam quidnam est, dictum iam est.

D

Vltima ratio erat accepta ex parte magnitudinis, quæ diuisione infinita est, cui respondet dicens: Magnitudo demum neq; diuisione neq; imaginaria adiectione & auctione est infinita in actu, sed potestate, vt toties diximus. Demum epilogat, & sermo patet. Dubitat nouus expositor, in quo sunt finitum & infinitū vt species? Respondet q finitum & infinitum vt in genere prædicabili sunt, sunt in genere qualitatis, & de genere qualitatis non nisi in quarta specie: & hoc quia sunt qualitates in quātitate, vt dicetur Septimo huius: vt vero in genere subiicibili sunt in genere quātitatis. Sed hæc respōsio quo ad id quod dicit de genere prædicabili, non rectè ait: nam si hæc sunt in genere qualitatis, vt affectiones, potius in secunda spe ie esse deberent, cum illa species sit affectionum. Qualitas autem illa, quæ dicitur in quantitate, est figura vel forma, vt dicitur in Septimo huius. cōm. 15. & in prędicamētis, & non affectio. Propterea hæc positio non intelligit

An per appositionē contingat extendere quantan: magnitudinē. Vide lā. q. 1 3 huius. Egi. hic.

Prima de. Respon. Egid.

Propria solutio.

verbum Auerrois. Melius igitur dicerem, hæc vt in genere subiicibili esse in quanto, vt in prædicabili esse in quali secundæ speciei. Hæc de tertio. Vbi te ignorare nolo me raptim atq; breuibus librum hunc percurrisse, potissimum quo ad id quod de infinito scribit, tú quia non multum ad physicas disciplinas discentes vtile est, tum quia potissima eius pars translatione nostra perspicua est, etiam quia expositores clarissime scribunt. Neque scripsissem nisi ob loca quædam, quæ malis translationibus ad nos deducta latent, in græco vero suis patent, etiam leuiter Perito. Et de toto libro Tertio hactenus nunc.

Excusatio.

Commentariorum Tertij libri Physicorum Finis.

ARISTOTELIS PHYSICAE AVSCVLTATIONIS LIBER IIII.

Cum Augustini Niphi Suessani Tralatione, Commentariis, ac Recognitionibus.

DILVCI.



EMILI vero ratione & de Loco ipso veluti & de Infinito Naturalem ipso cognoscere necesse est, sit vel ne, quonam sit modo, atq; quid sit. Omnes nanque ea quæ sunt, alicubi esse arbitrantur: quia id qđ est, nusquam esse. Vbi enim erit hircocéruus, aut chimera? Insuper motus, qui maxime communis est atq; principalissimus, quē lationem appellamus, secundum locum est.

ANT.



Imiliter autem necesse est, & de loco Physicum, sicut & de infinito cognoscere si est, aut non est, & quomodo est, & quid est. Etenim entia oēs opinantur alicubi esse, non ens vero nusquā esse. Vbi enim esset tragelaphus, aut sphinx? Et de motu, qui communis maxime est, et magis proprior secundum locum est, quē vocamus lationem.

PRoponit intentionem & ratiocinatur ad illam, & inquit, Simili vero ratione & de loco ipso, veluti & de infinito Naturalem ipsum Philosophum cognoscere necesse est, & similes quæstiones resoluere, vt vtrum sit vel ne, quonam sit modo, vt vtrum seorsum, vt substantiæ, atq; per se, an potius in alio constitutus, vt accidentia. Sic exponit Themistius, atq; quid sit, quo ad definitionem. Hæc est intentio. Prætermisit cæteras quæstiones, quoniam hæ illas comprehendunt. Deinde ratiocinatur ad intentionem, primo, qa omnes putant omnia entia esse in loco, cum arbitrētur conuersionem hoc modo, non entia non sunt in loco, igitur omnia entia sunt in loco. Verbum illud sphynx græce, cum sit genus monstri, chimerā transtuli, quod non refert. Secundo idem persuadet, quia motus, qui communissimus est, atq; primus (quem lationem appellamus) secūdum locum est, modo ad naturalē attinet de motu locali agere, igitur & de loco ipso. Ex iis habes & intentionem, & intentionis rationes.

Commen. Primum Auer.

{ Intendit. } Hæc quæ diximus sunt quo ad textus crassam admodum expositionem, nūc vero animaduertendum primo ſm Auer. ꝙ hic de tribus Aristot. aget, vt de tempore, loco, & vacuo. Ordo autem hic est, primo de loco propter rationes tactas, & quia finis motus, de quo in Tertio egit. Secundo de vacuo, tum quia est simile loco, tū quia existimatur esse locus corpore vacans. Tertio de tempore, vt de mensura omnium. Sed dices, locum & tempus esse est per se notū: igitur superfluum quæstionem an sit semper tractare. Respondet Auer. ꝙ illa esse est per se manifestum, sed apud perscrutationem de natura eorum accidit quæstio an sint, hoc est, ex parte nostra non ex parte rei: nā ex parte rei illa esse est per se notum, ex parte verò nostra quæstiones illæ emergunt. Propterea quæstionis solutionem repetens, addit perscrutationem de loco & tempore an sint, esse dialecticam, & non naturalem siue demonstratiuam. Quod vero locum & tēpus esse sit per se notum, patet quia motum esse est per se notum. Modo locus aut est ipse motus, aut finis eius: tēpus vero aut motus aut illius mensura. Animaduersione dignum ꝙ sophisma veterum sic ab Auer. & Themist. reducitur hypothetice, si ens non est, non est in loco: igitur si ens est, ens est in loco. Ratio est per consequentiam in ipso à destructione antecedentis ad destructionem consequentis: Erat. n. antecedens negatiuum, & conuertitur ad affirmationē, quo modo Aristo. 2. Topico. ait non valere semper. Consequentia vero à contrario, quæ fit à destructione consequentis ad destructionem antecedentis valet. Quod verò cōsequentia illa non valeat, declarat Auer. per instantiā: nam substantiæ separatæ sunt entia, & tamen nullibi sunt, nec in loco. Hæc sunt quæ ex cōmento colligūtur fructuosa. Verū debes scire ꝙ conuersio per cōtrapositionē, vno modo fit in terminis, alio modo fit in ꝓpositionibus. In terminis quidē fit quotiens termini mutantur de finitate ad infinitatē, aut econtra; & de hac tractatur in logica. In ꝓpositionibus vero fit aut à destructione antecedentis siue ab opposito antecedētis, siue ab opposito consequentis. Primo modo est locus dialecticus, secundo modo est locus necessarius, vt alibi patet.

Locus vel est ipse motus, vel finis eius. Tempus vel est ipse motus, vel eius mensura.

An oē ens sit in loco, siue oīs substantia.

Quærūt hic vtrū omne ens sit in loco, vt & strictius loquar, vtrū oīs substantia sit in loco? Auer. hic absolute rñdet, ꝙ non oēs substantiæ sint in loco, qm substātiæ separatæ non sunt in loco, illæ quæ vulgo à græcis angeli dicuntur, similr neq; Deus ipse. Sed videt & ꝙ Auer. & sibi & Aris. cōtradicat. Sibi quidē, quia. 2. cœli cóm. 15. ait Arist. in. 8. huius determinasse locú cōem Deo, vt ipsum esse in cœlo: at in. 2. Cœli determinasse locú proprium, vt esse in ortu. Arist. verò, quia Primo cœli. tex. cō. 22. ait, oēs dicere cœlum esse locū Diis conuenientē. Propter hæc Thomas & fere oēs, oēs substātias esse in loco contendunt, verū non vna rōne: quidam. n. aiunt intelligētias siue angelos esse in loco definitiue, hoc est, ita hic ꝙ non alibi: non aūt circunscriptiue, quia nō sunt corpora apta circunscribi. Appellāt in. locū definitiuum, quo res ipsa nūc & echeirate (vt ita loquar) describitur. Persuadēt hoc primo, quia sunt substantiæ finitæ atq; limitatæ, igitur possunt loco & spe describi. Secundo, quia mouentur tam ſm Philosophos

Quæstio. Vide Iā. q. 1. bonus.

Solutio Aue.

Obiectiones.

Se. da pō. Vide Sco. dis. 2. secūdi. q. 6.

losophos q̃ s̃m Theologos: s̃m Theologos quidē, nemo dubitat, s̃m philosophos vero, quia. 7. huius commen. 52. ait Auer. intelligentias moueri ad motum orbium. Thomas vero voluit intelligentias esse in loco æquiuoce, hoc est, per operationem, quoniam vbi & per quod operantur, ibi sunt: vt q̃m operantur in cœlo, & per cœlum, ideo sunt in cœlo, vt sentit Aristot. 8. huius. tex. cōm. 84. & iuxta hanc positionem facile soluuntur rationes pro parte aliorum. Ad primam diceret substantiam esse limitatam, quia operatio eius est limitata: definitur enim essentia per potentiam, potentia vero per operationem, Primo Cœli cōm. 116. non autem per locum, vt intelligenti patet. Ad secundam dicerent q̃ mouentur motu discreto s̃m Theologos, pro quanto nunc in hoc, nunc in illo corpore operari possunt: non autem motu continuo, cum sint indiuisibiles. S̃m philosophos sunt immobiles simpliciter, licet per accidens attributione moueri possunt, vt dicemus in 8. quia subiecta eorum mouentur. Sed dices, vt esse ad operationem, ita esse hic ad operationē hic: sed esse præcedit operationem absolute: igitur esse hic præcedit operationem hic: igitur intelligentia prius est in cœlo, q̃ operetur in illo. Dici potest, q̃ maior intelligitur in iis rebus, quæ sunt in loco, in illis. n. prius res est in loco q̃ in illo operetur: at in his quæ sunt in loco per quandam æquiuocationem potest esse simpliciter præcedere operationem simpliciter, non autē esse hic præcedere operationem in hoc loco, cum esse in hoc loco nihil aliud sit q̃ operari in illo. Ex iis potest Auer. sensus ad bonum trahi: voluit enim substantias separatas non esse in loco vniuoce, non tamen negauit illas posse esse in loco per operationem, vt. 8. physicorum dicetur cōm. 84.

Vide. 1. parte sum. q. 52. ar. 1. & 47. 2.

Mouetur substantia immaterialis motu discreto, nō autē continuo.

DILVC. *Quid uero fortasse locus sit, multas continet dubitationes: non. n. idem ex omnibus, quæ ipsi competunt, contemplantibus uidetur. Præterea ab alijs de ipso habemus nihil, aut dubitatum aut inuentum.*

ANT. *Habet autem multas dubitationes quid fortasse locus sit: non enim uidetur idem considerantibus ex omnibus, quæ insunt. Amplius autē habemus nihil ex alijs, neq; ante quæsitum, neq; bene exquisitum de hoc.*

Quid sit locus Vide cam. q. 2. Ioannes. ar. 2.

Executurus de proposito, primo tangit quæstionis quid sit locus difficultatem dicens: Quid vero fortasse locus sit, multas continet dubitationes. Ex parte rei quidē, quia non idem ex omnibus affectionibus quæ ipsi competunt, contemplantibus videtur. Cum. n. descriptio rei colligatur ex proprietatibus repertis in re, sint autem proprietates loci aliæ atq; aliæ, è quibus aliæ atque aliæ colliguntur conscriptiones, iure nobis erit difficilis captu. Ex parte hominū vero & nostra, quia prędecessores nihil aut dubitatum aut solutū tetigere.

Qua Auer. com. 2.

Auerro. vero in cōm. 2. reddit causam difficultatis quæstionis alio modo, quia scire definitionem rerum, quæ dicuntur æquiuoce, est difficile: sed locus est res dicta æquiuoce: quare captu difficilis res erit. Maiorē declarat Auer. primo, quia res æquiuoce vel multiplices sunt propter id quod non habent vnam naturam; immo non habent vnam naturā: igitur difficiles, quia vnitas naturæ est causa facilis apprehēsionis. Secūdo, quia definitiones talium æquiuocorum non possunt colligi per artem traditam in posterioribus, videlicet diuisione, cōpositione, & syllogismo: cum multiplex primo diuidatur, & postea definiatur. Recētiores exponendo Auer. fingunt esse in loco dici æquiuoce, nō autem locum: nam aliter est in loco octaua sphæra, aliter corpora recta. Sed hæc expositio rudis est, nam esse in loco accipitur à loco, igitur esse in loco si dicitur æquiuoce, dicetur propter loci æquiuocationem, cum non dicatur æquiuoce penes esse, & ita penes locum. Propterea an locus dicatur æquiuoce vel ne, in cōm. 43. & 45. omittatur.

RECOGNITIONES.

Per ea quæ insunt loco, intelligit proprietates in loco repertas, & tunc vna expositio Auerro. est Ex proprietatibus repertis in loco apud illas considerantes, non videtur locus idem vniuoce dictus: & hęc est vna causa difficultatis. Alia expositio Auer. nostra etiam est, & quidem melior: Considerantibus ex omnibus proprietatibus repertis in loco, non videtur idē secūdum descriptionem: immo videtur multiplex descriptione quæ ex illis colligitur.

DILVCI. *Quod quidem igitur sit locus, ex translatione constare uidetur. Nam ubi nunc est aqua, illinc ipsa defluente uti ex uasculo, rursus aer inerit: nonnunquam etiam eundem hūc locum aliud corpus quoddam occupat, qui quidem ab ijs omnibus, quæ fiunt atq; mutātur, diuersus esse uidetur. In quo nāq; est aer, in hoc prius aqua erat. Quare patet locum esse aliquid, & esse receptaculum alterum ab utrisq;, ex quo & ad quod mutuo sibi inuicem cedunt.*

ANT. *Quoniam quidem igitur est locus, uidetur esse manifestum ex transmutatione. Vbi nanq; nunc est aqua, hinc exeunte sicut ex uase, iterum aer inest: aliquando autem eundem locum aliud corporum continet. Hoc igitur ab ijs, quæ fiunt & commutantur, alterum uidetur omnibus esse: in quo enim aer nunc est, aqua in hoc prius erat. Quare manifestum est, q̃ erat locus aliquid, & receptaculum alterū ab utrisq;, in quod & ex quo mutatum est.*

An locus sit. Vide Ioan. de ma. q. 1. Ianua.

Quod locus sit in rerum natura (vt Themist. exponit) pluribus declaratur euentis. Primo ex mutuo successu duorum corporum circa eundem locum: nam aqua & aer inuicem sibi mutuo succedunt circa eundem locum, vt circa idē vasculum aut dolium. Sed q̃m contingit nonnunquā vt idem locus occupetur à diuersis corporibus, ideo Arist. duo infert (vt Themist. inquit) vt q̃ locus sit in rerum natura, & hoc per transmutationem ipsam corporum: & q̃ sit res alia à corporibus sibi mutuo cedentibus, cum ille vnus idemq; permaneat, corpora varientur. Verba Arist. translatione ipsa patent. Debes scire q̃ quæstio an est, nō potest, nisi hypothetico syllogismo terminari, ideo syllogismus debet esse iste, si est aliquid in quo sibi corpora cedunt, locus est: sed videmus sensu aliquid esse in quo corpora sibi cedunt, vt vas: igitur locus est.

Qua Auer. Comen. 3.

Auer. cōm. 3. vult Arist. hic exequi de proposito, & primo vult ipsum adducere rationes probabiles pro vtraq; parte, vt sui moris est, quādo illæ rōnes possunt solui & ponuntur concitatiue: atq; hoc dicit quia interdum inducuntur post, vt cum inducuntur confirmatiue, vt Primo Cœli cōm. 22. Dicit secundo, q̃ locū esse alterum à locatis corporibus est famosum & per se notum, quod intelligo accipiendo locum pro corpore continente, vt dicetur.

DILVC. *Insuper etiā naturalium corporum atq; simplicium, ut Ignis & terræ & id genus, lationes non tantū aliquid esse*

locum indicant, sed etiam quandam habere potestatem. Fertur.n. unumquodq; suum in locum, aliud quidem sursum, aliud uero deorsum, nisi prohibeatur. Modo hæc sunt loci partes atq; species, uidelicet sursum & deorsum, cæteræq; differentiarum sex id genus.

ANT.

Amplius autem & loci mutationes physicorum & simplicium, ut ignis, terræ, et talium, non solum ostendunt q aliquid sit locus, sed etiam quia habet quãdam potentiam. Fertur enim unumquodq; in suum locum non prohibitum, hoc quidem sursum, illud uero deorsum. Hæ autẽ sunt loci partes et species, sursum et deorsum, et reliquæ sex distantiarũ.

διαστάσεων i distãtiarũ differentiarum.

Secundo idem persuadet, & primo tangit vim syllogismi dicens: Insuper etiam naturalium corporum atq; simplicium, vt ignis & terræ & id genus lationes, non tantum aliquid esse locum indicant, sed etiã ipsum habere potestatem quandã. Hæc est rationis vis, è qua proficiscimur ad duo de loco, vt q sit, & q vires contineat aliquas. Deinde syllogizat & potest sic componi, loci partes siue species sunt sursum & deorsum & id genus: corpora feruntur sursum & deorsum: igitur loca sunt. De ratione primo tangit minorem dicens: Fertur enim vnumquodq; suum in locum, aliud quidẽ sursum, aliud vero deorsum, nisi prohibeatur. Hæc est minoris vis, deinde tangit maiorem dicens: Modo hæc sunt loci partes atque species, videlicet sursum & deorsum, cæteręq; differentiarum sex id genus. Ex iis patet & q locus sit, & q vim habeat continendi. Fortasse syllogismus reduci potest ad formam hypotheticam sic, si corporum aliqua feruntur sursum aliqua deorsum, locus est, quia hæc sunt loci species: sed sensu patet corporum aliqua sursum, aliqua deorsum ferri: igitur locus est. Hæc sunt de textu. Auer. vero vult Arist. hic multa declarasse, primũ, q locus sit, vt translatio ſm differentes positiones indicat. Secundum, q locus vires habeat quasdam, aliter, vt dicit Auerro. nõ moueretur locatum in ipsum. Tertium, q multæ sunt differentiæ loci, nam cum multæ sint translationes, vt sursum & deorsum &c. multæ etiam erunt loci differẽtiæ siue species. Quartum q locus est perfectio locati, quod fertur in locum ipsum. Vltimo Auer. soluit literalem dubitationem, cur videlicet adiecerit partes atque species, & vult esse dictum species, ad differentiá partium quantitatiuarum, vt notaret videlicet illas esse loci partes specificas siue subiectiuas, non quãtitatiuas siue integrales.

An sursum & deorsũ sint partes loci Vide Gaet. hic.

Qua Auer. Com. 4.

Dubitationes.

Sed circa hoc accidunt dubitationes. Primo, vtrũ elementa moueantur à potentia loci. videtur.n. q nõ, quia tunc tractione mouerentur, & ita violenter: secundo, quia Quarto cœli cõm. 28. Auer. ait oppositũ. Secundo videtur q loco nulla insit potentia. Primo, quia locus est superficies, quæ est quantitas quædam, quæ non est de principiis actiuis. secũdo, quia illa virtus non est substantia loci, neq; accidens loci, vt patet. Tertio videtur q locus non sit forma, siue perfectio locati, quoniam locatum est perfectius loco, igitur potius illius forma. Ad primam dici potest, vt Expositor sentit, q corpus naturale trahi à loco potest dupliciter intelligi: vno modo vt à virtute effectiua, quo quidem modo magnes ferrum & ambra paleam trahunt, & sic tractio est species violẽti motus: & hac ratione locus non trahit locatum. Alio modo vt à fine iuxta illud, trahit sua quemque voluptas: & hoc modo locus trahit corpus naturale, fine videlicet constituto in ipE so loco veluti in suo conseruatiuo, & virtute agẽte existente in ipso corpore quod fertur: & sic tractio est species motus naturalis, & per hoc patet solutio ad rõnes. De secunda dubitatione est positio Ioãnis in quæstione præsenti & multorum aliorum, q elementa habent diuersas virtutes, quia qualitates sibiinuicem contrarias, vt calidum, frigidum, humidum, & siccum, & ratione harum vnum non est locus alterius. Alias vero habent infusas ab ipso cœlo, quatenus sunt in tali aut tali positura ad cœlum: & ratione talium elementum continens locat elementum contentum: & quia aliæ sunt atque aliæ distantiæ ad orbem, inde proficiscutur aliæ atque aliæ virtutes tales, ita vt in ipso igne sit alia, quia aliter ad cœlũ constituitur, alia in aere per idem, in aqua alia, & in terra similiter. Virtus quidem, quæ in igne è cœlo emittitur, est potestatiue aer, quæ vero F in aere potestatiue aqua, quæ demum in aqua potestate terra. Qua ratione fit vt in igne sit conseruatio aeris, in aere conseruatio aquæ, & ita deinceps. Sed qm virtus illa cœlestis interdum elemẽtariam superat, interdum contra, elementaria illam, hinc fit vt interdum ignis conseruet aerem, interdum illum corrumpat, & in cæteris similiter. Hæc Ioannes & alij. Auer. autẽ. 4. cœli. cõm. 23. in calce, ait: Neq; etiam quodlibet contentum mouebitur ad continens quodlibet, sed ad cõtinens vicinum, cum quo conuenit in altera duarum qualitatum. Ex quibus verbis patet vnum elementũ esse locum alterius, non propter virtutem cœlestẽ, sed propter elementariam, in qua conuenit cum contẽto, & in præsenti cõm. 4. ait: Quoniam apparet ex motu terræ ad inferius, & ignis ad superius, quod quærunt per istum modo vbi conueniens sibi, quæ conuenienG tia non est nisi per potentiam naturalem existẽtem in illo vbi. Hæc vt mihi videtur non est cœlestis, quia illa non est naturalis elemento, sed supernaturalis. Tertio igitur cũ Auer. propter multas nostras rationes, quas In libro de Generatione scripsimus, q vnum corpus locat aliud propter qualitatem symbolam siue cõem, & q nulla est necessitas talis virtutis cœlestis: qua rõne fit q ignis conseruet aerem & corrumpat. Cum.n. contraria qualitas excrescit facit ignem contrariũ aeri, cum proportionatur & seruat mensuram cõseruat ipsum, & in cæteris similiter. Potest enim qualitas cõmunis conseruare & præseruare consentũ apud Auer. quando in debita ratione constituitur. Tunc ad rationes & ad primam, q sumendo locum pro superficie, sibi nulla inest virtus, nisi per accidens, sed pro corpore locante inest virtus. Similiter ad secundum patet H quid sit virtus illa, non.n. est substantia, sed accidens, non cœleste, sed naturale, quod græci symbolum vocant, nos commune. Ad tertiam dici potest q duplex est forma. simpliciter, quæ videlicet subiectũ constituit inesse simpliciter, quo in modo anima est forma corporis: & hoc modo locus nõ est locati aut forma aut perfectio. Alio modo forma dicitur ſm quid, qua ratione albedo parietis forma dicitur, & vniuersaliter accidẽs subiecti, & sic locus est forma locati extrinseca secundum quid: & sic ratio nulla.

Secunda. An locus trahat locatum. An loco aliqua insit virtus.

Tertia. An locus sit perfectio & forma locati.

S. Tho. hic. Locus trahit locatũ non effectiue, sed finaliter.

Io. Iand. q. 2. huius.

An locus sit aliqua uirtus absoluta differentialiter ab eius superficie. Vide eum q. 1 huius arti. 1. Et an sit uirtus respectiua à superficie corporis locati realiter & in uirtute distincta & in corpore locãte sub stantia.

Vide Ioan. de magis. q. 2. huius & consum paris. q. 3 huius.

Pō propria.

Locus est conseruatiuus locati non ex ipso calo, sed ex quadam quod cõe est ipsi & corpori locato, qd naturas proprias illorum assequitur, determinata proportione differens.

Solutio tertia.

RECOGNITIONES.

Animaduerte, locum esse, haberi ex eo quia simplicia corpora feruntur: ex eo vero quia feruntur alia sursum alia deorsum, habetur locum habere potentiá quandam circa lationẽ elemẽtorum, q̃ de mente Auer. in commentariis asseruimus.

Prima

Prima dubitatio est, quia elemẽtum est duarum qualitatum, & per vnam illarum conuenit cum elemẽto contento, & per aliam contrariatur: ergo non magis est per alteram conseruatiuum, quàm per alteram corruptiuum: ergo nisi addatur aliqua alia qualitas frenãs corruptiuam qualitatem, nunquàm poterit elementũ intra se contentum conseruare, Præterea secunda dubitatio est, quia si elementum est locus alterius elementi per solam communem qualitatem, tunc vbicunque poneretur elementum continens ad eum locum naturaliter moueretur elementum contentum: & ita si ignis poneretur in centro, aer ad ignem naturaliter moueretur, quod nõ assererem. Propterea tutius posset dici alterum elementum tum per alteram qualitatem esse locum alterius non absolute, sed vt in tali, vel tali mundi situ collocata: nam sic situata afficitur lumine & motu cœli sic vel sic afficientibus. vt possit communis qualitas esse ratio locandi in corpore contento, & locati ratio in corpore contento. Errant autẽ qui vltra cõem qualitatem lumine & motu affecta voluerunt esse influentiam occultam, ratione cuius esset elementorum locatio. Auer. n. ponit elementum locare elemẽtum ratione cõis qualitatis, sed vt lumine & motu sic vel sic afficitur: & per hoc rationes delentur.

DILVC. *Sunt uero hæc talia, uidelicet dextrum & sinistrũ, atq; sursum & deorsum, non solum ad nos (ad nos. n. non semper idem est, sed positione fit ut aliqua ex parte uertamur, ita, ut idem sæpius dextrum & sinistrum sit, atq; sursum & deorsum, ante etiam & retro.) sed etiam ad ipsam naturã, in qua distinctum est seorsum utrunq;. Non. n. ipsum sursum est quoduis, sed id in quod fertur ignis atq; leue. Similiter autem ipsum deorsum non est quoduis sed id, in quod ea quæ pondus habent & terracea feruntur: quo fit, ut hæc non solum positura differant, sed etiam potestate. Indicant uero ad ipsum & mathematica: nam & si non sint in loco positura, tamen ad nos dextrum habẽt atq; sinistrum, nihil borũ natura habentia, ut solũ positura ipsorũ intelligatur.*

Sunt huiusmodi non solum ad nos dextrum & sinistrũ, & sursum & deorsum, (nobis enim non semper idem est, sed secundum positionem quodammodo fiunt, ut uertimur: unde idem multoties dextrum & sinistrum est, & sursum & deorsum, & ante & retro:) sed in natura determinatũ est seorsum unumquodq;. Non enim quicquid contingit, sursum est, sed quo fertur ignis & leue: similiter autem & deorsum non est quicquid contingit, sed ubi habentia grauitatem & terrena sunt: tanquam non positione differentia solum sint, sed & potentia. Ostendunt autem & mathematica. cum enim non sint in loco, tamen secundum positionẽ ad ὡς *tanquã, quare.* *nos habent dextrũ & sinistrũ. Quare solũ est intelligere, ipsorum positionem non habentia natura horũ unumquodq;.*

An sursum & deorsum sint species loci. Vide Bur. hic.

Quia meminerat loci differentiarum, nunc exponit qua ratione colliguntur loci ipsius differentiæ: & primo probat quod in mundo ipso sex loci differentiæ non solum sunt comparatione ad nos, sed & ad naturã ipsam: ratione videlicet & signo. Ratione quidem, quia si ad nos eiusmodi acciperentur, eueniret vt idẽ sit modo dextrum, modo sinistrum, vt colũna: modo quoq; sursum, modo deorsum, vt meditullium ædium: & sit modo ante, modo retro. Signo vero, quia res mathematicæ carent differentijs his naturalibus, licet eas habeãt ad nos. Propter hoc dicendum est in mundo esse eius-

A modi & ad nos & ad naturam, cum sursum id dicatur, ad quod leuia ferũtur, deorsum verò ad quod grauia. Verba Arist. translatione ipsa patent.

Auerroes vero in præsenti commento introducit textum, & declarat quare Arist. demonstrauit eiusmo di differentias esse in mundo per naturam, & ait, Quia tales differentiæ possunt sumi ad nos & ad naturã, propterea ne quis credat illas esse ad nos, declarauit eas esse secundum naturam. Vlterius declarat quare sursum & deorsum sunt potissimæ differentiæ, & vult esse potissimas, quia distant situ maximo & virtute: situ quidem, quia sunt vltima lineæ lõgissimæ protractæ à cẽtro ad circunferentiam: virtute vero, quoniam locus sursum vires habet conseruandi leuia, deorsum vero conseruandi grauia: propterea videntur esse cõtraria quodam modo. Vlterius declarat quod eiusmodi sex dif-

Qua Auerro. com. 5.

B ferentiæ positionis, sunt tam animatis quàm inanimatis cõpetentes, non tamen eodem modo. Competunt. n. inanimatis æstimatione atq; conceptione tantũ, animatis vero realiter & per naturam. Sed tunc est dubium, quoniam Arist. mundo ait conuenire has sex differentias positionis per naturam, quod quidem patet quo ad sursum & deorsum: sed quo ad cæteras positionis differẽtias videlicet ante retro, dextrum & sinistrũ non patet. Respondet Auerroes quod eiusmodi sex differentiæ positionis possunt considerari vt partes, & vt vbi siue termini motus. Si vt partes, sic sunt in mundo naturaliter distinctæ, quoniam mundus habet dextrum, sinistrum, ante, retro, sursum & deorsum. Dextrum quidẽ mundi ortus est, sinistrum occasus, ante vero culmen, retro imum, sursum vero austrum, deorsum septẽtrio. Si vero vt termini motus siue vt vbi, sic duæ tantum sunt

Quõ mathematicalia pp differentias quas habẽt ad naturalia ostẽdunt locũ, & differentias locales esse aliquid in natura. Vide Egid. hic.

C natura distinctæ, videlicet sursum, cœli concauũ, deorsum centrum, cæteræ verò ad nos habentur. Hæ. n. duæ positiuræ & vt partes & vt vbi siue termini, natura ipsa distinctæ sunt, vt in Tertio huius dictũ est. Sed contra, quoniam sex hæ differentiæ non possunt in esse nisi animato, vt dicitur Secundo Cœli cõm. 15. modo vniuersus mundus non est animatus: negat. n. Arist. aĩam mundi. Respondet Auerroes quod licet non sit totus mũdus animatus, est tamen aĩata eius principalior pars, vt cœlum: & ita sunt in vniuerso, quia in cœlo: quemadmodum licet non quodlibet animalis sit animatũ, vt pili & vngues, quia tamen principalior pars est animata, vt patet, iure in animali ipso toto hæ spectantur differentiæ. Hæc ex commento colliguntur. Sed circa hæc ambigunt primo recentiores cõtra Auerroẽ & Arist. quia non videtur quod sursum & deorsum, hoc est, conca

Dubium & differentiis co. Prima du. Scda dubo. Responsio.

D uum & centrum sint extrema lineæ longissimæ, quoniam suprema sphæra adhuc superior est concauo lunæ. Secundo solitus sum dubitare quæ sint in cœlo tales positionis differentiæ, & vnde sumantur. Ad primã respondet recentiores quod simpliciter sursum est cœlũ octauum, sursum vero in mundo inferno est concauũ lunæ. Propterea intelligit Auer. concauum lunæ & cẽtrum esse extrema longissimæ lineæ, non simpliciter sed in mundo inferiori. Sed hæc responsio stare non potest, primo quia tunc nihil esset leue simpliciter, quoniam nihil fertur sursum simpliciter. Secũdo quia tunc sphæræ intermediæ essent aliquo modo deorsum, quod est falsum, quia tunc essent graues. Propterea debes scire, vt rectè dixit Auerroes, quòd sursum & deorsum possunt considerari vt partes, & sic sunt in cœlo ipso: & hoc modo non vt à motu elementorum colliguntur,

Confutatio.

Respõ ppria.

liguntur, sed à motu cœli, vt docet Arist. 2. Cœli. Alio modo vt termini motus & vt vbi, & sic insunt in mũdo propter motus elementorum: quæ ratio docet cõcauum esse simpliciter supremum, quia ad ipsum fertur simplr leue: centrum simplr deorsum, quia ad ipsum fertur simpliciter graue. Ex ijs sequitur octauum cœlum neq; esse sursum neq; deorsum: nam quia rõne esset sursum, quia supra caput, eadẽ ratione deorsum, quia infra pedes, neque esset supra concauum neq; infra concauum propter eandem rationem. Tunc ad rationem dico ꝙ sursum & deorsum accepta vt vbi, sunt extrema lineæ longissimæ super quam fit motus, quia sic accipiũtur vt termini motus: modo licet adhuc vltra concauum extendatur linea illa, non tamẽ extenditur sursum sicut vltra centrum nota extẽditur deorsum. Propterea octauum cœlum non dicitur superius vel inferius concauo vel centro. Ad secundam Albertus in Cœlo & Mundo voluit dextrum cœli esse stellam, mouetur autem quia dextrum est principiũ omnis motus, modo in stella est maior virtus quã in toto cœlo. Positionem hanc nonnulli captiunculatores declarant diuidendo cœlum quatuor in quartas: prima est in ortu per tres horas ante ortum, & tres supra ortum, secunda est per tres horas ante meridiem & tres postea, tertia est per tres horas ante occasum & tres post occasum, quarta est per tres horas ante mediam noctem & tres post. Verbi gratia ab A. in B. prima describitur plaga. ab ipso B. in C. secunda, ab ipso C. in D. tertia, hinc ad A. quarta, quamlibet. n. harum sol describit horis sex æqualibus.

Octauũ cœlũ neque sursum neq; deorsum est.

Solutio Alberti ad secundã.

Declaratio, Solutio.

Descriptio cœli secundum Quatuor Vniuersi Plagas.



Dicunt igitur ꝙ stella vtpote sol, vt in prima cœli plaga constitutus est dextrum cœli simpliciter, sol vero vt in secunda cœli plaga collocatus est ipsum cœli ante, in tertia vero ipsum cœli sinistrum, in quarta demum ipsum cœli retro. Quæ ratio docet vt nihil aliud sint eiusmodi differentiæ positionis, nisi stella ipsa diuersimode constituta. Sed hæc positio friuola est, & non digna philosopho: primo, quia si eiusmodi positionis differentiæ sint stella ipsa cœli, cum nunquã stella posit venire in septentrionem aut in astrum, eiusmodi non poterunt esse sursum & deorsum cœli, contra Auer. Secundo Cœli cõm. 15. & contra imaginationẽ illius hominis, quem fingit Arist. cuius caput sit ad austrum, pedes ad septentrionem. Secundo cum tot sint stellæ in cœlo octauo, & vt dicunt Mathematici plures sint æque potentes & æque lucidæ, tunc hæ differentiæ plures essent & multifariam geminatæ. Tertio

Confutatio.

E si stella est hmói differentiæ, cũ nulla vna stella sit totius mundi, tunc hæ differentiæ non essent in toto mũdo, cuius contrarium habes hic in commento, & Secundo cœli. cõm. 15. sed solum in orbe singulo, cuius est propria stella essent tales differentiæ. Propter hæc aliter diximus in libro Destructio Destructionum, disputatione prima. in solutio. dubij. ij. Nunc vero nõ recedendo ab Auer. dico ꝙ sex hę differẽtię possunt accipi vt partes, & vt vbi: vt quidem vbi, sic sunt duæ tãtum, videlicet sursum & deorsum in mundo hoc infer no: vt partes verò tribus modis sumi solent, aut vt partes virtuales siue pǫtiuæ, aut partes integrales, aut vt partes relatiuæ, hoc est, pro virtutibus, pro mẽbris, & pro ipsis relationibus. Si quidem pro virtutibus siue potestatibus, sic sunt animæ potentiæ, quibus ipsa incipit, terminat, continuat, & circumuoluit motum: F anima. n. hominis per dextreitatis vim motum incipit, per illam anterioris continuat, per illam posterioris circumuoluit, per sursum & deorsum veluti per axes motum sustinet: & qn anima cœli & suæ virtutes nõ differunt nisi cõceptione & definitione, sic eiusmodi virtutes in cœlo sunt ipsa intelligentia, vt perficiens cœlũ per vim dextram actuans ortum, per vim sinistrã occasum, per vim anteriorem culmen, per vim posteriorem imum, per vires sursum & deorsum vtrosq; polos informans: & hoc modo Auer. Secundo Cœli, vult tales vires esse separabiles substantias, vt patet cõm. 15. Si vero pro membris, sic dextrum erit pars stellata, sinistrum pars illi opposita, ante pars densior per quam transit pars dextra in sinistram, retro per quam redit. Nam prima cœli vis apparuit in stella: vbi enim cœlũ moueri cœpisset, & stella ipsa cœpisset, resideret q; in G ea Athlantis dextreitas, vt fingunt poetæ, in opposita parte est vis finis, in parte per quam transit dextrum densiori est vis anterioris, in parte per quam redit est vis retro. Si vero hæ differentiæ colliguntur vt relationes, sic sunt in cęlo ratione terræ habitabilis naturaliter, veluti in columna, quia in animali: in terra quidẽ per se vt in subiecto, in cœlo vero vt in termino. Ex his accipitur ꝙ accipiendo hæc pro potentiis sic sunt in vniuerso mundo, siquidem mundi principalior pars est vna prima forma animata. Similiter si accipiantur pro relationibus vniuerso conuenient, cum terra habitabilis referatur ad vniuersum mundũ. Vbi vero pro membris, cum vniuerso mũdo non cõpetat vna stella non cõpetent hæc vt membra, nisi modo quo dicunt astronomi orientale dextrum, occidentale sinistrum. Hæc est solutio qõnis, verum hic non parue accidunt H difficultates, quas perquire in cõmen. libri Cœli.

Alia solutio et dffrta.

Pãnis differentia quotoque pro virtutibus quãdoq; p mẽbris, quandoq; p relationibus pea quo sumã tur i singulis.

RECOGNITIONES.

Themistius & Auerroes, & fere omnes velle videntur Aristotelem probare differentias locorum non esse tantum ex institutione nostra constitutas, sed ab ipsa natura pendente: & hoc, vt Themistius inquit, ne credat quispiam huiusmodi locorum discrimina esse solum per relationem ad nos. Sed tunc emergit quæstio, quia vel loquitur de differentijs locorum, vt sunt corporum naturalium, & sic sunt duę tantum. s. sursum & deorsum: vel vt sunt mundi, & sic licet sint sex, nõ bene probat illas esse à natura, quia ad illas mouentur naturalia corpora. Vnde non video ad quid Arist. introducat de differẽtijs locorum, vt sunt mũdi, cum non locutus sit de illis, nisi vt ad illas mouentur naturaliter corpora. Mihi igitur videtur nunc Aristoteles prin-

principaliter loqui de sursum & deorsum, vt sunt mundi inferioris, quia ad ea feruntur corpora naturalia: miscuit autem alias differentias per accidens quia nonnulli etiam in mundo infero possent credere esse omnes illas alias differentias. Ideo donec declarabit in. 2. libro de Cœlo, duas tantum esse differentias in mundo infero, & sex in supero loquitur de omnibus, acsi omnes essem in mundo infero, cum reuera duæ tantum sint, sursum videlicet & deorsum. Probat autem tales differentias sex, dato ꝙ essent in infero mundo, esse naturales, & non ab institutione nostra. Ex quibus patet eam quæstionem, de differentijs mūdi, quam in commentarijs mouimus, non esse necessariam, quia Aristoteles non loquitur de illis sex, vt sunt totius mundi, sed vt sunt mundi inferi: dato ꝙ essent sex, vt nunc supponatur. donec veritates determinetur. Lege ergo verba sic, sunt autem huiusmodi sex differentiæ locorū, dato ꝙ essent sex in hoc infero mundo non solum ad nos, (dico sex locorum differētias, vt sunt dextrum, & sinistrum, & sursum & deorsum) sed in natura determinata est vnaquæq;. cuius causam interponit, & lege sic: Nobis enim non semper idem est, quod positione ad nos est aut dextrum aut sinistrum, sed hæc fiunt quodā modo ſm positionem nostram, vt scilicet vertimur: vnde pro ratione versionis nostræ, idē multoties dextrum & sinistrum est, & sursum & deorsum, & ante & retro. Est igitur quasi maior, omne tale institutione ad nos, pro ratione nostræ versionis vertitur: sed dextrū & reliqua nō pro nostra versione talia sunt. Cuius causam affert: Non enim inquit, quicquid contingit, & quoduis sursum est, sed is locus, quo fertur ignis & leue: similiter autem & deorsum non quicquid cōtingit est. sed is locus. vbi terrena sunt: ergo talia non sunt nostra institutione. Ex his infert loca non positione tantum differre, sed etiam potestate: alioquin non est locus determinati corporis. Ideo lege, Tanquā, pro quare, vt lege potest verbum ὡς græcum quādoq; hoc pacto. Quare non positione differunt solum, sed etiam potentia atq; virtute. Probat etiam differentias illas non esse ab institutione nostra signo sumpto à Mathematicis: & potest signum esse à contraria causa, sic: Mathematica habent dextrū & reliqua ad nos, quia non sunt in loco: ergo quæ sunt in loco habent dextrum & reliqua non ad nos, sed ſm naturam: talia sunt Physica corpora. Propterea concludit. Quare solum est intelligere in Mathematicis dextrum, & reliqua ſm ipsorum mathematicorum positionem ad nos, non habentia natura illorum vnumquodq;, id est, nullum eorum habentia secundum naturam, seu solum ad nos.

DILVC. *Ad hæc, qui uacuum esse dicūt, hi locum affirmant: quando uacuum nihil aliud est, quam locus corpore uacans. Locum igitur aliquid esse præter corpora ipsa, omneq; corpus sensile in loco esse, per hæc sane quispiā suspicabitur. Quod etiam Hesiodus recte sentit, faciens ante omnia chaos. Dicit enim, Ante chaos, post hoc facta est latissima tellus. propterea ut in habitaculum rerum conuenitat esse, quia ueluti multi putabat cuncta esse alicubi & in loco.*

ANT. *Amplius affirmantes uacuum esse, locum esse dicunt: uacuum enim locus utiq; erit priuatus corpore. Quod quidē igitur aliquid sit locus, & omne corpus sensibile in loco, per hæc aliquis accipiat. Videtur autem utiq; & Hesiodus recte dicere, faciens primum chaos: dicit igitur primum omnium chaos factum, sed postea terram latam, tanquam indigeret* A *esse primum receptaculum his quæ sunt, propter id quod opinatus est, quemadmodū multi esse oīa alicubi & in loco.*

Vltimo idem persuadet authoritate, & eorum, qui vacuum locum esse credunt, & Hesiodi poetæ, qui ante mundi genituram vacuū esse affirmat, quod chaos & patorem appellat, vt sit locus & rerum inhabitaculum: & verba translatione patent.

Auerroes vero declarat differentiam inter hanc rationem & prædictas, ꝙ hæc est famosa non vera, illæ autem famosæ & veræ. Nam hæc accipit vacuum esse, & ipsum esse locum, quæ omnia falsa sunt, at primæ nihil falsi sumunt. Deinde declarat, ꝙ qui generant mundum simpliciter & omne corpus, cogūtur ponere vacuum. nam, cum mundus sit corpus factum de nouo, necesse est vt præcedat locus in quo recipiatur: propte B rea Saraceni, qui sunt suæ legis, cum corpus simpliciter totum & mundū generent, præponunt ante chaos & inane, vt Geneseos primo, Terra erat inanis & vacua. Propterea in fine commenti ait, ꝙ hoc est vnū eorum, quibus Arist. negat corpus & mundū similiter generari, nam tunc daretur vacuum. Sed dubitatur contra Auerroem primo, quia videtur velle ꝙ si mundus generatur oportet ponere vacuum: nam sicut genitum tempore præcedit vacuum tempore, sic genitū ab æterno præcedit vacuum ante illud, saltem natura. Secūdo idē specie est mūdus si de nouo fieret, & si ab æterno: sed vbi fieret de nouo esset corpus locabile, vel supponens vacuū: igiť illud præsupponeret etiā, vbi esset æternum. Iuniores dicunt duo, primum vbi mundus esset vnum corpus continuum, non posset Deus illud mouere motu recto nisi creasset nouum locum, in quem C moueretur: similiter nec posset ipsum mouere circulariter, nisi etiam creasset locum: fortasse moueret circulariter secundum situm. Secundo dicunt. ꝙ generantes, mundum habet concedere vacuum extra cœlum, quia Deus potest extra istum mundum facere alium: vbi enim sic fecisset, quæritur an hi duo distarēt vel tangerent se: si distarent, tunc esset vacuum: si tangerent se, & cum non per partem diuisibilem, igitur in puncto, & ita inter latera erit rursus vacuum. Nōnulli posteriores aiunt hæc non esse necessaria, primum quidē non, quia posset mouere mundum nullum locū creando, quoniam talis motus esset rectus: sed neq; sursum neq; deorsum, sed alterius rationis: Posset etiam mouere circulariter, nec est verū ꝙ motus circularis cœli sit situalis. Secundum vero minime, quia concedunt posse aliqua duo corpora esse totaliter extra se inuicem, & D tamen neq; se tangere, neq; distare, vt in illo casu de duobus mundis. Sed hæc sunt friuola, primum quidē, quoniam, si Deus moueret mundum ita continuū existens corpus, aut motu recto aut circulari: si recto motu, vel finito vel infinito: si finito, igitur terminabitur in locum, motus enim omnis localis est de loco ad locum, nec nullus vnquam sensit oppositum. Quod si est alterius speciei, tunc non erit localis, & sic nihil contra illos: nam illi volunt Deum non posse mundum mouere localiter motu recto vel circulari, quin ipse creet locum. Si vero circulariter: moueret ipsum, vel esset motus localis, vel situalis. si localis, oportet vt mobile mutet locum aut ſm totum, aut secundum partes, nō ſm partes, quia est corpus continuum totum occupans: si secundum totum, igitur oportet vt creet nouum locū. Secundum vero, quia vbi Deus creat duos mūdos, aut inter

Quæ Auer. Com. 6.

An vacuū esse sit impossibile. Vide Sco. in. quol ar. 2. Vide & can. q. 4. buius. Et Cursum phsi. q. 2 buius

Dubiões.

Positio iuniorum.

Obiectiones cōtra primos.

Defensio.

inter eos est aptum esse corpus, aut non: si non, igitur se tangunt contra illos: ea enim se tangunt, inter quæ corpus aptum natum non est esse. Si est aptum natum esse corpus, illud erit vacuum: nihil enim vacuum erit aliud, quam priuatio corporis in qua aptum natum est esse corpus. Propter hæc dicerem catholice sentiendo, φ vbi Deus faceret mundum vnum corpus continuū in se & omnibus partibus, non posset ipsum mouere motu locali nisi creasset vnum nouum locum propter rationem tactam. Secundo φ vbi Deus creasset mundum vt de facto creauit, oportet ponere vacuum nō in prima significatione, pro dimensione abstracta quantitatiua apta recipere corpus, sed pro priuatione in qua est aptum esse corpus, vt argumētum cogit. Animaduertendum tamen φ apud Auer. omnis noua productio est generatione in tēpore, & propterea apud ipsum sequitur vbi mundus generaretur φ daretur vacuum, nam vbi mundus de nouo generaretur, talis generatio præsupponeret materiam: materia autem esse non potest sine dimensione interminata apud ipsum, igitur præsupponeret materiam cum dimēsione: & cū nullam aliam præsupponeret formam, aliter non totus generaretur, sequitur φ solam materiam dimensionatam præsupponeret: talis autem est vacuum in prima significatione. Vbi autem mundus generatione æterna fieret, illa cum non sit in tempore, non esset ex materia quanta præsupposita, & ideo non præesse vacuum: esset enim simplex mundi dependentia ad Deū. Tunc responderet Auerroes ad primum φ non est simile, licet enim generatio noua supponat vacuum prius tempore, non propter hoc generatio æterna supponit illud prius natura, nā generatio noua fit ex præsupposita materia, æterna vero generatio non fit modo isto. Ad secundum diceret ipse φ mundus de nouo factus, & ab æterno factus non sunt eiusdē speciei & rationis, & si sunt eiusdē rationis, nō eadē specie gñationis aeduntur: nā mundus genitus de nouo fit supposita materia, mūdus factus ab æterno fieret simplici depēdentia. Nos vero catholici tenemus, mūdum de nouo ita posse simplici dependentia dependere & fieri à Deo, sicut ab æterno, vt in Octauo dicetur. Propterea dicta Auer. vana sunt: & in malis constituta fundamentis.

Propria pō.

Declaratio Auer.

RECOGNITIONES.

Aristoteles ex authoritate eorum, qui vacuum asserunt, probat primo locū esse, & inquit, Amplius affirmantes vacuum esse, locum esse dicunt: probat, & inquit, Vacuum enim locus vtiq; erit corpore priuatus. ergo qui concedit vacuum, concedit locum. Deinde epilogat duo, alterum quod probauerat, alterum quod sequitur ex probatis, & inquit, Quòd quidem igitur aliquid sit locus, & in rerum natura existēs, (hoc probauerat vt patet) & quod omne corpus sensibile sit in loco, (& hoc ex dictis patet) pro hæc aliquis accipiat. probauit enim esse locum, & ex hoc probato sequitur corpus sensibile omne esse in loco, & per sensibile corpus intelligit elementum, quod est sensibile sensu tactus: sequitur enim. Est locus, ergo sensibile corpus: quod ad locum mouetur, est in loco, deinde verba illa sequuntur {videtur autem vtiq; :} Vbi sm Themist. Aristo. probat hæc duo, & locum esse, & sensibile corpus omne esse in loco, authoritate Hesiodi. Ego vero nō recedēdo à verbis textus, dico Arist. post veritatem de loco, qua asserit locū esse & omne cor-

E pus sensibile esse in loco, commendat Hesiodum: vnde inquit, {videtur autem vtiq; & Hesiodus recte dicere faciens primum chaos} dicit enim sic, primum omnium chaos factum esse, post chaos vero factam esse dicit terram amplam. Nec ab ratione asserit primum esse factum chaos, tanquam indigeret, hoc est, quia erat necessarium primum esse factum receptaculum omnibus iis, quæ sunt, cōueniens: & hoc quia ipse tenebat cum aliis omnia esse in loco. Ecce quomodo commendat Hesiodum, & non eius authoritate vtitur.

Quod si ita sit, erit profecto natura loci admiratione digna, & omnibus prior. Id enim, sine quo cætera nequeunt esse, ipsum uero sine cæteris est, primum sit necesse est. Locus enim non perit, si ea quæ in ipso sunt intereunt. DILVC.

Si autē huiusmodi est, mirabilis utiq; erit potētia loci, & ANT.
F *prior omnibus. Sine quo nāq; nullum aliorum est, illud autem sine alys, necesse est primum, non enim perditur locus, his quæ sunt in eo corruptis.*

Hesiodi positionem statim deridet, & probat, φ si locus sit chaos omnibus suppositū & subiectum, eius natura erit admiratione digna atq; omnibus prior. Declaratur pro syllogismum hæc consequentia. id, sine quo cætera nequeunt esse, ipsum vero sine cæteris est, primum sit omnium necesse est: sed locus est id, sine quo cętera nequeunt esse, manens tamen sine cæteris: igitur omnibus prior. Minor probatur, quia non perit, si ea quæ in ipso sunt intereunt. Quod vero ad verba græca attinet, natura græce est dynamis, latine potentia, vis, aut potestas, sonat autem ad nos mebus, natura.

Debes scire φ Auer. vult, φ Arist. probauerit aduer- Qua Auer. com.7.
G sus Hesiodum locum siue chaos esse tempore & natura prius, quoniam omne prius tempore est prius natura, non autem è contra. Sed istud non mihi videtur, nam pater est prior tempore filio, non tamen prior natura, cum pater & filius eiusdem sint naturę. Forte ipse vult φ chaos sit prius natura & tempore, quia vna est definitio prioris secūdum naturam & tempus: sed hoc est valde considerabile.

RECOGNITIONES.

Aristoteles contradicit Hesiodo: sed dices Aristoteles commendauit opinionem Hesiodi, ergo non bene illi contradicere videtur. Dicendū Arist. commendasse dictum Hesiodi quo ad duo, scilicet & φ locus sit, & φ omne corpus sensibile sit in loco, nūc illi cōtradicit inquantū Hesiodus posuit primū oīum.

H Quæres propter verba commenti, vtrum prius natura inferat prius tempore, ita vt sequatur, A est prius natura ipso B, ergo est prius tempore? Auerroes & Themistius videntur tenere φ sic, quia eadē definitio competit vtriq; priori: est enim prius tēpore quod esse potest sine aliquo, & alia non sine ipso: & simili modo prius natura est quod esse potest sine aliis, & alia nō sine ipso. Quidam asseruut omne prius tempore esse prius natura, & non conuerti: nam inter aliqua non potest esse ordo temporis, quin ille ordo sit in naturis illorum, & ita ex natura rei omne prius tempore est prius natura. Non conuertitur autem, quia secundum Aristo. Deus est prior natura mundo, & non tempore. Sed hæc positio non placet, quia pater est prior tempore filio, & non prior natura cum sint eiusdem naturæ: præterea & ordo nō est in naturis illorum: cum sint per accidens An prius natura infert prius tēp.

cidens ordinati:vbi enim esset ordo in naturis eorum, tunc esset inter illa ordo essentialis. Diximus aliter in his, quæ speciem dicunt, omne prius tempore esse prius natura, quoniam ordo in illis est essentialis,& ex naturis rerum illorum. Et licet esset ita, tunc est dubitatio an prius natura inferat prius tempore. Et dicendum quod prius natura dupliciter accipitur apud Peripateticos, vno modo pro eo, quod existere potest sine alio, & aliud non sine ipso, & hoc vocatur prius natura secundum existentiam, Alio modo pro eo a quo aliud dependet, & ipsum nó ab illo,& hoc dicitur prius natura secundum causam seu dependentiam. Similiter prius tempore dupliciter dicitur, vno modo pro eo quod in aliqua mensura est, in qua aliud non est, alio modo pro eo quod potest existere sine alijs, & alia non sine illis, & sic prius tempore est prius separabilitate. Ex his patet quomodo quæ dicit Auer. & Themistius, stare possunt: nam omne prius natura secundum existētiam, est prius tempore, non quidem secundum mensuram, sed secundū separabilitatem: prius vero natura secundum dependentiam non potest esse prius tempore.

Prius natura, & prius tempore dupliciter considera.

DILVC. *Verum si sit locus, dubitationem habet quidnam sit, utrū moles corporis quædam, an alia quædam natura? est enim ipsius genus primo perquirendum. Habebit igitur dimensiones tres: longitudinem, latitudinem, atque altitudinem, quibus omne definitur corpus. Impossibile igitur est locum corpus esse in eodem enim erunt corpora duo.*

ANT. *At uero & defectum habet si est, quid est utrum pondus quoddam corporis, aut quædam altera natura? quærendum enim est genus ipsius primum. Distantias quidem igitur habet tres, longitudinis profunditatis, & latitudinis: quibus determinatur corpus omne. Impossibile igitur est corpus esse locum: in eodem enim utique essent duo corpora.*

Omnes sentiunt cū Themi. quod Arist. arguat ad oppositum quæstionis, & primo proponat intentionē & ordinem, deinde arguat sic, si locus esset, ipse esset corpus aut alia magnitudo: quod non corpus, arguit: si locus esset corpus, haberet tres dimensiones, & vbi esset ita, tunc (cum locus & locatum sint simul) erunt duo corpora æquate in eodem, & ita penetratio. Reddit autem Auer. causam quare prima quæstio de loco debet esse circa genus, & ait esse pro tāto quia pro inuestigatione definitionum rerum ignotarum, oportet incipere à cognitione generis tanquam à faciliori, deinde procedere ad genera specialiora, donec per diuisionem habeantur omnes differentiæ.

An locus sit in prædicamē quantitatis vel vbi. Vide infra ... parte ... ubi etiā Lād. ... dimens.

RECOGNITIONES.

Quod vero ad verba attinet, verbum igitur, cū dicit. {Impossibile igitur} in græco legitur δὴ, sed ego in alio legi δὲ, ideo transtuli igitur, quod mihi placet: sic enim textus patet.

DILVC. *Rursus si corporis locus sit etiam receptaculum, patet illud esse & superficiei & cæterorum finium: ratio enim eadem consonabit. Nam ubi prius erant aquæ superficies, erunt rursus illæ aeris. Sed nullam puncti et illius puncti loci differētiam habemus. Quare si neque ad hoc locus diuersus erit, neque è cæterorum ullo diuersus habebitur: nec aliquid erit locus ipsi præter unumquodque istorum.*

ANT. *Amplius, si quidem est corporis locus receptaculum, manifestum quoniam & superficiei, & reliquorum terminorū*

A *eadem enim consonat ratio. Vbi nāque erant prius aquæ planities, erunt iterum quæ sunt aeris. At uero differentiam nullam habemus puncti & loci puncti. Quare, si neque, huius erit locus alius, neque aliorum ullus: neque est aliquid præter unūquodque horum locus.*

Probauit, quod locus non sit corpus, nunc destruēs secundam partem probat, quod non sit alia magnitudo, & arguit (vt mihi videtur) hypotheticè à destructione consequentis ad destructionem antecedentis hoc modo, si locus esset alia magnitudo quam corpus, locus esset receptaculum diuersum à locatis: si receptaculum diuersum à locatis, igitur receptaculum diuersum à superficie corporis recepti & cæterorū finium, videlicet puncto & linea. Deducit consequētiam simili ratione quia supra dicens. Ratio enim eadem consonabit illi, qua

B probatum est esse diuersum à corporibus: nā vbi prius erant aquæ superficies, erunt rursus per successionem illæ aeris, similiter & de puncto & linea aeris. Destruit vltimum consequens dicens: sed nullā puncti aeris succedentis & illius puncti loci differentiam habemus, vt declarabitur, similiter nulla est differentia lineæ locatæ & lineæ locantis, & de superficie idem concludit quasi oppositum antecedentis dicens: Quare si neque ab hoc locus diuersus erit vt à puncto, neque è cæterorum vllo, videlicet linea & superficie & corpore diuersus habebitur, nec aliquid erit locus ipsi præter vnumquodque istorum: & sic habetur oppositum antecedentis.

Egi t. c. 9.

Dubitat nouus expositor, quo modo punctus & locus puncti non differunt? Respondet & bene, quod nō differunt secundum modum imaginandi Mathematicorum. possunt enim aliqua differre aut ratione subie-

C ctorum, in quibus sunt, aut ratione situs in quo collocantur. cum igitur Mathematicus abstrahat à subiectis in quibus sunt, abstrahit à differentia penes subiecta, cū vero situs remaneat vnus amborum, iure ad imaginationem Mathematicorum locus pūcti cum sit pūctus, & ipse punctus habebuntur pro vno: simili ratione & de linea & de superficie superpositis dici potest. Secus vero de corpore, quod propter altitudinem non potest à corpore attingi secūdum se & quodlibet sui. Sed dubitant sorticolæ si apud considerationem Mathematici ex duabus superficiebus fiat vna, tunc ambæ corrumpentur & tertia generabitur, quod est falsum, cum non videatur è quo generabitur tertia, neque è quo corrumpantur illæ præcedentes. Respondent quod præcedentes corrumpuntur à copulante illas, & tertia ab eodem generatur propter illarum repugnantiam. Sed hæc friuola sunt, cum Mathematicus abstrahat à corruptio-

Dubiū noui expositoris. Responsio.

Replica. sorticolarum. Vide nominales.

Respon. eorū. Confutatio.

D ne & generatione. Propterea dico quod præcedentes non corrumpunt, nec tertia gnatur, sed quod illæ præcedentes sunt duæ & sunt vna: ratione quidem habita ad subiecta sunt duæ, ratione vero habita ad situm sunt vna: & hac ratione eas cōsiderat Methematicus, ideo nec corrumpit priores, nec generat vltimam.

Propria solutio.

Sed Auer. in præsenti commento resoluit literam totam in septem syllogismos, computando syllogismos & per syllogismos hypotheticos & categoricos, quæ res satis patet suis in verbis. Soluit vero syllogismos hos, quia committunt fallaciam accidentis mutando per accidens in per se: nam successio superficierum in eodem loco non est per se, sed per accidēs ratione corporum succedentium, & propterea non est simile de corporibus & superficiebus: corpora.n. per se in eodem sibi

Quæ Auer. com. 9.

sibi cedunt, ideo sequitur locum per se alium ab eis, & ipsa est per se in loco:at superficies per accidens ratione corporum sibi cedunt, ideo per accidens sunt in loco,& per accidens locus est alius ab eis.Mutat igitur sophisma per accidens in per se.

RECOGNITIONES.

THemistius alio modo deducit, probat.n.locũ non posse esse nisi corpus.nam locus pũcti non est nisi punctus,& locus lineæ, non nisi linea, & locus superficiei non nisi superficies:ergo locus corporis,nõ nisi corpus erit:& ita non potest esse alia natura à corpore.Hæc deductio pulchra est,& videt consona verbis Aristo.Argumentatur.n.Arist. hoc pacto, si locus corporis est receptaculum corporis,& non de genere corporis,tunc locus pari ratione esset receptaculum finium,scilicet superficiei,lineæ & puncti, & nõ de genere finium. Tenet argumentum, quia vna ratione & de corpore & de finibus corporis est. Consequens falsum est:quia locus puncti non potest esse nisi de genere puncti,cum locus sit locato æqualis, & non maior nec minor:quod vero nec est maius nec minus puncto,est de genere puncti. Quare,si locus puncti est de genere puncti,etiam locus lineæ erit de genere lineæ, & superficiei locus de genere superficiei,quare corporis locus de genere loci,& sic locus corporis nõ nisi de genere corporis erit.Non ergo potest esse locus alia à corpore magnitudo.Hęc expositio placet,& maxime quia non habet quæstionem Egidij.

Hæc deductio plusquam probabilis esse videtur.

DILVC. *Quid enim tandem locum ipsum esse statuemus? neque enim elementum, neq; ex elementis aut corporeis aut incorporeis esse potest talem habens naturam. nam magnitudinem quidem habet, corpus autem nullum est. Sunt autẽ corporum sensilium elementa quidem corpora: ex intelligibilibus uero elementis magnitudo fit nulla.*

ANT. *Quid enim forte & ponemus quidem esse locum? neque elementum, neq; ex elementis possunt esse huiusmodi habentia naturam, neq; corporeorum, neq; incorporeorũ. magnitudinem quidem enim habet, corpus autem nullum est. Sunt autem sensibilium quidem corporum elemẽta corpora, sed ex intelligibilibus elementis nulla fit magnitudo.*

forte tandem ἄυ που. vtiq; aliquando. sed, nam,

Themistius rationem hanc sic format, omne, quod est, aut elementum est aut ex elementis conditum, siue de corporeis siue de incorporeis loquamur:nam corporum corporea sunt elementa, incorporea incorporeorum. Hæc est maior, quã Arist. vult esse subaudiendam:tunc ponit minorẽ & inquit, Quid enim tandem locum ipsum esse statuemus? neq; enim elementum; neq; ex elementis aut corporeis aut incorporeis esse potest talem habens naturam. Hęc est minor q̃ probat dicens:Nam magnitudinem quidem habet, propterea esse non potest elemẽtum incorporeum incorporeorum:corpus autem nullum est,& ita esse non põt elementum corporeorum.Cuius declarationem subscribit dicens:Sunt autem corporum sensiliũ elemẽta quidem corpora: ex intelligibilibus vero elementis magnitudo fit nulla. His patet locum non esse elementũ; minimeq; ex elementis conditum propter similem rationem, & ita patet expositio Themistij quæ satisfacit. Alij & Auerroes exponunt aliter, quæ cum non multum sint vtilia, quæ dicit Themistius sufficiant.

RECOGNITIONES.

AVerroes rationem hanc sic intelligit, Si locus est, erit aut elemẽtum, aut mixtum ex elemen-

E tis. Consequentiam supponit, tanquam necessariam. Destruitur consequens, quia, si locus esset elementum vel mixtum, esset corpus: Vtrunq;.n.corpus est. Quod vero locus non sit corpus, probat sm̃ Auer. & improbando locum non esse corpus:ad abundantem doctrinam probat etiam locum non esse quid incorporeum, ex hoc enim habebitur locum penitus nihil esse, quia neq; corpus, neq; incorporeum. Quod non sit corpus, probat, quia aut erit corpus, aut elementum corporis: non est corpus, quia tũc duo corpora essent in eodem loco, scilicet locus & locatum: nec elementum corporis, quia iterum esset corpus, quandoquidem elementum corporis corpus est. Quod vero non sit quid incorporeum, hoc est, quid intelligibiliũ, probat ex eo quia habet magnitudinem, & incorporeum nullũ habet magnitudinem, Locus ergo non est, cum neq; cor

F pus sit, neq; incorporeum:Postea Auer. legit literã illam dirigendo,& quæ dicit, clara sunt. Themistius vero, vt in cõmentarijs diximus, hoc pacto rationẽ conficit. Si locus est locus erit aut elementum, aut ex elementis conditum. Quod non sit elementum, Aristotelem probare sic autumat:nam elementa bifariam sunt, aut corporea, vt ignis, aer, aqua, & terra:aut incorporea atq; intellectualia. quæ non explicat: possumus tamen dicere elementa intellectualia non posuisse Aristotelem, sed esse Platonica, vt sunt ideæ, atq; mathematica vt numeri:ex quibus, vt. 3. Cœli dicitur, Plato dicit res intellectualiter componi. Vel forte sm̃ Aristo. elementa incorporea atq; intellectualia sunt actus, & potentia, esse, & essentia, substãtia & virtus, ex quibus omnis res creata constat:sed quæ quid sint, nõ refert. Probat ergo locum non esse elementum, quia vel erit de cor

Elementa incorporea, aut ideæ, aut numeri sunt, secundum propriã aspectus eiusmodi.

G poreis, vel de incorporeis: non de incorporeis elementis, quia locus habet magnitudinem: est enim de numero quantorum. vt supponit. Quod vero non sit de corporeis elementis, patet ex eo, quia non est corpus: si.n. esset corpus, duo corpora essent in eodem loco. Locus ergo non est de numero elementorum. vnde inquit, {quid enim forte, vel quid tandem & ipsum locum esse ponemus?neq; elementum esse ponemus, neq; ex elementis esse possunt huiusmodi habẽtia naturam? Probat locum non esse elementum, nam ipsum nõ esse ex elementis, relinquit tanquam per se notum ex eo, quia ea quæ habent talem naturam, non possunt esse mixta elementis. Quod vero non sit elementum, probat cũ inquit, {neq; corporeorum elementorum, neq; incorporeorum elemẽtum esse ponemus locum ipsum.} Quod nõ de numero incorporeorũ, pro-

H bat & inquit, {Magnitudinem quidẽ enim habet} supple locus ipse:ergo nõ est de numero incorporeorum elementorum. Præterea non potest esse elementum corporeum, quia erit corpus; quod modo destruit cũ inquit, {corpus autem nullum est:} nõ ergo est de corporeis elementis. Postea quasi alia ratione reddit ad probandum locũ nõ esse de incorporeis elementis sensibilium corporum mixtorum elementa corpora sunt, nec ex intelligibilibus elementis corpus aliquod sensibile fit, vnde inquit, {sunt autem sensibilium quidem corporum elementa etiam corpora:} non enim corpus fit ex non corpore, & hoc subdit, {sed ex intelligibilibus elementis nulla fit magnitudo.} Vbi patet verbum sed, non teneat aduersatiue, sed quasi reddit causam. Patet ergo dupliciter locum non esse elementum incorporeum, tum quia est de numero quantorum, tum

tum etiam quia si esset elementum, non esset elementũ nisi sensibilium corporum: & ita esset corpus, cum ex intelligibilibus elementis nullum corpus mixtum constet. Ex his patet differẽtia expositionum Auer. & Themistij: placet autem mihi semper illa Themistij.

DILVC.

Præterea cuius nam rei ipsis in entibus locum causam esse statuet quispiam? nulla enim ipsi causarum quatuor ratio competit. Neq; enim ut materia rerum causa est, cum nihil ex ipso constet, neq; ut rerum forma, aut ratio, neq; ut finis neq; ut res ulla mouens.

ANT.

Amplius autem, & cuius utiq; aliquis ponet ipsis entibus causam esse locũ? nulla enim causa ipsi inest de quatuor. Neq; enim sicut materia entiũ est, nihil. n. ex ipso constitutum est: neq; sicut species & ratio rerum erit, neq; sicut finis, neque mouet entia.

Quarto arguit, si locus esset, maxime esset causa (vt Themistius authoritate omnium probat:) sed non est causa. Primo non materia, quia ex eo nihil constat. Secundo non forma, neq; finis neq; mouẽs: solum enim ipsum materiã non esse probauit, cũ videat maxime similis illis apud antiquos. Qđ vero neq; forma, neq; finis, neque mouens, satis acurate expositores probãt.

Quæ Auer. com. 12.

Auer. autem in commento probat locum non esse formam substantialem, quia tunc, cum id quod mouetur mutet locum, semper generaretur & corrumperetur. Quod vero non sit agens, ait esse manifestum, si quidem nihil mouet. An vero sit finis respondet ꝙ non est finis intrinsecus locato, sed extrinsecus. Cum enim locus videtur vti forma, & perfectio, videtur etiam finis aliquo modo: cum omnis forma sit aliqua ex parte finis. Tradit Auerro. locum apparentiæ, & ait esse quia locus non est de genere contingentium. C cum enim ipsum non videatur de numero accidentiũ locatorum primo aspectu, ideo videtur vt sit substantia, & tunc aut materia aut forma aut aliqua cęterarum causarum: & ita sophisma apparet.

Locus nõ est aliqua quatuor causarũ.

DILVC.

Insuper etiam, si ipse sit aliquid eorum quæ sunt, alicubi erit, aliquam nãq; rationẽ quærit Zenonis dubitatio. Quoniam, si omne quod est, est in loco, alicubi quoq; esse ipsum patet, atq; hoc in infinitum abibit.

ANT.

Amplius autem & ipse si est aliquid eorum quæ sunt alicubi erit. Zenonis enim dubitatio quærit quandam rationem: si enim omne quod est, est in loco, manifestum quoniam & loci locus erit, & hoc in infinitum procedet.

Quinto arguit per rationẽ Zenonis, vt Themistius ait, si locus est vnum entium, locus erit in loco. Deducebat Zeno consequẽtiam sic, omne quod est, est in loco: per te locus est: igitur est in loco. destruit cõsequẽs vt inferat oppositum antecedentis, videlicet quia si locus erit in loco abibitur in infinitum.

Quæ Auerroes com. 12.

Auerroes vult in syllogismo hoc esse deceptionem quantum ad duo: primo, quo ad maiorem, quia illa falsa est: non enim verum est quod omne quod est, sit in loco. Secunda deceptio est in maiori, vt ratio formabatur ab Auerroe, videlicet in illa, qđ locus sit in aliquo: est. n. hæc propositio æquiuoca. Nam locus est in aliquo vt accñs in subiecto, videlicet in locãte, & in ipso est aliquid vtpote locatũ. Qđ aũt esse in aliquo sit æquiuocum Arist. declarabit. Hæc ex commento.

Locus est in corpore locante, vt accidẽs in subiecto, & in ipso locatũ.

RECOGNITIONES.

AVerroes, vt mihi videtur, sic subintelligit rationem, omne quod est in aliquo, est in loco: A locus est in aliquo, ergo est in loco. Auerroes ergo dicit in hac ratione esse duplicem errorẽ: in maiori quidem, quia maior est falsa, multa enim sunt in aliquo, vt in subiecto, quæ non sunt per se in loco: in minori vero, quia minor est falsa, vel æquiuoca, cum esse in aliquo multipliciter dicatur. Dicimus. n. locũ esse in aliquo, aliter tamen & aliter. qm̃ est in aliquo, vt accidẽs in subiecto, quia in corpore locante accidens est, vt dicemus: corpora vero sunt il aliquo, vt locatũ in loco. Quod vero esse in aliquo sit multiplex, Auer. ex hoc signo probat, quia anteq̃ Aristoteles de loco ſm veritatem agat, ostẽdit quot modis aliquid est in aliquo. Hæc Auer. sed non ad propositum: nam argumentum non de inesse in aliquo emergit, sed de esse simpliciter. Argumentatur enim vt Themistius inquit, si locus est, locus erit in loco, & non vt Auer. inquit, si locus est in aliquo. B locus esset in loco: vt verba græca considerãti patet. Quod vero ad verba attinet, dicit, {Zenonis. n. dubitatio quęrit quãdã rationẽ,} qm̃ excitat nos ad quærendum, vtrum omne quod est, sit in loco, & videt primo aspectu nõ omne qđ est esse in loco: quia si omne quod est, sit in loco, loci erit locus, & sic ibitur in infinitum: propterea de quæstione hac posterius disputabit.

Quod non bene Auer.

DILVC.

Præterea, si ut est corpus omne in loco, sic est & in omni loco corpus: qua nam ratione de ijs quæ increscunt asseremus? Necesse est enim una cum ipsis cuiusq; locum concrescere, si neq; minor neq; maior locus cuiusq; sit. Per hæc igitur nõ tantũ quid sit locus, sed si sit etiã dubitare necesse est.

ANT.

Amplius, si sicut omne corpus est in loco, sic & in omni loco corpus, quomodo ergo dicemus de his quæ augmentantur? Necesse est enim cum his simul augmentari locum ipsorũ, si neq; maior neq; minor locus est uniuscuiusq;. Per hæc quidẽ ergo nõ solũ quid est, sed etiã si est, dubitare necesse est.

Vltimo arguit, si locus est, omne corpus erit in loco, & in omni loco erit corpus, hoc est, erit locus locato æqualis. Si locus locato æqualis, igitur non potest crescere locatum, nisi secum locus concrescat: vbi. n. locatum cresceret loco non creto, esset locatum loco ipso maius. Modo locum & locatum esse æqualia omnes asserunt. Si locus concresceret, iam dubium est (vt dicit Themistius) è quo crescet & quomodo. Deinde epilogat, & sermo patet.

RECOGNITIONES.

DVcit Aristoteles ad hoc absurdum, si locus est, vt locus crescat. nam, vt in commentarijs bene expositum est, si locus est, locus est æqualis locato: ergo nõ põt crescere locatũ, nisi crescat locus ideo, D si locus est, locus est res, augmentabilis, nec ducit ad alia. Auer. vero ostendit hoc esse absurdum: quia, si locus esset augmentabilis, locus esset corpus: nihil. n. augetur nisi corpus. Sequitur secundo aliquod totum augeri sola aliqua sui parte aucta, vt totum aggregatum ex loco & locato augebitur solo locato aucto: & vbi locus est corpus, & locatum corpus: erit tunc penetratio corporum, ex quo simul sint & æqualia. Themi. vero, vt in commentarijs diximus, ostendit illud esse absurdum, quia vbi locus crescit, nõ apparet quomodo crescat, vtrum per intus susceptionem, an per additionem nec apparet agens à quo augetur. Debes scire, vt. 2. Posteriorũ diximus, ꝙ quæstio si res est, est quæstio quid est: quia si est potest terminari per accidens & per se: terminatur per se, quando terminatur per definitionẽ, vel per aliquid attinens ad essentiam, at quando terminatur

Quæstio si est, concidit quandoq; cũ Quid est.

natur per accidentia existentiæ, tunc quæstio si est, nõ E est quęstio quid est. Patet ergo dubitationes huiusmodi esse de si est, & de quid est, quando videlicet si est locus scitur per definitionem eius.

DILVC. *Cum autem aliud quidem per se dicatur, aliud uero per aliud, eritq; locus alius quidem cõmunis, in quo cuncta corpora sunt, aliur proprius in quo primo aliquid est. Dico autem ut tu nunc es in cœlo, quia er in aere, qui quidem in cœlo est, rursur es in aere, quia er in terra: et in hac similiter, quia er in hoc loco. qui nihil plusquam te continet. Cum itaq; locus sit continens corporum unumquodq; primum, finir sane ipse erit. Quare locur esse profecto uidebitur cuiusq; species atq; forma, qua & magnitudo, & magnitudinis materia terminatur: nam rei cuiusq; hic finis est.*

ANT. *Quoniam autem aliud quidem secundum se, aliud uero secundum aliud dicitur: et locur aliur quidem est communis, F in quo omnia corpora sunt: alius uero proprius, in quo primo. Dico autem, ut Tu nunc er in cœlo, quia in aere, hic autem in cœlo & in aere, quia es in terra: similiter autem & in hac, quia in hoc loco, qui continet nihil plusquam te. Si igitur est locur primum continenr unumquodq; corporum, terminus utiq; erit. Quare uidetur forma & species uniuscuiusq; locur esse, qua determinatur magnitudo & materia magnitudinis: hoc enim est uniuscuiusq; terminus.*

Nunc vult soluere quæstionem, & primo disputat quid sit locus: & probat primo ꝙ sit forma sic, omnis finis est forma: locus est finis: igitur forma, Prosyllogizatur minor, omne continens primum, ad quod terminatur contentum, est finis: locus est primum continẽs, ad quod terminatur contentum: igitur finis. Circa rationem sic procedit, ꝙ primo probat minorem. videli- G cet ꝙ locus sit finis, & inquit, Cum autem, subaudi entium, aliud quidẽ per se dicatur, aliud vero per aliud: veluti substãtia per se est ens, album vero, quia in substantia & propter substantiam: igitur & locus erit alius quidem communis, quasi locus per aliud, in quo cuncta vel plura corpora sunt: alius proprius, in quo primo & per se aliquid est. verbi causa: Tu nunc es in cœlo vti in loco per aliud, quia es in aere, qui quidẽ in cœlo est: rursus in aere non es primo & per se, sed adhuc per aliud, vtpote, quia es in terra, quæ est in aere, & similiter in hac non es per se, sed propter aliud, vt quia in hoc loco puta in curriculo: qui nihil plusquam te continet. Ex ijs igit̃ patet locũ esse primum continens, cui adde maiorẽ talẽ, sed omne primũ cõtinens est finis: deducẽ cõclusio, ꝙ locus ipse sit finis: & cum oĩs finis sit forma, deducet̃ ꝙ sit forma, qua & magnitudo & ma- H gnitudinis materia terminat̃: nã rei cuiusq; hic finis est. Sic igitur patet & syllogismus & prosyllogismus.

Qua Auer. com. 14. Auer. vero causam affert, cur Aristo. rursus disputat quid locus sit, volens huius rei causam esse, quia vult cõplete confutare eã positionẽ, quæ dixit locũ esse materiam, & eam, quæ dixit locũ esse formã. Vlterius principalem syllogismum vult esse formandũ sic, forma est vltimus terminus cõtinens rem: locus est vltimus terminus: continens rem: igit̃ locus est forma: & tunc ait syllogismũ esse sophisticũ propter duo, primo, quia finis de forma & loco æquiuoce dicitur, nã de forma dicitur intrinsece: est enim forma finis intrinsecus, locus vero finis extrinsecus ab ipso locato. Secundo, quia syllogismus est in secunda figura ex duabus affirmatiuis, & ita fallacia consequentis, vt dicunt Logici.

RECOGNITIONES.

Locus duplex est: cõis & proprius. HIc textus ordinari potest aliter quam in commentarijs ordinatus sit, & quidem dilucidius, licet vertat in idem. Dicamus ergo Aristotelem supponere primo distinctionem loci: supponit enim locũ duplicem esse, communem, in quo omnia vel plura corpora continentur, & proprium, in quo præcise vnũ collocatur. Hanc distinctionem videtur Enthymematice sic deducere, cum inquit, {qm̃ autem aliud quidem secundum se, aliud vero secundum aliud dicitur:} sequitur etiam vt locus duplex sit, {alius quidem cõmunis, in quo omnia corpora sunt:} vel saltẽ plura {Alius vero proprius, in quo primo} & adæquate vnum solũ est. Exponit hæc exemplo, cum inquit, {Dico autem, vt tu nunc es in cœlo,} tanquã in cõi loco, non tamen secundum se, {Sed quia es in aere:} qui quidẽ est in cœlo: {es F etiam in aere} tanquam in communi loco, quia nõ secundum se, sed {quia es in terra: similiter & in hac es,} vt in communi loco, quia non secundum se, sed {quia es in hoc loco} hacq; terrę portione: {qui locus cõtinet nihil plusquam te.} Ergo duplex est locus, communis in quo corpus est per aliud: & proprius in quo corpus est per se primo, & nõ per aliud. Sed occurres, quia nõ Dubitatio. videt̃ sequi, duplex est ens, per se & per aliud, ergo duplex est locus, per se, s. proprius. & per aliud, s. communis. Si enim hæc consequentia valeret, sequeret̃, similiter duplex est ens, per se & ꝑ aliud, ergo duplex est homo per se & per aliud, & duplex Deus per se & ꝑ aliud: quæ sunt ridicula. Potest dici Aristotelẽ non fecisse syllogismum vel syllogisticam consequentiam, sed potius Solutio. processisse ex illa distinctione, quæ est de ente, ad illã quæ est de loco, vt ab exemplo: quasi dicat locum esse G duplicẽ veluti ens est duplex: & sic exemplariter quasi processit. Hac distinctione de loco assignata, procedit à primo ad vltimũ hoc pact: osi locus per se est, qui præcise continet corpus, locus per se primum continens vnumquodq; corporum erit vtiq; terminus, idest finis rei locatæ. Tenet argumentum, alioquin posset continere non solum vnam rem, sed plures: finis enim vnius tantum est, locus per se est finis, ergo forma & species qua circunscribitur & finitur vnaquæq; magnitudo & materia magnitudinis. Ex his patet Aristotelẽ probasse locum esse formam nõ de omni loco, sed de proprio, qui proprie est finis circunscribens locatum vndiq;, vt Themistius inquit.

Modo quidẽ igitur hoc cõsiderantibus locus cuiusq; for- DILVC *ma uidetur. Vt uero locur magnitudinis interuallum est, uidetur materia: nam hoc à magnitudine ipsa diuersum existit, H estq; id, quod à forma & continetur & terminatur, ceu è superficie atq; termino. Sed tale est materia, atq; infinitum ipsum. Cum enim è globo sphæræ terminos et affectioner remoueris, nihil præter materiam restabit: quapropter & Plato in Timæo materiam et cõceptaculum idem esse autumat, receptiuum & conceptaculum unum & idem asserens, sed aliter ibidem dicenr receptiuum, & in his quæ Agrapha Dogmata appellãtur: locũ tamẽ et conceptaculũ idẽ retulit.*

ANT. *Si quidem ergo considerantibus, locus uniuscuiusq; species est: secundum autem ꝙ uidetur locus esse distantia magnitudinir, materia est. Hæc nãque altera est à magnitudine, hæc autem contenta est sub specie, & definita, sicut sub plano & termino. Est autem huiusmodi materia & infinitum: cum enim remouentur terminus & passiones à sphæra, relinquitur nihil præter materiam ipsam. Vnde & Plato ma-*

triam

teriā & receptaculum idem dicit esse in Timæo, receptiuum enim & receptaculum unum & idē: alio uero modo ibidem dicens receptiuum, et in alio uero modo ibidem receptiuum, & in dogmatibus quæ dicuntur non scriptas, locum tamen & receptaculum idem retulit.

Vide Egid. hic.

Siquidē locus spatiū separatum sit materiam esse oportet.

Declarauit qua ratione locus videtur forma, vt quia finis videt̄, nunc qua ratione videtur materia, vult exponere. Vbi animaduersione dignum (vt recte Expositor sentit) antiquos putauisse locum esse interuallum siue spatium, quod græci διάστημα dicunt, inter latera magnitudinis continentis existere. Hoc autem tribus definiri dimensionibus, lōgitudine, latitudine, atq; altitudine. Hoc vero vel interuallum vel διάστημα non videtur eis esse aliquod corporum sensilium, quæ in illo sibi cedunt: nam mutuo sibi eiusmodi corporibus sensilibus cedentibus in eodem spatio, continuo interuallum siue spatium idem restabit: quæ ratio docet locum esse trinam illam siue dimēsionē, siue διάστημα, siue interuallum, separatum oībus è sensibus corporibus. Ex ijs syllogizauit Plato sic, spatium separatum est materia: locus spatiū est tale: igit̄ materia. Primo probat minorem. deinde maiorem, resumit tamen rationum vires dicēs: Modo quidē igitur considerantibus locus cuiusq; forma videt̄: (& hac via processit prima positio). Vt vero locus magnitudinis locantis interuallum est, videtur materia. Nam hoc videlicet interuallū à magnitudine ipsa, hoc est, generatim à corpore sensili diuersum existit, estq; id quod à forma & continetur & terminatur, ceu à superficie corporis sensilis & termino illius. Ex his vult habere minorem, videlicet ꝙ locus sit spatium interminatum & separatū. ponit maiorē dicens. Sed tale est materia atq; infinitum ipsum, hoc est, spatium interminatum & separatū est materia. & hæc fuit maior, quam probat ꝑ exemplū in casu dicens: Cum enim è globo sphæræ siue pilæ siue cuiusuis sensilis corporis terminos & affectiones, siue qualitates remoueris, nihil præter materiā restabit veluti infinita & interminata quædam res. tunc subscribit quod Plato ait, & inquit, Quapropter & Plato in Timæo materiā & cōceptaculū idē esse autumat, receptiuū & conceptaculū vnū & idē asserēs. Plato.n. vt Themi. inquit, materiā modo syluā, modo conceptaculum siue locū, modo alijs nominibus vocabat. Verū non semper eodem mō inquit, nā aliter in Timæo, & aliter in his, quę Agrapha dogmata inscribuntur, de loco sentit, vbi tñ locū & cōceptaculū idē appellat. Hæc Plato de loco.

Quæ Auer. com. 15.

Auerroes autem tangit hoc in commento. declarat primo, ꝙ qui æstimat dimensionem esse locum, debet æstimare ꝙ materia sit locus. Primo, quia tam dimensiones, quam materia sunt corpus interminatū. Secundo quia tam materia quam dimensio terminatur à forma. Propter has duas similitudines oportet æstimare materiam & dimensiones esse idem. Hoc est primum. Secundo declarat ꝙ materia nihil aliud videtur quam dimensio in potentia, qđ vt mihi videt̄, etiā ad mentē aliorū dicit: & hoc per talē rationem, quia cum abstuleris à materia oēm formam, remanet dimensio interminata, & cū ponitur forma resultat dimensio terminata siue corpus in actu. Arguo igit̄ sic, illud, qđ remanet in materia circūscripta omni forma, videt̄ esse ipsa materia: sed dimensio remanet in materia circunscripta oī forma: igit̄ est idem qđ materia. Tertio declarat qūo dimēsio se habeat ad materiā, & dicit primo, ꝙ di- A mensio nec quantitate nec esse separat̄ à materia, nā qū à materia separantur superficies, nihil remanet nisi dimensio. Dicit secundo, ꝙ hæc dimensio est in materia nō actu sed potentia: nam, cum determinatur per superficiem fit dimensio terminata in actu, qua ablata restat dimensio in potentia.

Nota de dimēsione materiæ intellectum.

Debes scire, ꝙ dimensio materiæ vno modo accipit̄ pro virtute materiæ, quemadmodum quantitas interdum pro virtute agētis: & isto modo dimēsio est potētia materiæ, atq; illius capacitas & idem quod materia, & propriū materiæ, vt ipsa potentia. Alio mō pro quātitate materiæ, quæ est in loco, licet non in tāto loco: & sic est accñs materiæ. & de hac loquit̄ in lib. de Sūba orbis. Sed an dimensio sit solū in potētia in materia, an aliquo mō in actu: & verū superficies sit terminus illius, & quo mō differt à materia, in libro de Sūba orbis diximus. Nunc vero supponatur.

B

RECOGNITIONES.

Hic textus perpulchre exponitur in cōmentarijs, siquis tamen vellet: posset clarius declarare locum esse materiam, & qua rōne, cum locus bifariā considerari pōt: vno modo, vt est finis circunscribens rē locatam, & hoc pacto forma dicet̄: alio modo, vt est distantia quædā, in qua corpus ipsum continet̄, & hoc pacto videt̄ materia, qđ declarat̄ ex materiæ conditionibus, Prima, quia materia est altera ab eo, cuius est materia, secunda ꝙ materia cōtenta est sub specie, & definitiua per speciem ipsam, veluti corpus sensibile à superficie & termino. Hæ sunt duæ materiæ cōditiones: ideo primo ponit cōditiones, secundo accipit illas materias inesse, Inquit, {hæc nāq; scilicet distātia altera est à magnitudine,} Hæc est prima conditio materiæ, quæ cōpetit distantiæ {hæc aūt, s. distantia contenta est sub C spē, & definita per spēm, quia sub plano, id est, superficie corporis sensibilis, & definita suo termino.} hæc est secunda conditio materiæ, quæ cōpetit distantiæ. Sumit secundo has materiæ conditiones cōpetere, & inquit, {Est aūt huiusmodi,} id est, omne tale, cui hæ duæ cōditiones cōpetunt, {materia & infinitū} cuius causam dicit & inquit, {cū.n. remouent̄ terminus & passiones à sphęra vel corpore aliquo sensibili, relinquit̄ nihil præter materiā ipsam & infinitū.} Nā quatenus remouetur terminus, relinquitur infinitū: quatenus vero remouent̄ passiones & formę relinquit̄ materia.

Dilucidior textus deductio.

Ex his syllogismus est, omne illud, cui competit esse diuersum ab eo cuius est & specie terminat̄, est materia & infinitū, vt probatū est: distantia est id, cui hæ cōpetunt: ergo distantia est materia & infinitum. Hanc forte rationem olfaciēs Plato, in Timęo voluit materiā & choD ran, hoc est, cōceptaculum siue receptaculum idē esse, dicens μεταληπτικόν, i. receptiuū, & χώραν. i. cōceptaculum idē esse. In his vero dogmatibus, quæ dicuntur agrapha, i. non scripta, aliter dicit, vult tamē semper receptaculū & locū idē esse, & ita videtur locus materia, quatenus est cōceptaculū de mēte Platonis, quia licet de noīe Metalepticon, hoc est, receptiuū, non sibiipsi constet, tñ sibi constat inquantū locū vbi dicit esse receptaculū, siue choran. Debes scire, vt Themist. inquit, Platonem esse varium de cōceptaculo, quia in dogmatibus traditis verbū conceptaculū voluit esse materiā participantem, in Timæo vero conceptaculum voluit esse numerum, i. magnum & paruū: & ita licet varius, locus tamen videtur materia. Quod vero ad verba attinet. debes scire veteres arbitratos esse locū esse distantiam magnitudinis: sed nō est planum quid per magnitudinem

tudinem sit intelligendam, propterea nonnulli de veterum mente dixerunt locum esse spatium magnitudinis, i. corporis locati: cui non assentio. Melius ergo intelligas per magnitudinem corpus locans: spatiũ.n. intra concauum talis corporis locatum ambientis dixerunt esse locũ, & hoc Plato autumat materiã, propter similitudinẽ, s. quã habet distantia hæc cũ materia. Est enim hæc distantia diuersa à rebus locatis, cum in ipsa succedant res locatæ, & definita à superficie cõcaua locantis corporis, vt patet: & hæc est vera huius loci expositio.

Quæ Auerr. com. 15.

Auerroes vero hic per spatium tale, intelligit distantiam locati corporis, atq; illius dimẽsionem, propterea in præsenti loco asserit primo eum qui existimat dimensionem corporis locati esse locum, existimasse materiam esse locũ: & causa est, vt inquit, quia dimensiones in se corporis locati sunt corpus interminatũ. Dico in se, scilicet circũscripta forma, & forma est ma- F teriam & dimensiones determinans, quæ ratio docet, dimensiones locati corporis omnibus eius formis circũscriptis, esse materiam. Iuxta hanc opinionem concludit materiam non esse nisi dimensionem interminatam, alioquin non sequeretur locum esse materiam quia est dimensio. Veteres enim sic argumentabantur, locus est dimẽsio interminata corporis locati: ergo est materia. quæ consequentia nulla esset, nisi apud eos idem esset materia & dimensio interminata. Hæc apud veteres. Pro veritate tamen Auerroes ait, dimensionẽ non esse materiam formaliter, sed cõiuratiue & in prædicatione causali, quatenus dimensio est in materia, & nunquã ab illa separatur. Nam licet superficies à materia separetur & terminus, non propterea ipsa dimẽsio separatur: remanet enim dimẽsio, qua materia est quanta, nõ tamen certa quantitate quanta: remanet etiam G dimensio per superficiem apta terminari, quæ ideo dicitur in potentia, non ad esse, sed ad terminum. Ex hoc concludit dimensionem esse proprium materiæ, quia ab illa inseparabilis est. Secundo concludit apud veteres locum esse materiam, quia apud veteres locus est dimensio, & dimensio est materia, ergo locus est materia. Fallit autem hic syllogismus, quia dimensio non est materia, sed accidens proprius materiæ: vnde mutatur prædicatio causalis in formales. hęc ex commento. Ex his apparet Auerro. per distantiam intellexisse dimensionẽ corporis locati, idq; male, quia nos intelligimus distantiam intra cõcauum continẽtis corporis contentam.

DILVCI. *Omnes quidem enim esse aliquid locũ fatentur, sed quid nam sit, hic solus dicere enixus est. Liquido igitur ex iis considerantibus perarduum uidebitur esse, quid nam sit locus* H *ipse spectare, siquidem horum utrumuis sit, siue materia siue forma. Nam hæc summam habent contemplationẽ, & seorsim alterum ab altero non leue est ipsa attingere.*

ANT. *Dicunt quidem enim omnes aliquid esse locum, quid autem sit, hic solus conatus est dicere. Merito itaq; ex intendentibus uidetur esse difficile cognoscere quid sit locus, siquidẽ horum utrumuis sit, siue materia siue species. Aliter etenim certissimam habet speculationem, & seorsum ab inuicem nõ facile est ipsa cognoscere.*

ἀτρεχεστάτην i. certissimã. ἀκρότητα idest summã.

Videtur in primis (vt placet Themistio) Platonem laudare, & inquit, ꝙ cęteri ferme omnes aliquid esse locum fatentur, solus tñ Plato ausus est dicere, non solũ locum esse, sed etiam finire quid sit: quanquã metaphoricis noĩbus vtens, ac nõ proprio sermone id indicauerit. Vlterius quasi ꝑ hæc cõcludit pertractationis istius E difficultatem dicens: Liquido igitur ex iis considerantibus siue formam putet esse tractatũ vtrunq; per difficilem videri. Primo, quia materia & forma summam habent contemplationem, cum sint principia, quorum speculatus per se altissimus est, & nõ facile adeundus. Secundo, quia conamur separatim cognoscere ea quę seorsum cognosci non possunt, aut non facile. Hæc de difficultate & difficultatis causa.

Quæ Auer. com. 16.

Auerroes à Themistio accipiens sumit tria nobis vtilia. Primũ, ꝙ tractare de loco an sit materia vel forma est res difficilis, quia reuocat nos ad tractatũ de primis principiis, quorum cognitio est non leuis. Secundum est, ꝙ etiam non potest hæc cognitio esse perfecta, qm̃ non potest materia absq; forma cognosci, nec contra, forma sine materia: & in principio cõmenti dedit Tertium F intelligere, ꝙ hæc difficultas non est ex parte rei loco cõuenientis, sed ex parte nostra, propter videlicet diuersitatem opinionum de loco.

Dubitatio.

Solet esse difficultas hic de dicto Auerrois & Themistii, nã Primo Physicorum commento. 69. dixit materiam non posse cognosci absq; forma, contra vero formã bene posse cognosci.

Responsio iuniorum.

Iuniores intelligũt dictum Auerrois de forma materiali, nam hæc dicitur relatiue ad materiã, Secundo huius commen. 26.

Responsio propria.

Melius dici potest, qđ neq; materia, neq; forma potest cognosci seorsum absq; altero, vt recte ait Auerroes & Themi. sed dicit forma cognosci non per materiam, quoniam suæ cognoscentiæ ipsa est causa, cum sit actus & mouens: at cogitationis materiæ non materia, sed ipsa forma est causa. Vnde licet de facto alterum sine altero cognosci non possit, tamen illius mixtæ cognoscentiæ non materia est causa cum non sit actus, species, & mouens: sed forma, quæ G & sui, & materiæ causa est cognitionis.

Per se duplex.

Propter hoc distingui solet de per se, quoniam aliquod dicitur tale per se, quia est causa suiipsius essendi tale: quomodo albedo est visilis per se, quoniam suæ visibilitatis causa est in albedine. Aliud est tale per se, quia tale seorsum ab alio. quo modo albedo non est per se visilis, quoniã non à seorsum à subiecto. Similiter dici põt ꝙ forma est per se intelligibilis primo modo, qm̃ sui intellectionis (vt dixi) ipsa est causa: non tamen per se secũdo modo, quoniam non seorsum à materia & cognitione materiæ ipsa cognosci potest: & ita intelligit hic Primo vero modo in Primo huius.

RECOGNITIONES.

VErba illa. Quidem enim: fortasse non reddunt causam, sed quasi illatiue tenentur, quasi dicat, patet igitur omnes dixisse locum esse aliquid in H rerum natura esse, sed solus. Plato tentauit dicere quid locus sit. Præterea verba illa, aliter enim certissimã habet speculationem, possunt aliter intelligi quam in commentaris: verbum enim ἀκρότητα, acrotatem: in commentariis interpretati sumus summam: & verbũ. ἀλλὰ interpretabantur hæc: At nunc, vt in veteribus translationibus legitur, Antiquus interpres habebat in suo loco greco ἀλλὰ: ideo transtulit aliter: & habeba ἀτρεχεστάτην, ideo transtulit certissimã: ideo dico locũ esse facilem, & difficilem: si.n. quærimus cognoscere ipsum absolute, sic non est difficile ipsum cognoscere, & hoc inquit, aliter.n. certissimã habet speculationẽ.i. dũ nõ cognoscit vt materia vel forma. Sin aũt quęrimus ipsum cognoscere, vt materiã vel formã, sic difficile est ipsum cognoscere: qa hæc seorsum non facile est cognoscere.

Non facile ipsum materiam & formam per se seorsum cognoscere.

Quod

DILVCI. *Quòd uero locus horũ utrumuis esse nõ possit, nõ est im pendio laboriosum uidere. Nã forma quidẽ & materia à re nõ separãtur, locus uero põt: in quo.n. aer erat in hoc rursus aqua ut diximus, fiet uicissum aer & aqua, ceterisq; corporibus similr sibi cedẽtibus. Quare neq; pars, neq; habitus, sed à quaq; re separabilis. Tale nãq; quid locus esse uidetur, quale uas ipsum: uas.n. locus est trãslatilis. Sed uas ipsius rei nullum est: Locus itaq; quatenus quidem è re ipsa exoluitur, forma ipsa non est: quatenus uero rem ipsam ambit, è materia ipsa diuersus est.*

ANT. *At uero & impõle sit utrũ uis horũ esse locũ, nõ difficile est uidere. spẽs.n. & materia non separantur à re, locum aũt contingit: in quo nãq; aer erat, in hoc iterũ aqua, sicut diximus, fit & trãsmutatis ad inuicẽ & aere & aqua, et alijs corporibus similiter. Quare neq; pars, neq; habitus est, sed separabilis est loc' ab unoquoq;. etenĩ uidetur hmõi aliquid esse locus. ut uas. est.n. uas locus trãsmutabilis: uas aũt nihil est rei. Scdm igitur, q. separabilis est à re, sic quidem non est species: secũdum autem q. continet, sic alterum à materia est.*

An locus sit mobilis. Vide comm. 1. huius ca. 3. — Nunc has duas põnes pluribus rõnibus confutat: prima sic cõponitur, nullum separabile à re, cuius est, forma est aut materia: locus separaf à re cuius est: igif nec est forma, nec materia. Minor declaratur, id, in quo res locatæ sibi vicissim cedunt, separaf ab illis: locus est in quo res locatæ sibi cedũt: igitur separabilis est ab illis. Per eandem rõnem concludit, q nec est pars integralis, neq; habitus locus, hoc est, (vt dicit Themist.) nec affectio, neq; potestas, neq; accidens. & licet ex hoc dicta nunc rõne pateat, probat hoc dicens: Tale nanq; quid locus esse vr, quale vas ipsum: nam vas est locus translatilis, & per consequens est locus. Sed vas ipsius rei nullum est horum, vt nec habitus, nec affectio, nec potestas, neq; accidens: igitur nec locus subaudi potest esse illorum aliquid. deinde quasi epilogando rõnẽ inquit, Locus itaq; quatenus quidẽ è re ipsa exoluitur, forma ipsa nõ est: quatenus verò rẽ ipsam ambit, è materia ipsa diuersus est, & ita nec est forma nec materia.

Auerro. com. 17. — Auer. in præsenti cõmento arguit in secunda figura sic, formæ non separantur à materia in actu, neq; materia à formis: locus separatur: igitur locus nõ est forma neq; materia. Circa hanc rõnem ait q forma nõ separatur per se, i. non mutatur de materia in materiam sm q corpora mutantur de loco in locum, quia illius separatio à materia est corruptio. Vlterius arguit, forma & materia sunt partes: locus nullius est pars: igitur nõ est forma neq; materia. Ambiges, quare Ari. dixit locũ esse quale vas, & nõ absolute vas? Rñdet Auer. q per se patet locum alio mõ locare locatum, q̃ materia locet formam. Dicit secũdo, q locus est similis vasi, qm̃ esse inest cõe vtrisq;: nã dicere aliquid esse in loco, est sicut dicere aquã in vase, & in nullo differunt nisi q vas est locus mobilis, quia est corpus: locus vero vt supficies intima vasis, est locus per se immobilis, licet moueaf ad motũ subiecti: at forma sine figura est in stanno, & rõnalitas in hoĩe vt forma in subiecto: recte igitur dixit locũ esse vt vas, & non esse vere vas. Sed dubitant cõtra primum Auer. dictum, vr. n. q materia possit separari à forma, vt in viuente in quo fere continuæ nouæ partes materiæ ex alimento adueniunt, & partes præexistentis materiæ per resolutionem recedunt, ita vt post ipsius lapsum tota materia in ipso erit reuocata: ex quibus patet formam separari è materia, & migrare de materia in materiam. Iuniores quidam dicũt dictum

…locus sit vas, non … vas di…

Responsio iuniorum.

A Auer. esse solum verum de forma, quæ non est aĩa. Sed hæc rñsio non valet, qm̃ tunc rõ Arist. non esset vniuersalis: tñ. n. probaret q forma, quæ non est anima, non sit locus: & sic staret ipsum esse animam. Propterea licet dici possit multipliciter, pro nunc satis est dicere q nec materia totalis, nec forma, sunt separabiles per vnicam separationem, locus vero potest à locato separari vnica separatione ipsis remanentibus: & hoc satis pro dicto Arist. & Auerro, quod laudant quidam. — Confutatio. — Respon. ppria.

DILVC. *Insuper etiam id quod alicubi est, semper uidetur esse aliquid, atque diuersum quid ab eo in quo est.*

ANT. *Videtur autem semper quod alicubi est & ipsum esse aliquid, & alterum quid esse præter ipsum.*

ἐκτὸς ab præter extra

Secundo idem arguit & speciatim de materia, & ratio, componitur sic apud Themistium, locus est aliquid extra locatum: materia non est aliquid extra id quod B est in ipsa: igitur non est locus. hoc inquit, Insuper etiam id quod alicubi est, vt locatum ipsum, semper videtur esse aliquid, atq; diuersum quid ab eo in quo est. & ita locus differt, & est extra locatum: quæ fuit maior syllogismi.

RECOGNITIOENS.

IN commentarijs iuxta Themistij expositionem locum hunc intelleximus. Auer. vero verba hęc sic intelligit, videtur autem semper corpus, quod alicubi est, & ipsum esse aliquid, i. & diuersum à loco: & supple vr etiam locum alterum quid esse ab ipso corpore quod in loco est: at supple, materia & forma cum sunt in cõposito, non sunt diuersa, qm̃ nec materia est quid diuersum à forma, nec contra, forma quid diuersum à materia: ergo nec locus est materia, nec forma, Vel fortasse probat locum non esse formam locati hoc pacto, C vr autem semper corpus, quod alicubi est, & ipsum esse aliquid, i. in actu, & ipsum esse alterum quid ab ipso loco: vel præter ipsum locum. verbum. n. ἐκτὸς græce, latine sonat præter vel ab: & tunc supplenda est ratio, sed materia non est in actu quippiam, nec quid diuersum ab eo, cuius est materia: ergo transpositis propositionibus, locatum respectu eius, in quo est, non est materia: quare nec locus, in quo est, erit forma. — Locus non est forma locati.

DILVC. *Platoni tamen dicere conuenit, si digredi liceat, cur ideæ atque numeri non sunt in loco? Siquidem locus est id quod est particeps, siue tale particeps magnum sit, siue paruum, siue materia, ut in Timæo scripsit ipse.*

ANT. *Platoni tamen dicendum est. si oportet digredientes dicere, quare non in loco & species, & numeri sunt: siquidem participatiuum est locus, siue magno & paruo existente participatiuo, siue materia, sicut in Timæo scripsit.*

D Digreditur contra Plat. & inquit, Platoni tñ dicere conuenit, si digredi liceat, cur ideæ, quas ponit, & numeri separati sui non sunt in loco: Siquidem locus est apud ipsum id, quod est græce dictum methecticum, latine particeps omnium: siue tale particeps magnum sit, siue paruum, siue materia, vt in Timęo scripsit ipse. Quasi dicat, q videnf hæc pugnare, q videlicet locus sit oĩum particpes, & ideæ atq; numeri nõ sint in loco.

Que Auerro. com. 18. — Sed Auer. mouet dubitationem contra minorem, quę dicit, q locus sit separabilis à locato: nam licet hoc sit verum apud eos, qui tenent locum esse vacuum siue spatium, non tñ sm positionem Aristo. quia tenemus vltimum aeris esse locum, quoniam abeunte locato à tali vltimo corrumpitur locus, & clauduntur latera. Respondet Auerroes vno modo, quòd hæc pro-

positio, locus est separabilis à locatis est famosa & non vera: alio modo debet intelligi quod locus est separabilis à locato secundum corruptionem, quoniam corruptio loci non est corruptio locati: & hoc satis est ad probandum quod locus non sit forma, quoniam corruptio formæ est corruptio locati: hæc Auer. Melius tamen dicunt alij, quod licet sit verum in pluribus, vt de locatis in aere vel aqua, non tamen in omnibus: vt, si locus sit concauum corporis solidi aut corporum solidorum, vt duarum parasidum inuicem suppositarum, aut concauum cœli respectu ignis, aut tale aliquid. Et hæc responsio placet.

RECOGNITIONES.

AVerro. vult Arist. contradixisse Plat. secundum rem, nunc asserit Aristo. contradicere Plat. secundum vocem, hoc est ex dictis ab eo. Dicit. n. Plato in compluribus locis, locum esse methecticum, i. omnium participatiuum, Ex hoc sequitur secundum eos ideas, & numeros, quos ipse asserit separatos, esse in loco: Alioquin non esset locus omnium participatiuus: & tamen in Parmenide nec ideas, nec numeros ponit in loco: hæc est contradictio vt Auer. inquit secundum vocem ex dictis Plat. Quo vero ad verba attinet, Aristote. dixit si oportet, quia contradictio secundum vocem, non est necessaria: propterea ait si oportet, i. si est necessarium secundum vocem contradicere, dixit digredientes, quia fit transitus de contradictione secundum rem ad contradictionem secundum vocem, & hoc est digredi. Animaduerte tamen verbum oportet, accipi pro licet: & sic patent quæ dicit. præterea animaduerte Auer. in calce commenti refutasse quandam defensionem Platonis, Plato .n. appellauit locum materiam: quia, vt materia est cōis formis, ita locus corporibus: & sic locus non est materia secundum veritatem, sed metaphorice secundum similitudinem. & ad rōnes Aristo. responderem illas concludere locum non esse materiam in rei veritate, tamen, cum hoc, locus dici potest materia metaphorice: tollitur etiam in dictis Plato. contradictio. nam locus dicitur cōis non omnibus rebus, sed omnibus corporibus sensibilibus: veluti materia non dicitur omnibus formis cōis, sed solum formis sensibilibus: & ita non oportet ponere ideas, & numeros in loco. Contra hanc defensionem obijcit Auerro. quia tunc definitio loci erit rhetorica, & non scientifica: & ita omnino Plato errauit. Defensores Plat. deriderent hanc Auer. refutationem. nam Plato vbique; oīa quę dicit, per similitudines exponit: & cā est quia per intelligibilia procedit: quæ non nisi per similitudines intelligi possunt. & propterea nō sequitur definitionē loci non esse scientificā: sed solum sequitur illā esse scientificam, sed per similitudinē assignatā. Multum. n. refert aliquid esse sciētificum, & scientifice assignatū: vnde definitio loci est scientifica, sed non scientifice assignata: Arist. autē, quia per sensibilia procedit, similitudinibus nō indiget.

DELVCI. *Præterea, si locus esset materia aut forma, quonam modo res in ipsius migraret locum? non. n. potest id locus esse, ad quod non est motus, & quod sursum aut deorsum non habet. Quare in istiusmodi locus est quærendus.*

ANT. *Amplius quō ferentur vtique; in suū locū, si locus esset materia, aut spēs? imposs. n. est cuius nec motus, nec sursum, nec deorsum est, locum esse. Quare quærēdus est in huiusmōi locus.*

Tertio arguit. id, ad quod non est motus, & quod sursum aut deorsum non habet, non est locus: ad materiam & formam non est motus, neque; habent sursum aut deorsum: igitur non sunt locus. Propterea infert esse quærendum locum in talibus, in quibus illa sunt.

E RECOGNITIONES.

AVerro. reducit syllm præsentis textus in secunda figura hoc pacto, locus est ad quem, vt in terminum ad quem feruntur corpora, quæ naturaliter mouentur, cum sunt extra illum, vt graue ad medium, & ignis sursum: materia & forma non sunt ad quas mouentur ea, quorum sunt materia, & forma: ergo materia & forma non sunt locus. Minor patet. quia nihil mouetur ad eius partes. quare, cum materia & forma sint partes eius, cuius sunt, iure ad eas nihil mouetur. præterea locus est, cuius drię sunt sursum & deorsum: materiæ & formæ driæ non sunt sursum & deorsum: ergo non sunt locus. Aristo. itaque; hos duos syllogismos simul tangit sub forma qōnis, & inquit, quō ferenę vtique; in suum locum, supple corpora, quæ naturaliter mouentur, cum sunt extra illum, si locus esset materia aut

F forma? quasi dicat illa non posse ad locū moueri. Affert rōnem compositam ex virtutibus duorum syllogismorū, & inquit, imposs. n. est id, cuius, siue ad quod non est motus, vt in terminum ad quem, & cuius non sunt loci driæ, quæ sunt sursum & deorsum, locū esse. supplenda est rō, vt Auer. suppleuit, sed materia & forma non sunt ad quæ est motus, neque; quorum driæ loci sunt sursum, & deorsum: ergo non sunt locus. Ex his infert, vt placet Themist. corollarium: & quasi dicat, quia materia & forma non sunt locus corporū, quæ naturaliter mouentur, s. elementorū: quare quærendus in talibus corporibus, quę naturaliter mouentur. s. elementis locus. Auer. literam habet hoc pacto, locus igitur non debet quæri, nisi in his, in quibus attribuuntur hæc, s. motus, vt exponit, & driæ loci: sed litera falsa est, vt patet græce intelligētibus textū. Vel fortasse litera potest

G sic legi ad mentē Auer. vt in cōmentarijs legimus: quare quærendus est locus in talibus, s. quorum sunt driæ loci, & ad quæ motus est: & non est quærendus in alijs, in quibus hæc non sunt: prima expō est Themistij, & magis ad verba græca: secunda est Auer. & potest stare, licet non vt ipse habet. prima, n. expositio verbum quærendus accipit pro verbo inuestigandus, quasi dicat, quare adhuc inuestigandus est locus. secunda verbum quærendus pro verbo asserendus accipit, vt sit sensus, quare in talibus quorum & motus & differentię loci sunt, locus est asserendus, siue situandus.

DELVCI. *Præterea, si in ipsa re locus insit: (inesse. n. oportet, siquidem aut forma aut materia sit:) locus erit in loco. Mutantur. n. una cū re atque; mouētur, et forma et infinitudo ipsa, cū nō ī eodē sint semp ubi est ipsa res. Quare loci locus erit.*

H ANT. *Si autem in ipso est locus, (oportet. n. siquidem aut forma, aut materia est:) erit locus in loco: transmutantur. n. simul cum re, & mouetur & spēs, & infinitum: non semp in eodē existēs, sed ubi quidē & res est: quare & loci erit locus.*

Quarto arguit enthymematice, si in ipsa re locus insit, locus erit in loco: sed locus est in re, cū sit forma vel materia: igitur loci erit locus. Cōsequentiā deducit, oē quod mouet ad motū alicuius est in loco illius: locus mouetur ad motū eius, in quo est: igitur est in loco illius. Aut sic, materia & forma sunt in loco eius cuius sunt: locus est aut materia aut forma: igitur est in loco eius cuius est. inquit, Præterea si i ipsa re locus insit, & faciēdo parenthesim ponit antecedēs dicens: (Inesse. n. oportet, siquidē aut forma aut materia sit) infert cōsequens, dicēs: Locus erit in loco. probat maiorē, quod fuit hypothetica, & inquit, Mutantur. n. vna cum re atque; mouentur; & forma

[Right margin notes:] Quare locus sit asserendus in locus, in quo sunt ... differentiæ. — Existens simplex ... interpretatio.

& forma & infinitudo ipsa, (quæ à Platone dr̃ materia) cum nõ in eodem sint semper, sed vbi est ipsa res. Quare loci locus erit, vtpote ipse illemet, qui est rei ipsius, cuius est aut forma aut materia. Ex ijs potest syllogismus talis cõponi, materia & forma sunt in loco: locus est aut materia aut forma: igitur locus est in loco.

Auer. in commento mouet q̃önem, & multa verba dicit, tñ sua dubitatio est contra maiorem: sumebat. n. Aristo. hanc maiorem, materia & forma sunt in loco: ipse tir igitur, aut intelligit q materia & forma sint in loco per se: & hoc non, q̃m cum non moueantur per se, non sunt in loco per se: ipsa vero non moueri per se patet. quia non sunt corpora. Si vero intelligatur q sint in loco per accidens, tunc aduersarius concederet conclusionem, videlicet locum esse in loco per accidens, & ita hæc contradictio aduersus illos non est necessaria, neq; dimonstratiua. Auerro. autem in sua balba lingua ait contradictionem fundari in tribus propositionibus, prima est, q forma & materia mouentur ad motum corporis compositi ex illis. Secunda est, q qualiter mouentur, taliter sunt in loco. Tertia est, q si altera earum sit in loco, necesse est vt locus sit in loco: & erit syllogismus, materia & forma sunt ĩ loco: locus est materia aut forma: igitur locus est in loco. Harum propositionum prima est maior syllogismi, duæ reliquæ sunt additæ ad contradictionem, aut ad terminorum expositionem. Modo vr̃ q prima, quæ est maior, sit falsa, licet cæteræ sint (sicut dicit) veræ: & q sit falsa, arguit, quia tunc forma & materia essent in loco contra Ari. Aristo. n. dicet in. 6. mobile esse corpus, cum materia vel forma non sint corpus non mouebuntur, & ita nõ possunt esse in loco per secundam propositionem. & quia mouentur per accidens, sequitur vt sint in loco per accidens. Modo sic accipiendo maiorem, concedet cauillator conclusionem. Potest igitur quæstio cõponi, aut maior est vera per se, aut per accidẽs: nõ per se, quia contra Aristo. neq; per accidens, quia sic conclusio non erit impossibilis. Rñdet Auer. q per accidens est duplex, semper, & per accidens raro. Mõ vult q maior sic intelligatur, materia & forma per accidẽs semper mouentur ad motum eius cuius sunt: sed locus non mouetur semper per accidens, sed tñ raro: igitur locus nec est materia nec forma. Persuadet rñsionem per hoc, quia licet accidens raro non ingrediatur demonstrationem, bene per accidens semper, cum sit necessarium saltem. Alexan. vero respondet aliter, & vt narratur in commento. eius rñsio non est intelligibilis, tñ vr̃ mihi q ipse velit rõnem textus esse aliter formãdam, videlicet materia & forma mouentur per accidens: locus mouetur per se: igitur locus non est materia vel forma. Minor declaratur, nam per se diuisibile est per se mobile: locus est per se diuisibilis, cum sit per se quantitas: igitur est per se mobilis: Hanc rñsionem non vidi in Alex. sed sic fragmentatam legi in cõmento. Contra obijcit Auer. quia locus etiam ratione qua est quantitas & diuisibilis non mouetur, locus. n. vt locus non mouetur per se naturaliter & essentialiter, & ita Alexand. errauit. Et vt dixi, ego non vidi illum, pro pterea hæc sufficiant. Dubitare consueui, primo quia vr̃ q locus semper mouetur, vt concauum Lunæ, quod est locus ignis, semper mouetur cum igne, & concauũ Mercurij quod est locus Lunæ similiter, & de cæteris orbibus eodem modo. Secundo accidens semper est in loco subiecti, sed locus est accidens corporis ambientis, igitur est in loco semper. Ad primum dici potest, vt Auer. dicit, illud esse particulare & non vniuersale de omni loco, omnis. n. materia, & omnis forma cum composito mouentur, sed locus non omnis. Aliter Iuniores dicunt, q argumenta concludunt verum, sed non contra rationem: debet. n. ratio sic intelligi, materia & forma semper sunt in loco per motum acquisito: locus vero non semper est in loco per motum acquisito, igitur locus non est materia vel forma. Nouus expositor credidit Auerro. errasse, eo quia Philosophus non concederet locum esse in loco aliquo modo, nec per accidens semper, nec per accidens raro. Propterea ait dictum Aristo. esse intelligendum de loco quo ad suum formale, quod est respectus ad mundi principales partes, non autem quo ad suum materiale, quod est superficies. Sed de hoc alibi.

Qua Auer. Comm. 20. Dubitatio Auerro.

Responsio.

Respon. Alex.

Confutatio.

Dubitatio. An locus sit mobilis. Vide lande. 1.6 ...

Respõ. ppria.

Responsio iuniorum.

Responsio nostri expositoris.

B *Rursus cum ex aere aqua facta est, periit locus. Non. n. in eodem loco est corpus quod est ortum. Quæ igitur est illius corruptio?* DILVCI.

Amplius, cum ex aere aqua fiat, perditus est locus. non enim in eodem loco fit corpus: quæ igitur est corruptio? ANT.

Vltimo probat, q locus non sit forma sic, forma corrumpitur ad corruptionem eius cuius est: locus non corrumpitur ad corruptionem locati: igitur locus non est forma, inquit, Rursus cum ex aere aqua facta est, perijt locus, q̃m est illius forma. Non. n. corpus, quod generatur, est in eodem loco, siue sub eadem forma, quæ erat corporis corrupti, & ita locus corrũperetur. Quæ igitur est illius corruptio? quasi dicat nulla.

Auer. cõmen. 21. videtur exponere rationem & de forma & de materia. Si de forma syllogismus erit iste, C in transmutatione vnius corporis in aliud, forma prioris corporis desinit esse: locus non perijt, quia si periret, tunc generatio esset motus localis, quia esset trãslatio de loco in locum: igitur locus non est forma. Et tũc per illa verba, perijt locus, intelligit perijt forma: non enim in eodem loco est corpus genitum, hoc est, non eandem formam subijt. Si de materia, syllogismus erit, in transmutatione aquæ ex aere locus corrumpitur, q̃m corpus genitum vtpote aqua, non erit sub eo loco, sub quo aer, erat cum locus aquæ sit minor. Et igitur maior, q locus corrumpitur: sed materia non corrumpitur: igitur materia non est locus. Primam expositionem tenet Themistius.

Qua Auer. com. 21.

Explicata sunt igitur & illa, è quibus aliquid esse locum necesse est, & ea rursus, ex quibus de substantia ipsius quis dubitabit. DILVCI.

D *Ex quibus igitur necessarium est aliquid esse locum: & iterum ex quibus dubitabit utique aliquis de substantia ipsius dictum est.* ANT.

Epilogat de omnibus, quę dixerat in quæstione mota in principio, & quæ dicit sunt manifesta per se.

RECOGNITIONES.

Quærit circa dicta, an locus sit forma vel materia: & vr̃ q sit forma vel materia: quia nõ est ens cõpositum: ergo est forma vel materia. Scdõ quæritur, vtrũ locus plures similitudines habeat cũ materia, an cum forma. Plato, quia in cõpluribus locis simile, vocat idem: & locus vr̃ formæ, atq; materiæ in aliquibus similis: ideo ipsum nunc materiam, nunc formã appellat. Arist. vero diceret, q, si materia & forma accipiuntur pro partibus substantialibus rei cõpositæ, sic locus nec corporis locati, nec corporis locantis mã vel forma est: At si

Locus e forma locatis, e. ... accidit materia ...

ma locati, i. cō seruans extrinsecum.

At si forma accipiatur vt se extendit ad accidés, vel ad conseruans rem, cuius est, sic forma esse pōt, & locati, & locantis quidem accidens, quia est illius concaua superficies: locati vero forma erit conseruans rursus locantis forma extrinsecus manēs, locati extrinsecus. Ex his patet plures locum cum forma, ꝙ cum materia similitudines habere: cū materia.n. nullam habet, nisi ſm rōnem generis, quæ est esse in, cum forma vero habet: nam respectu locati dr̄ conseruans, sicut illius forma: respectu vero locantis dicitur intrinseca, vt forma.

DILVCI. *Post hæc vero transfigendum est, quot modis aliud in alio esse dicatur. Vno quidem igitur modo, quo digitus in manu, & pars omnino in toto. Alio uero quo totum in partibus, nā non est præter partes totum. Tertio quo homo in animali, & omnino species in genere. Quarto quo genus in specie, et oīno pars speciei in ipsius speciei ratione. Quinto ut sanitas in calidis & frigidis, et omnino forma in materia. Sexto ut res Græcorum in Rege, & omnino in primo aliquo mouente. Septimo ut in optimo, et omnino in fine: hoc autem est id cuius gratia fiunt. Omnium tñ ille propriissime dicitur, quo res ipsa in aliquo est tanquam in uase, & omnino in loco.*

ANT. *Post hæc autem accipiendum est quot modis aliud in alio sit. Vno quidem igitur modo sicut digitus in manu, & oīno pars in toto. Alio autem sicut totum in partibus: non est.n. præter partes totum. Alio autem modo sicut homo in aīali, & omnino species in genere. Alio uero sicut genus in specie & omnino pars speciei in speciei ratione. Adhuc sicut sanitas in calidis et frigidis, et omnino species in materia. Adhuc sicut in Rege, quæ sunt Græcorum, & omnino in primo motore. Amplius sicut in optimo, & omnino sicut in fine, hoc est autem cuius causa fit. Omnium autem maxime propriū est sicut in uase, & omnino in loco.*

Volens Arist. soluere qōnem, præmittit quot modis aliquid in aliquo esse dr̄: & ponit octo modos essendi in alio, qui in textu sola verborum translatione patent.

Auerroes inquit, ꝙ Arist. prætermisit modum, quo materia sit in, quia hic modus reducitur ad illum, quo aliquid est in alio vt pars in toto, cum partes sint materię totius, vt dictum est. 2. huius. Vlterius ait, esse in alio non dici vniuoce, sed de vno primo & per se atq; principaliter, de alijs vero omnibus. 7. modis transumptiue, & per attributionem ad id quod dr̄ esse in alio veluti in vase: est.n. hic ordo, ꝙ primo & principaliter in alio inesse dr̄, quod in illo inest vt in vase, post hoc id, qđ inest vti forma in materia, post hoc vti pars in toto, post hoc vti particulare in vniuersali: hæc.n. quodam ordine cōparantur ad id quod est in alio tanq̃ in vase. At totū esse in partibus assimilatur ad id quod est in alio vti forma in materia, eidem assimilatur id quod est in alio vti vniuersale in particulari. Remotius est esse aliquid in alio vti in agente vel fine. Sed dices, cur fecit hanc diuisionem octimembrem. Respondet Auer. hanc egisse: quia multiplex erat distinguendum, modo aliquid esse in loco. cū esse in alio dicatur non vno modo, ideo voluit distinguere. Et si dicas, vtrum sit idem esse in vase, & esse in loco. Respondet ꝙ sunt idem. Sed esse in vase est quid notius: ideo est acceptum vt expositio eius qđ est esse in loco. Sed antequam transeamus ad positionem. Arist. declaremus illam Platonis. Tantus.n. vir tā tusq; Philosophus, non est consentaneum vt in tam leui re, ita temere errauerit. Ita ad aduersionem dignum locum apud Platonem non vna ratione dici, vt Altionus

Cur octo modi essendi in sint.

Positio Platonis de loco. Quot modis locus apud Platonem.

E Platonicus, & Plotinus sentiunt. Interdum quidem.n. locus accipitur ad Platonem pro subiecto intelligibilium: quo in modo & Arist. in. 3. de Anima ait, animam esse locum specierum cōmendans Platonē. & hoc modo Plato accepit in Phædrone. Nam voluit corpus esse locum animæ: accepit.n. locum pro subiecto. Interdum locum sumpsit pro perfecto in quo imperfectū continetur. quo in modo in Simposio dixit Deum esse locum mundi, eo quia in Deo vti in re perfecta continetur mundus sensilis, vti res imperfecta. Interdum sumpsit locum pro receptaculo, veluti est materia: quæ est conceptaculum omnium formarū: quo modo laudanit Hæsiodum in calce Timæi dicentem. ante mare & terram fuisse chaos, chaos.n. materiam & cóceptaculum vocat. interdum locum sumit pro spatio, nō in quo res ipsa recipitur, sed qđ intelligitur in ipsa re recepta: qua rōne diceremus ꝙ spacium subintellectum

F inter vasculi latera est locus: non quod ibi est spatiū reale, sed ꝙ ibi est intelligibile spatium, vt etiam sumpsit in eo libro, quem inscribit. Agrapha Dogmata. Interdum sumpsit pro octaua sphæra continente omnia: & hunc locum vocat Plato magnitudinem in actu. Tūc facile patet Arist. non contradixisse intellectui Platonis, sed verbis tñ. vnde & ipsemet inquit Platonem esse varium in Timæo, & in libro de Agraphis Dogmatibus. Quod recte ait: nam Plato de loco multifariam locutus est; Propter quod magna pars Græcorum tenet Arist. de loco nihil aliud sensisse ꝙ Plato sentit: solo tamen hoc differt, ꝙ verbis proprijs in ipsius definitione vsus est, & quod Plato amphibologice innuerat, Arist. proprijs verbis explicauerat.

Quid nominat Platonē et ꝓ mundū loci i. se materiam. Vide Ege. tex. 16 dem.

Concordia Platonis et Arist.

G

RECOGNITIONES.

AVerroes in cōmento voluit esse nouem modos essendi in alio: quatuor quidem ſm partem & particulare: primus quidem quo partes sunt in toto, secūdus è contra, quo totū est in partibus. Tertius quo particulare sine species est in vniuersali, & species in genere. Quartus è contra, quo genus est in speciebus: patet igitur quatuor esse ſm rationem partis. & rōnem particularis. Quatuor, vt inquit, sunt ſcđm causas. primus quo forma est in materia, & secundus è cōtra quo materia est in forma, quem tacuit Aristo. vt dicit quia intelligitur in eo modo, quo pars est in toto: nam pars est materia totius: & totū forma partium: tertius est. quo effectus est in agente. & quartus quo media sunt in fine: & ita octo sunt: quibus addatur modus, quo locatum est in loco: ſm Auerro. erunt. 9. modi, quibus ali-

H quid in aliquo esse dicitur. Ego autem arbitror ſm rationem esse. 12. modos: quatuor quidem, vt Auerr. inquit, qui sumuntur à ratione partis, & totius. est.n. duplex totum vniuersale, s. & particulare, ita duplex pars vniuersalis & particularis & sic ſm rationem totius, & partis Arist. accepit quatuor: Primus quo pars particularis est in toto, secundus quo è cōtra. tertius, quo pars subiectiua vniuersalis est in genere, & quartus è cōtra. sed quæstio esse potest, quia totum est multiplex, vt vniuersale, essentiale, definitiuum, potestatiuum, integrale; & alijs modis, cur ergo non multiplicauit modos essendi in, secundum modos totius & partis. potest dici, quia omnes reducuntur ad duos: nam omnis pars est aut vniuersalis, aut particularis: similiter omne totum est aut vniuersale, aut particulare: ergo reductiue sunt quatuor, & non plures. Præterea quatuor sunt causæ, & qua-

Duodecim sūt modi essendi in alio.

& quatuor causata : ergo penes causas & causata erunt octo : primus quo forma est informato, secundus quo formatum est in forma. tertius quo effectus est in agente, quartus è contra quo agens in effectibus : quintus quo media sunt in fine : sextus è contra quo finis est in medijs: septimus quo materia est ĩ materialibus: octauus quo è contra materialia sunt in materia. Arist. autem relinquit hos modos: & sumit tantum tres ex ipsis causis, primus quo forma est in formato sine materia, è contra vero non dicit: secundus vero est quo effectus est in agente, è contra vero aliud esse in alio negat: tertius est quo media sunt in fine : è contra etiam aliquid esse in aliquo etiam negat : addit vero quartum, quo locatum est in loco, è contra vero negat. negat etiam modum quo materia est in materialibus : & modum quo materialia sunt in materia: & causa est, quia Arist. loquitur vt plures, quia in vsu hominum non sunt plures modi quibus homines dixerunt aliud esse in alio: ideo illos accepit. siquis vero voluerit intelligere vsuales modos, quos ponit Aristo. & rationales qui via rationis essent ponendi, exempla notet hæc.

Modi Essendi in Vsuales Aristotelis.

Partes particulares	1	in toto Patticulari
in partib' particularibus	2	Totum particulare
Species	3	in Genere
in Speciebus	4	Genus
Forma	5	in materia
Effectus	6	in Agente
Media	7	in Fine
Locatum	8	in loco

Modi Rationales Essendi In, secundum scilicet intellectus capacitatem.

Partes	1	in Toto
in Partibus	2	Totum
Species	3	in Genere
in Speciebus	4	Genus
Forma	5	in Formato
in forma	6	Formatum
Materia	7	in Materialibus
in Materia	8	Materialia
Agens	9	in Effectu
in Agente	10	Effectus
Finis	11	in Medijs
in fine	12	Media
Locus	Radix	in Locato
in Loco		Locatum

Modo igitur Arist. vsuales sunt, quia illi qui dixerũt aliquid in alio esse, non vsi sunt alijs modis. rõnales vero dicuntur cæteri, quia ꝼm intellectum, qui rõ est, constitui possunt : intellectus. n. non solum ad ea, quæ sunt præter vsum, sed ad ea, quæ non sunt, se extendit.

LVCI. *Dubitabit ergo quis, si aliquid unum & idem in seipso cõtingat esse ? an nihil, sed oĩa aut nusquã, aut in alio sunt.*

ANT. *Dubitabit ergo aliquis, si idem aliquid in seipso contingit esse, An nihil: sed omnia, aut nusquam, aut in alio.*

Enumerauit octo modos, quibus aliq̃d esse cõtingit in alio. Propterea quęrit cõsequenter, vtrũ cócedi possit aliquid vnum & idem esse in seipso ? cui statim rñdet ꝙ non: sed oĩa aut nusquam, aut in alio sunt. Hæc est absoluta Arist. responsio, vt exponit Themistius.

A

RECOGNITIONES.

Dictum est octo modis aliquid in aliquo esse ꝼm loquentium vsum, ideo quærit, vtrum cócedi possit vnũ & idem esse in seipso : & quidem ꝼm ipsum vsum. Sed cur mouent qõnem hanc, non est leue intelligere. vr̃ ergo Aristote. mouisse qõnem talem propter mundum, de quo libro de Cœlo Primo dictum est mũdum in nullo loco esse, nec in vacuo, nec in pleno, cum extra ipsum nihil sit: ideo quærit, vtrum aliquid posit dici esse in seipso, vt in loco. Si. n. cõcedemus non esse preter vsum, vt aliquid sit in seipso, vt in loco, poterimus dicere mũdum esse in seipso, vt in loco. Præterea qõ potest esse mota propter Deum, qui ante mũdi facturam erat, ideo potest quæri vbi Deus erat, vtrum in seipso.

Verũ dupliciter illud est. Aut per se, aut ꝑ aliud. Nam, cũ id, in quo est, & id, qđ in illo est, alicuius totius sunt partes, DILVCI.
B *totus ĩ seipso esse dicetur. etenim ꝑ partes ipsas dicetur. Ceu albus, quia sup̃ficies est alba, & sciens, quia aĩa rationalis scit. Amphora igitur non erit in seipsa, neq; uinum etiam. Sed uini amphora erit: quandoquidem & id quod inest, & id in quo est utraq; eiusdem partes sunt.*

Dupliciter aũt hoc est, aut scdm se, aut scdm alterũ. cũ. n. sint quedã partes totius, & hæc in illa est, & illa in hac, dicetur totum in seipso esse. dicitur. n. & per partes, ut albus. quia sup̃ficies alba: & sciens, quia rõcinatiuũ: Amphora igitur non erit in seipsa, neq; uinum, uini autẽ amphora erit: quod nãq; inest, & id, in quo inest, utraq; eiusdẽ partes sunt. ANT.

Sed dices, quonam modo vsualis illa locutio recipitur qua solemus plerũq; aliquem in seipso esse dicere. Sic. n. dicimus Deum esse in se, & bellum esse in se, & id genus. Rñdet, verum dupliciter illud est: aut per
C se, aut per aliud. & hoc declarat dicens. nam, cum id, in quo est, vt corpus, & id, quod in illo est, vt anima, alicuius totius sunt partes: totum in seipso esse dicetur, vt homo ipse in seipso. etenim per partes ipsas dicetur. ceù albus, quia superficies est alba, & sciens, quia aĩa rõnalis scit. ideo concludit, amphora igitur per se sumpta, vt vas non erit in seipsa, neq; vinum etiam per se sumptum erit in se. Sed vini amphora, hoc est aggregatum ex vino & amphora, bene erit in seipso. quãdoquidem & id quod inest, vtpote vinũ, & id in quo est, vt amphora, vtraq; simul sumpta eiusdem sint partes. Ex ijs sumuntur duæ distinctiones, ex quibus patet solutio. Prima, ꝙ aliquid esse in seipso potest bifariam intelligi, aut per se, aut per aliud. Secunda, aliquid est totum dupliciter, vno modo quod resultat ex hoc, ꝙ vna pars est in alia, veluti animal est quoddam totum, qm̃ anima est *An aliq̃d possit esse in seipso. Vide Gratiadeũ Esc. ue. 4. huius.*
D in corpore: & amphora vini, quia vinum est in amphora. aliud est totum, cuius nulla pars est in alia, vt vinum solum, aut amphora sola, vel anima sola, aut corpus solum. Tunc vult Arist. ꝙ aliquid non dr̃ esse in seipso, nisi illud sit totum resultans ex hoc ꝙ vna pars est in altera. alijs totis non est verum. Secundo vult, ꝙ tale totum dicatur esse in seipso non per se, sed rõne partis: vt homo in seipso, ratione animæ: quia est illa in corpore: & amphora vini in se ratione vini, quod est in amphora. & sic exponit Themist. hunc locum. *Aliquid est in se rõne partis, quæ in alia esse dicitur.*

Auer. vero reddit causam quæstionis, videlicet cur Aristo. dubitat an aliquid esse posit in seipso : qm̃ hic modus dicendi erat in vsu Græcorum. dicunt. n. animal in se esse, & amphoram vini esse in seipsa. Propterea ambigit quonam modo ille vsus stat cum ratione. & in calce commenti dicit, ꝙ aliquid esse tale gratia *Qua Auerro. Com. 24.*

suæ partis gñatim per oĩa idiomata est in visũ, vt hõ crispus, propter caput: Marcus dentatus, propter dentes, & id genus. verum apud Arabes non est in vsu dici aliquid in se, vt rõnale esse in seipso, licet deberet esse, cũ totum sit tale apud eos rõne partis. Dubitant iuniores. cum cõceditur amphoram vini esse in amphora vini, ille terminus amphora, supponit eodem modo ex parte prædicati, & ex parte subiecti? Rñdent q non supponit pro eodẽ ex parte vtriusq;. subiecti videlicet & prædicati. nam tunc esset oĩno falsa, & ita à parte prædicati supponit pro vase, à patre subiecti pro vino. Sed hæc solutio stare non potest: qm̃ tunc esset hæc vera p se, amphora vini est in amphora vini: quia hæc est p se, vinum est in amphora, quæ æqualiter illi, amphora vini est in amphora vini, & ita hæc erit per se, contra Arist. in litera. Propterea dicendum, q ex parte vtriusq; supponit pro aggregato. & concedo, q amphora vini est in amphora vini, vtrobiq; supponente pro aggregato, & nego q sit falsa, quia est vera rõne partis, vt illa, homo est crispus ratione capitis. sic amphora vini est in seipsa rõne partis. quãquã vtrobiq; supponat pro toto.

Dubitatio.

Solutio iuniorũ.

RECOGNITIONES.

EX his quę hic Arist. inquit, quatuor colligi possunt. Primũ nihil dici posse esse in seipso, nisi sit cõpositum ex parte, & parte: patet, quia istud non potest dici esse in seipso rõne sui, & per se, nec rõne partis, cum partibus careat. Scd̃m, nihil potest dici esse in seipso per se, sed solum per accidens. patet, quia nihil potest esse per se locus sui, & rõne totius. Tertium, non sola composita ex parte, & parte dici possunt esse in seipsis: patet, quia vt dr̃ in textu, nec vinum seorsum, nec amphora seorsum dici potest esse in seipso, licet vinũ, & amphora composita sint ex parte & parte: non. n. esse potest vinũ ĩ seipso per se, nec rõne partis, quia nulla eius pars est in altera, vt in loco. ex his relinquitur Quartum, sola cõposita ex parte & parte, quarum altera, est in altera, vt in loco, posse dici esse in seipsis, vt in loco: non quidem per se, sed rõne partis illius, quæ in altera est. Ex his sequitur non esse præter vsum dicere mundum esse in seipso: est. n. compositum quoddã ex parte & patre: quarum alia in alia est vt in loco. verũ licet dicatur esse in seipso, vt in loco, non per se dr̃ esse in seipso, sed per accidens rõne eius partis, quæ in altera mundi patre, vt in loco est. Sed quæres, vtrũ concedi posit ciuitatem esse in seipsa, vt in loco: vr̃ quod sic, quia Arist. concedit aggregatum ex vino & amphora esse in seipso vt in loco saltem per accidens: & hoc, quia constat ex parte & parte, quarum altera est in altera, vt in loco: quare, cũ ciuitas constet ex parte & parte, quarum altera est in altera, vt in loco: vr̃ non pręter vsum esse concedendum ciuitatẽ esse in seipsa, vt in loco. Dicendũ, q p̃ter vsum est concedere ciuitatẽ esse in seipsa, vt in loco: licet cõstet parte, & parte, quarũ altera, vt in loco est in altera: & cã est, quia esse in seipso, vt in loco, ſm vsum loqoẽtium, dicit duo, s. negatiooem, qua dr̃ nõ esse in alio, vt in loco: & affirmationem, qua dr̃ esse in seipso, vt in loco: & ideo ꝓprie de mundo dicimus esse in seipso, quia in alio, vt in loco non est, & quia altera eios pars vt in loco in altera est. Ciuitas ergo licet constet partibus, quarum altera in altera est, tñ non dicit negatiooem alterius loci, cum dicatur esse in aliquo agro. qua rõne fit, vt illud de amphora vini non nisi vt exemplum positum sit: cuius non veritas, sed manifestatio quæritur. Præterea quæres vtrum posit concedi de Deo ipsum

Mundum in seipso esse dici potest non autem ciuitas.

E esse in seipso: sicut cõiter conceditur ipsum fuisse in seipso ante mundi facturam. Dicerem saluo meliori iudicio posse concedi Deum esse, & fuisse in seipso ante rerum productionem, vt esse in seipso dicit solam loci negationem. s. quia non est in alio, vt in loco: vt vero dicit affirmationẽ, qua dicatur esse in seipso, quia altera eius pars est in altera, concederem minime, quia nõ cõstat partibus: nisi ęquiuoce diceremus in se esse, quia cõtinet partes virtualiter, quarũ altera est in altera continet. n. mundum, cuius mundi altera pars est in litera.

Modo igitur illo contingit aliquid in seipso esse, sed ut primo, esse nequit. ueluti albedo est in corpore, quia superficies est in corpore, scietia uero in aĩa. & per hec quæ sunt ut in hoĩe partes, appellationes hæ sunt. amphora uero & uinũ cum sunt quidẽ seorsum, non sunt partes, sed cum sunt simul. quocirca, cum sunt partes, erit per idẽ in seipso, ueluti albedo est in hoĩe, quia in corpore est, & in hoc, quia in superficie, in hac aũt non est rursus per aliud. atq; hec diuersa spẽ sunt, & aliã utraq; naturam, atq; uim habent, supficies uidelicet, & albedo. Inductiue igitur considerantes nullo dictorum modorum aliquid in seipso esse uidemus. DILVC.

F

Sic quidem igitur cõtingit idem aliquid in seipso esse, primo aũt non contingit. ut album in corpore, superficies. n. in corpore est, scientia autem in aĩa. Scd̃m aũt hæc sunt appellationes, cũ & partes sint, sicut in hoĩe. Amphora autẽ & uinum, cũ seorsum sint, non partes sunt. simul aũt ideo cũ sint partes, erit idẽ in seipso, ut album in hoĩe: quoniã in corpore: & in hoc, quoniã in superficie, in hac autẽ nõ amplius scd̃m aliud est. & altera specie hæc sunt, & aliam naturam habet unũquodq;, et potentiã, ut supficies, et albũ. Inductiue igitur cõsiderãtibus nihil ĩ seipso uidemus scd̃m aliqđ determinatũ. ANT.

G

Quasi epilogando ea, quæ dixerat colligit: & per exempla declarat: & inquit, modo igitur illo, videlicet per aliud. contingit aliquid esse in seiplo. sed vt primo, esse nequit, vt aliquid sit in seipso Exemplum primi videlicet, qñ per aliud contingit, veluti albedo est in corpore, quia superficies est in corpore: scientia vero in anima: verum scientia est in anima per se primo, albedo in corpore per aliud. & vniuersaliter per hęc, quę sunt vt in homine partes, appellationes tales fiunt: vt per capillos, crispus homo est, per dentes dentatus, & id genus. Sed dices, cum aliquid totum dicitur esse in seipso, Dici potest in seiplo esse partibus quomodolibet dispositis? Respõdet amphora vero & vinum, cum sunt quidem seorsum, non sunt partes. Sed, cum sunt simul: quocirca cum sunt partes, erit idem in seipso, veluti albedo est in homine, quia in corpore est. & in

H hoc, quia in superficie. In hac autem non est rursus per aliud. Sed dices, cum albedo esse non posit sine superficie, & sit primo in superficie, sunt ne idem? Respondet, atque hæc diuersa specie sunt. & aliam vtraq; naturam atque vim aliam habent. naturam quidem, quia sunt diuersorum prædicamentorum. vim vero, quoniam albedo mouet visum, superficies minime. Tunc quasi epilogando breuibus inquit. inductiue igitur per omnes illos octo modos considerantes, nullo dictorum modorum videmus aliquid esse in seipso primo, sed bene ratione partis.

RECOGNITIONES.

AVerroes in principio commeoti assignat causam, quare per aliud aliquid dici potest esse in seipso, per se vero primo non: quia est regula, quicquid disponitur

Nota hanc regulam.

sponitur per aliquid, disponitur per omne id, per quod disponitur illud. vt qm corpus disponitur per superficiem, disponitur per album, per quod disponitur superficies, per se autē primo non oportet: non.n. oportet, vt si corpus per se primo dispooatur per superficiē, per se primo disponatur per album, quo superficies disponebatur. Sed contra regulam est obiectio: nam homo disponitur per dentes, non tñ disponitur per albedinem dentium. potest dici, q si regula intelligatur per inesse, sic est vniuersalis, quia omne quod disponitur per aliquid fm inesse, disponitur per oē id, per quod illud disponitur per inesse: si.n. albedo inest dentibus, & dentes homini, albedo inerit homini. per prædicationem vero regula non est vniuersalis: non.n. de homine si dentes prædicantur, de ipso album prædicabiť. Præterea verba illa fm autem hęc sunt appellationes: Auer. alter exponit, & aliter nos in commentarijs exposuimus. exposuimus.n. Aristo. per hæc velle fieri denominationes alicuius totius per ea, quę sunt partes, quoties illis partibus competit aliquid: vt quia capillis crispitudo cōpetit, ideo homo crispus dr: quia vero naso aquilinitas, ideo homo aquilus dicetur. Auer. vero vult denominationem per se primam, & secundam fieri in his totis, in quibus sunt partes: nam quæ partibus primo, toti secundo competunt. Sed dices contra expositionem in commentariis, & contra hanc expositiooem Auer. non bene dictum esse, quod illud quod parti primo competit, secundo toti competat: patet de dentibus, quibus competit albedo, & non toti: potest intelligi, vt dictum est, regulam esse intelligendam de inesse: vel dici potest regulam esse intelligendam qn dispositio competit parti, & nulli alteri. Debes scire, q non ab rōne declarauit Aristo. album & superficiem non esse eadem, licet albedo insit primo superficiei, quia illud, quod per se primo alicui inest, vř idem illi, vt animal homini, & figura triangulo: propterea ostendit albedinem & superficiem diuersa esse, & virtute: quia licet alterum inest per se primo alteri, non tamen inest per se primo fm æquationem, sed secundum subiecti immediationem: albedo enim inest primo superficiei, i. per negationem subiecti medij.

Per se primo quod inest alicui, immediate.

DILVCI. *Et ratione etiam hoc uidelicet est impossibile. oportebit .n. ambo esse utrūq;. ut amphorā quidem & uas & uinum esse. uinum uero & uinū & amphorā, siquidem aliquid esse idē in seipso cōtingit. Quare, si q maxime in seipsis sint: amphoram quidem uinum suscipiet, nō quo ipsum est uinum, sed quo est illa. & uinum in amphora erit, non quatenus est ipsa amphora, sed quaten' illud est amphora. Hæc igitur rōne esse diuersa patet. alia.n. rō est eius in quo, alia eius qd est ī illo.*

ANT. *Et ratione manifestum est, q est impossibile: oporteret.n. utraq; utrūq; esse, ut amphoram uas, & uinum esse: uinum autem uinum & amphoram: siquidem contingit aliquid idē in seipso esse. quare, cum maxime in seipsis sint, amphora quidem accipiet uinum, non inquātum ipsa uinum est, sed inquantum illud est. uinum autem inerit in amphora, nō inquantum amphora ipsum est, sed inquantum illa amphora est, igitur scdm esse. quoniam alterum sit, manifestū est: alia nāq; rō est eius, quod est in quo, & alia illius quod est in hoc.*

Illa *Illud*

Idem persuadet Aristote. rōne per impossibile sic, si aliquid esset in seipso primo, vt si amphora vini in seipsa, amphora vini primo erit ipsa amphora vinum, & ipsum vinum amphora. Cōsequentiam deducunt iuniores duobus sumptis. quorum Primū est, vt amphora ipsa sit primum cōtinens, & vinum sit primum contētum. Scdm est, q si amphora vini est per se primo in amphora vini, tunc amphora vini est id, quod primo est in alio: & amphora vini id in quo est aliquid primo, ita vt ipsa amphora vini sit primum cōtinens, & primū contentum. Tunc arguunt, si amphora vini est per se primo in amphora vini, ipsa amphora vini esset primū continens, & primum contentum, per secundam suppónem. Sed per primam primū cōtinens esset amphora. igitur amphora vini est amphora. vt expositorie liceat arguere, hoc demōstrando, amphorā vini est primum continens: & hoc, demōstrando amphorā solam est primum continens. igitur amphora sola est amphora vini. Similiter hoc demoostrando amphorā vini, est primū contentum, hoc demonstrando, vinum est primum contentum. igitur vinum est amphora vini. Sed

An si aliquid esset in seipso primo, totum quod reciperetur in eo, esset idem sibi.

Vide Gratiadeum Esc. lec. 4. q. 4.

B amphora vini est amphora p primum syllm: igitur vnū est amphora. Simili rōne potest argui ex parte vini, vt patet. & hæc deductio placet. Propterea concludit cōtinens & cootentum nō esse idē, sed rōne diuersa. Nam alia est rō suscipientis, & alia suscepti. Animaduersione dignum, q inesse aliquid per se primo alicui bifariā contingit. vno quidem modo per se primo, quia non per aliud, sed per carentiam cuiuscunq; alterius: qua rōne dicimus q vinum est in dolio primo, quia non p aliud est in illo, sed immediate per seipsum. Aho modo per se primo dř esse aliquid in alio, quod de illo prædicatur & non p aliud, sed de oībus per ipsum: quo mō risibile primo inest homini, qui nō per aliud inest, & oībus alijs p ipsum. Tunc dicenda sunt duo. Primum, q nihil est in seipso primo nec primo mō, nec scdo mō. Primo mō patet per rōnem in textu: quia tūc amphora esset vinum, & econtra vinū esset amphora, vt dedu-

Defensio expositorum.

Per se primo aliquid inest alicui duobus modis.

C ximus, & sic sentit Arist. Scdo nihil est in seipso primo secundo mō, quia tūc idem esset primum prædicatum & primum subiectum. & hoc mō vinum non est primo in amphora, quia esset primū prædicatū de amphora, licet sit per se primo in amphora, loquendo de primo fm primum modum. & hac ratione intelligunt expositores: & ita nihil habent iuniores contra expositores: illud.n. expositores non ad mentem Arist. dicunt, sed addunt sensui literæ ad abundum sensum.

RECOGNITIONES.

Expositio in cōmentarijs pulchra est, pót tñ aliter literā introducere si quis velit, vt dicamus cōsequentiam, esse hác, si aliquid idem est in seipso per se primo, vtrunq; erit vtraq;, vtrunq; s. vinum, & amphora seorsum erit vtraq; s. vinum & amphora simul. erit.n. vinū, vinum & amphora: & amphora, amphora & vinū. con-

D sequentiam sic deduco nunc supponendo oē tale per se primo esse tale fm se, & quālibet sui partem. quę supposito nunc accipiatur, quia in Posterioribus satis declarata est. si ergo aliquid idē est in seipsi per se primo, vt in loco, vt amphora vini in amphora vini: & amphora vini, erit in amphora vini, & vinum erit in vino: & amphora in amphora, vt ex suppóne patet: vltra sequit, vt vinum sit vinum, & amphora: erit quidem vinum ea rōne, qua in alio est, erit autē amphora ea rōne, qua in ipso aliqd est. sitr amphora, qa est in seipsa, erit amphora, vt vinum: amphora quidem, rōne qua in ipsa aliqd est, vinū vero, rōne qua ipsa in aliquo est. destruit Aris. consequens, & inquit, quare siquidē maxime in alterutris essent hoc est alterutrum in altero: amphora quidē

accipiet vinum, non quatenus ipsa vinum est, sed quatenus id supple vinum est, & vinum inerit in amphora non quatenus amphora est ipsum vinum. sed quatenus est amphora: quare ſm esse, & definitionem, qm̃ alterũ sit vinum ab amphora, & econtra, manifestum est. alia nanq; ratio est eius, quod est in quo, & alia illius quod est in hoc. & sic non potest vinum esse vinũ & amphora, nec amphora est amphora & vinum.

DILVC. *At uero neq; per accidens contingit. Simul enim duo corpora in eodem erunt: etenim ipsa amphora in seipsa erit. si id cuius natura, est susceptiua, in seipso esse contingat. & insuper illud, cuius est susceptiuum, ceu uinum si uini. Quòd quidem igitur nihil primo in seipso esse contingat, patet.*

ANT. *At uero, neq; secundum accidens contingit. Simul.n. duo corpora in eodem erũt: etenim in seipsa amphora erit, si cuius natura receptiua, est, hoc contingat in seipso esse: & adhuc illud, cuius est receptiuum, ut si uini uinum. Quòd igitur impossibile sit in seipso aliquid esse primo, manifestum est.*

Debes scire hæc posse simul stare, videlicet, q̃ aliquid sit in aliquo vt in loco primo, & sit in illo per accidens, siue per aliud. causa verbi, homo est in mari primo, quia non per vnam partem sic, & per aliam non, sed est in illo per accidens: quia per aliud, vtpote ꝑ nauim. Similiter aer est in cœlo primo, quia per oẽs partes est in cœlo, non autem per se, sed per aliud. est.n. in igne, qui est in cœlo. Arist. igitur cum probauit nihil esse in seipso primo per se, probat nihil esse in seipso primo per aliud. Ad hoc autem probandum facit enthymema, si aliquid esset in seipso primo per aliud, tũc duo corpora essent in eodem loco. Hæc consequentia facile deducitur supponendo, q̃, qñ aliquid est in alio per aliud, illud aliud est propinquius illi q̃ ipsum. verbi causa. si homo est in mari per nauim, nauis est propinquior mari quã homo. Ex hoc arguo, si illud, quod est in seipso primo A, & cũ insit sibi ꝑ aliud, sit illud aliud per quod sibi inest, B: A igr̃ inest sibi mediante B: igitur per suppositum, ipsum B est propinquius ipsi, A q̃ sit sibi A: hoc aũt esse non potest. nisi ipsum B penetret in A, & sit simul in eodem loco. Inquit, At vero neq; per accidens, hoc est per aliud contingit aliquid esse in seipso primo. quod probat dicens, simul.n. duo corpora in eodẽ erunt: vtpote ipsum & id per quod sibi inest. Declarat hoc in terminis dicens. etenim ipsa amphora in seipsa erit, si id, cuius natura est susceptiua, hoc est si ipsum vas in seipso esse contingat. & insuper illud etiã cuius est susceptiuũ, mediante quo sibi inest, oportet esse in eodem: ceu vinum si vini est susceptiuum: q.d. si amphora est in seipsa per aliud, nõ potest esse in seipsa nisi per vinum, mediante quo sibi inest. Igitur vinum est ꝓpinquius amphoræ q̃ sit sibi ipsamet amphora. & ita vinum & amphora erunt in eodem loco. Hunc locum Themistius sic videtur intelligere: quæ res, cum non nimis fructuosa sit, sit dicta in tantum.

RECOGNITIONES.

THemistius, quem Auer. sectatur, vult Arist. ꝓbare nisi esse in seipsu per accidens. quia, vt dicit differt esse tale per partem, & esse tale per accidens. per partem enim tale dicitur, quod afficitur affectione suę partis, vt homo occęcatur, quia occuli occæcantur. tale aũt ꝑ accidens dicitur, aut quoties pars afficitur affectione sui totius, aut quoties accidẽs afficitur affectione sui subiecti. dicimus.n. malũ fluctuare, quia nauis, cuius malum pars est, fluctuat: dicimus etiã albũ moueri, quia animal, cuius est accidens, siue forma moue-

E tur. Vult igitur Themist. vt Auer. etiam inquit, Aristo. probasse nihil esse in seipso ꝑ se, sed bene per aliud, vtpote per partem: nunc vero probare nihil esse in seipso per accidẽs. Quæ expositio consona videtur verbis, quibus Arist. ponit conclusionẽ sed verbis, quibus conclusionem probat, conuenire non videtur. Præterea nec verbis conuenit quibus epilogat, vt legenti patet. propterea non recedendum est ab expositione, quam astero in cõmentarijs. Arist. n. intẽdit hanc conclusionẽ, nihil est primo in seipso per aliud. Vbi debes scire, primum vel primo in esse bifariam esse: posterioristicum, & physicum. Primo inexistens Posterioristicum, omne est per se: est.n. prædicatum, quod cõpetit subiecto adæquate, hoc est ſm se, & quamlibet illius subiectiuam partem, & non solum adæquate, sed per nullũ ꝓdicatum medium. hoc pacto aĩal primo homini inest,

Primo Duplex posterioristicum, et Physicum.

F quia omni homini, & per nullum aliud prædicatũ medium. Physicum vero est, quod competit alicui ſm se, & quodlibet illius: hoc pacto concedit physicus hominem esse primo in mari, quoties ſm se totum est in mari, & non ſm aliquam partem sic, ſm aliã non. hoc asit primum physicum duplex est, per se & per aliud: est .n. nauis primo ꝑ se in mari: primo, q̃a ſm se, & quodlibet sui: est per se, quia non per aliud, sed immediate ꝑ seipsam. hõ vero, qui ſm se, & quolibet sui est in mari mediante naui, dicitur in mari esse primo per aliud. primo quidem, quia ſm quolibet sui, per aliud vero, quia per nauim, quæ per se est in mari: cui naui ipse hõ immediate inest. Ex his patet conclusio textus, intẽdit.n. hanc conclusionem, nihil per aliud est in seipso primo, vt in loco: & hoc inquit, At vero, neq; ſm accidens. i. ſm aliud contingit aliquid in seipso primo inesse, vt in

G loco, hæc est conclusio. deinde probat per talem consequentiam, nam, si aliquid esset in seipso per aliud primo, tunc, duo corpora essent in eodem loco: quod relinquit tanq̃ absurdum. pro deductione consequentiæ accipit duas suppositiones, prima est, q̃, si aliquid est in seipso primo, vt in loco, oportet, vt idem sit recipiẽs locus. i. quod recipit: & receptum. i. locatum, quod recipitur: vel oportet idẽ esse in quo recipitur, & quod recipitur: quod idẽ est, hæc prima suppositio, & hanc innuit, & inq̃t, etenim in seipsa amphora erit vt in loco, si id, cuius natura est receptiua, hoc contingat in seipso esse: q.d. si amphora in seipsa, vt in loco erit, illa erit locus recipiens, & locatum receptum. Secunda suppositio est, q̃ illud, per quod recipit, semper est ipsi amphorę imediatius eo, quod recipitur per illud, vt si amphora reciperet se mediante vino recepto, vinum ipsi am-

H phoræ erit imediatius, q̃ esset ipsamet amphora recepta: semper.n. medium per quod est ei recipienti imediatius, q̃ sit quod in illo recipienti recipitur per tale medium. vnde, si amphora primo se reciperet mediante vino, vinum medium imediatius amphoræ inesset, q̃ ipsamet amphora, quæ vino mediante inhæreret sibi ipsi. dicit, & adhuc in amphora esset illud: cuiꝰ ipsa amphora esset locus receptiuus, vt si vini esset locus receptiuus, vinum amphoræ inesset: & tu intelligas imediatius q̃ inesset sibi ipsamet amphora: quia, vt dicebamus, medium est imediatius recipienti, q̃ receptũ. Has ergo suppositiones posuit, ex quibus deduci potest cõsequentia, sed consequentię deductionem tacuit, quia ex his patet: nam, si medium est imediatius recipienti, quã res recepta per illud, vt secunda suppositio dicit, & per primã, si idem esset primo per aliud in seipso am-

phora esset locus recipiens, & vinum medium recipiẽdi, & ipsamet res recepta, & ita vinum ĩmediatius inesset amphoræ recipienti, q̃ ipsamet amphora recepta: quare, cum amphora recipiens & amphora recepta in vno loco sint vinum & amphora recipiens erunt in eodem loco, & sic patet consequentia, quæ sm̃ Them. & Auer. expositionem patere non poterit. deinde epilogat, & inquit, Quòd igitur impossibile sit aliquid in seipso esse, primo, manifestũ est, quia neq; per se. neq; p aliud: solũ aũt esse potest aliquid in seipso per partem.

DILVCI. *Id uero, quod Zeno dubitabat, q. si locus sit aliquid, in aliquo erit. Soluere non erit difficile. probibet enim nihil, ut primus locus in alio quidem sit, non tamen in illo tanquam in loco. Sed ueluti habitus, ut sanitas quidẽ in calidis: caliditas autẽ in corpore ut affectio quare non necesse est in infinitum abire.*

ANT. *Quod autem Zeno opposuit, q. si locus est aliquid, in aliquo erit soluere difficile non erit. nihil n. prohibet in alio primo esse locum, non tamen in illo sicut in loco, sed sicut sanitas quidẽ in calidis, ut habitus, & calor in corpore, est, sicut passio: quare non necesse est in infinitum abire.*

Ex ijs soluit cauillum Zenonis. arguebat. n. Zeno locum non esse, quia tunc esset in aliquo, vt in loco, & ita in infinitum. Respondet, q per distinctionem habitã non est difficile cõtradicere illi. Nam proprius siue primus locus alicuius. verbi causa, vini, est in aliquo, nõ vt in loco, sed vt accidens in subiecto, siue forma in materia. Nam locus vini est vltima concaua superficies amphoræ: illa autẽ est in amphora vt in subiecto: ideo non est necesse in infinitum abire.

Qua Auer. Com. 28. Auer. autem in præsenti cõmento ait solutionẽ hãc conuenire principijs & fundamentis Aristo. qui ponit locum non esse corpus, sed vltimam superficiem corporis continẽtis. Qui vero tenent locum esse corpus, soluere non possunt hanc rationem. Nã omnino oportet eos dicere tale corpus siue sit interuallum siue aliud id genus esse in loco, & ita abibitur in infinitum.

RECOGNITIONES.

Quærere potes, cur dixit locum esse in corpore locante, vt habitus est, & vt passio. dicendum rectè sic Aristo. esse locutum. quia locus alius inest locanti corpori immobiliter, vt superficies cœli concaua cœlo: & hic inest, vt habit⁹: qui est ab eo, cuius est habitus, de difficili mobilis. Alius vero inest locanti corpori mobiliter, vt cõcaua superficies aeri vel aquæ, & hic inest pẽr modum passionis, quæ est ab eo, cuius est, de facili mobilis: hæc Arist.

DILVCI. *Illud præterea perspicuum, cum uas nihil sit eius quod est in ipso (diuersa nãq; sunt id, quod inest, & id, in quo primo inest) locum neq; esse materiam neq; formam, sed diuersum. hæc. n. utraq; illius sunt, quod in se unum est, materia uidelicet & forma. Hæc igitur sint dubitata.*

ANT. *Illud autem manifestum est, quia, cum nihil sit uas eius, qd est in ipso: (alterum enim primo, & quod inest, & in quo inest:) non utiq; erit materia neq; species locus sed alterũ. Illius enim unius aliquid hæc sunt & materia, & forma. Hæc igitur sint opposita.*

Vltimo soluit quæstionem de quidditate loci, & cõcludit q neq; sit forma, neq; materia. & vtitur tali ratione. Materia & forma sunt aliquid eius, cuius sunt materia & forma: sed locus nihil est locati: nam diuersum est vas & id quod in illo est. Igitur locus non est materia neque forma. deinde epilogat, & patet.

A RECOGNITIONES.

Conclusio est, q locus nec est forma nec materia locati, & syllogismus est in secunda figura. compositi, cuius materia & forma sunt, aliquid sunt: hanc maiorem posuit cum inquit, illius. n. vnius, s. compositi, cuius materia & forma sunt, hæc videlicet & materia & forma aliquid sunt. Addas minorem, sed locus non est aliquid eius, cuius est locus: ergo non est illius materia, nec forma. Minor aũt in principio textus posita est, cum inquit, illud aũt manifestum est, quia, cum nihil sit vas siue locus eius, quod est in ipso: & probat, quia primo & per se & quod inest, & in quo inest, differunt: interposita probatio est. cõplet rõnem, & inquit, non vtiq; erit materia, neq; species siue forma rei locatæ locus, sed alterum ab vtraq;. ecce q de ratione tetigit maiorem, minorem, & minoris probationem, & cõclusione: verum debent legi transposite.

B DILVCI. *Sed quid sit forsitan locus, hinc prospecto perspicuum fiet. Sumamus tamen de ipso quæ uere competere ipsi per se uidentur. Censemus itaq; locum primum id continere, cuius est locus. nihilq; illius rei esse. rursus primum locum neq; minorem esse, neque maiorem præterea neque exolui ab unoquoque, et esse separabilem. Adhæc omnem locũ & sursum, & deorsum habere. & corporum unumquodque proprios ad locos suapte natura ferri & in illis manere, & hoc pergendo aut sursum aut deorsum.*

ANT. *Quid autem forte sit locus, hinc utique fiet manifestum accipiamus aũt de illo, quæcunque uidẽtur uere per se inesse ipsi. Censemus igitur locum esse primum quidem continens illud, cuius locus est. et nihil rei esse. Amplius primum locum neque minorem, neque maiorem esse. Adhuc neque deficere ab unoquoque, & separabilem esse. Adhæc autem omnem locum habere sursum & deorsum: & ferri natura & manere in proprijs locis unumquodque corporũ: hoc autem est facere se aut sursum, aut deorsum.*

C Tractatus Arist. loci definitionem, primo accipit p consensum oĩum, quæ loco cõmuniter insunt. Et apud Them. sunt quinque. Primum est, locum cõtinere ambireq; eas res, quarum est locus. Secundum est, locũ rei illius, quam continet, nihil esse, hoc est neq; materiã neq; formam, neq; partem aliquam id genus. Tertium est, locum primum atq; proprium neq; minorem, neq; maiorem esse. Quartum est, locum ab vnoquoq; corporũ exolui non posse, quia sic esset velut vna idea. sed esse separabilem, quatenus in eodem loco possunt diuersa corpora sibi cedere. & ita semper locus erit in aliquo corpore, licet sit separabilis à corpore. Vnde Sorti colæ concederent à locato locus est separabilis, & negarent locum esse separabilem à locato. Prima pars patet, quia ab hoc vel illo locato est separabilis. Secũda p batur quia necessario locus est in aliquo locatorũ. vltimum est, q quæcunq; in loco sunt, aut superiori aut inferiori loco esse necesse est. Hæc quinque Themistius ex litera colligit. Quinque cõiter de loco dicuntur.

D Auer. autẽ colligit quinque, sed alio modo. Primũ est cõtinere locatum, & nihil esse illius, per hoc q nihil est illius, differt à forma. per hoc q cõtinet, differt à vacuo, quod non continet, sed penetrat. Quod qnidẽ cõtineat per consensum omniũ accepit vt Them. inquit. quod vero nihil sit rei quam continet, supra deductum est. Secundum est, q locus sit neq; minor, neq; maior locato, sed æqualis: non minor (vt Them. probat) quia nõ ambiret, complecteretur q;. neq; maior, quia in partem illam subsiduam corpus alterum posset inferri Qua Auer. Comen. 30.

ferri & ita cōferri vt neq; proprius neq; primus sit. tertium est vt sit separabile à locato: per quod, vt inquit Auer. differt à materia, & forma: huius causam affert Them. ex successu subeuntium corporum. & vicissitudinario rerum ingressu egressuq;, vt supra dictum est. Quartū est, vt differentiæ loci sint aut sursum aut deorsum, hoc est vt omne q̄ est in loco sit, aut sursum aut deorsum. & per hoc differt à vacuo, vbi nulla harū differentiarum videtur esse. Quintum vt sit tale, ad quod corpus naturaliter feratur, & ad ipsum ductum in eo ꝑ maneat: per quod etiam differt à vacuo, ad quod nihil naturaliter fertur. hæc autem conditio omni loco non conuenit, sed solum naturali loco: ad quem aliquod corpus naturaliter sit aptum ferri: Hæc ex cōmento habētur. Sed circa eiusmodi loci conditiones.

Prima dubi. An locus sit æqualis locato. Vide Ian. q. 3 huius. Et Alb. de Sa. xo. q. 2 huius.

Dubitant primo contra primā, quia, si locus contineret locatum, esset illo maior: siquidem omne continens sit maius contento. Dicendum, ꝙ locus cum sit concaua superficies corporis continentis, & locatū locetur per vltimā superficiem conuexam, & ambæ sint indiuisibiles ſm altitudinem, iure ea, quæ continet, & ea quæ continentur æquales sunt. verum ea, quæ est locus, continere dici, q̄m est corporis maioris, illa contineri, quia est corporis minoris. Ad formā dico, ꝙ omne continens est maius contento loquendo de corpore, non autem de illius superficie: nam superficies continens & contenta sunt æquales non obstāte ꝙ vna alteram contineat. Dubitant secundo. vtrum locus sit æqualis locato: videtur ꝙ non. primo, quia cœlum est omnium locus, & omnium maximum. Secundo, quia locatum in tris secatur dimensiones, locus in duas tantum. Auer. infra cō. 77. distinguit de æqualitate, vult. n. alterā esse æqualitatem cōtinentiæ, q̄ quantum vnum continet, tm̄ est ipsum contentum. Alteram vero dimēsiuam, quādo tres dimensiones aliquorum duorū sunt æquales. Tunc dicendū ꝙ loquendo de loco proprio, de quo cōditiones intelliguntur in textu, locus est æqualis locato æqualitate continentiæ: nam quantum continet locus ipse, tantum est locatum. Secundo dicendū locum proprium & locatum esse æqualia diminsiue ꝑ suas superficies, ſm duas dimensiones sunt æqualia: longitudine videlicet & latitudine. Tertio dicēdum locū & locatum non esse æqualia absolute ſm omnes. Nam locus est tm̄ diuisibilis in duas dimensiones, Locatum vero in tris diuiditur. Tunc patet solutio ad rationes.

Secūda dubi. An locus et locatū sint æqualia.

Tertia dubi. Vide Gait. se. 3 o huius. & Egi. hic.

Dubitant tertio, vtrum locus sit separabilis & materia nō. videtur ꝙ non. quia materia est ingenerabilis. Igitur ab oi forma separabilis. Quo mō locus sit separabilis superius dixim'. tn̄ quidam, dicunt ꝙ locus est separabilis à locato dupliciter. Primo subiecto, q̄m locus est in locante, & non in locato. Secundo existentia: nam locatum potest permanere, quamuis locus desinat. Sed de hoc satis diximus supra. cōm. 17. & 18. vnum tamē scias, ꝙ hoc, quod isti aiunt, non est ad mentē Themist. probat. n. in textu locum esse separabilem, quia in ipso corpora sibimutuo cedunt. igitur non de separatione subiecti, nec de separatione existentiæ loquitur, sed de separatione continētiæ, videlicet quia locus vicissim pōt plura locata continere. De his satis superius diximus. Vlterius dicunt noui expositores, ꝙ locus differt à materia, q̄m ipsa materia est corruptibilis ſm esse, non aūt ſm essentiam. Locus vero pōt permanere idem numero & essentia. Huic obijciunt iuniores. Tū primo, quia si materia remaneret in corruptione cōpositi, aliquid

E remaneret sine suo esse, quod non possunt intelligere. Tunc secundo, quia quid est illud esse, qd' definit. non accidens: quia in nullo genere accidentium, non substantia, quia non materia, non compositū, non forma. igitur est fictio. Et licet de hac re plura dixerimus in. 1. Physi. nunc scias, ꝙ positio noui expositoris est mens Themi. in. 1. huius. digressione vnica. Propterea alij aliter dicunt. Quidam. n. aiunt, ꝙ duplex est esse: formale, & entitatiuum. esse. n. formale est, aut forma, aut actus formę, vt esse album est albedo, aut actus albedinis, esse vero entitatiuū est quo res est ens, & extra suas causas. Tunc volunt ꝙ materia maneat ſm essentiam & esse, non formale, sed entitatiuum. Tunc ad primū patet solutio: nam manet quidem & non sine suo esse. Ad scd'm dicunt ꝙ nec est substātia nec accidens predicamentale. Sed se habet ad modum accidentis cū sit extra

Vide Sen. & 12. sed. q. 1. & 2. & in q. 9. primo physicor. 1.

F essentiam, aut saltem non essentia. De hoc diximus in Primo. Alij dicunt, ꝙ esse materiæ est indiuiduatio materiæ, quam habet & per accidentia, & per compositum t cuius ipsa est pars. per essentiam vero intelligunt ipsam materiam ſm se sumptam, vt abstrahit ab indiuiduationibus. Tunc concedunt materiam remanere ſm esse, non tn̄ vnum numero, sed sub esse indiuiduali alterius indiuidui. Ad secundum dicunt, ꝙ illud esse est ipsa materia taliter accepta aut taliter indiuiduata. Sed hæc responsio non est ad mentē noui expositoris, quia tunc ipse per essentiam intelligeret esse specificum, & non esse numerale, & ꝑ esse vellet esse indiuiduale, qd' est contra ipsum hic. ideo pro nunc sufficiat primus dicendi modus.

RECOGNITIONES.

G Aristoteles proponit accipere, vt locum ipsum bene definiat, quęcūq; ipso loco per se insunt. Auer. vero assignat causam, ex eo, quia ex talibus, q̄ ꝑ se rei cōpetunt, colligit definitio rei: cū definitio rei sit aliud nihil, q̄ ser mo cōpositus ex rebus, q̄ rei definiendæ ꝑ se insunt. Aiaduerte ea, q̄ Arist. sumit de loco esse quinque ſm Them. & quinque ſm Auer, licet aliquo modo differant, vt in cōmentarijs patet. si quis aūt vult potest illa dicere esse sex, quorum primum erit locum continere rem locatā. Secundum, locum nihil esse rei locatæ. Tertium, locum esse æqualē rei locatæ. Quartum, à rebus locatis locum esse separabilem: Quintū, omnem locum esse aut sursum aut deorsum: Sextum, locum esse finem, atq; terminum, ad quem corpora naturaliter feruntur, & in quo naturaliter manent: ecce quomodo sunt sex, si benè considerentur. Quo vero ad verba attinet, cum Arist. dicit locum esse separabi-

H lem, ita inquit, adhuc neq; deficere ab vnoquoq; & separabilem esse. & intelligit locum non stare derelictū ab vnoquoq; locatorum, quia sic esset vacuum; tamen separari potest ab vnoquoq;, quia nullum est, vel fuit, vel erit locatum, quin ab illo separari possit, & ita Inuit locum esse à locatis separabilem separabilitate continentiæ, quatenus nunc vnū, nunc aliud continens est; non autem separabilitate subsistentiæ, ita vt subsisterē possit sine locatis, sic. n. esset vacuum. præterea hęc nō repugnant, locus non derelinquitur ab vnoquoq; locatorum, & locus separatur ab vnoquoq; locatorum. prima. n. pars patet tenendo illum terminū vnoquoq; copulatiue, non. n. separatur aut relinquitur ab omnibus locatis: secunda vero patet, tenendo illum terminū vnoquoq; diuisiue, quia ab isto, & ab isto &c. Auer. vero, quia habebat malas trāslationes, induxit verba textus

Locus est ipsa rabilis ab vnoquoque locatorum, & a singulis, non aūt a locato absolute, quia sic esset vacuum.

tus Alexã. & expõnem Alex. circa illa verba: ego vero dico verba tex. Auer. nõ esse Aristo. nec verba, quæ dicit esse de libro Alexandri, sunt Aristo. nec expositio Alexandri est bona, quia tunc tertia conditio coincidit cum secunda, vt intelligenti patet.

DILVCI. *Suppositis uero ijs reliqua perspicienda sunt, atq; hunc admodũ tentare considerationem facere. & ipsum quid est tale assignetur, ut ea quæ dubitantur, dissoluãtur. Et ea quæ uidentur inesse loco, insint. Et insuper ipsa difficultatis, et dubitationum, quæ de ipso sunt, causa pateat. Sic. n. commodissime unumquodq; profecto ostendetur.*

ANT. *Suppositis autem his, reliqua consideranda sunt, oportet autem tentare consideratione sic fieri, ut ipsum quid est, reddatur, & ut quæcunq; opponuntur, soluantur, & ut quæ uidẽtur loco inesse, insint. & amplius difficiliæ causa. et oppositorum, quæ de ipso sunt, sit manifesta: sic enim utiq; pulcherrime ostendetur unumquodq;.*

Antequam definitionem loci afferat, qualis debeat esse loci definitio dicenda proponit. & vult esse et trium conditionum. Prima est, vt per ipsam cessent argumenta facta in contrarium. Secunda est, vt accidentiũ ꝓpriorum appareat causa. Tertia, vt dubitationum & difficultatis vnde exortæ sint, pateat causa in prõptu.

Quæ Auer. Comen. 31. An diffinitio subiecti sit medium demonstrationis vt videtur velle hic Arist. Vide Gratiadeum. Ess. le. 7. q. 2.

Auer. ait destructiue valet per hanc orationẽ, non scitur causa omnium accidentium quę insunt subiecto igitur non est definitio. Constructiue non valet. Pñt enim multæ affectiones demonstrari de subiecto per causam materialem, quæ non est hominis aut alicuius id genus definitio completa. Vlterius vult, ꝙ talis debeat esse definitio, vt per ipsam cessent omnes dubitationes, & difficultates circa definitum soluantur. Quidam intelligunt solui omnes difficultates quæ orieban tur ex definitionis ignoratione, non autem vniuersaliter omnes. Alij intelligunt omnes. nam omnis difficultas, aut attinet ad genus causæ materialis, aut formæ, aut finis, aut efficientis. Modo definitio aggregat omnia hæc genera causarum. Ego vero solitus sum dicere, ꝙ difficultas, aut oritur ex parte rei, aut ex parte nostra: ex parte nostra possunt oriri difficultates sophisticæ, quæ nihil ad rem faciunt, ex parte rei omnis difficultas vel pertinet ad speciẽ, vel ad indiuiduum. si ad speciem, illæ sciri possunt cognitione solius formæ, per quam fit definitio per se. quæ pertinent ad indiuiduum, illæ sciri possunt ꝑ cognitionem materiæ, quæ in definitione ponitur per accidens. Vlterius ait Auer. tria esse necessaria ad perfectam colligẽdam definitionem, vt soluantur quæstiones, vt appareat causa accidentium, & vt tollantur difficultates, aut illæ appareãt: hæc dicit esse necessaria. nam vbi illorum aliquid defecerit, proculdubio perfecta non dicetur esse definitio.

Per notitiam formæ, ac materiæ soluitur quęcũque res difficultas.

RECOGNITIONES.

Animaduerte Themistium & Auer. differre: nã Themist. bonæ definitionis conditiones reducit in duas. prima, vt Argumẽta, q̃ emergũt contra definitionem, soluãtur. secunda, vt ea, quæ videntur inesse loco, per ipsam asserere ac tueri possimus. tertia. n. conditio cõcidit cum prima. Auer. vero magis ad verba vult tres esse conditiones bonę definitionis. Prima, vt argumenta soluantur. Secunda, vt per definitionem constet causa omnium accidentium sensibilium, quæ rei definitæ accidunt, & Tertia, vt per definitionẽ appareat quanta erat difficultas definitionis inueniendę. Dicit tñ hanc tertiam non conuenire omnibus definitionibus, sed solum illis, quę venatu inuentuq; difficiles sunt. & quo ad verba attinet, verba illa, vt ipsum qd est reddatur, aliter in cõmentarijs legimus: nam verbũ ὅπως per verbũ & transtulimus: sed melius per verbũ vt transferri potest, & tunc est sensus, oportet autẽ de definitione tentare considerationem sic fieri, vt, id est ad hoc, vt ipsum quid est bene assignetur, reddaturq;. hoc est, oportet considerationem de definitione id facere ad hoc, vt ipsa bene assignetur. quarum primum ponit, cum inquit, vt & quęcunq; opponuntur, soluantur: hoc est, vt argumenta, quæ contra definitionem sunt, diluantur. secundum ponit, cum inquit, & vt quæ videntur loco inesse, insint: Themistius intelligit quo ad defensionem: hoc est, vt per ipsam sciamus defendere quæcũq; rei definitæ competunt. Auer. intelligit, quo ad assignationem causæ: est. n. bona definitio, per quam apparet causa omnium eorũ accidentium, quæ rei definitæ competunt. Tertia definitionis conditio declarata est ab Auer. vt illa sit bona definitio, qua pateat quanta erat difficultas venandæ definitionis.

Definitio medium est ad omnem rei demonstrationẽ.

DILVCI. *Primum scire oportet locum ipsum non quæri nisi motus localis aliquis esset. Propter. n. id & cœlum potissimum esse arbitramur in loco, quia semper sit in motu. talis autem est delatio, auctio, atque minutio. Nam & in auctione rerum atque minutione locus ex loco mutatur, & quod prius fuerat hic, id ad maius deinceps, & ad minus translatum erit.*

ANT. *Primum quidem igitur oportet intelligere, q. non quæreretur locus, nisi motus aliquis esset secundum locum. Propter hoc enim & cœlum maxime in loco opinamur, quia sem per est in motu. Huius autem aliud quidem est loci mutatio, aliud uero & augumentum, vt decrementum. etenim in augmento, & decremento transmutatur, & quod quidem prius erat hic, iterum trãsmutatum est in maius, aut minus.*

His præmissis, nonnulla adhuc sumit pro ipsius loci diffinitione colligenda. Primum est, ꝙ nulla de loco haberi potest mentio, nisi motus localis aliquis haberetur. affert signum, quia cœlum maxime creditur esse in loco, eo quia est in motu semper, atq; excitu maximo. & qm localis motus est triplex videlicet latio, auctio, & minutio, per omnes hos patet locum posse quæri. ꝙ quidem per lationem quæratur, nemo dubitat. ꝙ vero per minutionem & auctionem, declarat: quia quod augetur vel minuitur, locum maiorẽ minoremúe occupat. Sic igitur patet motum localem loci cognitionẽ facere, quemadmodum alteratio fecit scire materiam.

RECOGNITIONES.

Aristoteles velle videtur locum inuentum esse propter motum. dicit. n. ꝙ non quæreretur locus, nisi motus aliquis esset fm locum. propter hoc. n. & cœlum maxime in loco esse opinamur, quia semper est in motu. Contra, quia quies ostendit locum: ergo nũ motus. Preterea ex hoc ꝙ cœlũ mouetur, vř ipsum non esse in loco, quia esse in loco priuat motum. Auer. velle videtur quietem & motum ostendere locum, magis autẽ motum, quia motus dicitur habitus, quies vero priuatio. sed errat, quia quies videtur magis locum ostendere eo, quia motus non ostendit locum nisi mediante quiete, ergo quies magis ostendet locum q̃ motus. nec verum est quod Auer. ait quietem esse priuationem, nisi de quiete in termino à quo: quies. n. in termino ad quem est perfectio motus. ex hoc sequitur primo motum ostendere locũ mediãte, quia mediante quiete. sequitur secundo non esse credendum cœlũ maxime

Quæ Auer. Comen. 32.

Refutatio.

Excerpta.

Motus cœli nõ arguit locum in quo, sed potius circa quẽ.

maxime in loco esse, quia mouetur semper: quia, vt dictum est, ex eo quia cœlum semper mouetur, sequitur ipsum nunquam quiescere, & ita nunquam esse in loco. propterea vel hoc dixit Aristo. ſm opinionem antiquorum, vel locutus est de loco circa quem, non de loco in quo: non. n. ex eo, quia cœlum semper mouetur, sequitur ipsum est in loco, sed semper circa eundem locum Arist. autem donec de loco distinguat, de loco loquitur cõmuniter, vt est quid cõmune loco in quo, & loco circa quem: satis: n. sibi est habere ex motu haberi locum: nam si motus est semper, habetur locus circa quem: si motus est finitus, habetur locus saltem mediãte quiete, & ita sufficit. sed quæres an motus alterationis, & generatio ipsa arguant locum esse. Dicendum, ꝙ immediatum argumentum loci est quies, quæ est pfectio eius, quod de loco ad locum mouetur: remotũ argumentum est auctio vel diminutio, quia augmentũ vel diminutio non arguit locum, nisi mediante locali motu. & hæc omnia arguunt locum per se, licet ordine quodam. generatio vero, & alteratio non arguunt locum nisi per accidens, quatenus omne quod alteratur vel generatur, est magnum & paruum. & ita arguũt locum per accidẽs, ratione magni vel parui corporis, quod generatur, & indiget loco.

Generatio & alteratio locũ per accidens ostendunt.

DILVCI. *Mouentur autem alia quidem per se actu, alia uero per accidens. Et horũ quæ per accidens, alia per se moueri possunt, ceu corporis membra, atque nauigij clauis, alia uero nequeunt, sed per accidens semper mouentur. ueluti albedo & scientia. Hæc enim pro tanto locum mutant, quia id in quo sunt mutatur.*

ANT. *Est autem quod mouetur, aliud quidem per se actu, aliud uero per accidens. ipsius autem quod per accidens est, aliud quidem est contingens moueri per se, ut partes corporis, & in naui clauus. Alia uero non contingentia sunt, sed semper per accidens, ut albedo, & scientia: Hæc enim sic transmutant locum, quia id, in quo sunt, transmutatur.*

Hoc est secundum, & diuidit ea quæ mouentur, qm̃ alia mouẽtur per se actu, quæ (vt Them. inquit) ea sunt, quæ disseparata disiunctaq; sunt ab eo, quo continentur, eiq; quod nihilominus tangunt, minime continuãtur vt animalia, & elementa & id genus. Alia vero per accidens. & horum quæ per accidens mouentur, alia p se mouentur, alia per se moueri possunt, vt homo in naui, qui licet moueatur ad motum nauis, per se tñ moueri potest. Similiter & animalium mẽbra. nauis quoq; clauis, & id genus. Alia vero p se moueri nequeunt, sed solum mouentur motu alterius, vt albedo, & scientia. Vtilitas vero huius secundi (vt Them. inquit) est ad denotandum nos cognitionem loci non perquirere ab ijs quæ per accidens mouentur. Nam quæ per accidẽs mouentur. quemadmodum proprie non mouẽtur, ita neq; egere, neq; loci in notitiam perducere poterant.

Quæ Auerro. com. 32.

Auer. vero in præsenti cõmento primo reddit causam cur potius pp motum, q̃ propter quietem scitur locus, licet per vtrunq; significetur. & ait causam esse, quia motus est notior, cum sit habitus, quies vero priuatio. Secundo reddit causam cur cœlum habere locũ latuit, & facit argumẽtum Zenonis in Sexto, qui arguebat. id, quod mouetur in loco, debet mutare locũ ſm totum. sed cœlum non mutat locum ſm totum. ideo extimatur non moueri. quo argumento compulsus Auicen. dixit cœlum non mutare locum, sed situm. & quia dicere ipsum moueri ſm partem videbatur Ze- E noni incredibile, ideo Zeno negauit ipsum moueri, vt in fine. 6. videbitur, & nunc differatur vsq; ad locũ illũ. Vlterius reddit vtilitatem secundi præmissi (vt Them. dixit) ꝙ ideo distinxit de ijs quæ mouentur per se, & per accidens, vt haberetur loci cognitionem nancisci ex ijs quæ per se mouentur, non ijs quæ per accidens. Vltimo vult ꝙ sub secundo modo eorum quæ mouentur per accidens, non tantum albedo & scientia collocantur, sed generatim omnes formæ. nam nulla forma esse potest sine subiecto, & ita neq; moueri. Hæc sunt quæ in commento habentur.

DILVCI. *Cum uero aliquid in cœlo esse dicimus ut in loco, quia in aere est, qui quidem est in cœlo, non in uniuerso aere, sed ob ultimum ipsius & continens, id in aere esse dicimus. Nam si uniuersus aer locus esset, locus profecto cuiusq; æqualis unicuiq; locato non erit. At æqualis uidetur esse. talis autem est* F *is, in quo primo aliquid est.*

ANT. *Quoniam dicimus esse sicut in loco in cœlo, quia in aere, hic autem in cœlo est, et in aere autem non omni, sed propter ultimum ipsius, & continens in aere quidem esse dicimus: si enim omnis aer locus esset, non æqualis erit uniuscuiusq; locus, & unumquodq; locatum. Videtur autem et æqualis esse. huiusmodi autem primus est in quo est.*

Nihil est in loco cõi nisi sit in aliquo loco primo.

Tertium præmissum est, ꝙ locus bifariam est, vt cõmunis, & proprius. In cõmuni quidem aliquid est propter proprium, & ita primus locus proprius est. Inquit, cum vero aliquid in cœlo esse dicimus vt in loco, quia in aere est, qui quidem est in cœlo, non in vniuerso aere id esse dicimus, sed ob vltimum ipsius & continens id in aere esse dicimus: hoc probat, & inquit. nã si vniuersus aer locus esset alicui, locus pfecto cuiusq; æqualis non erit vnicuiq; locato: at æqualis videtur esse, & G ita consequens est falsum. igitur & antecedẽs. Exponit quis locus sit ęqualis, et inquit: talis autem est is, in quo primo aliquid est. Sic igitur patet, nihil esse in loco cõmuni, nisi quia est in loco proprio ęquali, et primo sibi.

Quæ Auer. Comen. 33.

Auer. ponderat verbum illud videtur, cum Aristot. inquit, at æqualis videtur esse, quod in sua translatione loco videtur, habetur, extimatur. Et huius duas reddit causas. Primo ꝙ hæc propositio locus est æqualis locato, videtur de propositionibus quasi per se notis nõ egentibus, nisi modica innnitione. Secundo, quia hec propositio est necessaria & famosa, & quia famosa, dixit videtur, siue extimatur. Vlterius Auer. calcem textus resoluit io duos syllogismos. Primus probat vniuersum aerem non esse primum locum, hoc modo videlicet, Primus locus est ęqualis: vniuersus aer non est H æqualis: Igitur, in secunda figura, vniuersus aer nõ est primus locus. Secundus vero probat quod vltimus finis est, locus sic, locus est æqualis locato: vltimus finis aeris est æqualis locato: Igitur vltimus finis aeris est locus. Sed dices contra, quia hic syllogismus est ex duabus affirmatiuis in secunda figura. Respondet, ꝙ hoc fieri potest, quia maior est cõuertibilis. omnis. n. locus proprius est æqualis locato, & econtra: qua conuersa, remanet prima figura. Contra se obijcit, quia tunc syllogismus non esset ex notioribus, qm̃ omne æquale locato esse locum non patet. nam vacuum cõtentum inter latera continentis est æquale locato, quod tamen nõ est locus. confirmat hoc, quia Philosophus infra inducit alia principia, quibus probat locum non esse vacuum. igitur donec illud probetur, latet vtrum omne æquale locato sit locus. & ita syllogismus erit non ex notio-

Locus ẽ æqualis locato, et econtra.

notioribus. Propterea respondet aliter & vult ꝙ Arist. non arguat in secunda figura, sed loquitur hypothetice, videlicet ꝙ, si locus est vltimus finis continentis, locus est æqualis locato. Modo positio antecedentis est ambigua: donec destruatur vacuum esse locum. & ita Arist. nō categorice, sed hypothetice loquitur. Et ita hæc principia non conceduntur nisi hypothetice, videlicet dato quod locus sit vltimus finis aeris. Debes scire, ꝙ expositio hæc Auer. textui non consonat, vt patet, sed hoc mō ipse est intelligendus. Them. vero hoc modo hoc tertium præmissum annectit ad dicta. nam dictū est ꝙ ex ijs quæ per se mouentur, natura loci petenda est, sed animalia per se in mundo mouētur: ideo est dubium an mundus esse possit animalis locus. Ad huius tollendam ambiguitatem declarat ꝙ vno modo mundus est locus, alio modo non vt patet.

RECOGNITIONES.

Tertia suppositio sic intelligitur, nihil est in loco cōmuni, quin sit in loco proprio: probatur, nihil est in loco cōi, quin sit in loco æquali: locus æqualis est proprius, ergo nihil est in loco cōi, quin sit in loco proprio. Arist. probat maiorem exemplo. & inquit, qm̄ autē aliquid dicimus esse in cœlo sicut in loco, quia illud est in aere, hic aūt est in cœlo. i. qui quidem aer est in cœlo: sequitur ex hoc vt & in aere illud sit, non omni, atq; vniuerso, sed ꝓpter vltimū ipsius aeris & propter continens eiusdem illud in aer esse dicemus. q. d. sequitur eadem ratione, illud non esse in vniuerso aere, sed eo modo esse in aere, quo dr̄ esse in cœlo: nam sicut in cœlo est, quia est in aere, ita in aere est, quia est in concaua aeris superficie, quæ dr̄ vltimum & continens in ipso aere, & ita in cœlo illud est, quia est in aliquo ipsius cœli, & in aere, quia est in aliquo aeris. Non contentus hac probatione, probat alia ratione nō esse in aere aliquid, nisi quia in aliquo eius, & inquit, si. n. oīs aer atq; vniuersus esset locus, non æqualis erit vniuscuiusq; locus, & vnúquodq; locatum. destruit consequens & inquit, vr̄ autem & æqualis esse: & ita patet maior, videlicet ꝙ nihil sit in loco cōi, nisi sit in loco æquali. addit minorem, & inquit, Talis aūt locus æqualis est primus siue proprius, in quo locatum ipsum est. ergo nihil est in loco cōi, quin sit in proprio, & ita patet tertia suppositio. Auer. vero vult Arist. Tertio accipere locum esse duplicem, proprium, & cōem, & ꝙ nihil est in cōmuni loco quin sit in ꝓprio. Ex his patet expositionē Auer. verbis Arist. non consonare: prima. n. quæ resoluit textum in duos syllogismos, non consonat, quia secūdus syllogismus accipit maiorem dubiā: non. n. patet omne æquale locato esse locum, superficies. n. interna loci est æqualis locato, quæ tñ non est locus. secunda vero minime, quia secūda vult Arist. velle illam hypotheticam, si locus est vltimum continentis, locus est æqualis locato: modo hæc expositio non potest verbis accommodari, vt intelligenti patet.

DILVC. *Cum igitur id, quod continet, non est à re contenta seiunctum, sed continuatum, non in illo esse dicetur ut in loco, sed ut pars in toto. Cum uero dissepáratur, ita ut tangat, in primo erit quoddam quod est ultimum continentis, quod quidē neq; pars est eius quod est in ipso, neq; intercapedine aliqua maius, sed æquale. Nam eorum, quæ se tangunt, ultima sunt simul in eodem.*

ANT. *Cum quidem igitur non diuisum sit continens, sed continuum sicut in loco non dicitur in illo, sed sicut pars in toto. Cum uero diuisum sit, et contangens, in primo quoddam est,*

A *quod est ultimum continentis, quod neq; pars est ipsius quod est in ipso, neq; maius distātia, sed æquale: in eodem enim sunt ultima contangentium.*

Quartum præmissum est, ꝙ continens ad hoc vt sit locus alicuius contenti, debet esse disiunctum ab illo, licet attiguum. Colligitur autem hæc ratio, coniunctū est in eo cui coniungitur, vt in toto: locatum non est in loco vt in toto: igr̄ locatum non est coniunctum loco. Propterea concludit locatum esse in continente vt in loco, quod continens neq; est pars neq; inæqualis locato. nam, cū locus proprius tangat locatū, vltima erunt simul in eodem, & ita neutrum erit maius neutro. verba patent translatione ipsa. Sed dices, possunt se tangere aliqua. & esse inæqualia igitur non est vniuersaliter verum ꝙ quæcūq; se tangunt vltima sunt simul in eodem. Dici potest ꝙ Aristo. loquitur de ijs quæ mutuo æquate se tangunt, quo in modo locus & locatū se tangunt. Et ita non valet. erit igitur syllogismus, quæcūq; mutuo æquate se tangunt, vltima sunt simul in eodem, hoc est sunt æqualia. locus & locatum mutuo æquate se tangunt. Igitur sunt æqualia. Sic igitur quarto patet locum non esse continuum locato, neq; illo maiorem aut minorem, sed æqualem. Dubitatio Responsio.

B

RECOGNITIONES.

Haec est quarta suppositio, videlicet ꝙ continens ad hoc sit locus alicuius, debet esse separatum ab eo. probat. & ponit duas hypotheticas, quarum prima est, si continens non est diuisum ab aliquo, in tali continente vt in loco, illud non est. Secunda vero est, si continens est diuisum & contangens illud, continens est locus illius. Ex his duobus vult habere continens ad hoc, vt locus alicuius sit, debere esse diuisum ab illo, & non continuum: nam totum est continens partē, & non est illius locus, qm̄, nō est ab ea diuisum, imo continuum: nec sufficit continens esse diuisum, si debeat esse locus proprius & primus: fortasse. n. ad hoc, vt sit locus cōis, vt sit continens, & diuisum, nos aūt loquimur de proprio, & primo loco. quare oportet addere ex secunda hypothetica, vt sit cōtinens, & diuisum, & contangēs. locus. n. cōmunis licet contineat, & sit diuisum, quia nō contangit, ideo non est locus proprius. & per contāge re intellige mutuo, vt in commentarijs exposui, quare ex vtraq; hypothetica sequitur continens si debeat esse locus proprius, debet esse continens, & diuisum à cōtento, & mutuo contangens. Locus rei locatæ cōtinuus non est.

C

Insuper etiam. Si continuum quidem est, non ad aliud, sed cum illo moueretur. sin uero diuisum sit ad illud mouebitur, siue continens ipsum moueatur, siue non moueatur prorsus. DILVCI.

Et cū cōtinuū sit, nō in illud mouetur, sed cū illo: diuisum aūt in illud: et siue moueatur cōtinens, siue non, nihil minus. ANT.

D

Secundo idē persuadet sic, nihil mouetur ad id qd' est sibi continuum: locatum mouetur ad locum: igitur locus non est locato continuus. De ratione tangit solā maiorem dicens. Insuper etiam si continuum quidem est, nō ad illud, sed cum illo mouetur, sin vero diuisum sit ad illud mouetur, siue continens ipsum moueatur siue nō moueatur prorsus. sic igitur per hæc patet maior, cui addita minori, patet conclusio dicta.

RECOGNITIONES.

Haec ratio, vt mihi videtur, probat primam hypotheticam: Quo vero ad verba attinet, debes scire Arist. in hac ratione accepisse duo: primum est, cū continens sit contento continuum, contentum non mouetur ad illud continens, sed cū illo, & hæc propositio vera est

ra est de toto & eius parte, non.n. pars monetur ad toto tum, sed cum toto, quod ipsam continet. Secundũ vero, quod accipit, est, ꝙ cum continens fuerit à contento diuisum, contentum mouebitur ad illud continens, & hoc debet intelligi de contẽto, quod naturaliter moueri aptum est ad illud, & remotis impedimẽtis. stat.n. contẽtum esse diuisum ab eo, in quo continebatur, sed illud postea non moueri, & hoc vel quia in illo violenter continebatur, & non ad ipsum aptum erat moueri, vel quia impeditur. Quare intelligas de contento diuiso, quoties in continente naturaliter continebatur, & non est impeditum ad illud moueri.

Cõtentum in loco naturaliter, diuisum ab illo, ad illud mouetur.

DILVCI. *Præterea cum nõ sit diuisum, ut pars in toto esse dicetur. ceu in oculo pupilla, aut in corpore manus. At cum diuisum fuerit, esse in illo dicetur uti in cado aqua, atq; in dolio uinũ. Nam manus quidem cum corpore, aqua ad cadum mouetur.*

ANT. *Amplius cum non diuisum sit, sicut pars in toto dicitur, ut quasi in oculo uisus, & in corpore manus. Cum autem diuisum est, erit ut in cado aqua, & in dolio uinum, Manus.n. cum corpore mouetur, aqua uero ad cadum.*

Ceramio, in dolio, cypho.

Hæc est repetitio primæ rationis sub clariori forma, & inquit, præterea cum non sit diuisum, vt pars in toto esse dicetur, ceu in oculo pupilla, aut in corpore manus: at cum diuisum fuerit, esse in illo dicetur vti in cado aqua, atq; in dolio vinum: quorum hæc est differentia. nam manus quidem cum corpore, aqua vero in cadum mouetur. Ex his colligitur hęc maior, continuum contentum in continente est vt pars in toto: locatũ nõ est in loco vt pars in toto. igitur non est loco continuũ. quæ ratio iam tacta fuit. Auer. vero circa calcem cõmenti. Dicit primo, ꝙ continens dr̃ de tribus. de fine cõtingenti, vt de concaua superficie attigua locato, & de non contingenti, vt de conuexa superficie locantis non attigua, & de forma. Quodlibet.n. horum continens dr̃. Verum æqualitas quæ est vna loci conditio formæ conuenit: & vltimo continenti: cõuexo vero cõtinenti non conuenit. verbi causa, cõuexa ignis superficies est multo maior aere contento. Ea vero conditio, quæ est esse vt in loco, competit concauæ & conuexæ superficiei: cum vtraq; contineant. Non aũt forma, cũ nihil sit in forma vt in loco, sed sit vnitum illi. Signũ vero affert, quia Arist. fecit differẽtiam inter locatum esse in loco, quod est suum vbi, hoc est suum locans, & partem esse in toto. Ad denotandũ ꝙ locus debet esse seiũctus è locato ipso. Concludit secundo ꝙ hæc tria, q̃ de fine siue vltimo attiguo dicũtur, non cõpetunt vacuo inter latera corporis continẽtis contento, vt patet intelligenti. Dicit tertio, ꝙ tria sunt, q̃ requiruntur ad locũ, vt sit continens, quo differt à vacuo: Sit attiguum loca to, quo differt à conuexo: Sit in ipso vt in vase res contenta, quo differt à forma. hæc.n. tria loco competunt, cũi vero hæc tria competũt, est vltimum, attiguũ, & ita locus erit vltimum attiguum. Hæc Auer. in cõmento.

RECOGNITIONES.

Prima propositio patet. contentum.n. cum non diuisum est ab ipso continẽte, erit sicut aliqua sui pars: &, quia pars potest accipi pro forma, & pro membro, ideo vtriusque ponit exempla. cum inquit, veluti quasi in oculo visus, & in pariete album: & omnino forma in toto, & in corpore manus, & vniuersaliter pars integra his in toto. Secundo debet intelligi sic, ꝙ, cum contentum est diuisum à suo continente, & ab illo mutuo cõtangitur, erit contentũ in continente, vt in cado aqua,

E & in dolio vinum. & ꝙ cum non sit contentum à cõtinente diuisum, sit illius pars, patet, quia mouetur cum illo, vt manus cum corpore, quod non esset, nisi esset illius pars. Quòd vero, cum sit diuisum contentum à cõtinente, sit illius locus, etiam patet, quia mouetur ad illud, vt aqua ad cadum. & ita patent hypotheticæ, & totæ suppositio. Auer. in cõmento, sumit continens dici de tribus vt de superficie conuexa continẽtis corporis, de concaua, & de forma. & per forma si intelligit formam partis, continens dicetur de quatuor, quia etiam de toto: totum.n. continet partem, vt ex eius definitione patet. Si vero intelligit per formam, formã totius, q̃ est ipsum totum, tunc continens dicetur de tribus: nã forma partis non continet materiam, nec totũ. Tunc dicamus quid locus sit, sine cõtinens de tribus, siue de quatuor dicatur. locus est continens, ergo vel conuexa superficies continentis, vel concaua, vel totum, vel forma. non est superficies conuexa, nec totum, quia locus est æqualis, & totum non est æquale contento: nec talis superficies æqualis. non est forma, iterum nec totum: quia locus est vt in quo vt in vase: & nullum horum est in quo. vt in vase aliud est. Quod vero locus sit in quo aliud est; vt in vase: patet, quia Arist. fecit differentiã inter aliquid esse in toto, & esse in loco per hoc ꝙ in loco est vt in vase. non sic in toto. Ex his sequitur, vt recte dicit locum esse superficie concauam corporis continentis: nam de hac dicuntur hæc omnia: dr̃.n. continens, contangens, & æqualis. Fallitur autem de vacuo: non.n. est continens, sed penetrans: neq; attiguum, sed internum: nec in ipso corpus est, vt in vase. ergo hæc tria. s. continens. attiguum, & esse in quo vt in vase, solum de concaua superficie dicetur. Ex his syllogismus sic conficitur: omne continens, attiguum, in quo vt in vase contentum est, est concaua superficies corporis continentis: locus est continens, attiguum, in quo, vt in vase contentum est, ergo locus est concaua superficies continentis: hæc ex cõmento: quæ non recedunt ab his, quæ in cõmentarijs diximus.

Quo Auer. Comm. 34.

F

Quid dicas locus.

G

DILVCI. *Iam igitur perspicuum ex ijs est, quidnam siti locus. Quatuor.n. fere sunt, quorum unum quid locum esse necesse est. Aut.n. forma, aut materia, aut interuallũ, quod inter extrema est, aut extrema ipsa: si nullũ fuerit interuallum præter locati corporis magnitudinem.*

ANT. *An igitur iã manifestum ex his est, quid est locus. fere.n. quatuor sunt, quorum necesse est unum aliquod esse locum. Aut.n. materia est, aut forma, aut spatium aliquod, quod est medium extremorum, aut extrema ipsa: si non est ullum spatium extra facti corporis magnitudinem.*

H His præmissis cõcludit, Iam igitur perspicuum ex ijs est, quidnam sit locus. Quatuor.n. ferè sunt, quorum vnum quid locum esse necesse est: aut.n. forma, aut materia, aut interuallum, quod inter extrema est corporis continẽtis, aut extrema ipsa: vt pote vltima superficies corporis locantis. & hoc, si nullum fuerit interuallum præter locati corporis magnitudinem. q.d. dato ꝙ illud interuallum nihil sit, oportet esse extremam superficiem corporis continentis.

RECOGNITIONES.

Dixit autem Arist. fere: quia non tantum quatuor locus esse videtur, sed sex, vltra.n. hæc quatuor, esse videtur conuexa superficies corporis contenti, & cõuexa superficies corporis continentis: Et licet exclusit hæc duo; conuexam quidem continentis, quia illa est locus

locus cõis & inæqualis:at nunc loquitur de proprio & primo loco: conuexã vero contenti, quia illa nõ est ab eo diuisa:tñ ad maiorem cautelam dixit fere, qm̃ licet plura videatur esse locus, sumantur hæc quatuor tãquã ea, cum quibus habet specialem similitudinem.

DILVCI. *Horum uero tria non posse esse locum perspicuum est. Sed quid continet, forma esse uidetur. In eodem. n. sunt ultima eius quod continet & eius quod continetur, igitur ambo fines erunt: uerum non eiusdem. Nam forma quidem ipsius rei est, locus uero corporis continentis.*

ANT. *Horum autem q̃ non contingant tria esse, manifestum est. Sed propter id, quod continet, uidetur forma esse. In eodem enim sunt extrema continentis & contenti. Sunt quidem igitur utraq; termini, sed non eiusdem, sed species quidem rei, locum autem continentis corporis.*

Destruit tria q̃ videntur esse locus, & simul & semel dat similitudinẽ inter illa tria, & locum, & dñiam. & inquit. horum vero tria non posse esse locum, perspicuũ est ex iã dictis. Sed quia continet vr̃ esse forma. Secũdo quia forma & locus videntur esse fines: cuius causam dicit. In eodẽ. n. sunt ambo vltima eius, videlicet quod continet, & eius quod continetur. Igr̃ ambo videntur fines. Propter duo itaq; locus vr̃ forma. Primo quia ambo continẽt. Secundo quia ambo sunt fines. Deinde addit dñiam. & inquit, verum non sunt fines eiusdẽ. nam forma quidem est finis rei contentæ, locus vero finis est corporis continentis. Et ita locus est continens extrinsecum, forma continẽs intrinsecũ. & ita patet similitudo, & dña. Quid vero Arist. per formam intelligat. Auer. in cõ. 35. videtur intelligere vltimam superficiem corporis cõtenti: quam quidem formã appellat, quia est figura quædam etiam. Arist. igitur vult locum non esse vltimam superficiem locati corporis, sed locantis corporis, Et hæc expositio placet.

Vide can. q. 1 huius. ar. 2.

Qua Auer. Comen. 35. An locus sit superficies. Vide Albe. de tan. q. 2. Vide Land. q. 1 huius. Is Gart. de hic q. 2. lin. ...

RECOGNITIONES.

QVod locus sit forma, probat, & eodem fundamẽto reprobat, vt Auer. inquit & in cõmentarijs diximus: verum argm̃, quo probat locum esse formã sic debet intelligi, in eodem sunt extrema corporis continentis, & corporis contẽti. vtrũq;. n. in locato videtur esse. Concaua. n. superficies corporis continentis in locato esse videtur, & forma vltima atq; extrema locati est in locato. ergo concaua superficies corporis locantis, & forma extrema rei locatæ sunt in eodẽ, cũ vtrũq; sit extremũ rei locatæ: sunt ambo in locato. ergo sunt locati fines: quicquid. n. in aliquo est, vt extremum, est finis. reprobat autem concedendo locum & formam rei locatæ fines esse atq; terminos, sed species rei locatæ est finis rei locatæ. s. internus, locus autem finis corporis continentis, & ita externus. Quid vero per formã Auer. intellexit, in cõmentarijs dictum est.

DILVCI. *Quia uero eo manente quod continet, id, quod continetur atq; diuisum est, multoties trãsfertur: ecu aqua ex uase, interuallũ quid esse uidetur, quod est inter extrema: ueluti aliud quid sit præter corpus quod transfertur. hoc autem non est: Sed quoduis eorum corporum, quæ transferuntur, atq; aptitudinem habent tangendi, incidit.*

ANT. *Sed ex eo q̃ mutatur multoties manente continente, contentum & diuisum, ut ex uase aqua: ipsum medium uidetur aliquid esse spatiũ, tãquã aliquid sit præter corpus quod trãsfertur. boc autem non est, sed contingens incidit corpus eorum, quæ transmutantur, & quæ se tangere apta nata sunt.*

μεταβαλλόμενον trãsfertur dicitur.

Ponit nunc secundo similitudinem & dñiam inter A vacuum siue interuallum, & locum. & similitudo apud Themist. cõponitur sic, illud, in quo diuersa corpora vicissim sibi cedũt, ipso manente semper, est locus: sed in interuallo diuersa corpora sibi cedunt illo manente semper: igitur interuallũ est locus. Cui respondens dat differentiam, & inquit. hoc autem non est. Sed exeũte vno corpore mox incidit atq; subintrat aliud quoduis sit eorum corporum, quæ transferuntur, atq; aptitudinem habent tangendi. Sic igitur non interuallum remanet. Sed vno corporum tactilium exeunte, mox ne detur vacuum aliud subintrat quodcunq; sit illud.

Auer. vero duabus rõnibus persuadet interuallũ illud non esse locũ. Primo, quia illud nihil est: declarant id (vt dicit Them.) vasa ænea, & quoquo versus oblæpta: qualia sunt clepsydræ. ex ijs. n. stillicidia nõ eliquarẽtur, nisi orificio alstrinsecus aliquo adoperto, vnde B sit additus aeri ad eum locũ subinde implendũ quem aqua diffluenda vacuæ fecissent. vas istud ẽt cataplora dr̃. Secundo, si locus esset dimensio illa separata, quilibet locus esset locus cuiuslibet corporis, & sic ignis nõ magis sursum q̃ deorsum moueref. tenet consequẽtia, quia in dimẽsionibus separatis, nõ sunt naturæ siue virtutes: quibus diuersimode cõseruentur. Sed oẽs sunt cõsimiles. destruit consequens. Primo, quia fines siue loca corporũ diuersantur pro naturis corporũ locatorũ. Secũdo, quia in locis inuenitur superius & inferius. Tertio, quia omnia corpora mouentur ad sua loca, vt conseruentur à virtutibus illorum. quibus omnibus, patet dimensionem separatam locum esse non posse.

Qua Auer. Comen. 36.

Dimensio separata locus non est.

RECOGNITIONES.

AVerroes in cõmento ait locum maximam habere similitudinem cum vacuo, & propterea ea opinio, C q̃ ait locum esse vacuum, maxime apparet. oẽs. n. asserunt aliquid esse in loco, vt aqua in cypho est, sed vtrũ spatiũ intra vas, an concaua vasis superficies locus sit, dubium nõ leue est, vt inquit. fauet huic vulgus, vt inquit. nã cum dr̃ aqua est in vase intelligit per hanc præpositionẽ in, vt in vacuo vasis, non in superficie concaua vasis. vulgus. n. cũ dicit vinum esse in dolio, per in, intelligit, non in superficie concaua dolij, sed in vacuo dolij quod vulgus imaginatur esse intra dolium, ꝓp carentiam corporis. quod per visum non cernit. propterea Arist. disputat an locus sit vacuum: nam vt inquit, cum demonstratũ fuerit vacuũ nihil esse, relinquetur locum esse superficiem concauã vasis, nõ spatium: sed quia vulgus non percipit hoc, credit. n. esse vacuũ ideo de significatione præpõnis in, non curat quouis modo exponatur. Quo ad verba attinet, verbũ transfertur, cũ Arist. inquit tanquã aliquid sit ꝑter corpus, quod trãsD fertur græce est μεθιστάμενον, qđ in latinis trãslationib' legitur distans, siue quod distat: sed quouis modo legatur, intellige sic, tanquam mediũ spatium aliquid aliud sit præter corpus, quod transfertur, i. subintrat, & exit. reprobat autem Arist. similitudinem, & inquit, hoc autem. s. spatium medium non est. sed exeunte primo corpore, mox incidit atq; subintrat in eandem concauam vasis superficiem aliud corpus de numero eorum, quę trãsmutantur exeundo, & subintrando, & de numero eorum, quæ se tangere apta nata sunt, i. de numero sensibilium corporum contingens, i. quiduis sit illud, siue aer, siue aqua, siue aliud quoduis.

DILVC. *Quòd si esset aliquod interuallum aptum, atq; in eodẽ loco manẽs: infinita loca erũt profecto. nã si trãsferatur aqua et aer, idẽ facięt oẽs partes ĩ toto, qđ uniuersa aqua in uase.*

Si au-

ANT. *Si autem aliquod esset spatium aptum, & manens in eodem loco. infinita utiq; essent loca. trãslato.n. aere, et aqua, idẽ facient partes omnes in toto quod nunc oĩs aqua in uase.*

Quo verũ sit quod si spatiũ esset locus, essent infinita loca

Vide Grandãdeum Esp. in 9. Iunum. q. 1. & Egi. hic.

Probat quod dixit, & facit tale enthymema. Si locus esset interuallũ aptũ, atq; in codẽ manens loco, infinita nimirũ erunt loca. Hæc consequẽtia deducitur. nã si locus esset illud interuallum, corpus locũ ingrediẽs, vndiq; ab illo penetraretur. vndiq; corpus penetrareẽ. igitur oẽs partes corporis locati erunt actu disseparatę atq; diuisæ. oẽs partes corporis sunt actu diuisæ: igitur omnes erunt in loco actu. Sed cum illæ sint infinitæ & simul attiguæ loca erũt actu infinita, & attigua. Et hoc ait, nã si transferatur aqua & aer, idẽ facient oẽs partes in toto, quod vniuersa aqua in vase. nã partes in toto nõ continuæ, sed contiguæ erunt, vt ẽt ipsa aqua vasi attigua est: quo fit vt loca ꝓ numero partiũ sint ĩfinita.

RECOGNITIONES.

ARisto. vt in cõmentarijs patet, fecit vnã consequẽtiam. s. si daretur vacuum intra cauum loci, s. vasis contentũ, tunc erunt infinita loca: deducens vero consequentiam inquit, translato.n. aere & aqua, ita vt vbi prius fuit aqua, postea fiat aer, idem facient oẽs partes in toto, quod nunc vniuersa aqua in vase. hoc est ita partes cum toto ipso se habebunt, vt vniuersa aqua cũ vase. vniuersa.n. aqua cum vase ita se habet, ꝙ ipsa est in loco, & vas in loco: similiter ita erit de partibus cũ toto. ꝙ partes erunt in loco, & totum erit in loco. Quo modo vero partes erunt in loco. in cõmentarijs dictũ est: hæc tamen quo ad verba satis sint.

DILVCI. *Insuper etiam locus ipse transferetur. quare loci alius locus erit, atq; loci simul complures erunt.*

ANT. *Simul autem & locus erit translatilis: quare erit loci locus alius, & multa loca simul erunt.*

Secundo idem persuadet. nam vbi locus esset illud interuallũ, transferetur: igitur loci erit alius locus, atq; loci simul cõplures erunt. Hæc consequẽtia deducitur suppofita, ꝙ oẽ corpus seorsum disseparatũ ab alio per se mouet. Tunc arguo, interuallũ illud cõtentũ inter latera cadi pleni vino fertur vnã cũ toto cado: igĩ, mutat locũ, sed cũ tale interuallũ sit disseparatũ à cado. igĩ per se mouetur. Et ꝑ consequens per se erit in loco, & pari rõne de illo alio loco. & ita complures loci simul erũt.

RECOGNITIONES.

RAtio hæc hoc pacto intelligatur, si spatiũ intra cauum vasis esset locus. locus erit translatilis simul cum vase: moto enim vasis cauo, & spatium intra illud contentum moueri videmus: si.n. vasis cauum de atrio in theatrum mouetur, eius vacuum similiter illius moueri videtur. vltra si vacuum mouetur, tunc loci erit locus: & ita plura loca erunt simul.

DILVCI. *Nec est alius locus partis eius in quo mouetur, cum uas totum trãsfertur, sed idem. Aer.n. et aqua aut aquæ partes, in eo in quo sunt mouentur. sed non in eo loco, ad quem accedunt, qui est pars eius loci, qui est locus totius cœli.*

ANT. *Non est autem alius locus partis in quo mouetur, cum totum uas transfertur, sed idem. In quo enim est transfertur aer & aqua, & partes aquæ. sed non in quo fiunt loco, qui pars est loci, qui est locus totius cœli.*

Arist. videtur confutare cauillũ. posset.n. dici ꝙ aqua contenta in vase moueretur ad aliud locum à vase, vt tu arguebas de interuallo. igĩ erunt plura loca simul, videlicet locus vasis, & aquæ cõtentæ. Rñdet nec est alius

Vide etiam Egi. hic.

E locus partis eius in quo mouetur, cum vas totum aggregatum ex contento & continente mouetur, sed idẽ. q. d. ꝙ dato ꝙ aggregatũ moueatur, locus non est alius totius & partis. accipit.n. partẽ pro contento, qđ illius aggregati est pars. Et hoc probat. & syllogism' est, qđ mouetur ad motũ alterius & non per se, accedit ad locum, in loco erit illius & non per se: ponit minorem & inquit, aer.n. & aqua aut aquæ partes, quæ sunt partes illius aggregati cum eo, in quo sunt, mouentur, & ad moto illius, sed non mouentur ꝑ se ad eum locum, ad quem ratione deferentis accedunt, qui quidem locus est pars eius loci, qui est locus totius cœli. Quo modo contentum illud moueatur per accidens ad eũ locum, qui est pars loci totius cœli, non est clarum. Iuniores quidam textum extorquent, & per cœlum intelligunt vas. Et tunc solutio est, ꝙ pars siue contentum mouet

Vide Burlæ.

F ad eũdem locum, ad quem totum aggregatum fertur, sed non transmutatur ad illum locum vasis siue totius tanq̃ ad locum propriũ, sed vt ad locũ cõmunem. Hæc expositio corrumpit textum: græce.n. verbum cœli est vranu, modo vbiq; cœlum intelligit. Expositor textũ reuocat ad locum formalem, qui est respect'. siue situs quidã in vniuerso, & tunc intelligit ꝙ licet aqua vel aer moueatur, non tamen mouetur locus cum consideratur, vt pars quædã loci totius cœli, habens determinatum sitũ in vniuerso. nec hoc placet. Primo, quia nondum de loco formali quicquã attulit, sed continuo de loco ꝓ superficie locutus est. præterea textui accõmodari non põt hæc expõ: cum ille situs non sit pars loci totius cœli, quia adhuc ignoramus quis sit locus totius cœli Them. (vt mihi vĩ) ꝑ locũ cœli intelligit vacuum qđ circuit octauũ cœlum, veluti locũ, qđ vacuũ posue

S. Tho. hic.

G runt antiqui esse locũ cœli, & per partem intelligit contentũ. Et tũc intelligo sic, ꝙ aqua & aer cõtenti in vase mouentur per accñs ad eum locũ, vt pote, ad concauã superficiem alicuius cuiuĩuis corporis, quæ est pars siue cõtenta à loco totius cœli, quẽ ponũt antiqui. Et hęc expõ sufficit pro nunc, donec melius considerenus.

Commen. 37. Auer.

{Istæ sunt aliæ rationes} Istud cõmentum q̃q; inutile sit, tñ est obscurũ, ideo diuidi põt in duo. Primo.n. exponit textum. Secunda ibi {& Alexã. dicit} digreditur circa rationem textus: prima pars patet. Verũ duo animaduertenda sunt. primum, ꝙ Auer. probat infinita esse simul loca, si locus est dimẽsio intercepta inter latera vasis, siue alterius corporis, & sua deductio supponit duo. Primum, si locus mouetur ſm locum, eadem ratione spatium in quo recipitur poterit moueri

An si locus esset dimẽsio intercepta sequeretur infinita loca esse, Vide Egi. hic.

H ſm locum, & recipi in alio spatio. vt.n. vasculo translato, interuallum laterum transfertur, ita rursus translato corpore in quo recipitur vas, transfertur spatiũ contentum inter latera continentis vas. Secundum, si talia spatia sunt loca, oportet illa remanere inter latera corporis continentis, qñ corpus continens de loco in locum, veluti spatium inter latera vasis manet vase trãslato: tunc arguit, in quolibet instanti temporis mensurantis motum fit transmutatio in locum nouũ: sed instantia in tempore sunt infinita, & omnia illa manent simul, vt spatiũ vasis transmutati manet vase ipso trãsmutato: igĩ in infinita loca sunt simul. Hæc deductio est dubia. Propterea de mente Auer. aliter deduci põt, supponendo vnum tñ, ꝙ videlicet vbi locus sit spatiũ laterum, quęlibet pars continenti erit per se in loco. nã quælibet est per se à qualibet disseparata propter penetra-

Alia deductio.

netrationem factam ab interuallo.tunc arguit, quaslibet pars est in loco & per se in loco, qui est pars loci totius vasculi,& pari ratione vasculum erit per se in loco, qui est pars alterius cuiusdam maioris, & ita de illo dicatur,& sic in infinitum:quare erunt actu infinita loca simul.Et quia supponit quamlibet partem locati esse per se in loco, ideo secundo declarat, q; stante illa positione,quælibet pars locati erit per se in loco,& quærit vtrum medietas aquæ contentæ sit in loco per se , aut in loco per accidens.si in loco per se , per idem quælibet pars aquæ erit in loco per se, & consequenter infinita sunt loca per se ad locationē aquæ.Si vero illa medietas est in loco per accidens,hoc videtur esse pro tanto,quia locus eius est loci totius aquæ pars: sed cū locus aquæ est pars loci totius mundi, igit similiratione nec vniuersa aqua erit in loco p se, & ita nihil erit in loco p se.Reliqua primæ partis commenti patent per se.

Quamo qualibet pars p se sit in loco.

{Et Alexander.}Hæc est digressio, vbi tota digressio consistit quonam modo valet hæc cōsequentia , locus est interuallum contentum inter latera continentis,igitur loca erunt infinita. Alexander deducit illam dupliciter.primo supponendo,q; sicut aqua contenta in vase est pars congregati ex vase & aqua, ita partes aquæ sunt partes aquæ totius, quæ in illo continentur. Tunc arguit,qua ratione aqua contenta mouetur per se in locum.eadem ratione partes eius mouebuntur,& ita subijcientur in dimensionibus loci adquem transferuntur,& sic in illo loco congregantur duæ dimensiones vni parti, & similiter de alijs partibus : sed cum partes sint infinitæ quæ transmutantur, igitur infinita loca. Vnde tota vis primæ deductionis est, q; prima pars vna cum sua dimensione transfertur dimensione remanente,deinde ipsa illa pars cum eadem dimensione träsfertur & totum recipietur in tertia, deinde pars cum illis duabus träsfertur in quarta , & cum istæ träslationes sint tot quot instantia in tempore , tunc infinitæ erunt dimensiones vni parti. & in hac deductione Alexander supponit partes & dimensiones remanere, quod re vera nescio,si ad mentem antiquorum est sic dicendum.Secunda deductio est solum per hoc, quia partes sunt infinitæ,& illæ sunt in loco , sicut & totum igitur erunt loca infinita, quam asserit esse clariorem.

{Et etiam prima} Confutat primam deductionem, quoniam supponit falsum videlicet,q; partes moueantur per accidens,quod est verum secundum Arist.non autem secundum antiquos,qui posuēt vacuum:sequit enim illas partes esse per se in loco. propterea ait se melius deduxisse. Nam supponit ad mentem illorum esse partes per se in loco:cum omnes sint propter penetrationem actu diuisæ,licet simul iunctę,& tunc sequitur, q; tota aqua träsfertur de locis infinitis partium & ad loca infinita & per se,qđ quidem est impossibile. Hæc quæ dixit Auer.de Alexan.non vidimus, & ideo quid ille velit ignoramus.Sed de his satis. Animaduerte q; Themistius digreditur contra Galenum in isto loco. Fuerunt enim de loco duæ positiones.altera antiquorum, vt Crisippi, Epycuri & Platonis, q; locus sit interuallum laterum:immobile inter illa. Altera Arist. q; illud mihi sit,sed sola concaua superficies sit illud.Pro positione antiquorum Galenus(vt mihi videtur)fecit tres rationes.Prima,quod intelligitur fixe & permanenter semper in omnibus.videtur esse aliquid in re: sed il lud interuallum vasculi succedentibus corporibus varijs semper fixe & permanenter intelligitur esse, igitur

Digressio. Themistii. [illegible] antiquorū.

A secundum rem oportet esse. Secunda,omne prius potest esse sine suis posterioribus:sed interuallū est prius omnibus corporibus sensibilibus, cum sit dimensio, quæ est prior omni qualitate & forma:igit potest manere alijs posterioribus mutatis. Tertia ex spatio illo causatur locus,igitur spatium illud est locus.nam nullo concurrente spatio,nullus erit locus,& ita videntur esse idem.Hæ sunt rationes pro antiquis. Arist.vero positionem horum pluribus rationibus cōfutauit.Propterea ad rationes antiquorum dicendum.Ad primam dicendum, q; vt nauis in fluuio continue dicitur esse in eodem loco propter æquiualētiam aquarum inuicem succedentium,ita interuallum vasculi est vnum numero per æquiualentiam:non tn̄ simpliciter, sed exeunte aqua è dolio succedit aer cum tanto interuallo, quantum illud aquæ,& sic per vicissitudinarium motū con-

B tinue est idem,cum tamen secundum rem non sit idē: & cōcedo q; intelligitur vt idem,non q; sit idem. Ad secundum dico,q; illud interuallum, licet sit prius sensibilibus qualitatibus,non est prius corpore sensili,& ita propter subingressum corporum interuallum conseruatur non idem numero simpliciter , sed per ęquiualentiam.Ad tertium argumentum cōcludit, quia.n.illud interuallum est causa loci,ideo differt à loco . Causa.n. differt à causato:modo interuallum illud est non causa per se,sed sine qua nō illius loci.Hæc de quæstione.

RECOGNITIONES.

Obijciet quispiam contra secundam rationem, quia à pari sequitur secundum opinionē Aris. aquam,quæ est in vase,moueri,quoniā moto vase, simul cum eo mouetur aqua: ergo sequitur plura esse lo-

C ca,s.aquæ,quæ mouentur simul cum vase, & locum vasis moti de atrio in theatrum. Respondet Aristot.concedendo aquam moueri simul cum vase, non tamen sequitur ipsam moueri ad alium locum ab eo, ad quē vas mouetur,& causam affert, cū inquit , in quo enim est aer,vel aqua,in eo transfertur aer,& aqua:& partes aquæ:eodem modo, cum transfertur aggregatum ex vase & aqua,transfertur aqua . quæ est illius aggregati pars,sed non transferuntur partes aquæ,nec aqua,quæ est pars illius aggregati in loco diuerso ab eo loco, in quo fiunt de nouo per motum sua tota , sed ad eūdem suorum totorum locum.& exponit, quis est locus , ad quem feruntur tota,& ait talem locum ad quem tota feruntur,esse partem loci eius,qui locat cœlū , hoc est vacui,in quo secundum veteres, secundum quorū opinionem nunc loquitur,cœlum aut mundus ipse loca-

D tur.Imaginabamur enim vacuum infinitū in quo vniuersum,vt in loco est.sic igit tota illa mouenē de nouo ad partē talis vacui,& partes taliū totorū ad eandē partem,& ita non sequit plura esse loca, cū locus totius aggregati,& aquæ,quæ est illius pars,idē sit. nō aūt idem est locus vasis,& vacuū vasis.Sed occurres: quia adhuc videt obiectio stare:nā,sicut sequit aquam contentam in vase,cū vas mouetur,& ipsa cum vase nō moueri nisi ad locum eūdem,ad quē mouetur vas,ita vacuū vasis,cum mouet simul cum vase,ad alium locum nō mouebitur,q̄ ad locum vasis:non.n.facile est videre differentiæ causam. Ex verbis Themistij elici potest causa differentiæ.nam licet vacuum vasis mouetur cum vase,nō tamē mouetur motu vasis quasi per accidēs: causa est,quia tale vacuū nihil est vasis, nec accidens , nec forma, nec pars,nec locatū in vase,ideo , cū mouet, li-

cet moueatur simul cum vase, moueť per se motu proprio, & ita ad locum proprium, at locatum, videlicet aquæ, quæ mouetur simul cum vase, est aliquid vasis, quia licet non sit forma, nec accidens vasis, est locatum in vase: & ita cum mouetur simul cum vase, non mouetur per se, sed motu vasis, & per consequens non ad locum proprium, sed ad locum vasis. & tota differentiæ causa est, quia locatum est aliquid sui loci, quasi illius pars: vacuum autem nihil sui corporis, cuius est vacuum, cum nec sit illius pars, nec illius contentum, nec illius accidens. Et debes scire, antiquos voluisse à natura ita res fieri, vt semper iusta plenum vacuum sit, non vt illius aliquid, sed quasi illius naturale simultaneum, & ita oportet dicere vacuum amphoræ moueri simul cum amphora: proprio tamen motu. & ita ad propriũ locum: veluti duo homines simul mouentur, cum brachijs coniunctis mouebũtur, & neuter ad motum neutrius, quia neuter neutrius aliquid est, propterea secundum antiquos sequitur vacuũ amphoræ proprio motu per se moueri, licet simul cum amphora, & ita transfertur in locum sibi proprium alium à loco amphoræ. At secundum Aristo. vinum in amphora moueť, nunq̃ illam omittens, per accidens vero motu amphoræ, cuius vinum ipsum aliquid est, mutat locũ: quia vbi prius erat in atrio, motu amphoræ dicetur in theatro: sic videtur mihi hic locus esse intelligendus. Alexander tamen, Themistius, & Auer. fatentur locum hũc esse nõ leuem. Quid tamen Auer. balbutiat, nõ bene intelligitur: quod arbitror esse propter malas eius, & Aristotelis translationes. vnde verba possunt sic intelligi, & quidem facilius. locus partis, id est corporis locati, quod hic pars dicitur, in quo tale locatum siue talis pars mouetur, non est alius, cũ totũ vas, s. amphora tota trans- G fertur, sed idem. Cum enim vinum mouetur in amphora de atrio in theatrũ, locus vini, idest amphora idem est, quia antequam moueretur, erat in amphora, & postquam mouetur, erit in amphora. & causam affert, cũ inquit, nam aer vel aqua & horum partes in quo sunt, transferuntur. aer enim de atrio in theatrum in amphora est, & in amphora transfertur. ergo amphora ante & post motum semper est per se locus aeris vel aquæ, & partium eius. declarat tamen aerem vel aquam mutare locum per accidens motu amphoræ, quia in illo non præerãt, sed ratione amphoræ in eo de nouo fiũt, ideo inquit, sed nõ in loco, in quo de nouo fiunt motu amphoræ, præerant, ideo per accidẽs motu amphoræ aer vel aqua fertur ad illum. Quid vero sit hic locus, quem motu amphoræ acquirit aer, qui in amphora mouetur: exponit, q̃ pars est loci, locantis mundum, i. pars H vacui infiniti, in quo vt in loco mundum esse dixerunt antiqui. amphora enim, cum mouetur de atrio in theatrum, fertur de vna parte vacui locantis mundum ad aliam. Quare aer, cum mouetur in amphora, per se locum non mutat, cum ante & post motum in amphora sit: per accidens mutat, quia motu amphoræ transferť de vna parte vacui locãtis totũ ad aliã. Facilius etiã ad dubium responderi potest, q̃ vacuum dolij mouetur simul cum dolio: & aqua vel aer similiter mouetur simul cum dolio: & tamen vacuum amphoræ per talem motum acquirit nouum & proprium locum: aer autẽ aut aqua per talem motum nouum locum non acquirit, sed stat semper in eodem loco, s. amphora vel dolio. Et causa est, quia vt inquit Aristo. aer vel aqua mouetur in suo loco, & simul cũ suo loco: vacuum vero

E amphoræ, licet simul cum amphora moueatur, non tamen in suo loco mouetur, cum amphora nõ sit locus vacui: non enim vacuum amphoræ est in caua amphoræ superficie, vt in loco, quia tunc locus non esset vacuum, sed caua continentis superficies, & ita incideret in opinionem Aristo. cum igitur vacuum amphoræ in loco non sit in amphora: sequitur ipsum, dum simul cũ amphora mouetur, nouum & proprium locum acquirere: at aer vel aqua: cum ipsa amphora sit, vt in loco: cum mouetur amphora, mouebitur in illa, & ita ex tali motu nec priorem locum amittit, nec nouũ acquirit, sed in eodem loco remanebit. & hoc inquit, nõ est autem alius locus partis, id est contenti aeris, vel aquæ à vase, in quo mouetur, cum totum vas transfertur, sed idem: nam ante motum erat amphora, & post motum est amphora: & affert causam, cum inquit, in quo. n. F est aer & aqua, & partes aquę vel aeris, in eo, vt in loco mouetur, transferturq́;: non autem transfertur aer vel aqua in loco, in quo fiunt de nouo aqua & amphora cum mouentur. non enim aqua, quæ mouetur in amphora, transfertur ad partem vacui continentis mundum, & tu intelligas, per se, sed manet in amphora ante & post motum. vacuum autem, licet simul cum amphora moueatur, tamen non mouetur in amphora, vt in loco: ideo per suum motum, nouum locum, & quidem sibi proprium acquirit.

Insuper etiam locus ipse materia uidetur: siquis in quiescente & non separato, sed continuo considerauerit. Nam sicut quia alteratur, est aliquid quod nunc quidem est albũ, rursus uero nigrum, itemq́; nunc quidem durum, rursus uero molle: quo quidem esse aliquid materiam dicebamus, sic G *& locus esse uidetur, præter illud quidem, quia quod erat aer, id nunc est aqua: locus uero, quia ubi nunc est aer, ibidẽ est nũc aqua: nam materia quidem, ut dictum est prius, neq; separabilis est à re, neq; continens locus uero ambo.* DILVC.

Et materia autem uidetur uuq; esse locus, si & in quiescente aliquis consideret, & non separato, sed continuo. Sicut enim si alteretur, est aliquid, quod nunc quidem albũ est, rursus nigrum: & nunc quidem durum, rursus autem molle: (unde dicimus aliquid esse materiam:) sic & locus per hanc quandam uidetur esse phantasiam. præter id quidem, propterea quia quod erat aer, nunc hoc aqua est, locus autem quia ubi olim erat aer, hic nunc aqua: nam materia quidem sicut dictum est in prioribus, neq; diuisa est à re, neque continet rem: locus autem utrunq;. ANT.

Quòd locus sit materia eo patet, quia quod manet vnum & idem sub diuersis sibi cedẽtibus, materia est: H locus manet vnus & idem sub diuersis cedentibus: igitur est materia. proponit vim rationis, & inquit. Insuper etiam locus ipse videtur materia, siquis in quiescente & non separato, sed continuo considerat. hoc est habita ratione ad id, q̃ locus quiescit, & non habita ratione ad separationem, sed ad continuationem siue fixionem, videtur locus ipse materia. quasi dicat, q̃ solũ attendo locum quiescere vnum continuum & stabile. & non attendo ad separationem quam habet à locato, videtur materia. Deinde explicat rationem, & inquit. nam vt quia alteratur, est aliquid quod nunc quidem est album, rursus vero nigrum: itemq́ue nunc quidem durum, rursus vero molle, quo quidem esse aliquid materiam dicebamus, sic & locus esse videtur. Respondet quòd non est simile, quia illa successio est

Vide Egid. 16

corruptiua

corruptiua in materia, in loco vero solũ motiua: & hoc inquit, præter illud quidẽ, quia quod erat aer, corrumpitur. & id nunc per nouam generationẽ est aqua: & ita succesio est corruptiua: locus vero, quia vbi nunc est aer, ibidem est nunc aqua, & ita successio est translatiua, illud verbum præter illud, græce est plene ceino, latine præter illud. Ideo hic videtur Aristot. soluere, cum hic differẽtiam dare incipiat. Deinde reddit causam differentiæ dicẽs. nam materia quidem (vt dictũ est prius) neq; separabilis est à re, neq; continens. propterea successio inesse est substantialis. Locus vero ambo: propterea successio in eo est accidentalis: verbum illud alla græce, nónunquam Aristo. pro redditiuo causæ sumit. vt ego transtuli. Hunc in modum Auer. textum exposuit, quasi directus à veritate: cæteri expositores nõ sunt auscultandi hac in re.

Quæ Auer. com. 38.

RECOGNITIONES.

VT dicebatur locus quatuor esse videtur, formã, interuallum corporis continentis, materia, & concaua superficies corporis continentis: dedit similitudinem & dissimilitudinem quã habet cum forma, & quam habet cum interuallo, nunc vero similitudinẽ & dissimilitudinem affert, quam habet cum materia.

DILV. *Si igitur nullũ horum trium locus sit, uidelicet neq; forma, neq; materia, neq; interuallum quicquam aliud semper, præter ipsius rei quæ trãsfertur, spatium, necesse locũ quatuor illorum reliquum esse, finem uidelicet corporis continentis. atq; id corpus contineri dico, quod latione est mobile.*

ANT. *Si igitur nihil horum trium est locus, neq; species, neque materia, neq; spatium, semper aliquid alterum existens præter id, quod est rei distantia, necesse est locum esse reliquum de quatuor: continentis terminum corporis. Dico autem contentum corpus, quod mouetur secundum lationem.*

Concludit nunc quasi genus loci, & hoc per syllogismum hypotheticum diuisiuum hunc in modum, vt vult Auer. aut locus est materia, aut forma, aut interuallũ, aut finis corporis continentis, per declarata, neq; est materia: neq; forma, neq; interuallum. igitur finis corporis continentis. Sed dices syllogismus hypotheticus diuisiuus fit ex disiunctiua destruẽdo vnam & inferendo aliud: omnis vero disiũctiua est inter cõtradictoria: modo hæc quatuor non videntur per suam naturam contradictoria, sed solum desperata, & pro tanto cõtradictoria, pro quãto reducuntur ad contradictionem. igitur non est bonus syllogismus. Respondet Auer. ꝙ præter hoc syllogismus hic est probabilis: factus ad confirmandum, non ad demonstrandum. nam membra cõuertuntur destructiue, quoniam si nõ sunt illa tria, locus erit quartũ. Addit vero Arist. atq; id corpus cõtineri dico: quod latione est mobile: propter ipsum cœlum. vt ait Themistius. Cœlum enim ipsum excipitur à definitione loci. nam de cœlo ipso erit alia ratio: quia cœlum non latione, sed circulatione moueri dicitur, vt Themistius inquit. propterea locum habet alterius rationis.

An locus sit superficies continentis &c. Vide can. q. 1. huius ar. 2. et Gaie. de Thie. p. 1. huius & Alb. de saxo. 1. 1 huius. & d. q. 4. huius.

RECOGNITIONES.

SYllogismus literæ est hypotheticus diuisiuus: vbi destruuntur tres partes, & cõstruitur quarta. Contra dubitat Auerro. quia hypotheticus, assumit disiunctiuam pro maiori, quæ est inter contradictoria: modo hæc sunt quatuor membra, tria destruit, & cõstruit quartum. modo tria non possunt esse vni contradictoria. Respondet primo hunc syllogismum non esse vere hypotheticum diuisiuum, & propterea argumentũ est topicum à sufficienti partium enumeratione. signum autem est, quia vtitur ipso ad confirmandum, quia vltimo loco illum posuit tanquam ad confirmationem vtilem. aliter respondet, ꝙ ista tria cõuertuntur, id est subeunt rationem vnius contradictorij inquantũ nullum eorum est locus, ergo sequitur quartum, scilicet esse concauum superficiem corporis continentis. Quo vero ad verba attinet, dixit semper aliquid alterum existens, quia ex negatiua non sequitur affirmatiua, nisi cum constantia subiecti.

Ex negatiua nõ sequitur affirmatiua.

DILV. *Magna uero res atq; difficilis esse uidetur locum percipere. tum quia partim materiæ, partim formæ similis esse uidetur. Tum quia translatio eius quod fertur in ipso continente fit, quod quiescit. Esse enim posse uidetur interuallum aliud quoddam à magnitudinibus quæ mouentur. Facit autẽ ad hoc aer ipse, qui incorporeus esse experitur. Videtur igitur non solum finis uasis esse locus, sed interuallum etiam ut uacuum.*

ANT. *Videtur autem aliquid magnum esse & difficile accipi quid est locus, & propter id quod uidetur esse materia, & forma, & propter id quod in quiescẽte continente fit transmutatio eius, quo fertur. Contingere enim uidetur esse spatium medium, aliquod aliud à motis magnitudinibus, perficit autem aliquid & aer, qui experitur incorporeus esse. Videtur enim non solum fines uasis esse locus, sed & medium existens tanquam uacuum.*

Aer qui experitur apparens.

Promiserat dare talem loci definitionem, vt per ipsam appareat quanta sit rei definitæ difficultas, docet igitur circa definitionem datam: vnde in loco ipso appareat difficultas & vult ꝙ difficultas propter tria appareat. Primo quia locus similis est materia & formæ. Secundo quia similis interuallo propter fixionem & permanentiam sub vtroq; termino translationis. Tum & tertio propter aerem, qui subintrat & non videtur, quo fit vt extimetur locus esse vacuum existens inter vasis latera. Hæc est Auer. expositio & optima.

DILVCI. *Vt autem uas locus est translatilis, ita locus uas est immobile. Quocirca cum id, quod introrsus est, in re mota mouetur, atq; transfertur: ceu nauis in fluuio. potius eo quod continet ut uase utetur, quam ut loco. nam locus suapte tendit esse immobilis. Quapropter uniuersus fluuius magis est locus, quia immobilis est uniuersus. Quare locus est rei continentis extremum, immobile primum.*

ANT. *Sicut autem uas locus est transmutabilis, sic locus uas est immobile. unde cum quidem in eo, quod mouetur, aliquid moueatur, & mutetur intus, ut in flumine nauis, tãquam uase magis quam loco utitur continente. Vult enim immobilis esse locus. Vnde omnis fluuius magis locus est, quia omnis immobilis est. Quare continentis terminus immobilis primum hoc est locus.*

& aut γρ autem legitur enim.

Nanciscitur aliam differentiam loci, videlicet immobilitatem: & hac per differentiam, quam locus ipse habet ad vas: & inquit, vt autem vas locus est translatilis, ita locus vas est immobile: & ita vas & locus differunt sola mobilitate: nam vas est locus vt immobilis res, est vero vas vt mobile quicquam: rem hãc signo persuadet, & inquit: quocirca cum id quod introrsus

est in re mota mouetur, atque transfertur, ceu nauis in fluuio, tale vectum potius eo quod continet. puta fluuio vt vase mobili vterur quam vt loco immobili. nam locus suapte tendit esse immobilis. Quo concludit ad rei illius confirmationem magis vniuersum fluuium esse censendú locú: quia immobilis est vniuersus, q̃ partem fluuij, in qua a quate nauicula iacet. Quibus verificatis locis descriptionem colligit dicens, quare locus est rei continentis extremum immobile, primum.

Quæ Auer. com. 41. Et vt Auer. inquit. per extremú vult cauam superficiem rei continentis: & per primum intelligit propriú. Locus enim proprius dicitur primus, quia æqualis & primus, quia ratione sui & p se locat, locus vero communis ratione illius. ideo à Themistio citimus, sine proximus interdum dicitur, & per immobile vult esse immobile per se: ita vt sit sensus, ῳ non semper moueatur quod addit ad differentiam vltimæ superficiei rei locatæ: quæ semper vna cum re locata mouetur. vult autẽ locus suapte esse immobilis, vt ait Auer. quia est terminus motus: vbi autem esset mobilis eo motu quo ad ipsum fertur locatum, & ea velocitate, locatú frustra moueretur, cum nũq̃ locum pertingeret. *Dubitatio.* Sed dices. quonammodo vniuersus fluuius debeat censeri potius locus quam pars illius, cum pars sit æqualis nauiculæ, & *Responsio.* sit fluuius locus propter illam partem. Quicquid velint expositores. videtur mihi ῳ locus potest cõsiderari in ratione generis, hoc est sub ratione continentis: & in ratione differentiæ hoc est vt immobilis. Si consideretur in rõne generis vniuersus fluuius est minus locus, quoniam continet ratione partis. si vero in ratione differentiæ, sic est magis locus, cum fluuius sit magis immobilis quam pars, cum pars immobiliter locet nauim, vt immobilis est respectu vniuersi fluuij.

RECOGNITIONES.

HActenus de genere loci dictum est. est enim genus loci remotissimum quantitas, per quam differt à rebus cæterorum prædicamentorú: est superficies, per quam differt à corpore & linea: est superficies continentis per quam differt à superficie corporis contenti: est superficies concaua, per quam differt à superficie conuexa, ergo genus proximú est superficies continentis corporis concaua. cum igitur de loci genere dixisset, de eius differentia nunc dicit, quæ est immobilitas: & probat locum esse immobilem, ex eo quia cú aliquod corpus, verbi causa nauis, fuerit in aliquo continente, quod mouetur, vt in flumine, respectu eius nauis variaẽ, quatenus nunc est in vna parte, & prius erat in alia, fluuio illo, qui mouetur, magis vt vase quam vt loco vtetur, & hoc inquit, vnde, cum aliquid verbi causa nauis, moueatur & mutetur intus, in eo quod mouetur, verbi causa in flumine, nauis enim in flumine cõtinente ipsam mouetur atq; mutatur, s. respectu partiũ cum continuo fiãt aliæ atq; aliæ, ipsa nauis magis potiusq; ipso flumine ipsam continente vtetur vt vase q̃ vt loco. ῳ vero nauis fluuio moto potius vt vase nauim continente quam vt loco vtatur, Aristoteles non probat, sed ex vsu vulgarium hoc assumit, qui dicunt ob immobilitatem totius fluminis potius nauim, vt in loco esse in flumine, quam in ea fluuij aquea parte, quę æqualiter nauim cõtinet: cum illa sit cõtinuo alia atq; alia. quæ ratio docet loci naturam esse immobilẽ, pulchrum tamen esset videre de loco nauis proprio, flumen enim communis locus est nauis, licet sit immobi- [E] le, portio aquæ fluentis æquate nauim continens, quia æqualis est naui, locus videtur proprius. verũ, quia mobilis est, locus non est nauis, ideo quæstio nõ parua est de proprio nauis loco simili rõne, & de loco eius corporis, quod in aere locatur non paruá difficultas est de eius loco proprio, vniuersus enim aer communis locus est, portio aeris vero mobilis. Quare magna quæstio est de loco huius corporis: verum de his postea. Ex his concludit definitionem loci, & lege sic. quare hoc est locus, videlicet terminus continentis primum, id est æqualiter, immobilis, scilicet per se: hoc est non ex eius natura mobilis.

Et ob hanc rem uniuersi ipsius medium: et eius quod circulo fertur ad nos extimum, uidentur esse alterum quidem sursum, alterum uero deorsum loca maxime omnibus pro- [F] *prie, quia illud quidem semper immobile est: cœli uero extimum similiter se habens manet. Quare cum leue quidem sit id quod sursum, Graue autẽ id quod deorsum ferũtur suapte natura, is quidem finis qui uersus medium continet deorsum est atq; ipsum medium: is uero qui uersus extremum: sursum est: atq; ipsum extremum. Quocirca & superficies quædam: & ut uas: continensq; esse uidetur locus. Insuper etiam simul cum ipsa re & locus esse uidebitur. quippe cum fines ipsi simul coadsint.* DILVCI

Et propter hoc medium cœli, & ultimum ad nos circularis lationis uidetur esse, sed hoc quidem sursum. illud uero deorsum, maxime omnibus proprie: quia hoc quidem semper manet, circuli autem ultimum similiter se habens manẽs est. Quare cum quod leue quidem est, feratur sursum natura: quod uero graue est, deorsum, quod quidem ad medium con- [G] *tinens finis: deorsum est, & ipsum medium. quod uero ad ultimum: sursum est, & ipsum ultimum. Et propter hoc, uidetur planum quoddam esse, sicut & uas locus, & continens. Amplius simul cum re quodam modo & locus: simul enim finito fines sunt.* ANT.

Mihi videtur ῳ Aris. tria de loco ex dictis verificet, promiserat enim talem afferre definitionem, vt per illa omnia propria loco conuenire viderentur. Primum ῳ concauum Lunæ, & centrum mundi sint potiora loca: eo quia summe fixa atq; statiaria, inquit: & ob hanc rem vniuersi ipsius mediũ, cuiusmodi est centrũ mundi: & eius quod circulo fertur ad nos extimum, qd' est Lunæ concauum, videntur esse alterũ quidem sursum, alterũ vero deorsum, loca maxime omnibus proprie, dico maxime loca omnibus proprie, quia illud, quidẽ videlicet cẽtrum mundi semper immobile est: cœli ve- [H] ro extimum similiter se habẽs in vniformi motu, semper manet: hoc est primú, quia vero dixerat me⟨d⟩ium mundi esse deorsum, concauum Lunæ sursum, reddit quodammodo causam obiter ex motu leuium, atque grauium, & inquit: quare, cú leue quidem sit id quod sursum, graue autem id quod deorsum, feruntur suapte natura, is quidem finis qui versus medium continet, deorsum est, atque medium: deorsum propter gratia in respectu, medium propter grauia simpliciter: is vero qui versus extremum, sursum est. respectu leuiũ in respectu, atq; ipsum extremú respectu leuiũ simpliciter. Deinde declarat secundú, & inquit, quocirca & supficies quædã, & vt vas, cõtinẽsq; videẽ esse locus, & hoc sequiẽ: quia nõ est ipsum internallú vasis, sed supficies eius. Tertio infert insup etiã simul cú ipsa re & locus esse videtur, cuius causam q̃ dixerat. repetit, quippe

cum

cum fines ipsi simul coadsint, videlicet rei contentæ, & rei continentis. Sic igitur cœli extremũ, & mũdi mediũ maxime loca videntur, ob illorum stabilitatem. itemq; & locus superficies censendus, & simul cũ re locata.

Quæ Auer. cõm. 42.

Auer. vero resoluit literam in syllogismum vnum principalem, qui fortasse apud ipsum sic componi debet: sursum simplr & deorsum simpliciter sunt immobilia, sursum simpliciter & deorsum simpliciter sunt loca, igitur loca sunt immobilia, & ita secundum ipsum litera est syllogistica, & confirmat ea quæ dixit de loci immobilitate. Hęc ratio idcirco est famosa, quoniam non concludit vniuersalem omnem locum esse immobilẽ, sed particularẽ: & quia præmissæ nõ sunt demonstratæ, sed per cõsensum sumptæ. Secũdus sylls probat sursum, esse vltimũ cœli sic. vltimũ cœli fixũ est: ipsum sursum est fixũ: igit ipsum sursum ẽ cœli vltimũ. Sed dices: hic syllogismus est ex duabus affirmatiuis in secunda figura. Respondet primo, illud nõ esse inconueniẽs in rationibus famosis & non demõstratiuis. Secundo respondet, ꝙ maior conuertitur addita conditione sic: omne fixum existens in maximo superiori, est vltimũ cœli, & è contra: sursum simpliciter est fixum existens in maximo superiori, igitur vltimũ cœli. Simili ratione potest formari vnus syllogismus de ipso inferiori in secunda figura, & simili conditione corrigi: vt res patet hoc modo: medium mundi fixum est: deorsum simpliciter fixum est: igitur deorsum simpliciter est medium mundi. corrigatur maior addendo, medium mundi fixum est in vltimo inferiori, & tunc conuertatur: omne fixum in vltimo inferiori est medium mundi: deorsum simpliciter est fixum in vltimo inferiori: igitur deorsum simpliciter est mundi medium. Quartus probat quòd sursum est finis continentis, & est in tertia figura sic, leue transfertur naturaliter ad finem cõtinentem: leue transfertur naturaliter sursum: igitur sursum est finis cõtinens. quæ ratio potest in prima conuersi minori in terminis, vt dixi, reddi in prima figura: omne leue mouetur naturaliter ad finem continentem: omne sursum est id ad ꝙ mouetur leue: igitur omne sursum est versus finem cõtinentem, similiter de ipso inferiori argui potest. Addit Auer. ꝙ graue non mouetur ad concauum aquæ, vt cõcauum aquæ. quia tunc moueretur ad illud vbicũq; esset, vti ferrum mouetur ad magnetem vbiq;: & ita ad cõcauum illius mouetur, quia est versus medium mundi, quæ in libro Cœli perfecte declarãtur, vt. 1. Cœli. cõm. 8. &. 17. &. 2. Cœli. cõm. 31. &. 79.

Dubitões.

Prima põ de genere loci. Inde Nomina Terministe.

Circa hanc loci definitionem occurrunt dubitationes de genere loci, deq; illius differẽtia, quæ est immobilitas, materia eiusdem, de forma agente atq; fine. De genere loci terminicolæ genus loci aiunt esse corpus non absolute: sed corpus cuius pars quælibet cõtiguatur loco, vnde omnis pars quæ tangit rem locatam dicitur vltima, quatenus tangit illam per carentiam omnis medij: & tunc intelligunt locus est vltimum corporis continentis, hoc est corpus continens secundum vltimum: persuaderi potest hæc positio per verbũ Arist. qui ait: locum esse vas immobile, quod esse non potest nisi secundum vltimum. & ita est corpus secundũ vltimum. Hæc positio exposcit eam quæstionem, si substantia sit res diuisa à quantitate, quod esset exire limites: sed hac quæstione omissa, non assero opinionẽ hãc esse peripateticã: primo quia Arist. & Auer. ac Themistius, vbiq, negãt locum esse corpus: propterea potest

Qualis hæc positio.

A argui, locus non est corpus: igit nõ est corpus secundũ vltimũ. antecedẽs patet- quia si locus esset corpus: tũc esset ꝑ se mobile. cõsequẽtia vero cõstat, quia arguit à communiori negatiue. Secundo Auer. hic per totum voluit locum esse accidẽs corporis continentis, & Themist. etiã, rursus expositores omnes: & licet possunt fieri multæ rationes contra hos, quia scio eos posse soluere hæc, & maiora: sufficiat mihi scire hãc eorum positionem non esse peripateticæ dictam, quolibet enim proferente contrarium stultum est sollicitum esse.

Põ Ioannis q. 5 huius.

Alij vt Ioannes dixerunt locum, nec de genere quantitatis esse, nec de genere qualitatis sensilis: sed est magis virtus cœlestis. Propterea glossat definitionẽ Arist. cum dicit, locus est vltimum corporis cõtinentis: hoc est virtus cœlestis in vltima superficie corporis continentis. Quia non sit superficies, probat primo: quia lo- B cus, & superficies sunt species diuersæ eiusdem generis: igitur locus non est superficies. Secundo omne accidens definitur per subiectum: locus est accidens, & definitur per superficiem: igitur locus est accidens superficiei, & non superficies. Tertio locus proprius est naturalis, & conseruatiuus rei locatæ alterius corporis alius atq; alius: sed superficies non est naturalis nec corporis alicuius conseruatiua. Multæ aliæ rationes tangi possunt ex dictis suis: quæ omnes vna vi procedunt. Propterea vult, quod locus sit quædam virtus fundata in superficie corporis continentis immobilis primum. Sed hæc positio stare non potest, primo quia contra suum Auerroem, quem tantum facit. 4. cœli commen. 23. in calce: vbi reddit causam, quare vnũ elementum locat aliud, & non per illam cœli virtutem: quam Ioannes fingit. Rursus tales cœlestes virtutes, quas Ioannes C ponit. Auerroes vbiq; damnat præter motum & lumẽ: vt. 2. cœli cõmen. 42. &. 49. &. 59. contra astronomos. Secundo errat pro quanto vult locum esse virtutẽ fundatam in superficie. Primo, quia Arist. accepit consensum locum esse æqualẽ locato, modo talis virtus non est æqualis, nec inæqualis locato. Secundo, quia consensum accipit locum continere: modo virtus illa nõ continet, contra etiam ipsum est Auer. cõmen. 1. & Themistius per totum. Debes scire ꝙ corpora naturalia possunt dupliciter considerari, vt corpora, & vt naturalia: ita locus potest esse corporis, vt corpus, & vt naturale. Tũc dico, pro nunc, ꝙ locus vt est corporis, vt corpus est ipsa superficies tantum: vt vero est corporis naturalis, vt naturale, est virtus siue respectus, siue aliud tale: vt dicemus, & hoc modo loca differunt specie, vt corpora ipsa, & diuiduntur per differentias positionis diui- D sione corporum naturalium. Arist. itaq; locum hic definit quatenus est corporis absolute, non autem quatenus est corporis naturalis. Sed dices Aristote. definit locum vt terminus motus localis: igitur vt est corporis naturalis. Dici potest, ꝙ definit locum vt terminũ motus, non quidem naturalis, aut violenti, sed vt terminus motus. ideo definit locum vt terminus corporis moti, vt abstrahit à natura & violẽtia. Qua ratione supficies ipsa esse potest locus. Tunc ad primam dico ꝙ superficies est vt genus loci, & non species. nã Arist. in prædicamentis enumerauit locum pro interuallo vt erat famosum. Ad secundum dico, ꝙ ponitur subiectum videlicet corporis continentis, accidens enim in abstracto definit ꝑ subiectũ in obliquo, vt symmitas est cauitas nasi. Ad tertiũ & ad similes dicendũ locũ esse naturalem & proprium, & id genus, vt est terminus corporis

Confutatio.

Propria solutio ad rationes Ioan.

Replica.

Solutio.

Quid sit locus & mathematicus, & naturalis & conditiones loci. Vide can q. 1. huius ar. 2. et Burle. hic, & multa ibi. De immobilitate loci. Prima pō. An locus sit mobilis. Vide can. ibidem. ar. 3. & Iandu. q. 6. huius & Alb. de sax. q. 3. huius. Argumēta cōtra positionem primam.

naturaliter moti. Ex ijs patet genus loci vt hic definitur esse quātitatem. Hæc de genere. De materia vero loci: de forma, de fine, & efficiente, per hæc satis patet. Est enim loci materia corpus ipsum continens: quicquid sit illud, est enim illius accidens, atq; forma, vt Auerro. dixit per totum. Forma vero loci potest esse respectus vniuersi de quo statim, aut virtus illa Ioannis, quæ non est forma loci, vt locus corporis. sed vt locus corporis naturalis: finis vero loci bifariam est respectu corporis vt moti, est esse terminus continens illud, respectu corporis vt naturaliter moti est conseruare: efficiens vero est corpus contentum, nisi enim esset aliquod contentum, nulla esset superficies caua. Hæc de ipsius loci causis. Restat de immobilitate quædam transigere. Expositores locum esse immobilem aiunt quo ad suum formale. Est formale ordo vniuersi, hic autem ordo cū sit stabilis: rationabiliter locus dicitur immobilis omnino & simpliciter. Contra hanc positionem obijciunt iuniores. Primo ꝙ possibile est saltem apud imaginationem vniuersum cœlum, terra fixa, moueri versus alteram cœli regionem motu recto: quo in casu, ordo mutatur, loco rei non mutato. Secundo illud formale cum non sit substantia, erit accidens subiectiue existens in locante superficie, sed potest continuo esse alia superficies: igitur alius ordo continuo. nam subiecto resoluto etiam accidens necesse est mutari. Quare sicut cōtinuo est alius & alius aer. ita alius & alius ordo. Ceteræ rationes ad has reducuntur. Hæc positio potest defendi ab ijs. vbi primo est animaduertendum, ꝙ accidēs est duplex, quoddam dependens inesse & conseruari à subiecto, vt quæ in subiecto insunt per causam intrinsecam in subiecto, quoddam inest subiecto, nō propter subiectum, sed propter rationem extrinsecā, vt lumen inest medio per rationem corporis luminosi, & hoc pōt migrare de subiecto in subiectum, & remanere idem numero: donec id à quo dependet manet idem numero. Secundo animaduersione dignum ꝙ respectus vniuersi potest accipi dupliciter, secundum naturā: & ſm rationem quantitatis: quo fit vt vna sit eademq; distantia ad polos, si cœlum mouetur versus vnam partē, quæ si quiesceret quantitatiue sumendo polum vt terminus quidam elongatus à re sub tanto interuallo. nam licet mutentur poli corporis naturalis, non tamen sphæræ, vt quantæ, & per considerationem mathematicā. Tūc ad rationes. Ad primam dico, ꝙ illo casu mutabuntur poli naturales, non autem poli imaginarij: & propterea res restabit adhuc in eodem loco formali. Ad secundū dici potest, quod illud formale manet idē numero in diuersis subiectis: quoniam non dependet à subiecto, sed à ratione intrinseca, cū sit relatio quædam quæ dependet à fundamento & termino, & cum maneant eędem causæ: ideo eadem relatio, & sic defendi pōt. Alij voluere ꝙ locus est immobilis, pro vbi, non vt locus.

Secunda positio. Confutatio.

Nec hæc positio placet. Primo quia locus hic definitur vt locus: igitur vt locus suapte est immobilis. Secundo quæro de vbi, aut est substantia, aut accidens, & arguatur quomodo ipsi arguunt cōtra locum formalē. Propterea dici potest. quod locus potest considerari vt locus corporis moti absolute, & sic vult esse immobilis: alio modo vt terminus corporis naturaliter moti, & sic vult esse etiam immobilis. Primo modo est immobilis secundum rationem, quia quotiens accipitur, inuenitur vt idem: licet sit alius secundum rem. Secundo modo dicas vt prima positio ꝙ est immobilis quo ad for-

Pō propria.

E male: mobile quo ad materiale. Hæc sufficiant pro nūc ꝙ si aliter occurret, alias dicam.

RECOGNITIONES.

IN commētarijs hic textus bene exponitur, verum non recedendo ab expositione illa dicamus Aristotelem primo concludere concauum cœl lunaris, & concauum terræ continens medium mūdi, esse loca maxime iuxta existimationem vulgarium, simulcum hac concludere concauum cœli locū esse maxime supremum, concauum vero terræ centrum cōtinens maxime imum, & hoc pacto Themistius exponit, non.n. per medium cœli cētrum Themistius intelligit, sed concauum terræ medium mundi complectēs: hunc enim locū maxime infimū vulgus existimat, cum ibi manes & subterranea regna esse existimat, nec dissonat ra-
F tioni: vt postea dicemus, & Plato concedit. Quod quidem hęc duo maxime loca sint, ex eo patet: quia vterq; videtur immobilis. Quod vero terræ concauum maxime imus locus sit, Lunæ vero concauum supremus, ex eo probat, quia ad concauum terræ mouentur simpliciter grauia. ad cœli concauum simpliciter leuia. Inquit, & propter hoc medium cœli scilicet concauum terræ centrum mundi continens, & vltimum ad nos circularis lationis vtpote lunaris orbis concauum: videntur esse supple maxime loca apud vulgares, & maxime proprie hoc quidem sursum, illud vero maxime deorsum: Quod quidem maxime propria loca videantur secundum vulgares, probat: quia hoc quidem scilicet concauum terræ semper manet, circuli cœlestis vltimum similiter se habens manens est, verum vt Themistius inquit, concauum terræ reuera immobile est,
G concauum Lunæ immobile esse iudicat sensus, quo nō videmus recedere ab eo, in quo est. Quod vero concauum terræ sit maxime deorsum locus, & cōcauum vltimi cœli scilicet lunaris maxime sursum, probat: cum inquit, quare cum quod leue quidē est, feratur sursum natura, quod vero graue est, deorsum: sequitur vt id quod est finis continens ad medium scilicet concauū terræ, quæ est vltima superficies continens ad mediū, vel ipsum medium, deorsum est maxime proprie, & est ipsum medium, dicitur enim terra medium mundi, diuisibile tamen: centrum vero medium indiuisibile, qd' vero est ad vltimum, sursum maxime est, & ipsum vltimum. Quo vero ad verba attinet, debet stare, terrā ipsam, siue terræ concauum, quod continet centrum, licet vocasset deorsum locum, & ipsum mediū est deorsum, quia ad ipsum grauia feruntur, est medium diuisibi-
H le: indiuisibili enim medium centrum est: & dixit idem esse medium, & deorsum, quia posset quis dicere deorsum esse centrum & medium esse terrā, propterea addit pro modo nullam esse differentiam inter medium & locum deorsum, quia concauū terræ est locus deorsum secundum vulgares, & reuera medium mundi, licet diuisibile: & ne quis credat aliud esse locū sursum, & vltimum, addit idem esse vltimum & locū sursum: & si dices vltimum esse cōuexum primi mobilis, negandum est, quia vltimum & supremum idem est, at conuexum illius cum sit extra mundum inferiorē, nec sursum est, nec deorsum vt libro de Cœlo dictū est: ne igitur aliquis credat aliud esse vltimum siue supremum & locum maxime sursum: dixit illa idem esse. Hinc deducit secundū cū inquit, & propter hoc videtur planū, id est superficies quædā esse locus sicut & vas, & cōtinēs

nec

nec sequeretur istud secundum, nisi per medium cœli, quod est vltimum & medium & maxime deorsum. intelligeret non centrum, cuius nihil est continere, sed potius contineri, sed concauum terræ centrum continens. Infert & tertium. d. simul cũ re locata & locus est, cuius causam quia simul cum finito est finis: modo locatũ est finitum, & eius finis saltem externus locus est, ergo simul sunt, quod nisi intelligeret concauum terræ, minime esset verum. Sed quęres vtrum concauum aquæ sit locus terræ an centrum. Auerro. enim probat non concauum aquę esse locum terræ, quia tunc terra moueretur ad aquam vbicunq; poneretur. Auer. hic duo dicit, quorum vnum est Aristotelem per medium cœli intelligere centrum: à quo leuia simpliciter feruntur. dicit etiam locum terræ non esse concauum aquæ, alioquin terra moueretur ad aquam vbicunq; poneretur. Primum q Auer. dicit, stare non potest, quia tunc ex illo non inferret Arist. locum esse concauam superficiem corporis continentis vasi similem, nisi in præcedenti per medium cœli intellexisset concauũ terræ centrum continens, secundum quod dicit, est dubium: nã Aristo. primo Meteoro. alterum elementum locat per alterum, & Auer. met hoc asserit cõpluribus locis. Potest tamen dici elementa bifariam considerari, aut quo ad eorum naturam particularem, & sic alterum per alterum locatur, & hoc propter similitudinem in altera qualitate. etiam hoc modo alterum ad alterum mouetur, vt aqua ad concauum aeris, & aer ad cõcauũ ignis, & ignis ad cœlum: aut considerari possunt quo ad naturam vniuersalem, & hoc modo omnia mouẽtur ad centrum, & omnium locus est cẽtrum, signum autem, quia vbi terra remoueretur à centro, ne detur vacuũ, ad illud aqua moueretur, & vbi aqua recederet ab eodem, simili causa ad illud moueretur aer, & ita ignis, & cœlum: & hoc quia mouetur secundum ordinem naturæ vniuersalis. similiter cum mouentur circulariter, locantur per centrum, quia mouentur secundum ordinem naturę vniuersalis: vt tenet Auer. ex quo patet sol. cum enim Auer. ait, terram locari per centrum si intelligit secundum ordinem naturæ vniuersalis, recte ait: si intelligit secundum ordinem naturæ particularis falsum est. Ad argumentum patet solutio, non enim oportet terram moueri ad aquam vbicunq; illa poneretur, cum non moueatur ad illam nisi secundum ordinẽ naturæ particularis, terra enim non amittit ordinem vniuersalis naturæ, vt seruet ordinem naturæ particularis: ideo potius ad cẽtrum quam ad aquam moueretur in eo casu. Præterea Auerroes illa verba amplius simul cũ re quodammodo & locus est, non bene exponit: dicit enim locũ & locatum esse simul simultate relationis. quod nunquam Aristoteles somniauit: probat enim in textu ea simul esse, quia finis simul est cum re finita, cuius ipse finis est, quę probatio nõ intelligitur de simultate relatiua. Exponit etiam alter locum & locatum esse simul quo ad permanentiam, quod minime placet, cum causa quam Aristote. illius simultatis affert, huic non cõueniat. Propterea loquitur de simultate contiguitatis: nam locus est finis locati externus, & ideo dixit ea esse simul quodammodo, quia nõ sunt simul continuitate, sed contiguitate. De immobilitate loci magna questio est, nec dum resoluta in cõmentarijs: expositores enim dixerunt locum esse immobilem quo ad eius formale, quod est ordo, quem tenet superficies locans ad vniuersum hoc est ad polos, & cẽtrum. Hic autem ordo quoniam est stabilis: nõ ab ratione locus immobilis dicitur, atq; simpliciter inuariabilis. Hæc positio refellitur à iunioribus, & optime in commentarijs defenditur, & quia iuniores hanc refutarunt, dixerunt locum esse immobilem propter æquiualentiam: nã recedente vna parte aeris vel aqua à naui, quæ est in fluuio, succedit illi æquiualens, & sic est vnus numero locus & immobilis per æquiualentiam. Sed positio videt̃ incidere positionem expositorum, q̃ reprobat: quæramus enim cur aqua succedens æquiualet in locando priori aquæ, aut quia est eiusdem speciei, cum priori, & tunc omnia corpora, quæ essent in aqua, essent in eodem loco numero: quia omnes aquæ sunt similes in specie, quod est ridiculum, vel quia aqua secũda succedit primæ in eadem ratione locandi, & tunc illa ratio locandi est formale in loco, quæ esse non potest nisi respectus ad aliquid fixum, & sic incidũt in positionem expositorum. In cõmentarijs concordabamus has positiones: nam locus dupliciter cõsiderari potest, aut vt est corporis moti absolute quouis motu, aut vt est corporis moti naturali motu. Tunc dicebamus locum primo modo esse immobilem secundum æquiualentiam: nam ad hoc, vt superficies aquæ locet nauim, sufficit, vt sit eadem per æquiualentiam, & ita per æquiualentiam locus ille vnus numero æquiualenter est immobilis: loci vero, vt est terminus, & cõtinens corpus motum naturali motu, dicebamus esse simpliciter immobilem propter vnitatẽ numeralem respectus: nam licet superficies locans sit alia, atq; alia, respectus est vnus numero simpliciter. Sed reuera hæc concordia est ambigua, quia adhuc occurrit illa difficultas quæ contra iuniores occurrebat, quæremus enim cur secũda aqua æquiualet primæ, & cum non propterea quia est eiusdem speciei, oportet dicere eã priori æquiualere, quia succedit illi in eodem respectum subiens, & sic remanebit quæstio, quæ cõtra iuniores inducta est. & ita de quouis motu loquamur, & de loco cuiuis mobilis: semper immobilitas videtur ipsi competere per respectum ad aliquod fixum. Quare locus quisuis immobilis esse non potest simpliciter, nisi quo ad eius formalẽ: diximus etiam quandoq; de mente Auer. locum posse intelligi esse immobilem dupliciter, vel simpliciter, vel secundum quid, & propterea dicebamus nõ esse de loci ratione, vt sit simpliciter immobilis, sed secundum quid, vel quia simpliciter nõ mouetur, vt centrũ mundi, vel quia non mouetur eo motu, quo mobile ad ipsum mouebatur, vel ea velocitate, vel quia secundum aliquid sui est immobile, veluti locus nauis existentis in fluuio: hic enim locus non mouetur secundum omnem eius partem, quia secundum eam, per quam locatur à superficie terræ, vel alicuius fixi, & hoc pacto intelligendo Auer. proximo commento non recurrit ad locum formalem. Sed nec hæc positio placet: possibile est enim in aere vel aqua firmari animal, cuius aer vel aqua mouetur: vt patet de pisce in aqua, & de aue in aere, vbi continue alia est superficies, & tamen mobile nõ dicit̃ moueri f̃m illã. Ergo oportet aliunde immobilitatem accipere in loco, cur. n. piscis in medio fluuij stans dicitur stare in eodem loco: non enim quia stat in eadẽ aqua f̃m spẽm, quia sic oẽs pisces starẽt in eodẽ loco numero. ergo quia stat in eodẽ respectu ad aliquid fixum, & ita locus dicetur immobilis quo ad eius formale: licet quo ad eius materiale moueat̃ cõtinuo. Quare pro nunc dicerẽ locũ esse superficiẽ cõtinentis corporis

poris cõtento corpori æqualem, per ſe immobilis, hoc eſt, vt ſtat ſub reſpectu ad centrum & ad polos mundi. Hoc enim intelligit per immobile per ſe, & per talem reſpectum innuit loci immobilitatem: nam immobilitas loci eſt reſpectus ſuperficiei continentis ad cẽtrum & ad polos, & per talem reſpectum locus differt à ſuperficie: nam ſuperficies nõ includit talem reſpectum, locus vero includit, cum locus ſuperficiei ſuperaddat immobilitatẽ, quæ eſt iſte reſpectus cauſaliter, vel conſecutiue. Ex quo ſequitur Ariſt. feciſſe mentionem de hoc reſpectu, qui eſt formale in loco, quia loquens de immobilitate locutus eſt de iſto: cum dixerit, ſuperficiem corporis continentis æqualem locato immobilem per ſe eſſe locum, hoc eſt inquantum eſt inuariabilis: modo talis inuariabilitas reſpectus eſt ad aliquid fixum ſaltem conſecutiue: hæc pro nũc ſufficiant, quia ſi aliter occurret, aliter dicam.

DIL. V C. *Id igitur corpus extra quod aliquod eſt corpus ipſum continens, ipſum eſt in loco, quod uero non ita ſe habet, non eſt in loco. Quocirca ſi aqua fieret tale: partes quidem ipſius mouebuntur: cũ ab alia contineatur: at uniuerſum uno quidem modo mouetur, alio uero non. Quo quidem enim uniuerſum eſt, ſimul locum non mutat, ſed quo circulo fertur: nam partium hic locus eſt quæ ſurſum & deorſum non mouentur. Verum quedã circulo mouentur. Alia ſurſum & deorſum: ueluti quæ denſitudinem & raritudinem habent.*

ANT. *Cui quidem igitur corpori ineſt aliquod corpus extra continens ipſum: hoc in loco eſt. Cui uero non: minime. Vnde & ſi aqua fiat huiuſmodi: partes quidem mouebuntur ipſius: continentur enim ab inuicem. Omne autem eſt quidem tanquam mouebitur, eſt aũt tanquam non. ſic quidem enim totũ ſimul locũ non mutat. Circulo aũt mouebitur: partium enim hic locus eſt, & ſurſum & deorſum non. Circulo autẽ quædam: alia uero & deorſum & ſurſum, & quæcunq; habent denſitatem & raritatem.*

Ex dictis infert quæ corpora ſint in loco, quæ vero non, & vult id corpus eſſe in loco quod habet corpus extra ſe continens, vt corpora recta, id vero quod corpus extra non habet, nõ eſt in loco, vt vniuerſum. Hoc ſequitur ex dictis, quia locus eſt finis corporis cõtinentis. Sed dices, poteſt cœlum locali motu moueri, ſi caret loco? Reſpõdet. ꝙ de cœlo eſt dicendũ, vt de aqua ſi ad exemplum cœli conſtitues, ideo inquit, quocirca ſi aqua fieret tale partes quidem mouebuntur, cũ alia ab alia contineatur, & ita ratione partium erit in loco: vniuerſa vero cũ non moueatur nõ erit in loco, exemplum applicat ad rẽ, & inquit: at vniuerſum vero quidem modo mouetur, alio vero non, quo quidem enim vniuerſum eſt, non mouetur, atq; ſimul locum nõ mutat, ſed quo circulo fertur: nam vt ſic ſecundum partes locum mutat, & partium hic locus eſt, quæ ſurſum & deorſum non mouentur: tamen partium vniuerſi penes motum talem ponit diuiſionem dicẽs. verum partium vniuerſi, quædam circulo mouẽtur vt ſphæræ & globi, aliæ ſurſum & deorſum, veluti quæ denſitudinẽ vt grauia, & raritudinem vt leuia habẽt. Sic igitur vniuerſum quo vniuerſum non eſt in loco, ſed eſt ipſe locus: quo vero per partes mouetur, eſt per partes in loco. Hęc eſt expoſitio Themiſtij & ſatis textui cõmoda.

Comm. 43.

{Cum declarauit} Iſtud commentum primo exponit textum. Secundo ibi {Et ideo partes.} Deducit vnã

E diuiſionem ex qua mouet quæſtionem difficilem. Prima pars patet. {Et ideo partes.} Facit nunc Auer. diuiſionem, ꝙ partes mundi tribus modis moueri poſſunt: nam quædam circulariter mouentur vt ſphæræ, quædam ſurſum vt leuia, quædam deorſum vt grauia. Ex hoc apparet ſolutio cuiuſdam quæſtionis, & dubitatio in alia: quo quidem modo vniuerſum ſit in loco patet: quia huiuſmodi partes, quo vero ſphæræ contentæ infra octauam ſint in loco, etiam patet: quia per ſphæras continentes, reſtat vt difficultas ſit in octaua ſphæra, ſi illa non habet alium motum proprium præter diurnum, quod dicit propter Ptolemæum, qui octauo cœlo tribuit alium motum præter diurnũ, ſed tunc quæſtio vertetur in nona: vt in octaua, cauſa dubitationis eſt, quia videmus ipſam moueri: igitur aut ipſa mouebitur & non eſt in loco, aut vltra ipſam oportet ponere vacuum quæ ſit illius continens. {Ioannes vero.}

F Narrat poſitionem Ioã. Grãma. & vult ꝙ Ioannes coactus hac ratione dixit octauum cœlum eſſe in loco per vacuum, non per finem continentem, vt dixit Ariſto. — Pō Io. Grãmatici. Vide Land. q. 9. ...

{Licet apud.} Contra obijcit, primo quia contradicit ſibi, nam vacuum ſeparatum nõ ponit, ſed bene vacuũ imbibitum corporibus, cum velit corpora cõponi ex pleno & vacuo cum Democrito. Modo ſi octauum cœlum eſt in loco per vacuum extra ipſum: tunc dabitur vacuum ſeparatum, quod ipſe negauit.

{Et Ariſt.} Secundo Ariſtoteles poſtea dicit cœlum & animam eſſe in loco per accidens: arguo igitur ſic, ſi cœlum eſſet in vacuo: cœlum eſſet in loco per ſe. igitur contra Ariſt. per hæc patet error poſitionis Ioãnis: propter hoc ſubdit omnes expoſitores dubitaſſe.

{Themiſtius.} Nũc narrat poſitionẽ Themiſtij, qui — Pō Themiſ.

G de vniuerſo mundo vult ipſum nõ eſſe in loco per hoc ꝙ continetur à loco, ſed per partes, quas continet. Huius rationem affert, quoniam vt mouetur: ita eſt in loco, ſed vniuerſum mouetur per partes: igitur eſt in loco per partes. Hæc de vniuerſo Themiſtius ſentit.

{Sed quia corpus} De orbe vero ſtellato primo extra quem nihil eſt, ſic Auer. Themiſtium ſentire ait: ꝙ videlicet ſit in loco per partes intrinſecas concaui ſui, quibus conuexum Saturni orbis contangit. Huius rationem affert, quia vt mouetur, ita res eſt in loco, ſed partes illæ mouentur circa conuexum Saturni: igitur per illas erunt in loco. Sed dices contra, quoniam Saturni conuexum continetur in octaui orbis concauo: igitur non continet illud, & ita non poterit eſſe illius locus, huic quaſi reſpondens inquit, quaſi circundans ipſas: licet ſit intra, vult dicere ꝙ conuexum continet & continetur à concauo ſupremi, qđ poteſt intelligi pro

H tanto, quia conuexum Saturni, vt eſt totius orbis Saturni continet partes illas per rationem totius orbis Saturni: at continetur à concauo, vt eſt orbis ſtellati maximi. Orbis enim Saturni eſt maior ſolo concauo ſtellati, & ita habendo reſpectum ad orbem Saturni totũ conuexum illius continere dicitur concauum ſtellati. Habendo vero reſpectum ad ſtellatum totum concauum eius continet conuexum Saturni. {Et hoc idẽ.} Sed dices octauus orbis põt habere duos motus, diurnum, & proprium, diurnum ſecundum opinionẽ Ariſ. qui motum proprium ſtellarum fixarum non percepit ſuo tempore: proprium ſecundum poſitionem Ptolemæi & Thebitij, qui motum ſtellarũ fixarum propriũ obſeruarunt ab occidente ad ortum: igitur penes quẽ horum motuum partes concaui locabũtur per partes

conuexi

conuexi Saturni? Respondet, ꝙ vno & eodem modo est sentiendum, tam.n.penes motum proprium, quã penes motum diurnum orbis stellatus circuit conuexum Saturni, igitur vtroque modo erit in loco per illius conuexum.

{Si dixerimus.} Sed adhuc dices. posito ꝙ motus stellæ sit alius à motu orbis, vt multi autumant de Luna propter consimilem maculæ apparitionem, opinãtur.n.quia macula apparet semper eodem modo, Lunam moueri in propria concauitate, & ita de stellis dici potest. Si igitur est ita, quid est dicendum? Respondet, ꝙ absolute est dicendum orbem stellatum esse in loco per partes sui concaui, quibus contangit conuexum Saturni: vbi oportet negare talem stellarum motum. Sed si stellæ proprijs motibus mouerentur: tunc dicendum ꝙ orbis stellatus est in loco dupliciter: per partes concaui quæ sunt in conuexo Saturni, qm̃ secundum illas mouetur, & per stellas ipsas quæ sunt in suis concauis, quia etiam per illas dicitur moueri. Omne.n.ꝙ partibus competit: toti competere videtur vt diximus. Et hoc est intelligendum vt addit: siue motus diurnus sit orbis stellati tantum ſm opinionẽ Aristo. siue sit totius orbis congregati ex omnibus cœlis, vt Ptolemæus, qui vniuerso præbet motum diurnum à motore primo, octauo vero proprium in centũ annis parte vna ab occasu in ortum à motore proprio: vtroq; enim modo est in loco per concauum.

{Et in hoc quod.} Cum imposuerit hanc positionẽ Themistio: nunc refellit illam. Primo, omnes partes octaui orbis mouentur & sunt in loco per Themistiũ. vniuersus orbis est suæ partes: igitur vniuersus est in loco. Cuius contrarium dixit, non totum dicens esse in loco: sed partes. Sed dices, nõ omnes partes esse in loco, sed solum concauas: modo totum non est solæ partes concauæ, & ita maior & minor sunt dubiæ. Potest replicari omnes partes cœli mouentur, quoniam cœlum mouetur secundum se & quodlibet sui: sed res vt mouetur, ita est in loco, vt dixit Themistius: igitur cœlum secundum omnes partes, erit in loco, & cũ ipsum non sit aliud quàm omnes suæ partes, argumentum stabit vt prius.

{Et etiam videmus} Secundo arguit authoritate Aristo. contra fundamentum Themistij sic, vt res mouetur est in loco: sed per Arist. 6. huius, cœlum mouetur secundum locum ſm totum & ſm partes contra Zenonem: ſm totum quidem mutando formam, ſm partes vero mutando formam & materiam, & ita opinio Themist. nulla, cum ait, cœlum per partes locari quoniam per partes solum mouetur.

{Si igitur aliquis dixerit} Obijcit. sibi Auerro. quia Aristo. in litera ait, cœlum non moueri ſm totum, sed ſm partes iuxta quas locatur, in Sexto vero ait ipsum moueri ſm totum: igitur est contradictio. Tum inter Aristot. & Arist. Tum inter ipsum & Aristotelem. Respondet ꝙ Arist. in litera loquitur de vniuerso mũdo, vt etiam Them. sentit: vniuersum.n. ſm se totum simul non mutat locum, sed ſm partes, & qm̃ in eo sunt nõnullæ partes quæ circulo ferũtur, aliæ quæ sursum, aliæ quæ deorsum: ideo & totum ratione partium moueri dicitur circulo, & motu recto, qua ratione etiã & partes locari dicitur.

{Et etiam ſm expositionem} Mouet Auer. dubitationem in dictis Themistij, & respondet per dicta sua, & replicat contra responsionem. Dubitatio est, quia

A Arist. ait postea cœlum esse in loco per accidens, sed per accidens distinguitur contra esse tale per partes: igitur cœlum non per partes est in loco. Respõdet de mente Themistij ꝙ Aristo. confundit ipsum per accidens pro eo quod est ſm partes, & ita in litera idẽ est esse tale per partes, & per accidens. Contra obiicit Auer. quia tunc deberet esse hæc confusio quãdo saluari non posset cœlum esse in loco per accidens & per partes dissimili modo, sed quia potest saluari vtrunq;: igitur non est confundendum vnum pro altero, quo vero possit saluari, posterius dicet, nunc satis.

{Auempace vero} Narrat positionem Auempaces præceptoris, qui dixit ꝙ differt corpus rectum à corpore sphærico: nam sphæricum locatur, per id quod continet, & per id circa quod reuoluitur, corpus rectũ per id à quo continetur. Et si dicitur ꝙ hæc ratio loci B est contra Aristo. qui non sic definit locum. Respondet definitionem Aristotelis esse de corporibus rectis solum: non autem vniuersalem de omnibus. Causam vero differentiæ affert talem, quia corpus rectũ est imperfectum: ideo indiget vt finiatur ad aliquod extra se, sphericum vero est perfectum Secundo cœli: ideo finitur per se, & non eget aliquo exteriori quo finitur. Huius quoq; etiam ratio assignari potest, qm̃ linea circularis est perfecta & non potest accipere additionem aut diminutionem vt sic, linea vero recta potest: nam si est decem palmorum addi potest vndecimus, & effici longior. Infert ad mentem eius tria. Primum est, ꝙ sphæra quælibet est in loco per se, quia in eo loco qui comprehendit sphæram, in eo ꝙ sphæra: vtpote in contẽto ab ipsa. Secundum ꝙ est in loco per accidens: capiendo locum pro continente, quia accidit vt contineatur, & ita per accidens erit in loco. Tertium est, ꝙ C omne corpus erit in loco per se: nam rectum est in loco per se continente, sphæra in loco per se contento: igitur omne corpus erit per se in loco. Hanc positionem accepisse Auẽpacem ait ex Alpharabio.

Põ Auẽpace.

An primũ cœlum sit in loco Vide Sco. q. 2. quol. art. 1. Vide & cano. q. 2 huius. & Cursum part. q. 1. huius. & Lu. q. 9. huius. Vide & Gae. te. 43. huius. Et Grattadeũ. Fscu. te. 7. huius. & Egi. te. 46. multa.

{Et cum ita sit.} Contra Auempacem arguit. primo quia Arist. accepit id corpus esse per se in loco, qđ habet extra se corpus continens, quod vero nõ habet dixit non esse per se in loco, & conclusit per hoc cœlum non esse in loco per se, quia caret continẽte. Modo si positio Auempaces esset ita, tunc consequentia Arist. nulla esset: quia stat corpus non habere continens, & esse in loco.

{Apparet enim ex} Secundo Aristo. ait esse aliquid in loco tribus modis, per se, vt recta, per accidens, vt rotunda, per partes, vt vniuersum: modo si positio D Auempaces est vera, nihil erit in loco per accidens in corporibus, & ita tolletur vnum membrum, & non concedentur duo tantum.

{Nos autem} Tertio locus est æqualis, hoc est continens omnem superficiem locati, & totum ipsum locatum, sed superficies conuexa inferioris nõ est æqualis, hoc est non continet omnem superficiẽ octaui orbis, qm̃ non conuexum illius: igitur non potest dici locus. Sed dices, si locus esset æqualis omnibus superficiebus locati esset penetratio. Respondet ꝙ æquale est bifariam ſm continentiam, qua ratione circulus dici potest, per continentiam æqualis quadrangulo. Secundo modo aliquid dicitur æquale ſm mensuram, quõ corpus corpori, & supficies & supficiei est æqualis. Tũc vult locũ esse æqualem locato, & omnibus superficiebus ſm continentiam, qm̃ nihil est in contẽto & lo-

& locato, quin illud contineatut in loco, non autem secundum commensurationem, quia tunc fieret penetratio. Ex iis patet ratio, cum enim connexum inferioris hoc modo non posit esse æquale orbi octauo, non potest esse illius locus, nisi detur orbis adhuc superior: de quo esset similis quæstio.

{Et hoc apparet.} Quarto arguit: locatum est in loco: vt aqua in vase, vt dicitur in litera, sed octauus orbis non est in inferiori vt aqua in vase. igitur superior non erit in inferiori vt in loco: propterea concludit ꝙ potius octanus est locus septimi. cum ei cõpetant conditiones loci, videlicet continentia & ęqualitas, & esse in ipso vt aqua in vase, & ita conuexum inferioris non potest dici locus, aut cõtinens superiorẽ nisi ęquiuoce.

{Hoc igitur totum.} Vltimo concludit. ꝙ expositio Auempaces est contra Aristot. quoniam definitio loci tradita ab Arist. non potest conuenire locis rotũdi & recti corporis, & ita erit diminuta.

Po Aurr. {Nos autem} Nunc narrat positionem propriam, & sumit tria pro antecedẽte, & infert positionem pro consequente. Primum, ꝙ sicut est fixum ſm totum, ita est quiescens: est igitur Primum, cœlum octauum esse semper fixum & quiescens, qm̃ semper ad centrũ terræ seruat æqualem habitudinem, atq; inuariabilem distantiam. Secundum. cœlum octauum quiescit propter quietem centri, quod continetur à terra: hoc patet, quia pro tanto dicitur cœlum quiescere, pro quanto seruat ad centrum semper æqualem habitudinem. Tertium, centrum quiescens siue sit terra: siue aliud in medio est in loco essentialiter. Ex iis infert cœlũ octauum esse in loco intransmutabiliter per accidẽs, quia centrum eius est in loco per se: id enim competit per accidens alicui, quod inest illi propter aliud, cui inest per se. modo centro competit esse in loco per se: igitur cœlo octauo per accidens. Hanc ait esse Arist. mentem: cum inquit. cœlum octauum in loco esse per accidẽs, hoc est propter aliquid, quod est in loco per se.

{Vtrum vero} Monet quæstionem quã transmittit in sextum huius, videlicet vtrum cœlũ moueatur vel fuerit motum aliquando in locum quem habet. Respondet, ꝙ de hoc dicemus postea, vbi dicetur aliquid mutare locum ſm partes, & ſm totum, & rursus ſm totum dupliciter secundum formam, & ſm materiã: ideo vsq; in tempus illud omittit.

{Est igitur.} Ex ijs concludit ꝙ cœlũ illud est motum & quiescens in suo loco per accidens, videlicet propter centrum, quod est in loco per se: est quidem motum ad centrum, siue circa centrum ſm formam, est vero quiescens ſm materiam, & per hæc verificat omnia dicta Aristo. vt exemplum de aqua, & insuper patet: omne corpus, & omne motum esse in loco, quia saltem per accidens, aut per se. Tertio patet, ꝙ motũ quoddam mouetur ad locum vel circa locum accidẽtalem, quoddam circa locum vel ad locum essentialem. Quarto patet, ꝙ omne corpus tam respectu motus, q̈ respectu quietus, dici potest esse in loco. Quinto apparet, ꝙ vniuersaliter omne corpus est in loco: cuius cõtrarium ait Alex. vt dicetur. Sexto patet corpora esse tribus modis in loco per se ſm partes, & per accidens, quod expositores intelligere non poterant.

{Sed quæritur.} Mouet quæstionẽ contra se, quia si cœlum est in loco per accidẽs. igitur mouebitur per accidens. Respondet, & dicit primo, ꝙ omne qđ mouetur, indiget quiescente supra quod, vel sub quo, aut

E circa quod mouetur, vt Aristot. in libro de causa motuum animalium inquit, quod intelligũt tale esse quiescens, aut simpliciter, aut quiete opposita motui, aut non tanta velocitate moueatur. Dicit secundu, ꝙ tale quiescens necessarium ad rem motam potest esse dupliciter, aut locus per se, quando fuerit continens rem quæ mouetur, vt in motu recto, & corporibus rectis. aut locus per accidens, vt si circa ipsum fiat motus cœli faciunt. Tunc ad formam respondet ꝙ aliquod põt per se moueri, & non esse per se in loco, hoc est & non esse in loco continente ipsum, veluti cœlum mouetur, & non ad locum continentem cœlum, sed circa locũ. Hoc probat, quia ea mouentur ad loca continentia, in quibus quiescunt propter symbolum, vt aer ad concauum ignis propter symbolum in altera qualitate, & fugit à loco propter contrarium: sed cœlo nihil est sym-
F bolum, neq; aliquid est sibi contrarium: igitur moueri non potest ad locum continentem ipsum. Hinc patet ꝙ elementa mouentur ad loca per se, vt ad loca cõtinentia, qm̃ habent & symbolum & dissymbolum, corpora cœlestia mouentur non ad locum continentem: sed circa quiescens, quod est locus per accidens.

{Et hoc quod.} Sed contra qm̃ nõnnulli cœli videntur esse in loco per se continente vt cæteri infra octanum. Respondet ꝙ illud est cõneniens eis per accidens, & non per se.

{Alex. vero.} Nunc narrat positionem Alexandrĩ, qui de orbe stellato duo sentit. Primum ꝙ nullatenus sit in loco, & hoc probat, quia quomodo monetur, ita est in loco, modo cœlum illud non monetur per se, nec per accidens, nec per partes, nec ſm totum, nec secũdum partes: igitur supremum cœlum nullo modo est
G in loco, ꝙ non moueatur per se patet, quia nec per se ſm totum, nec ſm partes: ſm totum quidem nõ, quia nõ mutat locum ſm totum, ſm partes vero minime: primo quia illæ non sunt diuisæ à toto, quod requiritur ad hoc vt aliquid moueatur: secundo quis totũ est quiescens, & impossibile est partes per se moueri toto quiescente. Quod vero non moueatur ſm totum per accidens, primo quia aut moueretur ſm totũ per accidens, aut ſm partes, non ſm totum, quia totũ non mutat locum: nec ſm partes, quia quod mutat locum secundum partes: non mutat locum, per accidens secũdum partes. secundo partes cœli non sunt diuisæ à toto vel inter se, neque in actu, neque in potentia: cum nunquam distinguantur, nec distingui possint. Illa vero quæ mouentur per accidens sunt distincta actu vel potentia.

{Et propter hoc.} Secundum quod Alex. sentit, est
H ꝙ illa cœli octaui variatio, non est translatio: sed fortasse est circulatio, siue variatio in situ.

{Et dicit.} Sed dices. igitur aliquod corpus naturale esse posset in loco. Respondet ꝙ corpus, nec est locus essentialiter, nec in loco essentialiter, neq; ẽ contra: cum neq; locus in definitione corporis, nec corpus in definitione loci ponatur, & locus sit prorsus extrinsecus à locato: cum sit in continente, & non in contento.

{Et nos dicimus.} Contra obiicit, & primo respondet rationi suæ, dicens. ꝙ licet non sit de ratione corporis vt corpus esse in loco, est de ratione corporis vt moti, quare cum cœlum sit corpus & motum, omnino erit in loco, aut per se, aut per accidens. Secundo arguit, quod moueť localiter: de necessitate est in loco. cœlum

cœlum octauũ mouetur localiter vt supponit ad mentem Aristo.igitur oportet vt sit in loco,aut per se , aut per accidens. Hæc sunt quæ Auer. digrediendo dixit, de quibus repetemus cõm.45.

RECOGNITIONES.

Superius vbi disputauit vtrum aliquid posit esse in se ipso,vt in loco,respondit ad eam quæstioné, qua quæri solet de loco mundi:nam vt amphora vini est in seipsa, vt in loco continenti ratione partiũ, quarum altera est in altera : ita mundus est in seipso rõne partium,quarum altera est in altera, vt in loco continente, verum non expressit quæstionem proprie de mundo, nec de loco eius: nunc vero explicate declarat de loco mundi,& asserit ipsum non esse in loco cõtinente,eo quia extra ipsum non est corpus, intra cuius concauum locari posit, asserit vero ipsum esse in loco per partes, sunt.n.in ipso partes, quarũ altera est in altera, vt in loco continente, vt vinum est in amphora: qua ratione fit, vt sit in seipso ratione partiũ, quarum altera in altera est,vt in loco continente,& ita quod superius clam tetigit,hic palam exprimit. Exẽplum autem de aqua difficile est, & falsum, quia dato ꝙ sola aqua sit,& nihil extra ipsam, & moueatur secũdum partes,& non ſm totum:non sequitur ipsam esse in loco per partes, quia vna pars non est in alia, vt in loco,nisi sit ab ea diuisa : propterea si exemplũ debeat esse verum,& ad propositũ, oportet supponere aquã esse rotundam,& continere multas sphæras quasi partes, quæ propriis motibus moueantur, vt de cœlo toto dicitur:tunc.n.aqua erit in loco per partes, quatenus altera est in altera : si autem alio modo exemplũ velis intelligere:difficile est ipsum ad propositum applicare,& forte tale exemplum Arist.in textu sequenti exponit,vt dicemus.

DILVC. *Vt autem dictum est quædam sunt in loco potentia nulla actu : quocirca cum alicuius similaris partes sunt continuæ : in loco sunt potentia:cum uero dissepáratæ, & ut in aceruo se tangunt, actu erunt.*

ANT. *Sicut autem dictum est, alia quidem sunt secundum potentiam: alia uero secundum actum. Vnde cum quidem continuum sit,quod est similare,secundum potentiã in loco partes sunt.cum uero separatæ sunt quidem,tangant autem se, sicut collectio:secundum actum sunt.*

Vt vero compertius & latius pateat : quemadmodum esse in loco,aut non esse cœlum oporteat, quædam de loco paulo altius(vt inquit Themistius) repetit. Primum est quædam esse in loco potentia,nonnulla actu : potentia in loco sunt partes continui, quæ & separari possunt è toto, quæ ideo potẽtia in loco perhibentur : quia si separentur præcidanturq́;, actu esse possunt in loco,partes vero quæ ante separationẽ continuæ erant, separatione facta contiguæ in aceruũ modum constitutæ,actu in loco sunt,& ita ipsa connnua cum ab aliquo corpore continentur, & partes continuorum cum à toto dissepárantur actu in loco sunt. Sed quæres, vtrum eodem modo partes dissepáratæ cum distauerint, sint actu in loco,& cum erunt contiguæ in æmulo.

Qua Auer. com.44. Respondet Auer.ꝙ partes continui ante separationem erunt potentia pura in loco.quæ vero dissepáratæ distant: erunt actu puro in loco.sed quæ dissepáratæ attiguæ sunt vno in æmulo sunt quodãmodo mixtim actu & potentia in loco,actu quidẽ quatenus nullius partes sunt, potentia vero quatenus in vno coiuerint.Per hanc vero distinctionem Auer.vult Aristote. innuere vniuersum mundum, & cœlum non esse in loco actu,aut potentia.

RECOGNITIONES.

Fortasse hæc distinctio verificat exemplum de aqua, dixit.n. mundum esse similem aquæ, qñ sola fuerit,& ſm partes mota,nunc vero declarat partes esse posse in loco bifariam, actu,& potentia: vt innuat aquæ partes esse similes partibus mundi, si accipiantur,vt separatæ & seipsas cõtinentes, vt proximo textu diximus, vel forte indicat vniuersum nec actu, nec potentia esse in loco,actu quidem non,ꝙ extra ipsum non sit corpus continens actu distinctum ab vniuerso,potentia vero minime,quia partes vniuersi non sunt continuæ.

DILVCI. *Rursus etiam alia quidem per se,ceu omne corpus, aut latione,aut auctione mobile per se alicubi est, cœlum uero, ut dictum est,non alicubi uniuersum est,neq; in loco ullo,siquidem nullum ipsum continet corpus. Sed quo mouetur, hoc & locus est partibus. nam alia partium alij hæret.*

ANT. *Et alia quidem per se sunt,ut omne corpus,aut secundũ lationem,aut augmentum mobile,per se alicubi est. Cœlum autem, sicut dictum est, non alicubi est totum,neq; in quodã loco,si & nullum ipsum continet corpus.in quo autem mouetur : hic etiam locus inest partibus: altera enim ab altera habita est.*

Secunda distinctio est.ꝙ quædam sunt in loco per se,quædã per accidens:ea suot in loco per se,quæ corpus habent extrorsus,è quo continentur,quo quidem modo vniuersum non est in loco,cum nullum habeat corpus extrorsus, à quo continetur.Potest tamen dici esse in loco per partes, nam quo mouetur, eo in loco esse debet, mouetur per partes:quatenus vna sub alia, vt in loco continetur, & ergo & per partes esse debet in loco. Hæc de vniuerso.

DILVC. *Alia uero per accidens ceu anima & cœlum, oẽs nanq; partes quodammodo sunt in loco, circunquaque enim alia aliam continet.*

ANT. *Alia uero secundum accidens sicut anima,& cœlũ,partes enim in loco quodammodo omnes sunt, in eo enim ꝙ circulo sunt,alia aliam continet.*

Quæ per se sint in locn dixit,nunc quę per accidẽs, & inquit, Alia vero per accidens,sunt in loco,ceu anima quæ per accidens est in loco, quia est in corpore, quod est in loco per se, & cœlum hoc est vniuersum, vt Themistius exponit) quod est in loco per accidẽs, quia est in partibus, quarum alia aliam per se locat, & hoc subdit:omnes nanque partes quodammodo sunt in loco,circũquaq;.n.alia aliam continet. Ecce quomodo de vniuerso loquitur,& non de cœlo vltimo, vt Thomas & Auer.sentiunt.Nam ratio ea quæ de partibus asignatur ab ipso non esset ad propositum, nec similitudo cœli ad animam esset ad rem. Est autẽ hæc similitudo,ꝙ vt anima, quia est in corpore est in loco per accidens ratione corporis,ita vniuersum , quia est in partibus est in loco per accidens ratione partiũ quę sunt in loco per se,est autem similitudo optima,quoniam anima est totum corporis,vniuersum est totum partium, quare vt anima ratione corporis est per accidens

cidens in loco: ita vniuersum ratione partium. Sed Themistius in ducit cõtra Aristotelem, & in illius defensionem dicemus postea.

DILVC. *Quocirca mouebitur quidem quod sursum est circulo solum, nequaquam tamen uniuersum alicubi erit. Quod enim alicubi est, & ipsum est aliquid, & insuper aliquid aliud extra se habere oportet, in quo est, quod continet: at ultra uniuersum atq; totum nihil est extra omnino.*

ANT. *Vnde mouetur circulo solum, quod sursum est, Omne autem non alicubi est, quod enim alicubi est, ipsum aliquod est, & adhuc aliud, quoniam oportet esse extra hoc in aliquo, quod quidem continet. ultra autem omne & totum nihil est foris omnino.*

omnino omne penitus.

Ex dictis quodammodo epilogando infert. primo quonam modo vniuersum sit in loco, & inquit, Quocirca mouebitur quidem idipsum corpus quod sursum est, solum circulo vt aggregatum ex omnibus cœlis, nequaq̃ tamen vniuersum ex cœlis & elementis cõgregatum alicubi erit. Themistius vero exponere videtur de supremo orbe, & tunc erit sensus, quocirca mouebitur quidem quod sursum est atq; omnibus supremum circulo solum, nequaq̃ tum vniuersum illud quoad omnes partes, internas videlicet & externas, alicubi erit. Et tunc illud verbum vniuersum quod græce est Pan, non ad totum mundum, sed ad supremum fm omnes eius partes sumptum referendum est. Huius rei causam affert. d. quod enim alicubi est ipsum totum, & secundum omnes partes, & ipsum est aliquid, & insuper aliquid aliud extra se habere oportet, in quo est, & in quo cõtineatur: at præter vniuersum hoc est totum cœlum vltimũ atque totum mundum nihil est. Ex quibus patet solum q̧ octauum cœlũ non est vniuersum fm omnes partes in loco. sed quonam sit in loco modo ab Arist. non habemus, quæ res fuit causa disputationis apud Posteriores. De vniuerso nanq; aperte asserit ipsum non esse in loco actu, cum nullo forinsecus corpore contineatur. Rursus ipsum potestate nõ esse etiam in loco clarissime confitetur, quandoquidẽ nunquam continebitur, per se quoq; esse in loco etiã negat: nam delatu moueri non potest. Nam (vt Themistius) inquit, Deferri & circunferri non idem sunt. Deferri. n. est vniuersum locum deserere: circumferri vero est in se eodem situ per eandem ambitudinem recurrere, aperte demum asserit vniuersum quod hic cœlum vocat, per accidens esse in loco. Vt enim amphora vini vniuersa in loco est per accidens, quia vna eius pars est in loco per se vt vinum, ita vniuersum est per accidens in loco, quia vna illius pars est in alia vt in loco. Rursus vt etiam est in loco per accidẽs, quia in corpore, quod est in loco per se, ita cœlum vniuersum est in loco per accidens, quia est in suis partibus, quarum vna in alia est vt in loco. Et ex hoc apparet quã praue Auer. textum Arist. intelligat. Exponit enim per cœlum: supremum orbem. Hęc. n. expositio friuola est, & literæ non conuenit. Nam nec anima & cœlum essent similes, nec ratio quam Arist. subscribit, de partibus, quarum vna aliam contineat valeret, cum cæteræ sphæræ: non supremi cœli: sed vniuersi partes sint, nec te moueat nomen cœlum, quia vranos græce ab Aristo. pro mundo non semel legitur in libro de Cœlo, vt cẽt Auer. ipse de Aris. testatur. De supremo vero cœlo ab Arist. accepimus ipsum circulo moueri, siue circũferri, & nõ deferri vt recte Themistius, rursus etiam q̧ ne

Quid aperte Arist. de vniuerso an sit in loco dixerit.

Deferri circũferri.

An sit loco materialiter accepto in quo vltima sphæra est per accidẽs sit actu vel potentia.

Vide Gratiadeũ Escu. le. 7 q. 3 huius.

Cõtra Auer.

Quid de supremo cœlo Arist.

E quaq̃ omne siue totum: siue vniuersum alicubi est, hoc est q̧ non fm omnes partes est in loco: nec verbum Pan te perterreat: nam ab Arist. non semel pro singula parte legitur. Quòd vero supremum cœlũ non vniuersum fm omnes partes in loco sit, eo affirmat, corpus non habet aliud extra in quo cõtineri possit: vsq; ad hæc verba Arist. peruenerunt, q̧ videlicet non omne sit in loco: sed per quid & secũdum quæ in loco sit: sermo Arist. non explicat. Et in hoc apparet quã temere Auerroes asserat Aristotelem de loco cœli supremi aperte esse locutum, cum & litera ista adhuc de vniuerso intelligi possit, & dato q̧ de supremo loquatur, nihil habemus affirmatiue de illius loco, nisi quòd non omne sit in loco. *Cõtra Auer.*

Verum quæ Auer. cõmento isto. 45. attingat, & exponendo & digrediendo afferamus, q̧ vniuersum igi- *Quæ Auer. com. 43.*
F tur non sit in loco per se sic. in secunda figura facit syllogismum Auer. Quæcunq; corpora sunt in loco per se, habent corpus extra: vniuersum siue cœlum vltimum non habet corpus extra. igitur non est in loco per se. Et videtur ipse literam totam intelligere de cœlo vltimo, quod moueri motu diurno asserit. Vlterius cum cœlum vltimum non sit in loco per se, concludit q̧ sit in loco per partes, quæ sese continent, verum vt ait, nõ est in loco per partes quæ sint per se in loco: qm̃ sphæræ non per se continentur, sed accidit eis esse in loco continente, qui est per se locus. Hinc dat diuisionem eorum quæ sunt in loco: nam quædam sunt in loco vero, sed per accidens, veluti accidentia, quæ sunt in loco, quia subiecta eorum sunt in loco: prope quem modum cœlum est in loco per accidens, quoniam est in centro quod est per se in loco. quædam sunt in lo-
G co vero per se, vt corpora quę mouentur motu recto. Alia sunt in loco vero per accidens vt sphæra, cui accidit contineri, & ita apud ipsum sphæræ & accidentia sunt in loco vero per accidens, licet non vno modo: nam accidentia sunt in loco vero per accidens ratione subiectorum, sphæræ vero non ratione subiectorũ, sed ratione generis, videlicet sphærici: cui accidit esse in loco. Vlterius concludit. q̧ aliquid est tale per accidens dupliciter: ratione subiecti in quo est, vel ratione partis, & est tertius modus videlicet ratione generis. Anima enim est in loco, quia subiectum eius quod est corpus est in loco, cœlum vero fm totum est in loco, quia cẽtrum eius est in loco: sic igitur Auer. in hoc textu exposuit primã partem textus de cœlo vltimo. Vltimã vero de vniuerso mundo, quæ expositio quãtum textui conueniat, tu qui habes nostram transla-
H tionem, & expositionem nostram, facile iudicare potes. Sed in isto commento Auer. contra Auicennã digreditur, & narrat opinionem Auicennæ de loco cœli vltimi, qui voluit q̧ cœlum, neque per se, neque per accidens sit in loco. Cuius fundamentum est, quia motus ipsius cœli non est delatio, sed motus in situ: modo quod mouetur fm situm, non oportet vt sit in loco. Contra obiicit Auer. primo, quia ad situm, quemadmodum ad nullam relationem est motus, vt dicitur in. 5. huius, Secundo, locus est prior situ, cum locus accipiatur in definitione situs: est enim situs ordo partium in loco. igitur non potest esse situs non presupposito loco, & ita si cœli motus est situalis, erit & localis. Tertio, eo motu totũ mouetur quo partes, sed partes cœli mutant locum: igitur & totum. minor pro manifesta accipitur. Quarto Aristote. in. 6. dicet q̧ ipsum cœlum

Syllo. apud Auer.

Quõ cœlũ non per se est in loco.

Diuisio eorũ quæ sunt in loco.

Tale per accidẽs dupliciter.

Digressio Auer.

Põ Auic.

Cõfut. ab eo per Auerro.

cœlum mutat locum ſm formam, & non ſm subiectũ: igitur cœlum mouetur localiter. Verum narrat causam qua errauit Auic. & vult ꝙ Auicenna credit motum cœli ſm formam: quem Arist. attribuit cœlo, esse motum situalem. Motus enim situalis est localis secũdum formam, sed ille quo subiectum mutat locum, est motus localis. Propter hæc Auer. per motum ſm formam, vult ſm figuras, quas cœlum format in comparatione ad centrum & ad cæteras mundi partes: fortasse enim vt dicetur in .6. ab ortu in centrum trahitur vna linea, ab occasu alia, à medio cœli alia, ab imo terræ alia, quæ omnes faciunt vnam cœli figurã, sed qm̃ omni hora diei lineæ istæ variantur, & figura ẽt variatur: hæc autem variatio dicitur localis, qm̃ omnes lineæ quæ trahuntur à loco cœli, puta à centro variãtur, centrum vero cum sit firmum, facit cœlum non variare locum ſm subiectum: de hoc quære in commẽ. 85. sexto huius, quia ibi dicemus multa. Hinc patet causa erroris Auicennæ, ipse. n. credit hunc motũ esse situalem, quia sphæra mutat situm respectu centri: hoc. n. non est ita, quia aliud est moueri de situ in situm & esse motum situalem. Moueri enim potest aliquod de situ in situm per accidens, & sic omne quod mouetur, de situ in situm mouetur, esse motum situalem est esse motum per se ad situm, modo hoc est falsum: est enim motus localis per se ad locum, per accidens ad situm, & omnia quę sequuntur locum. ideo licet sit de situ in situm, non tamen est situalis, nisi per accidẽs, sicut alteratio est per se ad albedinem, per accidens ad similitudinem. Motiuum tamen Auicennæ (vt ait) fuit dictum Alexandri, qui dixit cœlum stellatum, neque per se, neque per accidẽs esse in loco: eo quia nec eius motus est in loco, nec est translatio, quod quia confutauit. ideo nihil esse ait. Hæc sunt q̃ habemus ab Auer. de loco cœli vltimi. Sed de intellectu positionis Auer. Iuniores & alij laborant: & tandem Ioannes, & alij volunt cœlum vltimum esse in loco: vt illa particula, in, dicit circunstantiam continentis ad contentũ hoc est vt cœlum vltimum sit in centro, vt in contẽto ab ipso. Vlterius aiunt ꝙ propter hoc cœlum vltimum est in loco per accidens, capiendo per accidens vt distinguitur contra famosum quasi dicat ꝙ est in loco improprie dicto, in quo tamen per se & necessario est. Et per hæc tollunt multas difficultates: vt patet in libris eorum. Sed hæc expositio stare non potest: primo quia nullibi vnquã legi in lib. Arist. per accidens sumi pro eo quod non est famosum, nec etiam in aliquo cõmento Auer. His nouus modus destruit multa, & Aristot. in Posterioribus redderet diminutum, vbi. n. de eo quod est per se, & de eo quod est per accidens locutus esset, omisisset vnum modum, nec in .5. Metaphy. vbi de his egit, nec in Quinto huius aliquid dixit: vbi oportuisse dicere. Præterea, si per accidens sumeretur pro infamoso, per se vt dicũt pro famoso acciperetur, qua ratione syllogismus dialecticus qui esset ex famosis, posset concedi esse ex iis quæ sunt per se: quod nõdum ab Arist. in libris Logicæ accepimus. Rursus in paralogismo accidentis non inuenimus Aristo. dicere vnum modum esse ex iis quæ non sunt famosa, quem debuisset dicere: aliter non omnes modos soluẽdi sophisma dedisset. Quarto hoc videtur expresse contra Auer. quem exponunt. Nam Auer. de propria intentione soluens quæstionem in cõmen. 43. ait. ꝙ cœlum est in loco per accidens, quia est in centro: quod est in

...usa erroris ...r. ...ucenna.

De intellectu ...us Auerro. ...ma expõ. de Ioã. Iãd. ...9. huius & ...s supra no...s.

Confutatio.

A loco essentialiter. Rursus in solutione quæstionis quã mouet, ait, ꝙ non est de necessitate moti esse in loco sed quiescentis. Si igitur centrum esset locus per accidens pro infamoso, sed per se pro necessario: tunc locus esset de necessitate moti & quiescentis: cuius contrarium ait, etiam ibidem ponit hanc regulam, ꝙ omne quud est in loco per accidens, est in loco propter hoc, quia est aliud in loco ꝑ se, & per hoc habet ꝙ cœlum est in loco per accidens propter centrum, quod est per se in loco. Præterea, In præsenti commẽ. 45. inquit, ꝙ cœlum & anima sunt in loco per accidens, anima quidem, quia est in corpore, quod est per se in loco, cœlum vero, quia centrum eius est in loco. Ex iis omnibus & aliis perspicuum est de intentione Auer. esse cœlum vltimum esse in loco per accidens, accipiẽdo per accidens proprie, vt distinguitur contra per se, B ita vt cœlum illud esse in loco dicatur propter centrũ quod continetur ab eo, quod est in loco per se. Et hæc est plana Auer. intentio per totum. Ego vero in pueritia positionem Auer. defendere non desinebam, asserens illam esse indubie mentem Aristo. Nunc vero cũ græca verba Arist. legerim, & diligenter examinauerim, potius assero positionem huius esse deliramentũ, & nullatenus ad propositum. Primo, quia aut Auer. vult cœlum octauum siue vltimũ esse in loco per accidens accipiendo per accidens vt distinguitur contra per se, aut per accidens pro infamoso, si sumit per accidens vt distinguitur contra per se, sequuntur absurda, quæ iuniores non possunt euitare, vt ꝙ motus cœli sit per accidens in loco, & ita non esset primus motus. Et ꝙ quiesceret per accidens, si quieti datur locus magis q̃ motum, vt credit aufugere Auer. & ꝙ centrum C indiuisibile esset in loco per se, quod non est auditum à seculo, & ꝙ quandoq; non erit in loco. si quidẽ per accidens potest non esse, & alia innumera, quæ iuniores non potentes euitare fugiunt ad illum modũ per accidẽs inauditum. Si vero per accidens accipitur pro inconsueto atq; infamoso, ita vt cœlum vltimum sit in loco improprie dicto, sed necessaaio, & ꝑ se, vt iuniores intelligunt, cum centrum non tantum sit locus vltimi cœli, sed omnium sphærarum, quia secũdum ipsum sphærico accidit esse in loco contineoti, de quo laudat Auempacem. Auerroes non locum cum peculiarem, & immediatum proprium, primum atque citimum dedisset de cœlo vltimo, sed locum communem sibi & omnibus sphæris, & cum nihil sit in loco communi nisi propter proprium, & primum, vt dixit Aristot. restat Auer. quæstio de loco proprio, & primo vltimo cœli. D Amplius non est auditum à seculo ꝙ si petamus vbi nam est cœlum stellatum, respondere debeamus in centro. Sic enim quæstio de loco sphærarũ omnis iam esset soluta, & ita cessaret illa quæstio Secũdi Cœli, cõmen. 58. de loco Solis an sit immediate locatus supra Lunam, an supra Venerem, quoniam respõdere possumus omnes sphæras esse in centro, & nullũ alium præter hoc habere locum, nisi igitur detur vnicuique proprius locus, quæstio talis esset nulla.

Confutatio põnis Auer.

Prima rõ.

Secunda.

Adhuc cessaret quæstio de nobilitate cœlorum, nã vt ipse ait. 12. Metaphy. cõmen. 44. ordinatio mouentium à primo motore, oportet vt sit ſm ordinem stellarum orbium in loco: prioritas enim in loco eorum facit eos priores in nobilitate. Et ait. hanc esse intentionem Aristo. in litera: si igitur octaui cœli siue vltimi nullus esset locus præter centrum, tunc fortasse aut

Tertia.

esset

esset cæteris ignobilius aut alios non excederet eminentia loci. Insuper omnes concedunt vltimum cœlum illud esse, quod à nobis omnium aliorum maxime distat, aut igitur hæc distantia est loci, aut situs nō est dicendum esse distantiam situs, quia vt sumit contra Auicennam situs præsupponit locum. igitur est loci, vel igitur loci continentis, vel loci contenti, non loci continentis, quia extra ipsum nullum est corpus continens, igitur loci contenti, & cū non possit esse in illo per partes externas conuexi, erit in illo per partes internas concaui. Et hæc est positio Themistij. Propter hæc & alia teneo Themistium, qui sine dubio cū Aristot. senti, Eudemo atque Theophrasto. Vbi primo de vniuerso dicamus, q Eudemus in Tertio rerū naturalium volumine vult vniuersum esse in loco dupliciter: vno modo, quia vnius illius pars est in alia, quō quidē modo diceremus amphoram vini esse in seipsa vt in loco, quia vna pars eius est in altera. Secundo dici potest esse in loco, vt anima, nam vt anima est in corpore, quod est in loco per se, ita vniuersum est in partibus quæ sunt in loco per se. esse. n. in loco multiplices habet significatus vt dictum est. Hæc de vniuerso. De cœlo vltimo ait Themistius ipsum simpliciter in loco non esse, sed penes interna quæ ambit: tangit. n. orbē saturni & quodam modo continetur, penes externa omnino loci expers est, & ita locabitur cœlum vltimum per partes. Sed dices nunquid illæ partes internæ, quibus circulus vltimus est in loco, sint actu, aut potentia, aut per se in loco, cui respondet, q ille non sunt actu in loco, quia nō actu subiecto separatę sunt, neq; potentia, quia nō disseparabiles, neq; per se, quia non sunt in continente, sed in contento corpore. Dicendum igitur q corpus esse in loco bifariā est. Vno modo per partes externes sui conuexi, & sic est in loco totum & ratione totius, & per se, & actu, quoniam continetur à loco ſm partes maiores & minores & secundū se & quodlibet sui, & hoc modo corpora quæ mouētur motu recto dicuntur esse in loco per se. Alio modo per partes internas concaui, & tunc dicetur esse non in loco per se, actu vel potestate, sed ratione partium internarum per quas contangit corpus contentum, & tunc ideo non dicetur esse in loco totum, quia non ſm partes maiores & minores est in loco, nec dicetur esse in loco actu, quia partes per quas est in loco non sunt actu, nec potētia disseparatæ, nec in loco per se continente, sed per contento. Ex iis sequitur primo q locus vltimi circuli est externa pars siue superficies Saturni. id vero propter quod est in loco, sunt partes eius internæ, quæ citime tangunt superficiem saturni. Secundo sequitur q quilibet circulus est in loco per internas partes sui. licet per accidens possit esse in loco per externas. & in hoc Auempace non differt à Themistio. Sed vnum dubium restat quo mouet expositor. nam si vltimum circulus est in loco per partes internas igitur illæ erunt in loco aut actu, aut per se, aut saltē potestate. omne enim quod est tale per aliud, oportet vt illud sit tale aliquo modo per se. Respondet Expositor quod illæ partes sunt per se in loco in potētia, & ita sufficit ad hoc vt per illas ipsum totum sit in loco. & ita concedit, totum non esse in loco pure per accidens, sed per partes, quæ sunt per se in loco in potentia, quatenus illæ sunt diuisibiles à toto. Sed hæc responsio videtur contra Themistium quem sectatur, inquit enim, sed & partes quoq; extremi globi eundem

Quarta. *De vniuerso quō est in loco.* *De cœlo vltimo.* *Pō. Them.* *Dubia.* *Dubi in doctrinam Thē.* *Respō. Tho.* *Replica.*

E sequuntur modum, qui vniuerso debetur, neq;. n. illæ in loco sunt actu, neque potentia, cum subiecto auelli non possint, sed neque per se in loco sunt, solum ergo siqua possunt, per accidēs possunt & reliqua: ecce quo modo expresse vult partes illas internas esse per accidens in loco, & totū per illas, & non per se aliquo modo, aut actu, aut potentia. Secundo omne in actu est prius eo quod est in potētia: si igitur partes illæ sunt in loco potentia, oportet vt totum sit actu in loco, vt dicebat Aristot. supra, q totum continuum est actu in loco, partes vero potentia, hæc sunt potissima argumēta contra Thomam. Ex alio est alia ratio cōtra verba Themistij, quia omne per accidēs debet reduci ad per se: si igitur circulus vltimus totus est per accidens in loco, & partes quoque per accidens, quid esset illud qđ per se esset in loco merito cuius circulus ipse esset in

F loco. Propter hęc mihi videtur esse dicendū pro vtroque saluando, q ipsum cœlum potest considerari sub ratione generis, vtpote continui corporis & moti, & sub ratione speciei, videlicet cœli: si consideretur sub ratione corporis continui moti, tunc eius partes sunt potentia per se diuisibiles, & hoc modo expositor intelligit, nam cum illæ sint potentia per se diuisibiles, erunt per se potentia in loco, & hoc sufficit ad rōnem circulationis illius simplicis: si vero sub rōne cœli specifica, tunc illæ non sunt potentia diuisibiles nec actu & sic intelligit Themistius, & ita si consideretur cœlū in eo q corpus motum simplicissimo motu erit in loco per partes, quæ sunt in loco per se in potentia, quatenus vt sunt partes continui mobilis diuisibiles sunt: si vt cœlum, vt sic non est motum, neque in loco: sed mere per accidens, pro quanto accidit sibi motus, me

G rito cuius accidit sibi locus partium mobilis, & sic intelligit Themistius. Ad secundum patet solutio, omne enim in actu est prius eo quod est per se in potentia: si illud in potentia debeat reduci ad actum, per illud existens in actu: modo q partes illæ sint in potētia in loco, vt sint partes corporis mobilis, non debent reduci ad actum, cum non conueniat simplicitati illius qđ mouetur, neq; motui eius quo mouetur. Et hæc est intentio Arist. plane. asserit enim plane id qđ sursum est vt circulus vltimus nequaquam vniuersum esse in loco ſm omnes partes, huic autem non secundum totum, non respondet nisi esse ſm partes, quare si negat ipsum vniuersum ſm omnes partes non esse in loco: videtur affirmare secūdum partes esse in loco: hæc est intentio Auempaces Hispani, Alexandri, & omnium Peripateticorum, nec vult aliud Alex. nisi q supremus

H circulus non est in loco aliquo modo sumendo locum pro cōtinente, sed aperte voluit ipsum esse in loco per partes. Rationes Auer. contra hæc friuolæ sunt ad primam patet solutio, licet. n. totum non sit aliud, q̄ suæ partes omnes, potest aliquid toti competere rōne totius, quod non competit ratione partium, & aliquid sibi ratione partium, quod non ratione sui, quia saltē totum & partes rationes differunt, & ordine. Ad illud quod dicit q male facit Themistius. confundendo ipsum per accidens cum ipso per partes, q bene facit, quia illud est de vniuerso mundo, & non de circulo vltimo intelligendum. Ad rationes quas addit Ioā. contra Themistium in quæstione, respondeo q Aristote. vult q cœlum ſm partes mutet locum & secundū formam, & ſm materiam, ſm totum nō. Ex hoc non sequitur ipsum ſm partes non esse in loco, sed q sicut secundum

Secūda. *Tertia.* *Confirmatio per Arist.* *Respō. ad rationes Auer.*

ſm se non mutat locum, ita ſm totum non est in loco, & vt per partes est mutans locum ſm formam & materiam: ita ratione partium per accidens dici pōt mutare locum modo quo partes mutant. Ad secundam dico, ꝙ cœlum vltimū non est in loco per partes, quæ actu sint in loco per se, sed potentia. Et cum dicitur. igitur non actu moueretur, negatur consequentia, illud enim esset verum in motu recto, qui est delatiuus: nā ille est vt acquirat locum, iste non est vt acquirat locum, sed circa locum: & ita stat aliquod actu moueri, non tamen esse actu in loco, vel actu moueri ad locū sumendo actū pro esse separationis, nisi sumatur actu contra potentiam essendi. Ad tertiam dico, ꝙ illæ partes de potentiali possunt esse in loco per se, non quidē de potentiali in specie, sed in genere, tale autem non oportet vt reducatur ad actum speciei, sed generis, & ita sufficit vt aliquid sui generis sit tale vt elementum vel id genus. Ad rationes contra Auempacem. ad primam dico, ꝙ Aristo. vult ꝙ omne corpus extra quod nullum aliud est, non est per se in loco capiendo locū pro continente, cum quo tamen stat ipsum esse in loco, quia circa locum contentum. Ad secūdum dico, ꝙ Arist. vult aliquid esse in loco per accidens, & partes, vt dicit Themist. Fusius capiendo per accidēs pro eo quod est tale per aliud, & ita sunt idem. Ad tertiū dico, ꝙ de ratione loci est continere, esse equale, & id in quo est locatum vt in vase, capiendo locum pro cōtinente respectu corporum rectorum. nā Philosophus in solutione quæstionis de vltimo articulo innuit aliū modum essendi in loco, & ita patet ꝙ hæc expositio conuenit verbis Arist. nam licet definierit locum, aliū modum accipiendi locum innuit. Sed petunt scholares vlteriorem horum declarationem, primo quare si corpus secundum partes externas contineretur, esset in loco per se: & actu secundum internas vero per partes siue per accidens. Secundo quo modo cœlum potest esse in loco per partes, quæ sunt potentia diuisibiles? Et tertio quo nam modo partes illæ cœli internæ sunt separabiles à toto? Quarto cum omne potentiale reducatur ad actum, & illæ partes sunt diuisibiles in potentia, cur non quandoq; erūt diuisæ? Quinto quo modo potest esse motus in actu cœli & per se, si cœlū est in loco per partes, quæ sunt potentia in loco? Sexto cur magis cœli locantur per internas, quàm per externas, cum moueatur ſm omnes? Septimo cū omne per accidens reducatur ad per se, & totū sit in loco per accidens, hoc est per partes, quæ ſm Themistium, sunt in loco per accidens: ad quod per se illæ reducentur. Octauo cum omne in potentia supponat aliquid in actu, & partes illæ sint potentia in loco; quid est illud quod actu est in loco, & illud in actu quod præsupponunt? Hæ sunt dubitationes, quarum solutiones scholares vellēt vlterius expositas. Ad primam dico, ꝙ vbi corpus esset in loco per partes externas, tunc esset cōtentum à loco: & ita esset in loco actu separato, & per se, quod proprie est locus, & per naturam continens, & ita esset actu separationis in loco, quia secundum se & quodlibet sui contineretur, & per se, quia in loco, qui per se & secundum naturam cōtineret ipsum. Ad secundam debes scire ꝙ locus non competit corpori, nisi quo corpus ipsum est corpus mobile, & ita cœlo, aut homini, aut alicubi id genus non competeret, nisi ea parte qua corpus mobile: igitur partes cœli ea parte quia sunt ipsius cœli, Themistius esse in loco nō

...rior decla... dubi... scholarū. ...de Gratia. ...fcale.7 ...

A diceret, sed ea parte qua sunt cœli corporis mobilis: ex ea vero parte, qua sunt cœli corporis mobilis sunt diuisibiles, & potentia separabiles, & hoc est pulchre Themistius, ait, ꝙ cœlum illud est in loco per partes, quæ sunt in loco per accidens, quia non inquantum partes cœli, sed quatenus sunt partes eius, cui accidit ratio corporis moti. Et per hoc ad tertiam, illæ partes vt cœli sunt non possunt è toto cœlo separari, vt corporis mobilis possunt esse separabiles, & ita vt sic sunt in loco per se in potentia. Ad quartam dici potest, ꝙ possibile eo modo est ad actum reducibile quandoq: quo est possibile, modo illæ partes possunt separari à toto vt illud corpus mobile, & sic in gnē corporis mobilis aliquæ partes reducentur ad actum separationis, & hoc satis est. Ad quintam dici potest ꝙ cœlum actu mouetur: & tamen est solum in loco per partes q̃ sunt B potentia separationis, nā esse actu tale potest sumi vno modo pro eo quod distinguitur contra id quod non est, & potest esse, vt rosa in hieme, alio modo ꝓ eo qđ est distinctum contra actum separationis. Primo modo partes continui sunt actu in loco, quia præsentialiter sunt & in loco. Secundo modo sunt in potētia, quia non actu separationis, & ita patet cœlum actu moueri posse actuque in loco esse, non per hoc ꝙ partes sint actu in loco ſm separationem, sed secundum actualitatem præsentiæ. Ad sextam dici potest, quia vt dixit Themistius, cœli motus magis est circumferri, quā deferri, hoc est magis est circa locum, quā de loco ad locum, qua ratione fit vt ipsum, & omnes partes sint in loco, sed per accidens propter partes internas per quas tangit, id circa quod fertur, & non per externas. Ad septimum dici potest, ꝙ omne per accidens est re- C ducibile ad per se, modo cœlū est in loco propter partes quæ sunt in loco per se. Tu dices, hoc est contra Themistium, qui ait illas neque actu, neque per se esse in loco, sed per accidens. Iam solutum est, ꝙ illæ sunt per se in loco, licet non actu, non quatenus partes cœli, sed quatenus parte corporis moti illo modo: & ita totum esse tale per accidens, reducitur ad partes, quæ sunt per se tales illo modo, quod sufficit in proposito. Ad vltimum dici potest, ꝙ illæ partes sunt per se in loco in potentia, & illa potentia præsupponit aliquod totum esse actu in loco, non quidem in specie, sed in genere, & hoc est verum, quia aliquod corpus mobile est in loco actu, & ita quatenus cœlum per accidēs est in loco reducitur ad partes quæ per se sunt in loco in potentia, per quas tangat idcirco quod fertur. Quatenus vero partes illæ sunt potentia in loco per se, hæc D potentia reducitur ad aliquod sub genere contentum, quod actu est tale. Ad quæ omnia scholares acquiescere possunt. Et hæc nunc de quæstione dicta satis. fortasse enim si alias occurret, & dabitur ocium melius dicemus,

RECOGNITIONES.

NOn est dubium Aristotelem hic loqui de primo mobili de quo infert primo ipsum moueri solum circulo, quod dicit ad differentiam vniuersi, cuius alia pars circulo, alia recto fertur motu: subintelligit autem secundū illatum. s. ipsum propter hoc esse in loco, cum omne motum sit in loco: verum exponit quomodo non est in loco cum inquit, omne autem. i. totum autem primum mobile non alicubi est, hoc est in loco non est totum, & assignat causam cur totum

primum

primum mobile non sit in loco, quia quod est totum in loco, ipsum est aliquod corpus, & adhuc est aliud extra illud, quoniam oportet esse extra hoc in aliquo corpore, quod continet tale corpus. Vltra autē omne & totum, hoc est vltra mundum cuius primum mobile est supremum, nihil est foris omnino, supremum ergo mobile non potest totum esse in loco. Vtrū vero si non est totum in loco, sit eius aliqua pars in loco, non habemus ab Aristotele, vt in commentariis notauimus: hoc enim duntaxat ab Aristotele accepimus primum mobile non esse totum in loco. Sed si non est totum in loco, & est in loco, sequitur eius aliquam partem esse in loco, & aliquam nō, hoc autem falsum est. Auer. voluit primū mobile esse in loco per centrum, de cuius opinione in commentariis satis. Themistius vero intelligit, primum mobile nō esse totum in loco, hoc est sm totum, bene autē per partes, sm totum quidem non est, quia non sm conuexum, sm partes vero est, quia sm concauum per quod circuit conuexū Saturni. Animaduertendum tñ sm partes aliquid dici posse esse in loco, hoc est sm concauū, non q; concauum sit pars conuexi, vna enim superficies non dicitur pars alterius, sed quia concauū est minus, & conuexum maius. Quare possimus dicere primum mobile non esse sm totum in loco, quia nō sm conuexum, quod quia est maius concauo, dicitur totum, sed sm partes hoc est concauum, q;, quia dicitur minus conuexo, dicitur pars, vel parte illius. Ergo sic exponendo sensus est, primum mobile non esse in loco sm conuexum, sed sm concauum, verū esse in loco sm cōcauum, potest bifariam intelligi, vno modo intelligendo concauum primi mobilis esse per se in loco, & ratione illius primum mobile dici esse in loco, & hoc pacto non credo primum mobile esse in loco per partes, siue sm concauum, licet in commentariis hoc defenderim. Alio modo intelligendo primū mobile esse in loco sm concauum, sicut corpus rectū per conuexum, quia vt rectū corpus est in loco per conuexum, quia continetur per conuexum à corpore continente, sic primum mobile est in loco per concauum, hoc est, quia concauum eius continet conuexum Saturni, & hoc pacto intelligendo oēs dubitationes, quę in positione Themistij accidunt, facile delentur, nō.n. dicimus primum mobile esse in loco per partes integrales & substantiales suas, sed per superficiē concauā, quæ licet non sit pars conuexi primi mobilis, est tamē sm continentiam minor illa, nec dicimus per partem esse in loco, quia sm aliquam sui partem non, & sm aliquam sui partem sic est in loco, qm sicut totū mouetur, & totū quiescit aliter & aliter: ita totum est in loco: non tñ sm totum hoc est sm conuexam superficiē, sm quam esset in loco continente, si per illā esset, sm se, & quodlibet sui. Nec dicimus primum mobile esse in loco per partem hoc est per concauum, quia cōcauum sit per se in loco, ratione cuius primū mobile esset in loco: sic.n. esset in loco per accidens, sicut anima est in loco corporis per accidēs, quia corpus est in illo per se, hoc autem falsum est, si.n. primum mobile esset in loco per accidens, moueret, & quiesceret per accidēs, ad motum, s. & quietem eius, quod per se esset in loco. Quare primum mobile est in loco per partem, hoc est per concauā superficiem: sicut corpora recta per totū hoc est per conuexum, quatenus.s. per concauum est suo loco cōtiguum, immediatum, & consequēter ens,

E sicut recta corpora per conuexum suis locis continentibus sunt attigua, immediata, & consequētia. Ex his sequitur locum orbium esse æquiuoce dictum cū loco rectorū corporum, sicut & motus, & quies in his, & illis æquiuoce dicuntur, nec ab ratione, æquiuoca .n. natura omnia æquiuocē habet. Aristoteles.n. licet talem locum non descripserit, talem locum dedit intelligere ex suis verbis, Auerrois autem errauit, cū dixit locum primi mobilis esse centrum vel medium totius: volens.n. assignare proprium locum, assignauit cōem omnibus orbibus, omnes.n. orbes mediū mundi circuunt, ideo circa illud omnes orbes sunt. in hac ætate pro defensione Auerrois dicerem, Auerroē per primum mobile intellexisse totum aggregatum ex orbibus cœlestibus: ex quibus Auer. asserit vnū animal fieri, & quidem maiori vnitate quā sit animal mortale,

Defensio Aue.

F cum illius membra vita æterna connectantur, mēbra vero mortalis animalis vita mortali. Et per centrū cœli totam sphæram actiuorum ex elementis constantē, est.n. duplex centrum alterum cœli, s. animalis cœlestis: & hoc est tota sphæra actiuorum, & passiuorū, circa quam cœlum totum voluitur, alterum terræ quod est medium mundi, centrum mundi dat fixionē atque quietem centro cœli, aliter centrum cœli non esset locus cœli. inquantum.n. locus est cœli, inquantum est fixum, est autem fixum, quatenus fixe circuit centrum mundi, ideo dicitur locus quo cœli, & elementorum, conuexum vero sphæræ locus. Tūc voluit hoc animal esse in loco per centrum, intelligens per centrum totū mundum inferiorem ex elementis constitutum. vt dictum est, & per se & per accidens, per se quidem in loco contento, per accñs vero in loco continente, nam animal illud est in centro, vt in loco per se, quod cen-

G trum quia est in loco continente, animal illud erit per accidens in loco continente. Ex quo sequitur primū cœlum esse in loco per accidens, sicut membrum cœlestis animalis: nam est in loco illo, in quo est suum totum, & si dicas hoc est contra Auerroem, nam Auer. quærit quō vltimum cœlum est in loco, & non quærit, quo modo est in loco per suum totum, si.n. vellet ipsum esse in loco ratione totius animalis, cuius est pars, quæsiuisset de toto animali: dico q; Auer. quærit de primo cœlo quo modo est in loco, sed dicens ipsum esse in loco per centrum, dat intelligere vnum.s. primum cœlum esse partem cœlestis animalis, & supponēs animal cœleste esse in loco per centrum cum dicit, primū cœlum esse in loco per centrum, dat intelligere ipsum esse in loco inquantum est pars animalis cœlestis, qđ est in centro, cētrum enim est locus proprius anima-

H lis cœlestis, & proprius omnium partium, non.n. partes proprium locū habent alium, à loco totius. Ex his sequitur totū cœleste aīal esse per se in loco, & per accidens, per accñs quidem in loco continente, quia rōne centri, quod est per se in loco continente, per se vero in loco contento, primū cœlum vero est per accñs in vtroq; loco, quia in vtroq; est inquātum est membrū cœlestis animalis. Sequitur ēt centrum esse locū proprium primi cœli, & omnium cœlorum, quia partes nō habent propria loca, alia à loco totius. Hæc sunt quæ pro defensione Auer. dici possunt. licet non careant qōne. Quæ vero Arist. dicit, de loco Solis supra Lunā, sumit locū propositione, quæ est ordo partiū in toto.

Quocirca & in cœlo cuncta sunt, cœlum enim uniuersum forsitan est. Est autem locus non ipsum cœlum, sed cœli DILVC

aliquid,

aliquid, ultimus uidelicet finis quiescens, & quo mortale corpus tãgit, quapropter, & terra in aqua, hæc in aere, aer in æthere, æther in cœlo, cœlum autem non in alio est collocatum ulterius.

ANT. *Et propter hoc omnia in cœlo sunt, cœlum.n.totum fortassis est. Est autem locus non cœlum, sed cœli aliquid ultimum, & tangens mobile corpus, terminus quiescens. Et propter hoc terra quidem in aqua est, hæc autem in aere. hic uero in æthere, æther autem in cœlo: cœlum autem non amplius in alio est.*

Concludit cœlum vltimum & vniuersum non esse oẽ in loco per hoc ꝙ extra ipsum sit corpus vlterius. nunc vero præsupposito ꝙ nihil est extra cœlum, ex hoc quod modo dixerat, infert secũdo ꝙ omnia in cœlo sunt, cuius causam repetit, quam dixerat, & inquit cœlum.n.vniuersum forsitan est, hoc est vltra quod nihil est, & ita quasi arguit, cœlum est quoddã totũ, vltra quod nihil est: vt fuit acceptum, & suppositum vt posterius declarandum in libro Cœli. igitur omnia continet. hæc cõsequentia pro tanto valet: quia oẽ corpus in rerum natura constitutum aut continet, aut continetur: cum igitur cœlum non contineatur, quia est totum quoddã, vltra quod nihil sit: igitur continebit omnia, adiecit fortasse, quia hæc res non demõstratiue est hic dicta, cum non sit demonstratum extra cœlum nihil esse, sed obiter occurrebat, & tñ ex dictis est deducta. Dixit cœlum continere omnia, & ita dicit ipsum esse locum, & locum omniũ. ideo primo declarat qũo locus. & inquit, est antem locus non ipsum cœlum: sed cœli aliquid vltimus videlicet finis quiescens, & quo mortale corpus tangit, & verbum illud. mortale cinetõ, latine est mobile. sed hic pro mortali sumpsit. quiescit autem ille finis non simpl̃r, sed à motu quo mortale corpus mouetur, & quia dixit cœlum esse locum omnium declarat quorum omniũ sit locus, & inquit, quapropter & terra in aqua, hæc in aere, aer in æthere. siue igne, æther in cœlo: cœlum autem non est in alio collocatum vlterius, qua rõne patet quæ sint illa omnia, quorum cœlum locus est, q̃m sunt mortalia. Secũdo patet. (vt recte Auempace dixit) nullum cœlũ esse in alio, nisi per accñs: sed potius circa aliud, vt fuit disputatum. Auer. vero syllogizat ex dictis sic, Totũ est cœlum, omnia sunt in toto. igitur omnia sunt in cœlo, de ratione vult vt det conclusionem, quæ est ꝙ omnia sint in cœlo, & maioris conuersionem, videlicet cœlum est totum. hæc est maioris conuersio, nã maior erat, totum est cœlum, totum.n.esse cœlum, patebit in lib. Cœli: vbi declarabitur extra cęlum nihil esse, & ita habebitur ꝙ totum sit cœlum.

...n terra sit ? ...sphera aqua ...cta in suo lo- ...naturali. et ...militer ignis ...circa orbes. ...me. Vide 1.ã ...q.7.et.8. ...Alb. de Sa ...q.5.et.6. ...us & Bur.

RECOGNITIONES.

ET loquitur de cœlo sumpto pro aĩali cœlesti, qđ constat ex omnĩbus orbibus maiori virtute cõnexis, quã virtus ea sit, qua membra mortalis animalis connectuntur. In hoc.n.omnia mortalia sunt, vt cœlũ hoc pacto sumptum sit totũ hoc est mortalia omnia continens, vt nunc supponit, cum mortale nullum vltra cœlum sit, & videtur mihi nunc, quicquid in commentariis dictum sit, per totum Aril. intelligere omnia continens mortalia, vnde Aristot. quasi argumẽtatur cœlum est totum, hoc est omnia mortalia continens, ergo in cœlo saltẽ, vt in loco cõi omnia mortalia sunt. Quod vero cœlum totum sit, hoc est sit omnia mortalia continens, Arist. supponit, & hac ratione dixit fortassis, quia primo de cœlo probauit extra cœlum nullũ esse mortale: sed siquid est, illud esse immortale affirmauit, & quia conclusit omnia mortalia esse in cœlo, vt in loco, ideo declarat primo secundum quid cœlũ sit omnium mortalium locus, secundo q̃ sit locus omnium mortalium, & quæ dicit, ex commentariis clara sunt, cum vero dicit. cœlum autem non amplius in alio est, dat intelligere nullum orbem esse per se in alio loco continente, nam cum totum non est in aliquo loco continente, nulla illius pars esse potest in loco continente. Qua ratione possumus dicere pro Auer. positione, quæ in hac ętate occurrit, nec orbem primũ esse in alio loco, q̃ sit totum aggregatum: quare cum totũ aggregatum sit in centro, hoc est in mundo inferiori, vt in loco contento, ẽt primus orbis erit in illo, est.n. idem locus totius proprius, & cuiuslibet partis.

DILVC. *Perspicuum autem ex iis dubitationes omnes dilui, si hoc modo locus dicatur. Nam neque una cum corpore augeri locum ipsum necesse erit, neque puncti locum esse, neque duo corpora in eodem loco: neque interuallum corporeum. corpus enim quoduis intra locum est, non autem corpus spatiũ. est etiam locus alicubi, non ut in loco, sed ut finis in eo quod est finitũ. non.n.est in loco oẽ quod est: sed mobile corpus.*

ANT. *Manifestum autem ex his quoniam dubitationes omnes soluuntur, sic dicto loco. Neque.n.simul augmẽtari necesse est locum, neque puncti esse locum, neque duo corpora esse in eodem loco. neque spatium aliquod esse corporeum, corpus.n.in medio loci contingens est, sed non spatium corporis. & est etiam locus alicubi: non sicut in loco autem. Sed sicut finis in finito. non enim omne ens est in loco, sed mobile corpus.*

Promiserat dare loci definitionem talẽ: vt oẽs quęstiones diluerentur, quibus merito addubitatũ veteribus est, nũc promissum præstat, & hoc proponit & inquit, perspicuum autem ex iis dubitationes omnes dilui: si modo hoc quod dixit locus dicatur, erat autem vna dubitatio ꝙ cum locus non deesset corpori, neq; corpus loco, videbatur sequi, ꝙ locus aucto corpore augeretur. Cui respondet. nam neq; vna cum corpore augeri locum ipsum necesse est, nisi per accñs, quia non est corpus, sed accidens corporis continẽtis vt dicebatur. Secunda dubitatio erat, si locus corporis sit alius à corpore, locus puncti esset alius à puncto, & ita puncti esset locus punctualis. Respondet neq; est necesse puncti esse locum, hoc.n.esset, q̃n locus esset corpus & spatiũ: quia tunc cuilibet signo locati suus corresponderet locus: & ita puncto locus ẽt, modo apud Arist. nõ corpus locus est, sed vltima corporis superficies. Tertia dubitatio erat, ꝙ si locus esset, tunc duo corpora in eodẽ, quia non potest esse nisi interuallum. Rñdet, ꝙ neq; necesse est duo corpora esse in eodem loco, quia non est necesse ipsum esse corporis interuallũ. nã corpus quoduis locatum siue ignis siue aer, siue quoduis intra locum est: non aũt tale locatũ corpus est intra corporis spatiũ per penetrationẽ, aut ipsum corporis spatiũ. Quarta erat, si locus est: erit alicubi: & si alicubi, igitur locus in loco. Rñdet est ẽt locus alicubi non vt in loco, sed vt finis in eo qđ est finitũ, & vt accñs in subiecto, non.n.est in loco omne qđ est, sed mobile corpus solũ. Prætermisit autem duas alias dubitationes an esset locus elementũ, & ad quod genus causæ reduceretur: quia satis in processu persoluit.

DILVCI. *Et fertur igitur in suiipsius locum unumquodq; nō sine ratione, quod.n.post aliquod deinceps est, ac illud non uiolētia tangit, id congenerum est illi, & si cognata sunt: passione carent. Si uero se tangant, uicissim passiua sunt, atque actiua.*

ANT. *Et fertur igitur in suiipsius locum unumquodq; rationabiliter. Quod.n. consequenter est, & tangitur non ui, cōgenerum est, & cum cognata sint impassibilia sunt. Quae uero tanguntur, passiua, & actiua sunt adinuicem.*

Ex iis soluit problemata, primum, propter quid corpus vnumquodq; mouetur suum in locum, cum locus nihil sit aliud, q̄ citima superficies corporis locātis in qua nulla virtus attractiua vel affectiua est corporis moti. Rn̄det hoc esse propter corpus continēs in quo ipsa superficies est: cui corpus motum habet aliquod cōe atq; affine. & hoc inquit, Et fertur igitur in suiipsius locum vnumquoq; optima ratione, quam explicat dicens, quod.n. post aliqd' deinceps est, vt aer post ignem, ac illud non violentia & actione, & reactione tāgit: id congenerū est illi: vt aer post ignē congenerū est illi in calore. Explicat tn̄ qn̄ agunt & patiuntur, & qn̄ nō, & inquit, & si cognata sunt vt aer & ignis, passione carent propter similitudinem, si vero nō cognata sint: sed dissimilia existētia se tangant velut terra, & aer, aut aqua, & ignis, vicissim passiua sunt actiua. Est igitur solutio problematis ꝙ corpus naturale mouetur in locū, ratione subiecti in quo est locus, hoc est ratione corporis continentis: propter similitudinem, & cognationem naturalem, quam cum illo habet.

DILVC. *Manet insuper suapte natura totū proprio in loco unūquodq; non sine ratione. Etenim hoc pars in toto loco est: ut diuisibilis pars ad totum: ueluti cum aquae, aut aeris partē mouerit aliquis Praeterea etiam aer, & aqua inter se ita se habent, ut alterum quidem materia sit, alterum uero forma. aqua quidem materia aeris est. aer uero ut actus quidē illius, aqua nāq; potestate aer est. At aer alio modo potētia aqua. Sed de his posterius. uerum opportunitate temporis: necesse est dicere, obscure tamen nunc dictum est: tunc disquisitius enarrabitur. Si igitur idem materia est & actus: ambo nanq; est aqua, sed alterum potestate, alterum actu: ipsa sane ad aerem ueluti pars quodammodo ad totum se habet: quocirca horum etiam tactio erit, Copulatio uero cū ambo unum fient. Et de loco quidem & quód sit, & quid nam sit: dictum est.*

ANT. *Et manet igitur natura totum in proprio loco unumquodq; non sine ratione. Etenim hoc pars in toto loco est, sicut diuisibilis pars est ad totum, ut cum aquae aliquis partē, aut aeris. sicut autem & aer se habet ad aquam, ut materia .n. hic aūt species. aqua quidem materia aeris: Aer ut actus*
Tex. 49. *illius. Aqua.n. potentia est aer: aer autem potentia aqua est alio modo. determinādum autē est posterius. de his: sed propter tempus necesse est dicere quidem, incerte autem nunc dictum sic: tunc erit certius. si igitur idem est materia, & actus. aqua.n. utrunq; sed hoc quidem potentia, illud uero actu habet se utiq; sicut pars quodammodo ad totum. unde & his tactus inest: Copulatio autem, cum utraq; unū fiāt. Et de loco quidem & quoniam est, & quid est, dictum.*

Secundum problema propter quid corpus naturaliter in eius proprio moratur loco, cum locus sit vltima continentis superficies, cui superficiei nulla annexa sit virtus detentiua. Respondet locatum suapte natura proprio morari in loco, quia est velut pars illius, modo pars suapte natura manet in toto, est tn̄ pars, nō quidem continua, sed diuisibilis, inquit, manet insuper suapte natura totum proprio in loco vnūquodq; non sine ratione: etenim hoc in toto loco pars est vt diuisibilis pars ad totum, dico diuisibilis pars veluti cū aquae, aut aeris partem à toto suo quis mouerit siue diuiserit, & ipsa remaneat iuxta totum. Quòd vero locatum se habeat ad locum siue ad corpus continens vt pars, ex dictis patet, quia est illo minus, & congenerū siue similare quodāmodo. Rursus qui locatum ad cōtinens, vt pars se habet bona rōne persuadet, quia locatum est vti materia, corpus continet vti forma, mō materia pars est formae, atq; illi cognata. & hoc inqt, Praeterea & aer & aqua inter se ita se habent, vt alterū quidem materia sit, alterū vero forma, aqua quidem materia aeris est, aer vero actus quidem illius, cuius rei cām affert, & inquit, aqua nāq; potestate aer est, at aer si sit potestate aqua, erit alio modo, quae res cū sit obiter hic dicta, & sit qōne digna & non sine dubitatione, se excusans inquit, sed de his posterius, vt in libro de Gn̄atione, sed pro opportunitate tp̄is necesse fuit dicere, obscure tn̄ nunc dictum est, tunc disquisitius enarrabitur. haec dixit, qm̄ in secundo lib. de Gn̄atione, vt scripsimus ibi non parua est quaestio vtrum vnū elementum sit alterius forma, alterū vero eiusdē materia. Et quia res hęc est dubia, sumit rōnem quocūq; modo dicatur, & inquit. si igitur idem materia est & actus (ambo nāq; est aqua: sed alterum potestatē, alterum actu) ipsa sane ad aerem veluti pars ad totū sane quodā modo se habet, quocirca horum tactio erit, & actio & passio, cum sunt dissimilia & quasi contraria, copulatio vero cum ambo vnū fient, & ita siue aqua sit aeris materia, siue sit & materia vno modo & forma alio modo, oīno erit illius pars, non quidem tunc cum ad aerem fertur: quia adhuc detinet contrarietatē, sed postquā consimile factum erit, & cum sit illius quasi pars, erit etiam suapte natura in eo manens, & ita de secundo problemate, & de loco satis.

Auer. cōm. 48. reddit causam primi problematis videlicet propter quid corpora naturalia mouentur ad loca propria, & ait illud esse, quia vltimū corporis cōtinentis conuenit cum vltimo rei motae, quod intelligo saltem in altera qualitate: quae res tollitur à vacuo, cum in illo nulla prorsus natura sit: neque videlicet similis neq; diuersa. Et si dicas, igitur aqua mouebitur sursum, dato ꝙ aer sit in loco ignis. Respondetur ꝙ aqua mouetur ad aerem tandiu, quandiu est ille in proprio loco naturali, vbi vero aer ponatur non in loco naturali, sed in loco, verbi causa, ignis: tunc aqua non naturaliter amplius, sed violentes moueretur ad illum, nam nō tantum ad illum fertur propter similitudinem elementariam, sed caelestem constitutionē. Addit autem Auer. ꝙ res q̄ primum sunt continuae, tā primum cessant agere & pati, at cum sunt tangentes & discōtinuae agere possunt & pati, quod iuniores intelligunt de continuitate naturae, & non quantitatiua, vt de aqua calida exemplificat, quae vna & continua agere potest in seipsa: siue vna pars in alia. Sed haec res eget speculatione non parua, de qua in lib. de Generatione dixi, & in. 2. huius.

Vlterius Auer. cōm. 49. explanat qūo aqua ipsa & vniuersaliter elementum contentum sit vt materia, & con-

Margin notes (right): Quae Auer. com. 48. — Dubī Auer. Solutio. — Quae Auer. com. 28.

& continens vt forma, primo, quia aqua est creata primaria intentione, vt ex ea fiat aer, aer vero nõ prima intentione, vt ex illo fiat aqua: sed solum est in potẽtia ad illam, huius rei causam affert, quia imperfectũ prima intentione est propter perfectius: at ipsum perfectius esse non põt pp imperfectum, Iuniores & nõ male intelligunt ꝙ aqua est facta vt materia alterationis aeris, non materia subiectionis, & hoc quia imperfectior illo est veluti natura embrionem imperfectũ egit propter animal perfectius vt sit illius materia talis rationis. Secũdo alterum est quasi priuatio vt aquã, alterum vt ipse habitus, modo priuatio ad materiæ speciem reducitur, est autem imperfectius in priuatione respectu perfecti. Tertio alterum est quasi generatio vt aer, nam ire ad aerem est generare, alterum corruptio, nam ire ad aquam est corrumpi, modo generatio ad formam, corruptio ad materiam reducũtur. Sed est vna dubitatio, quia Arist. dixit aquam esse materiã, aerẽ formam, modo ex hoc non videtur sequi ꝙ aqua sit pars aeris, cum materia non sit formæ pars. huic Auer. solutionem innuit, quia cum aqua sit composita ex materia & forma, vtrunq; dicitur aqua, materia quidem aqua dicitur potestate, quatenus ex ea, & in ea aqua fit, forma vero actu aqua, quæ ratio docet materiam esse partem in potentia ipsius aquæ, formam autem totum in actu, sed cum pars potẽtia sit vti pars totius, videtur illius totius pars esse etiã materia ipsa.

Dubi.

Tunc ad propositum cum continens sit vt forma: & contentum vt materia, & materia sit pars potẽtia, forma totum, iure ipsum contentum ex ea parte qua est in potentia est vti pars continentis, & hic aperte ait. Auer. formam partis & formam totius esse idem omnino, vt humanitas & forma hominis sunt, sed de hoc in libro Destructio destructionũ sit dictum satis. Sed circa finẽ capituli de loco quærunt de locatione elementorum, vbi non parua est ambiguitas.

Quæstiones de loco.
Prima.

Auer. n. in hoc Quarto cõm. 48. videtur velle absolute ꝙ concauum continentis elementi sit locus contenti, inquit. n. & sic in quolibet vltimo concauo elemẽtorum. s. ꝙ aqua mouetur ẽt ad vltimum aeris, qñ aqua fuerit in suo loco proprio mũdi aut in aliquo loco violenter: in quibus verbis patet locum aquæ esse concauum aeris, quia ad illud mouetur aqua si distet, siue ipsa sit in loco naturali, siue sit in loco violẽto, ꝙ esse non potest, nisi illud concauum sit locus aquæ. Præterea Primo Cœli soluens quæstionem Ioan. grãmatici. cõmen. 8. in fine, ait, corporum differentiã specie & natura esse loca specie diuersa, propterea cõcludit ꝙ locus ignis est concauum Lunæ, locus aeris est concauum ignis, & dat signum, quia aer positus in cõcauo Lunæ descenderet ad ignem, & positus in cẽtro simil'r. idem dicit de aqua, & aliis elñtis. Amplius eodẽ Primo, de Cœlo cõm. 17. idem sentire videtur dicens, hæc descriptio vl'is videtur graui & leui simpl'r, s. igni, & terræ, & graui, & leui ĩ respectu. s. aeri, & aquæ, aqua. n. grauis est in respectu aeris, & leuis in respectu terræ, & ideo si esset in centro mundi. s. in loco terræ, naturali, moueretur ad concauitatem aeris. Similiter aer est grauis in respectu ignis, & leuis in respectu aquę, & ita apud ipsum absolute videtur vnum elementũ esse locus alterius, idem colligi potest Secundo Cœli commen. 31. & 79. Ex alia parte contrarium videtur sentire hic cõm. 42. vbi inquit, & dixit medium qñ graue non quærit hunc finem, nisi fm quod est medium to-

A tius, non fm ꝙ est finis aquæ, & si non, tunc terra moueretur ad aquam vbi esset finis eius, sicut ferrũ mouetur ad magnetem, vbicunq; fuerit, & hoc non sentitur de aqua: in quibus verbis apparet concauũ vnius elementi non esse absolute locũ alterius. Sunt prætera verba Arist. in libris Meteororum vbi plane locat elemẽta vnum per alterum vt fecit in isto Quarto idẽ in libro de Generatione. idem in libro de Cœlo. vnde non parua fuit quæstio posterioribus. Iuniores soluentes qõnem hanc. sic possunt hæc contraria consulere, qui loquendo de loco quo elementa omnia locãtur, est centrum vniuersi, declarant: quia tunc sunt perfecte ipse locata, cum centrum vniuersi est centrum cuiusq; eorum, loquendo de loco qui locat, sic vnũ elementũ est locus alterius, non absolute, sed vt in tali, aut tali vniuersi positura, aut situ constituitur, aeris. n.

Responsio Iuniorum.

B vltimum non est locus aquæ, nisi vt in respectu mũdi talẽ in ipso positurã tenet. Addunt mĩ ꝙ aliter est in leuibus, aliter in grauibus, in leuibus. n. & grauibus locus quo locantur est cẽtrum & concauũ cœli: sed hæc est differentia ꝙ concauũ cœli est magis locus, quo leuiũ, leuia. n. magis positura & situ habitis ad cœlum collocantur, q̃ ad centrũ, grauia contra magis ad centrum. Hæc põ licet possit reprehendi & defendi, nunc transeat, videtur tñ mihi ꝙ nõ sit ponẽda multitudo absq; necessitate, tot. n. loca multiplicare non est peripateticum, nec in isto. 4. vbi diligentissime Arist. loci definitionem amplexus est, aliũ locum innuit, q̃ continentis vltimũ. Auer. aũt auctoritate Auẽp. Hispani dixit differre recta corpora, & sphærica, nã recta magis locanẽ per extrinseca, sphærica magis p intrinseca. Propter hoc debes primo scire ꝙ locus non daẽ oĩ corpori, vt

Quid de positione prima p pria po.
An oẽ ens sit loco.
Vide Alle. de spa o. q. 7 Iunius. et land. q. 1 Iunius.

C recte dixit Arist. sed oĩ corpori mobili, dicit. n. non est in loco oẽ qđ est, sed mobile corpus. Ex hoc sequiẽ ꝙ de rõne loci est cõtinere & terminate, continere quidẽ, quia contentũ est corpus, terminare vero, quia in ipso mobile desinit moueri. Secũdo debes scire ꝙ elementũ põt dupl'r considerari vt corpus mobile, & vt corpus mobile sua ppria specie motus, & quiescibile sua ppria quietis specie. Tũc dicendũ de mẽte Arist. & Auer. atq; Themistij, qđ loquẽdo de elemẽtis vt sunt corpora mobilia atq; quiescibilia absolute, sic vnum elñtum continet aliud nulla alia rõne, nisi pp suã concauã atq; internã superficiẽ, q̃ est formal'r locus. vt. n. albũ albedine est formal'r album, ita cõtinens loco formal'r locabit, & per consequẽs non nisi sua ipsius interna superficie, & ita nec rõne centri, nec rõne cõcaui cœli, nec alia vlla rõne prorsus. Si vero loquamur de elñtis vt sunt corpora mobilia & quiescibilia, proprio

Determinatio.
Prima pars.

Sc̃da pars

D motu atq; quiete, verbi causa, ignis vt mobile sursum simpl'r, & ibidẽ quiescibile, aer ẽt vt mobile sursum in respectu, & ibidẽ quiescibile, aqua vt mobile deorsum in respectu, & ibidẽ quiescibile, terra vt mobile deorsum simpl'r, & ibidẽ quiescibile, sic vnũ elñtum collocabit alterũ non absolute, sed ea rõne qua illud mouẽ & quiescit iuxta propriã naturã. verbi causa, ignis locabit aerẽ, quo aer erit in igne sursum in respectu quiescens, aut motũ ad sursum in respectu, aer locabit aq̃ simil'r, & aqua siñ pacto terrã. Et quia ignis nõ est sursum simpl'r, aut quiescens, aut motus nisi quotiẽs externa sui supficies tãgit cœlũ, ideo in cœlo simpl'r locatur, quia vero aer nõ est sursum in respectu, nisi tanta intercapedine distet à cœlo, ideo locaẽ in igne tãta intercapedine cõstituto ad cœlũ. Rursus, qa aqua nõ est

deorſum in reſpectu, aut mota aut quieſcens niſi tãto interuallo ſit conſtituta ad centrum, ideo locatur in aere ſimili interuallo conſtituto, terra præterea non eſt deorſum ſimpliciter niſi mediũ grauitatis eius teneat medium vniuerſi ſimpł. igitur aqua non erit illius locus, niſi hac ratione qua terra in ea locata mediũ *Replica.* mundi teneat. Sed dices contra, quia ablata terra vniuerſa à centro, aqua deſcenderet, igitur centrum non *Reſponſio.* eſt ratio terræ, ſed etiam aquæ. Similiter ablato igneà concauo aer ſimiliter facere. igitur vnum elementum non eſt locus alterius hac ratione. Innuit Auer. reſpõſionem Secundo Cœli, cõm. 31. & Primo Cœli cõ. 17. illud non eſſe per naturam elementi, aqua. n. deſcẽdit ablata terra ne detur vacuum, & quia hæc eſt elementorum, vt natura grauius ſemper ſubſit leuiori: modo minus contra naturam eſt, vt aqua deſcendat, q̃ aer, & ita tanquã conueniẽs naturæ vniuerſali & tanq̃ minus contra naturam propriã aqua deſcenderet, & aer aſcẽderet, non autẽ vt ſimpliciter ſuæ naturæ conueniens. *Contra iuniores.* Ex iis ſequitur contra iuniores, ꝙ centrum non eſt locus, quo grauium, nec concauum cœli locus quo leuium. patet, quia non elementorum vt corpora mobilia ſunt, nec elementorũ vt corpora mobilia vel quieſcibilia tali motus, aut quietis ſpecie, quia illius conſtitutionis locus quo eſt reſpectus quo continens grauia habet ad centrum, & quo continens leuia habet ad cõcauum, non igitur eſt centrum, aut concauum, & per hoc tolluntur omnes contradictiones in dictis Ariſto. & Auer. & patet reſponſio ad rationes factas in principio. *Secunda q.* Secundo quærunt, vtrum vltra corpus continẽs & reſpectum illum, oportet ponere virtutem aliquã qua locus conſeruet locatum, & quid ſit illa, videtur enim ex dictis Auer. hic cõmen. 48. ꝙ debeat poni, & illam vocat vnigeneitatem, græce vero dicitur ſyggenon, latine cognatio, ſiue affinitas. Amplius niſi eſſet *Prima põ.* hæc cognatio elementa in ſuis locis, eſſent in cõtinua actione & paſſione. Ad hanc quæſtionem ſunt tres modi dicẽdi, vnus eſt ꝙ iſta vnigeneitas, ſiue cognatio eſt forma ſubſtantialis corporis continentis, verbi cauſa, forma ignis, hac enim forma ipſe ignis conſeruat aerem, & præſeruat: conſeruat quidem, qm̃ ſimilis illi, omne. n. ſimile à ſimili conſeruatur, & à contrario corrumpitur, præſeruat vero, quia regulat qualitates ignis hac regula vt non corrumpant aerem. Hæc poſitio tollit argumentum factum, non. n. aer in ſuo loco eſſet in actione & paſſione, niſi qñ qualitates ignis nimis diſproportionatæ. Amplius regulam formæ non ſubeunt, vt qñ à ſyderibus nimis ſuperexcreſcerent, verificat etiam authoritatem Auer. vt patet, & iuxta hãc poſitionem nihil oportet ponere præter reſpectum, & *Secũda põ.* corpus locans. Alij & fere omnes fingunt cœlum agere in hunc mundum inferiorem lumine, motu, & influxu, tunc volunt vnum elementum non locare aliud abſolute, quia elementum, ſed quia tali influxu affectum, quem habet per hoc ꝙ ad cœlum & ad centrũ hac ratione conſtituitur, & tunc hi ſoluunt argumentum de actione & paſſione locati in loco, & verificãt verba Auer. nam licet ignis ſit in parte aeri contrarius, affectus tamen cœleſti illa vi eſt perſimilis, hi modi ſunt diſputati in libro de Generatione per me anno præterito, ideo nolo tantopere immorari.

Tertius modus Auer. Auer. autem in Tertio Cœli, cõm. 23. nihil aliud ponere videtur præter elementũ ſiue elemẽti qualitates & reſpectum. Ignis. n. eſt locus aeris nõ rõne qualita- E tis contrariæ videlicet ſiccitatis, ſed rõne ſymbolæ, videlicet caliditatis, & ita ignis in tali poſitura conſtitutus per qualitatem illam ſymbolam poteſt eſſe ſufficiens locus aeris. Verum in Secundo de Cœlo. cõ. 94. videtur addere. Propterea debes ſcire ꝙ cœlum apud ipſum & Ariſt. non agit in hunc mundum niſi motu, & lumine, vt in libris noſtris aſtronomicis declarauimus, per motum. n. & lumen calorem efficiunt, qui eſt velut vita omnibus quæ per naturam ſunt, tunc oportet dicere q. calor eſt duplex, cœleſtis, vt ille qui vehitur ad nos & lumine & motu, & elementarius, vt ille qui conſequitur ſpeciem propriam elementi, hinc duplex frigiditas erit, cœleſtis vt illa, quæ proficiſcitur à priuatione cauſarum calefacientium cœleſtium, veluti quæ eſt propter elongationem à cœli motu & lumine. Elementaria vero quæ ſpeciem elementi cõſequi- F tur. Tũc dico, de mẽte Auer. ꝙ vltra qualitates elemẽti & reſpectum, quem tenet elementũ ad vniuerſum, oportet ponere calorem cœleſtem, & frigiditatẽ, qua ratione ſit vt ignis conuenientiſsime ſit in concauo lunæ, quia ille ꝓpinquitate motus & luminis feruet, aer in concauo ignis cõſtituto in poſitura cõuenienti aeri conſtituitur, nã locus ille eſt calidus calore conueniẽti aeriæ naturæ, aqua in concauo aeris, quia ille locus priuatione caloris iã frigeſcit, quæ frigiditas cõuenit poſituræ aquæ, terra in concauo aquæ, quia illud concauũ eſt frigidũ frigiditate conuenienti naturæ & conſtitutioni terræ. Quare corpus locans locat per ſymbolũ, tum cœleſte, tũ elementariũ, & per poſiturã, per hęc tollitur argumentũ de actione & paſſione elementi in ſuo loco, nã non eſt actio & paſſio, niſi cũ regula q̃ eſt cęleſtis calor, aut frigiditas diſproportionaſ. Verificaſ G quoq; authoritas Auer. vt patet. de his ꝑquire in lib. de Gñat. quos anno ꝑterito expoluim⁹. Et de loco ſatis.

RECOGNITIONES.

IN cõmentarijs quæſiuimus vtrum alterũ elementũ locet alterum, & quo modo, & ibi multa diximus at hæc ſunt quæ ex verbis Ariſt. habemus, ꝙ alterũ elementum alterũ locat, non quodlibet, ſed ipſi cõgenerum, vnde duo requiruntur ad hoc, vt alterũ elementum alterum locet, primo, vt ſit illi locato affine, congenerumq́;, & quia hac cõditione nõ magis ignis aerem, q̃ aer ignem locat, ideo requiritur ſecundo, vt elementum locans ſit natura antecedens, & elementũ locatum ſit natura ſequens immediate, & hac de cauſa ignis locat aerem, aer vero non ignem, nã ignis eſt natura antecedens, cum ſit natura nobilior, aer vero natura immediate conſequens, & hac ratione alterum H alterum locat, & non econtra: hinc ignis non locat terram licet in altera qualitate ſit illi affinis quia terram non immediate ignis ſequitur, ſed mediantibus aere, & aqua, aſsignat autem Ariſt. cauſam quietis alterius elementi in altero, ex eo quia locatum eſt pars locantis, ſolum differens diuiſione: nec ex Ariſto. alia habemus, propterea in cõmentarijs pulchre rem hanc diſputauimus, verum ſm̃ Them. debes ſcire elementa bifariã conſiderari poſſe, aut vt corpora recta, q̃ mouentur motu recto, & ſic alterum alterum per concauũ locat. Aut vt corpora ſphærica aptaq́; moueri motu ſphærico, & ſic alterum locat alterum per conuexũ, vt terra aquã, aqua aerem, aer ignẽ, ignis Lunam, Luna Mercurium & ſic vſq; ad vltimũ. Sed circa rõnem Ariſt. occurrit dubitatio non leuis, quę in cõmentarijs tacta eſt. Ariſt. enim in præſenti textu probat aquam

esse partem aeris, & vniuersaliter elementum contentum esse partẽ elementi continentis, quia contentũ est vt materia, continẽs, vt forma: modo materia est pars formæ, sed hoc quod accipit, falsum est, non.n. videtur materiam partem esse formę Auer. rñdet formã partis, vt anima rõnalis est, & formam totius, vt humanitatẽ idem esse, & quia materia est pars formæ totius, videtur etiam esse pars formæ partis. Sed hæc rñsio licet in commentariis non refutetur, tamẽ dubia est, quia materia nõ videtur pars formæ totius, si forma totius est idem quod forma partis, non.n. corpus videtur pars humanitatis, si humanitas est anima rõnalis, quia nec est pars illius integralis, nec essentialis, nec definitiua, nec potestatiua, nec subiectiua: quemadmodum nullo istorum modorũ est pars rationalis animæ. propterea videtur mihi Arist. per partem intellexisse partẽ perfectionalem, & per totum, totum perfectionale, veluti est aurum totum ad metalla, & metalla partes auri in perfectione. cuius rei signũ est, quia probauit elementum continens esse perfectius & contentum imperfectius, & ideo voluit esse partem illius quasi diuisam à toto, quod non potest intelligi nisi de parte perfectionali, modo quælibet pars etiam perfectionalis naturaliter quiescit in suo toto: maxime cum in illo sit sua perfectio exquiete consequens. Sed dices licet in igne sit symbolum aeris, in igne etiam est dissimile.s. siccũ: ergo aer non quiescit in igne, cum per alteram qualitatem sit imperfectio. In cõmentariis solutum est, quia illud dissimile non obstat, quia refrenatur à forma corporis continẽtis, & ab alia qualitate, & à respectu, quẽ ignis habet ad cœlum, & ad calorem.

Tex. 50. περὶ κενοῦ De vacuo.

Eodem autem modo censendum est ut etiã de uacuo agatur à Physico: perinde atq; de loco: si sit nec ne? & quonam sit modo, aut quidnam est. Creditur nanq; atq; non creditur similiter per ea quæ de ipso putantur. quippe cum ij qui uacuum esse dicunt: ut locum quendam & uas ipsum constituunt. locum quidem: cum corpus id uidetur habere: cuius est capax. uacuum uero, quum eo uocat: si qua idem sit subiecto, & uacuũ & plenum & locus. rõne autem non idem.

Hactenus de loco, & de vacuo quod græce est cenon: latine quoq; inane: proponit dicere. Vbi te ignorare nolo me de parte hac breuibus esse expediturũ: potius translationibus contentum, potissimum cum pars hæc ad physicas disciplinas non multum fructus afferat, ea ratione ꝙ tota est reprehensoria. Quicquid sit, Aristoteles (vt solet) proponit intentionem in genere & in specie, & causam intentionis, & inquit, eodem autem modo censendum est vt etiã de vacuo agatur à physico, hęc de intentione in gñe, perinde atque de loco si sit nec ne? & quonam sit modo vtrum actu aut potestate, aut quidnam sit? hæc de intentione in specie, causam deinceps affert, & inquit, creditur nãq; atq; non creditur esse, per similes rationes, quæ de ipso putentur, pro, & contra. Hæc de causa in genere, & de causa in specie inquit, quippe cum hi qui vacuum esse dicunt, vt locum quendam atq; vas ipsum constituunt, locum quidem siue magis ad verbum plenum quidem cũ corpus id videtur habere, cuius est capax, vacuum vero cum eo corpore vacat, quasi idẽ sit subiecto & vacuum & plenum & locus: ratione autem non idem. Hæc de causa in specie.

Quæ Auer. cõm. 50.

Auer. aĩt cum plerunq; laboret frustra quo ad ea ꝙ circa literã ponderat, est omnino sinendus: cũ translationes eius sint penitus erroneæ vt ipsemet in Tertio de Cœlo inquit. Ego.n. non sum cum eis, qui contendunt Auerroem omne Arist. verbum recte interpretasse, qui.n. græcos Arist. codices legerit, diiudicabit, quantũ hi delirant, & vt breuibus satisfaciam & cõsulam vos nullam aut paucam fidem afferatis sibi circa verborum interpretationem, quia vero nõnulla græcorum fragmenta collegit, necnon animo atq; furore genitus est peripateticus, in digressionibus vbi sua spõte loquitur, non est sinendus, excitat.n. & cõplet multa præclara in naturalibus & aliis scientijs. Hic igitur ob malas translationes cogitur dicere quæstionem quid, esse priorem quæstione an res sit, & hoc loquendo de quęstione quid nominis, instat ad hoc propterea, quia in translationibus, quas habebat quid sit vacuũ præponebatur. Sed bonus vir errat. Aristo.n. quæstiones siue quæsita quæ græce sunt Zetumena vult esse æqualia numero scibilibus, ita vt omnis quęstio sit deinceps per demonstrationẽ, aut alium quemuis syllogismum cõclusio, at quid nominis nemo reponet inter scibilia, atq; conclusiones, cum institutione potius habeatur, magis aũt Arist. eã vocat præcognitionẽ, quã ob rem Iuniores qui super his fimbrias dilatant, laborãt frustra. Melius igitur suo (vt solet) furore textũ corrigit.

Quid de Auer.

Expõ Auer.

Error Auer.

Tex. 51.

Consideratione uero incipiamus opus est, & ab his quæ sumunt ij qui uacuum esse asserunt, & ab his etiam quæ dicunt ij qui negant ipsum esse, & tertio communibus opinionibus de ipsis sumptis.

Hactenus de intẽtione, deq; causa intentionis, nũc quo ordine proficiscendum sit, subiecit, & inquit, considerationẽ vero incipiamus opus est, & ab his quæ sumunt ij qui vacuum esse asserunt, & ab his ẽt quæ dicunt ij qui negant ipsum esse, & tertio cõibus opinionibus hinc inde de ipsis quę dixerunt antiqui sumptis, proficiscemur circa quæsita nostra. Hæc de ordine.

Tex. 52.

Qui igitur non esse ostendere tentant: non id refellunt, quod homines uacuum nuncupare uolunt, sed quod errãtes asserunt. uelut Anaxagoras, & qui hac refellunt uia: nam aerem aliquid esse demonstrant utres ipsos torquentes, aerẽ quoq; quasi ualidum ostendentes: ipsumq; in clepsydris includentes: at homines uacuum spatium esse uolunt: in quo nullũ sensile corpus est, qui quidem omne eos corpus esse arbitrantes: id esse uacuũ asserunt: in quo nullum prorsus est corpus: ita ut plenum aere etiam uacuũ esse contendant. nõ igitur aerem esse quicquam eos ostendere oportet, sed spatiũ nihil esse præter corpora, aut separabile, aut actu exñs, quod quidẽ omne corpus seiungit, quasi non sit continuum. quemadmodũ Democritus & Leucippus pluresq; alij naturalium sentiunt. Aut si quid extra corpus totius uniuersi ponitur. Hi igitur ad propositum non refellunt problema.

Prosequitur, & incipit examinare primo positionẽ eorum, qui refellunt vacuum, & simul eorum narrat positionem, & errorem eorum. Igitur positio est, ꝙ vacuum nihil sit, error vero, quia approbantes vacuum non esse, non reprobant directe vacui positionem, sed indirecte. illi enim qui asserebant vacuum esse, argumento probabant, quia aer est, & aer vacuũ quid est, cum non sit corpus sensile, at isti enituntur ostendere vacuum esse signis & experientiis, & tunc credunt habere vacuum non esse, cum ipse aer sit quid sensile ve per vtres & cætera instrumenta quibus aer percipitur arguebant. Quare hi non ad positionẽ, sed

An vacuũ esse sit possibile. Vide ca. q. 4. huius. & cur sum pars. q. 2. huius & Ioã. de mag. q. 4. huius. & Albe. de Saxo q. 8. huius.

ad argumentum positionis arguunt. Propterea concludit. Non igitur aerem esse quicq̃ ostendere oportet, sed spatium nihil esse præter corpora sensilia, nihil dico, aut separabile, aut actu existens, quod quidẽ omne corpus penetrando seiungit & diuidit quasi nõ sit continuum, vt Democritus & Leucippus & naturales senſere. Aut debebat consitare ipsum vacuum extra mundum, si quid extra corpus totius mundi ponitur. Isti igitur ad propositũ non soluũt problema. Hic est error, & hæc positio. Debes scire ꝙ positio horum est vacuum nihil esse, error vero consistit in tribus. primo errant, quia enituntur probare aerem esse aliquid, quo quidem concesso adhuc quæstio restat an sit vacuum vel ne. Secundo errant, quia contradicũt non positioni, sed argumento positionis, modo perfecta contradictio est ad positionem, & ad argumentum positionis. Tertio errant, quia speciatim non refellunt vacuũ imbibitum corporibus per penetrationẽ, nec vacuũ extrorsus à mundo, & sic hi omnino errant.

Declaratio literæ.

Quæ Auer. com. 51.

Auer. vero probat ex litera duobus signis aerẽ esse, primo per vtres inflatos aere, qui resistunt comprimẽti, modo nisi aer aliquid esset, vtres non resisterent. Secundo per exemplum de eo instrumento quod clepsydra græce est, quod Auer. cataploram appellat, patet .n. per eiusmodi instrumentum aliquid esse aerem, nã nisi subintret in ipsum aer, aqua per fundum nunquã descendet. Vlterius dicit ꝙ vacuum & corpus mathematicum non differunt, quia vtrunq; est trina dimensio abstracta à materia. Hæc ex cõmento.

Tex. 53.

Qui uero ipsum esse magis asserunt: ipsum quidem unũ esse dicunt: argumento q̃ motus in loco non erit uidelicet latio & auctio. non.n. eiusmodi motus esse uidetur nisi sit uacuum: plenum.n. suscipere non potest. Quod si suscipiet, fuerintq; duo corpora in eodem: poterunt & quotquot uolueris corpora simul esse. causa.n. differẽtiæ cur non erit ut dictum est, reddi non potest, quod si hoc continget: poterit etiam minimum suscipere maximum. multa.n. modica sunt unum satis: quo fit ut si multa æqualia in eodẽ esse possunt; etiam multa inæqualia in eodem sint.

Nunc narrat positionem eorum qui asserunt vacuum esse & argumentum eorum, & breuiter vacuũ concedunt esse propter motum localem lationem & auctionem. Nam vel quod mouetur in loco, mouetur in pleno, aut in vacuo, si in vacuo: habetur intentum, si in pleno: tunc duo corpora erunt in eodem, & si duo corpora erunt in eodem, etiam simili rõne tot quot vis, cum causa reddi non possit quare duo: & nõ plura, & si plura: poterit minimum vt minimus locus suscipere maximum, multa enim modica sunt vnum satis, quare si potest recipere multa parua, potest recipere vnum maximum ex illis paruis confectũ, & ita multa æqualia & inæqualia esse poterunt in eodẽ, quæ cum sint absurda: oportet concedere quod mouetur in loco, non in pleno, sed vacuo moueri. Hęc est positio & causa positionis. Debes scire ꝙ ideo causa differentiæ asignari non potest, quia duo corpora hac ratione sunt in eodem loco, quia dimensiones vnius pęnetrant dimensiones alterius, modo qua ratione dimẽsiones vnius possunt penetrare dimensiones alterius; eadem ratione dimensiones infinitorum, & æqualiũ, & inæqualium, & sic perspicua est vis rationis.

Vis rationis Arist.

Tex. 54.

Quibus quidem profecto etiam Melissus ostendit uniuersum esse immobile, nam si quid mouetur necessario uacuum esse inquit, at uacuum inter entia non est. uno igitur modo uacuum esse aliquid, sic ostendunt,

Obiter quoq; quid per rationes has syllogizauerit Melissus, addit, & inquit, quibus quidem profecto etiam Melissus ostendit vniuersum esse immobile, nã si quid mouetur, necessario vacuum esse inquit vt deduximus: at vacuum inter entia non est: hæc igitur de positione ponentium vacuum dicta satis. Debes scire, ꝙ Melissus concedit consequentiã videlicet, si motus est, vacuum est, & non ponit antecedens, vt ponat consequens, sed destruit consequens, & infert destructionem antecedentis propterea hæc positio est obiter dicta, & non principaliter.

An vacuũ esse sit necessariũ. Vide 1 ãdu. q. 10 dum.

Tex. 55.

Alio uero, quia nonnulla corpora comprimi atq; subire uidentur, quod uideri liquet, cum dolia una cum utribus ipsis, ut inquiunt uinum suscipiunt, quasi corpus quod comprimitur, ea uacua quæ insunt, præingrediatur.

Secunda ratio accipitur à corporum condensatione, nam videmus dolia suscipere vinum sine vtre, & vinum cum vtre, maxime si vter sit pertenuis. Hoc autẽ saluari non potest, nisi condensato vino, condensatio autem fieri non potest, nisi partes plenæ vini subingrediantur partes vacuas eiusdem. igitur concessa condẽsatione, vacuum esse oportet. Vnde syllogismus esse potest, si quid condensatur, aut condensatur per hoc ꝙ partes plenæ ingrediantur vacuas, aut quia plenæ ingrediuntur plenas, aut quia vacuæ ingrediuntur vacuas, si quia vacuæ vacuas ingrediuntur, habetur vacuũ: licet hoc non dicerent, non quia plenæ ingrediũtur plenas, quia tũc vt prius penetratio esset, restat cõdensationem fieri, quia plenæ intrant vacuas, & ita vacuum erit.

Syllogismus.

Præterea auctio quoq; per uacuum fieri cunctis apparet: nam alimentum quidem corpus est: at duo corpora esse simul non possunt.

Tertio idem persuadent argumento sumpto ab auctione, quia auctio fieri non potest nisi in eo quod augetur adsint meatus quidam, qui græce pori dicũtur, in quibus alimentum penetret: quare si auctio est, vacuum esse etiam oportet.

Auerro. autem facit epilogum rationum, & vult ꝙ sint tres, quibus probatur vacuum esse corporibus insitum, prima quidem sumitur ex parte lationis, secũda ex parte condensationis & rarefactionis, tertia ex parte auctionis, hæ vero tres reducunt ad hoc impossibile ꝙ nisi vacuum sit, plura corpora per penetrationem erunt in eodem, Ratio vero illa q̃ ab vtribus sumebat erat quidẽ particularis, sed reducebatur ad illam, q̃ ex parte condensationis procedebat. Hæc ex Auerro.

Quæ Auer. com. 56.

Tex. 56.

Astipulantur etiam huic per id quod de cinere fertur: qui tantandem aquæ excepit, quantum uas ipsum uacuum excepisset.

Nunc probat idem signo quodam famoso apud veteres, erat.n. concessum vas plenum cinere tm̃ aquæ excipere, quantum excepisset sine cinere, quæ apparentia saluari non potest, nisi posito vacuo in cineribus, in quo aquæ multitudo esse reposita.

Auer. vero hanc obseruationem non concedit omnino, sed asserit se non esse expertum, sed quicquid sit, enititur saluare apparentiam concedendo cinerẽ esse porosum, atque intra se meatus habere, qui quidem

Quæ Auer. Comm. 56. Respõ. ad apparentiam.

non

non vacui sunt, sed aere pleni, at cum aqua in cinerem proiicitur, aer ille corrumpitur, & in eius locum aqua intrat: cum cuius corruptione etiam aquæ nonnullæ partes à cineris caliditate corrumpuntur, quod quidē verum est, nam si deinceps cinis ipse exprimeretur, nō tantum aquæ colligeretur, quantum in eo proiectum erat, cineris etiam partes pertenues à frigiditate aquæ corrūpuntur, quod eo signo habetur, quia si cinis ille humefactus exiccaretur, non reperitur tantus, quantus erat ante eius humefactionem. Saluatur igitur hæc apparētia pp tres corruptiones, aeris videlicet inclusi in cinere, partim aquæ ingredientis, & partium cineris subtilium. Ex commento hæc colligi possunt.

Pythagorei quoq; uacuum esse affirmant, ipsumq; inspirari à mundo de illo infinito habitu extero, quasi ipse respiret, esseq; uacuum id quod naturas ipsas distinguit: ac si uacuum sit earum rerum separatio atq; distinctio, quæ seriē habentur. atq; hoc esse primum in numeris, quippe cum uacuū ipsum rerum naturam distinguat. Ea igitur quibus alij esse, alij non esse uacuum arbitrantur, talia & tot fere sunt.

Nūc vero quæ Pythagorei de vacuo senserint, narrat, & argumentum positionis, Pythagorei itaque vacuum asserunt, & ipsum asserendo sic describitur. Vacuum est rerum quæ seriē atq; in ordine habentur separatio & distinctio, primoq; in numeris rerum receptum, deinde per numeros in rebus quæ numeris constant, disseminatum. mouentur autem hoc argumēto, quia vacuum ipsum rerum naturas distinguit. Modus autem & color, quo vacuum vectum est ad nos apud Pythagoreus hic est, q mundus sit animal magnū, extra quod est spiritus atq; halitus infinitus, quem vacuū faciunt, & qm̄ animal respirat, mundum de habitu illo infinito intra se inspirasse ferunt, quem halitum vacuū appellant. Hæc Pythagorei.

Qua Auer. com. 57.

Auer. vero vult Aristotelem recitasse positionē Pythagoreorum vt ponat vltimam rationem, quæ sic cōponitur, si vacuum non est, rerum distinctio non erit: at rerum distinctio est, vacuum igitur est. Aut sic, Si rerum distinctio est, vacuum est: at rerum distinctio est: igitur vacuum est. Sed hæc expositio non facit ad verba Aristotelis. Aristoteles.n. positionem narrat Pythagoreorum, & propter positionem narrat illorū rationem, & colorem, vt patet leuiter verba intelligenti.

Confutatio.

Qua pō Pythagora.

Sed qm̄ Pythagoras plerūq; allegorice loquit, vt Hermippus auctor est, quæ ipse voluit dicere interpretemur more Simplicij peripatetici, qui veterū fuit summus interpres. Pythagoras igitur vacuum illud exterum, quod pneuma, hoc est spiritum siue halitū vocat infinitum, Deum ipsum ē materia omni separatum retulit: hunc.n. extra mundum esse concedit quatenus est, & non fm̄ mundi ipsius conditionē: siquidem huius mundi conditio sit continua semper variatio, at spiritus ille primus oīs est variationis expers. Hunc præterea, vt in Tertio huius diximus, infinitum vocat, eo quia nulla alligatus est materiæ portione. Vacuum vero imbibitum corporibus formas rerū vocat, quibus res ipsæ differunt, & distinguuntur, atq; in ordine collocantur, has quoque mundum ē Deo inspirasse allegorizat: quatenus & esse & mundi aīa, siue rerum forma, atq; animalium vitæ cunctæ à Deo sunt ē quæ ipso pendent: & in moles rerum vt in vascula insufflantur ab eo, dicitur igitur Deus vacuum, quatenus omni vacat corpore & mole, nec imbibit in ali-

A quo vt illius propria forma. Dicuntur vero rerum siue animæ siue formæ vacua imbibita, quatenus ipsæ sua pte natura sine corpore sunt, at quia sunt in corpore imbibitæ videntur, quibus omnibus facile est veriticare omnia quæ Arist. narrat de Pythagoreis. Qua ratione euenit vt Arist. non contra sensu, sed cōtra verba male sonantia insurgat.

DILVCI.

At utro nam modo res sese habeat, operæpretium est accipiamus quid nam ipsum nomen significet? Videtur itaq; uacuum locus esse, in quo nihil est, eo uidelicet argumento q, omne ens corpus esse arbitrantur, at cum omne corpus sit in loco, uacuū locus erit, in quo nullum corpus est, quare si alicubi non est corpus, ibidem uacuum esse arbitrātur. Rursus etiam omne corpus tactile esse contendunt, tale uero quod aut grauitatem aut leuitatem habet, euenit igitur B ex syllogismo id esse uacuum in quo non est graue quicquā aut leue. Hæc igitur ut diximus ex syllogismo emergunt.

Vult nunc quæstionē persoluere, & quia ante oēm quæstionem communis præcognitio est quid nomen significet: antequā quæstionis exsoluat, quid hoc nomen vacuum, quod græce est cenon, significet, exponit. Vbi debes scire q antiqui arbitrabantur ens & corpus conuerti: ita vt omne ens sit corpus, & omne corpus sit ens, vlterius q omne corpus sit tactile, qa quin tam illam essentiam, quæ est alterius naturæ, nō cognouerunt. Ex iis dederunt duas nominis vacui descriptiones, alteram primam & quasi immediatam, alterā secundam quasi per syllogismum.

Prima quidem est, q vacuum sit id in quo nihil est, sequitur quidem hæc ex primo assumpto, nam cum oē corpus sit ens, & econtra omne ens sit corpus, sequi-C tur vbi non est corpus: ibi nihil esse, & ita si vacuū est, quod corpore vacat: vacuum erit id in quo nihil est, hæc est prima. Secunda vero sequitur ex secundo assumpto per syllogismum. nam si omne corpus est tactile, & omne tactile est graue aut leue, & vacuum est quod vacat corpore, erit etiam quod vacat tactili, & ita quod vacat graui & leui. erit igitur vacuū id in quo non est graue quicquā, neq; leue, hæc est Secunda per syllogismum quasi ē primo deducta ad vltimū. Quid igitur vacuum significat, per has ab antiquis nunc patet, verba vero translatione perspicua sunt.

Sed cum absurdum sit punctum uacuū esse. locū idcirco esse oportebit, in quo corporis tactilis spatiū continebitur.

Dicta descriptio potest vno modo intelligi sic, q vacuum sit in quo nihil est, & hæc est falsa, nam tunc punctus vacuum erit, quia in eo nihil est. Alio modo D q vacuum sit locus in quo non est corpus tactile, sed aptum natum est esse, & hoc modo vult illam definitionem esse veram, quia sic vacuum erit spatiū, quod corpore tactilis vacat, vt diximus.

Animaduersione dignū vt ex Auerro. colligitur, q hæc relatiua id, illud, & eiusmodi sunt, quasi transcendentia, ideo cum dico vacuum est id in quo nihil est, sensus erit vniuersalis, quatenus pronomen. i. transcēdens, & propterea sequitur punctum esse vacuū, at si dicatur vacuum est spatium siue locus in quo nihil est cum locus sit terminus prædicamentalis determinatā naturam significans, non sequitur punctum esse vacuum. Hæc ex cōmen.

Qua Auer. com. 57.

Verum cum uacuum uno modo id dici uideatur: quod nō est plenum eo corpore quod tactu sensile est. Et id quod ta-

DILVC.

ctu sensile est grauitatem habet aut leuitatem : propterea etiam dubitabit quispiam quidnam asserent si spatiũ ipsum colorem habet aut sonum : utrum uacuum uel ne. An perspicuum est id uacuum esse si corpus tactile suscipere posit. Si uero non, id uacuum non esse.

Mouet quæstionẽ circa dicta descriptiones, & primo resumit duo quæ declarata sunt, & inquit, verum cum vacuum vno modo id dici videtur, quod non est plenum eo corpore quod tactu sensile est, & id quod tactu sensile est grauitatem habet aut leuitatem : hinc concludit quæstionem dicens, propterea etiam dubitabit quispiam quid nã asserent, si spatium ipsum quod diximus esse vacuum colorem habeat aut sonum, vtrũ vacuum sit vel ne. Est igitur dubitatio vtrum dato vacuo siue extra cœlum siue intra cœlum, & in illo posito colore aut sono, aut accidente alio quouis, tale adhuc sit dicendum vacuum? Respondet Aristote. & inquit, an perspicuũ est id vacuum esse in quo color, aut sonus intelligitur, si corpus tactile suscipere possit, si vero non posit suscipere corpus tactile, id vacuũ non esse, & ita si in vacuo quod ponunt extra cœlũ sit color, est dicendum esse vacuum modo posit corpus suscipere, quia ratio vacui est, quia vacat corpore, & nõ accidente. Sed dubitari potest, quia videtur Aristot. implicare, ponit.n. accidens vt colorem & solũ absq; subiecto, quod est impossibile, eius.n. esse est inesse.

Prima du. Pria respo. cucullatorum. Rñdent nonnulli cucullati, quorum studiũ est duntaxat metaphysicum, esse geminam inhærentiam. actualem, & aptitudinalem. modo volunt accidens non esse ab inhærentia actuali dictum, sed aptitudinali, quatenus hæc est aut ratio aut passio propria accidẽtis. Propterea potest intelligi accidens & actu nõ in subiecto aliquo, immo asserunt nisi sic esset, non posse dubitationem Arist. esse coloratam. Sed hæc positio non est peripatetica.

Qualis põ cucullatorũ. Vide cano. q. 4. primi homo. & Scot. in. 4. di. 12. & Occhã tra. de sacramento. & s. Tho. & S. Bon. & Egid. & tota schola sco & theologorum.

Nam Auer. infra cõmen. 60. infert, si dimensio & prædicamentum quantitatis esset separatum : tũc esset substantia separata, quæ consequentia nulla esset : nisi accidens dicatur ab actu inhærendo, & substantia ab actu sine alio existendo. Amplius peripatetici volunt id esse impossibile quod non subest alicui potentiæ naturali, vnde si accidens posit esse actu sine subiecto, id erit aut per potentiam Dei, aut per potentiam naturalem agentis, nõ quidem per illã Dei, quia apud Peripateticos Deus nihil agit immediate ad extra, etiã secundum ipsos, neq; per potentiam naturalẽ alicuius agentis, vt omnes tenent. idcirco accidẽs actu impossibile est esse sine subiecto. Catholice vero sentiendo tenemus accidens posse esse actu sine subiecto, & Deũ supplere vicem illius.

Alia respõ. Auer. co. 58. Aliter igitur colligitur ab Auer. ꝙ Aristo. loquitur more antiquorum, qui aerẽ vacuum esse fatebantur, eo quia aufugit visum & tactũ, propterea quærit vtrũ si in aere ponatur sonus aut color, vt de facto poni potest, talis aer sit vacuum apud Antiquos: qua ratione non est indubitatione contradictio.

DILVCI. *Alio uero modo id in quo non est hoc aliquid, neq; substantia corporea ulla, quocirca quidam corporum materiã uacuum esse dixerunt, qui quidem & locum hoc idem asserunt esse. Sed non recte dicunt: materia nanq; e corporibus ipsis non est separabilis, uacuũ uero ut separabile quærũt.*

Tertio vacui descriptio est Platonica, & hãc ponit dicens, alio vero modo id in quo non est hoc aliquid,

E neq; substantia corporea ulla, & tũc ex hac descriptione quid Platonici senserunt, infert, & inquit, quocirca quidam corporum materiam vacuũ esse dixerũt, qui quidem & locum hoc idem asserunt esse, vt in tractatu de loco dictum fuit satis. Quo vero ad verba attinet. Arist. per hoc aliquid formam sensilem intelligit, & per substantiam corpoream, compositum, propterea materiã vacuum appellant, quatenus ipsa & à formis, & à corporibus separabilis est, non quidem re, vt addunt Auer. & Them. sed definitione. At vacuũ & definitione & re separabile est à corporibus, & in hoc vacuũ & mã differũt, propterea confutat Platonẽ, & inquit, sed non recte dicũt, materia nanq; e corporibus ipsis nõ est separabilis, nisi definitione, Vacuũ vero vt separabile re & definitione quærunt, & sic non recte sentiũt. Quo ad verba

F *Quoniam autem & de loco pertractatum est, uacuum quoq; si est, locum esse necesse est, quod corpore uacat, & locus quonam modo sit uel non sit, dictum sit, perspicuũ hoc pacto uacuumsiue separatum siue inseparabile non esse. nã uacuum non corpus, sed corporis spatium uolunt esse.* DILVC.

Debes scire ꝙ rationem loci dupliciter nacti sunt veteres. Vno modo à terminando, & sic locum descripsit Arist. ꝙ sit vltimus terminus corporis continẽtis, & sub hac descriptione locus est in rerum natura. Alio modo ab æqualitate quia sit æquale corpori contẽto. & sic dixerunt locum esse spatium penetrãs in corpus contentum per singulas illius partes. & sub ista rõne à rebus ipsis locus ablatus est. Ex ijs concludit quonam modo vacuum sit, & quonam modo nõ sit, & vult vacuum ideo non esse, quia esse non potest nisi ea ratione qua locus est spatium penetrans. at locus hoc modo nõ est. propterea nec spatiũ: nec vacuũ. inquit, qm̃

G autem & de loco pertractatum est, vacuum quoque si est, locum esse necesse est, quod corpore vacat, ex ea videlicet parte qua locus est spatium penetrans, & locus quonam modo sit vel non sit, dictũ est, quia locus est ratione qua terminus, & non est ratione qua spatium: perspicuũ hoc pacto vacuũ siue separatum siue inseparabile esse. nam vacuũ non corpus, sed corporis spatiũ volunt esse, & quia locus rõne qua spatiũ nihil est. ideo vacuum hac eadem rõne etiam nihil erit, qm̃ si sit, nõ nisi hac ratione esse potest. Auerro. vero in cõm. vult ꝙ vera vacui quid nominis descriptio sit hæc: vacuum est dimensio separata à corporibus apta suscipere corpus. Et tunc probat ꝙ vacuum sub hac rõne nihil sit, hoc est ꝙ nulla dimensio sit separata ſm esse à corporibus. primo quia illud quod inuenitur per se & præcisum ab aliis est corpus. at dimensio nõ est corpus, sed Quo Auer. com. 60.

H in corpore inuenta. dico ꝙ dimensio non sit corpus substantificum, sed potest dici corpus quantitatiuum. Secundo arguit, quia si dimensio esset per se, tũc prædicamentum quantitatis esset seperatum. & vlterius esset substantia separata, quia vt dicebamus substãtia & accidens differunt apud peripateticos, quia substantia actu in subiecto non est, accidens vero actu in subiecto, quæ ratio docet accidens esse substantiam, vbi actu esset sine subiecto, hec vero diximus superius.

Sed dices. quare accñs actu esse non põt sine subo. Dubi.

Respondetur per Auerroem primo cœli. commento. 12. ꝙ possibile est duplex. ex parte materiæ, quod possibile ab intrinseco dicitur, ex parte agentis, quod possibile dicitur ab extrinseco, & hæc vult conuerti, nam omne possibile ab intrinseco, est possibile, ab extrinseco, Solutio.

trinseco,& econtra: tunc est regula secundi Topico. ꝙ in conuertibilibus valet econtraria in ipso, vt si est homo, est risibile, sequitur, non est homo, non est risibile, hic patet causa quæstionis: cum enim accidens esse nõ possit sine subiecto, potentia ab extrinseco hoc est ex parte agentis, cum nullum agens id agere possit, nec particulare, nec vniuersale, vt diximus: erit etiam impossibile ex parte intrinseca accidens esse sine subiecto. Hæc dicerent Peripatetici: Catholici vero alio principio moti aliter dixerunt. Sed de his hactenus.

DILV. *Quocirca & uacuum uisum est esse quicquam, quia et locus. Et propter eadem profecto, motus enim qui iam per locum fit, & opinioni eorum conuenit qui locum esse quicquã præter corpora, quæ locum subeunt, contendũt, & eorum qui uacuum profitentur. Motus nãq; causam uacuum sic esse arbitrantur, ut in eo corpora moueantur, hoc autem erit tale, qualem locum asserunt quidam esse.*

Nunc quo argumento vacuum ipsum veteres nacti fuerint, docet. Vbi debes scire vt in tractatu diximus de loco, ꝙ locum fecit scire motus, quæ latio est, veluti generatio fecit scire materiam. Antiqui itaq; vt per motum cognouerunt locum, sic per motum nanciscebantur vacuum. nam vt sine loco non fit motus, sic siue vacuo fieri non potest, inquit, quocirca, & vacuum visum est esse quicquam, quia & locus visus est quicquam, & propter eadem, vt propter motum. Cuius causam subscribit dicens: motus enim qui iam per locum fit, quæ græce est phora, latine latio, & opinioni eorum conuenit, qui locum esse quicquam præter corpora quæ locum subeunt, contẽdunt, vt Peripatetici, qui aiunt esse locum vltimum corporis ambientis, & extrinsecum quid, & opinioni eorum, qui vacuũ profitentur: nam vacuum sic motus causam esse arbitrantur vt in eo corpora moueantur, hoc autem erit tale & per talem rationem, qualem & per qualem rationem quidam asserunt locum esse, vt enim locus acceptus est latione, sic vacuum translatione capiebatur ab antiquis, quare vna ac eadem ratione de vacuo vt de loco veteres sensere. Argumentum igitur quo vacuum comprobarunt, hoc est.

An vacuũ sit acceptũ pp motum: & veterum vacuũ sit causa motus. Egid. hoc.

Auerroes vero videtur velle ꝙ prima positio dicit duo vera, vt ꝙ locus sit, & sit propter motum siue lationem, secunda vero dicit duo falsa vt ꝙ sit vacuum, & ꝙ vacuũ sit propter motum. Debes scire (vt nouus expositor inquit.) ꝙ latio est propter locum, siue propter vacuum vti propter finem, siue terminũ ad quẽ, at locus siue vacuum est propter motum vti propter principium cognitionis.

Quæ Auer. com. 6 1.

Quæ nouus expositor, Egi.

DILV. *At uero nulla nos prorsus urget necessitas dicere uacuũ esse, si sit motus. Vacuum nãq; non omnino cuiuslibet motus causa existit: quocirca res hæc etiam Melissum latuit, potest enim alterari & plenum.*

Nunc positiones has refellere incipit, & primo confutat argumentum, quod nunc factum est, negãdo primo consequentiam, quia non valet, motus est, igitur vacuum est, primo quia de omni motu non tenet: nam vacuum non cuiuslis motus causa esse videtur, quia potest alterari non vacuum vt plenum, vt omnes sentiunt, quod quidem ipsum etiam Melissum latuit, igitur consequentia non valet primo de omni motu.

Vide & Lãdu. 10. q. huius.

*Deinceps neq; eius motus, qui per locũ fit. Possunt enim corpora mutuo sibi cedere: etiam si nullum sit spatium sepa-*A *rabile præter corpora quæ mouentur. Quod quidem in continuorum sicut & in humidorum conuersionibus constat.*

Secundo ostendit vacuum non esse causam motus localis & soluit per ordinem omnes rationes ponentium vacuum, & inquit. deinceps, neq; eius motus, qui per locum fit, vacuum ipsum causa est: cuius causam subdit dicens, possunt enim corpora mutuo sibi cedere, vt aer cedit lapidi cum mouetur in aere, aqua ligno, cum lignum mouetur in aqua, etiam si nullum sit spatiũ separabile præter corpora quæ mouentur, quod quidem in continuorum sicut & in humidorum conuersionibus constat, cum proijcitur lapis in aqua, vbi patet vnum circulum alteri cedere donec in ripã aqua desinit, quæ ratio docet vacuum non esse causam lationis, siquidem latio esse potest sine vacuo per corporum cedentiam. B Quo vero ad verba attinet, per continua vt Auerroes inquit, intelligit ea quę mouentur ſm partes, vt aer & aqua, & per humida intelligit corpora quæ mouentur in humidis, vt lignum in aqua, & lapis in aere. Et propter hæc patet solutio ad primam ratio nem: qua vacuum esse probatur ex parte motus localis.

Interpretatio apud Auer.

Insuper etiam condensatio effici potest nõ in uacuum, sed propterea, quia ea, quæ in ipsis insunt, extruduntur, ueluti cum premitur aqua aer, qui in ea inerat, extruditur. Cõm. 6 3.

Deinde respondet ad secundam. arguebatur enim sic. condensatio est: igitur est vacuum, quoniã aut condensatio fit per ingressionem in vacuum, aut in plenũ: non in plenum, quia tunc esset penetratio. igitur in vacuum. Rñdet ꝙ non fit per ingressionẽ in vacuum, sed per extrusionem corporum cõtentorum in meatibus, quibus extrusis, corpora ipsa occupant minorẽ locum C ꝙ prius, astipulaĩ aũt huic exẽplo condensationis aquę, in qua est aer, nam aere extruso, aqua minor fit.

Auerroes vero de cõdensatione videtur ponere talem distinctionẽ, ꝙ quædam fit per exitum corpusculorum subtilium ad intra contentorum, quæ exhalatione euanescunt, alia fit per partium intra contentarum minorationem, & in neutra est necessitas ipsius vacui. Sed dices: tunc ignis nõ posset cõdensari, quia nihil potest in eo subtilius ipso contineri. Respondet Themistius, quod omne quod cõdensatur, habet secũ corpus aliquod admixtum subtilius, cuius oppressu oblisum excluditur, & propterea concedit ignem purũ non posse comprimi, cum sit tenuissimus corporum. Sed hæc responsio non videtur, quia tunc ignis in propria regione non posset condensari. & ita nec alterari, & per cõsequẽs nec corrũpi. Dici potest ꝙ ignis non põt condensari per exhalationem corpusculorũ, de qua loqui D tur Themistius, sed bene per partium minorationem & ita ex distinctione Auer. defenditur Themistius.

Quæ Auer. com. 6 3.

Dubitatio. Responsio Themistii.

Replic.

Defensio.

Præterea auctio non tantum aliquo ingrediente fit. sed etia in alteratione, ueluti si ex aqua aer fiat.

Deinde soluit rationem ex parte auctionis sumptã. arguebaĩ. n. si aliquid augescit, aut corpus corpore penetratur, aut vacuum asciscitur. Respondet Aristo. ꝙ auctio potest sumi pro quacunq; magnitudinis accretione, & sic generatio aeris ex aqua auctio dicĩ, quia est processus ad maius, & hoc modo non fit auctio aliquo accidente, vt supponunt, sed alteratione siue conuersione vnius corporis minoris in maius. alio modo pro intus susceptione vt in ipsis accidentibus fit, & sic licet fiat appositione, fit etiã extrusione corpusculorum contentorum in meatibus, in quos nutrimentum defertur,

defertur,& quia rectius res ista in libro de Generatione videbitur, sapide expositor ait solutionem hanc esse ad hominem.

Omnino autem ea ratio quæ de auctione fit, & de aqua quæ in cinerem funditur: ipsa seipsam refellit. nam aut nihil augetur. aut non corpore, aut erunt duo corpora in eodem. Dubitationem itaq; communem soluere uolunt: non tamen uacuũ esse ostendunt: nisi uniuersum corpus uacuum esse necesse est, si omni ex parte augescit, & auctio fiat ob uacuum, eadem quoq; ratio & de cinere est. Persacile igitur eas rationes soluere: quibus quidam uacuum esse contendunt, perspicuum est.

Reducit nunc rationem de auctione in contrarium & eam quæ de cinere facta est. primo sic, omne qđ augetur secundum se & quodlibet sui augetur vt supponitur: igitur aut id quod augetur, totũ est vacuũ postq̃ F totum augetur, aut auctio non fit corpore ingrediente, aut si fit corpore ingrediente, duo corpora erunt in eodem, propterea inquit. dubitationem itaq; cõem per concessionem vacui enituntur soluere, nõ tamen vacuum esse ostendunt: nisi vniuersum corpus quod crescit, vacuũ esse necesse sit, & hoc si omni ex parte & secundum se & quodlibet sui augescit, & etiã auctio fiat ob vacuum, vt dicunt: nam istis duobus concessis ratio illa impedit se, deinde addit ꝙ eodem modo potest torqueri ratio de cinere ipso, quia aut vniuersus cinis esse debet vacuus si fusio aquæ fit in toto, aut non fit corpore, aut duo corpora in eodem erunt, & sic relinquit nobis solutionem ad formã, vt supra de cinere diximus. Vltimo epilogat, & sermo perspicuus est translatione solum. Solent ambigere captiunculatores vtrum sit vacuum, & licet ad quæstionem plures excitent captiunculas potissimæ sunt duæ. Prima de eleuatione G vnius molaris ab altero per remotionem de præsenti, vbi patet vacuum interponi, nisi motus aeris sit subitarius. Secunda est quodlibet corpus non esse hic, est possibile: igitur vacuum esse hic est possibile. deducit consequentia, quia si quodlibet corpus non esse hic est possibile: nullum corpus esse hic est possibile per æquipollentiam, nullum corpus esse hic est possibile: hic igitur poterit esse vacuum, multi casus & captiunculæ fiunt quæ ommittãtur. Rationes hæ nihil sunt, primam quidem Arist. soluit in Secundo de Anima: vbi negat casum, immo vult inter illa corpora mediare aerem aut aquam: cuius rei signũ affert ex humore, qui inter ea inspicitur: & tunc soluuntur oẽs rationes contra hoc, vt in commentationibus, quas in adolescentia scripsimus, in libro de Anima diximus. Alij captiunculatorũ H soluunt cõcedendo immediate post hoc aerem aliquẽ esse ad centrum molariũ, nullum tamen aerem esse illic immediate, post hoc ẽm quodlibet sui punctum, immo infinita velocitate concedunt illum moueri ad punctũ mediũ, non tamen erit assignare primum in quo tangit, sed vltimum in quo nõ. Alij vero dicunt vnum nõ posse leuari æqualiter ab altero subito, sed bene inæqualiter, quo in casu aer successiue ingrederetur. Sed hę solutiones nõ sunt peripateticæ, prima quidem non, quia nullibi Aris. facit dñiam inter immediate post hoc aliquid moueri, & aliquid moueri immediate, post hoc: quia noĩa & verba trãsposita idẽ significant, vt dicit̃ in lib. de Interpretatione. nec Alex. nec Them̃. nec Auer. nec aliquis expositorũ veterũ. Sed hæ captiunculæ sunt reperte propter impedimentũ scientiæ, cuius signum E est. quia Summi captiũculatores oĩs philosophiæ sunt penitus ignari, secunda vero: quia molare superpositũ nõ põt nisi æqualiter eleuari, quia continuum & durũ est, cuius motus est vnus. Rectius igitur dicẽdum cum Arist. nr̃o. Ad secundam, captiunculatores soluũt sensum illius propositionis esse cõpositum, videlicet hæc propositio nullũ corpus est hic, est possibilis: hæc autẽ est vna indefinita, quæ nõ probat̃ illo modo, sed officiabiliter. Nec hæc solutio est peripatetica. oĩs. n. probatio est aut syllogismus, aut inductio, aut exẽplũ, aut enthymema, propterea dici põt quodlibet corpus non esse hic esse possibile diuisiue, nõ aũt collectiue, siue copulatiue, ideo ratio nulla est. Secundo quærunt vtrum ablato omni corpore qđ cõtinetur inter octauum cœli, polum eius distarent. Respondent captiunculatores polos hoc casu stante non distare recta distantia, nã F illa est dimensio, quæ nulla est ibidem ablato corpore, sed bene ipsi distarent distantia curua per semicœlum aut supernũ, aut infernũ. Sed cõtra, nã à pũcto ad punctum contingit rectam lineam ducere, igit̃ quodlibet punctum distat ab altero recta distantia, propterea dicerem pro eis & me, polos illos distare recte ad imaginationem Mathematici, qui abstrahit à materia sensili. non aũt ad imaginationẽ naturalem, qui nullã cõcipit magnitudinẽ nisi cum materia sensili, & ita ad imaginationem naturalem curua distarent distantia per semicœlum aut supernũ, aut infernũ. Cæteræ captiunculæ generatim reperiuntur apud oẽs communiter scribentes. Hæc enim videntur digna aliqua contemplatione.

Quod uero uacuum eo modo separatum non sit, ut quidam autumant. rursus dicamus. Nam si cuiq; simplicium corporum suapte natura latio aliqua competat, ut igni quidem G *ea quæ sursum, terræ uero ea quæ deorsum & ad medium, perspicuum est uacuum causam lationis non esse. Si alicuius igitur motus uacuum causa sit. eius uidebitur sane causa esse qui per locum fit, & huius non est.*

Expositores velle vidẽtur Arist. hic probare vacuũ non esse separatum vt quidam asserebãt, & huic textus consonat, inquit. n. ꝙ enim vacuum eo modo separatum nõ sit, vt quidã autumãt, rursus dicamus. Themi. vero vult Arist. probare vacuum qđ quidã separatum posuerunt nõ esse causam motus, cũ ipse simplici corporum naturę motuũ suorũ causę apertissimæ videãt, & huic expositioni consonat processus literæ, & principium sic intellige, ꝙ vero vacuum eo modo separatum non sit, vt quidã autumãt videlicet causam motũ, rursus dicamus, & probat ex hoc, quia naturæ simpli- H cium corporũ sunt causæ suorũ motuũ, propterea epilogando concludit, si alicuius igitur motus vacuũ causa sit, eius videbit̃ sane causa esse, qui per locum fit. aut huius non est causa vacuũ. quia vt supplet Them̃. vacuum indifferens quid sit, vndiq; potens esse causa motui, vt videlicet res sursum aut deorsum ferãtur propterea solæ naturæ simpliciũ causæ erũt motus localis.

Auerroes vero velle videtur ꝙ Arist. probet vacuũ non esse causam vt finẽ ipsius motus, & quia in primis sermonibus hoc est tractatu de loco declarauit vacuũ non esse causam formalem, hoc est locum rei locatæ, nunc docet ipsum non esse causam vt finem, propterea adiecit. rursus dicamus, quia partim hęc res dicta est, & componit syllogismum à primo ad vltimum hoc modo, si vacuũ est causa finalis motus, maxime esset causa finalis motus localis, & si sit causa motus localis, erit causa

An naturalis debeat determinare de vacuo, Vide Gratiadeum Escu. lec. 9. huius.

Prima du. Vide Alber. de Saxo. q. 8. huius. Vide etiã cursum pari. q. 2. huius & can. q. 4. huius.

Solutio rõnũ.

Quales solutiones.

Reprehensio.

Secunda du.

Prima respõ

Confutatio.

DILVC.

Prima expõ.

Expõ secunda Themistii.

Quæ Auer. com 64.

causa finalis, cur hic motus est sursum, ille vero deorsum, & si erit causa, quare vnus erit sursum, alius deorsum, vacuum erit etherogeneæ naturæ: at destruaf vltimum consequens, est enim vacuum consimilis naturæ, igitur non erit causa lationis, & per consequens vllius motus causa erit finalis. Sed mouet Auer. dubitationem, quia veteres non dicunt vacuum esse causam motus vt finem, sed causam materialem in qua fit motus, vt Peripatetici asserunt de medio, igitur conditio non vergit ad propositum. Respondet ꝙ ideo Aristo. declarabit post motum non posse fieri in vacuo vt habeat vacuum non esse causam vt materiã in qua. Nunc vero declarat ipsum non esse causam vt finem ad habendam doctrinam, immo declarabit ipsum non esse causam leuitatis, nec plenum grauitatis. Ex ijs infert Auer. vacuum non esse locum, hoc enim sequitur immediate ex dictis, quia si vacuum ipsius motus nõ est causa vt finis, non est etiam terminus ad quẽ & ita nec locus. Tamen persuadet hoc alia ratione, quia si vacuũ esset locus haberet vnam partẽ sursum, alia deorsum, & ita esset dissimilaris naturæ, at vacuũ est vniformis naturæ. Hæc ex cõmen. Sed hæc Auer. expositio de causa finali non placet, quia Arist. probat vacuum non esse causam motus, propterea ꝙ vniuscuiusq; elementi natura causa est proprij motus. & certũ est naturam elementi esse causam effectricẽ proprij motus, propterea videtur ꝙ probet vacuum nõ esse causam effectricem motus, nam eo remouet à vacuo causalitatẽ, quo modo eam elementis tribuit. at cum tribuat elementis effectricẽ, iure hanc à vacuo remouet, & ita nihil de finali loqui videtur. Melius igitur cum Themistio sentiendum est, Arist. velle probare vacuum non esse causam effectricem motus, eo modo quo cuiusq; elementi natura esse videtur, & hæc consideratio differt ab illa, quam in capitulo de loco fecit, ibi enim probauit vacuum non esse causam finalem sine formalem, decet igitur nunc probare ipsũ nõ esse causam effectricẽ. Astipulatur aũt huic initium textus: nam inquit, ꝙ vero vacuum eo modo separatum non sit, vt quidam autumant, rursus dicamus, ecce quõ proponit probare vacuum separatum nõ esse causam eo modo quo antiqui dixerunt, ac testis est ipsemet Auer. nullum veterũ dixisse vacuum esse causam vt finem, & ita intentio q̃ proponeret non conueniret executioni.

Dubitatio Auer.

Quid ex dictis.

Confutatio expositionis. Auer.

Expõ Themi.

Persuasio expositionis.

Tex. 65.

Præterea si est aliquid veluti locus corpore uacans, inter uallum ipsum cum sit uacuum, quo infertur corpus quod in illo positum fuerit? non enim ad uniuersum mouebitur.

Secundo arguit sic, vacuum est vniformiter & omni ex parte corpore vacans, igitur non est causa motus magis ad vnam partem q̃ ad alteram. consequentia tenet, quia si esset causa motus magis ad vnam partem, q̃ ad alteram, esset in suis partibus dissimilare quid. Arist. tamen rationem hanc interrogatorie proponit, & inquit, præterea si est aliquid vacuum ipsum veluti locus corpore vacans hoc est dimensio quędam separata ab omni natura, interuallum ipsum cum sit vacuum, quo nam fertur corpus quod in illo est positum, non enim ad vniuersum atque partem omnem mouebitur, nisi aliquid simul contrarijs motibus moueri posset. Ex ijs perspicua est ratio.

Que Auer. com. 65.

Auerroes vero videtur inter has duas rationes ponere differẽtias, quarum prima (vt mihi videtur) est ꝙ prima sumit vacuum esse, vt finem motus, & hoc confutatum est per dictam rationem. Secunda vero sumit

A indifferenter vacuũ esse siue finẽ siue mediũ, est igitur differentia ex parte conclusionũ, nam prima probat vacuũ non esse finem motus, Secunda vero probat nõ esse finem neq; medium, neq; quid tale requisitum ad motum, format igit̃ propter hæc Auer. syllogismũ hypothetice diuisiue sic. Si vacuũ est similaris naturæ, tũc cum aliquod vnum corpus fuerit positũ in illo, necesse erit, aut nõ moueaf omnino propter æqualitatem attractionis vndiq;, aut vt s̃m se & quolibet sui moueatur in omnem vacui partem, aut vt diuidatur in omnes partes, quibus põt diuidi: oĩa hæc membra sunt impossibilia, vt patet oĩbus, ipsum enim moueri s̃m totũ in omnem vacui partem est impossibile, quia simul mo ueretur duobus motibus contrarijs similiter ipsum nõ moueri ad aliquam illarum, sed quiescere in qualibet illarũ est impossibile, & hæc diuisio sine hoc membrũ

B est contra sensum, & non sentitur. Tertiũ etiam membrum vtpote diuisio eius in oẽs partes non sentif, nec põt fieri, & sic omnia sunt impossibilia. Verum harum diuisionum siue horũ mẽbrorum tñ primam siue diuisionẽ siue membrũ posuit, & duas alias subticuit, quia patent ex dictis, est igitur prima forma hypothetica diuisiua à destructione omnium partium. Aliter formet Auer. non sic trimembre. sed hypotheticum continuũ à destructione consequentis ad destructionem antecedentis hoc modo, si vacuum est similare, tũc graue aut leue aut aliquod tale quod mouetur, non moueretur ad aliquam illius partem, quia tunc moueref motibus cõtrarijs, aut diuideretur s̃m omnes partes: modo consequens illud ꝙ non moueref est contra sensum. igitur vacuũ esse est impossibile. hæc est secunda forma syllogismi. Alexander vero (vt narrat Auer.) vult Arist. im

Expõ Alexã.

C probare vacuum separatum extra mundum constitutum, & tũc ratio eius est, quia si aliquod moueretur in vacuo infinito, tunc corpus finitum moueretur in spatio infinito, vt in Tertio dictum est. Motus vero fuit Alexander ad hanc expositionem vt inquit Auer. quia Arist. in subsequentibus dicet primam & secũdam formam syllogismi facti, iõ ne sit in textu quid superfluũ Alexander sic exposuit. Ego vero Alexandrum hic nõ legi, nec de Alexandro aliquid credo, Auer. cum ipse non Alexandrum, sed fragmenta illius vidit, propterea quicquid sit de expositione, litera legenda est, vt diximus, & vt in græcis codicibus legimus.

Eadem quoq; ratio ad eos surgit, qui locum separatum quippiam, in quem fertur, quod mouetur, arbitratur esse. Nã quomodo id quod in eo positum est aut mouetur aut manet?

D *Quo fit ut & de differentijs ipsis sursum & deorsum, & de uacuo ipso iure eadem ratio accommodetur: siquidem qui uacuum esse profitentur, locum ipsum faciant.*

Adaptat obiter rationem hanc ad eos qui locum separatum spatium penetrans faciunt vt in de loco dictũ est, nam contra tales facit dicta ratio, videlicet ꝙ in illo nec moueri nec quiescere posset quicquã, propter rationes tactas, qua ratione fit vt & de differentijs ipsis sursum & deorsum. & de vacuo ipso iure eadem ratio accommodetur: siquidem qui vacuum esse profitentur, locum ipsum faciãt, & ista ratio ad vtrosq; vna eademq; existit omnino.

Auerroes vero addit ꝙ dicẽtes vacuum nõ possunt soluere duo problemata. Primum propter quid aliqua corpora mouentur in aliquo loco, & quiescunt in alio, & hoc quia dimensiones separatę sunt à materia, & nullam

Que Auer. com 65.

lam habent insitam vim, per quam possunt detinero nonnulla corpora,& alijs contrariari, Secundum vero propter quid differentiæ loci sunt duæ,& diuersæ, sursum vidolicet & deorsum: nam ex quo est similare, nullam habet differentiam magis in vna parte q̃ in alia.

Insuper etiam quonã pacto corpus aut in loco aut in uacuo erit, non.n. id fit quod ratio exposcit cum totum aliquod corpus ut in separato permanenteq; loco positum fuerit: nã pars si non seorsum ponatur, non in loco est, sed in toto.

Pars nisi seorsum separata ponatur, nõ dicitur esse in loco, sed in toto.

Vlterius arguit Arist. sic. quo nam pacto corpus aut in loco aut in vacuo erit, supple quia sequitur vt totũ & quælibet sui pars sit in loco, & hoc destruit, dicens, non.n. id fit qđ hæc ratio exposcit & infert cũ totum aliquo corpus vt in separato permanenteq; loco positũ fuerit videlicet q̃ & totũ quælibet sui pars sit per se in loco, quę cõsequẽtia fuit deducta in capitulo de loco & destructũ fuit cõsequens p hoc. quia nisi pars seorsum ponit̃, nõ in loco est sed in toto, hæc nõ sunt nũc repetẽda, quia diligẽter sunt explicata in de loco, capitulo & nũc transeãt. Sic igit̃ sat sit nobis q̃ tenẽtes vacuũ & locũ separatũ, cogunt̃ dicere totũ & quamlibet sui partem propter eius penetrationem esse per se in loco.

Præterea si locus non est, uacuum etiam non erit.

Demum arguit si locus non est supple spatiũ separatum, vacuum non erit, ac deductum est non semel locũ nõ esse spatium illud separatum, quare nec vacuum esse poterit. Vnde hæc ratio videt̃ vti vnus epilogus omnium rationum quæ à via loci sumptæ sunt.

Tex. 66.

His uero qui ut motus esset uacuum necessario addiderunt, siquis sapide animaduertat, euenit econtrario, nihil moueri posse, si uacuum fuerit: nam quemadmodum nonnulli asserunt terram etiam ipsam ob similitudinem quiescere, ita quoq; in uacuo quoduis quiescere sentiendum est. Non enim esse posset quippiam in ipso, quo res magis uel minus quam alio deferri deberet, nam uacuum quatenus uacuum est, oẽm differentiam abdicat.

Quicquid velint expositores, videtur, q̃ Arist. contorqueat problema in cõtrariũ, & probat hãc hypotheticã videlicet si vacuũ sit, nõ põt aliquid in illo moueri, sed quoduis corpus in eo poneret̃, quiesceret. Proponit aũt primo hypotheticam, & inquit, his vero qui vt motus esset vacuũ addiderunt, siquis sapide animaduertat, euenit ecõtrario nihil moueri posse, si vacuum fuerit. hæc est hypothetica. probat aũt primo hãc p simile, vbi debes scire veteres posuisse terrã immobilem in medio, quia ea supficies intra q̃ claudit̃, indifferẽs sit sua natura, atq; omni ex parte similis, quo argumento terrã quiescere asserunt, cũ id quo perpendat, nõ sit, ex hoc arguit Arist. nã vacuũ est omni ex parte simile, nec in eo quicq̃ aut est, aut esse posset, quo res magis vel minus q̃ alio deferri posset: nã quatenus vacuum est, oẽm dr̃iam abdicat, & oĩs naturæ est expers. Est igit̃ vis rationis, in nullo spatio vniformi atq; indifferẽti fieri põt motus, vt antiqui testantur: vacuum quatenus vacuũ est spatiũ vniformæ atq; indifferens: igit̃ in vacuo quatenus vacuũ est, motus fieri nõ põt. Sed dubitat̃ primo, quia Arist. vtit̃ opinione falsa ad cõclusionẽ verã, nam illa positio de terra est falsa. 2. Cœli, & tñ conclusio nostra est vera. Rñdet Auer. primo q̃ Aris. nõ vtit̃ illa positione tanq̃ vera, sed quo ad illius positionis rationem, quia fuit dicta ab antiquis ob rationẽ veram, & quo ad hoc ea vtit̃ Aris. Secũdo rñdet positionẽ illam esse inductam vt indicaret esse falsam positionẽ de vacuo, quem-

An in uacuo si esset posset esse motus.

Vide cano. q. 4. ar. 2. et Lã. q. 14. huius.

Prima dubi.

Responsio Auer.

E admodum illa de terræ quiete falsa est. Sed prima solutio est rectior & magis ad mentem Themistij. Secundo dubitant probãdo q̃ posito vacuo, nõ tolleret̃ motus primo, quia tractatus corporũ naturaliũ fit à vacuo, secundo quia dato vacuo adhuc cœlũ moueret̃ circulariter, & ignis sursum, & terra deorsum. Sed pro solutione litigant blacterones aduersus nouũ expositorẽ, de tractatu qui fit rerũ ad replendũ vacuũ, vnde sit vtrum ab intrinseca corporũ, quæ mouent̃ natura, an ab extrinseca. Nouus expositor asserit causam illius tractatus non esse intrinsecam, sed extrinsecã videlicet virtutem cœli regulatiuã totius huius mũdi, & elementorũ. Huic obijciunt blacterones, quia tunc cũ cœlũ sit agẽs naturale semper talem efficeret tractũ. Secũdo quia nullus motus qui ab extrinseco fit, esse videt̃ naturalis, nisi passo conferente vim, tales motus proculdubio nõ na-

De causa m… ctus in uacuo. Vide Egid…

Responsio no… ui expositoris

Replica.

Secũda respõsio.

F turales essent. Alij rñdent aliter propter hæc, & volunt tractũ fieri à vacuo ipso, non quidẽ positiue, sed negatiue, hoc est talis motus fit ne cõtingat vacuũ. Hæc responsio (vt mihi videt̃) ridicula est, nos.n. quærimus de causa tractus, modo vacuũ cũ nihil sit, nullius esse põt causa. Præterea graue ascẽdit ne det̃ vacuũ, vt dicũt, qd est agẽs talis motus, aut ipsummet graue, aut aliqd extra graue, & ad hoc non satisfecit solo illa. nec rõnes horum valẽt, nã agẽs naturale agit ex necessitate finis, cœlum igit̃ nõ semper talẽ tractũ efficit, cũ nõ semper sit necessitas implendi vacuum. Ad secundũ concederet nouus expositor illum motũ esse violentũ penes naturam particularẽ eius quod mouet̃, naturalẽ vero s̃m naturam cõem. Sed quicquid sit, dici põt agens particulare vt graue vel leue, & id genus, agere vno modo vt instrumentum naturæ vniuersalis ad effectum cõem,

Confutatio.

Tertia respõsio.

G alio modo ad effectũ proprium & specificũ. tũc dicerem graue moueri ab intrinseco atq; forma sua quatenus est instrumẽtũ vniuersalis naturę ad effectũ cõem, qui est ordo vniuersi, & ita est naturalis natura cõi, & violentus s̃m propriam naturã, graue.n. mouetur deorsum vt instrumentum naturæ vniuersalis, & sursum ad replendũ vacuũ, sed deorsum motus est effectus proprius sibi, & cõueniens naturæ vniuersali, at motus sursum ad replendum vacuũ, est vniuersalis effectus tantũ. Per hæc patet ad rationes quæstionis, prima.n. per hæc ablata est, secũda vero demit̃ per hoc, quia dato vacuo siue extra aut intra, totũ cœlum, & oĩs natura moueretur ad illud implendũ, & sic vnumquodq; impediretur à suo proprio motu, ob communẽ. Hæc philosophi.

Tex. 67.

Primo itaq; cum omnis motus aut ui aut natura sit, & si sit motus uiolentus, etiam necessario sit is qui natura est,
H *quippe cum uiolentus sit præter naturam, qui uero præter naturam est, posterior est eo qui est secundum naturam, fit ut si is motus non sit qui corporum naturalium cuiq; cõpetit, neq; cæterorum profecto motuũ ullus erit. At quo nam modo motus is erit, qui natura rebus inest, cum nulla prorsus sit ratione uacui ac infiniti differentia. quippe quum quatenus infinitum est, eatenus nihil infra, nihil supra, nihil deniq; medium sit, etiam quo uacuum est, eo differt nihil supra, infraq;. nam quemadmodum ipsius nihil nulla est differentia, sic etiam non entis nulla erit. at uacuum quoddam non ens est, atq; priuatio quædam uidetur esse. ea uero latio, quæ natura est: differentiam aliquam subit. quare differentiæ natura erunt. Igitur aut non est natura latio usquam, aut si ipsa sit uacuum ipsum in rerum natura non erit.*

Proposita intentione & aliquantulum per quoddã simile

simile exposita, nunc probat illá, & duo sibi concedenda petit. Primũ ꝙ omnis motus aut vi, aut natura est. Secundum ꝙ omnis motus violentus præsupponit naturalẽ, nam omne præter naturam posterius est eo qđ est secundum naturam, aut cũ motus violentus sit præter naturam, iure posterior est ipso naturali, hæ sunt duæ suppositiones Aristo. in textu.

Quæ Auer. com.67. Auer. vero colligit ex verbis Aristo. duas propositiones. Prima est, ꝙ omnis motus aut est naturalis aut violentus. Sed dices contra, nã oĩs motus ignis in propria sphæra circularis est motus, & nõ naturalis neque violẽtus igiť suppositio falsa. Propterea Auer. supplet .i. extra naturã, debet igiť suppositio intelligi sic, ꝙ oĩs motus aut est naturalis, aut nõ naturalis, & tunc dico ꝙ motus cœli in propria sphæra est nõ naturalis. Secunda suppositio est ꝙ oẽ ꝙ habet motũ nõ naturalẽ habet naturalẽ, tũ primo ꝙ non naturale, dicitur respectu naturalis, tum quia vt Arist. dixit violentum est posterius re naturali, veluti priuatio posterior habitu. Addit Auer. hanc secũdam suppositionẽ negasse Auic. quẽ nõ vult disputare. quia satis de hac in libro Cœli est disputatũ, hæc Auer. His habitis, syllogizat sic. si nullus motus naturalis est, nullus motus violentus est, per secundam suppositionem: sed nullus motus naturalis potest esse in vacuo, infinitoq́; ipso: igitur nec violentus. minor declaratur in textu, quia omnis motus naturalis est aut sursum, aut deorsum, in vacuo vero nihil sursum, nihil deorsum, atq; nihil in medio est, nã quemadmodum ipsius nihil, nulla est differentia prorsus, sic etiam nulla erit ipsius non entis, modo vacuum quoddam non ens est, atq; priuatio quædã videť esse, sed vt diximus oĩs latio diriam aliquam subit, vt deorsum, aut sursum, ita vt differentiæ hæ etiã natura sint: & propterea epilogando, inquit, igiť aut non est natura latio vsq; aut si ipsa sit, vacuum ipsum in rerum natura non erit. Hæc est rationis vis & forma, quãquam si Auer. sequamur, textũ in multos syllogismos resoluere possumus, quod cum non sit multũ vtile, prætermittimus.

An si vacuum esset ubi posset esse motus naturalis. Vide Grat. Escu. lec. 2. huius.

An animal in vacuo posset moueri. Vide Grat. Escu. lec. 9. huius.

Tex.68. *Præterea nunc quidem mouentur ea, quæ propelluntur, propulsore non tangente, aut ob antiperistasim ut asserunt nonnulli, aut quia propulsus aer, motu pellit uelociore quã sit ea latio. qua pulsum in proprium fertur locum, at in uacuo nihil horum esse potest, quo fit ut nulla sit in ipso latio, nisi ea qua aliquid uehitur.*

Secundo arguit simpliciter, nam vt Themi. inquit, quamuis videatur ostensum ex eo, ꝙ naturalis motus in vacuo esse non pōt, violentum quoq; esse non posse seorsum tñ probat violẽtum nullo modo posse esse in vacuo. Ad cuius euidentiam animaduerte ꝙ duæ solebant assignari causæ motus proiectorum ab antiquis, prima ꝙ proiecta moueń ob antiperistasim aeris medij, nam aer primus motus repercutitur ad alium aerẽ & illæ ad aliũ, & sic vsq; in finẽ, secunda est ꝙ aer qui cõtinuus est, à propulsore velocius pulsus velocius impellit corpus proiectũ: mõ siue sic, siue sic, proiectio fieri non potest sine aere medio, at cum in vacuo nihil horum sit, ideo nulla potest esse in ipso latio, nisi ea qua aliquid vehitur per manus, aut humeros, aut p aliquid id genus. Animaduersione dignũ, vt dicemus in Octauo. ꝙ illa opinione de antiperistasi solet exponi ꝙ proiectum cũ separať à manu, exit velocius q̃ à suo loco, & tũc quia natura abhorret vacuũ, aer existens retro, ad implendũ vacuum insequitur ipsum proiectũ, A & cũ insequiť velociter, attingendo ipsum mouet vltra. Dicitur autem hæc græce antiperistasis siue retro percussio, quia aer exiens mouet lapidem, & mouetur ab aere insequẽte. Obijciet huic Arist. in. 8. huius, quia talis antiperistasis faceret cuncta moueri atq; mouere retro vsq; ad cœlũ, nam aerẽ primo sequẽtem alius insequeretur, & illum iterũ alius, & sic vsq; ad cœlũ. Secunda positio est Arist. ꝙ aer motus mouet proiectũ, Imaginaď. n. ꝙ proijciens pellit proiectum, simulq; mouet aerẽ circũstantem cum eo, nã aer primo motus mouet pellendo proiectum in aerem secundo loco subsequentem, simulq́; & illum aerem, deinceps ille secundus aer motus pellit proiectum in tertio aere mouendo rursus illum tertium, & sic deinceps, cum autem aer motus tardius, ac tardius moueatur tandem est deuenire ita tarde motum vt nõ sufficiat alium mouere, B neq; proiectũ, & tũc cessat omnino motus. Sed an hæc positio sit vera, in. 8. disputabitur. Nunc vero sufficiat scire nihil proijci posse nisi, aut per antiperistasim, aut per aeris proiectionem, quorum nihil est in vacuo. Vnde Auer. componit syllogismum sic. motus violentus post separationem ab expellente fit aut successione aeris, aut velocitate motus aeris: sed in vacuo nihil horum est. igitur in vacuo nõ potest esse motus violẽtus.

Confutatio.

Pō Aristo.

Syllogismus.

Auer. vero exponit has duas positiones, ꝙ proiectũ moueri ab aere potest intelligi. Vno modo per successionem vt quia succedit aer proiecto in eundem locum, & illi alius, & adhuc illi alius, & hæc fuit positio Platonis. Alio modo intelligendo proiectũ moueri ab aere post expulsionem, quatenus defertur ab illo, qui sua forma naturali & sua leuitate natus est continuare motum cũ in locum, in quem directus erat, & hoc modo proiectio videtur vt vectio quædam, quæ perdurat vsq; in C finem, ex eo, quia aer mouetur velocius, hoc est aptius quam proiectum, quia mouetur à sua forma, proiectũ ab extrinseco. Et hæc est positio Arist. vt dicit Auer. sed an ita sit, in Octauo videbitur.

Qua Auer. com.68.

Tex.69. *Præterea nemo dicere poterit cur id quod mouetur, alicubi stabit. cur enim hic potius quam alibi? Quare aut stabit aut in infinitum feratur necesse est, si non ualentius quippiam impedierit.*

Tertio arguit, & probat ꝙ dato vacuo destruitur quies naturalis, quia nemo dicere potest cur id quod mouetur alicubi stabit, cur enim hic potius quam alibi? quare aut stabit omnino, aut in infinitum feratur necesse est, si non valentius quippiã impedierit. Quam consequentiam Auer. declarat, quia aut omne vbi est naturale illi corpori, aut nullum. cũ nulla sit causa quare alterum sit naturale, alterum nõ. si quodlibet est D naturale, tunc corpus illud in quolibet illorum naturaliter quiescet, si vero nullum fuerit naturale, in quolibet eorum mouebitur naturaliter, & in nullo stabit, & ita aut semper mouetur, aut semper quiescet.

Declaratio Auer.

Tex.70. *Adhuc nunc quidem in uacuo ex eo corpora ferri uidentur: quia cedit. at in uacuo res hæc omni ex parte similiter se habet: quare omnem ad partem ferentur.*

Quarto arguit per rationem sumptam ab hominibus nam fatentes corpora moueri in vacuo, ideo hoc asserunt, quia vacuum cædit: tunc arguit, sed vacuum omni ex parte potest cædere corpori moto, igitur omnem ad partem ferentur corpora, cuius contrarium determinat sensus: nam videmus corpora determinata in loca determinata proficisci,

Expō primationis de proiectis.

Deinceps

Tex.71. *Deinceps & ex his quæ dicimus id quod dictum est, perspicuum erit. Idē. n. pondus corpusue uelocius ferri duas causas perpendimus. Aut differentia medij per quod fertur, ut si per aquā aut terrā, aut aerē moueretur, aut differentia eius quod fertur ob ponderis, aut leuitatis excessum, modo sint eadem cætera, atq; medium quidem per quod fertur, causa est propterea quod impedit maxime quidem si contra feratur, minus uero si maneat. & magis si non est facile diuisibile, quale est id quod crassius existit.*

Nūc alia via accepta ex parte velocitatis & tarditatis idem nāciscitur, & primo sumit duas suppositiones: prima est ꝙ duæ sunt causæ velocitatis, aut tarditatis, vna quidem extrinseca vt resistētia medij, altera vero intrinseca vt excessus potentiæ supra resistētia medij, & hoc inquit, deinceps & id quod dictum est perspicuum erit ex ijs, quæ dicemus. & ita noua via, quæ diximus sumitur ex parte velocitatis & tarditatis, hæc est intentio, idem. n. pondus corpusúe velocius ferri duas ob causas perpendimus. Aut differentia medij per qđ fertᷣ, vt si per aquā, aut terrā, aut aerē moueretᷣ, & hæc causa dicitur ex parte resistentiæ extrinsecæ. Aut differentia eius ꝙ fertᷣ ob ponderis, aut leuitatis excessum, modo sint eadem cetera, vt figura, & cæteris id genus, & hæc dicitur intrinseca, quatenus est excessus potentiæ. Secunda suppositio est ꝙ aliter est causa medium, aliter pondus siue qualitas, nam mediū est causa velocitatis & tarditatis resistitiua, potius se tenens ex parte passi, at grauitas, & id genus est causa actiua potius se tenens ex parte agentis. Et hoc inquit, atq; mediū quidem per qđ fertᷣ, causa est propterea qđ impedit, & ita est causa resistitiua tenēs, ex parte passi. istud āt resistere nō est eodē modo: nam maxime quidē resistit, si con- tra fertur ipsi rei motæ, vt de aqua quæ in flumine nauiculæ cōtra fertᷣ, minus vero resistit si maneat, & adhuc magis si manet, & non sit facile diuisibile, quale est id quod crassius existit, hæc est secunda suppositio. Sed dices in animalibus causa resistentiæ non potest esse medium, cum habeant intrinsecā resistentiā. Themistius ait suppositiones eiusmodi esse intelligendas in ijs corporibus, quę ꝙ de similaribus partibus componunᷣ, homogenea appellari diximus, quæq; ad alterū locum summū aut infimum mouenᷣ, ecce, ꝙ de simplicibus aut homogeneis suppositiones sunt intelligendæ. Vtrū tamen velocitas in motu sit penes excessum potentiæ ad suam resistentiam, an penes proportionem proportionum potentiarum ad suas resistentias, in Septimo Lib. disputabitur.

An simplex graue habeat resistentiā intrinsecam.
Vide Alber. de saxo. q. 9. huius.
Dubitatio.
Solutio Themistij.

H *Pondus igitur A per B quidem medium in tempore C fertur, per D uero tenuius quidem illo, longitudine uero æquale in tempore E, pro ratione impedientis corporis. sit enim B quidem aqua, D uero aer. Quanto itaq; aer aqua est subtilior atq; tenuior, tanto uelocius A pondus per D, ꝗ per fertur: habeat igitur rationem eandem ad uelocitatem uelocitas, qua distat aer ab aqua. Quare si in duplo sit aer aqua subtilior duplo in tempore per B medium pertrāsibit ad id tempus, in quo per medium D fertur, et C tempus ad E tempus duplum erit. ita quoq; ut quāto subtilius est minusq; impediens ac facilius sectile id per quod transitio fit, tanto pondus A uelocius semper fertur. At uacuum nullam rationem habet qua ab ipso corpore excedatur, quemadmodum ipsum nihil ad numerum. nam si quatuor, uno quidem tria, pluri-*


E *bus uero duo, & pluribus etiam quam duo. unum excedunt nullam sane rationem habent qua ipsum excedūt nihil, quippe cum id quod excedit in excessum ipsum, & id quod exceditur, diuidatur necesse sit. Quare ipsa quatuor erūt, id quod excedunt, et nihil, quocirca neq; linea punctū excellit, si non ex punctis componatur. Similiter & nullam ad plenum rationem habere potest, quare neque etiam motus.*

His sic cōstitutis declarat primo ꝙ motus quo mouetur aliquod mobile in vacuo nulla est proportio ad motum quo idem mobile mouetur in pleno, nec temporis ad tēpus, ita vt motus in vacuo nō sit in tempore diuisibili, & syllogismus est, qualis est proportio medij ad mediū in crassitudine & tenuitate, talis est proportio motus ad motum in velocitate & tarditate, & temporis ad tempus in longitudine & breuitate, & hoc F respectu eiusdem mobilis: sed vacui ad plenū nulla est proportio in crassitudine, & tenuitate: igitur nec motus ad motum in velocitate, & tarditate, nec temporis ad tempus in longitudine & breuitate, & hoc respectu eiusdem mobilis. Maior debet intelligi in his corporibus. quæ mouentur propter resistentiam medij extrinsecam, vt sunt simplicia corpora, nam in animalibus, & eis quæ mouentur aut voluntate, aut ab ipsa intrinseca resistentia, non valet. Amplius debet intelligi respectu eiusdem mobilis, nā possunt duo mobilia inæqualia moueri in duobus medijs æqualibus, vbi non qualis est mediorū proportio in tenuitate & crassitudine, talis est motuum & temporum illorum, vt oībus constat. Quare cum nulla sit motus in vacuo ad motum in pleno proportio, motus in vacuo factus, in non tēpore fiet, aliter poterit esse proportio, quæ ratio docet va- G cuum ipsum potius tollere motum, quā dare, aut conferre ad ipsum. Animaduersione dignū Them. intelligere maiorem etiam in mobilibus diuersis, sed seruata paritate cæterorum, vt figuræ & ponderis, cæterisq; id genus, vbi. n. sunt cætera paria, & sunt corpora quorū motus est successiuus pro ratione corporis impedientis, hoc est ratione medij, ab extrinseco, sine dubio qualis est proportio mediorū penes crassum & tenuæ talis motuum erit penes velox, & tardum, & tēporum

Expō Sbezi me.
Expositio Themistij.


C Tempus.





Aqua.

E. Tempus.





Aer.

penes longum & breue. Circa hanc rationem primo more

more geometræ vt syllogismus facilius habeatur terminos disponit,& inquit, pondus igitur A per B quidẽ medium fertur,& in tẽpore C,& idem A per D tenuius quidem illo, longitudine vero æquale in tempore E, pro ratione & proportione corporis medij impedientis,siue resistẽtis moueatur,ita vt B sit aqua, per quam ipsum A fertur,& D sit aer,hæc est terminorum constitutio.deinde sumit maiorem,& inquit, quanto itaque aer aqua est subtilior atq; tenuior,tãto velocius A pondus per D,quam per B fertur: habeat igitur ratione ad velocitatem velocitas, quia distat aer in tenuitate ab aqua:quare si in duplo sit aer aqua subtilior, duplo in tempore per B. medium pertransibit ad id tempus in quo per mediũ D fertur,& C tempus ad E tempus duplum erit,ita quoq; vt quãto subtilius est, minusq; impediens,ac facilius sectile, id per quod transitio fit, tanto pondus A velocius fertur,est igitur maior: qualis est proportio medij ad mediũ in tenuitate, in quibus idẽ mobile mouetur,talis est motuum in velocitate,& temporum in breuitate:hæc est maior, deinceps sumit minorem & inquit, ac vacuum nullam rationem habet, qua ab ipso corpore excedatur, quẽadmodum ipsum nihil ad numerum.nam si quatuor excedunt tria per vnitatem & duo excedunt pluribus quam sit vnum, vt per duo.& ipsum etiam vnum excedunt pluribus quã sint duo,vtpote per tria,nullam profecto rationem habent,qua ipsum nihil excedunt, & qua ipsum nihil ab illis excedatur,cuius causam subscripsit dicens,quippe cum id quod excedit,in excessum ipsum.& id quod excitatur diuidatur necesse sit,verbi causa, quatuor cũ excedant duo in duobus,diuidũtur in duo excessa,& duo quibus excedunt.ideo infert, quare ipsa quatuor erũt id quod excedunt & nihil: quocirca neq; punctũ linea excedit,si non ex punctis componatur,tãdem dat conclusionem,& inquit,similiter & nullam ad plenum rationem habere potest,quare neq; etiam motus.Hic est syllogismus totus.

Commen. 71.

{Hæc est alia demõstratio,} volo exponere cõmentum more nostro solito in cõmentis, in quibus aliquid fructus habetur,ideo Auerroes duo facit, primo exponit textum,secundo ibi, Auempace autem,digreditur. prima pars commenti ex declaratione textus est perspicua,restat igitur secunda.

Digressio. {Auempace autem}Hæc est secũda pars commenti,vbi digredi incipit. oritur autem digressio cõtra maiorem, nam Auempace inquit,non sequi vt proportio motus eiusdem lapidis in aqua ad motum eius in aere sit sicut proportio spissitudinis aquæ ad spissitudinem aeris,nisi motus lapidis esset in tempore propter hoc quod mouetur in medio,hoc est nisi successio in motu attẽderetur penes resistentiã medij, vult igit Auempace maiorem non habere locum nisi supponendo successionem motus esse à resistentia medij. huic obijcit Auempace,quia hoc dato motus non esset successiuus nisi propter medium resistens siue impediens, mediũ enim videtur impedire rem motam. Modo hoc confutat per instantiam in motu cœli, hic est successiuus & in tempore,& non propter medium resistens, aut impediens,& ita maior est falsa omnino.

{Et dicit.}Posita quæstione Auempaces nunc narrat eius positionem. vbi debes scire Auempa. tenuisse duas tarditates, alteram ex parte limitatę virtutis eius

A quod mouetur,quam naturalem vocat,quia consequitur virtutem ac formã rei quę mouetur,& hanc seruat mobile ipsum tam in vacuo,quam in pleno. Alteram accidentalem ex parte medij extrinseci, & hæc accidentalis est,quia accidit mobili ex parte medij,in quo mouetur,& hæc est per accidens variabilis penes media ipsa in quibus mobile mouetur, vult igitur Auẽpace Arist. voluisse propositionẽ mediorum in tenuitate esse ad proportionem motuum in velocitate & tarditate accidentalibus,& non naturalibus, qua ratione teneri potest in vacuo esse motum,vt Expositores,& multi latinorum opinantur.{Et hæc sunt verba eius} nunc narrat verba ipsius Auẽpaces,vt eius narratio sit fidelior, vbi narrando eius positionẽ duas tangit rationes contra maiorem,tum de motu cœli,vbi patet ipsum esse in tempore,& successiuum, & tamen non esse ob medij

B impedientis,aut resistentis, tum quia motus naturales essent violenti,quoniam essent successiui propter corpus impediens,quare violenti. Pro intellectu verborũ debes scire de motibus cœlorum ꝙ aliquis est tardissimus,vt motus stellarum fixarum,nam stellæ fixæ apud obseruationem Ptolemæi in libro magnę constructionis mouentur in centum annis gradu vno,& ita.36.mil libus annorum peragrant totum circulum. aliquis est velocissimus,vt motus diurnus vniuersi in vigintiquatuor horis semel.Alij inter hoc sunt mediocres, & hoc (vt dicit)non est nisi propter distãtiam atq; gradus motorum in nobilitate ex virtute,nam qui nobilior est, velocius mouet,qui vero ignobilior tardius. Hæc colliguntur ex verbis eius.

{Et si hoc quod dicit.} Obijcit autem nunc Auer. contra Auempacem per impossibile sic, si proportio

C motus ad motum in velocitate non est per proportionem mediorum in subtilitate absolute, sed solũ de velocitate accidentali,tũc posset esse in vacuo motus velox & tardus velocitate & tarditate naturali, nã sublatis medijs adhuc remaneret ratio intrinseca,quam tenuit Auempa.& ita adhuc restat motus temporarius, & non subitarius. {Nos autẽ} Auerroes nunc respondet aliter,& vult totam causam successionis & velocitatum motuum esse penes mediorum tenuitatem & crassitudinem,nititur antẽ ad hoc rationibus primo, quia diuersorum effectuũ causæ sunt diuersæ.sed ęqualis proportio mediorum in tenuitate cæteris partibus videlicet figura, declinatione, id est grauitate aut leuitate,& magnitudine est causa æqualitatis motuũ in velocitate,igitur differentia mediorum cæteris etiam paribus est causa diuersitatis motuum in velocitate,vt.n.

D æqualitas ad æqualitatem, ita differentia ad differentiam.nã contrariæ causæ arguunt effectus contrarios. {Et istæ propositiones.} Colligit propositiones in quibus consistit tota ratio vis, & sunt duæ. Prima est quod quando sunt duo mota æqualia in grauitate & leuitate,figura,& magnitudine,& mouentur inæquali aut vno medio,motus eorum sunt æquales in velocitate,& tarditate,& ꝙ vtrunq; pertransit æquale spatium in tempore æquali. Secunda propositio est ꝙ cæteris paribus, cum media sunt diuersa in tenuitate motus,eorum diuersa nẽ differentia proportionali. Hæ.n. propositiones sese inferunt, vt diximus iam pauloãte.

{Et vniuersaliter manifestũ est.}Colligit ex his causam diuersitatis motuum & æqualitatis in velocitate & tarditate: & vult ꝙ sit diuersitas & æqualitas proportionis motoris ad rem motam. nam cum fuerint duo motores,

An proportio velocitatis, vnius motus ad velocitatẽ alteri motus secundum proportionem medij ad mediu in spissitudine et tenuitate sit attendenda. Vide Iandu. q. 12. huius.

motores, & duo mota, & proportio vnius motoris ad suum motum, tales motus qui ab illis proficiscuntur erunt æquales in velocitate, & si proportiones erũt inæquales ꝙ diuersæ, etiam motus erunt inæquales & diuersi in velocitate & tarditate. Et hæc regula habet locum in omnibus, tam in corporibus simplicibus, quã mixtis, licet non eodem modo. nam in simplicibus resistentia rei motæ est extrinseca, vtpote ratione medij, quod se tenet ex parte rei motę, vt dicemus, in mixtis vero resistentia est intrinseca, & nõ ex parte medij, sed ex parte rei in actu, quæ est alia à re quæ mouet, diuiditur enim omne mixtum in motorem in actu, & motũ in actu, simplex vero minime, propterea in simplicibus in quod ex loco rei motæ est medium extrinsecũ resistens, hinc patet esse resistentiam interdũ ex parte medij tantum, vt in simplicibus, interdum ex parte mobilis tantum, vt in cœlis, quæ mouentur propter resistentiam mobilis solum, vt dicemus, interdum ex parte medij & mobilis, vt in mixtis & animalibus, vbi resistentia est, tum ratione medij, tum ratione re, quæ mouetur in actu, & ita Auerroes per rem motam intelligit totum resistens, quicquid sit illud.

{Et hoc idem est.} Declarat in violentis penes quid attenditur æqualitas & inæqualitas motuum, & inquit, esse idem in violentis, vt in naturalibus, sed non eodẽ modo penitus, nam in naturalibus æqualitas, & diuersitas velocitatum neq; est penes resistens tantum, neq; pens potentiam motoris tantum, sed penes æqualitatem aut diuersitatem proportionum potentiarum ad suas resistentias, quæcunq; sint illæ, at in violẽtis æqualitas & diuersitas velocitatum sunt penes æqualitatem, & diuersitatem mediorum resistentium aut impedientium, quoniam tales motus non sunt ab inclinatione intrinseca, sed penitus extrinsece procedũt. propterea inquit, vt in naturalibus non sequitur æqualitas velocitatum ad æqualitatem potentiarum tantum quando proportio diuersatur, ita nec in violentis põt esse æqualitas quando media diuersantur, eo quia diuersatur mediorum proportio, ecce igitur ꝙ in violentis æqualitas & inæqualitas sunt solum propter æqualitatem, & inæqualitatem mediorum. Sed dices tunc eadem velocitate mouebitur A, mobile violenter in aere eodem ab B virtute, & A C, quod est falsum, posito ꝙ sint inæquales. Propterea dixit Auer. ꝙ potentijs in motibus violentis existẽtibus partibus æqualitas & diuersitas erũt ex parte mediorum, at in motibus naturalibus erunt propter proportionum ęqualitatem aut diuersitatem, quam potentiæ hũc admota, nam in naturalibus motus sunt ab intrinseca inclinatione, in violentis vero minime. Hæc Auer. in hac ratione ad fructum adiecit. In quibus apparet tam in motibus naturalibus q̃ violentis, quod talis est proportio motus ad motum in velocitate qualis motoris ad rem motam, hoc est potentiarũ mouentium ad suas resistentias, verum est aliqua differentia, nam in violentis resistens est impediens, propterea est in illis æqualitas, diuersitas propter diuersitatẽ proportionis impedientium, at in naturalibus resistẽs non est in impediens, sed resistens tantum absq; impedimento, quæ ratio docet naturales motus esse successiuos ob resistentiam, & non ob impedientiam, quod Auempace ignorat.

Solutio.

Communis regula.

{Et si hoc esset.} Hæc est secũda ratio cõtra Auempacem, vbi debes scire ꝙ Aristo. in fine Septimi Physicorum, ponit hanc regulam, ꝙ cum aliquod mouens E mouerit aliquod corpus per aliquod spatiũ in aliquo tempore, idem mouens mouebit medietatẽ illius corporis, hoc est medietatẽ resistentiæ illius corporis per idem spatium in medietate illius temporis, hæc regula nunc supponatur tanquam vera, quia in Septimo disputabitur. Arguit modo Auer. quod data positione Auempaces, videlicet proportio mediorum in tenuitate arguat proportionem velocitatum & tarditatum accidẽtalium, tunc illa regula esset falsa simpliciter, hoc est non vniuersaliter & in omnibus vera esset, nam esset tantum vera in tarditate & velocitate accidentalibus, quæ ipsi motui competunt merito medij resistentis, & non in ipsis motibus absolute respectu omnium, vbi enim nullum esset medium resistens, nulla posset assignari proportio inter potentias motiuas respectu resistentiarum, & ita neq; ipsorum motuum, ita quare F regula non fuisset vniuersalis in omnibus, cuius contrarium est verum, quia in libris Physico. traduntur regulæ vniuersales in omnibus, vis igitur huius rationis est, quod regula Septimi Physic. esset de velocitate & tarditate ipsa, & non de motibus absolute, & respectu omnis spatij.

An in al motu gravium ꝙ h... [illegible]
Vide Adve. de ... q. 1 ...

{Et causa istius erroris.} Nunc vult confutare motiuum Auempaces, & primo narrat ipsum. vbi debes scire. ꝙ Auempace fundabatur in duobus. Primũ erat ꝙ tarditas & velocitas sint additio & diminutio motuum, tarditas quidem diminutio, velocitas vero additio, sicut linea quæ additur lineæ, & diminuitur G



H ab ea. Verbi gratia, sit vnus motus supra spatium A B in hora, velocitas erit motus super spatium A B C in eadem hora, ita vt B C habeatur tanquam velocitas. Tarditas vero est, vt si aliquod mobile moueatur in hora spatiõ D E, aliud vero debilius supra spatium D F,

DF, ita vt tarditas sit hæc diminutio EF, hoc est primum. Secundum est quod proportio mediorum resistentium est qualis est velocitatum & tarditatum, quæ adduntur, & non qualis illa motuum, qui præsupponebatur penes proportionē motorum ad mobilia circūscriptis medijs. Hi enim motus præsuppositi, motus naturales siue sensiles ab Auerro. appellantur, ita vt sint tres motus, vnus naturalis siue sensilis, qui est propter proportionem motoris ad mobile nulla habita ratione ad medium. alius est diminutio quæ cōsurgit à resistentia medij, alia est velocitas, quæ additur ab excessu potentiæ nulla ratione habita ad medium: hæc enim consurgit propterea, quia potentia, quæ mouet mobile, nulla ratione habita ad medium crescit ad duplum, aut triplum, aut ad aliquam proportionem. Qua ratione euenit vt possit esse quartus motus aggregatus ex naturali, & addito. Ex ijs arguebat Auēpace cum resistentia mediorum sit causa tarditatis accidentalis, sequitur vt proportio mediorū non sit causa proportionis motuum, sed tarditatum accidentaliū.

{Quoniam quando.} Secundo arguebat sic. si qualis est proportio medij ad medium in raritate & densitate, talis est proportio motus ad motum in velocitate, & tarditate, igitur qualis est proportio resistētiæ ad resistentiam, talis erit motus sensilis ad motum sensilem, patet consequentia, quia ab vno arguitur conuertibili ad reliquum. nam resistentia & medium conuertuntur, similiter & motus, & motus sensilis, & intelligo per motum sensilem totum motum, qui percipitur à sensu in actu, destruit Auempace consequens isto modo, nam si qualis est proportio resistentiæ ad resistentiam talis est proportio motus sensilis ad motum sensilem, & qualis est proportio resistentiæ ad resistētiam talis est proportio tarditatis ad tarditatem, vt dictum est, igitur qualis est proportio tarditatis ad tarditatem talis erit proportio motus sensilis ad motum sensilem, sed tarditas est motus diminutus à naturali motu, igitur qualis est proportio diminuti ad diminutum, talis erit remanentis ad remanens, hoc consequens est falsum, igitur aliqua pars antecedentis erit falsa, sed non illa, tarditas est motus diminutus à motu naturali, neq; illa, qualis est proportio resistentiæ ad resistentiam talis est proportio tarditatis ad tarditatem, igitur illa est falsa, qualis est proportio resistentiæ ad resistentiam talis est motus sensilis ad motum sensilem, quod est propositum ipsius Auempa. quod vero illud sit falsum, videlicet qualis est proportio diminuti ad diminutum talis est remanentis ad remanens, patet in numeris & in magnitudinibus. Sint enim A B duo numeri aut magnitudines equales ambæ, videlicet vt quatuor, & ab ipso A diminuatur vnum, ab ipso vero B duo, patet tunc q; non qualis est proportio diminuti ad diminutum talis est remanentis ad remanens, nā diminuti ad diminutū proportio est dupla, remanētis vero ad remanēs sexquialtera, simili rōne & de additione deduci potest.

{Sed differunt.} Respondet Auer. ad rationem hāc ipsius Auempa. & negat similitudinem, nam quando est quantitate mathematica diminuitur aliqua quantitas in actu remanet residuum quantitatis in actu, sed quando à motu naturali demitur quicquam, tunc motus naturalis nō remanet nisi in potētia, & non in actu: & ita non est simile. Hæc respōsio potest intelligi duo modo, q; dissimilitudo est quantū ad hoc, q; facta diminutione ab ipsa quantitate residuum manet in actu

A permanentiæ, sed facta diminutione à motū remanet residuum in potestate, quia non permanens, sed in fieri, & ita similitudo nulla. Aut potest intelligi q; secundum Auempacem motus mere naturalis esse non pōt, nisi in vacuo in actu, in medio vero resistēti semp est violentus actu, & naturalis potestate, quatenus continetur in illo, & tunc patet dissimilitudo.

{Ergo tunc motus.} Soluta qōne, arguit cōtra Auēpa. quia data hac sua imaginatione oīs motus sensilis, quem videmus in elementis, esset violentus, & non naturalis, quia omnis talis esset propter resistentiam medij impedientis, & ita violētus, & ita in solo vacuo posset esse motus mere naturalis, vbi nullū est impediens.

{Verumtamen dicimus.} Respondet tacitæ obiectioni. posset enim quæri, vtrum qualis est proportio medij impedientis ad medium impediens, talis sit tardi B tatis ad tarditatem, respondet q; sic, sed non est existimandum tarditatem ipsam esse motum additum motui naturali, nam naturalis est tardus & velox, etiā vti violentus, imo omnis motus est sua tarditas.

{Et ista qō.} Nūc explanat qualis sit quæstio ipsius Auempa. & inquit eam esse sophisticam, quatenus peccat in loco à simili, est tū (vt dicit) difficilis, quia est per locum à cōmutata proportione, cum. n. motus assimiletur lineæ, videtur q; illud quod lineæ accidit, motui ēt contingat, & ita est difficilis solutionis.

{Declaratum est igitur} Epilogat omnia declarata, & sunt duo. Primum q; proportio impedientis ad impediens est, qualis est motuum absolute, & non tarditatum additarum. Secundum est, q; hoc est verum tam in naturalibus motibus, q̄ violentis, licet sit differentia, nam in naturalibus proportio motuum est s̄m propor C tionem mediorum, non quidem impedimentum, sed resistentium. In violentis s̄m proportionem mediorū impedientiū, sed non eodē modo in naturalibus mixtorum & simplicium. Nam in naturalibus mixtorū ꝓportio motuum est s̄m proportionem potētiarum ad sua mobilia etiam, in simplicibus ad suas resistentias, siue extrinsecas, siue intrinsecas.

{Sed quæret aliquis} Sed circa dicta mouet Auer. qōnem, quia licet concedatur esse talem motuum ꝓportionē, qualis est mediorum, adhuc non sequitur in vacuo motum esse in non tempore, quia potest esse aliquod quod mouetur in vacuo per resistentiam intrinsecam, non quidem ex parte medij, sed ipsius mobilis, & ita ablata omni resistentia medij, & remanente illa mobilis, poterit adhuc motus esse in vacuo in tēpore.

{Et ad hoc est.} Respondet breuiter regulam illam D habere locum in corporibus simplicibus, vbi omnis resistentia est ex parte medij, nō autem in animalibus aut mixtis, vbi est etiam resistētia intrinseca. Circa hāc responsionem, Primo sumit vnum, q; motus corporū simplicium mediantibus aqua & aere non sunt motus impediti à medio, ita vt medium habeat rationem impedientis, tum primo, quia tales motus naturales non essent siue medio, tum secundo, quia in solo vacuo essent motus naturales, quia solo illo est ablatio medij.

{Et causa in hoc est} Reddit nunc causam, quare talia mota indigent medio, ex eo quia res mota debet habere cum motore aliquam resistentiam, qua potentia motoris excedat potentiam illius, & hoc est verum ēt in motibus naturalibus, nam si nō esset talis resistētia, tunc quilibet motor posset mouere quodlibet corpus indifferenter, igitur in motis simplicibus necessaria est

hæc resistentia, & cum non ex parte intrinseca, vt dicetur, igitur propter medium.

{Et propter diuersitatem} Nunc per hoc suppositũ verificat tria. Primum quod per talem resistentiam nõ impeditiuam, sed promotiuam, quę est inter motorem & rem motam simpliciter & vniuersaliter, diuersantur motus corporum cœlestium in velocitate & tarditate. Cælum.n. suo motori resistit non impediendo, sed pro mouendo, siue continendo.

{Et per hanc} Secundum est φ per talem resistentiam motor non mouet rem motam, nisi quando potẽtia eius excedit potentiam rei motæ, nam res mota alt qua ex parte est similis motori aliqua ex parte dissimilis, quæ dissimilitudo est causa resistentiæ & successionis, & ita ipsum resistens non est impediens ne motus fiat, sed ne motus fiat subito, Cœlum enim non resistit motori ne motus fiat, sed ne motus fiat subito.

{Et hoc est intelligendum} Tertium est verificatio dicti ipsius Auempa. ait in corporibus cœlestibus vnũ motorem esse altero mobiliorem, intelligit enim vnũ motorem esse plus excedentem suum mobile alio, & ita velocius mouet alio.

{Et manifestum est.} His verificatis declarat nunc, in quibus inuenitur hæc resistentia intrinseca, & in qui bus non, & vult illam reperiri vniuersaliter in his, quorum mouens & res mota sunt actu distincta, vt in cœlis, & animalibus. In cœlo.n. res mouẽs est anima, quæ est res actu, res mota & ipsum cœlum, quod est res actũ alia ab anima, & in animalibus similiter. In rebus vero simplicibus non reperitur vt in elementis, quia in illis motor est forma, res mota est materia, modo materia non est res actu resistens ipsi formæ. Sed dices Auer. 8. buius cõm. 4. & 30. & 3. Cœli, ait formam esse motorẽ & motum, hic dicit materiam esse rem motam. Dici potest φ elementis ſm Auer. id quod mouet, vt quod, est ipsum totum, id quod mouet vt quo, est ipsa forma. Id vero quod mouetur vt quod est ipsum elementum cum medio, hoc.n. totum habet rationem totius mobilis resistentis in actu. id quo mouetur remote est potentia & ipsa materia, quæ est prima radix passionis. Id vero quo mouetur propioque est forma: nam oportet motorem & rem motam esse aliquo modo in actu, & sic tollitur contradictio.

{Et quia hæc.} Nunc respondet ad formam quæstionis, & vult dictum Aristo. esse intelligendum in iis quę mouentur per resistentiam extrinsecam, hoc est in corporibus simplicibus, cum.n. illa simplicia non diuidantur inter motorem & rem motam in actu, ideo impossibile est ea moueri siue medio, & hoc confirmat authoritate Aristo. in. 8. vbi ait animalia & corpora cœlestia moueri à seipsis, elemẽta vero & simplicia corpora ab alio, quia ad eorum motum concurrit medium.

{Si igitur.} Probat hanc responsionem, nam si hæc corpora vt elementa mouerentur sine medio, tunc nulla esset resistentia inter motorem & rem motam, imo nihil moueretur, & si hoc esset, nihil moueretur in tẽpore, sed subito, demeretur enim omnis resistentia tã intrinseca, quam extrinseca, & vt dico in elementis, ita in cæteris quæ mouentur motu simplici.

{Ex hoc igitur.} Tunc verificat enthymema Arist. intulit.n. si corpora simplicia mouerẽtur in vacuo; tũc illa motu indiuisibili & in tpe indiuisibili mouerentur: hoc.n. iõ patet, quia in motu elẽtorũ, qui in vacuo fieret oĩs dẽpta esset resistẽtia, & intrinseca, & extrinseca.

E {Et ponendo hæc corpora.} Remouet cauillũ Auẽpa. dicebat.n. medium impedit, igitur motus elementorum est violentus. Respondet negando consequentiã, quia impedit resistendo, hoc est à motu subito, non au tem à motu ipso, propterea sunt motus elementorum naturales, & ita falsum est elementa moueri à seipsis, veluti mouentur animalia & cœli. hæc ad formam quę stionis. Ex hac Auer. solutione habetur, φ aliquid põt impedire bifariã, aut à motu, aut à termino motus. medium in motu grauium impedit non quidem à motu, sed à termino motus, cum non q̃ cito aliquid moueri incipit, tam cito sit in termino motus, at in motu violento impedit medium tam motum q̃ terminum motus. Vlterius sequitur φ in motu animali est duplex resistens, intrinsecum quidem ipsum videlicet corpus distinctum ab anima, extrinsecum vero aer, vel aqua, q̃

F ratio docens est totum resistens esse corpus cum medio, in motu vero elẽtorum vnum tm̃ resistens, videlicet medium, nam nihil est in elementis præter materiã & formã resistens nisi medium. Qua rõne eueuit oẽm motum esse naturalem elementorum, qui est ſm inclinationem, licet.n. aliquis eorum motus sit tardior altero, omnes sunt æque naturales, qm̃ omnis successio est ratione medij, & per cõsequẽs est æque naturalis in me dio, siue sit spissius, siue rarius. Vnde motus lapidis in aere est æque naturalis, sicut ille eiusdem in aqua, licet ille in aqua sit tardior, qm̃ motus hic naturalitatem nã ciscitur ab inclinatione & medio.

{Auempace igitur.} Epilogat in opinione Auempa. & dicit primo, φ Auempa. fecit dubitare in duob⁹. Primo quia dixit proportionem motuum nõ esse ſm proportionem mediorum. Secundo, quia motus ele-

G mentorum in pleno, cum sint impediti, sunt violẽti, Dicit secundo laudando ipsum nullum pertigisse ad has quæstiones, quia cæteris erat ingeniosior. Dicit tertio se accepisse quæstiones has nõ à libro Auempaces, sed à folio extra scripto. Hæc Anerroes.

{Nos autem.} Nunc inuestigat veras causas successionis & verificat rõnem Arist. propterea tria facit, primo supponit quędam, secundo infert ea in quibus successio est rõne medij, & eam in quibus non est, tertio verificat rationem Arist. de primo supponit inter motorem: & rem motam esse semper aliquam resistentiã. Primo, quia res quæ mouet, mouet quatenus cõtraria res quæ mouetur, mouetur quatenus similis, vt dictũ est, secundo quia omnis motus est ſm excessum potentiæ motiuæ ad suam resistentiam, igitur in omni motu oportet intelligere resistens, tertio quia motus differũt

H velocitate & tarditate penes differentiam proportionum potentiarum motiuarum ad suas resistentias, vbi .n. nulla esset resistentia, omnes motus essent æquales.

An succeſsio in motu grauium & leuium proueniat, vel causetur ex resistentia medii. Vide Lambert. q. 13. huius.

{Et ista resistentia} Supponit secundo φ resistẽtia esse põt aut ex parte moti tm̃, vt in animalibus & cœlo nam in his motũ est res actu resistens & distincta à motore, aut erit ex ipso medio in quo mouetur tm̃, vt in motu elementorum, in quibus res mota non est actu resistens, & alia ab ipso motore, aut erit ex parte rei motæ & ipsius medij, vt in aĩalibus quæ mouẽtur in aqua.

{Illa igitur in quibus} Tunc declarat secundum, videlicet, quæ mota indigent medio, & quæ non, & vult vlt̃er ea mota non egere medio quæ diuidunt in motorem & motum in actu vt animalia, & hæc si egẽt, est per accidens, quæ vero non diuiduntur in motorẽ & rẽ motam in actu, hæc omnino indigẽt medio, vt sunt corpora

corpora grauia,& leuia,hoc probat primo, quia si non indigerent medio, mouerentur in non tempore, quia nihil est illic in actu quod resistat motori. Secundo si medium non requireretur, esset quia faceret illa violẽter moueri,hoc est falsum, quia illa semper mouerẽtur motu violẽto, cum semper essent impedita,& ita cum non detur vacuum in quo naturali motu mouerẽtur, semper mouerentur violenter.

Quæstiones. Prima qō. Vide cano. q. huius arti. n. 2. Vide Iand. q. 9 huius. Vide Albe. de Saxo. q. 2. & sup hoc. Et Ga[etanus] de Thie q. huius. Quid de rigore physico. Prima pō.

{Et ideo contingit.} Tertio nunc verificat rationẽ Arist.intulit.n. Arist. si elemẽta mouerentur in vacuo, illa in non tempore mouerentur: hæc itaq; ratio patet. Primo quia in vacuo nulla esset resistentia nec intrinseca, nec extrinseca. Secundo, quia si mouerentur in vacuo, omnia æque velociter mouerentur in illo,& ita graue & minus graue æque velociter mouerentur, nõ igitur recte dixit Auẽpace elementa dicens moueri naturaliter sine medio, & præter naturaliter cum medio. Hæc sunt, quæ ex cõmento colliguntur. Quærunt hic iuniores. Primo, vtrum si vacuũ esset, aliquod corporũ simpliciũ moueretur in ipso. In ista qõne secus est dicẽdũ de rigore logico, secº de rigore physico. De rigore .n. logico ambæ sunt falsæ, videlicet, si vacuum est, simplex moueretur in ipso, & si vacuum est, simplex non moueretur in ipso, patet, quia stat intelligere antecedẽtia sine consequentibus. Potest enim intelligi vacuum esse,& nullũ simplex moueri, quia potest intelligi nullum simplex esse. Similiter potest intelligi vacuum esse, & simplex moueri in ipso, dato ꝙ vni simplici vt graui descendenti alligetur, leue resistenti, qua ratione fit vt ambæ sint falsæ, hæc de rigore logico. De rigore physico sunt duæ positiones, vna latinorum quam acceperunt ab Auempa. ꝙ corpus simplex graue videlicet, aut leue si poneretur in vacuo posset in illo moueri, hanc probant captiunculatores, sic ponatur vnum graue in concauo orbis Lunæ,& intelligatur totũ hoc spatium vacuum, & incipiat moueri in hoc instãti qđ est præsens, tunc petunt, aut in hoc instanti in quo incipit moueri, erit in centro, aut in alio atq; alio, non in hoc instanti in quo incipit, quia tunc in vno & eodem instanti esset sursum & deorsum, quod intelligi non potest, si in alio, aut mediato, aut immediato, non in instãti immediato, quia nullum instans est immediatum instanti, igitur in alio mediato, in alio mediato, igitur in tempore, qm̃ inter quæcunq; duo instantia mediat tẽpus,& ita motus erit in tempore. Hoc.n. argumentum sorticolæ satis magnifaciunt. Sed vnde sit motus eius successio, sunt variæ imaginationes. Latinorum quidam successionis causam asserũt esse limitationem cuiusq; agentis naturalis, cum.n. omne agens naturale sit limitatum ad certum velocitatis gradum, hunc seruabit etiam quæcũq; extrinseca resistentia circũscripta, quæ ratio docet hanc agentis naturalis cuiusq; limitationem esse loco resistentiæ intrinsecæ, & quia hæc sequitur multitudinem formæ, ideo q̃ sunt grauiora velocius mouerentur. Hanc etiam positionem ad verbum, vt vidistis recitauit Auer. de mẽte sui præceptoris Auẽpa.

De causis successionis iuxta Latinorum positionẽ. Prima pō.

Confutatio. Sed hæc positio friuola est. Primo, quia tunc omne agens naturale ageret successiue, qm̃ quodlibet est limitatum,& ita luminosum lumen in medio successiue ageret,& visile radium in oculo, stellæ quoq; maiores citius medium illuminarent, q̃ minores. Secundo, quia tunc tolleretur oĩs subita mutatio. Cuius oppositum videbimus ex eo, quia omne agens naturale esset limitatũ, posset ẽt argui alijs rõnibus, quas omittimus,

A quia nos veritatẽ tradimus, falsas opiniones innuimus. Alij causam illius successionis asserunt incompossibilitatem terminorum. Propterea, quia impõle est idem simul esse in termino, è quo & in termino ad quẽ. *Sco. secũdo. 2. d. 2. q. 9.* Sed hæc positio est impossibilis. *Confutatio.* Primo, quia æque velociter magis graue & minus graue mouerentur in vacuo, quia incõpossibilitas terminorũ est æqualis in vtrisq;. Secundo tunc graue simplex moueretur infinite velociter in medio illo vacuo, nam illa incõpossibilitas põt saluari ĩ duplo gradu velocitatis & in triplo, & quadruplo,& sic in infinitum. Tertio, quia velocitas est secũdum proportionem potentiæ ad resistentiam per regulas Septimi huius, at potẽtiæ grauis ad talẽ terminorũ incompossibilitatem nulla est proportio, vt oĩbus patet. Quarto, quia consimilis incompossibilitas deberet esse sufficiens in alteratione & illuminatione, & ita il-
B luminatio esset successiua, & alteratio penes incõpossibilitatem augeretur & decresceret. Quinto, tunc motus naturalis non intenderetur in fine, qm̃ semper est à principio ad finem similis terminorum incompossibilitas. Sexto, tunc motor ẽt infinitæ virtutis non posset mouere in instanti, quia nullus talis posset facere contradictionẽ pro vno instanti. Quare hæc positio videt̃ impossibilis, hæc sufficiant contra hanc positionem.

Dalmentonis positio. Vide Nominales. vel Terministe.

Sorticolæ causam successionis motus grauis & leuis in vacuo asserunt ab impedimento partium eius grauis, quod mouetur. Imaginãtur enim ꝙ quælibet pars grauis inclinatur descendere per lineam breuissimam, & cum solum per talem descendat pars media, ideo impedit laterales partes,& ideo per tale partium impedimẽtum inuicem simplicia successiue mouentur etiam resistentia medij circũscripta. Sed hæc ꝓsitio puerilis est, *Confutatio.*
C primo, quia tunc grauius tardius descenderet, quia in corpore magno plures partes sunt inuicem resistẽtes, secundo tunc decem lapides coniuncti descenderent tardius, q̃ vnus eorum quia mutuo se impedirent, tertio vna pars illius non mouetur cõtra aliam, igitur vna aliam non impedit. Brixius sophista causam ex alio nãciscitur, ait.n. esse possibile vnum graue diuidi fm̃ latitudinem, ita vt partes inferiores sint tenuiores, superiores spissiores,& cum illæ partes tenuiores minus appetant descendere, aut non tanta velocitate quanta partes superiores, hic ille resistunt, qua ratione esset motus successio. *Pō Brixii sophiste.* Sed hæc positio nihil est, qm̃ totum illud descenderet vt medium eius fieret medium mundi, & ad hoc omnes illæ partes tendunt, igitur nulla impediret, propter hæc non recedamus à Themistio. Alexandro, Simplicio,& ab Auer. qui tanta dixit hac in re. *Confutatio.* Dicũt
D enim successionem esse aliquando penitus extra, vt in simplicibus corporibus à medio aere vel aqua, aliquãdo penitus intra, vt si esset vacuum, & mixtum, cuius vna pars leuis esset, & altera grauis in illo moueretur, aliqñ vtroq; modo, vt aĩalia quæ mouentur in aere aut aqua. Ex hoc sequitur vt dixit Auer. simplex moueri in non tẽpore in vacuo, quia est ablata oĩs resistentia intrinseca quidẽ, quia nec materia, nec forma resistit extrinseca vero quia nihil est in vacuo. Sed dubiũ est quid Auer. vbiq;, & hic velit intelligere per moueri in non tẽpore. *Dubitatio.* Rudes intelligunt per non tempus illud quod græci nync, latini nunc vocant, quod est momentũ in tẽpore,& errant, quia ex minus impossibili non sequit̃ magis impossibile. *Pō rudes.* Esse.n. vacuum est imaginabile, sed motum in nunc temporis est contra imaginationẽ. Propterea intelligendum est per non tempus infinitum *Prima expō.*


paruum tempus,& per motum in non tempore infinite velociter motū, quod ideo peripatetici vocant non tempus,quia non est signabile.Tunc ad rationem patet solutio, concedo casum ꝙ aliquod incipiat moueri in hoc instanti,quod est præsens per remotionem de præsenti, & ꝙ imediate post hoc in aliquo instanti erit ad centrum, & tunc non sequitur in aliquo instāti esse ad centrum,quia vt sorticolæ dicunt,mutatur suppositio, aut vt peripatetice loquar,in aliquo instanti, indeterminato erit ad centrū,& in nullo determinato,& ita sequitur in non tempore,quia in infinito paruo tempore. *Replica.* Et si dices post hoc erit ad centrū,igitur aut in hoc, aut in alio erit ad centrum,non in hoc,igitur in alio, & arguatur vt prius,aut mediato vel immediato. *Responsio.* Dici potest cōcedendo post hoc fore ad centrum, & in aliquo instanti,sed in nullo indeterminate,aut vt sorticolæ dicunt,in infinite huic proximiori aliquo,in nullo tamē infinite huic proximiori. Hęc de hac prima quęstione.

Secunda qō. Prima pō. q. 2.huius. Vide & Burle. hoc. Consequenter quærunt, vtrum mixtum posset moueri in vacuo.Ioannes Gandauensis respondet, ꝙ posito impossibili sequitur quodlibet,idest vtrunq; contradictorium,& cum vacuum esse sit omnino impossibile propter tot rationes Arist.iure expositione huius impossibilis sequitur mixtum positū in illo moueri & nō moueri.Moueri quidem propter resistentiam, quam habet intrinsecus, non moueri vero, quia vacuum est priuatio, quæ nihil est. *Confutatio.* Sed hæc responsio est penitus leuis,nam ex possibili fm imaginationem nūquam sequitur impossibile fm imaginationem. Vacuū.n.esse est falsum impossibile in re, sed est imaginabile vt mathematici omnino fingunt, idem moueri & non moueri est falsum impossibile.& imaginabile, rursus vacuū est dimensio & non tm̄ sine qualitate imaginabilis,sed possibilis esse,vt catholici tradunt, igitur intelligi pōt vacuū esse sine omni qualitate, at idem moueri & non moueri nullus intellectus capit. *Alia positio.* Captiunculatores vero distinguūt de mixto, aliud.n.est perfectum ex quatuor elementis constans, Aliud imperfectum constās ex duobus saltem,tunc dicunt tria.Primum ꝙ loquendo de mixto perfecto inanimato in vacuo successiuè moueretur. Probatur,quia tale mixtum siue sursum siue deorsum tenderet successiue moueretur propter resistentiam intrinsecam. Secundum est ꝙ loquendo de imperfecto non oportet vbicunq; poneretur, ipsum successiue moueri,sicut si esset mixtum ex terra, aqua, & aere tantum,& poneretur in regione ignis, quæ vacaret igne, tale subito mutaretur ad conuexum aeris, quia in tali vacuo nullam resistentiam haberet, quia omnia elementa ex quibus constat deorsum traherēt. Tertium est ꝙ aliquo casu dato mixtum velocius moueretur in pleno, q̄ in vacuo. Probant,nam sit vnum mixtum ex terra vt tria, & aere vt duo, tunc ponatur tale mixtum in sphęra ignis etiam igne ibi existente,q̄ resistat illi graui vt vnum, quo casu potentia motiua est vt quinque, resistitiua vt vnū in tali regione,nā terra & aer appetunt descendere,quæ faciunt potentiam motiuā vt quinque, nā terra tria,aer duo faciunt, medium vero vnum,igitur hoc moueretur per plenum siue per ignem à proportione quincupla,deinde cum venit ad regionem aeris,quæ aere vacat, ibi resistētia erit vt duo, potentia vt tria, nam terra quæ ibi dominatur est vt tria, regio aeris resistit vt duo, quia aer appetit ibi manere,qua ratione fit vt moueatur à proportione quæ est trium ad duo in tali vacuo, igitur tardius, & per consequens in vacuo tardius moueretur q̄ in pleno. Inferunt ex hac conclusione multas captiunculatorias conclusiones quas omittimus. Ego vero duas primas conclusiones non intelligo. Videtur. n. mihi prima & secunda vera tam de imperfecto,q̄ perfecto mixto, & hoc supponendo nullum elementum in propria regione trahere, aut appetere magis stare in vno loco q̄ in alio suæ regionis,vt deducere potes facile. Reliqua vero sunt bene & sapide dicta.Hæc de secunda quæstione.

Tertia qō. Prima posit. Vide Burl. hic & Grandau. Essen. lec. 2. huius. Tertio,quærunt vtrum data vacuo animal posset in illo moueri. Nōnulli tenent ꝙ dato vacuo in illo nō posset animal moueri propter duo,tum quia non posset ibi esse in tempore,cum nō posset ibi respirare. Tū etiam quia motus cœli est primus motus è quo omnis alius dependet. Modo motus animalis non posset dependere è motu cœli, quoniam influentia non multiplicatur per vacuū. Addunt alij ibi non posse esse motum animalis, quia indiget fixo, modo in vacuo nihil est fixum. *Positio Ioan.* Ioannes vero in conclusione hac concordat. Et addit duas rationes. Prima est, quia tunc motus ille esset in non tempore, quoniam proportio motus est secundum proportionem medij ad medium in subtilitate & crassitudine,& hoc non solum in simplicibus,sed animalibus, quæ mouerentur secundum vltimum suæ potentiæ. Secunda est, ꝙ tunc idem animal per vacuum & plenum posset ęqua velocitate moueri, vt deducit,propter hæc tenet animal in vacuo moueri non posse. *Confutatio.* Sed hæc expositio est contra Auer. expresse,ipse. n. posuit pro regula omne illud posse moueri in vacuo quod diuiditur in motum & motorem in actu,& Ioannes non potest glossare verba hæc,cum sint dicta pro determinatione conclusionis. Secundo ad successionem sufficiunt motor & resistens,vt dicebat Auerro. modo posito vacuo, & animal posito in illo ibi sunt motor & resistens, igitur potest esse motus. *Solutio ppria.* Dici igitur potest ꝙ ad motum duo concurrunt per se motor & mobile in actu & per se resistens, multa autem concurrunt p accidens, vt vita & esse rei quæ mouetur, cœli,& primi motus influentia. Medium fixum:in quo animal esse potest. Tunc dicerem dato vacuo per accidens esse impossibile, vt animal in illo moueretur,vt propter defectum eorum, quę in illo per accidens concurrunt,per se vero possibile propter concursum eorum quæ ad motum per se sufficiunt, & sic cessant omnes rationes. *Quarta Prima* Quarto quærunt de causa successionis in motu cœli. Respondet nonnulli ꝙ aliter cōsideratur successio in motu animali, & aliter in motu naturali, nam in naturali attenditur penes proportionem geometricam potentiæ mouentis ad suam resistentiam, in motu vero animali penes aptitudinem seu inclinationem secundum eius appetitum ad tantū vel tantum moueri, vnde in proposito ipsius cœli aīa mouet successiue, & sic velociter, quia sic appetit moueri, & hanc positionē secutus est Simp. in lib. 2. de Cœlo, & alij plurimi iuniorum. *Secūda pō.* Blacterones successionis causam in motu cœli nanciscuntur ab illius cœli figura,figurę.n.cœli circulari repugnat naturaliter ab itu secō subito circulariter moueri velut opacitas lumini. *Tertia pō.* Ioānes imaginatur cœlum seclusa intelligentia esse corpus in actu, & non materiam aut formam, sed mediū quid,& sic ratione suæ cœlestis corporeitatis, resistere pro termino motus,non autē pro motu,cui Auer. hic videtur consentire. Sed has positiones disputauimus in lib. Destructio destructionum, & tu quære eas ibi.

ibi.non enim puto vtile rem disputatam totiens disputare,nisi noua emergant: Hæc de Auer. digresſione:


Hore. 3. E



B Aqua

Hore. 6. 1.

D. Aer tenue. 6.



Tex. 72. *Insuper etiam si per tenuisſimum tanto motu tanto in tẽpore A pondus feratur, per uacuum profecto omnem exuperabit rationem. Sit nanq;. 3. uacuum longitudine æquale B & D plenis, pondus igitur A si transierit, & aliquo quidem in tempore quod sit I, minore tamen quam est tempus E fuerit motum, eandem quoq; rationem uacuum ad plenũ habebit, quam tempus ad tempus. Ergo in tanto tempore quantum est I ipsum A pertransibit T tenuius ipso D transierit quippe, si ea ratione in tenuitate ab aere ipso differat ipsum T, quam habet tempus E, ad tempus I. nam si in tanto ipsum T. corpus tenuius est ipso D, quanto ipsum E tempus ipsum I tempus exuperat, econtra profecto A ipsum pertransibit, si feratur, tanta uelocitate, quanta tempus E tempus I exuperat, quod si nullum sit corpus in eo in quo est T, adhuc uelocius fertur per illud, at in I tempore motũ erat, quare pondus & æquali in tempore plenum & uacuũ pertransibit, quod quidem est imposſibile.*

Idem nunc probat per imposſibile, præponit tamẽ tale enthymema videlicet, si p tenuisſimum medium tanto motu tanto in tempore A pondus feratur, per vacuum profecto, supple se mouẽdo omne exuperabit rationem, hoc est mouebitur velociter in infinitum absque omni proportione, hoc est enthymema, quod si negabis consequentiam, sequetur idem pondus A inæquali tempore pertransire æquale spatium & vacuum, ex eo videlicet, quia est accipere aliquod corpus, quod talem habet ad illud plenum æquale vacuo proportionem in tenuitate, qualem habet tempus eius motus, qui fit in vacuo, ad tempus eius motus qui fit in pleno illi vacuo æquali, vt igr̃ hæc deductio appareat, ponit casum loco exempli more mathematici, & inquit, sit nanq; 3 vacuum longitudine æquale B & D plenis, hic est casus, tunc argu᷑ à primo ad vltimum, *An tota causa, quare re-*

A & inquit, pondus igitur A si transierit, & in aliquo quidem tempore, quod sit I, minore tamen q̃ est tempus E sit motum, sequitur vt eandem habeat proportionẽ vacuum ad plenum in resistentia: quam tempus ad tẽpus, est igitur primum enthymema, si A pertransit D aerem in tempore minore q̃ sit tempus, quo pertransit 3 vacuum, igitur talis erit temporum proportio, qualis est spatiorum in resistentia, vltra ergo in tanto tempore quantum est I, ipsum A pertransibit medium T tenuius ipso D, vtpote ignem æqualem magnitudine ipsi D, & 3 modo ea ratione in tenuitate ab aere ipso, quod erat D, differat ipsum T, quam habet tempus E, ad tempus I, cuius causam subscripsit, & inquit, nam si in tanto ipsum T corpus tenuius est ipso D, quanto ipsum E tempus ipsum I, tempus exuperat, econtra profecto A ipsum pertransibit, si feratur tanta veloci- *quiratur tpe i motu sit plenitudo medio. Vide Gratiadeum. Esc. lec. 12. huius.*

B tate, quanta tempus E, exuperat tempus I, qua ratione sequitur vt æqua velocitate idem A æqualia spatia peragret, quorum vnum sit plenum, alterum vacuum sit. Sed dices. In spatio T nullum esset corpus, vt pote neq; ignem, contra obijcit ꝙ tunc velocius feretur p illud, dico velocius hoc est in minore tempore, q̃ sit ipsum I tempus, quo ferebatur per aerem, hoc autem est contra casum, quia posuimus in I tempore esse motũ, & ita cauillus hic nullus est, propterea addit conclusionem principalem imposſibilem, & inquit, quare põdus A æquali in tempore plenum & vacuum pertansibit, quod est imposſibile, & ideo oportet dicere nihil in vacuo posse moueri in aliquo tempore. Est igitur vis rationis, si in vacuo quicquam moueri potest in tẽpore, idem æquali tempore pertransire posset plenum & vacuum, sumpto videlicet aliquo corpore, quod ita *Epilogus rationis.*

C se babeat ad illud plenum in tenuitate, vt tempus ad tẽpus in breuitate. Quo vero ad translationes attinet, in grecis codicibus literæ, quibus Arist. vtitur sunt in magna confusione, ideo vt trãslationes clariores essent, literas transtuli vniformes, & non variatas, vt in codicibus græcis leguntur, cætera vero ad verbum trãslata sunt.

Perspicuum igitur est, si tempus aliquod erit, in quo per uacuum, quoduis corpus feratur, hoc imposſibile contingere, ut uidelicet idem æquali in tempore sumpto uacuũ & plenum pertranseat, quippe cum sit aliquod corpus ea ratione se habens ad corpus, qua se habet tempus ad tempus: atque ut summatim dicam, perspicua est causa eius accidentis, ex eo quia motus quidem omnis ad motum quædam est ratio, est.n. in tempore atq; omnis temporis ad tempus, mo- Tex. 73.

D *do sint ambo finita, at uacui ad plenũ nulla prorsus est rõ.*

Epilogat, dupliciter & quo ad rationem tactam, & quo ad causam fundamentalem rationis, & quæ dicit translationibus patent. Quædã dubitationes accidunt circa hæc. Prima est, quia Arist. intulit eodem tempore ab eodem mobili pertrãsiri vacuum & plenum, & hoc ex duabus propositionibus. Prima est positio aduersarij videlicet, ꝙ in vacuo sit motus. Secunda est ꝓpositio coassumpta, videlicet ꝙ contingat accipi corpus, ita se habens in raritate ad aerem, vel ignem, vt tẽpus quo pertransitur vacuum ad tempus quo pertransitur plenum. Dicet modo aduersarius, illud impoſſẽ videlicet, plenum & vacuum æquali tempore pertrãsiri sequi non à põne illa, videlicet, ꝙ in vacuo sit motus, sed à propõne coassumpta, nã illa propositio est falsa imposſibilis, cum nec recipiatur corpus rarius igne nec *Quæ Auer. Comen. 72. Prima dubi.*

posſit reperiri. Huic reſpondet Auer. & vult ita eſſe de raritate,& denſitate elementorum, vt de diuiſione lineæ ac ſuperficiei. Modo quemadmodum linea vt li nea eſt diuiſibilis in infinitum,non autem linea vt terracea, aut lignea, ita raritas poteſt creſcere in infinitũ vt raritas,non autem vt illa raritas eſt corporis mobilis huius aut illius, tunc ad punctum vult illam propoſitionem eſſe falſam impoſſibilem vno modo,ſed vt hic ſumiť eſt falſa poſſibilis,& ex falſo poſſibili non ſequiť falſum impoſſibile, cum igitur illud illatum ſit falſum impoſſibile,iure non à coaſſumpta propoſitione ſequitur,ſed à poſitione aduerſarij. Approbant autem Auer. hunc ſyllogizandi modum,tũ authoritate Ariſt.& platonis,quia videlicet ambo illo vtuntur plerunq;. Tum ratione, quia in hoc ſyllogiſmo non ponitur falſum ex ea parte qua eſt impoſ͞e, ſed ex ea parte qua eſt poſſibile. Dubitares ſecundo in quibus propoſitionibus hic ſyllogiſmus fundetur.

Solutio.

Reſpondet Auer.cõm.72.ꝙ in duabus. Prima eſt ꝙ oĩs motus ad motũ habet ratione aliquam in velocitate & tarditate,qm̃ quilibet eſt in tempore,& omne tẽpus ad tempus habet rationem. Modo ambo ſint finita. Secunda eſt ꝙ vacuum ad plenum nullam habet rationem,quibus addita tertia,videlicet,ꝙ in vacuo ſit motus.vt eſt poſitio aduerſariorum,ſequitur alterum duũ,aut ꝙ motus in vacuo non ſit in tempore, ſed in nõ tempore, maxime componitur cauſa ſucceſſionis eſſe reſiſtẽtia pleni medij, aut ꝙ vacuum & plenum ab eodem mobili æquali in tempore pertranſeantur. Hæc ex Auer. cõmentationibus colligimus. Sed contra primam ſolutionem dubitant iuniores, quia ſequitur, linea inquantum linea poteſt diuidi in infinitum, igitur linea poteſt diuidi in infinitum ab expoſita ad exponentem. Modo illud conſequens eſt falſum, quia nulla linea poteſt diuidi in infinitum. Secunda, omne poſſibile quandoq; erit, ſed nulla linea qñq; inquantum linea erit actu diuiſa in infinitũ. igitur illa propoſitio eſt falſa impoſſibilis. Ad primam reſpondet iuniores ꝙ illa affirmatiua de rigore logico eſt falſa, vt ratio cogit, ſed ad ſenſum Auer. eſt vera, nam per tales propoſitiones debẽt intelligi negatiuæ, quia per poſſibile Auer. vult non repugnat, erit igitur ſenſus, linea poteſt diuidi in infinitum vt linea, hoc eſt non repugnat lineæ diuidi in infinitum quatenus eſt linea. Sed dices adhuc contra, quia ſequitur, non repugnat lineæ vt linea diuidi in infinitum, igitur non repugnat lineæ, hoc conſequens eſt falſum, quia cuilibet lineę repugnat, vt terraceæ, ligneæ,& cæteris id genus, igitur repugnat lineæ, & ita illa eſt falſa, non repugnat lineæ. Dici poteſt ꝓ iunioribus per regulas ſorticolarum, illam conſequentiã non valere, cuilibet lineæ vel alicui lineæ repugnat. igr̃ falſa eſt illa, non repugnat lineæ, qm̃ in ſecunda ille terminus lineæ ſtat confuſe tantum, quia cadunt duo ſigna cõfuſiua ſupra eũdem. In prima vero ſtat diſtributiue, aut determinate, & ita hæc ſimul ſtant, non repugnat lineę, & cuilibet lineæ repugnat. Verius autem & magis peripatetice dici poteſt verbum illud poſſibile quandoq; ad imaginabile ſe extendere, vt in hac, in vacuo poteſt eſſe motus, hoc eſt intelligi poteſt eſſe motus, aliquãdo ad id quod non eſt in tali ſpecie, & poteſt eſſe vt homo poteſt dormire, quia aliquando aliquis homo dormiet, aliquando ad id quod non eſt, & põt eſſe in ſuo genere, vt talpa poteſt videre, quia aliquod animal aliquando videbit. Tunc dico, ꝙ quando poſ-

Quæ Auer. Comm.72.

Dubitationes iuniorum. Prima.

Secunda.

Expoſitio iuniorum.

Replica.

Defenſio.

Reſponſio propria.

E ſibile ſed extendit ad imaginabile, non valet hæc A poteſt eſſe P, vt A, igitur A poteſt eſſe P, vt non valet, cõtinuum poteſt diuidi in infinitum vt quantum, igitur continuum poteſt diuidi in infinitum. Secundo dico quãdo id quod eſt poſſibile in genere reducitur ad ineſſe, debet reduci ad genus, vt talpa poteſt videre vt animal, igitur aliquod animal aliquando videbit, poſſibile vero in ſpecie, deducitur ad ineſſe in ſpecie. Tũc patet ſolutio ad primũ. Non.n. ſequitur illa conſequentia, quia poſſibile ſe extendit ad imaginabile. Ad ſecũdam patet ſolutio eodem modo. Illa enim regula eſt de poſſibili aut in ſpecie aut genere, & ſic quãdoq; erit aut in ſpecie aut genere, de poſſibili vero pro imaginabili, non oportet ꝙ quandoq; ſit, ſed ſat eſt, vt poſſit intelligi, hæc dicerem peripatetice.

Ea igitur ex parte qua corpora his differunt, per quæ F *feruntur, hæc emergunt. Qua vero exceſſu eorum quæ feruntur, hæc eueniunt. Cernimus nanq; ea corporum quæ in grauitate aut leuitate plus momenti habent, modo in figuris ſimilia ſint, uelocius ferri per æquale ſpatium, atque ea ratione quam magnitudines inter ſe habent. Quare etiam p uacuum ita mouebuntur: at hoc eſt impoſſibile. Quam enim ob cauſam uelocius ferentur, in plenis quidem id profecto neceſſario euenit, quia maius ſua ui medium pollẽtius diuidit, quippe cum id quod fertur, ſiue iactum eſt, aut ſua figura diuidat, quippe cum id quod fertur ſiue iactum eſt, aut ſua figura diuidat, aut momento quod habet, æque uelocia igitur cuncta erunt: at hoc impoſſibile eſt.* Tex.74.

Enthymema Ariſt. erat, ſi in vacuo poſſit eſſe motus, idem mobile æquali tempore plenum & vacuũ ptranſiret, & hoc fuit deductum ex parte mediorũ. Enthimema pſens eſt, ſi in vacuo poſſit eſſe motus æque G velociter in illo mouerẽtur magis & minus graue. Deducit iſtud ex parte potentiarum, quibus mobilia mouentur, & hoc proponit primo epilogando primum, ſecundo præponendo ſecundum, & inquit, ea igitur ex parte qua corpora his differunt, per quæ feruntur, hæc quæ narrauimus impoſſibilia emergunt, qua vero parte exceſſu eorum quæ feruntur, ſubaudi differunt, hæc quæ dicemus eueniũt, hic eſt epilogus, & hæc intẽtio. Ad præſentis enthymematis deductionem debes ſcire cauſam velocitatis eſſe velocem medij diuiſionẽ, id.n. omne velocius fertur, quod velocius medium, per qd̃ fertur, diuidit. Huius vero velocioris diuiſionis cauſæ duæ ſunt, qualitas figuræ, nam rotunda figura tardius diuidit, acuta vero celerius, & potẽtiæ motiuæ multitudo, nã grauius celerius, minus graue tardius medium diuidit. Tũc deducitur enthymema, ſi in vacuo grauius H & minus graue inequaliter mouerentur, illa inæqualiter medium diuiderent. Sed neq; rõne figuræ, neq; rõne potentiæ inæqualiter vacuum diuidunt, igitur cum & in illo æque velociter mouebuntur, quod erat impoſ͞e. Inquit. Cernimus nanq; ea corporum quæ in grauitate & leuitate plus momenti habent, modo in figuris ſimilia ſint, velocius ferri per æquale ſpatiũ, atq; & moueri in velocitate ea ratione quã magnitudinũ inter ſe habent, hoc eſt pro ratione magnitudinũ potentiarũ. Quo vero ad verba attinet verbum illud momẽti græce eſt rope, latine eſt inclinatio, ſiue propẽſio, ego vero momentum tranſtuli magis ad verbũ. Quare & per vacuum ita mouebuntur, at hoc eſt impoſ͞e, & deducit dicens, quã.n. ob cauſam velocius ferẽtur, in plenis quidem id neceſſario profecto euenit, quia maius videlicet

Rope momentum.

videlicet, aut graue aut leue sua vi medium pollentius diuidit, quippe cum id quod fertur, s. per naturam, siue actũ est per violentiam, aut sua figura diuidat, aut momento, quod habet. Ex ijs infert conclusionem, & inquit, æque velocia igitur cuncta erũt in vacuo, at hoc est impossibile, & ita patet enthymema. Repetit autẽ Auer. In cõmento præsenti q̃onem Auempa. quia si velocitas est propter medij celerem aut tardã diuisionem, tunc motus naturalis esset p̄p̄ medij impedimentum, & ita violentus. R̃ndet ꝙ medium impedit non à motu, sed à termino motus, vt dictum est, cõmen. 71.

Tex. 75. *Perspicuum igitur ex ijs quæ dicta sunt, si uacuum sit, contrarium illius accidere quo uacuum esse confitentur, hi qui ipsum esse contendunt. Arbitrantur nanq; uacuum esse separatum per se, si motus in loco sit, quod quidem perinde esset ac si locum ipsum separatum quid asserant esse. Hoc autem esse non posse, prius ennarratum est.*

Epilogat nunc circa declarata, & textus perspicuus est translationibus tantum.

Rursus etiam si per se considerabimus, uidebitur sane uacuum ipsum esse appellatum: tanquã uere uacuum. Quẽadmodum enim si in aqua cubum aliquis posuerit, tantum ipsius aquæ cedet, quantus cubus ipse est, sic et in aere, licet sensui sit obscurum, & uniuersaliter omne corpus quod ferri potest, in quo siue cubus siue quoduis aliud ponatur, ad id ad quod aptum est ferri, necesse est, nisi condensetur, moueri aut deorsum semper, si deorsum latio sit, ueluti si esset terra, aut sursum si sit ignis aut ad utrunq; si sit aer: at in uacuo id fieri non potest, cum non sit corpus, immo per cubum ipsum æquale spatium penetrasse uidetur, quantum esset tantundem corporis, quod etiam in uacuo prius esset, periode ac si neq; aqua neque aer ligneo cubo cederet, sed omni ex parte per ipsum penetraret.

Hactenus ex parte motus vacui positionem confutauit: nunc vero ex vacui ipsius natura eandem refellit, & hoc proponit dicens: Rursus etiam si p se vacui naturam considerabimus, videbitur sane vacuum ipsum esse appellatum, tanquam vere vacuum, hoc est esse & entitate vacans, & ita tãq̃ nihil. Probat autem hoc nõ solum à nominis interpretatione, sed etiam syllogismo hoc modo. Omne in quo aliquod corpus mouetur, cedit illi quod in ipso fertur: sed vacuum non põt alicui cedere, cum non sit corpus, vt ex nominis interpretatione sumpsimus, igr̃ in vacuo nihil moueri põt. de hac ratione primo sumit maiorem per inductionẽ, secundo minorem, & inquit, quemadmodum. n. si in aqua cubum, hoc est corpus aliquod posuerit, cubus enim græce etiam taxillus dicitur, licet hic pro corpore sumatur, tantum ipsius aquæ cedet, quantus cubus ipse est, sic & in aere, licet sensui sit obscurum, q̃m aqua sensibilior est, aer nequaquam. Ex his sumit vniuersaliter maiorem dicens, & vniuersaliter oẽ corpus quod ferri potest siue mobile sit quauis motus specie, in quo siue cubus sit, siue quoduis aliud ponatur, ad id ad qđ aptum est ferri necesse est, nisi condensetur, moueri cedendo aut deorsum semper, si deorsum sit latio, quæ fit à corpore, vt si esset terra, aut sursum, si sit ignis, aut ad vtrunq; si sit aer, hæc est maior. sumit minorem, at in vacuo id fieri non potest, cum ipsum vacuum non sit corpus, vt eius nomen indicat, ĩmo per cubũ ipsum æquale spatium penetrasse videtur, quantum esset tãtundem corporis, quod etiam in vacuo prius esset, pe-

A rinde ac si neq; aqua neq; aer ligneo cubo cederet, sed omni ex parte per ipsum penetraret, & ita habes maiorem inferas conclusionem, videlicet in vacuo moueri nihil posse.

Habet autem cubus tantam etiam magnitudinem, quantam habet idipsum uacuum, quod ab eo occupatur. Quæ & si calida est aut frigida, aut grauis, aut leuis, non minus, imo etiam magis ab uniuersis affectionibus ratione diuersa est, etiam si non ab illis sit separabilis. Dico autem ipsam lignei cubi molem. Quare etiam si ab omnibus illis fuerit separata, & neq; grauis fuerit neque leuis, æquale sibi spatiũ occupabit, inæqua'iq; loci et uacui parte sibi æquali erit. Quo igitur ipsius cubi moles ab æquali uacuo, atque loco differet, & si duæ tales simul fuerint moles propter quid non ẽt quotquot uis in eodem erunt. Vnum igitur hoc absurdum ac Tex. 76.

B *impossibile sequitur.*

Placet mihi eorum expositio, qui Arist. asserunt refellere cauillum quendam ad rationem tactam. Posset enim dici cubum in aqua aut aere positum facere latera distare propter sensibiles quas habet qualitates, frigiditatem videlicet, & caliditatem, grauitatem atq; leuitatem. obijcit huic Arist. in hunc modum, eo cubus facit latera distare, quo habet molem equalem vacuo, aut illi corpori in quo ponitur: sed magnitudinẽ æqualem illis non habet, quia habet qualitates, cum sit ab illis saltem ratione separabilis, igitur nec latera facit distare, quia quale, sed magis ob dimensiones, quas habet æquales. inquit, habet autem cubus tantam etiam magnitudinem, quantam habet idipsum vacuum qđ ab eo occupatur, quæ magnitudo, & si calida est, aut frigida, grauis aut leuis, non minus immo & magis ab

Quõ verũ est quod per se cõpetit dimẽsionibus, q̃ aliis dimensionibus resistunt. Vide Egi.hic.

C vniuersis affectionibus ratione diuersa est, etiam si nõ ab illis sit separabilis, & ne sit contentio de nomine, Dico autem ipsam ligni cubi molem, sic igitur non propter qualitates, cũ quibus magnitudo cubi est admixta, cubus ipse facit latera distare, sed ob suijpsius molẽ qua ratione ab illis qualitatibus est separabilis: quam quoq; seruaret etiam si ad imaginationem cubus separaretur ab illis. Propterea concludit, quare etiam si ab omnibus illis fuerit separata, & neq; grauis fuerit, neq; leuis, æquale sibi spatium occupabit, inæqualiq; loci, & vacui parte sibi æquali erit, & ita penetratio corporum vt fuit deductum prius. Vnde potest ex his hæc ratio formari, quicquid competit alicui merito alicuius prioris, etiam sibi competet dempto quocunq; posteriori, sed facere latera distare competit cubo ꝓpter dimensiones, quæ sunt priores qualitatibus, igi- *Vis rõnis contra cauillum.*

D tur cubus faciet latera distare, etiam ablatis qualitatibus. Deinde per modum quæstionis infert duo absurda, & inquit, quo igitur & per quid ipsius cubi moles ab æquali sibi vacuo atq; loco differẽt quasi dicat per nihil. Differentia enim duorum quantorum propter situm differentia esse videtur, vt dicemus, hoc est primum. Rursus etiam si duæ tales supple simul fuerint moles, propter quid non etiam quotquot vis in eodem erunt. Eadem enim ratio est duarum & infinitarum, hoc est secundum. Tunc epilogat totum syllogismum, vnum igitur hoc absurdum & impossibile sequitur, videlicet ꝙ sit infinitorum corporum penetratio. Hæc ad cauillum.

Quo vero ad verba attinet Aristo. dixit. non minus ĩmo magis ab vniuersis affectionibus ratione diuersa est, vt inquit Auerr. ad declarandum impossibilitatẽ pene- *Qua Auer. Cõmen 75.*

penetrationis corporũ contingere ex suis formis mathematicis, hoc est ex natura dimensionum, & non ex natura qualitatum sensibium, quia siue cum qualitatibus, siue sine qualitatibus .i. impossibile. Quærunt hic recentiores, vtrum dimensio medij, siue cuiusuis corporis resistat mobili inquantum dimensio, an inquantum qualis? Similis quæstio fieri potest de cessatione, vtrum medium cedat vt quantũ an vt quale? Sed quia quicquid dicitur de prima, est dicendũ de secunda, disputemus primam, & vr q medium, nec resistat nec cedat ratione dimensionum. Primo quia, resistere & cedere est agere, vt suppono. sed quantitas vt quantitas non est de principijs actiuis, vt dicitur cõ. 84. igitur non resistit medium vt quantum. Secundo Arist. & Auer. cõm. 71. voluit talem esse proportionem motuum in velocitate, qualis est medij ad medium in raritudine & densitudine, sed quantitas vt quantitas non est rara, neq; densa, igitur vt sic nullius est resistentiæ. Tertio, maioris resistentiæ est medium bipedum aqueum, q̃ bipedum aereum, & tamen sunt æqualia quantitate, & dimensione. Quarto, ad imaginationem ponatur remanere omnis dimensio à concauo Lunæ vsq; ad superficiẽ terræ, & destruantur qualitates & substãtiæ ignis, aeris, & aquæ, & moueatur per casum gleba terræ à cõcauo Lunæ vsq; in superficiem terræ. Et quæro an velocius per dimensionem ignis & aeris moueatur, q̃ per dimensionem aquæ, si aquæ velocirer, & antequã intelligeretur demi qualitas elementorũ tardius mouebatur per dimensionem aquæ, igitur non tm̃ medium resistit medio quãtitatis, sed etiam merito qualitatis, nec dici potest in eq; velociter moueri, quia est ablata oĩs qualitas, & ita raritas, & per consequẽs totum illud interuallũ est æque rarum. Quinto, ad imaginationẽ remoueatur ab omnibus elementis omnis dimensio, & remaneat eorum substantia, & etiam remaneat portio terræ quanta est moles grani frumenti, & ponatur hæc portio in aere vel aqua, & petitur, aut aer vel aqua illi cedet, vel illã penetrabit, si illi cedet, & non rõne dimensionum, quia omnis illa est ablata, igitur per substantiã cedet, si per illam penetrabit, omne elementum erit in grano frumenti, vel potest intelligi esse. Sexto, arguũt stante eodem casu ponatur illa portio grani frumẽti in concauo Lunæ, & incipiat deorsum descẽdere, aut igitur successiue erit in cẽtro, aut subito, si successiue igr resistentia erit nõ propter dimensionem, sed propter substantiam, quæ posita est in casu remanere. Si vero subito erit in centro, igitur ad quantum non erit motus. nam si illa portio subito erit in centro, immediate post hoc illa portio, & totus mundus inferior elementarius erunt simul, igitur imediate post hoc totus mundus inferior, qui erat positus sine quantitate erit quãtificatus quantitate illius portionis, & ita subita erit acquisitio quanti, & per consequens non motus esset. Septimo, resistere & cedere sunt opposita, igr si medium resistit vt quantum, non cedet vt quãtum, non. n. duo contraria possunt eidem inesse per eandem rationem. Octauo, separata omni qualitate & substãtia à medio, aut in illo remanet aliquid densitatis, aut nihil. si nihil, igitur nulla resistentia, & ita omnis motus in illo esset subito, si aliquid, hoc est impossibile, qui rarũ & densum consequuntur calidum & frigidum, vt dicitur 7. huius. cõ. 15. q̃ sunt ablata. Nono, tunc in vacuo posset esse motus, quia in vacuo remanet dimensio, quæ est causa resistentiæ. In contrarium est Auer. in præsenti

Quæstio.

Prima ratio ad quæstionem.

Secunda ra.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

Octaua.

Nona.

E cõmento, vbi dixit medium resistere propter essentiã dimensionum, & non propter qualitates. Pro solutione quæstionis, primo debes scire, q vacuum, quod græci cenon appellant, vno modo à vi nominis id dicitur q entitate & essentia vacat, & ad hunc sensum Aristo. dixit vacuum ipsum esse appellatum, tanq̃ vere vacuũ, eo quia est penitus priuatio non tm̃ corporis sensilis, sed omnis entitatis, & sic nec est corpus, nec dimẽsio. Alio modo cenon græci dicunt spatiũ siue dimensionem ab omni sensili corpore abiunctam, qua rõne appellaremus vacuum spatium inter cœlũ & terram, qñ ignis & aer aqua inter hæc non essent. Secundo debes scire, q rarum & densum, vno modo accipi solet qualitatiue, & sic sunt qualitates consequentes calidum & frigidum, vt dicitur. 7. Phys. cõm. 11. & 15. Alio modo

F quantitatiue, & sic rarum est partium quanti distantia, densum vero propinquitas, & in hunc modum sunt relationes quædam partium, quibus partes distant in toto, aut propinque iacẽt, & de his dicemus in cõ. 48. cũ dicent Auer. rarum & densum esse contraria in quantitate. Tertio debes scire, q licet raritas & dẽsitas quãtitatiue sumptæ consequantur per se dimensionem, vt dimensio, ob quod etiã ipsa separata à materia sensili adhuc eam detinet, tñ variabilis est penes differentiam rari, aut densi qualitatiue sumptorum, quatenus alteri raritati vel dẽsitati coniunctæ aliam subeunt habitudinem. Ex ijs sequitur q quanta densitas erat in dimensionibus aquæ, qñ illæ erant in materia sensili, tanta remanseret in illis, vbi essent separatæ à qualitatiuis sensilibus, & hoc loquendo de densitate quantitatiua. Quarto debes scire q resistere vno modo accipitur pro repugnantia omnino ad cessionem, quo modo dicere-

G mus marmor resistere comprimẽti, quia nullo modo cædit præmẽti: & sic resistere, & cædere sunt contraria. Alio mõ resistere sumitur pro quodã mixto ex repugnãtia & cessione, quo in mõ dicimus contrariũ resistere suo contratio: quia repugnat cũ quadã cessione.

His habitis, dicendum cum Auer. medium resistere quatenus quantum, & non quatenus sensile corpus. patet, quia vt sic detinet densitatem, & raritatem, q̃ sunt causæ resistentiæ. Tunc ad rõnes dico. Ad primum q Auer. vult dimensiones non esse de principijs actiuis p abiectionem contrarij, possunt tamen agere expellendo aliquid è loco suo. Ad secundam patet solutio, dimensio. n. vt dimensio licet non sit rara aut densa qualitatiue, est rara aut densa quantitatiue, & sic resistit. Ad tertiam dico q in pedali aquæ est maior quantitas intensiue, siue densiue, non autem extensiue, quia vt diximus

H densitudo remanet amotis qualitatibus. Ad quartam dico q velocius mouebitur per regionem siue dimensionem ignis, quia rariores sunt saltem quantitatiue, & hoc sufficit. Ad quintã dico nihil cædere illi portioni, nec propter hoc erit proprie penetratio, cum mundus hic inferior sit non quantus: Ad sextam dico, admisso illo casu subito portionem illam fore in centro, nec propterea sequetur ad quãtitatem non esse motũ, quia licet hic mundus inferior immediate post hoc erit sub dimensionibus illius portionis, non tñ erit quãtificatus per viam motus. Ad septimam patet. quonã modo resistere & cædere sunt contraria, & quonam modo stant simul. dimensiones. n. possunt cædere, & resistere, cędunt. n. contradictoriæ, resistunt contrariæ. Ad octauam patet. remanere aliquid rari & densi quantitatiue, non autem qualitatiue. Ad nonam dico, quòd si

Solutio quæst.

daretur quãtitatiue pro dimensionibus sumptum ſm rei veritatem esset motus, vt ratio concludit. at quia veteres dixerunt penetrationem, & hanc fieri non per resistentiam. Iuxta eos Arist. intulit in vacuo non posse fieri motum, sed si vacuum priuatiue sumeretur, proculdubio nullatenus motus esse posset, quia nullũ esset spatio. Hæc de quæstione mihi videntur.

Tex. 77. *Præterea perspicuum est id cubum ipsum habere & cum transfertur, quod & cuncta alia corpora habent. Quare si ipse nihil e loco differat, cur corporibus locum facere oportet præter cuiusq; molem, si affectionum moles expers sit. Confert. n. nihil si tale, circa ipsum aliud spatium sit equale.*

Vt Themistius interpretari videtur. Arist. nunc probat vacuum non esse necessarium propter corporum locationem, hoc est vt corpora locet, & petit vnum videlicet, q cubus & omne corpus locabile id habet, qđ cuncta corpora habent siue locantia, siue locabilia, nã habet tres dimensiones, quibus vnumquodq; est aptũ locari, & aptũ locare, hæc est suppositio, & hoc inquit. Præterea perspicuum est id etiam cubum ipsum habere, quod & cuncta alia corpora habent, videlicet dimẽsiones tres. Hæc est suppõ. Tunc facit tale enthymema, cubus & oẽ corpus non differt à loco quo ad habere tres dimẽsiones, igitur pro cubi & cuiusq; corporis locatione nõ est necessarium esse aliud corpus extra, quod cubum locet. probat consequentiam, quia si haberet tale corpus extra, nihil conferret ad cubi locationem, & tu supple as, quia si cubus locaretur in corpore extrinseco, simili ratione illud corpus extrinsecum in alio, & ita in infinitũ. Propterea Auer. supplet corpus & cubum egere dimẽsionibus quibus constituitur intrinsece, non quibus subijcitur, vt in loco extrinsece, aliter. n. inuenirentur dimensione extrinsecæ infinitæ, qm̃ dimensiones indigerent dimẽsionibus & illæ alijs, & sic in infinitum. inquit. Quare si ipse cubus nihil è loco differat quo ad habere tres dimensiones, cur corporibus locum facere oportet præter cuiusq; molẽ, q. d. non oportere, quia vt corpus locans suis dimensionibus locatur, ita corpus locatum proprijs dimensionibus locabitur, aliter erit in infinitum pocessus, & ita nullum egebit dimensionibus præter suas. & quia posset quis dicere locabile corpus differre à locante penes qualitates, nam locabile habet passiones, locãs est vacuum. subdit, si affectionum moles cubi, & cuiusq; corporis expers sit, nam qualitate nõ faciunt ad rõnem locati, nec locabilis, propterea intelligi debet cubus ac si passionũm sit expers. Deinde probat quod dixerat, & inquit. Confert. n. nihil si tale circa ipsam corporis molem aliud spatium sit æquale, quia vt illud extrinsecum suis proprijs dimensionibus locatur, ita cubus per suas locabitur, sic igitur vacui nulla est necessitas pro

Qua Auer. com. 77. ratione loci. Auer. ait Arist. innuere per hæc omnia loci æqualitatem cum locato, non esse dimensionẽ, hoc est quo ad cõmensurationem sed æqualitatem continentiæ, qm̃ ex hoc q locus est æqualis, & æquale est dimensiones, extimauerunt in prima figura locum esse dimensiones, verum vt dicit Auer. hic est deceptio in verbo æqualitas, quod æquiuocum est ſm cõmensurationem, & continentiam.

Tex. 78. *Aliter præterea oporteret ut uacuũ esse manifestaretur, in his quæ mouentur, at intra hunc mundũ nullibi spectatur, quippe cũ aer sit aliquid, licet non cernatur. Quemadmodũ neq; aqua si essent pisces, sed duri, tactu. u. rei tactilis fit de-*

A *prehensio, uacuũ igitur separatum non esse ex bis mõ patet.*

Demum probat vacuum nihil esse intra hunc mũdũ argumento, quia nobis nullatenus apparet, oporteret enim aliquo modo apparere intra mundum saltem à posteriori, aut tactu, aut alia quauis coniectura. Modo in mũdo nullibi spectatur, quia aer hic, quod vacuum creditur, aliquid est, licet nõ cernatur. Quod vero nõ valeat hæc ratio, non cernitur, igitur non est, probat p simile, quia vbi pisces essent, aut aqua, aut aquæ similes, modo sint duri. visu non discernerentur ab aqua, & tamen essent alij ab aqua, quia saltem tactu cũ actu rei tactilis fit deprehensio. Demum epilogat, & sermo patet. Quo vero ad verba attinet verbum illud duri, græce est syderi quod etiam latine est ferrei, tamen vt clarius esset quod dicit, nos duri transtulimus.

B *Sunt uero quidam qui uacuum patere esse arbitrãtur ob rarum & densum. nam si non sit rarũ atq; densum, fieri non poterit ut corpora comprimantur atq; præmantur. Quod si id non sit, aut motus omnino non erit, aut uniuersum, ut Xuthus inquit, fluctuabit. Aut in aerem æqualem, atq; aquam fieri mutationem semper oporteret. Dico autẽ ut si ex aqua unius gutti aer exoriretur, tanta simul aqua ex æquali aere generaretur, aut uacuum esse necesse est. Compressio nanq; atque ampliatio aliter esse non possunt.* Tex. 79.

Hactenus de vacuo separato disputauit, nunc vero de vacuo rebus inserto disputat: & primo narrat positionem antiquorum, & rõnem positionis. Positio hæc est, vt vacuum corporibus sit distributum, ratio vero componitur à primo ad vltimum ad hunc modum, si vacuum corporibus insitum non sit, rarum & densum non erunt: si rarum & densum non erunt, non possunt

C corpora cõprimi, aut ampliari, si corpora non possunt comprimi aut ampliari, motus penitus non erit, localis quidem, quia si aliquid mouetur in loco, oportet totũ vniuersumq; moueri sequendo rem motã, vt concessit Xuthus philosophus, generatio vero, quia oportet ſm per ex æquali aere æqualem aquam exotiri; & econtra. Alteratio quoq; quia demitur rarefactio & cõdensatio, quę alterationes sunt, qua ratione tollitur auctio, quippe cum auctio, aut fit rarefactio, aut non fine rarefactione diminutio aut condensatio, aut non fine condẽsatione. Quare si oẽs species motus sint esse oportet rarefactionem & condensationem: & ita vacuum, hæc est positio, & hæc positionis ratio.

Auer. aũt format syllogismum sic, si vacuum nõ est, raritas & densitas non erunt, si raritas & densitas non erunt, motus localis rectus non erit, nisi corpora comprimantur, aut vniuersum fluctuabit, neq; etiam gene- Qua Auer. Comen. 79.

D ratio non erit nisi ęqualiter: sed densitas, & raritas sunt, igitur vacuum est. inquit Auer. hic esse deceptionem, propterea quia isti putant raritatem & dẽsitatem esse non posse, nisi propter vacuum, quod est falsum.

Verũ si id dicũt esse rarũ, quod uacua multa separata habet, perspicuum erit si uacum separatum esse non possit, ueluti, neq; locus suipsius spatiũ habẽs, neq; rarũ sic esse posse. Tex. 80.

Bifariam vacuũ esse in corporibus intelligi potest. vno modo, vt in ipsis sit multa vacua vti meatus vel foramina separata. Alio modo, vt sit vacuum in corporibus penetratione externi vacui, non q sint multi meatus, sed vacuũ est, quia corpora p partes penetrãt. Confutat igitur primum intellectũ, & inquit, verum si id dicũt esse rarũ, qđ vacua multa separata habet, perspicuũ erit, si vacuum separatũ esse non possit, veluti neq; locus- An in corporibus permeat raritas ex vacuitate. Vide gratiarum Esc. lec. 14. huius.

cus ſeparatus eſſe pōt: neq; rarum ſic eſſe poſſe etiā patet, eſt igiť enthymema, nō eſt vacuū ſeparatū in raro corpore: tenet conſequentia à ſubalternante ad ſubalternantem, vt valet, non eſt homo, igitur non eſt aliquis homo. Quod vero non ſit vacuum ſeparatum, multis rationibus probatum eſt, & modo ſatis ſufficit. Hæc contra primum intellectum.

Qua Auerro. Com. 80. Auer. vero, vt mihi vř in cōmento duobus modis hunc intellectū refellit. Primo, quia dicere hoc mō multa vacua contineri in corpore raro, eſt dicere ſiĕ ad vacuum eſſe ſeparatum, ſed vacuū eſſe ſeparatū eſt confutatum, igitur etiam vacuum eſſe in raro hoc mō eſt confutatum. Scđo refellit idem propterea quia vacuū hoc modo eſt dimenſio, dimenſio eſt accidens, ſed nullum accidens eſt ſeparatum à ſubiecto, igitur nec vacuum hoc modo ſeparatum erit à ſubiecto. Vlterius Auer. ponit differentiam inter has rationes & eas quas poſuit, quia illæ deſtruunt vacuum quo ad hoc, ꝙ corpora recipiat, hæ vero deſtruunt ipſum quatenus vacuum, maxime autem ſecūda Auer. rō. Hęc ex cōm.

Tex. 82. *Si uero non ſeparabile, ſed tanq̃ quid inexiſtens uacuum eſſe dicant, minus quidem eſt hoc impoſsibile. Accidit autem primo quidem, non cuiuſq; motus uacuum cauſam eſſe, ſed eius duntaxat, quo ſurſum feruntur corpora, quippe cum rarum ſit leue, ueluti & ignis quem rarum eſſe aiunt.*

Secundus intellectus erat, vacuum eſſe corporibus immixtum non ſicut diſtinctum ab omnibus corporum partibus, ſed vt penetrans, hunc nunc refellit, & primo proponit eum dicens. Si vero non ſeparabile dicant, hoc eſt diſtinctum à partibus, ſed tanq̃ quid inexiſtēs & diſtributum per partes eſſe velint, minus quidem eſt hoc impoſſe, accidunt tñ plura abſurda, primo quidem non cuiuſque motus vacuum cauſam eſſe, ſed eius duntaxat, ſupple quo ſurſum, ſupple feruntur corpora, quippe cum rarum quod cauſam motus aſſerunt ſit leue ſolum, veluti, & ignis, quem rarum eſſe aiunt, huius contrarium aſſerunt: poſuerunt. n. vacuum cām omnis motus. Quo vero ad verba attinet, dixit hoc eſſe minus impoſsibile, vt Auer. ait. Primo, quia non ponit dimenſiones, & accidentia ſine ſubiecto, nam ponit vacuum, quod eſt dimenſio corporibus ineſſe. Secundo quia minora impoſsibilia ad hunc intellectum ſequuntur, cum non ſequantur illa, quæ diximus iam totiens.

Verborum expoſitio. Qua Auerro. com. 82.

Deinceps non erit uacuum ipſum ſic cauſa motus ut in ipſo aliquid moueatur, ſed ut utres ipſi mouent id ſurſum, quod ipſis adiunctum eſt, ſic uacuum ſurſum mouet.

Secundo dato illo intellectu, vacuum non eſſet cauſa motus vt finis, & terminus ad quem, ac vt ſpatium ſupra quod fieret motus, ſed magis vt motor, nam vacuum ita ſe haberet ad corpora, vt ventus ad vtres. eſſet enim corporibus immixtum vt ventus vtribus. Modo ventus mouet vtres ſurſum, & quicquid ipſis eſt additum vt motor, & non vt ſpatium, per quod fit motus, igitur vacuum mouebit corpora non vt ſpatium per quod ſit motus, ſed vt motor, cuius contrarium enitebantur approbare.

Præterea quonam modo ipſius uacui latio eſſe poteſt, aut ipſius uacui locus erit, ipſius enim uacui id uacuum fieret, ad quod fertur.

Expoſitores ab Auer. accipientes dicunt Ariſtote. inferre nunc impoſsibile, ꝙ ſequitur ad poſitionem datam, videlicet ꝙ vacuum ſit cauſa motus vt motor, qui mouetur, nam ſi vacuum eſt cauſa motus, vt motor qui mouetur, tunc vacui eſſet latio, & vacui eſſet locus, ſiue aliud vacuum, & ſic in infinitum, & tunc verbum illud græcum καίτοι aduerſatiue tenetur pro ſed, vel tñ. Videtur etiam mihi ꝙ hæc eſſe poſsit tertia ratio, quæ ſic deduci poteſt. Si vacuum eſſet corporibus immixtum, ipſum eſſet cauſa motus, vt id quod mouet ſibi adiunctum: ſi eſt cauſa motus, vt mouens ſibi adiunctum, mouebitur: Si mouebitur, erit in vacuo, vt in loco, & ſic proceſſus in infinitum, & tunc verbum illud græce tenetur confirmatiue, vt tranſtulimus, ſed vtcunq; expoſitiones ſunt proximæ.

Rurſus quam cām afferent, qua graue deorſum fertur. Tex. 82.

Quarto dato iſto intellecto, non poterit aſsignari cauſa motus deorſum ipſorum grauium. Hanc rōnem deducit Auer. quia aut plenum erit cauſa motus deorſum, aut quid aliud à pleno: non quid aliud à pleno, quia contrariorum contrarij ſunt effectus, & ita ſi vacuum ſit cauſa lationis ſurſum, plenum erit cauſa motus deorſum: ſi vero plenum ſit cauſa motus deorſum, tunc nihil erit graue ſimpliciter, neque leue ſimpliciter, quia nihil eſt pure plenum, quod grauitatis cauſa eſt, nihil pure vacuum, quod leuitatis cauſa ponitur, & ita ſolū erunt graue, & leue in reſpectu, quod Quarto Cœli eſt confutatum. Hæc eſt Auerro. deductio. Qua Auerro. com. 82.

Inſuper etiam ſi quanto rarius quippiam fuerit magiſq; uacuum, tanto uelocius ſurſum fertur, patet ſi quid omnino uacuum fuerit, id uelociſsime ſurſum ferri, at forſitā, et hoc moueri non poterit. nam ut & in uacuo cuncta ſunt immobilia, ſic eadem ratione uacuum etiam immobile eſſe oſtendetur, quippe cum uelocitates non ſint comparabiles.

Quinto arguit, ſi rarum eſt cā motus ſurſum, quanto quippiam rarius fuerit, ac magis vacuum, tanto ſurſum velocius ferretur, ſi rarius, velocius ſurſum fertur, rarum & penitus vacuum velociſsime ſurſum mouebitur: at hoc eſſe non poteſt, quia vacuum penitus forſitan nullatenus moueri poteſt, per eam rōnem, qua nihil in vacuo moueri poterat, videlicet, quia velocitates non erant comparabiles, nam vt dicebatur, nulla erat proportio pleni ad vacuum, igitur nec motus ad motum in velocitate. Debes ſcire, ꝙ differt hæc ratio ab illa, quia illa erat de vacuo, quatenus in ſeipſo fiebat motus, hæc eſt de vacuo, quatenus ipſum eſt mouens motum. Quia tñ ambæ procedunt per comparationem, ideo ambę eandem habēt vim. Propter hac recte Auer. ait has rationes eſſe eaſdem ſimilitudine. Mediū vero terminum eſſe eundem ſm genus. Nec valet obiectio de graui ſimpliciter, ꝙ quidem eſt penitus graue, & mouetur in tempore, quia motus ille temporarius grauis ſimpliciter eſt à reſiſtentia medij, at antiqui, qui dicerent vacuum moueri, ipſum moueri aſſererent nō concurrente medio aliquo, niſi ipſomet vacuo. Et propterea ſequitur ipſum moueri in non tempore.

Tex. 83. *At cum uacuum quidem nō eſſe fateamur, cætera autem recte dubitata ſint, aut motus non erit, ſi raritudo & denſitudo non ſit, aut nudabit cœlum aut aqua ex aere, & aer ex aqua, ſemper exorietur æqualis, patet. n. plus aeris ex aqua fieri. Neceſſe eſt igitur (ſi non eſt denſatio) aut ultimum (quod firmum eſt) fluctuatione expulſum fiat, aut alio in loco æqualis aqua ex aere fiat, ut tota uniuerſi moles, æqualis permaneat, aut nihil penitus moueatur.*

Volens nunc Ariſt. ſoluere rationem veterum, qua vacuum rebus immiſcuerunt, eam rurſus aggreditur, vt ex-

vt explanet illam, & inquit, at cum vacuum non esse fateamur, cætera autem quibus cogebantur antiqui vacuum concedere, recte dubitata sint, oportet illa rursus considerare, supple, nam aut motus non erit, si raritudo, densitudoúe non sit, aut nudabit siue fluctuabit cœlum, quia cum motus sursum fuerit, aer per quẽ si expelleret ignem, ignis demum expellet cœlum, veluti vndam quandam, aut aqua est aere, & aer ex aqua semper exorietur æqualis, quod falsum sensu videtur, quia patet semper plus aeris ex aqua fieri, cum ex vno pugillo aquæ decem exoriantur aeris, demum rationem epilogat, & translatione patet.

Semper. n. cum quippiam mouetur, id accidit nisi circulo circumferatur, at non circulo cuncta feruntur, sed quædam etiam recte. illi igitur ob hæc ipsa vacuũ quicq; esse dicerẽt.

Cauillabant quidam rationem veterum hunc in modum, dicendo, ea vera esse de recto rerum motu, at de circulari non vera esse, obijcit Aristo. pro antiquis, quia saltem non cuncta circulo feruntur, sed quædam etiam recte, qua ratione euenit dictum impossibile saltem de illis, quæ recte feruntur.

Tex. 84. *Nos uero ex his quæ supposita sunt dicimus, unam esse contrariorum materiam, ut & calidi & frigidi, & cæterarum naturalium contrarietatum. Et ex potestate ente actu ens fieri, & non esse quidem ipsam materiam subiecto separabilem, sed ratione diuersam, & una numero coloris si forte fuerit, & calidi atq; frigidi.*

Soluit nunc q̃onem veterum, & primo resumit quatuor suppositiones, quæ ex Primo lib. sunt perspicuæ. Prima est, ꝙ contrariorum vna est materia, vt verbi causa, & calidi & frigidi, & cæterarum contrarietatum. Secunda est, omne quod fit, ex potestate ente fit, & nõ ex actu ente. Tertia, materia ipsa ab ipsis contrarijs nõ est subiecto separabilis, sed bene ratione. Quarta est, ꝙ si vna sit materia numero qualitatum secundarum, vt coloris, eadem erit & primarum, vt calidi atq; frigidi. Hæ suppositiones in Primo libro perfecte sunt declaratæ, nunc autem sint suppositiones, quia prius fuerunt conclusiones.

Est igitur materia & corporis eadẽ, & magni & parui.

An rarefactio & condensatio sint possibiles. Vide Albe. de sexo. quæstio. 13 dimme.

His quatuor suppositis soluit rationem, & breuiter solutio consistit in hoc, ꝙ rarefactio non fit aduentu rerum extrinsecus, nec condensatio exitu illarum, sed quia quod erat potestate reducitur ad actum, at cum materia sit contrariorum eadem potestate. ideo condensatio, & rarefactio fiunt per extractionem vnius potestate contenti ad actum, & ita non oportet concedere vacuum.

Hoc autem perspicuum. Nã cum ex aqua aer factus est, eadem materia aer fit nulla re alia assumpta. Sed quod potestate erat, id actu factum est. Simili modo etiam si rursus ex aere aqua exorta esset, eadem nãq; materia nunc in magnã ex parua, nunc in paruam ex magna uerteretur molem.

Solutionem datam approbat in omnibus motus speciebus. Primo in generatione, videmus. n. in generatione fieri condensationem & rarefactionem nulla re deforis accedente, vt in generatione aquæ ex aere aut econtra, sed solum, per extractionem eius quod erat in potentia ad actum.

Hunc etiam in modum, si & aer ex maiore comprimatur in minorem, & ex minore rursus in maiorem amplietur molem, materia ipsa quæ ambo potestate est, mutuo fit utrunq;. Nam quemadmodum ex frigido calidum, & ex calido frigi A *dum quando fit, eadem est, quia potestate erat ambo, sic & ex calido magis calidum fit nulla prorsus parte facta tunc calida, quæ non erat antea calida, cum calida minus erat.*

Secundo idem probat in alteratione, nam videmus in alteratione, quæ fit in aere de minore ad maiorem molem, quę vocatur rarefactio, & de maiore in minorem, quę vocatur condensatio, nihil deforis aduenire, vt etiam in exemplo de alteratione ex calido in frigidum, & econtra, approbat vbi patet aliquid calidius effici, & non propter aduentum alicuius de nouo, sed quia totum erat minus calidum.

Quemadmodum neq; circunferentia maioris circuli, si et in curuitatem fieret minoris circuli, siue sit eadem, siue sit alia pars ipsius nulla facta esset curua, quæ non erat antea curua, sed recta, non. n. eo quicquam minus aut magis tale B *est, quia id interimitur, quominus aut magis dicitur tale, neq; sit ut flammæ pars ulla sumatur, in qua neque color neque caliditas sit.*

Videtur iuxta græcam seriem verba hæc esse dicta vt declaratio proximi exempli, quod erat datum in alteratione, & certe ita est. Sed magis Auerro. & expositoribus placet istud esse tertium exemplum in auctione, quod nos doctrinæ causa concedimus, quia nõ est multa vis aut sic, aut aliter exponere. Et inquit, quemadmodum neq; circunferentia maioris circuli, si & in curuitatem fieret minoris circuli siue sit eadem circũferentia siue sit alia, pars ipsius nulla facta esset curua, quæ non erat antea curua. sed recta, ita subauditur rarefactio vel condensatio non sunt per additionem vel subtractionem alicuius, non. n. eo quicquã minus aut magis tale est, quia id interimitur, quo magis, aut minus dicitur tale, sed per eductionem de potentia ad C actum eius quod prius erat minus, veluti nec fit vt flammæ pars vlla sumatur, in qua neq; color siue lux, neq; caliditas sit. Hoc exemplum est in auctione, esset quartum exemplum in latione, quod subticuit breuitatis causa, & quia intelligitur per alia.

Vt igitur prior caliditas ad posteriorem se habet, sic etiã magnitudo, atque paruitas sensilis corporis non ampliatur, quia sua materia quicquam insuper sumit, sed quia materia trunque potestate est, itaque idem est densum & rarum atq; materia ipsorũ una, sed densum quidẽ graue rarũ uero leue.

Nunc ex ijs exemplis infert intentum & inquit, vt igitur prior caliditas ad posteriorem se habet, quia aduenit illi, non per hoc, quia aliqua pars quæ nõn erat calida, sit facta calida, sed per hoc, quia illud quod erat minus calidum sit magis calidum, ita etiam magnitu- D do atque paruitas sensilis corporis, non ampliatur, quia sua materia quicquam insuper sumit, sed quia materia vtrunq; potestate est, ideo rarum & densum non per partium additionem, aut subtractionem fit, sed per hoc ꝙ vna est rari & dẽsi ue materia. ideo concludit, itaq; idem est densum & rarum atq; materia ipsorum vna, & ita sunt eadem subiecto, sed densum quidem graue, rarum vero leue, hoc est, sed differunt forma. nam aqua & terra densa sunt & grauia, ignis & aer rara & leuia, rarum. n. ideo leue est, quia plus quidem de forma habet, minus vero de materia, quod leuibus competit, densum autem graue, quia multum de materia, minus autem de forma, quod grauibus conuenit. Amplius leue continet, quod rarioribus est ascriptum, graue continetur, quod densioribus.

Præterea

Praeterea ut orbis curuitas si in minus redigat non aliud quicquam concaui insuper assumit, sed quod erat reducitur, sic et ipsius ignis aliqua pars cum aliquid accipit, totum calidum est. Sic & uniuersum constrictione atq; ampliatione eiusdem materiae rarum est & densum, duo.n. & densum & rarum comitari uidentur, densum quidem graue atq; durum, rarum uero his contraria leue & molle, uerum in plumbo ac ferro durum & graue dissonant.

Græci codices aliqui verba hæc non habent, & rationabiliter, quia iam dicta sunt, videtur.n. magis esse apposita circa margines. Sed quicquid sit in codicibus meis reperiuntur. Propterea videntur rursus declarare rarefactionem & condensationem non fieri partium additione, aut subtractione, sed eductione, & inquit, præterea vt orbis curuitas, si in minus redigat nõ aliud quicq concaui, siue curui insuper assumit deforis, sed quod erat potestate, educitur ad actum. Sic & ipsius ignis aliqua pars cũ aliquid accipit caloris plus eo quẽ habet, totum eius corpus calidum est, sic & vniuersum corpus constrictione & ampliatione eiusdem materiæ rarum est & densum, quatenus ad maiores aut minores mouetur dimensiones, & quod non differant materia, sed forma & contrarietate, probat dicens. duo.n. & densum & rarum comitari videntur, densum quidem graue atq; durum, rarum vero his contraria leue & molle: est tñ hoc dictum, vt in pluribus, nam ad densum semper graue comitatur, ad rarũ semper leue, non tñ semper durum est cum denso, & molle cum leui, nam in plumbo & ferro, quæ ambo grauia sunt, dissonant graue & durum, nam plumbum graue est, sed molle, ferrum vero & durum & graue, igitur dictum illud, vt in pluribus est verum.

Tex. 86. *Ex his igitur quæ dicta sunt, patet, neq; separatum, aut simpliciter, aut in raro, neq; potestate uacuum esse, nisi quis uacuum ipsum appellare uoluerit omnino, quod quidem lationis est causa, hac.n. profecto ratione grauis ipsius leuisq; materia, quatenus talis est, uacuum erit, uerum rarum & densum hac quidem sub contrarietate lationis sunt effectiua. Illa uero duri ac mollis causæ facilis difficilisue passionis, & non lationis, sed alterationis potius. Et de uacuo quidem quonam ratione sit quaue non sit, hoc modo determinatũ sit.*

Nunc ex dictis concludit, & inquit. Ex his igit, quæ dicta sunt, patet neq; separatum, aut simpliciter, aut in raro actu esse vacuum, neq; potestate, aliter qñq; actu erit, nisi quis abutendo nomine vacuum ipsum oĩno nũcupare voluerit, quod quidẽ lationis est causa, siue vt subiectum, siue vt motor, hac.n. profecto rõne grauis ipsius, leuisúe materia, quatenus talis est, videlicet aut densa aut rara, hoc est aut leuis aut grauis, aut magis quatenus potestate est materia & subiectum, vacuũ erit. Sed quia dixit rarum & densum causas esse motus & mulnfariam motus est. Declarat quonam mõ cãæ sint, & qua ratione, & inquit, verum, rarum & densum, hac quidem contrarietate qua rarum & densum sunt, lationis sunt effectrices causæ, quia comitantur leue & graue, quæ sunt causæ effectrices lationis, contrarietate vero duri, & mollis causæ sunt facilis difficilisúe passionis, & non lationis, sed alterationis potius, nam durum difficulter patitur, molle vero facile, demum epilogat, & sermo paret.

Quæ Auerro. com. 84. Vide etiã Bur. c. 84. huius. Auer. vero com. 84. sic componit syllm solutionis, omnia contraria fiunt in eadem materia nullo accedente deforis, nec exeunte foras: sed rarum & densum sunt contraria in quantitate cum translatio corporis de maiore quantitate in minorẽ fit condesatio, econtra rarefactio, igitur rarum & densum fiunt nullo accedente deforis, & nullo exeunte, sed per eductionem de potentia materię. Debes scire quod aliquid potest crescere vel decrescere in dimensionibus dupliciter. Vno modo per additionem aut subtractionem, q̃do paries crescit additione lapidum, decrescit vero subtractione, & hæc improprie est rarefactio vel condensatio. Alio modo per eductionem de potentia materiæ, aut reductionem in potentiam materiæ, nullo aut antecedente, aut exeunte, sed aut educto aut reducto, & hoc modo est vere rarefactio aut condensatio, rarefactio per eductionem de minori ad maius, condensatio autem per reductionem in potentiam materiæ, & hę tribus modis fieri possunt, soluto motu locali, vt qñ aer condensatur, quia aliquid mouetur in ipso, aut cõstringitur in vesica, aut rarefit, quia dilatatur in vtre, aut alteratione calidi & frigidi, vt aqua in olla rarefit acquisitione calidi, condensatur alteratione frigidi: aut gñatione vt qñ ex aqua aer fit, rarefactio est generatione aeris, contra vero generatione aquæ condensatio erit, & sic in omnibus his modis perspicuum est rarefactionem vel condensationem fieri nullo aut accedente aut exeunte, vt ratio Auer. concludit. Sed multum dubitant recentiores quonam modo rarefactio fit ad maiorem quantitatem, & condensatio ad minorem. Dubitatio.

Quidam exponunt Auerro. de raritate & densitate ue sumptis, & non absolute, siue qualitatiue, possunt.n. vno modo sumi pro relatione partium. vt pro approximatione, vel elongatione partium, & sic ad eas non est motus per se, sed per accidens, aut propter motum localem, aut propter alterationem, aut propter generationem, alio modo possunt sumi qualitatiue pro qualitatibus, quæ comitantur calidum & frigidum, & sic ad ipsas erit motus per se, licet comitentur alij motus, nam rarefactionem comitatur calefactio, cõdensationem vero frigefactio, & ita iuxta hos Auer. loquitur de raro & denso, relatiue & non qualitatiue. Prima solutio. Vide etiã Bur. 84. huius.

Sed hæc expositio facit Auer. textui contradicere. Aristo.n. loquitur de raro & denso, quatenus sunt contraria, & vt sic non sunt relationes, sed qualitates. Propterea approbo eos qui Auer. intelligunt hoc modo, quod rarum & densum sunt qualitates fundatæ in quantitate. Et si dices quod eodem modo est de albo & nigro & alijs, dici potest quod omnes qualitates sensiles & quartæ speciei fundantur in quantitate, sed aliquæ suo intellectu explicãt, quantitatem, vt rarum & densum, quæ non modo in demonstrationibus fundatur, sed illas de suo intellectu explicãt, vult igitur Auer. iuxta hos rarefactionem esse ad maiorem quantitatem, hoc est ad raritatem fundatam in quantitate. Confutatio.

Deinde Auer. mouet qõnem hoc modo, quia potest aliqs dicere, vt calor crescit ex calore addito extrinsecus, ita quãtitas ex quantitate. Respondet negando antecedens, non.n. calor fit per additionem, sed per eductionem, nam cum agens creuit in calore, passum creuit in calore, non quidem pro hoc quod migrauerit caloris pars de agente in passum, sed quia eduxit plus caloris de potentia materiæ passi, & ita etiã dici oportet de quantitate. Dubiũ Auer. Solutio.

Sed dices, igitur non differt quantitas à qualitate quo ad agere, quia caliditas nõ inducit nec agit, & sic nec quantitas, igitur quo ad hoc non differunt. Replic.

Rñdet Auer. quod est differentia inter illa, quia caliditas fit ab alia caliditate in actu per abiectionem Respõ. Auer.

ctionem contrarij, quod nõ est ita de quantitate, quia non fit ab alia quantitate in actu per abiectionem cõtrarij, vel generationem, nam quantitas non est de potentijs actiuis per abiectionem contrarij, sed comitatur potentias actiuas & actiones earum, videlicet calidum & frigidum. Arist. igitur voluit calidum non crescere per translationem, siue migrationem de agente ad passum, sicut nec quantitas crescit per additionem minoris ad maiorem vtraq; remanente, licet hoc vř difficile imaginatu, & addit Arist. vsum esse rhetorico exemplo propter difficultatem imaginandi, vt dixit in primo huius, cætera quæ in alijs commentis dicit, ex literæ translationibus patent. Sed dubitant vtrum rarefactio fit accessu aliquorum, condensatio vero recessu illorum. Rñdent sorticolæ, ꝙ mixta rarefiunt accessu aliquorum, cõdensantur vero recessu illorum. probant quia hæc meatus habent non vacuos, qui cõsolidantur in condensatione, & ita recedit aer vel aqua, perforantur in rarefactione, & ita aer vel aqua accedit in meatus illos. Sed contra obijcit Auer. cõ. 85. & inquit, & innuit per hoc pactum, quod accidit dicentibus rarefactionem & condensationem fieri constrictione ampliationeúe foraminum, qm̃ ſm hoc non quælibet pars corporis reciperet densitatem & raritatem, sed solum foramina. Modo oẽ quod rarefit vel condensatur, ſm omnes partes rarefit vel condensatur. Dici potest concordando hos, ꝙ aliud est esse causam rarefactionis vel condensationis, & aliud est comitari rarefactionem vel cõdensationem, dicerem igitur in mixtis & simplicibus rarefactionem non fieri propter accessum & recessum corporum tanq̃ propter causam, sed bene in mixtis fieri per recessum aut accessum concomitatiue. primi igitur volunt mixta cõdensari vel rarefieri accessu, vel recessu aliquorum cõcomitatiue, non autem causaliter, elementa vero nec concomitatiue, nec causaliter. Auer. autem vult rarefactionem vel condensationem nec in mixtis, nec in simplicibus fieri accessu vel recessu aliquorum causaliter, & sic non contradicunt. Secundo dubitãt, vtrum per rarefactionem acquiritur aliquid de nouo, & per condensationem deperdatur. Captiũculatores tenent nihil per rarefactionem acquiri, vel condensationem deperdi, & ita concedunt bipedale hoc prius fuisse, negant tamen hoc prius fuisse bipedale. Sed istę sunt captiunculæ non dignæ peripatetico. Sæpe. n. hi vt capriones seruent ad vnguem, truduntur in errores ad stadium. Tenemus igitur cum Auer. & expositoribus per rarefactionem aliquid de nouo acquiri, nam rarefactio est motus, omnis autem motus terminatur ad aliquid quod prius non erat. Per condensationem vero aliquid deperdi, quia est motus contrarius rarefactioni, id tñ quod aut acquiritur aut deperditur, non est de nouo accessiue, sed eductiue, quia non accedit deforis, sed educitur. Hæc de vacuo dicta breuibus.

Prima dubi.
Prima respõ.
Nominales vel Terminista.
Argumentum Auer. contra sforum primã.
Secũda dubĩ.
Qualis respõ. Propria solu An condensatio & rarefactio sint motus possibiles ab aliis speciebus motus realiter & essentialiter distincti. Vide Ioan. de magi. q. 5. huius te. 87. & Cursium pari lĩ. q. 2 Iouius.

De Tempore.

DILVCI. *Consequens autem ad dicta est agere de tempore, sed primo bene se habet de ipso dubitare, atq; extrarias rationes afferre si sit rerum aliqua, aut non sit tempus, deinceps quæ ipsius sit natura.*

ANT. *Habitum autem dicas, est aggredi de tempore. Primum autem bene se habet dubitare de ipso, & per extraneas rationes, vtrum sit eorum quæ sunt aut non sit eorum, quæ sunt postea, quæ natura sit ipsius.*

A Egi de loco & vacuo, nunc de tempore dicere proponit, & duo proponit disputare an sit tempus in rerũ natura, ꝙ quid sit, causam affert, quia bene se habet dubitare, vt dicitur Tertio Metaphy.

Auer. vero per exotericas græce rationes, latine extrarias logicos sermones intelligit, quæ vt dicit Themistius rationes communes dicuntur, ex quibus philosophia extraria, siue sophistica componitur.

Quæ Auer. Comen. 87.

RECOGNITIONES.

Tacuit alias quæstiones scilicet quia est, siue quale nam tempus sit, & propter quid est, siue propter quid tale est, nam terminata quæstione quid est habentur accidentia tẽporis, & causa propter quid illorũ, vt superius de loco patuit, est. n. perfecta definitio, & qua apparent omnia accidentia definiti & illorum causa.

B *Nihil igitur esse prorsus tempus, aut ægre esse, aut obscure ex his quis suspicabitur. nam aliud ipsius fuit & non est, aliud est futurum & nondum est. Ex his autem & infinitũ & id quod semper lapsum est tempus texitur, at id naturã aliquam entis tenere, quod ex his constat, quæ non sunt impossibile uidetur.* DILVCI.

Quod quidem igitur omnino non sit, aut uix, aut obscure ex his aliquis concipiet. hoc quidem. n. ipsius factum est, & non est. Id uero futurum, & nondum est. Ex his autem & infinitum & semper acceptum tempus componitur. Ex his autem quæ non sunt, compositum, impossibile utiq; uidetur participare aliquando substantiam. ANT.

λαμβανό-μενον. semper acceptum lapsum.

Quod tempus nõ sit in rerum natura, arguit. Primo sic. quod constat ex non entibus, nihil est: tempus constat ex non entibus: igitur nihil est. minor declaratur, C quia constat ex præterito quod fuit, & non est, texitur ex futuro, quod erit, & nondum est. Quo vero ad verba attinet verbum illud lapsum, græce est lãbanomenon, latine quod accipitur, sed sensus est, ꝙ ex his dies, & mensis, & annus, & infinita antea semper lapsa tempora constant. Quare tempus non est amplius. verbũ illud entis, græce vsias, latine substantiæ, sed melius iacet modo illo in latino. Auer. vero reddit causam cur dixit, aut ægre, aut obscure, & ait hoc dixisse, quia rationes logicæ non faciunt efficaciam, sed suspitionem.

Secundo soluit Auer. rationem hanc: est. n. hæc ratio cõpositum ex non entibus nihil est, tempus est ex non entibus, igitur nihil est, hanc soluens primo reducit illam contra facientem sic. Compositum est non entibus nihil est: motus componitur ex non entibus: igitur nihil est, modo conclusio est contra sensum, est. n. motus sensile cõmune, vt dicitur. 2. de Anima. Propterea D debes scire, vt ipse innuit, ꝙ triplex est ens completum extra animam, vt tellus, aliud quod omnino habet esse in animam vt hypocentaurus, Tertium ex ijs compositum. verum compositio est duplex, constitutiua vt mixtum ex elemẽtis, aut homo est anima & corpore, alia est participatiua, vt paries ex albedine, quia participat illam, tunc dicit Auer. ꝙ motus & tempus ex nõ entibus & entibus componuntur compositione participatiua. Nam de ente non habent nisi instans fluxũ autem, & futurum habet ab anima, nam motus & tẽpus, vt cadunt sub consideratione, se habent vt permanentia & in actu, vt vero sunt extra animam non sunt permanentia, sed successiua, sed de his postea. Ad formã, igitur patet solutio ꝙ tempus & motus possunt esse ex entibus rationis, quæ non sunt entia in re.

Ad hæc

DILVCI. *Adhæc partibilis omnis rei si est, necesse est, cum est, aut omnes partes, aut nonnullæ sint. At temporis, quod quidem est partibile, aliæ partes transactæ, aliæ futuræ sunt, nullaq; penitus adest. ipsum uero nunc non est pars, pars nanq; metitur. uniuersum etiam ex partibus constare oportet, at tempus ex ipsis nunc non uidetur constare.*

ANT. *Adhæc omnis partibilis, siquidem sit, necesse est cum est, aut quasdam aut omnes partes esse. Temporis autem, aliæ quidem factæ, aliæ uero futuræ sunt, est autem nihil ipsius existentis diuisibilis, ipsum autem nunc non est pars, mensurat etenim pars, & componi oportet totum ex partibus. Tempus autem non uidetur componi ex ipsis nunc.*

δὲ autem sed

Quasi dicat licet téporis aliæ partes sint factæ, aut futuræ nihil tamen ipsi téporis diuisibilis existentis est.

Secúdo arguit sic, omnis res quæ est partibilis cum est necessario omnes aut aliquas partes habet, tempus est partibile & nullas penitus partes habet, igitur tépus nihil est. Sed dices minorem esse falsam, quia temporis est aliqua pars vt ipsum nunc, contra replicat. Primo, quia pars metitur totum, nunc ipsum non metitur tempus, igitur non est pars temporis. Secundo partes sunt ex quibus totum constat, ex ipsis nunc tépus non constat, igitur ipsa nunc non sunt partes temporis. Sorticolæ hæc confirmant. Primo nullum instans præteritum erit præsens, omne instans futurum erit præteritum: igitur nullum instans futurum erit præsens. Secúdo nullum instans futurum fuit præsens, omne instans præteritum fuit futurum, igitur nullum instans præteritum fuit præsens, & ita tempus nihil est.

RECOGNITIONES.

QVo ad verba attinet, verba illa, & componi oportet totum ex partibus, possunt dupliciter intelligi, vt si principium nouæ rationis, & sic in commentarijs exposuimus nam verbum & pro amplius vel etiã vel præterea accepit, vel possunt copulari cum verbis primæ rationis, & sic exponunt alij, & non placet. Debes scire ad argumenta sorticularum esse, negandas maiores, quia cõtradictorium cuiuslibet earum verum est, nam aliquod quod est, vel erit præteritum, erit præsens. insuper etiam aliquod quod est, vel fuit futurum fuit præsens, & sic tollitur vtrunq; argumentum.

DILVCI. *Præterea & ipsum nunc quod præteritum & futurum distinguere uidetur, utrum unum idemq; semper permaneat an aliud sit atq; aliud: non facile cognitu habetur, nam si semper aliud atq; aliud sit, cum in tempore ipso alia atq; alia pars simul non sit, nisi una contineat altera contineatur: ceu minus tempus à maiori continetur, & id quod nunc non est, antea uero fuit, necesse sit aliqñ esse corruptum, sane nunc ipsa inuicem simul non erunt sed semper corruptum esse necesse est id quod prius. in seipso igitur corrumpi non potest, propterea q; tũc est. In alio uero nunc corrũpi id quod prius est nunc, non contingit. Sit. n. modo impossibile ipsa nũc sibi habere ut puncto punctum, si igitur non in eo quod est postea corruptum est, sed in alio, in his nunc intermediis, quæ infinita sunt simul erit, quod quidem est impossibile.*

ANT. *Amplius autem, & ipsum nunc, quod uidetur determinare præteritum, & futurum, utrum unum, & idem semper maneat, aut aliud, aut aliud, non facile est scire, siquidem .n. semper alterum & alterum est, nulla autem pars earum, quæ sunt in tempore, alia & alia simul est, quæ non contineat, alia uero contineatur. Sicut minus tempus à maiore, sed si ipsum nunc modo non ens est, prius autem ens, necesse corrumpi aliqñ & ipsa nunc, simul quidem ad inuicem non erunt, corruptum. n. esse necesse est semper prius. In eodem*

E *nanq; corruptum esse impossibile est, propter id, quod tunc est. In alio autem nunc prius nunc corrumpi non contingit, sit. n. impossibile esse habita adinuicem ipsa nunc, ut punctum cum puncto, siquidem igitur in eo, quod est consequenter, non corrumpitur, sed in alio, in mediis, nunc quæ sunt infinita, simul erit, hoc autem impossibile est.*

Mouet qõnem de ipso nunc, vtrum remaneat idem atq; vnum in toto tempore, & arguit q sic. Sed in rõne supponit duo. Primum q non possunt duo nunc simul esse tempore, nam non possunt esse duæ partes temporis simul, nisi alterum contineat alterum vt simul est dies & mensis, qui mensis diem continet. Secundo supponit q ipsa nunc non sunt in tempore contigua, vt in Sexto dicetur. Tunc arguit, si nũc ipsum corrumpitur, aut in ipso nunc in quo est, aut in alio, non in eodem in quo est, quia tunc corrumperetur & esset. si in alio, aut
F priori, aut posteriori, non in priori, quia tunc corrũperetur anteq̃ esset. Si in instanti, siue nunc posteriori, aut immediato, aut mediato, non in ipso nunc immediato per secundam suppositionem, quia non sunt immediata ipsa nunc, nec in ipso nunc mediato, quia tunc illud nunc maneret in isto medio, semper. n. manere oportet donec corrumpatur, & cum in illo medio sint infinita nunc, tunc illud nunc corrumpendum esset simul cum infinitis nunc, contra suppositionem primam, verba patent translatione sola.

RECOGNITIONES.

HIc textus non est leuis, licet in commentarijs summatim bene sit expositus, verum quo ad verba Arist. primo mouet qõnem, & inquit amplius autem, & ipsum nunc, quod vr̃ determinare præteritum & finitum, determinare dico quia vel distinguere, vel co-
G pulare, vtrum vnum & idem semper maneat, vt inquit, in toto tempore, an semper aliud sit, atq; aliud, non facile est scire. Mota quæstione, ostendit eius difficultatem, accipiendo primo s̃m philosophos esse aliud atq; aliud nunc in ipso tempore, & secundo q duæ partes temporis simul esse non possunt, nisi altera alteram contineat. Ex his duobus sequitur difficultas, non. n. potest esse vnum nunc prius non ens, postea ens: nam cum sit aliud atq; aliud vt prima suppositio dicit non potest esse idem, nisi alterum alterum cõtineat, modo nec primum nec secundum alterum alterum continet, ideo inquit, non est facile scire. Siquidem. n. semper alterum alterum est nunc, & nulla pars earum, quæ sunt in tempore alia & alia simul est, quæ non contineat, & alia contineatur, hæc est difficultas qõnis. ex his. n. sequitur non esse idem atq; vnum, nam cum sit aliud atq;
H aliud, & alterum alterum non contineat, non erit vnũ: ex opinione vero mathematicorum est vnum, sicut punctum vnum fluens facit lineam, tacta qõnis difficultate, argumentatur esse idem nunc, quasi dicat, sed si ipsum nunc modo non ens, prius autem ens fuit, hoc est dicere est idem, tunc necessarium est ipsum nunc aliqñ corrumpi, hoc autem falsum est, quia si ipsum nũc corrumperetur, corruptio prioris nunc vel fiet in seipso, vel in alio, non in alio, quia vel in alio immediato, vel mediato, non in alio immediato, quia non possunt esse ipsa nunc immediata, nec in alio mediato, quia tũc in tempore medio nunc corrumpendum esset simul cum infinitis nunc, nec in seipso, quia tunc non esset corruptum, inquit, sed si ipsum nunc modo, non ens est, prius aũt ens quod est dicere fuerit idem necesse est aliqñ

aliqñ & ipsa nunc corrumpi, consequens falsum est, ergo nunc est modo & prius idem. Quo vero ad verba attinet, verbum si non est in græco, sed additum est ad sensum de licentia interpretis, deinde probat q̄ ipsa nunc non corrumpantur, quia non potest ipsum núc corrumpi in ipsomet nunc, quia tunc simul adinuicem non erunt, cuius causam inquit, quia corruptum n. necesse est semper prius esse, cum in eodé corruptum esse impossibile est, ergo nō potest in seipso corrumpi, quia tunc idem non esset & esset, propter id quod tunc est, in quo corrumpitur. In alio autem nunc priori, corrumpi nunc, non contingit, quod vero non in posteriori, probat supponendo ipsa nunc nō esse habita, inquit. sic. n. pro modo impossibile esse habita adinuicē ipsa nunc, vt punctum cum puncto, donec in Sexto declaretur, ex hoc sequitur nunc non corrumpi in nunc consequenti, cum nullum sit nunc ad ipsum nunc cōsequens per suppositionem. Si igitur in eo nunc q̄ cōsequenter est, non corrumpitur nunc, vt ex suppositione patet, sed in alio. s. mediato, in medijs, nunc, quæ sunt infinita, nunc corrumpendum simul erit, quod est impossibile, non. n. potest aliquod corrūpendum esse simul cum infinitis nunc, quia tūc remaneret tempore infinito incorruptum, & ita corruptibile nunq̄ corrum-

Resumptio textus pulchra.

peretur, resume ergo sensum Arist. hoc pacto. Amplius autem & ipsum nunc, quod vr̄ distinguere, siue copulatur præteritum cum futuro, vtrum vnum & idem semper maneat, an aliud atq; aliud, non facile est scire duo, si ſm philosophos sit ī tempore aliud, & aliud, & pars alia atq; alia simul esse non posit, nisi altera alteram contineat, nam si pars alia, atq; alia non est simul nisi contineat altera alteram, & núc est aliud atq; aliud ſm physicos, non potest esse simul cum alio, nisi alterū alterum contineat, & cum non posit alterum alterum continere, alterum alteri non potest esse simultaneum, & ita nec vnum in toto tempore, ex alio sequitur esse vnum, quia sicut punctum fluens efficit lineam, ita núc fluens facit tempus. Quod vero vnum idemq; sit nunc in toto tempore, probatur, quia si non esset idem, sed aliud nunc prius, & aliud nunc posterius, ipsum nunc corrumperetur, q̄ vero non corrumpatur, probatur, quia non potest corrumpi in seipso vt in mēsura, quia tunc idem simul esset & non esset, esset quidem, quia mensura in qua aliquid corumpitur, est, non esset vero, quia in illo nunc vt in mēsura esset corruptum. nec in alio nunc corrumpi potest, quia non in priori, nihil .n. corrumpitur in priori mensura, nec in posteriori, quia vel in consequenti siue immediato, & hoc non, cum non sit nunc ad nunc consequens, nec mediato, quia tunc nunc corrumpendum esset simultaneū infinitis nunc existentibus in tempore medio quod tanq̄

De necessitate huius q.

impossibile relinquit. Hæc de textu, interposuit autem talem quæstionem Aristo. ante determinationem eius quæstionis, quæ de existentia tempus est, quia si nunc sit vnum in tempore, sequitur tempus esse, & si non sit vnum, difficile est videre qūo tempus sit, quia igitur ex solutione præsentis quęstionis pēdet determinatio eius quæstionis, quæ est de existentia temporis, ideo interponit quæstionem hanc ante illius determinationem.

DILVC. *At uero neq; idem semper permanere potest, nullius. n. diuisibilis finiti finis est unus, siue ad unum siue ad plura continuum sit. Sed ipsum nunc finis est, & tempus ipsum finitum sumi potest.*

ANT. *At uero neq; idem semper manere possibile est, nullius* A *enim diuisibilis, quod finitum est, unus terminus est, neq;. n. si ad unum sit continuum, neq; si ad plura. ipsum autem nunc terminus est, & tempus est accipere finitum.*

Ad appositum qōnis de ipso nunc arguit. Primo sic. nullius finitæ rei diuisibilis terminus, siue finis est vnus: & hæc maior est vera, siue illud finitum diuisibile sit continuum vna dimensione, vt linea, quæ sola longitudine continua est, siue sit pluribus dimensionibus continuum, vt superficies quæ longitudine & latitudine est continua, vel vt corpus quod est continuum longitudine, latitudine, & altitudine, est igitur maior, nullius diuisibilis rei finitæ finis est vnus: ipsum nunc est finis alicuius rei diuisibilis finitæ, vt temporis: igitur ipsum núc non est vnum. Auerro. ait. q̄ linea habet duos fines vt duo puncta, superficies quatuor, duo puncta & duas B lineas, corpus sex, quoniam duo puncta, duas lineas, & duas superficies.

Quæ Auer.

DILVC. *Præterea, si esse simul tempore & neq; prius neque posterius sit esse & in eodem nunc, ea sane quæ ante mille annos sunt facta, simul erunt his quæ hodie texuntur, & neq; prius quicquam alio neque posterius erit.*

ANT. *Amplius si simul esse secundum tempus, & neque prius, neque posterius, est & in eodem esse nunc, simul erunt, quæ in annum facta sunt millesimum his, quæ facta sunt hodie, & neque prius, neque posterius aliud alio.*

Secundo arguit, si esse simul tempore, hoc est neq; prius neq; posterius sit esse & in eodem nunc, ea quæ ante mille annos sunt facta, simul erunt his quæ hodie texuntur atq; fiunt, & neq; prius quicquam alio, neq; posterius erit, qm̄ omnia erunt in vno eodemq; nunc. C Quærunt iuniores vtrum hæc propositio de secundo adiacente, est tempus, sit vera: & vr̄ q̄ non per rationes Aristo. Tum primo quia ipsius nulla pars est. Tum secundo, quia diuisibile non est nisi aliquę partes, aut oēs sint. Soluunt iuniores q̄ secus est in permanentibus, secus autem in successiuis, permanens. n. esse non potest, nisi oēs, aut aliquæ partes simul sint, at successiuum esse potest dato q̄ solum illius aliquid, siue pars, siue terminus partis sit, & sic est in tempore, est. n. ipsius, qua illius momentum, siue nunc, siue instans est. Sed contra hæc dubitatur, & facio hanc propositionem de secundo adiacente, est tempus, & quæro, ille terminus tempus pro quo supponit, aut pro ipso diuisibili tempore, aut pro ipso nunc: si pro ipso diuisibili tempore, igitur nō tm̄ tempus erit, quia illius terminus est, sed quia pars aliqua est, non pro termino potest supponere, qm̄ D terminus cōis nō potest supponere, nisi pro suppositis in suppositione personali, vt dicūt sorticolæ, mō ipsum nunc non est suppositum temporis, igitur oīno oportet vt supponat pro tempore. Dici potest iuxta iuniores q̄ totum est qñ aliquid illius est, in permanentibus quidem qñ pars illius aliqua est, in successiuis qñ pars aut aliquid partis, non. n. prius esse potest alicuius totius aliquid quin sit ipsum. Tunc dicerent q̄ ille terminus tempus supponeret pro tempore & diuiduo, cuius quidem partes non sunt simul, sed aliquid partiū est simul, & hoc sufficit. Sunt qui dicunt q̄ hæc propsitio est tp̄s est res animæ, modo apud aīam, tempus est, ſm numerum partiū, vt. n. tempus intelligitur, partes eius habent esse pręsens saltē obiectiue, veluti numerus quidam rei numeratæ, vt Auer. ait. cō. 99. huius Quarti, & tunc cōcederent q̄ tēpus & partes sint, vt habent esse cognitū.

Qō. v. de tp̄e. Vide etiam Burl. hic.

Vide Egid. tex. 89.

An tp̄s sit aliud quod ens per aīam. Vide etiam q. 5 huius & Iād. q. 17. huius.

Sed

Quæstio 2. de instanti. Vide etiam Burl. hic.

Sed hæc rãsio tollit tempus reale, & si posit euadere de tempore, eadem qõ fiet de motu, qui est res sensilis, ideo oportet venire oĩno ad illud quod dictum est. Secundo, quærunt de ipso nunc vtrum sit corruptibile, & vr̃ ꝙ non, per rõnes Aristote. in litera. Iuniores.n. conueniunt ꝙ ipsa nunc non generãtur, nec corrumpuntur reali & propria gñatione, vt dr̃.3.Metaphy. ꝙ quædam sunt quæ qñq; sunt qñq; non sunt sine gñatione & corruptione, vt indiuisibilia. Secundo, concedunt ꝙ corrumpuntur & generantur accipiendo gñationem pro inceptione, corruptionem pro desitione, tunc dicunt ꝙ exponẽdo incipit per affirmationem de præsenti, & desinit similiter, ipsum nunc desinit & incipit in seipso, hoc modo incipit, quia nunc est & prius non erat, hoc modo etiam desinit, quia nunc est & postea non erit, modo hæc non contradicunt. Sed dices, si ipsum nunc desinit vel incipit, igitur in aliqua mensura desinit aut incipit, modo non est posibile vt aliquid desinat, & incipiat, & ipsum sit mensura suæ desitionis aut inceptionis. Secundo, quæro cum dr̃, nunc est, & immediate ante hoc non fuit, quid demonstratur per ipsum nunc, aut seipsum, aut aliud, non seipsum, quia tunc ipsum nunc corrumperetur, & ipsum esset mensura corruptionis. Dici potest ad hæc per fundamentum Auic. ꝙ in his quæ sunt talia denominatiue oportet venire ad aliqua talis per essentiã, vt qm̃ albus est paries albedine, ipsa albedo seipsa est alba. Tũc dico ꝙ quia oẽ quod incipit & desinit, incipit & desinit in aliquo, siue momẽto, siue nunc, siue instanti, instans seipso incipit & desinit, vt albedo seipsa est alba, & ita id quod alterius inceptionis est mensura, ipsum seipso suæ inceptionis mensura erit, & tu rñde ad formam.

DILVCI. *De his igitur quæ tempori ipsi insunt, tot sint dubitata. Sed quid sit tempus & quid ipsius natura, similiter est obscurum, & ex his quæ tradita inuenimus, & ex his quæ adinuenientes prius attingimus. Quidam nãq; uniuersi motum, quidam sphæram ipsam tempus esse contendum.*

ANT. *De his quidem igitur, quæ insunt ipsi, tot dubitata sint, quid autem est tempus, & quæ ipsius natura, similiter et ex traditis immanifestum est, & ex his quæ attingimus inuenientes prius. Aliquid enim totius esse motum dicunt, alij uero ipsam sphæram.*

Epilogat de qõnibus dictis circa esse tpis, sed de definitione ipsius inquit, sed quid sit tps & quid ipsius natũra an pmanens an successiuũ, silr est obscurum duplici de cã, & ex his quæ tradita inuenimus à veteribus, & ex his q̃ per nosipsos adinueniẽtes attingimus, quã duplici difficultate res ipsa reuocatur in dubiũ, & explicat primam cãm, dicens, quidam nãq; vniuersi motũ, quidã sphæram ipsam tps esse contendunt, est aũt motus vniuersi ille, quẽ diurnum astronomi vocãt, sphæram vero primum mobile, quod illo motu mouetur.

DILVCI. *Sed conuersionis etiam pars tempus quoddam est, non autem est conuersio ipsa, pars enim conuersionis idest, quod elapsum est, conuersio autem non est.*

ANT. *Sed circulationis est & pars aliquod tempus, circulatio autem non est, pars enim circulationis est quod accipitur, sed non circulatio.*

Contra obijcit primæ põni, primo sic, nulla pars conuersionis est conuersio ipsa: oĩs pars conuersionis est tempus: igitur in tertia figura tẽpus nõ est cõuersio ipsa, declaratur maior, quia pars conuersionis est illud quod est elapsum, conuersio autem non est elapsa.

E *Adhuc si plures essent cœli similiter motus cuiusq; eorum tempus erit, quare plura tempora simul.* DILVC

Amplius autem si plures essent cœli, esset silr̃ tempus cuiuslibet illorum motus, quare & multa tempora simul. ANT.

An hæc consequentia valeat. Vide Caiet. ... bus ante 3. ... bitum.

Secundo arguit, si plures essent cœli, siue mundi, siue prima mobilia, vt ait Democritus, motus cuiusque eorum erit tempus, igitur plura erunt tempora iuxta numerum primorum motuum, antecedens concedit Democritus, consequens vero negat.

Quæ Auerr. com. 95. Dubitatio. Responsio.

Auer. monet contra secundam rationem dubitationem talem, In ratione Arist. accipit duo videlicet, ꝙ plures sint cœli, & ꝙ motus sit tempus, & infert, igitur plura erunt tempora, modo dicet cauillator, istud impossibile esse plura tempora non sequi ad secundam ppositionem videlicet, ꝙ motus primus sit tempus, sed ad primam illi coassumptam, videlicet plures sunt mũ F di, & ita sequitur primam esse falsam, & non secundã. Respondet Auer. & supponit regulam illam, quicquid antecedit ad antecedens, antecedit ad consequens, vt qm̃ Solem oriri antecedit ad idem esse, ideo antecedit ad omne quod sequitur diem esse, quia igitur pluralitas mundorum antecedit ad pluralitatem motuum, & hæc ad pluralitatẽ temporũ, igr̃ illa antecedit ad pluralitatẽ tẽporũ, & ita plura tẽpora esse sequitur ex hoc ꝙ tempus est reuolutio illa. Sed adhuc est dubĩ, qm̃ si pluralitas temporum sequitur pluralitatem motuum, quę sequitur pluralitatem mundorum, igitur pluralitas tẽporum sequitur pluralitatem mundorũ, vt à primo antecedẽte, & non tm̃ pluralitatem motuum. Dici potest ꝙ pluralitas illa tẽporum non sequitur pluralitate mundorum per se, nisi quia ad pluralitatem mundorum sequitur pluralitas motuum, signum est, quia apud De- G mocritum tenetur plures esse mundos, non autẽ plura tempora, & hoc quia non concedit motũ esse tẽpus, & ita quia pluralitas hæc temporum per se sequitur pluralitatem motuum per accidens pluralitatem cœlorũ, ideo ex impossibilitate consequentis debemus arguere impossibilitatem illius ad quod per se sequitur, hoc, & non illius ad quod sequitur per accidens. Vnde est regula, si aliquod consequens est impossibile in aliqua bona consequentia antecedens est impossibile ad quod ipsum per se sequitur, & non illud ad quod sequitur per accidens. Sed contra primam rationem est dubitatio. Primo, quia minor petit principium, sumit enim ꝙ omnis pars reuolutionis sit tẽpus, modo hoc negarent, quia vniuersam reuolutionẽ tẽpus aiunt nõ partem, Secundo, nulla pars anni est annus, omni pars anni est tempus, igitur tẽpus non est annus, hæc ratio H sequitur ex modo arguendi eius. Dici potest ꝙ Arist. supponit partem temporis & cuiuslibet illius quod est tempus esse tempus, non petendo, sed hac ratione, quia toto tempore mensuratur aliquis motus, & parte tẽporis pars aliqua motus, igitur totum est tempus, & pars eius ẽt est tempus. Aliter parte temporis non mensuraretur pars motus. Ad secundum dici potest concedendo illam particularem siue indefinitam, tẽpus non est annus. Ex hac non sequitur ꝙ annus non sit tempus, quia particularis negatiua non conuertitur, etiã cum illa stat tempus esse annum, Sũt.n. subcontrariæ hæ simul veræ, tempus est annus, tempus non est annus.

Responsio.

An si essent plures primi motus essent plura tempora. Vide grauedinem Esc... 16 ... Replica.

Quæstio de temporum multitudine. Respõ. prima. Egid. hoc.

Sed dubitant iuniores. vtrũ si sint plures mundi, sint plura tempora numero, & videtur ꝙ sic, quia multiplicato lbto, oportet vt affectio siue accñs multiplicetur. Nouus expositor ex quo & Ioan. & alij acceperit, vult

ꝙ tempus

Nouus expositor ex quo & Ioan.& alij acceperũt, vult ꝙ tempus potest ad motum dicere duplicem habitudinem, aut affectionis ad subiectum, aut mensurę ad mẽsurabile, dicit autem ꝙ tempus vt affectio motus, multiplicauit multiplicato motu, & mobili primo, vt vero mensura, est vnum vbiq;, etiam si mundi essent infiniti. Sed contra dubitatur primo tempus pro mensura est accidens, & non alterius à motu, igitur adhuc est in motu, & ita sequitur vt prius ꝙ plurificato motu plurificetur tempus. Secundo multiplicato vno conuertibili reliquũ oportet multiplicari per regulam. cõ. 93. & 97. huius: sed tempus conuertibile est cum motu tam vt mensura q̃ vt passio, igitur vt prius. Tertio si tempus esset vnũ numero oĩa essent æqualis motus, quia ęquali mensura mensurarentur. Quarto quod magis suscipit aut minus non est vna numero mensura oĩum mensurabilium, tempus autem potest esse breue & longum, multum & paucum. Fortasse propter hęc nonnulli blacterones asserunt tempus esse affectionem siue mensuram exteram motuum, & ita potest esse vnum oĩum motuum omnium mundorum, atq; totum in toto & omnibus mundis. Quæ positio delira est, cum Aristo. tempus ponat motus primi passionem. Potest igitur nouus expositor defendi ꝙ tempus potest vno modo sumi pro mensurabilitate, qua motus est mensurari aptus, & hoc modo multiplicatur cum motu, secundo pro mensura qua vtitur aĩa in motuum mensuratione, & sic est vnum minimum motus cœli, quod aĩa sumit vt mensura oĩum, vt granum in ponderibus, & sic est vnum numero oĩum mensurabilium, non variabile nisi ſm multum & paucũ, vt vnum est granum oĩum ponderationum, quod quidem est vnum non rõne subiecti, puta motus, sed rõne aĩæ mensurantis in qua est vt obiectum, tertio pro actuali motus mẽsuratione, & sic sunt diuersa tempora, vt diuersi motus & diuersæ animæ mensurationes, quibus ad argumẽta patet solutio.

Alia positio.

An sequatur plures sunt cœli: igitur plures sunt tpa. Vide Bur. Inc.

DILVCI. *Vniuersi autem sphæram aliqui eo putauerunt esse tempus, quia & in tempore cuncta sunt, & in uniuersi sphæra. Sed hoc dictum est adeo stultum ut supersit de ipso absurda considerare.*

ANT. *Totius aũt sphæra uisa est quidem dicentibus esse tẽpus, quia & in tempore oĩa sunt, & in totius sphæra, est autem stultius & qđ dicitur, q̃ ut de ipso impossibilia sit cõsiderare.*

Secunda positio erat ꝙ tempus sit sphæra ipsa prima, & hæc persuadebatur sic, cuncta sunt in tempore, cuncta sunt in sphæra, igitur sphæra est tẽpus, cui obijcit Aristo. dicens. Sed hoc dictum est adeo stultum vt supersit de ipso absurda considerari.

Quæ Auerro. cõmen. 94.

Auer. reddit cãm quare est stulta, & sunt duæ. Prima, quia æquiuocat de esse in. nam in cœlo sunt omnia vt in loco, in tempore vero sunt omnia vt in mensura. Secunda quia est ex duabus affirmatiuis in secunda figura. sed hæc vr̃ in tertia figura, cum sit bis subiectum. Dici potest ꝙ debet sic formari in sphæra sunt omnia corpora mundi: in tempore sunt omnia corpora mundi, igitur tempus est sphæra, vbi patet syllogismum esse in secunda figura ex duabus affirmatiuis.

RECOGNITIONES.

Est autem stultius lege sic, est aũt & quod dr̃ à veteribus de tẽpore. s. ꝙ sit sphæra, propterea quia oĩa sunt in sphæra & oĩa sunt in tpe, stultius q̃ vt sit de ipso impossibilia considerare, quasi dicat stultitia huius opinionis excellit impossibilium considerationem.

DILVCI. *Cum autem motus quidam: atq; mutatio quædam tẽpus*

A *maxime esse uidetur, Illud an sit considerandum est, Mutatio igitur cuiusq; atq; motus, in ipso est, quod mutatur duntaxat aut fortasse ubi est ipsum quod mouetur & mutatur, at tempus ubiq; est & penes omnia.*

ANT. *Quoniam autem uidetur esse maxime motus & mutatio quædam tempus hoc considerandum est, uniuscuiusq; quidem igitur mutatio & motus in ipso mutato aliquid est solum, aut fortasse ubi est ipsum quod mouetur & mutatur, tempus autem similiter & ubiq; & apud omnia est.*

Proponit considerationem de tempore, & primo an sit motus, nam maxime vr̃ tempus ipsum motus esse, & arguit ꝙ non sit motus sic. motus omnis est in determinato mobili, aut determinato loco, vbi est ipsum mobile, sed tempus est vbiq;, & apud oĩa. igitur tempus non est motus. maior patet, alteratio est in determinato mobili, quod est in determinato loco, similiter
B auctio & latio ipsa. Videtur autem tempus maxime esse motus, vt dicit Auer. quia tempus intelligi non potest sine motu, etiam quia multotiens extimatur illud quod sequitur rem sit ipsa res. Sed dices quõ potest ipsum tempus esse vnum numero? Ad hoc diximus supra, ꝙ motus cœli siue minimum illius motus potest ab anima accipi vt tempus, quia vt mensura omnium motuum saltem per replicationem, veluti granum est mensura respectu animę, non absolute, & tunc tempus vt mensura est vnum numero apud animam, vt mensuratio multiplicatur pro numero animarum, vt motus siue motus affectio, multiplicatur pro numero motuum, vnde vt vlna est lignum & vlna, sic motus cœli est tempus & motus. Tempus quidem vt institutum ab anima pro mensuratione omnium motuum, Motus vero vt absolute est in re.

Quæ Auerro. cõmen. 95.

C DILVCI. *Adhuc mutatio quidem omnis uelocior & tardior est; tempus uero non est, tardum. n. & uelox tempore definitur, nam uelox est quod in breui tempore magnum, tardum uero quod in longo paruum spatium transit, at tempus neq; quo quantum quoddam est, neque quo quale tempore definitur, tempus, igitur non esse motum perspicuum, atque nihil nobis in præsentiarum intersit uti aut motu aut mutatione.*

ANT. *Amplius autem mutatio quidem omnis uelocior, aut tardior est, tempus autem non est. Tardum. n. & uelox tẽpore determinantur. Velox quidem enim est, quod in pauco multum transit, Tardum autem, quod in multo, paucum tempus autem non determinatur tempore, neque quo quantum aliquid, est neque quo quale. Quòd quidem igitur non sit motus, manifestum est, differant autem nihil nobis dicere in præsenti motum aut mutationem.*

D Secundo arguit, omnis motus est velox, aut tardus, tempus non est velox, aut tardum, igitur tempus non est motus. minor patet, quia velox & tardum tempore definiuntur, vt exemplo ostendit, tempus vero neque quatenus quantum: neque quatenus quale tempore definitur, igitur non est velox, aut tardum. Deinde epilogat addens ꝙ in proposito vsus est nomine motus large pro motu & mutatione.

Quæ Auerro. cõmen. 96.

Auer. ait. ꝙ Aristo. dixit tempus neq; ſm ꝙ quantum neq; secundum ꝙ quale definiri per tempus, non ꝙ tempus sit quale, cum sit solum quantum, sed si esset quantum & quale, non definiretur per tempus, & ita dictum Aristo. est verum hypothetice.

DILVCI. *Verum non sine mutatione esse uidetur, nã cum ipsi nihil mente mutamur, aut mutatos esse nosipsos latet, nõ uidetur nobis tẽpus fuisse, quẽadmodũ neq; his qui ĩ Sardo fabulãtur*

dormire apud heroas, cum experrecti essent: copulabant.n. ipsum nunc prius ipsi nunc posteriori, unūq; faciebant tempus medium ob sensuum occupationes excipientes. Vt igitur si non aliud atq; aliud, sed unum idemq; nunc esset, tempus sane non esset. Sic & cū latet aliud atq; aliud esse, ipsum tēpus intermediū esse nō uidetur. Si igitur tūc nullū tēpus esse nos arbitremur, contingit, cū nullā definimus mutationē: Sed in uno atq; indiuiduo aīa ipsa manere uidetur, cum aūt senserimus definierimusq; mutationem, tunc tempus fuisse dicimus, perspicuum sine motu atq; mutatione tempus nō esse, patet igitur neq; motum esse neq; absq; motu esse tempus.

ANT. *At uero neq; sine mutatione, cum.n. nihil ipsi mutamur secdm intelligentiam, aut latet nos mutatos esse, non uidetur nobis factum esse tēpus, sicuti neq; ijs, qui in Sardo fabulātur dormire apud hæroes, cū expergiscuntur: copulant.n. primū nunc posteriori nunc, & faciunt unū remouentes propter insensibilitatē medium, sicut igitur si non esset alterum nunc, sed hoc & unū non esset tēpus, sic & qñ latet, alterum esse, non uidetur medium esse temporis, si igitur non opinari esse tempus, tunc accidit nobis, cum nullā definimus mutationē, sed in uno, & indiuisibili uidetur aīa manere, cum aūt sentimus & determinamus, tunc dicimus factum esse tēpus. Manifestum est q̃ non est sine motu, neq; mutatione. Quòd igitur neq; motus, neq; sine motu tempus sit, manifestum est.*

Hactenus q̃ tēpus neq; cœlum sit, nec cœli primus motus bonis rationibus persuasit, nunc q̃ sine motu esse non possit, sic suadet, quod sine motu, aut sentiri, aut intelligi non potest, sine motu esse non poterit, sed tempus sine motu, aut sentiri aut intelligi non potest, igitur tempus sine motu esse non potest. minorē probat exemplo dormientium apud Sardum, qui cū non perceperint motum ab initio in finem suæ dormitionis, nec tempus percipere poterant. Inquit, verum nō sine mutatione siue motu esse vř tp̄s ipsum, nam cum ipsi nihil mētc mutamur, aut mutatos esse nosipsos nō aduertimus, siue latet, non vř tempus nobis fuisse, hæc vř minor: probat per exemplum, inquit, quemadmodum neq; his tempus fuisse vř, quia apud Sardum Asię vrbem dormiisse fabulantur apud hæroas, siue deos, cum experrecti atq; expergefacti essent, copulabant.n. ipsum nunc prius in quo cœperunt dormire ipsi nunc posteriori, in quo dormire desierunt, vnūq; faciebant tempus medium ob sensuum occupationem, non excipientes, hæc minoris probatio. Aīaduerte q̃ gentiles, animas eorum qui aliquid in vita magni suggresserint hæroas hoc est deos faciebant, vt Saturni, Bachi, Iouis, & cæteras cæterorum animas, quarū apud poetas mentio est, apud quos præcantationibus (vt ferūt) aliqui obstupidi reddebantur, quos vulgus dormire putabat, hi cum excitarentur miracula se vidisse asserebant, & præsagia multa vulgo faciebant, horum nunc meminit Aristo. quibus propositionis minoris approbationem facit. Deinde partim epilogando rōnem partim confirmando, inquir, si igitur non aliud atq; aliud, sed vnum idēq; nunc esset, tempus sane non esset, quia non esset successio sic & cum latet aliud atq; aliud esse, vt in somno, ipsum tp̄s intermedium esse non vř, hæc est quasi approbatio exempli: tunc quasi epilogat rōnem, dicens, si igitur tunc nullum tp̄s esse nos arbitrari contingit, cum nullam definiuimus mutationē, sed in vno indiuiduo aīa ipsa manere vř, vtpote in vno momento, cum autē senserimus definierimusq; mutationem, tūc tp̄s fuisse dicimus, perspicuum sine motu atq;

E mutatione tēpus non esse, epilogat declarata, & patet. Galenus, vt narrat Auer. hic rōnem Arist. sic intelligit. cum mente mouemur percipimus tp̄s, cum mente non mouemur non percipimus tp̄s, igitur tp̄s nō potest esse absq; motu. Arguit modo Galenus cōtra hanc rōnem, quam credit esse Aristo. quia non semper dum mouemur, percipimus tp̄s, licet.n. tempus percipere non possimus, nisi mente moueamur, possumus mente moueri, & tempus non percipere, nam possumus mente moueri & non percipere motum, sed quietem polorum & id genus, in quo casu mente mouemur, vbi neq; motū neq; tempus percipimus. Auer. defendit Arist. q̃ ratio philosophi est ista. nos non percipimus tēpus, nisi motum aliquē perceperimus, igitur tempus nō potest esse absq; motu, non q̃ Arist. velit dicere q̃ ideo tēpus non est absq; motu, quia non possumus mente moueri non

Quo Auerr… cimen. 97.

An tēpus p… sit per sensum comprehend… Vide Gal. … this hic …

F percipientes tp̄is sed hoc mō, quia perceptio temporis est ex perceptione alicuius motus exterioris, & ita vult motum esse pe priorem natura, quia motus intelligi potest absq; perceptione temporis, at tempus minime sine motus perceptione, sunt.n. sese consequentia complete quo ad esse, non autem quo ad perceptionē, non .n. est motus sine tempore, neq; econtra, intelligi tñ potest motus absq; tempore, ideo motus est prior natura ipso tempore, non prior fm esse. Sed dubitatur primo, quia non videtur posse percipi motus sine tēpore, nam percipi non potest motus sine mora, mora autem motus tempus est, igitur non potest percipi ipse motus absq; tempore. Secundo dubitant, quia Auer. videtur velle tempus sentiri sensatione motus, & ita tēpus esse sensile, quod non videtur, cum neq; sensile commune sit, neq; aliquod propriorum. Dici potest q̃ motus

G percipi potest sine determinati temporis perceptione, non autem sine confusa temporis cognitione, non.n. fieri potest vt motus ipse percipiatur, nisi alicuius moræ fuisse percipiatur, igitur requiritur confusa temporis cognitio, potest autem percipi motus sine distincta temporis perceptione, quia possum percipere motum Socratis, nō percipiendo ipsum esse, aut horarium, aut diarium, aut tale aliquid. Ad secundam rñdent iuniores tempus esse sensibile sensuum aliquo interiorum, non autem exteriorum, quo vero sensu percipi possit, nunc non sit cura. Potest tñ melius dici q̃ tempus confusa sensatione sensu exteriori percipi potest, non.n. potest sensus exterior esse ipsius motus, quin sit moræ motus. Sensus autem interior percipit determinare moram, vt horariam aut dariam aut id genus, & tunc dico q̃ est sensibile cōe, videlicet reducibile ad motum.

H *Quoniam autem quærimus quidnam sit tempus, hinc ordientibus sumendum est quid sit ipsius motionis, nam simul motum atq; tempus sentimus. Etenim si tenebræ sint, nihilq; per corpus afficiamur, motus uero aliquis sit in aīa, cōtinuo etiam quoddam simul fuisse uidetur tempus. Tempus etiam quoddā fuisse uidetur, simul etiam motus aliquis fuisse uidetur. Quare tēpus ipsum aut mot⁹ est aut aliquid ipsius motus, igitur cum nō sit motus, aliquid ipsius motus sit necesse est.* DILVC.

Accipiēdum aūt quoniā quærimus quid est tēpus, ab hinc incipiētibus quid sit motus, simul.n. motū sentimus et tēpus, etenim si sint tenebræ, & nihil per corpus patiamur. Motus autem quidam sit in aīs, subito simul factum fuisse uidetur quoddam tempus. At uero & cum tempus factum fuisse uidetur aliquod, simul & motus factus fuisse aliquis uidetur. Quare aut motus est, aut aliquid motus uidetur tempus. ANT.

Hactenus

Hactenus per priores rōnes patet non esse idem motum & tempus, nunc ostendit tempus sine motu haberi non posse, hoc proponit, dicēs, qm autem quærimus quidnam sit tempus, hinc ordientibus sumendum est, quidnam tempus ipsum sit ipsius motionis, siue motus. & conclusio, q̄ sentit, est, sine motu tempus haberi nō potest, & syllō est, quod non potest percipi sine motu, sine motu haberi non potest: tēpus sine motu percipi non potest, igitur tempus haberi non potest sine in motu. tangit minorem, & illius declarationē, & inquit, nam simul motum atq; tempus sentimus, quod exponit de quo minimus vr̄, & inquit. Etenim si tenebræ sint, nihilq; per corpus afficiamur, motus autem aliquis fit in anima, quo aut afficiamur, aut aliquo modo mutemur, cōtinuo etiam quoddam simul fuisse tempus vr̄, contra etiam est, vt declarat dicens tempus etiā quoddam cum fuisse vr̄, simul etiam motus aliquis fuisse vr̄, ponit, tūc conclusionē, dicens, quare aut tp̄s ipsum motus est, aut aliqd ipsius motus, igif cum nō sit motus, vt priores rōnes ascisfcunt aliqd ipsius motus sit, necesse est. Auer. mouet in commento q̄onem non paruam. Arist. n. vult ipsum sequi motum, quia percipi non potest sine motu. Contra obijcit, Aut tempus sequitur motum imaginarium internum, ad cuius perceptionem percipiatur, aut motum cœli, aut indifferenter omnem motum. non imaginarium, quia tunc tempus non sequeretur motus reales, nec cœlestem. contra Arist. non motum cœli, quia tunc cæcus ab ortu non perciperet tēpus cum ipse nunq̄ cœli motum percepit: nec sequi potest omnem motum, quia tunc quot motus essent, tot tempora: contra Arist. vbi supra. Rn̄det Auer. q̄ nos percipimus tempus ad perceptionem cuiuslibet motus indifferenter verum hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo q̄ ad perceptionem cuiuslibet motus percipiamus tempus primo & per se, & hoc modo dicendum est q̄ non ad perceptionem cuiusq; motus percipitur tempus, quia tunc ipsum tempus esset fm̄ numerum motuum, quia esset cuiuslibet motus prima passiō. Alio modo intelligi potest, non primo neq; per se, sed solum q̄ ad perceptionem cuiusq; motus percipitur tempus mediate, & hoc est verum nam percepto quocunq; motu percipimus motum cœli, cuius tēpus est passio, & ita mediate percipimus tempus. Ad huius euidentiam Auer. declarat q̄ quēcunq; motum aliquē percipimus, tunc illum primum motum percipimus, quem tempus primo & essentialiter consequitur. Et ita tota eius declaratio est in hoc, q̄ pcepto à nobis quouis motu, simul percipimus motum cœli, quem tempus ipsum sequitur. Istud autem vr̄ declarare à primo ad vltimum sic, percepto à nobis quocunq; motu, percipimus nos commutari, siue commoueri, & esse in transmutatione, percepto nos commoueri atq; cōtransmutari, percipitur esse aliquem motum quo mutamur, percepto esse aliquem motum quo mutamur, percipimus motum cœli. nam ab illo mouemur, & à motione nostra motum esse quo mouemur, & à moto quo mouemur percepto nos moueri percipimus, isto vlterius percepto, motū externum esse percipimus. Sed hic sunt dubitationes. Prima, vnde valet q̄ ad perceptionem cuiusq; motus percipiamus nos mutari. Vr̄. n. q̄ nō sit ita. non. n. vr̄ contra imaginationem me percipere motum Socratis, & tunc non percipere me moueri nec aīa corpore. Iuniores aiunt verbum Auer. esse intelligendum q̄ percepto motu percipimus nos coexistere illi

Quę Auerro. comm. 98. Quæstio Auer.

vrā 2.

Dubitatio prima dubi. ide etiam vel. hoc.

A motui. Sed hęc rn̄sio infirmat secundam consequentiam, nā dato q̄ nos percipiamus nos coexistere alicui motui, non propterea sequitur nos percipere aliquem motum quo moueamur. Secundo eadem rō fieri potest de coexistentia, nam stat imaginabile nos percipere motum Socratis, & tunc non cogitare de coexistentia nostra cum illo motu. Propterea vr̄ q̄ Auerro. sic intelligat, q̄ non possumus percipere motum quantus est, nisi percipiamus nosipsos commutari, & hoc facile patet, quia quantus sit motus non potest percipi, nisi percipiat perceptor se vna cū illo motu defluere tāto defluxu, & hoc est percipere se moueri. Secundo dubitatur, dato q̄ quis percipiat se moueri, vnde valet q̄ percipiat motum quo & cā cuius mouetur, stat. n. quempiam motum percipere, & non cām illius tunc cogitare. Rn̄dent iuniores & recte, q̄ siquis percipiat se

B moueri, non tm̄ percipit motum quo mouetur, sed motū, cuius cā mouetur, non quidem cognitione distincta, vt argumentum cogit, sed cognitione confusa, non. n. intelligi potest me moueri, nisi quadam confusa cogitatione de cā motus intelligatur. Tertio dato q̄ percipiamus aliquem motum, cuius cā mouemur, vnde sequitur q̄ tunc percipiamus motum cœli, nam stat tūc non cogitare de motu cœli. Dici potest esse rem hanc intelligendam vt prius cognitione confusa, nam si intelligo motum, cuius causa mouemur, indistinctè cognosco motum primum, & ita motum cœli. Sic igitur patent oēs consequentiæ, videlicet, si percipimus aliquem motum, percipimus nos moueri siue defluere cum illo, si percipimus nos defluere cum illo, percipimus esse aliquam cām defluxus, si percipimus aliquam cām siue motum quo defluimus, motum cœli percipi

C mus, & cum ille motus sit tempus aut primum tēpus subiectum, iure tempus percipimus. Ad formam igitur patet q̄ de perceptione cuiusq; motus percipitur tempus, non quidem statim primo & per se, sed mediate. Nonnunq̄ solitus sum subtilius dicere q̄ Auer. dicat. Dicebam. n. si percipitur motus quantulus est, opus est vt præceptor, aut per seipsum illum percipiat, aut per alium motum. non per seipsum, quia nullus motus, potest esse mensura sui, nisi ipse sit cā omnibus alijs mensurandi. modo quòd non est, percipi non potest. si per alium, vel illum per seipsum percipit, vel per alium, & cum nō sit processus in infinitū, oportet vt pcipiat aliquem vnum primum motum, qui sui & cæterorum sit mensura & tempus. Sed instabis de dormiente, qui percipit somnum, & non per motum cœli. Secundo, de cæcis, qui nullum alium vident motum. Ad pri-

D mam respondet Auerro. quòd dormiens percipit somni quantitatem per memoriam motus imaginationis in somno. Signum autem quia cum somnus fuerit profundus, quo nulla memoretur motio, tempus somni ignorabitur. Ad secundum dici potest, quòd cæcus per quem sensum motum aliquem percipit quātulus est, per illum percipit motum cœli tandem, nam motus cœli est perceptibilis omni sensu, quo percipi potest quilibet motus. Vlterius debes scire quòd Galenus. vt refert Auerro. accipiens à Themistio respondit aliter ad quæstionem hanc, voluit enim ad mentem Aristote. q̄ ipsi moti demum intelligamus & tempus, & ita voluit tempus percipi ad perceptionem motus mentis. Et tunc contradixit huic positioni credens contradicere Aristo. Auerro. autem reprehendit Galenum, & ait q̄ sermo Aristo. potest tribus modis intelligi.

An percipiatur tempus nō percepto motu. Vide gratiadeum q̄sto. lec. 16. huius. q. 2.

intelligi. Vnomodo ꝙ nos non percipimus tempus, nisi moti in anima nostra, & hæc fuit positio Galeni, & est falsa. Secundo modo ꝙ quocunq; motu percepto percipiamus tempus & hoc verum est per accidens à primo ad vltimum, vt dictum est. Tertio modo intelligi potest ꝙ nos non percipimus motum neq; tẽpus, nisi percipiamus nos moueri atq; esse in transmutabili, & tunc ad hanc perceptionem sequitur per se perceptio temporis, non tñ propter ipsam, quia adhuc propter perceptionẽ motus cœli, sed dicitur propter hanc perceptionem percipi, quia ex hac immediate sequitur motus cœli perceptio, qui est tempus ipsum.

RECOGNITIONES.

CONclusio, vt in commẽtarijs patet, est, tempus aut est motus, aut aliquid motus, probatur. Simul motum sentimus & tp̃s, ergo tempus aut est motus, aut aliquid motus, Arist. probat antecedens, & primo probat ꝙ apprehenso motu tp̃s apprehenditur, & accipit tria, videlicet & ꝙ sint tenebræ & nihil ꝑ corpus patiamur, & ꝙ quidem motus sit in aĩa, statim.n. his stantibus, sequitur, factum fuisse quoddam tp̃s, sequitur.n. factũ esse tempus ex vltimo solo.s. si in aĩa factus sit aliquis motus, eo.n. ipso ꝙ in aĩa apparet cognitio motus, sequitur statim apparere tp̃s, nosq́; tempus ipsum cognoscere. verum accepit illa duo ad cautelam, nam posset quis dicere ideo tempus à nobis cognosci, quia videmus ipsum oculis extra manere, ideo ad hoc excludendum, accepit esse tenebras, in quibus nihil oculis cernere possumus, & ita nec tempus, & quia quis posset dicere nos alijs sensibus ipsum tempus sentiri, Addit ad hoc excludendum, vt nihil per corpus ab alijs sensibilibus patiamur, est ergo casus, dato ꝙ neq; visu, neq; alijs sensibus tp̃s à nobis sentiatur, & motum aliquem mente apprehendamus, sequitur statim nos apprehendere tempus: Quare patet apprehenso motu, nos tp̃s apprehendere, & hoc arat primum. Quo vero ad verba attinet, per sentire, cum inquit simul.n. motum sentimus, & tp̃s, intelligit apprehendere vt Themist. exponit, est ergo sensus, Motus & tempus simul apprehenduntur, hoc modo ꝙ apprehenso motu apprehendimus tempus, & ita per motum factum in anima, intelligit vt Themist. inquit contra Galenum ex notione motus pendere notionem temporis: cuius signũ affert Themist. ex verbis Arist. nam dato ꝙ essemus in quiete, vt nihil oculis, nihilq́; alijs sensibus sentiremus, & de nauigatione de ambulatione, de lucta, de bello, de pace consideraremus, continuo videbitur sese nobis tẽpus offerre. Quare patet apprehẽso motu, nos subito tempus apprehendere. quod erat primum. secundo accipit etiam econtra apprehenso.s. tp̃e, nos apprehẽdere motum, & hoc proponit, at vero & cum aliquod tẽpus factum fuisse vr̃, hoc est elapsum, simul vr̃ & aliquis motus factus fuisse, atq; elapsus, cuius exemplum pulchrũ Themist. affert, vt si duas horas nobis abijsse cognoscimus, non aliunde id colligimus nisi de actibus, quia.s. aut deambulauimus, aut scripsimus, aut declarauimus: tm̃ patet ergo Arist. accepisse duo, videlicet primum ꝙ apprehenso motu, apprehendatur & tempus, s̃m ꝙ apprehenso tp̃e, apprehendatur & motus, ex quibus patet antecedẽs, simul.s. tempus & motum sentire, quare infert tempus esse aut motum, aut aliquid motus, nam quæ simultanea apprehensione apprehenduntur, aut eadem sunt, aut alterum alterius aliquid est. Circa hũc textum duæ propositiones sunt & s̃m Themi. & Auer.

Propõnes Aristo. circa quas

E prima de cogitatione, & intellectu motus in cogitationem & intellectum tp̃is venimus, secunda est econtrà de cogitatione & intellectu temporis in cogitationem & intellectum motus venimus. Themist. vt in cõmentarijs exposuimus, intelligit primam, ex cognitione motus, qua cognoscimus & motum esse, & q̃ longus sit, nos cognoscere tempus, cum non possit intelligi q̃tus sit motus, nisi tm̃ esse tempus cognouerimus, sicut nõ possumus intelligere quantus fuerit pannus, nisi intellexerimus tantam esse eius mensuram. Similiter econtra ex cognitione temporis deuenimus in cognitionẽ motus, quia vt Themist. inquit ex cognitione tẽporis, qua cognoscimus & esse tempus & q̃ longum sit, deuenimus in cognitionem motus, qua cognoscimus ipsum esse tm̃. Auer. vero quasi Themist. interpres asserit ex cognitione primi motus nos per se primo, & immediate

Themist. & Auer. opin.

F venire in cognitionem temporis, qm̃ tempus aut est primus motus, aut aliquid illius. ex cognitione vero motus alterius rei deuenimus in cognitionem tp̃is quasi per accidens, nam ex cognitione motus alterius rei, qua cognoscimus illum quantum est, deuenimus in cognitionem eius motus, quo nos sumus inesse moto, ex cognitione vero eius motus, quo nos sumus inesse moto, cognoscimus motum cœli, & ita temporis, vt in commentarijs deduxi. Et licet in cõmentarijs hãc deductionem ergo per pulchre defendere enisus sim, tñ nec ad mentem Themistij, nec ad mentem Aristo. necessaria vr̃, non.n. video, cur oportet ex cognitione motus alterius rei nos debere venire in cognitionem eius motus, quo nos sumus inesse moto, cũ noster motus nec sit illius causa, nec illius effectus, nec illius affectio. Præterea cur motus quo sumus inesse moto, & mo

Cõtra Auer.

G tus cuiusq; rei vterq; effectus sis primi motus, ita ex cognitione motus alterius rei, sicut ex cognitione nostra motus possumus venire in cognitionem primi motus tanquam in cognitionem causæ, & ita non video talis processus necessitatem. Quare videtur mihi ex cognitione cuiusuis motus nos venire posse in cognitionem temporis, hoc modo motus cognoscatur q̃ lõgus sit, saltem notitia indistincta, quæ sufficit pro cognitione temporis, vt mensuræ, qm̃ quilibet est effectus primi motus, & mensurabilis ab illo, Sed quæres vtrum ex cognitione cuiusq; motus eodem modo, dicerem non, vt Auer. ait, ꝙ ex cognitione primi motus deuenimus in cognitionem temporis primo & per se, ex cognitione alterius per accidens, qm̃ nihil ex sui ipsius cognitione deuenit in cognitionem sui, at tempus & motus cœli primus idem est, igitur ex cognitione primi

Dubitatio.

Qua Auerro. dicta refutantur.

H motus non deuenimus in cognitionem temporis. Melius ergo dicerem ex cognitione motus alterius rei, vti ex cognitione effectus vel rei mensurabilis nos deuenire in cognitionem motus cœli, qui est temporis, & causa, & mensura cæterorum motuum: ex cognitione vero primi motus non deuenimus in cognitionem tp̃is, cum primus motus sit tempus, & nihil ex sui cognitione deuenit in sui cognitionem. Ex his patet q̃uo ex cognitione tp̃is deuenimus in cognitionẽ motus, nam ex cognitione tp̃is vt mensuræ & causæ procedimus ad cognitionẽ motus, vt mensurati & causati, hæc forte fuit dicenda ad mentem Themistij, siquis tñ vellet facilius dicere Aristo. vnum tm̃ accepisse, s. motum tẽporis simul cognosci, quod probauit ex eo, quia nec motum absq; tp̃e, nec tempus absq; motu intelligere cognoscereq́; possumus, & huius rei cãm non explicauit,

cauit,sed exemplis monuit,potest tñ cã esse,quia mensura & mensurabile simul,& vna cognitione deprehenduntur, quare quouis motu cognito vt mensurabili simul cum eo cognoscitur tempus, vt mensura, & cognito tempore vt mensura, simul cognoscitur, & motus vt mensurabile, ex his sequitur tempus esse aliquid cuiusq; motus quia est mensura cuiusq;,non tñ vnius motus. Qúo vero posit esse aliquid cuiusq; motus, & non esse multiplicatum patet, quia vna numero mensura potest esse omnium mensurabilium. Ex his apparet cognitionem temporis per motum,vel motus per tempus esse bifariam, aut discursiuam, qua procedimus ex notione vnius ad notionem alterius, & sic intellexerunt Auer. & Themistius, & tu intellige Themistium, vt dixi ꝙ ex notione cuiusq; motus alterius .s.à cœli motu deuenimus in notionem temporis, veluti ab effectu in cãm, & à mensurabili ad mensuram, cum.n.tempus sit motus cœli,& oĩum motuum causa, & mensura, & econtra à notione temporis venimus in notionem motus cuiusq; rei tanq̈ à causa & à mensura. Aut intelligere possumus notitiam temporis per motum & econtra esse simplicem,atq; simultaneam & sic Aristo. vr̃ intelligere, nam vna eademq; rõne intelligendi siue specie, siue notione intelligitur mensura, & mensuratum, mensuratum & mensura, vt albi patet quia potest vna ró representare plura ordine quodam,quoties illa habuerint inter se aliquam rationem. errarunt autem Themist.& Auerroes, quia notitia discursiua ex notione cuiusq; motus venimus in cognitionem temporis quatenus cuiusq; motus est effectus, & temporis est causa,non autem quatenus cuiusq; motus est mensurabile,& temporis mensura,quatenus vero cuiusq; motus est aliquod mensuratum, & temporis mensura,sic non discursiue ex notitia cuiusq; motus deuenimus in cognitionem temporis,sed simul cognoscimus vtrunq;. non.n.potest motus cœli cognosci vt mẽsura, quin simul eademq; cognitione cognoscatur aliquis motus, vt mensuratum, nec potest aliquis motus cognosci vt mẽsuratum, quin cognoscatur motus cœli vt mensura,& ita non discursiue,sed simplici notitia simul cognoscuntur. Quod Auerro. non aduertit.

...plex cogni...o temporis p...otum.

DILVCI. *Cum autem id quod mouetur, ex quodam mouetur in quoddam. Sitq; omnis magnitudo continua, motus ipse magnitudinem sequetur, nam quia magnitudo est continua, motus quoq; est continuus, At quia motus continuus & tempus, quãtus.n.motus est, tantũ etiam tempus fuisse uidetur.*

ANT. *Quoniam autem quod mouetur, mouetur ex quodam in quiddam, & omnis magnitudo continua est, sequitur magnitudinem motus, propter id.n.q. magnitudo continua est, & motus erit continuus, quantus enim motus est, tantum & tempus uidetur factum fuisse.*

Hactenus ꝙ tp̃s sit ipsius motus aliquid accidẽs siue affectio, vt ait Themist. declarauit, nũc altius repetit, & declarat cuius motus sit affectio. Accipit primo ꝙ cõtinuitas ptinet ad tp̃s & ad motũ inquit. Cum aũt id qđ mouetᷣ ex quodã moueatᷣ in quoddã, vt nunc supponit, sitq; oĩs magnitudo continua, vt etiã petit, iure motus ipse magnitudinẽ sequetur quo ad cõtinuitatem, nam q̃a magnitudo est continua, motus quoq; est cõtinuus. Vlterius ex cõtinuitate motus continuitatẽ tp̃is nãcisci tur,& inquit, at quia motus est continuus, & tp̃s etiam continuum,quantus.n.motus est, tñ etiam tẽpus fuisse vr̃. Sic igitur patet tempus & motum esse continuum.

An tempus ...s motus coeli ...ide Albe.de ...ano, quaestio 14. ...

A DILVCI. *Insuper etiam prius & posterius, primo sunt in loco ibi positione quidem constituta, cum uero in magnitudine sint prius & posterius, ipso quoq; in motu prius & posterius esse necesse est proportionabiliter illis quæ sunt ibi se habentia. Quare in tempore etiam erunt prius & posterius, qñ ipsorum alterum, alterum semper sequitur. Verum ipsum prius & posterius ipsorum in motu quod quidem subiecto est, motus ipse est, ipso autem esse diuersum est & non est motus.*

ANT. *Prius autem & posterius in loco primum sunt. hic quidem iam positione, quoniam autem in magnitudine primum & ultimũ est, necesse est in motu esse prius & posterius proportionalia his, quæ sunt ibi. At uero et in tempore prius et posterius propter id, quod sequitur semper alterum ipsorũ, est aũt prius & posterius ipsorũ in motu, quod quidẽ aliqñ, cum sit motus, est esse autem ipsi alterum est, & non motus.*

B Hactenus ꝙ motus & tempus pariter sint continua eadem à cã. Quòd vero in motu sit prius atq; posterius,& in tempore simili ex cã, declarat,& inquit. Insuper etiam prius & posterius primo sunt in loco ibi positione cõstituta, nam (vt dicit Themist.) prius hoc punctum, posterius illud in stadio est, quia illud ad carceres hoc ad calcem iacet. tunc vltra. Cum autẽ in magnitudine sint prius & posterius, ipso quoq; in motu prius & posterius esse necesse est ꝓportionabiliter illis sese habentia, quæ sunt ibi. Nam (vt Themist. inquit) prius in motu est, qđ ad prius in magnitudine suo motu rñdet posterius, quo ad posterius, est tñ differẽtia, ꝙ in magnitudine prius & posterius permanent, in motu vero semper defluunt, vlterius infert. Quare in tẽpore etiam erunt prius & posterius, qñ ipsorum alterum vt tp̃s alterum vt motum semper sequitur. Sed quonam mõ in motu sint prius & posterius anq; subiecto idem, C declarat dicens, vtrũ ipsum prius & posterius ipsorum in motu, quod quidem subiecto est, motus ipse est, esse vero ipso diuersum est, & non est motus, hoc pulchre declarat Themist. & vult ita se habere prius & posterius in motu, vt in ipsa magnitudine, modo posterius & prius subiecto sunt magnitudo ipsa, definitione vero minime, nam qui prius & posterius definit, situm, locum & definitione constituit, in definitionẽ magnitudinis neq; locus neq; situs ingreditur. Similiter definiturus motum dicet mobilis rei actum esse, vbi non ponitur prius aut posterius, vt igitur pater & Soc. subiecto idem sunt, rõne differũt, sicut vt quinarius subiecto sit lignum, rõne tñ differunt, ita prius & posterius & motus subiecto idem erunt, ratio tamẽ diuersa erit.

DILVC. *At uero etiam tempus cognoscimus: cum motum definiD mus priore posterioreq; definientes. atq; tunc fuisse dicemus tempus cum prius in motu posteriusq; senserimus, definimus aũt hec, quia aliud atq; aliud ipsum, & id qđ est iter ipsa medium arbitramur. Nam cum extrema alia à medio intelligimus esse, & ipsa nunc duo anima dicit, alterum prius alterum posterius, tunc & hoc ipsum tẽpus esse nũcupamus, qđ .n. ipsis nunc definitur, tempus esse uidetur, & supponatur.*

ANT. *At uero & tempus cognoscimus, cum definimus motum prius & posterius determinantes, & tunc dicimus fieri tempus qñ prioris & posterioris sensum accipimus determinamus autem motum accipiendo aliud, & aliud ipsum, & medium ipsorum alterum. Cum enim extrema medio intelligimus, & dicit anima ipsa nunc duo, hoc quidem prius, illud uero posterius, tunc & hoc dicimus esse tempus, determinatum enim ipsis nunc tempus esse uidetur, & supponatur.*

Hactenus ꝙ tẽpus sit aliquid ipsius motus, quodq́; sit continuus cum motu, & ꝙ prius habeat & posterius in motu declarauit, quid vero tempus ipsum sit ipsius motus, nunc nanciscitur, procedit autem à primo ad vltimum, dicens. Tempus cognoscimus, cum motum definimus priore posterioreq́; definientes, & hoc quasi consessim sumit. Sumit secundo atq; tunc fuisse dicimus tempus, cum prius in motu posteriusq́; senserimus. Vlterius quonam modo prius & posterius accipiantur, subdit dicens, definimus autem hæc, quia aliud atq; aliud ipsum, & id quod est inter ipsa mediũ arbitramur, cuius cãm subdit dicens, nam cum extrema alia à medio intelligimus esse, & ipsa nunc duo anima dicit, alterum prius quo cœpit quicquam, alterum posterius, quo desinit, ex ijs concludit tunc hoc ipsum videlicet accipere prioris & posterioris tempus esse nũcupamus, quod.n. temporis nunc definitur, tempus esse vr̃, & si non vr̃, nunc supponatur, donec declaretur. Ex ijs potest talis rõ colligi, nõ sumitur aut cognoscitur tempus in motu, nisi cognito priori & posteriori: non possunt cognosci prius & posterius in motu, nisi per acceptionẽ duorum ad minus, igitur tp̃s est acceptio duorum in motu, talis aũt duorum acceptio, videlicet nunc prioris, & nunc posterioris numerus est, igitur tp̃s est numerus prioris, & posterioris in motu.

Que Auer. cõmen. 100 Auer. sylĩm literæ format sic, omne terminatum ad duo instantia est tempus: motus vt accipitur ſm prius & posterius terminatur ad duo instantia, igitur motus vt accipitur ſm prius & posterius est tempus.

DILVC. *Cum igitur ut unum, nunc ipsum sentimus, & non uel ut prius & posterius in motu discernimus uel ipsum ut idem posterioris cuiusdam ac prioris accipimus, non uidetur tempus fuisse ullum, quoniam neq; motus. Cum uero prius atq; posterius sentimus, tunc tempus dicemus esse, hoc.n. est tempus numerus motu. per ipsum prius atq; posterius, non ergo tempus motus est, sed quo numerum habet motus est.*

ANT. *Quãdo quidem igitur tanq̃ unum, ipsum nunc sentimus, & nõ utiq; sicut prius, & posterius in motu, aut sicut idem quidem, prioris autem, & posterioris alicuius, non uidetur tempus factum fuisse ullum, quoniam neq; motus. Sed cum prius, & posterius est, tunc dicimus tempus, hoc.n. est tempus numerus motus secundum prius & posterius, non ergo tempus motus est, sed secũdum q̃ numerum habet, motus est.*

Ex ijs concludit duo, primum cum non percipitur prius atq; posterius, non percipitur tempus, hoc fuit declaratum. Secundum, cum prius sentimus atq; posterius, tunc tempus dicimus esse. Inquit, cum igitur vt vnum nunc ipsum sentimus, & non vel vt prius & posterius in motu discernimus. (hoc verbum discernimus suppleui) vel ipsum nunc vt idem posterioris cuiusdam ac prioris hoc est, aut accipimus ipsum vt finis præteriti & principium posterioris dempta oĩ multiplicatione, non vr̃ tempus fuisse vllum, qm̃ neq; motus, hoc est primum. Cum vero prius atq; posterius sentimus, tunc tempus dicimus esse, hoc est ſm. Ex ijs infert definitionem temporis, & inquit, hoc.n. est tempus, numerus motus per prius atq; posterius. Vnde particula illa.n. potius vim illatiuam habet. Secundo concludit aliud dicens, non ergo tempus motus est, sed quo numerum habet motus est, & sic motus est tempus non absolute, sed quo numerum habet.

Que Auerro. com. 101. Auer. autem hunc textum introducit ꝙ Aristo. dedit viam positiuam, nunc vult ponere viam ablatiuam, E aliter illa esset diminuta. Vbi debes scire ꝙ dupliciter rerum definitiones colliguntur syllogismo compositiuo siue compositione, hanc dedit hoc modo, omne terminatum ad duo instantia est tempus, motus ſm prius & posterius terminatur ad duo instantia, igitur motus ſm prius & posterius est tempus, & multæ aliæ compositiones etiam fuerunt factæ. Alio modo colligitur syllogismo diuisiuo siue loco à contrario, & hoc facit nunc, probat.n. ꝙ non est instans, nec est duo instantia accepta vt vnum, & sic optime completur definitio temporis. Vlterius Auer. ex dictis Aristo. colligit verificationem definitionis. Aristo.n. dicit, ꝙ tempus est numerus motus per prius & posterius, non autem explicat cuius motus, ideo Auer. colligit ꝙ sit numerus primi motus per quem videmus res quiescentes esse in transmutatione æterna hoc est continua, & quasi F translatus, quia sunt in transmutabili, & sub motu illo cœli. Debes scire ꝙ nihil est sub cœlo penitus immobile omni spẽ motus, propterea Auerro. vocat res huius mundi quiescentes, videlicet à motu cœli, sed esse in cõtinua transmutatione, quia sunt sub motu cœli, rõne cuius continuo transmutantur aliquæ mutationes spẽ. Colligunt hic iuniores à commento quatuor temporis definitiones, quæ oẽs primo aspectu videnť falsæ, & enituntur reducere illas in bonum, quia vero possunt esse propter malam translationem Auer. nolo in illis dicere quicquam. Sed tandem de mente Auer. colligunt hanc definitionem, tempus est numerus cuiuslibet motus ſm prius & posterius accepta in primo motu. Sed hæc definitio (vt videtur) est dubia, nam Arist. numerũ colligit ex priori & posteriori repertis in motu, non igitur potest esse numerus vnius, & prius & po- G sterius esse alterius, nam cuius numerus est, eius prioris & posterioris videtur numerus, sed de hoc postmodum, nunc vero intellige, ꝙ tempus est numerus motuum terrenorum vt mensura est motus cœli vt subiecti, ideo est numerus ſm prius & posterius filius.

An tempus sit essentialiter motus primus. Vide de Iand. quæst. 18 Item Et an definitio temporis sit bene data ibi q. 19. Et Alb. de Saxo. q. 5. bonus.

RECOGNITIONES.

QVo ad verba attinet, debes scire Themistium aliter legere illam partem, aut sicut idem quidẽ q̃ nos legimus in commentarijs, legit enim hoc modo, quando quidem igitur tanquã vnum, ipsum nunc sentimus, & non vtique sicut prius & posterius in motu, non videtur tempus factum fuisse vllum, quoniã neq; motus, aut supple videtur factum esse tempus quando sentimus ipsum nunc sicut idem quidem, prioris autem & posterioris alicuius, & ita vult, ꝙ vnũ momen- H tum aliquando faciat intelligere tẽpus, non quidẽ absolute, sed quotiens momentum illud pro principio & fine ꝓ duobus sumitur, nã vt inquit, ex hoc quoq; prioris & posterioris sensus quidam elicitur, Id.n. prius est, cuius momentum est finis, illud posterius, cuius initiũ. Sed hæc expositio non placet, nã statim subdit causam, & inquit; quia in ipso nunc non est motus, modo motus nec in nunc primo modo, nec secundo modo est. Alexander, vt refert hic Auer. per numerum, non intelligit numerantem, quia tempus non numerat motum, sed intelligit numerum numeratum, qui est prioris, & posterioris existentium in motu. Auerroes vero dicit definitionem indubiam esse, ꝙ tẽpus est numerus prioris posterioris existentium in motu & non innuit quid velit per numerũ, quia infra videbitur, & tale tempus, vt in cõmentarijs diximus, est primus coeli motus, qui

est &

est & motus & tempus, tempus cum accipitur, vt mensura terrenorum motuum, motus vero cum refertur ad cœlum, cuius est actus imperfectus, motus.n.cœli primus, vt Themist.inquit, vt distribuitur in partes, aut horas.15.aut.16.aut.24.aut in id genus tempus est, vt vero refertur ad cœlnm cuius est actus, est motus.

DILVCI. *Signum autem est, nam plus quidem & minus numero, motum uero, plurem atque minorem tempore discernimus tempus ergo numerus quidam est.*

ANT. *Signum autem est, plus quidem enim & minus discernimus numero. Motum autem plurem, & minorem in tempore, numerus itaq; quidam motus est.*

Quod tempus numerus sit quidam syllogizat sic, id quo plus & minus discernimus est numerus, tempus est quo motum plurem & minorem discernimus, igitur tempus est numerus quidam motus.

DILVCI. *Cum uero duplex sit numerus, nam & id quod numeratur atq; numerabile, & id quo numeramus, numerum dicimus, tempus est id quod numeratur, nõ id quo numeramus, id uero quo numeramus & id quo numeratur diuersa sunt.*

ANT. *Quoniã aũt numerus est duplex, etenim qđ numeramus, & numerabile, numerum dicimus, & quo numeramus quidem. Tempus autem est, quod numeratur, & non quo numeramus. est autem alterũ, quo numeramus, & q̃ numeratur.*

Declarat quonam modo numerus sit, & de numero talem ponit distinctionem, ꝙ potest capi pro re numerata, & pro numero quo numeramus, veluti cadus nonnunq̃ pto mensura capitur, vt cum dicitur, decem cados mihi vini donasti. Aliqñ pro re mensurata, vt cum dicimus, cadum vnum bibis vini, non.n.cadum, sed vinnm vnius cadi bibis. Sic numerus potest sumi pro mensura quia mensuramus, vt ꝑ trinario binario & id genns nulli applicatus, & pro re numerata vt pro decem equis.20.lapidibus, & id genus, vult igitur ꝙ tempus sit numerus non pro mensura, sed pro re numerata, hoc est uumerus, qui numeratur.

Qua Auer. Comen.101. Auer. vero format duos syllos. Primus est, oẽ quo determinat magis & minus de aliquo est numerus illius. Tẽpus est quo determinatur magis & minus ipsius motus, igitur tempus est numerus motus. Secundus syllis est, tempus est uumerus motus. Tempus est quo determinatur prius, & posterius, igitur per conuersionem minoris & reductionem in primam figuram id quod determinatur prius & posterius est numerus motus. Hoc tñ declarat Auer. & vult ꝙ vt calidum simpliciter sit ignis siue igneæ naturæ simpliciter, & calidum in parte est igneum in parte, sic, id quo determinatur magis & minus penitùs est numerus simpliciter. Qua rõne fit vt numerus simpliciter sit id, quo cuncta numerantur, & hic numerus est per se non numerabilis vt binarius, numerus verò certi generis est vt vlna, quæ pannorum est numerus, ipsa tñ est numerabilis per palmos, cadus etiã est numerus vini, & numeratus à phiala. Tempus igitur cum sit motus cœli est omnium motuum numerus, & etiam numerabile quid. Sed dubitat Auer. quia dictum est ipsum esse numerum numerabile, propterea petit cur Aristo. accepit ꝙ sit numerus, & non dixit numerabile ipsius motus. Soluit ꝙ tempus de rõne uumeri habet mensurare per se motum, propterea quo ad hoc vicem te net numeri simpliciter. Quod vero sit numerabile quid, hoc est per accidens; quia accidit tempori numerari per motum, vt dicemus, Themist. vero vt narrat Auer. protulit tempus

A esse numerum numeratum solum non considerans ꝙ potest dici numerus vicem tenens numeri simpliciter, nam tempus est simpliciter numerus motus, non tñ omnium simpliciter numerus, vt vlna est mensura simpliciter pannorum, non tñ mensura omnium mensurabilium simpliciter. Sic tẽpus est absoluta motus mẽsura, non autem absoluta omnium mensurabiliũ mensura, istud tñ quod Auer. imponit Themistio, nõ inueni in illo, immo quicquid boni hic & vbiq; Auer. ait, est acceptum à Themist. Vlterius quarto declarat Auer. quonam pacto tempus est numerus motus, & vult primo uumerum esse sumptum vt genus, verum numerus est duobus modis, alius partium motus vt sunt simul quatenus, videlicet partes motus ab ipsa magnitudine detinet simultatem atq; permanentiam, & hoc B modo tempus non est uumerus partium motus, videlicet illarum quas habet à magnitudine. Alius est numerus partium motus, vt motus, quæ consistunt in quodam fluxu, & ita tempus est numerus partium motus, vt sunt in motu. Qua rõne fit vt partes motus, quatenus ab ipsa sumuntur magnitudine, binario, trinario, & id genus mẽsnrentur, quatenus vero sunt, ipsius motus vt motus tempore mensurantur. Quinto Auer. exponit definitionem & vult ꝙ sic intelligatur. Tempus est numerus motus cuiusq; s̃m prius & posterius reperta in motu primo, quo sentimus nos ipsos mutari, dico cuiuslibet motus, quia tempus est mensura omnium motuum. Dico secundo prioris, & posterioris, quæ reperiuntur in motu cœli, qm̃ si etiam definitio completa temporis reperiretur in quolibet motu primo & per se, tũc tempus numeraretur ad numerationem motuum, qua ratione fit vt sit tempus oĩum moC tuum numerus, & vnum, qm̃ est passio primi motus. Sed dices. tempns est numerus, hoc est numerabile per prius & posterius motns, igitur partes motus, videlicet ipsum prius & posterins numerabunt tempus ipsum, cũ sit numerabile per illas. Respõdet Alexander, vt innuit Auer. ꝙ non debemus intelligere tempus esse numerum siue numerabile per partes, sed esse numerum numerabilem partium motus, ceu decem equi est numerus numerabilis equorũ, sed non per equos. Sed contra definitionem Aristo. cauillat Galenus, quia vr̃ tẽpus definiri per tempus, nam tempus definitur per ipsum prius & posterius, sed hæc definiebantur per tempus, vt patet igitur tempus per tempus definietur. Soluit Themist. ꝙ prius & posterius in motu quæ per tempus definiebantur, erant ea quæ sumebantur à magnitudiD ne, prius vero & posterius, quæ definiũt tp̃s ab ipso motu sumunt̃, & ita non est definitio eiusdem ꝑ seipsum.

An prius & posterius motus sit idem essentialiter cũ priori & posteriori tpe. Vide Iand.q.20.huius.

Solutio Themistii.

RECOGNITIONES.

ANimaduerte ꝙ Aristo. non vult dicere tẽpus non esse numerum, quo numeramus, quia reuera per ipsum, motus numeratur, sed intelligit ipsum esse numerum numeratum, quia non est simpliciter numerus, videlicet trinarius, aut quaternarius, aut id genus, quo simpliciter numeramus, & ipsum non numeramus alio numero: sed est numerus motus quo motum numeramus, & ipsum numrratut per tria vel quatuor, vt ꝑ horas tres vel quatuor, & id genus & hoc asserunt Themistius, & Auerro. dixerunt.n. tempus esse numerum quo numeramus, & nnmeratum, quo quidem numeramus, respectu motuum, numeratum vero aliquo numero simpliciter aut tribus, aut quatuor, aut id genus. sed quærit Auer. cur Arist. dixit tempus esse numerum

& non dixit esse numeratum, cnm vtrunq; sibi competit, respondet quia ratio numeri sibi competit per se, rō vero numerati competit sibi per accidens, sed non video cur ratio numeri sibi magis per se competat, q̃ ratio numerati imo videtur vtraq; sibi æque per se inesse propterea dico Arist. non per numerum descripsisse tēpus, sed per numeratum, quia postqnam accepit numerum quasi seipsum corrigens, subiungit esse numerum numeratum, & sic Themistius intelligit.

DILVCI. *Atq; ut motus semper alius atque alius est, sic tempus, id autem omne tempus quod est simul, idem est, nam ipsum nunc idem subiecto est, esse uero ipsi diuersum est.*

ANT. *Et sicut motus semper alius & alius & tempus, simul autem tempus omne idem est. ipsum enim nūc idem est, quod forte erat, esse autem ipsi alterum est.*

In his verbis vt doctissimus Themi. narrat Aristo. duas dubitationes soluit. Prima cum plures motus simul ac pluribus locis exerceantur, exercetur Athenis exercetur Lacedęmone, exercetur Corinthi, quidnā causæ est. cur non & plura sint tempora? Huic Arist. solutionem innuit, q̄m idem momentum, idemq́; vbiq; nūc est, ab ipso autem nunc habet tempus vt idem & diuersum intelligatur, atq; vnum tempus est tūc, cum vnum nunc intelligatur, plura vero cum plura. Inquit, atq; vt motus semper alius atq; alius est, sic tempus, id autem omne tempus quod est simul, idē est hoc est ipsum nunc est. Secunda est, dato, q̄ sit idem nunc, cū illud omnibus sit vnius naturæ, cur omnia non sunt simul, Respondet quēadmodum Socrates quamuis sese huc illuc confert, tñ subiecto vnus erat ratione diuersus, quia non idem est in lycio, & in foro esse, ita & in ipsius momenti, quāuis subiecto natura vna atq; substantia habeatur, ratione tñ definitioneq; differt, est. n. alia ratio eius nunc quod apud Homerum Hector dicit, cum equos alloquitur. Alia huius quod hoc albo nunc scribitur. Inquit, nam ipsum nunc idem est subiecto. esse vero ipsi diuersum est.

Qua Auer. Com. 103. Auer. reddit causam cur tempus est vnum & idem, q̄ ait, quia instās, quod agit tempus hoc est quod fluēs causat tempus, est vnum & idem in omni motu, cum fuerit demonstratum, sed esse est diuersum ſm prius & posterius. Et Iuniores intelligunt per instans ipsum primum mobile, quod fluxum facit tempus, hoc enim cum sit demonstratum, & permanens facit tēpus vnū, licet esse sit aliud, veluti fluuius Liris est vnus, quia flumen atq; fluminis situs vnus est, esse aūt est diuersum, cum aqua ipsa sit alia atq; alia, sed de hoc dicemus postea. *De vnitate instantis.* Sed circa hæc occurrūt plures quæstiones. Prima, vtrum tempus sit motus, & videtur q̄ sit per verba & syllogismum Auer. cō. 10. & 99. In contrarium est Aristo. contra antiquos, qui voluerunt tempus esse motū primum. Hic sunt duæ positiones extremæ. Vna Ioannis & sequacium, quę vult q̄ tēpus non sit motus, imo sunt res diuersæ. Alia est Albertillæ nr̄i atq; terminicolarū q̄ tēpus sit absolute motus. *Vide. q. 18. huius. Alber. q̄. 14.* Ioā. autumat trifariā motum sumi. Vno modo pro forma fluente, secundo profluxu formæ, tertio pro duratione. *Positio Ioan.* Pro quidem forma est eius prędicamenti, cuius est forma, pro fluxu vero, est receptio formæ in subiecto de p̄dicamento passionis, pro duratione est per se quantitas, tunc volunt q̄ motus profluxu, nec pro forma sit tempus, sed bene motus pro quantitate: non q̄ ille motus sit vna res cum tempore, sed sunt res simul cōstitutæ vt subiectū

E & passio, habet autem Ioan. plures rōnes pro se, & sequaces plures addunt. *Albertilla p...* Albertilla vero absolute concedit omnem motum à nobis cognoscibilem siue nobis notum esse tempus aut posse esse tempus, hāc probat. Id quo motus mensuratur ſm prius, & posterius est tēpus, vt ex definitione patet: sed per omnem motum nobis notum alium possumus mēsurare, igr̄ oīs motus nobis notus esse potest tempus. Minor patet, nam nauclери & villici per actiones quas agunt, etiam occulto sole numerum horarum percipiunt, & ita per suos motus cœlestem numerant motum, pn̄t etiam per motū hos alios mensurare. Itemq́; horologiorum motus est tēpus aliorum motuum, habent hi viri omnes argumenta pro se, & quilibet partem suam defendit, & argumēta aduersantium soluūt. Propterea videtur mihi quasi superfluum rationes quas hinc inde soluūt, hic scribere, F non. n. bonum puto, quæ facile ab alijs dicuntur ponere in libris nostris, vt impleam illos, vt multi nostrorum temporum faciunt, à me. n. non expectes nisi rerū succū atq; ea quæ alij aut nō tangunt, aut obscure scribūt, oīs. n. nostra cōmētatio partim in resołone, partim in inuentione consistit. Vr̄ igitur mihi q̄ prima positio non sit peripatetica: Auer. n. in. 5. huius, qui inter peripateticos enumeratur. cō. 9. de motu nullam aliam posuit diuisionem, nisi in formam quam vocat materiā, & passionē, qua forma accipitur. Rursus mirum est quū in tot locis Arist. motus meminit cum nihil illius durationis meminerit. Rursus nulla vr̄ necessitas ponēdi durationē illam, non prędicamentum, nā vt diximus fieri pōt vt idem sit species vnius prædicamenti, & genus alterius velut paterfamilias est species ciuitatis, qui est princeps domus ipsius. Amplius & si in. 5. Metaphy. Arist. numeret motum inter quantitates, id intelligi po G test, quatenus est in quanto, Sed de hoc in Quinto huius rationibus melioribus persuadebimus. Nunc vr̄ id q̄ dicunt esse contra oēs Peripateticos, q̄ videlicet tp̄s re ipsa sit aliud à motu. Themist. n. qui inter Peripateticos obtinet (meo iudicio) principatum in præsenti paraphraxe. tex. cō. 99. ait tempus & motum esse idem in subiecto velut So. & Soc. pater, & quinarius & lignū quinarium, vbi tandem concludit tempus, & motum subiecto idem esse, definitione vero & essentia differre, videtur igitur mihi nullatenus primam positionem esse peripateticam. *Examinatio secunda positionis.* Secūda vero directe contra Arist. Themist. & Auerro. procedit. hi. n. omnes abborrent, concedere motū esse tempus absolute. Amplius Arist. tribuit motui ipsi velocitatem et tarditatem, tempori minime, vbi autem dr̄iæ vnius non absolute sunt dr̄iæ alterius, res non erit absolute. Præterea Aristo. motui H tribuit passionem, eam videlicet quam mobili tribuit, tempori nullam præter. Demum Aristote. concludit tempus esse aliquid motus, quod est aliquid motus, absolute non est motus, nec hoc peripateticus concederet. *Pō propria.* His hinc inde consideratis, peripateticorum positio est, q̄ motus est tempus subiectione siue subiecto. Motus autem differt à tēpore definitione, & istud clare habemus ab omnibus peripateticis. Vbi aīaduersione dignum est, q̄ plus requiritur ad veritatē enuntiationis siue propositionis apud peripateticos quàm q̄ extrema sit eadem re aut subiecto. Fortasse. n. materia & potentia materiæ subiecto sunt idem, & re, non autem apud Auer. concederem materiam esse potentiā, sed potentem. Amplius paternitas & Socra. subiecto idem sunt, non tamen dicerem, Socra. est paternitas

sed

ſed pater. Rurſus album & ſimilitudo idem ſunt ſub-
iecto. non autem dicere album eſſe ſimilitudinem, ſed
ſimile, ita igitur licet motus & tẽpus ſubiecto & re ſint
idem, non dicerem, ꝙ motus ſit tempus abſolute, ſed
temporarium. Ad hoc igitur, vt enunciatio ſit vera, re-
quiritur ꝙ extrema ſint eadem aliqua idẽtitatis ſpecie,
& non ſm rõnes formales ſiue definitiones repugnan
tia. Aĩaduertendum tñ tẽpus non eſſe abſolutũ motus
penitus, qm̃ rõnem habet menſuræ, ſed quia põt vnum
relatiuum verificari de aliquo relatiue ad aliud, de quo
abſolute non verificatur, ideo concedi poteſt ꝙ vnus
ſit tempus alterius, non autem tẽpus, vt motus ſolis eſt
tempus actionum, non autem abſolute tempus, motus
horologij eſt tempus noſtrarum lectionum, non ta-
men abſolute tẽpus. Ex ijs igitur patet motum eſſe ſub-
iecto & re id quod eſt tempus. Itemq́; ſecundo ꝙ ſit tẽ
pus alicuius, non autem abſolute tempus, nec valet, eſt
tempus ad aliquod, vtpote ad motum Socratis, igitur
tempus, ſicut non valet. Socrates eſt pater ad hoc, & fi
lius ad illud, igitur pater & filius. In relatiuis.n. non va-
let, niſi forte gratia materiæ. Tertio patet omnem mo-
tum eſſe rem quæ eſt tempus, eſſeq́; & tẽpus alicuius,
non autem abſolute tempus. Hæc (vt mihi videntur)
ſunt peripatetice dicta. Sed quia ex hoc videtur ſequi,
quod plura ſit tempora, quod Ariſt. repugnat. Ideo ſe-
cundo quæritur, an tempus ſit vnum numero omniũ,
& videtur ꝙ non. Nam tempus eſt motus, vt dictum
eſt, motus ſunt plures, igitur tempora. In contrarium
eſt Ariſt. & omnes peripatetici. Ad queſtionem omnes
concedunt vnũ numero eſſe tempus, vt plane Ariſto.
ſentit. Sed bene eſſe poteſt, ꝙ motus ipſi ſint plures, &
tempus ſit res, quæ eſt motus, & tñ tempus ſit vnum,
non leue eſt. nõnulli captiunculatores ſaluant hoc mo
do, imaginando tempus non eſſe niſi durationem vni-
uerſi mundi, quæ fluit ab ipſo mediante motu, ſic ꝙ ſi
non eſſet motus, non eſſet tempus, & quocunq; motu
exiſtente eſt tempus, & eſt accidens multiplicatum ꝑ
totum mundum, & idem numero in qualibet eius par
te quantitatiua, imo ſi de nouo alius adhuc mundus fie
ret, hoc tempus in illud multiplicaretur, & eſſet ſolum
vnum tempus numero in hoc & in illo. Hæc poſitio
non eſt intelligibilis, & eſt contra peripateticos ab Ari
ſto.n. habemus clare ꝙ tempus ſit aliquid motus, & tã
dem ꝙ ſit acceptio ſiue numerus partium motus, vt
Themiſt. & Auer. deducunt, id autem quod eſt nume-
rus & quid intrinſecum motus, non videtur ſibi accede
re aliunde. Quare tempus non à mundo ipſo multipli-
catur in motum. Secundo cuius differentiæ eſſentiales
proficiſcuntur à motu videtur eſſe omnino aut motus,
aut in motu, & non defluere deforis in illum. Tertio
hæc duratio aut eſt mundus aut ſubiectiue in mundo, ſi
eſt mundus, hoc Ariſt. confutauit ſupra cõtra eos qui
dixerunt tempus eſſe cœlum, aduerſus quos inquit, ſed
hoc adeo ſtultum eſt, vt ſuperuacaneum ſit ea impoſſi
bilia quæ ſequuntur conſiderare, ſi vero ſubiectiue in
mundo, hoc etiam eſt contra peripateticos, nam eſſet
paſſio cœli. & nõ motus cœli, & re vera hęc poſitio nõ
eſt digna conſideratione. Eſculanus, vero vnitatẽ nan Eſculani põ.
ciſcitur numeralem ab vnitate rationis, cum.n. inquit
aliquid ab anima ſuum recipit cõplementum propter
aliquam rationem in re: ſi illa ratio in re multiplex ſit,
multiplex ab anima rei ipſi complementum dabitur,
vbi vero ratio extiterit vnica, tunc quantuncũq; res ip
ſæ, multiplicẽtur, in quibus illa ratio fundatur propter

A vnitatem rationis non dabitur rei ab anima, niſi vnicũ
numero complementũ, & erit per conſequens res cõ-
pleta vna numero. Cum igitur tempus accipiat ab ani-
ma complementum, per vnicam rationem, iure tem-
pus ab eo traditur vnum numero, licet motus ſint plu
res. Sed iſtud non intelligo. Primo, ratio vna numero Quid ſit tẽpus
eſſe nõ poteſt, niſi aut quia accipitur à re vna numero, Vide cano. q.
vt bene de ipſo nunc dicet, aut quia eſt in ſubiecto vno 5. huius.
numero, aut quia eſt circa ſubiectum vnum numero.
Modo ratio temporis. quia ipſum tempus accipit com
plementum, non eſt vna numero propter ſubiectum,
qm̃ illa aut nullibi eſt ſubiectiue, aut in aĩa, modo ani-
mæ plures ſunt, nec eſt vna numero à re ipſa, qm̃ nihil
tempori reſpondet in re, niſi motus, modo motus non
eſt res vna numero, nec ab obiecto, qm̃ nihil obijcitur
B intellectui, niſi ordo partium motus, qui eſt multiplex
vt, & motus ipſe. Quare niſi aliter explanetur poſitio, Propria põ.
non placebit. Propter hæc videtur mihi eſſe dicendum
conformiter ad ea quæ dixi, & primo ſuppono ꝙ men
ſura & ſi quinque conditionibus deſcribatur ab Ariſt.
10. Meta. vt ſit minima, vnigenia menſurato, notior,
cõis, atq; inuariabilis potiſſimum eſt, qñ eſt minimum,
notius & cõmune. Secũdo ſuppono, ꝙ licet omnis mo
tus poteſt eſſe alterius mẽſura, quatenus poteſt eſſe mi
nor, cõmunis, & notior alicui menſurãti, motus cœli
potiſſime omniũ menſura eſſe videtur, primo quia mi
nimus, ſecundo quia notiſſimus, tertio quia cõmuniſſi
mus, & omnibus motibus præſuppoſitus. Ex ijs ſequi- An tempus ſit
tur veritas quæſtionis, ꝙ multa ſunt tempora, quibus entitas abſolu
motus menſurantur apud homines, qm̃ eſſe poteſt oĩs ta à motu et à
ille motus tempus alicui homini, cui erit notior, & cõ qualibet re ꝑ-
munis, & minor. Secundo ſequitur ꝙ apud omnes tem manente rea-
C pus maxime ſit motus ſolis, & primus, & principale, nõ liter diſtincta.
quidem proprius quem habet ſm ſuccedentiam ſigno Vide Ioan. de
rum, ſed quẽ habet in die naturali, & ita dici poteſt ꝙ magi. q. 6. hu
licet ſint plura tempora ad placitum & ſm inſtitutio- ius.
nem, vnum tñ eſt primum commune omnibus, mo- Et Curſũ Pa-
tus, videlicet diurnus ſm illam partem, cuius motus eſt ri. q. 5. huius.
nobilis notiſſimus, videlicet Solis. Motus quoq; Lunę
apud nonnullos eſt tempus primum vt apud eos, qui
lunares annos diſtinguunt. Et in hoc apparet, qualiter
ſi plures eſſent primi motus, plura eſſent tempora pri-
ma, & principaliſſima numero. Hæc poſitio videtur
mihi ſatis peripatetica, & non contra dicta, nec ſenſus
Ariſt. Conſequenter quæro an vnum ſit nunc in toto Tertia qõ.
tempore. Reſpondent nonnulli quorum amor & ſtu- Prima poſitio.
dium eſt in contradicendum, ꝙ non eſt vnum nunc in An ſit vnum
vniuerſo motu, nec in omnibus temporibus, vt quem & idem ſtãs
D admodum non eſt idem punctum in vniuerſa linea, in toto tẽpore.
neq; vniuerſa ſuperficie vna linea, ſic nec in vniuerſo Vide Ioan. de
atq; omnibus tꝑibus eſt idem nunc vnum numero ma mag. qõ. 7. hu
nẽs. Pro auctoritate tñ Ariſt. aiunt ipſum debere intel ius.
ligi eſſe vnum & idem pro ſingulo omnium, non au- Vide cano. q.
tem pro omnibus ſingulorum, nam ſingulum omniũ 6. huius. &
eſt vnum, vt A nunc eſt vnum ſm ſubſtantiam, B nunc Curſum Pari
eſt vnum ſm ſubſtantiam, non tñ pro omnibus ſingu ſi. I ſine huius.
lorum, quia non eſt vnum & nullum aliud in toto tem Vide etiã Iãd.
pore. Alij huius factionis quaſi in idem incidentes di- q. 21. huius.
cunt vnum eſſe nunc in vniuerſo tempore, hoc eſt, quia Et Bur.
quoties tempus accipitur non habetur niſi per vnum Tex. 107.
nunc, ꝗꝗ ipſum nunc continuo & ſm ſubiectũ, & ſm
eſſe ſit aliud. Sed hæc poſitio eſt omnino delira & non
digna recitatione, nam Themiſtius & Auer. clare di-
cunt, ꝙ tempus eſt vnũ numero ab vnitate ipſius nunc.
Et

Et concludunt ꝙ ipsum nũc est vnum numero totius temporis, & ſm subiectum, diuersum ſm esse. Et pro hac pōne arguo, primo motus quo exercentur Olympiades Athenis, & quo exercentur ludi apud arenam romanam vno tempore numero exercentur vt pono per casum, vt pro toto hodie, istud.n. tempus quo ambo exercentur, est vnum ambobus motibus & numero & specie, nam dicuntur motus simultanei, à quo igitur hi motus mensurabuntur vno tēpore numero, hoc est vnde tempus amborum motuum sit vnum numero. non à mobilibus ipsis, qm̃ sunt loco & subiecto differentia, non ab anima mensurante, quia nulla anima cogitante dicuntur motus simultanei, igitur ab vnitate numerali ipsius nunc quod in tempore illo toto est vnum numero, & hoc est motiuũ, quod innuit doctissimus Themistius. Secundo motus cœli est vnus numero velut & motus Socratis, vt in.8. huius est dictũ. Vbi declaratum est motum cœli esse vnum numero & perpetuum, sed motus non est vnus numero nisi tẽpus sit vnum numero Quinto huius, igitur tempus quo mensuratur motus est vnum numero, sed continuum non est vnum numero nisi ab vnitate numerali termini, igitur si alius & alius continue est terminus cõtinui, aliud & aliud continue erit ipsum continuum, vt si aliud & aliud continue sit terminus lineæ cõtinuans ipsam, alia atq; alia est linea. Tertio, tempus potest diuidi diuisione mobilis & diuisione spatij, accipio igitur tempus vt diuiditur diuisione spatij, cum vt sic possit esse vnum numero, quærõ à quo erit vnum numero, non à mobili, qm̃ iam per casum posuit, acciperetur ſm diuisionẽ spatij, & non mobilis, igitur ab ipso nunc, & ita sit tempus est vnum numero, oportet vt ipsum nunc sit vnum numero. Alij vero dicunt ꝙ vt tempus se habet ad motum, ita nunc temporis ad mobile. Tempus autem se habet ad motum, ꝙ illa res, q̃ est motus est res quæ est tempus, definitione aũt est quid diuersum, ita similiter nunc temporis, & ipsum mobile subiecto sunt idẽ definitione differunt, vt.n. ipsum fluens accipitur vt subiectum motui, dicitur mobile, & momentum. Mobile vt subiectum, momentum vt motus continuatiuũ, vt vero terminat, inchoat aut cõtinuat prius & posterius in motu, dicitur nunc, igr̃ mobile momentũ, & nunc sunt subiecto idem, definitione differunt. Mobile.n. dr̃ subiectum motus, vt fluxum suscipit, dicitur momentũ vt motũ inchoat & continuat & finit, dr̃, nũc vt inchoat, continuat, & finit temporis partes. Cum igitur mobile sit idẽ numero in vniuerso tẽpore. ideo & motus & tempus sunt vnum numero. Et vnum est nunc in vniuerso tpe, esse tñ est aliud, qm̃ continue tẽpus est vt motus, modo motus est aliud atq; aliud, igitur & tempus.

Scotus est secũ do sententia. di.2.q.2.

Contra hanc positionem obijciunt. Primo, quia tũc quæ fuerunt in millesimo anno, Erunt simul cum his quæ nunc sunt. Secundo cuiuslibet continui sunt duo termini, & non vnum, nunc est terminus continuus tẽporis, igitur non potest esse vnum simpliciter. Tertio ipsum nunc ſm subiectum est de prædicamento quantitatis, aut igitur est terminus cõtinui aut discreti, non discreti, quia tunc tẽpus esset quantitas discreta, igĩ continui, sed alia est pars continui atq; alia, igitur & terminus erit alius atq; alius. Quarto illud esse, quod est diuersum, est accidens illi nunc accepto ſm subiectum, quia illud nunc ſm subiectum sumptũ est manẽs idem vtrisq;, & ita est subiectũ illis, esse est accidens ipsi nũc, igitur nunc terminat ipsum tp̃s per accidens. Quinto E illa esse diuersa, cuius generis sunt. si de genere quantitatis, igitur illa sufficiunt terminare tempus absq; ipso nunc accepto ſm substantiam, non sunt alterius generis, quia quantitas non terminatur termino alterius generis. Sexto si idem nunc flueret in toto tempore, tunc ipsum tempus componeretur ex indiuisibilibus, deducitur consequentia, quia nunc indiuisibile non potest fluere, nisi ſm esse diuersa, quæ necessario sunt indiuisibilia, igitur esse erit compositum ex indiuisibili. Vltimo omnis mutatio habet aliquam mensuram, si igitur idem nũc ſm substantiã mutatur ſm diuersa esse, oportet ipsius vel suorum esse quærere aliquam mensuram, illa vero siue sit tempus, siue nunc erit in infinitũ processus. Hæc sunt argumenta cõmunia contra hanc positionem. Solitus sum arguere etiã ego sic, si mobile est momentum & nunc igitur mobile est motus & tẽpus, F deducitur consequentia, nam quicquid est idẽ in termino est idem terminato. Secundo motus & tempus sunt res distinctæ à mobili, igitur habent proprium continuatiuum aliud à mobili. Propter hæc dici põt ꝙ vnũ est nunc in toto tempore & vnum momentum subiectione, non aũt esse. vt vero res ipsa pateat, debes scire ꝙ ea dicuntur vnum subiecto, quæ accidunt vni subiecto, aut vnum accidit alteri. Materia.n. & priuatio apud Aristo. idem sunt subiecto, quia priuatio accidit materiæ, album & musicum sunt idem subiecto, quia accidunt vni eidemq; subiecto. Ea vero sunt esse eadẽ, quorum definitio est vna eadẽq;, vt hõ & animal, tunica & indumentum. tunc dico, ꝙ omnia nunc temporis sunt vnum numero subiecto, quia vnum est mobile, cui oĩa accidunt, esse aũt differunt, vt musicus & albũ. Similiter tempus est vnum numero subiecto, quia oẽs G illius partes subiecto sunt vnum, definitione & esse est aliud. Replicabis qm̃ omnia essent in eodem nunc subiecto. Respondet Themist. ꝙ oĩa sunt in vno nunc subiecto, sed esse sunt in diuersis nũc. Per hęc ad rationes. Ad primam patet solutio, non.n. oportet esse simul nisi ſm subiectum, non autẽ ſm esse. Ad scd̃m iã potest solutiu patere, sũt.n. duo & plures termini ſm esse, sed subiecto oĩa vnum sunt. Ad tertium dico ꝙ ipsum nũc ſm subiectum est subiectum ipsius nunc, hoc autẽ est de prædicamento eius quod mouetur, tale autem non est terminus, sed subiectum terminorum. Ad quartum dicendum, ꝙ illa esse non sunt accidentia ipsius nunc, sed subiecti ipsorum nunc, & concedo ꝙ mobile per accidens est terminus temporis, quia ipsum nunc pro subiecto est ipsum mobile, modo mobile est terminus per accidens temporis, vt homo per accidẽs ædificat, H sed bene ædificator per se, qui accidit homini. Ad quintum iam patet solutio, illa enim esse sunt ipsa nunc, quę sunt termini temporis & de prædicamento, quantitatis, subiectum vero eorum est substantia.

Propria sĩ.

Responsio Themistii.

Ad sextũ patet solutio, fluit.n. idẽ nunc subiecto, nõ autem esse, hoc est oĩa nunc temporis sunt vnum subiecto, non aũt esse, & ita non cõponitur tempus ex nũc ipsis, quia nullum vnum numero fluit, nisi subiectum vnum numero, quo omnia vnum dicuntur. Ad vltimũ patet solutio, non.n. illa esse mutantur, sed continuo fit aliud atq; aliud, licet subiectum sit vnum. Quo vero modo desinat ipsum nũc, iã diximus. Sic igr̃ patet ꝙ vnũ est nunc in toto tpe, hoc est vnũ est mobile fluẽs quod extrinsece & inchoat terminat atque continuat motũ; plura tñ esse, vt diximus, quia continue est aliud atq; aliud circa idem mobile. Hæc de quæstione.

Mensurat

DILVC. *Mēsurat autem ipsum nunc tēpus ipsum, quatenus prius & posterius est, atq; tum est idem, tum est non idem, quo quidem enim in alio atq; alio est differt. Atq; hoc erat ei nunc ipsum, quo uero ipsum nunc est subiecto idem est.*

ANT. *Ipsum autem nunc mensurat tempus secundum quod est prius, & posterius, ipsum autem nunc est quidem sicut idē, est uero sicut non idem, secundum quidem enim q, in alio & alio est alterum est. Hoc autem erit ei ipsum nunc, inquantū uero aliquando est ens ipsum nunc, idem est.*

Cepit declarare quonāmodo ipsum nunc se habeat ad tempus, nunc continuando illud proponit quonā modo se habeat, & inquit, mensurat autem ipsum nunc tempus ipsum non absolute, sed quatenus prius & posterius est hoc est quatenus fluit, non absolute, atq; tū est idem, tum est non idem, quo quidem in alio atque alio est, hoc est vt fluit sm diuersa esse, differt, & hoc modo erat ei tempori ipsum nunc mensura, quo vero ipsum nunc est subiecto hoc est ratione habita ad subiectum, quo est ens, idem est. Sic igitur habemus ꝙ ipsum nunc vt fluit, metitur tempus. Secundo ꝙ est vnū & idem subiecto, ratione & esse alterum. Sed quo pacto vnum indiuisibile potest metiri diuisibile, non videtur. Videtur mihi ꝙ metiri intelligat coextendi. Modo vnum nunc coextendi toti tempori potest intelligi, Vno modo sumendo ipsum nunc pro mobili, vt diximus, & sic coextenditur quatenus manet idem in tempore, & si dicatur ꝙ in dictis Arist. esset æquiuocatio, nam de vno nunc diceret coextendi, de alio variari. Iā patet solutio, semper. n. loquitur de eodem, vult. n. ipsum mobile esse nunc vnū numero, sm tamen esse indiuisibilia diuersum, vnde ipsum nunc ꝑ mobili sumptum est vnum, pro indiuiduo temporis est plura. Sed contra hanc positionem diximus in quæstione. Alij exponunt ꝙ vnum nunc coextēditur toti tempori, quia est idem realiter in vniuerso tempore, licet sm esse sit aliud. primum patet apud illos, quia illud idem realiter instans quod fuit præteritum est præsens & erit futurum, sm vero etiam quia definitio est diuersa. Hæc expositio stare nō potest, qm̄ eo modo aliqua sunt simul quo ipsum nunc est idem vt quæ sunt in eodem nunc realiter, sunt simul realiter, quæ sunt simul in eodē nūc sm rationem, sunt simul ratione. Si igitur in toto tēpore est idem nunc realiter, tunc ea quæ fuerunt in millesimo anno erunt simul realiter cum iis quæ sunt hodie & non sm rōnem, ꝙ non est intelligibile. Propter hæc videtur mihi ꝙ dictum Arist. potest dupliciter intelligi. Vno modo, ꝙ sit vnum nunc in vniuerso tempore sm subiectum, quia omnia instantia sunt vnum subiectione, qm̄ omnia insunt vni subiecto, sicut musicū & grammaticum sunt idem, quia accidunt eidem, & hoc modo concedimus vnum esse nunc coextensum toti tempori vnitate subiecti. Plura tamen sm formam & essentiam, qm̄ in alia parte temporis aliud, & tunc patet quod dicit, ait enim vnum nunc mensurare totū tēpus, sed sm prius & posterius, quatenus vnū est subiectione, quod coextenditur toti tempori sm diuersa esse. Aliter dici potest ꝙ Arist. in libris suis multotiens loquitur more, & imaginatione mathematicorū, modo mathematici imaginantur punctum fluere in tota linea & facere lineam, quę imaginatio habet aliquid veritatis, pro quanto à puncto ad punctum licet rectam lineam ducere. Sic loquitur Aristo. ꝙ nunc vnum numero fluens facit tēpus, quod pro tanto habet veri-

Vide & Gaet. de Thie. hic.

A tatem pro quanto vnum est nunc sm subiectū, quod dicitur manere idem in toto tempore, ratione cuius tempus extenditur, desinit, cōtinuatur, & incipit, sic igitur ad imaginationem mathematici patet vnum esse nunc mensuras vniuersum tempus.

DILVCI. *Nam quemadmodum diximus, motus magnitudinem sequitur, hunc, ut diximus, tempus, punctum etiam iam sequitur id quod fertur, quo & motum & ipsum prius & posterius in motu ipso cognoscimus. Sed hoc subiecto quidem est idem, est. n. punctū, aut lapis, aut aliud id genus, ratione autem aliud, perinde ut sophistæ Coriscū in lycio et Coriscū in foro diuersum esse sumunt & hoc propterea, quia alibi atq; alibi esse diuersum est. Ipsum uero nūc sequitur id quod fertur, perinde ut tempus motum, ipso nanq; quod fertur prius in motu posteriusue cognoscimus, prius uero & posterius quatenus numerabile, ipsum est nunc. Quare & hoc ipsum* B *subiecto est idem. est. n. prius aut posterius quod est in motu, esse aut diuersum est, prius nanq; posteriusue quatenus numerabile, est ipsum nunc.*

ANT. *Sequitur. n. sicut dictum est. magnitudinem quidem motus, hunc aūt tempus, diximus et silr iā punctum id supra quod fertur quo motum cognoscimus, & prius in ipso & posterius, hoc autem, quando quidem ens est, idem est, pūctum. n. aut lapis, aut aliquid huiusmodi est ratione autem alterum est sicut sophistæ accipiunt alterum ipsum, Coriscum in lycio esse, & Coriscum in foro, & hoc in eo q, alibi, & alibi esse est alterum, id autem supra quod fertur, sequitur ipsum nunc, sicut tempus motū, eo uero supra quod fertur, cognoscimus prius, & posterius in motu, secundum autē quod est numerabile, est prius & posterius ipsum nunc. Quare in his quando quidem est ens nunc, idem est, prius. n. aut posterius* C *est, quod in motu est. Sed esse alterum est, secundum. n. quod numerabile est prius & posterius est ipsum nunc.*

Ad id supra quod fertur.

Ad id autem.

Vero, enim.

Probat quod dixerat. Vbi debes scire ꝙ tria sunt vt causæ. vt Them. ait, tria vt effectus. Vt effectus sunt mobile siue magnitudo, motus, & tempus, q̄ sic se habent, ꝙ mobile comitatur motus, hunc tempus sequitur: ex parte causæ tria alia punctum, ꝙ est ipsum mobile indiuisibile sm speciem & numerum, siue ipsa vnitas mobilis indiuidua specie & numero, est momētum, quod est vnitas motus, est & nunc, quod est vnitas tēporis, illa tria effectus esse videntur, hęc autem causæ, qm̄ punctum siue vnitas fluens ad imaginationem mathematici fecit mobile siue magnitudinem. Momentū fluens motum, nunc aūt ipsum fluens tempus. Tunc arguo, vt se habet punctum ad mobile sine magnitudinē, ita momentū ad motū, & ipsum nunc ad tempus: sed pun D ctū vnum subiecto fluens sm diuersum esse efficit magnitudinem, igitur momentum vnum sm subiectum facit motum fluens sm diuersa esse, & ipsum nunc vnū subiecto manens fluendo facit tēpus sm diuersa esse. De ratione primo videtur ponere maiorem & inquit, nam quemadmodum diximus motus magnitudinē sequitur hunc (vt diximus) tempus, punctū ēt iā sequitur id qđ fert, imo est vnitas eius qđ fertur, quo & motū, & ipsum prius posteriusúe in ipso motu cognoscimus, nā ipso lato latio deprehēditur, ꝑ oīa hæc (vt mihi vr̄) habere vult maiorē videlicet vt pūctum ad magnitudinē, ita momentū ad motū, & nunc se habet ad tempus.

Deinde addit minorē. d. sed hoc subiecto quidem est idem, est. n. punctum aut lapis, aut aliud id genus, hoc est punctum est subiecto idem, quia est vnitas lapidis

pidis aut alicuius alterius mobilis id genus, esse vero, & ratione aliud est, quod probat dicens, perinde vt sophistæ coriscum in lycio, & coriscum in foro diuersum esse sumunt, & hoc propterea, quia alibi atq; alibi esse diuersum est, est igitur minor, sed punctum est vnum subiecto, quod fluendo sm diuersa esse facit mobile. Conclusionem vero postponit, vt videbitur. Declarat quasi maiorem, accepit.n. illa sese habere eodem modo, motum ad momentum, nunc ad tempus, perinde vt punctum ad magnitudinem, hanc quasi explanat, & inquit, ipsum vero nunc sequitur id quod fertur, perinde vt tempus motum, ipso nanq; quod fertur, prius in motu posteriusúe cognoscimus, prius vero & posterius quatenus numerabile, ipsum est nunc. Ex ijs patet maior, videlicet qui ita se habet nunc ad tempus vt punctum ad magnitudinem & momentum ad motũ. Ex ijs infert conclusionem, & inquit, quare & hoc ipsum, videlicet nunc subiecto est idem, est.n. prius atq; posterius quod est in motu, esse aũt diuersum est, prius nãq; posteriusúe quatenus numerabile est ipsum nũc. Et itaq; patet tota ratio, quę breuibus replicari potest, vt punctum ad magnitudinem, ita momentum ad motum, & nunc ad tempus, patet quia sese sequuntur, sed punctum est vnum numero subiecto, quod fluens sm diuersa esse facit mobile, igr̃ & nunc erit subiecto vnũ, quod fluens sm diuersa esse faciet tempus, fuit autem litera hæc non paruum obscura, vbi quo ad verba grȩca attinet illud verbum ποτε ὄν quod in veteri trãslatione est quodcunq; ens, non recte sonat, magis.n. ad sensum est subiecto vnum, tanta enim verborum fidelitas nonnunq̃ infidelitatem parit.

DILVC. *Est autem hoc & maxime notum, nam et motus propter id quod mouetur, & delatio propter id quod defertur est q̃ñ id quod defertur aliquid est, motus uero non est, est igitur tũ idem id quod dicitur nunc semper, tum non idem quippe cũ id quod fertur, ijs sit modis.*

ANT. *Et notũ maxime hoc est, etenim motus propter id supra quod mouetur. et latio propter id supra qđ fertur, est, id.n. supra quod fertur aliquid est, motus autem non est. Est quidem igitur sicut idem, quod nunc dicitur semper, est autem sicut non idem, etenim est similiter & id supra quod fertur.*

Soluit fortasse tacitum cauillum, nam dicere potest quis cum regula debeat sumi à noto, punctum siue vnitas mobilis æqua & vnitas momẽti, & vnitas ipsius nũc in tempore est constituta, quonãmodo est notius illis. Cuius responsionem innuit. d. est autem hoc, & maxime notum, cuius causam ait, nam & motus propter id quod mouetur in cæteris speciebus motus & delatio propter id quod defertur est. Cuius expositionem adhuc subscribit. d. quando id quod fertur aliquid est, motus vero non est, quæ ratio docet vt mobile sit ipsius motus causa, & non econtra quo vlterius sequitur vt ipsum mobile siue punctum siue vnitas mobilis sit notius motu, bene igitur a b illo sumi potuit dicta regula. Vbi te ignorare non velim me mirum in modum laborasse circa huius literæ expositionem, & nihil præsidij accepi à latinis. Sed Themistius succum literæ satis expressit, è quo hæc nostra expositio habet vires.

Qua Auer. com. 104. Auerroes autem literam pulchre introducit. Arist. enim mouit duas quæstiones. Prima fuit vtrum tẽpus sit, & quid sit, & iam soluta est. Secũda fuit, vtrũ vnum & idem sit nunc in vniuerso tempore, vult vt nunc soluat secundam: quam expositionem laudo, sed scias q̃

An sit idem nunc realiter in toto tempo

E solutio cœpit, iuxta hanc expositionem textu præcedẽti, videlicet, atq; vt motus semper alius. Et hoc modo hæc expositio optima est. Cætera quæ in exponendo verba ait, partim ex mala translatione, quam habeat, partim ex nostris expositionibus circa literam patent. Debes scire q̃ Auer. prope finem cõmenti declarat pulchre cur ab ipso mobili sumpta est dicta regula de vnitate ipsius nunc, & dicit q̃ motũ est notius motu, quia est demonstratus. s. congregatus insimul, & permanẽs, sed mens facit ipsum insimul quatenus copulat præterito futurum, & econtra per vnum nunc, & motus est notior tempore, ex hoc sequitur q̃ translatum siue punctum mobilis, quod agit motum fluendo sit notius instanti & ipso nunc, & sic patet regula. Sed hic videtur esse dubium, nã hoc dato sequitur, qui A & B sunt, & tñ nec A est, nec B est. deduco, sit C ipsum tempus F quod est præsens, sitq; A vna eius medietas: B altera. Tũc arguo, ipsum C est: igitur A & B sunt, nam ipsum C est A & B & tamẽ nec A est. quia fuit, nec B est, quia erit. Respondent captiunculatores concedendo totũ, stat.n. A & B esse A aut esse B. nam ad esse successiui requiritur necessario partium incõpossibilitas, at de permanentibus secus est, in illis.n. bene sequitur C permanens est: igitur A est, & B est. Sed replicatur contra, nã A & B est: igitur A est, à tota copulatiua ad alterã eius partem, similiter & de ipso B. Respondetur negando consequentiam, quia arguitur à copulato copulatim tento, sicut non valet, homo est anima & corpus, igitur homo est corpus, tu vero in his captionibus considera.

ris decursq; Vide Grandenum lib. in. 98 Jouan. Declaratio regula Arist.

RECOGNITIONES.

IN cõmentarijs exposuimus textus hos, & pulchre, quam expositionẽ & à Themist. & ab Auer. pro magna parte accepimus. At nunc diligentius verba græca G considerans dico ipsum nunc esse vnitatem temporis, quo tempus est vnũ, & q̃m tẽpus est idem subiecto, alterum tñ atq; alterũ extrinseca quadam ratione, vt dicemus, sic ipsum nũc subiecto idem est identitate temporis. Aliud vero atq; aliud ratione quadã extrinseca, prout anima talẽ vnitatem considerat in tempore sm diuersas designationes, sumitur aũt hæc vnitas ab vnitate magnitudinis supra qua fit motus, quę est punctũ, vt.n. spatium vnum est, & eius vnitas punctum est, ita punctum idem est, vt magnitudo siue spatium idẽ est. est aũt punctũ vnum & idem identitate magnitudinis hoc est subiecto aliud atq; aliud, prout per mẽtem talẽ spatij vnitatem accipere possum per animam in qualibet magnitudinis parte, est.n. vnum punctum, quo magnitudo vna est, extrinseca quadam ratione aliud atq; aliud, prout tale punctum anima designare potest in H A vel in B vel in C. Ante.n. quam signetur punctum, est magnitudo A B C, postquam vero signatur in A, ab ipso à pũcto A B C magnitudo dicitur vna, & indiuidua, & si designaretur in B ab ipso B puncto magnitudo eadem diceretur vna, & sic in cæteris infinitis, quare punctum idem est subiecto, identitate. s. magnitudinis, est aliud atq; aliud extrinseca quadã alteritate, prout subit differentiam quandam, quã anima ei attribuit, eodem modo nunc in tempore est vnitas temporis, & ipsum tempus vnum, idemq; subiecto. s. identitate tẽporis, aliud atq; aliud, vt in tempore diuersas designationes subit. Iuxta hanc expositionem lege hos textus, ipsum autem nunc mensurat tempus, supple sicut vnitas rei rem, mensurat dico tempus, vt est prius & posterius, vnitas.n. rei est mensura rei, qua res dicitur vna, sicut

Nunc idem ne sit nunc ipsum in tẽpore.

sicut dualitas est mensura rerũ, qua res dicuntur duæ, & trinitas rerum qua dicuntur tres, sic ipso nunc tempus mensuratur, quatenus ipso vnnm dicitur, & motus momento, quia ipso momento dicitur vnus, & puncto magnitudo, quia ipso dicitur vna, ergo per mensuram intelligit rationem, qna aliquid dicitur vnũ, vel plura, hoc assumpto, declarat, ipsum nunc ad tempus qua rationem habeat, & inquit, est autem nũc quidem sicut idem, est vero sicut non idem. Secundum quidem.n. ꝙ in alio & alio, hoc est, alia & alia parte tpis est per designationem aīæ, alterum est quadam alteritate accidentali, hoc.n. vel hæc ratio erit ei ipsum nunc. s. esse & formalis conceptio, qua dicitur indiuisibile, & à qua dicitur tempus indiuisnm in se, & diuisum à quolibet alio, inquantum vero aliquando est ens ipsum nunc, i. identitate temporis, qno habet esse simpliciter, idẽ est, & ita est idem re eo modo, quo temporis idẽ est, aliud vero atq; aliud, prout diuersis in partibus, temporis diuersas subit designatinnes, his expositis probat hæc, & inquit, sequitur.n. sicut dictum est, magnitudinem quidem motus, hoc est spatium supra quod fit, sumitur.n. prius & posterius in motu à priori & posteriori in magnitudine, vt dictum est, hunc autem motum sequitur tempus vt diximus, nam prius & posterius in tempore sumuntur à priori & posteriori in motu, similiter autem & punctum sequitur ad id, hoc est ad spatium supra quo fertur aliquid, quo puncto motum & prius & posterius in ipso cognoscimus, sequitur dico punctũ ad spatinm quo ad identitatem q̄n est eius vnitas, vt dictum est, ex his vult habere ipsum nunc sequi ad tẽpus, vt punctum ad spatium, supra quo fit motus, nam tempus sequitur motum, & monis spatium, ergo nunc in tempore, se habet, vt momentũ in motu, & pũctum in spatio, hac tanq̃ maiore assumpta quodammodo accipit minorem, & inquit, hoc autem scilicet punctũ q̄n quidem ens est, hoc est quando sumitur vt ens absolute idem est identitate spatij: nam punctũ in lapide idẽtice, vt ens est lapis, & in ligno similiter est lignum, ratione aũt alterũ est, quia est eius vnitas qua lapis vnus dicitur, quæ vnitas ratione est alia atq; alia prout designari potest in alia atq; alia magnitudinis parte. Sed dices ratio est definitio. ergo si est aliud atq; alind ratione, erit alnd atq; alind definitione, & ita alterate essentiali, quasi soluens inquit, dico aliud atq; aliud ratione sicut sophistæ accipiunt ipsum alterum, sophistæ.n. accipiunt alterum sm rationem, quæ est accidens, & hoc declarat, coriscum in lycio esse, & coriscum in foro, est enim hoc esse alterum quatenus alibi & alibi esse alterũ est, & ita accidentaliter, & hoc est, vt mens illi attribuit quandam alteritatem sm diuersas designationes, & sic patet minor, deinde quasi exponit maiorem superius sumptam, & inquit, ad id autem supra quod fertur. hoc est ad punctum spatij, supra quo fit motus, sequitur ipsum nunc, sicut tempus motum, nam tempus ad motũ, & motus ad spatium, ergo nunc ad momentũ, & momentum ad punctum sequitur, ꝙ vero tempus sequatur motum, probat, eo.n. supra quo fertur mobile cognoscimus prius & posterius in motu, vt dictum est, & sic tempus sequitur ad motum, & motus ad spatium, ergo nunc sequitur ad punctum in spatio, quia nunc sequitur ad momentũ, & momentũ ad punctum, & complens maiorem addit, sm aũt ꝙ ipsum nunc est numerabile in partibus temporis, hoc est quatenus anima considerat in priori parte ipsum nunc, & posterio-A ri ipsum nũc, vt sic sunt in tempore prius & posterius, vel sic, ipsum nunc quatenus est innumerabile. i. acceptum vt principium & finis vt sic prius & posterius in tempore sunt, ex his vult habere declarationem maioris quæ fuit, eodem modo se habet nunc ad tempus, & punctum ad spatium, cui si addatur minor tacta, sequitur conclusio, quam inquit, Quare in his quando quidem est ens ipsum nunc, hoc est quando accipitur, vt ens idem est identitate temporis, nam vt sic nihil aliud est q̃ tempus, qund in motu ipso est prius & posterius, sed esse alterum est. s. vt dictum, est extrinseca quadam ratione, nam ipsum nunc vt subit rationem numerabilis, est tempus quod est prius & posterius. Ex his patet ipsum nunc esse vnitatem tempnris, veluti punctũ est vnitas spatij ergo sicut vnitas spatij quo ipsa est ens, est idẽ ꝙ vnum spatium, sic ipsum nunc, quo est ens, est tẽ-B pus ipsum vnum, verum dici potest aliud atq; aliud ratione extrinsecus illi attributa. Ex his sequitur sm hãc expositionem punctũ non esse aliud, q̃ id, cuius est pũctus, quatenus punctus consideratur vt ens absolute, quo vero anima illi attribuit diuersas, & indiuisibiles rationes, est multiplex in magnitudine, & quid diuersum à magnitudine, sequitur eriam ipsum nunc esse vnitatẽ temporis, qua & tempus dicitur vnum, quia non plnra simul, & vnũ quia indiuisum in se, & diuisum à qualibet re, quæ non est tempus, & hoc modo totius tempus æternum dici potest nunc, & econtra nunc potest dici totum æternum tempus, nã quatenus nunc est ens absnlute, est tempus, ex his snluitur ad formam, cũ.n. inserebatur, ergo qua fuerunt in millesimo anno, sunt nunc, concedo capiendo nũc, vt ens, quia vt sic idem est quod tẽpus, capiendo vero sub ratione qua sm suc-C cessionem indiuisibile, vel non multiplex, est nec esse potest, negatur argumentum, ad hoc.n. vt aliqua sint simul non sufficit illa esse in tempore, quod est vnum, quia omnia vt sic, sunt simul, sed oportet esse in vno tẽpore sm indiuisibilem, & vnam rationem sumpto, vel in vno nunc sm successionem indiuisibili, hęc est expositio, quæ occurrit nunc differt autem ab ea, quæ in cõmentarijs, quia hæc per magnitudinem spatium intelligit, & nnn mobile, quod mouetur, sed magnitudinẽ supra qua fit motus & propterea aīaduerte in translationibus, nam verbum quod, ergo supra quo transtuli, præterea in multis locis de vnitate ipsius nunc, scripsi, sed nunc quæ sint dicenda ex hisce patet, est enim nũc vnitas temporis, qua tempus est vnum numero, & nõ plura numero, & qua est diuisum à qualibet alia re, & ita. ipsum nunc quo est ens, idem est quod tẽporis, quo vero successione indiuisibile est, & differt à tempore,

Opinio de ipsius nunc vnitate.

D & possunt esse infinita in tempore prout potest anima talem vnitatem temporis in infinitis partibus designare, ergo ipsum nunc est vnum, & infinita, vnũ quo est ens, quia vt sic idem est, q̄d tempus, siue vnitas temporis. Infinita vero, vt sm successionem accipitur indiuisibile, sic.n. in quauis parte temporis sunt infinita.

DILVCI.

Perspicuum quoq; est si tempus non sit, ipsum nunc esse, & si non sit ipsum nunc, etiam tempus nõ esse. nam ut simul sunt id quod defertur & latio, sic & numerus eius quod fertur, & numerus ipsius lationis etiam sunt simul, est.n. tempus numerus quidem lationis, ipsum autem nunc eius quod fertur perinde ut unitas numeri.


ANT.

Manifestum est autẽ q. & nisi tempus sit, ipsum nunc nõ erit, & si ipsum nunc non erit, tẽpus non erit, simul.n. sunt,

sicut

sicut id, supra quo fertur, et latio, sic et numerus, qui é eius, supra quo fertur, & qui est lationis, tẽpus quidem enim lationis numerus est. ipsum autem nunc sicut eius supra quo fertur, ut unitas numeri.

Soluta quæstione, vlterius pro maiori expositione eius quod dixerat, rõnes quas habet ipsum nunc ad tẽpus vult examinare, & primo proponit ꝙ nũc & tẽpus sunt inuicem inseparabilia. Et arguit sic, vt numerabile ad numerabile, ita numerus ad numerũ: sed tẽpus est numerus lationis, nunc est numerus latibilis: igitur vt non potest esse latio sine latibili, ita numerus latibilis: sine numero lationis, & ita nõ potest esse numerus quod est latibilis numerus, sine tẽpore quod est numerus lationis. Et syllogismus est à cõmutata rõne sic, vt latio ad tẽps, quod est numerus eius, ita latibile ad nunc numerũ eius, igr̃ vt latio ad latibile, ita tempus ad nũc, latio non est sine latibili, igr̃ nec tẽpus sine ipso nunc. F



Debes scire, vt Them. inquit, ꝙ ipsum nunc est mẽsura mobili, quatenus est illius vnitas, merito cuius est, est vnũ in tota ipsa delatione, & ita nunc est vti numerus non per replicationem resultans, sed per simul partium acceptionem ipsius mobilis in ipso. G

RECOGNITIONES.

Nota hæc, An nũc tẽporis sit idem cum ipso mobili. Vide Gratiadeum Esculan. lec. 18.

NOn ab ratione in cõmentarijs diximus Arist. velle assignare nunc quas rationes & quot habeant ipsum nunc & tempus inter se, & sunt tres, prima est, quia tempus & nunc sunt inseparabilia inuicem, sumitur autem hæc rõ prima facie per simile in spatio & pũcto, videmus. n. neq; spatium à puncto, nec punctum à spatio separari posse, modo cum ita se habeant tempus & nunc, vt punctũ & spatiũ, relinquitur tempus & nũc separabilia non esse, sicut spatium & punctum, correspondet. n. tempus lationi, & nunc puncto, verũ Arist. in suis verbis tale argumentum non innuit, nec facile patet, quo argumento vtatur ad hoc probandum. In cõmentarijs. n. diximus Arist. vti argumento à cõmutata proportione, & reuera non facile potest ex verbis Aristo. colligi, tandem videtur mihi eum argumentari loco à simili, sic, vt spatium & latio simul atq; eodẽ mõ se habent, sic se habent, numerus lationis, & numerus spatij, similitudo patet quia spatium & latio vtraq; mẽsurabilia sunt, numerus lationis & numer⁹ spatij vterq; mensura, & numerus est, ergo similitudo bona. Hæc est maior, quam his verbis ponit, simul. n. sunt, atq; se habent sicut id, supra quo fertur. s. spatium, & latio, sic & numerus, qui est eius, supra quo fertur. s. spatij & numerus eius lationis qui numerus est, patet similitudo, nam spatium & latio vtraq; mensurabilia, numeri eorum vtriusq; mensuræ, & numeri, & ita patet maior. Accipit minorem & inquit, tempus quidem. n. lationis numerus est, ipsum autem nunc non est numerus spatij, sed sicut numerus eius spatij, supra quo fertur, veluti vnitas numeri, & veluti mensura mẽsurati, est ergo Syllogismus numerus spatij & numerus lationis ita se habent vt spatium & latio, tempus est numerus lationis, & nunc numerus spatij, ergo tempus & nũc se habent, vt spatium & latio, sed hoc supplendum, spatium non est sine latione, nec econtra, ergo tempus nõ est absq; nunc, nec econtra, verbis Arist. alius syllogismus applicari non potest, si verba recte considerentur, verum hic syllogismus dubius est, maior. n. & si videatur vera, quatenus spatium & latio, vt mensurabilia, & tempus, & nunc vt mensuræ sunt, tamen quo ad hoc non facit ad conclusionem, quæ est, vt tps non sit sine ipso nũc, nec contra. præterea minor syllogismi est dubia, non. n. ipsum nunc vt numerus spatij, sicut tps numerus lationis, præterea minor sub accepta, siue suppleta, falsa est, potest. n. spatium esse sine latione, licet non latio sine spatio, propterea dici potest Arist. accepisse hoc argumentum à simili, non vt demonstratiuum, sed vt exẽplum, modo exẽmpla ponimus non ita sint, sed vt intelligatur, quod dicitur, vt Libro Priorũ diximus, satis. n. ex tali exemplo haberi potest tps non esse absq; nunc, sicut spatium non est absq; latione, saltem dum mobile supra spatiũ fertur. Quo vero ad verba attinet, patet verbũ qd, esse intelligendũ supra quo, vt proximo textu diximus, quia de spatio ꝙ non de mobili intelligit. Quo ꝑ Arist.

Est insuper tempus ipso nunc continuum, atq; ipso nunc diuiduum, hoc. n. & lationi & ei quod fertur competit, nam motus & latio una est ipso quod fertur, quia unum est et nõ subiecto, sic enim intercapedines esse possunt, sed & ratione. Præterea etiam priorem posterioremue motũ distinguit, illud quoq; puncto aliqua ex parte conuenit, etenim & punctum continet longitudinem quodammodo, & distinguit, nã huius principium est illius finis. DILVCI.

Et etiam continuum tempus est iam ipso nunc, & diuiditur secundum nunc sequitur. n. & hoc ad lationem, et ad id, supra quo fertur, etenim motus et latio una est eo, supra quo fertur, quoniam unum est, & non quando ens est, etenim intervalla sic sunt sed & ratione. Et determinat iam priorem & posteriorem motum, hoc. Sequitur enim & hoc quodammodo ad punctum, etenim punctum continuat longitudinem quodammodo, & determinat, est enim huius quidem principium, illius autem finis. ANT. al. sic. al. quodam. al. enim. al. autem.

H Secunda ratio quam habet ipsum nunc ad tempus, est ꝙ ipso tps est vnum & diuiduum, vnum quidem in se, & diuisum è quolibet alio, hæc aũt ratio cõpetit mobili, quod est vnitas siue punctum in motu, nam ipso mobili motus est vnus & diuiduus, vnus in se, diuisus ab alio, inquit est insuper tempus ipso nunc continuũ, atq; ipso nunc diuiduum ratione diuersa, vt dictũ est, hoc. n. & lationi & ei quod fertur, conuenit, nam motus & latio, vna est ipso quod fertur, quia vnum est. Dices. quæ vnitas requiritur ad vnitatem motus, hoc est qua vnitate ipsum mobile debet esse vnũ, si motus debeat esse vnus subiecto. Hoc declarat dicens, & non subiecto, sic. n. & intercapedines esse possunt, quia põt vnũ mobile moueri per interualla pluribus motibus, ideo subdit, sed & ratione, & ita ad hoc vt motus sit subiecto vnus, subiectum debet esse vnum, non modo subiecto, sed ratione. Tertia ratio quã ipsum nunc habet ad

ad tempus est, q distinguit motũ priorem & posteriorem quatenus est vnius finis alterius principium. Hanc quoq; rõnem pũcto accõmodat, & inquit, istud quoq; puncto aliqua ex parte conuenit, & si uelimus euitare æquiuocationem in dictis Arist. per punctum intelligit vnitatẽ mobilis, & per longitudinẽ intelligit ipsum motũ, & tunc inquit, etenim punctum continet longitudinem quodãmodo, nam huius principium est videlicet posterioris, illius finis, videlicet prioris, si vero velimus Arist. non habuisse solicitudinẽ de nominibus, dicere possumus ipsum per punctum velle indiuiduum lineæ per longitudinem lineam. Et tunc litera patet.

RECOGNITIONES.

IN cõmentarijs exposuimus hęc verba, & quidẽ satis ad mentem Auer. & aliorum, nunc dicamus non recedendo à prioribus expõnibus quantũ ad aliqua, q Arist. duas alias rões assignat, quas tps habet ad nũc, quarũ prima est, q tempus est continuũ, & vnum ipso nunc, & tu intellige de toto tpe, totum.n. tempus, qđ est simul præteritũ & futurũ, est continuũ & vnũ ipso nunc. scđa vero, q tps diuiditur. s. in præteritũ & futurum ipso nunc, hæc duo ex dictis patent, nã quatenus ipsum nunc est vnũ re, & ente, tps totum vnũ efficit, quatenus vero subit rões diuersas principij. s. & finis tempus dissecat in duo. s. in præteritũ, & futurum, verũ non contentus hac rõne assignat aliã, & primo probat totũ tempus esse vnũ ipso nunc, quia se habet ad nunc, vt spatium ad punctũ, at spatium vnum est, quatenus punctũ vnum est ens, ergo & tps vnũ est vnitate ipsius nunc, qua nunc ens sit, inquit, sequitur.n. & hoc ad lationẽ, & ad spatiũ supra quo fertur mobile, hoc est tps simile est motui & spatio, hæc quasi maior est, deinde quasi minorẽ accipit, & inquit, etenim motus & latio continua & vna est, eo supra quo fertur, qm vnũ est. i. pp punctum vnũ, hæc est quasi minor, nec est latio vt inquit, vna quatenus spatium est ens, & quia est vnum subiecto, quia sic interualla oĩa erunt vnũ subiecto, & materia, sed quatenus magnitudo est vna rõne, hoc est puncto vno, & sic sequitur tẽpus esse vnum & cõtinuũ ipso nunc, & sic per rõnem, intelligit punctum, quod vnum est re, non ratione, tñ sic re vnum est rõ, qua & spatium & motus sit vnus, sic igr ipsum nũc qđ est re vnum, est rõ, qua tempus est vnum. deinde probat tertiam rõnem q ipso nunc distinguat tempus in duo & primo, pponit hoc, & inquit, & determinat hoc est distinguit iam priorem & posteriorem motum, hoc. s. ipsum nunc, & ita tempus in pręteritum & futurum, hęc est tertia rõ, quam nunc habet ad tempus, & assignat causam, cum inquit, sequitur.n. & hoc quodammodo ad punctum. q. d. quia ita se habet nunc ad tps, vt punctũ ad spatiũ, qđ exponit quasi amplectens ambo ea, q dixit, & inquit. etenim punctum continuat longitudinẽ, & distinguit, continuat.n. quo vnum est ente, distinguit vero, quo est principium, & finis, & ita quo multiplex est, & ita patent tres rões, quas nunc ipsum ad tps habet. Themist. aũt & Auer. & omnes expositores tres has rões, quas nũc habet ad tempus, ex illis rationibus acceperunt, quas habet punctum siue vnitas ad mobile, & hoc ideo, quia per quod fertur, vel per qđ mouetur mobile intellexerunt, nos autem copulando hæc ad prius dicta ab Arist. per id quod fertur, vel mouetur spatium exposuimus, quod non est mobile, sed id, supra quo fit motus, vt intelligenti patet, & ideo has rões ab eis accepimus, quas habet punctũ in spatium.

Sed cum sic quidem sumat quispiam ut ipso uno tanquam duobus utatur, stetur necesse erit, si punctum idem principiũ erit ac finis, ipsum autẽ nunc, quia id quod fertur mouetur aliud est semper. DILVCI.

Sed eum quidem accipiat aliquis tanquam duobus utẽs uno necesse est stare. si principium & finis erit ipsum punctum, sed ipsum nunc, propterea quia mouetur, quod fertur, semper alterum est. ANT.

Comparauit ipsum nunc puncto. Nunc quasi dissimilitudinẽ inter illa colligit, & vult q ipsum nunc nõ possit bis demonstrari, ipsum vero punctum sic, & arguit hoc dicens, sed cũ sic quidem sumat quispiam vt ipso vno tãq duobus vtatur stetur necesse est, si punctum hoc est ipsum nunc idem numero duplici ostensione erit principium & finis. est igitur enthymema, si potest ipsum nunc bis demonstrari, igitur est permanens. destruit consequens dicens, ipsum aũt nunc, quia id quod fertur mouetur, aliud atq; aliud est semper, igitur oppositum antecedenns idem nunc non potest bis demonstrari. Debes scire q id bis demonstratur, quod bina seorsum cõputatione potest ostendi: omnis autem ostensio esse nõ põt minusq per vnum instãs, igr duæ ostẽsiones non põt esse simul, igr inter vnũ & aliũ aliquid necesse est mediare, vtpote tẽpus vel id genus, vbi igitur punctum siue nunc potest bis ostendere idẽ numero, oportet vt non defluat, & ita permanebit.

RECOGNITIONES.

DIfferentia vero, vt inquit Themist. inter punctũ & nunc, est q punctum in magnitudine est permanens, nunc in tempore non, & hoc inquit Aristo. & lege sic clarius, si punctum est principium & finis, vt est, cum quis ipsum accipit vtens vno quasi duobus diuersis designationibus, dubio procul necesse est stare, atq; esse permanens, sed ipsum nunc, cum non possit idem manens bis ostendi, eo quia continuo mouetur id quod fertur, nunq stando in eodem magnitudinis puncto, iure semper alterum atque alterum est, & dixit Arist. cum moueatur, id quod fertur, ad innuendum ipsum mobile esse continuo aliud, atq; aliud, non quidẽ, q sit aliud atq; aliud à se, sed vt Them. inquit, quo ad locum, quia alium atq; alium locum continuo demutat, & vertit, hinc sequitur ipsum nunc non posse esse permanens, alioquin mobile quod cõtinuo mouetur, posset intelligi stare, quod est implicans. Qua Them.

Quare tempus numerus est: non hoc q nunc ipsum ut punctum idem est principium & finis, sed hoc potius q ipsa nũc sese habent ut extrema in eadem linea, atq; non ut partes, ob id profecto quod dictum est, quia uidelicet usus unius puncti tanquam duorum erit, ita ut stetur accidat. DILVC.

Quare tempus numerus est, non sicut ipsius puncti, quia est & principiũ, et finis, sed sicut ultima ipsius lineæ magis, & non sicut partes, propter & id quod dictum est, medio.n. puncto tanquam duobus utimur, ergo quiescere accidit. ANT.

Ex dictis concludit quonam modo tempus esse põt numerus motus, vbi debes scire q tẽpus potest intelligi esse numerus ipsius nunc existentis in motu, hoc mõ q sit numerus acceptionũ ipsius nunc, & hoc mõ non est numerus tẽpus, neq; motus ipsius, neq; ipsius nunc, quia nullum vnũ nunc bis numerari põt, igitur nihil potest esse illius numerus ex acceptione illius resultans. Aut potest intelligi q sit numerus inter ipsa nunc acceptus, ceu linea est inter puncta, & sic tẽpus est numerus partium motus inter nunc ipsa duo clausus, inquit,

Qua Them. et alii expositores.

quit quare tēpus numerus eſt non hoc, ꝙ nunc ipſum vt punctum idem eſt principium & finis, hoc eſt nō poteſt eſſe numerus reſultās ex numeratione ipſius nūc. Sed hoc potius ꝙ ipſa nunc ſeſe hñt, vt extrema in eadem linea, inter quæ tempus clauditur, atq; nō vt partes hoc eſt nō ita vt extrema illa ſint partes temporis, repetit rationem, quare non poteſt ipſum nunc ſumi bis, & inquit, ob id profecto, quod dictum eſt, quia videlicet vſus vnius puncti tanq̃ duorū erit, ita vt ſequatur illa ſtare atq; permanere, quare cum hæc ſint, impoſſibilia, impoſſibile eſt ipſum nunc bis oſtēdi, & ita tempus eſſe non poteſt numerus reſultans ex numeratione ipſius nunc. Sed circa hæc videtur dubitatio per dicta. Them. inquit. n. eſt. n. tempus ſere de momentis conſtitutus conflatusq́; numerus, nā momentū quodāmodo vnitas temporis eſt, & ſicut vnitas repetitione alternationeq́; numerum facit, ita momentum reciprocatione et iteratione tempus, & quemadmodum vnitas q̃q; inſectibilis conſtituit numerum ſectilem, ita momentū quod indiuiſibile eſt, inuehit tempus quod diuiſibile eſt. Cæterū differentia in eo noſcitur ꝙ momenta vnam continentiam pariunt, vnitas diſcretionem molitur. Ex ijs patet ꝙ tempus eſt numerus ipſius nunc, vt numerus eſt ipſius vnitatis. Cuius contrariū dixit Ariſt. Mihi videtur ꝙ Them. loquatur ad imaginationem ipſorum mathematicorum, qui continua componunt ex indiuiſibilibus. Abſolute tñ dici nō poteſt, & ſi melius habes, Dicas tuo modo. Scias tamē ꝙ Auer. reprehendit Them. in hoc, ſed fortaſſe non intellexit ipſum, poteſt. n. Them. habere alium ſenſum ꝙ tēpus vt multum & paucum, eſt numerus inſtantium, vt longum & breue eſt numeratum per illa. *Qua Auer. com. 106.*

RECOGNITIOENS.

QVæritur vtrum tempus ſit numerus ipſorū nunc, Quid Them. & quid Auer. aduerſus Them. dixerit, in cōmentarijs plane patet, nūc vero debes ſcire, ꝙ multū refert dicere tempus eſſe numerum ipſorū nūc, & dicere tempus eſſe numerum partium propter ipſa nunc, non. n. tempus eſſe poteſt numerus ipſorū nunc, vt Them videtur, quia ipſa nunc ſunt infinita, quorum nulla eſſe pōt acceptio numerabilis, poteſt aūt tempus dici numerus partiū motus propter ipſa, nunc, quia nō pōt motus. 10. vel. 12. horarum dici, niſi acceptis ſemper ipſis nūc, vno quidem, vt horæ principio, altero vt horæ fine, & ita in omnibus horis ſemper ſumendo ipſa nunc, quare tp̄s eſt numerus partium motus, motusq́; ipſius propter ipſa nunc, non aūt ipſorum nunc numerus eſt, ſiquis tñ vellet, poſſet defendere Them. & quidem non ab rōne, nam tēpus pōt conſyderari, vt multum atq; paucum, hoc eſt, vt diſcretum, & ita eſt multitudo ex ipſis nūc aggregatis, alio modo vt longum & breue, hoc eſt, vt continuū, & ita eſt magnitudo q̃dam ex partibus copulatis ad vnum terminum cōem, quare licet oīa nunc accipi non poſſint, ſatis eſt tempus, vt diſcretum eſt eorum nunc numerum eſſe, quæ anima accipit in partibus motus, vt terminos illarum.

DILVC. *Adhuc etiam perſpicuum nunc ipſum temporis non eſſe partem, neque diuiſionem partem motur, quemadmodū, neq; pūcta ſunt lineæ partes, ſed duæ lineæ ſemper unius partes, ipſa igitur nunc ut ſunt quidem fines tempus non ſunt, ſed illi accidens, ut uero numerant numerus eſt, uerum ut fines illius ſolum ſunt, cuius ſunt fines, ut autem numerus. & horū æquorum denarius eſt, & aliorum. Tempus igitur numerū* E *eſſe motus per prius & poſterius atq; etiam continuum, cū ſit continui numerus, perſpicuum.*

ANT. *Adhuc etiam manifeſtum ꝙ nulla pars ipſum nunc temporir eſt, neq; diuiſio motur ſicut neque puncta lineæ, ſed lineæ duæ unius partes ſunt, ſecundum igitur ꝙ terminur eſt ipſum nunc, non eſt tempur, ſed accidit tempori, ſecundū uero quòd numeratur, numerus eſt termini. quidem. n. ipſiur ſolum ſunt, cuiur ſunt termini, numerur autem qui eſt horum æquorum decem, & alibi eſt. Quòd quidē igitur tēpur numerus motus ſecundū prius & poſterius ſit, & continuum (cōtinui enim) manifeſtū.*

Secundo concludit ꝙ ipſum nūc non ſit temporis pars, quemadmodum nec puncta lineæ, ſed partes ipſius tp̄is ſunt duo tp̄a, vt duæ lineæ partes ſunt vnius lineæ. Tertio concludit ꝙ ipſum nūc vt eſt finis tp̄is aut F principiū, non eſt tempus, ſed eſt accidens tempori illi, vt vero numerat, hoc modo, vt dictum eſt, quia inter duo nunc temporis clauditur numerus eſt ſubaudi primi tp̄is cœleſtis, eſt tñ hoc diſcerniculum, ꝙ nunc ipſa, quæ tempus cœleſte numerant claudendo ipſum cum conſiderātur vt ſunt fines & termini illius, ſic illius tm̃ ſunt, cuius ſunt fines, & ſic ſunt ſolum temporis cœleſtis, vt aūt numerus, ſic ſunt plurium & cōmune quid oībus temporibus & motibus terrenis, veluti denarius ęquorum ſiue digitorum meorum, vt numerus eſt eſſe pōt, & meorum digitorum, & omnium quę per digitos meos dinumerari poſſunt. Deinde epilogat. Sed dubitare conſueui, quia videtur aliquid vt finis & terminus poſſe eſſe plurium, vt centrum terræ poteſt eſſe vnum oīum linearum finis & terminus, quę ad cœli circunferentiam protrahuntur. Dici pōt ꝙ nullus terminus ſiue finis intrinſecus poteſt eſſe plurium, ſed vnius G tm̃, vt. 10. Meta. cō. 36. 41. & 51. & 2. Cœli cō. 17. extrinſecus aūt vt centrum poteſt eſſe plurium.

RECOGNITIONES.

INtellige ſic ſm corollarium, ꝙ ipſa nunc, quorum aggregatio eſt tempus, ſaltem vt diſcretum quippiā, bifariam cōſiderari poſſunt, vno modo, vt fines, & ſic eius motus ſunt, cuius ſunt fines, & quia, vt ſic principaliter ſunt fines cœleſtis motus, ideo illius ſunt principaliter, & primo, ſi vt fines conſiderentur, alio modo, vt numerus ſunt, & ſic ſunt oīum motuum, quia vnus numerus poteſt eſſe infinitorū lege, & quod ſcribitur ſingulariter, intellige pluraliter, inquit, ſm igitur ꝙ ipſum nunc, i. ipſa nunc termini & fines ſunt, non ſunt tēpus, ſed accidunt tempori eo modo quo finis eſt in eo, cuius eſt finis, & ſic ſunt in cœleſti motu, qui eſt principaliter & per ſe primo temporis. Secundū vero ꝙ ipſa H nunc numerus ſunt, & numerant, quod eſt dicere, quatenus ex ipſis reſultat numerus ille, qui eſt tp̄is, eſt numerus & multorum, imo omnium motuū, reddit cauſam huius diſtinctionis, & inquit, termini quidem. n. ipſius ſolum ſunt, cuius ſunt termini, & ſic ipſa nunc ſunt per ſe primo & principaliter cœleſtis motus, quatenus vero ſunt numerus, & tempus, ſic ſunt oīum motuum veluti numerus denarius æquorū eſt æquorū & aliorum, hoc pacto verba legas.

Minimur uero numerur, qui ſimpliciter eſt dualitas eſt, qui uero numerus eſt quidā, partim eſt, partim nō eſt, ut lineæ multitudine minimus quidē numerur eſt duæ, aut una, magnitudine aūt non eſt minimus, nā linea oīs ſemper diuiditur. Quare ſimiliter et tempus quippe, numero nanque minimum unum, aut duo, magnitudine autem non eſt. DILVCI.

Minimus

ANT. *Minimus autẽ numerus, qui quidem simpliciter est, dua- litas est, qui autem numerus est, est quidem sic, est autem ut non est. Vt lineæ minimus, numerus, multitudine quidẽ duæ, aut una est, magnitudine autẽ non est minimus, semper enim diuiditur omnis linea. Quare similiter & tempus. Minimũ enim secundum numerum quidem est unum, aut duo, secundum magnitudinem uero non est.*

De ratione bonarum definitionum est (vt dicebat) vt per ipsam reddi posit causa omniũ eorum quæ de re dicuntur. Arist. igitur nunc causam ex dicta definitione enititur asignare, & primo vtrum tempus posit esse minimum. videtur enim ꝙ sic, nam cum numeri sectio extrahi non posit in infinitum, sed quidem minimus habetur vt duitas, quamobrem non potest tẽpus esse minimum. Respondet ꝙ duplex est numerus, alter qui ex vnitatibus constat, & hoc minimus esse potest vt duitas. Alter qui non ex vnitatibus, sed ex rebus siue diuisione continui vt eqnis, canibus, lineis, nã & quinq; lineas & quinque triangula dicere numeri solemus, & tales numeri si de multitudine quæris minimum habent, nam duæ lineæ & duo equi minimum sunt. Si vero magnitudinem species non habent, nam quæq; res tales in infinitum sectabilis est, eodem modo præfiniti certiq; temporis, verbi causa, duarum horarum In eo ꝙ continuum est afferri breuisimum aut minimum aliquid nequit, quia in eo respectu non est numerabile, in eo vero quod definitur, & quodam modo differitur momentis priori, posterioriq; hactenus & numerari potest & minimum haberi, & ita spectata multitudine minimum habet, spectata magnitudine, ex cuius diuisione multitudo colligitur, minimum habere nequit. Dubitabit fortasse contra hæc an tempus detur maximum, & videtur ꝙ sic, nam. 2. huius. cõ. 69. in continuo datur maximum & non minimum, in discreto datur minimum & non maximum. Secũdo videtur ꝙ detur minimum secundum magnitudinem, quia datur motus velocisimus secundum Auer. & Arist. 2. cœli. & in. 6. huius. cõm. 15. datur & motus tardisimus, igitur maximum & minimum tempus. Tertio videtur ꝙ non detur minimum ſm multitudinem, nam multitudo causatur ex diuisione cõtinui. Diuisio cõtinui proficiscitur in infinitum ſm minorationẽ, igitur & numerus. Ad hæc dici potest fortasse, ꝙ in continuo datur maximum, quando continuum est permanens requirens nouam materiam, aut illius extẽsionem, at de continuo successiuo, quod nullam materiam requirit præter priorem, vt motus cœli & tempus, potest in infinitum protendi. Ad secundum vno modo dici potest, ꝙ bene datur minimũ tempus respectu determinati motus, quia non potest aliquod mobile pertransire tantundem spatij, quãtum est illud cœli in minori tempore illo, & ita illud est minimum generis aut speciei, non autem minimum transcendenter, quia tẽpus illud est, verbi causa. 24. horarum, modo hoc tẽpore potest dari minus, quo aliquod mobile pertransire põt aliquod spatium, & si non tantum, tamen aliquãtum. Vlterius dici potest ꝙ datur velocisimum & tardisimum ſm naturalem considerationem, non autem secundũ mathematicam imaginationem, vt nunc Arist. loquitur. Ad tertium vno modo dici potest, ꝙ ex diuisione continui numerus non decrescit, sed increscit ac augetur, & ita argumentum concludit oppositum: Alio modo dici potest ꝙ continuum vt multum & paucum non est diuisibile in infinitum, vt magnum vero & paruum

Dubitatio. Vide Gratiad. sen. loc. 19. nouus. s Iandu. q. 18 ...

A est diuisibile in infinitum, & sic concedo tempus vt paucum & multum adipisci minimum, vt magnum & paucum non.

RECOGNITIONES.

Textus hic bene in commentarijs exponitur, nam vt rectum ibidem dictum est, Arist. declarat quomodo temporis detur minimum, verum antequã hoc declaret, primo exponit quomodo in numeris detur minimum, & vt placet Themistio, numerus potest dupliciter cõsiderari, simpliciter, hoc est, vt simpliciter discreta quantitas est, & quidem nullis rebus applicata, & vt est applicata rebus, qui vt sic, dicitur numerus quidam, primo numero ex vnitatibus constat non applicatis. s. rebus, & huius numeri minimus asignatur. s. dualitas, qua nullus numerus est minor, sin autem numerus accipitur, vt constat vnitatibus applicatis rebus B aut equis scilicet aut canibus, aut lineis, sic talis numerus est partim cõtinuus, partim discretus, & propterea vt Themist. inquit, si talis numerus consideretur, quo ad multitudinem, & vt discretus est, habet minimum, scilicet duos equos, si quo ad magnitudinem non habet minimum, cum tales res in infinitũ diuisibiles sint secundum magnitudiem, & ita patet numerum simpliciter sine distinctione habere minimum, numerum applicatum, qui numerus quidam dicitur, & numerus numeratus, sine distinctione non habet minimum, sed cum distinctione, eo quia vno modo habet, alio modo non habet, inquit, minimus autem numerus, qui quidem simpliciter est scilicet qui constat vnitatibus simpliciter rebus nõ applicatis, dualitas est, qua nullus minor numerus est, qui vero numerus est scilicet quidã, & applicatus, & numeratus, est quidem sic minimus, C est autem, vt non est minimus, quasi dicat vno modo est minimus, alio modo non est minimus, vt numerus lineæ applicatus minimus numerus multitudine quidem duæ, aut vna est, magnitudine autem non est minimus, semper enim diuiditur omnis linea, ergo numerus applicatus rebus non est aliquis minimus, nisi præmissa distinctione, numerus simpliciter est aliquis minimus nulla præmissa distinctione, hæc secundum Themist. à quibus Auer. non recedit, licet complura verba habeat inutilia, hac suppositione stante quasi maiore. Auer. vult accipiendam esse minorem hoc pacto, sed tempus est numerus quidam, applicatus motui, & non simpliciter, sed numeratus, vt superius dictum est, ergo vno modo tempus erit minimum. Alio modo nõ erit, erit quidem quo ad eius multitudinem, non erit vero quo ad eius magnitudinem, inquit, quare similiter & D tempus, quia scilicet tempus est numerus applicatus motui, immo est ipse motus, cui applicatur numerus, & reddit causam, & inquit, minimum enim est secundum numerum quidem duo aut vnum, motus enim quatenus applicatur ipsi numerus minimus est, duo aut vnus, secundum vero magnitudinem non est, quia motus, vt contrarium, diuisibile est in infinitum, hæc sunt quæ secundum Themist. & Auer. Arist. asserit de ipso tempore. Sed quæres, vtrũ tempus detur maximum? Quidam dicunt ꝙ sic, nam tempus, vt discreta quantitas est, est minimum, vt continua est maximum, discreti. n. minimum asignatur. continui vero maximũ. Sed rectius in commentarijs diximus. n. temporis nulla ratione maximum dari, vt discreta quantitas est, nõ, quia vt sic non est dare maximum, vt continuũ, licet vt permanẽs habeât maximũ, vt successiuũ non habet. Quæ-

res vlterius vtrū motus cœli possit dici minimū tempus, & dici potest, ꝙ proportione composita dici potest minimum, non enim dati potest minus, quo peragretur tantum spatium, quantum sol. 24. horis peragrat, simplici vero proportione dari pōt minor, quia motus tortucæ horarius est minor. 24. horis.

DILV C. *Perspicuum quoq; etiam est cur uelox quidem, & tardū non dicitur, multum & paucum, et lōgum & breue dicitur, quo n: que continuum est, hoc longum & breue, quo uero numerus est, illo multum ac paucum dicitur, uelox autem ac tardum non est. quippe cum neq; numerus quo numeramus, uelox ullus sit aut tardus.*

ANT. *Manifestū est autem iam & propter quid uelox quidem, & tardum non dicitur, sed multum, & paucum, & breue, et longum, secundum enim q continuum est, longum & breue est, secundum autem q, numerus, multum & paucū, uelox autem & tardum non est, non enim numerus, quo numeramus, uelox & tardus est.*

Verificat alia quæsita cur multum & paruum longū & breue dicaꝰ, & respōdet ꝙ habet cōditionē vtriusq; quantitatis, tum continue, tum discretæ, nā qua ratione continuū est, diciꝰ longum & breue, qua distinguiꝰ numeraturq; in hoc numerus dicitur multus, & paucus, nō tñ velox aut tardū proprie dixeris tēpus, quando vllus quoq; numerus aut tardus aut velox habetur.

Quæ Auer. com. 109. Auer. parte illa, & quæret aliquis mouet quæstionē nam per dicta Arist. tempus est, tum continuum, tum discretum, ideo quæret quis cur per discretum definitum est cum dicitur esse numerum, & non per continuum. Ad hanc respondet, & dicit primo ꝙ extra animam nō est nisi mobile, & motus, quod quidam intelligunt quo ad partes permanentes, habet enim mobile partes permanētes omnes simul. Motus quoq; cum quantus sit extensione mobilis, etiam partes habet permanentes, quo vero ad partes quas habet à spatio, motus non est extra animam. Sed hæc expositio non placet. quia simili quantitate partium tempus ipsum dici potest permanens. Melius igitur dico ꝙ mobile & motus sunt extra animam, quia completum esse non habent ab anima, cum mobile sit substantia, motus sit actio mobilis. Dicit secundo, ꝙ tempus non fit nisi quando mens diuidit motū in prius & posterius, & hęc est intentio sine ratio collecta in motu. s. motum esse numeratum. Hoc intelligi potest ꝙ tempus non habet esse completum nisi mens consideret partes motus, vel ꝙ non efficitur actu numerus sine mētis operatione. Ex ijs sequitur solutio ad formam quæstionis, quia tempus habet aliquid formale, & aliquid materiale, formale est numerus, qui extra animam proficiscitur, materiale est motus continuus, cuius ratio est, quia nō est numerus simpliciter vt binarius aut id genus, sed numerus motus, & ita continuatio sibi debetur merito materiæ, hoc est motus, discretio vero merito formæ. Tunc dici potest ad formam ꝙ tēpus est definitum p vtrūq; per numerum & per cōtinuum, diciꝰ. n. numerus motus, vbi patet in illa definitione esse vtrūq;, formā in recto, & materiam in obliquo, quia accidentia in abstracto definiuntur per materiam in obliquo, & per formā in recto, vt simmitas est cauitas nasi. Ex ijs quasi concludit quarto, ꝙ tempus est compositum ex quantitatibus discreta, & cōtinua, & tu non intelligas hac compositione constitutiua vt animal cōstituitur ex anima

E & corpore, sed compositione participatiua, quia participat vtriusq; conditionis, infert quoq; vltimo ꝙ talis compositio accidit ipsis magnitudinibus, quotiens diuiduntur & numerantur, habent enim tunc vtriusq; conditionis quicquā, & de his in. 10. Euclidis. Sed quæritur, vtrum tēpus sit ab anima, & videtur ꝙ non, quia tempus est passio motus, igitur nō est ab anima. secundo tempus est motus cœli, igitur nō ab aīa, tertio omnibus dormientibus est tempus, igitur non ab anima. Ad quæstionem Auer. Respondet vt vides ꝙ tempus est ab aīa, pro cuius positione debes scire ꝙ apud ipsum numerus nō solum cōnotat numerabilitatem, sed actualem numerationem, quo fit vt si non esset numerans actu, nō est numerus, vnde dato ꝙ huic essent centum homines, quos nemo dinumeraret, hi non numerus, actu essent, sed potestate tantum. Ex hoc sequitur,

F ꝙ cum tempus sit numerus, vltra motum notat numerationem actualem, quia quāuis res quæ est motus sit tempus, non tamen motus dicetur tempus, nisi quia actu numeratur pars post partem. Tunc patet ꝙ si nulla esset anima numerans motus cœli non esset tempus, neq; tēpus aliquod esset, licet sorticolæ cōcedant tempus esse, quando non est tempus. Tunc ad quæstionē patet, ꝙ tempus quo ad eius significatum non dependet ab anima, bene tamen quo ad eius connotatum, quod est actualis animę numeratio. Tunc verificatur quod dicit Auer. ꝙ tempus habet duo formale & materiale, & ꝙ quo ad materiale non dependet ab anima, quo vero ad formale, bene, intendit enim per formale connotatum, per materiale significatum. Communis autem positio tenet, ꝙ numerus vt numerus non actualem connotet numerationem, sed aptitudinalem siue

G potentialem, licet. n. idem sit numerus quod res numeratæ, addit tamen aptitudinalem numerationem quæ dicitur numerabilitas. Et tūc iuxta hoc extra animam. 20. homines sunt actu numerus, quia licet actu non sit numerati, possunt numerari. Qua ratione sit vt tempus à motu sola additione numerabilitatis differat, nā tempus est motus superaddens numerabilitatem. qua numerare possumus omnes res successiuas. Tunc patet ꝙ nulla existente, & actu numerante, adhuc tempus esse potest & actu est, cum non requiratur actualis numeratio, sed numerabilitas ad rationem temporis. Tunc ad quæstionem dicerent, ꝙ tempus extra animā est omnino, quia quo ad materiale, & quo ad formale, vel (vt sorticolæ aiunt) quo ad significatum & connotatum. Tūc ad rationes patet solutio, est enim tempus passio motus apud secundam rationem connotati, &

H rationem primæ positionis, non autem simpliciter. Ad aliam patet solutio similiter per solutionē quæstionis. Ex ijs sequitur ꝙ iuxta positionem Auer. tēpus est numerus actu numeratus ab anima ſm prius & posterius, iuxta positionem secundam tempus est motus numerabilis per prius & posterius. Scias tamē ꝙ secunda positio est magis conueniens dictis Aristo. & vsui hominum, nam plures putant tempus esse rem extra animam, & quo ad significatum & cōnotatum, itemq; & quo ad formale & materiale.

Quo de ... te tempus ...

Solutio.

Vide & ... q. 5 ... 2. Et ... 27 ... Alb. de ... q. 16. ...

Secunda p...

Quid de po... tione dicēd...

RECOGNITIONES.

QVæres cur tempus non potest dici velox & tardum, Auer. & Themist. & omnes respondent tempus posse dici lōgum & breue, multum & paucū. longum & breue, quo tempus continuum est, quo vero

vero discretum, multum & paucum, cur vero non velox aut tardum, Arist. ait, quia numerus non dicit hoc pacto, & Auer. addit subiectum, quod non potest disponi altero contrariorum, nõ potest denominari aliquo illorum. Sed reuera res est ambigua ante & post, adhuc enim quaeret aliquis, cur tempus nullo illorũ disponi potest, propterea recurre ad ea, quae superius dixit, ꝙ ideo tempus non potest dici velox, aut tardum, quia velox & tardum affectiones sunt eius, quod mouetur, vt ex definitione eorum patet, dicimus enim velox esse, quod aequali tempore maius vel minori aequale pertransitur. Tardum vero quod aequali minus, vel maiori tempore aequale peragratur, praeterea si tempus diceretur velox, aut tardum, tunc idem poneretur in definitione sui.

DILVCI. *Est autem idem ubiq; simul, prius autem posteriusúe non idem, quoniam mutatio praesens quidem est una, facta uero atq; futura est alia. Tempus praeterea numerus est, non quo numeramus, sed qui numeratur. Sed hoc etiam euadit aliud semper prius atq; posterius, ua m ipsa nunc alia sunt, est autem numerus unus idemq; equorum centum, & centum hominum, sed ea quorum numerus est equi, uidelicet & homines diuersa sunt.*

ANT. *Et idem autem ubiq; simul est, prius autem & posterius non idem, quia & mutatio praesens quidem una est, facta autem & futura altera. Tempus etiam numerus est, non quo numeramus, sed qui numeratur, hic autem accidit secundum prius & posterius semper alter, ipsa enim nunc altera sunt, est autem numerus unus quidem, & idem, qui est centum equorum, & qui est centum hominum, quorum autem numerus est, altera sunt, ut equi ab hominibus.*

Declarat quonam modo tempus idem sit, quo vero non idem, & inquit, est autem idem vbiq; simul, prius autem posteriusúe non idem. Hoc declarat per argumentum sumptũ à mutatione, & inquit, qm̃ mutatio praesens quidem est vna, facta vero atq; futura nõ vna sed alia. Secundo, ꝙ tempus sit secũdum partes aliud atq; aliud, probat dicens, tẽpus praeterea numerus est, non quo numeramus, sed qui numeratur. Haec est vt minor. Deinde ponit maiorẽ, sed hoc euadit aliud semper prius atq; posterius, nam ipsa nunc alia sunt atque alia, igitur tempus est aliud, atq; aliud, est igitur syllogismus, numerus qui numeratur est alius vt aliae atque aliae sunt res numeratae. Tempus est numerus qui numeratur, igitur est aliud atq; aliud pro ratione motus numerati, declarat quare numerus numeratus ẽ alius, & non numerus quo numeramus, & inquit, est autem numerus vnus idemq; equorum centum, & centũ hominum sumendo numerum pro numero quo, sed ea quorũ numerus est, hic est nũmerus numeratus, equi videlicet, & homines diuersa sunt. Sed circa haec sunt dubitationes, prima, quia plures sunt motus simul, sed motus est tẽpus alterius motus, igitur plura sunt tempora. Secundo primum tempus est consequens primũ motum, igitur est accidens diuisibile secundum diuisionem primi motus, cum igitur primus motus diuidatur in partem orientalem, & in partem occidentalem, sequitur primum tempus consimiliter diuidi. Vt igitur toti primo motui correspondet propria duratio, quae est primum tempus, ita medietati orientali correspondet propria duratio distincta à propria duratione correspondente medietati occidentali, & toto tẽpore primo, & illarum quaelibet est tempus primum, quia per quamlibet illarum poterimus omnes particulares motus mensurare, igitur plura tempora simul prima. Ad haec dici potest ꝙ plura esse tempora insimul potest intelligi de temporibus vulgaribus, & quasi secundis, & potest intelligi de temporibus primis, loquendo de temporibus vulgaribus, plura sunt tempora simul, quoniam apud vulgares motus sunt tempora, & sic motus horologij Suessae, erit tempus vulgare Suessae, Motus horologij siue alterius rei Neapoli est tempus vulgare Neapoli, sed haec sunt simul, quia copulata ad idẽ nunc primum, igitur plura possunt esse & sunt tempora simul hoc modo. Loquendo autem de tempore primo, quod est primus motus, tunc dico ꝙ non sunt plura tempora simul in actu prima, quorum vnum sit totaliter seorsum ab alio, quoniam omnes res quę sunt hodie in mundo sunt simul, quia omnes vno tempore primo sunt, cuius temporis primi praesens est solum vnum nunc, & hoc sonat verbum Arist. ꝙ est idem & vbiq; simul, hoc est, quia est vnum quod est vbiq; per coexistentiam, quoniam coexistit cum omnibus, vt dicimus ꝙ ventus est in villa mea mecum hoc est coexistit mecum, dum existo in villa, sic igitur vnũ est tempus primum omnibus coexistens, quando accipitur in actu, cum tũc nullum aliud ab ipso sit. Est tamen continuo aliud atq; aliud, vt enim ipsum nunc cõtinuo est aliud atq; aliud, ita tempus est aliud atq; aliud, nã tempus non est in actu, nisi per suum nunc. Pro solutione ad rationes debes scire, quot motus habet duplicem diuisionem alterã à mobilibus, qua motus dicitur magnus paruus, altus, longus, & id genus, & haec diuisio potius est extensio. Aliam à diuisione spatij, quae dicitur successio, primae diuisionis partes sunt simul, vt etiam ipsius mobilis partes, secundae diuisionis partes nõ sunt simul, sed solum momentum. Vlterius accipio ꝙ motus non est subiectum temporis, vt est motus ipse diuisibilis diuisione mobilis, sed vt est diuisibilis à spatio, nã vt sic mensuratur tempore. Tunc ad primam patet solutio per quaestionis declarationem. Ad secundam dici potest ꝙ tẽpus est accidens ipsius motus, non vt motus diuiditur extensiue, sed vt diuiditur diuisione accepta à spatio, & ita non oportet tempus ipsum extendi ꝑ totũ mobile, & ꝑ consequens in parte motus coextensa orientali plagae, nõ est aliud tẽpus q̃ occiduae, cũ tempus insit motus, non vt extensus est, sed vt successiuus.

An tempus sit vnũ numero apud omnes temporalia. Vide Iand. q. 28 huius.

Auer. vero in praesenti commento circa principium reddit causam, quare istud tempus praesens, pro tunc cum est praesens, nõ est nisi vnum vbiq;, & vult hoc esse ratione ipsius nunc, per quod tempus actu esse dicitur, quod nunc cum non multiplicetur per multiplicationem motorum, aut motuum, cum sit mensura, siue numerus eorum, quo videlicet illa sunt nunc praesentialiter, facit tempus omnium esse vnum pro tunc, cũ est praesens. Sic igitur omnis causa cur tẽpus praesens, tum cum praesens est, sit vnum numero, est qm̃ ipsum nunc est vnum numero, quo ipsum tempus habet esse praesens. Causa vero quare ipsum nunc est vnum est, quia est mensura, qua omnes res sunt simul, mensura autem potest esse vna numero plurium, vt declaratum est iure praesens tempus pro tunc, cum est praesens, nõ est nisi vnũ. Secundo etiam Auer. declarat differentiam inter numerum simpliciter, & numerum applicatũ, & vult ꝙ licet prius & posterius subiecto sint idem, quia accidunt eidem mobili numero, quod est nunc, & ab aeterno, vt musicum & aedificans, quia accidunt corisco,

Que Auer. com. 130. Primum.

Secundum.

risco, tamen esse & definitione continue tempus est aliud, atq; aliud, quatenus motus est alius atq; alius, at numerus simpliciter vt numerus digitorũ meorum, vt abstrahit à digitis meis, est idẽ numero, numero equorum præteritorũ, & futurorum & præsentiũ, nec subiecto, nec definitione differens. Tertio, circa finem recolligit quæ Arist. dixit, & sunt duo, primum q numerus simpliciter nõ multiplicatur ad multiplicationem subiectorum, hoc est numeratorum, non enim sumũt subiectũ pro subiecto inhærentis, sed pro mensurabili. Modo vna mensura numero potest esse infinitorum præsentium, præteritorum & futurorum, secũdum q numerata penitus multiplicantur. Ex his cõcludit tertium, q tempus multiplicetur & sit vnũ. quatenus quidem est res numerabilis, multiplicatur sm prius & posterius. quatenus vero est numerus eorũ quæ sunt hic, remanet vnũ numero. Sequitur quarto q tẽpus prius & tempus posterius non multiplicantur, nam tempus præteritum est vnũ numero omnibus præteritis, vt illorum præterita mensura, & futurum similiter, velut etiam de ipso nunc dictum est, q nõ multiplicatur pro tunc cum est. Huius causam reddit, quia prius & posterius sunt subiectiue in motu, qui continet omnia saltẽ coexistitiue, ideo verificatur omnia esse in tempore, quia sunt in sphæra mundi, siue in motu sphæræ, & sic potest positio antiquorum colorari.

RECOGNITIONES.

HIc soluit quæstionem an tempus sit vnum, & The. breuibus resumit solis Arist. q si tempus numeretur secundum prius & posterius, necesse est, vt prius & posterius diuersa tempora sint, si numeretur absolute vnum est numero omnium, quia absolute tẽpora non sint simul multa, est ergo tempus vnum absolute, quia non simul plura, nam omnium temporibus, quæ simul sunt, vnum est nunc, in quo absolute simul esse dicuntur. Sũt plura si tempus referatur ad prius posteriusúe, rationes autẽ in textu bene exponunt in cõmentarijs.

DILVC. *Præterea ut motus idem atq; unus iterum ac iterum esse potest, sic & tempus esse idem unumq; contingit, ueluti hyems aut uer, aut autumnus.*

ANT. *Amplius ut motum contingit esse eundem, & unum iterum & iterum, sic et tempus contingit, ut hyemem, aut uer, aut autumnum.*

Sunt qui hoc in Platonem retulisse Aristo. autumãt, Plato enim tempus idem numero redire sentit, cũ sphæra mundi annum complebit magnum, videlicet resolutione. 36. millibus, aut. 48. millibus an no. elapsa, tũc n. & tempus, & motus, & res eadem numero redire sentit, contra Arist. ait tempus non redire idem numero, sed specie, velut redit eadem æstas, non quidem numero, sed specie, idem autumnus. aut ver, aut hiems. Verũ an in Platonem, & si in Platonẽ retulit, quid dicendũ, alibi in nostris astronomicis diximus.

DILV. *At uero non solum tempore motum, sed etiam tempus motu metimur, propterea quia mutuo determinantur, nam tempus quidem motum determinat cum sit ipsius numerus. Motus autem tempus, quoniam multum uel paucum dicimus tempus motu metientes, perinde ut numerum re numerabili numeramus, ceu uno equo, numerum ipsum equorum. Etenim numero quidem multitudinem equorum cognoscimus. Vno autem equo numerum ipsum equorum rursus cognoscimus simili ratione, & in tempore & in motu. Vno enim tempore motum, motu autem tempus metimur.*

E *Non solum autem motum tempore metimur, sed & motu tempus, propterea quia determinantur ad inuicem, tempus quidem enim determinat motum, cum sit numerus ipsius, motus autem tempus. Et dicimus multum aut paucum tempus motu mensurantes, sicut & numerabilibus numerum, numero enim equorum multitudinem cognoscimus. Iterum autem uno equorum, numerum ipsum. Similiter autem, & in tempore & in motu, tempore quidem enim motum, motu autem tempus mensuramus.* ANT.

Quinto quo se habeant modo quo ad commensurationem aut q mutuo sese mensurant. Tempus quidẽ motum, quia est illius numerus, motus autem tempus, quia multum vel paucum dicimus tempus motu metientes, vt villici & naucleri faciunt, qui suis operationibus tempus coniecturant huius rei exemplum est, q F nonnũquam numerũ re numerabili metimur, ceu per vnum equum per replicationem metimur numerum equorum denarium, numerus autem ille est quo multitudinem equorum cognoscimus. Vno autem equo per replicationem numerum vniuersum colligimus. An etiam vnũ temporalũ vnũ tempus. Vide can. q. 1. artic. 1.

Auerro. vero dicit, q per tempus cognoscere motũ est per se, econtra vero est per accidens, & in fine commenti habetur quasi causa, nam vt numerus per se numerat numerata, per accidens autem ab illis numerantur. Tum si contingit illa esse notiora. Tum si in numeratione error eueniat, quem repetitione rerum numeratarum corrigimus, si tempus nonnunquam per motum metimur, quia potest motus esse notior, tempus vero per se motum, cum vt in pluribus, sit notius. Quæ Auer. com. 111.

RECOGNITIONES.

G SEcundum Themi. & Auer. hic textus diuiditur in duas partes, secunda ibi, & dicimus multum, ponitur ratio eius, quod præmittitur in prima parte, in prima enim parte præmittit talem conclusionem, motus & tempus mutuo sese determinant, atque mensurant, & hoc inquit, non solum autem motum tempore metimur, sed & motu tẽpus, propterea quia determinantur ad inuicem, hoc est, quia alterum alterum determinat, licet non eodem modo, nam tempus per se motũ determinat, cum sit illius numerus, motus autem tempus per accidens, cum sit illius numeratum, hæc tota est conclusio, & conclusionis expositio, nec rationem tetigit vt quidam autumant, sed solum conclusionem exposuit, vt Themis. & Auer. exponunt, cum enim dixit tempus, & motum sese metiri, exponit ea non sese metiri eodem modo, sed tempus motum per se, quia illius numerus est, contra vero per accidens, quia mo-H tus est res tempore numerata, exposita vero cõclusionem, ibi, & dicimus multum, probat illam: hoc modo expositio pulchra est. pro intellectu exempli. debes scire Themist. intelligere nos denarium numerum aliquãdo cognoscere equorum multitudinem, nã quemadmodum ex denario decem equos intelligo, ita contra ex equis decem denarium numerum apprehendo non enim vt inquit, posset denarius vnquam intelligi nisi aut vnicuiq; equo propria vnitas accommodaretur, aut equus vnus decies premeretur, & tũc lege sic, numero. n. equorũ idest decẽ ipsis equis enumeratis, multitudinem id est numerũ denarium cognoscimus, iterum autem vno equorum, s. decies replicato numerum ipsum denariũ, & sic sm Them. dupliciter apprehẽdit denarius ipsis equis numeratis aut vnicuiq; equo

propriam

propriam vnitatem attribuẽdo: aut vnum equum decies replicando. Ego vero facilius expono exemplum, numeratis rebus aliquãdo intelligimus numerum per accidens, quatenus quibusdam numeratis accidit numerare alia numerata, quorum est idem numerus, vt decem equis cognoscimus multitudinem.s.militũ, dicimus.n.hos decem esse milites, quia decem equi sunt, & sic decem equi mensurant propriæ decem milites, ꝑ accidens vero denarium numerum, qui valet accidit militibus, decẽ vero equos, scimus vno decies replicato, inquit, numero enim equorum militum, vel aliarũ rerum, quas deferũt equi, multitudinẽ cognoscimus, & sic decẽ equis cognoscimus decem pódera ꝑ equos lata, & ita denariũ numerum per accñs, quatenus accidit ponderibus illis. Sed dices equos esse decẽ, qũo scimus, quasi respondens inquit, iterũ aũt vno equorum, supple replicato decies, cognoscimus hos esse decem equos. Quare vno equo decies replicato.x.equos cognoscimus, & decem equis iterum.x.milites, & ita ipsis numeratis denarium per accidens deprehendimus. Debes scire eadem scientia sciri subiectũ & accidẽs illius, sicut eadem visione videtur visibile, & sapor illi cõiunctus, cũ igitur denarius numerus accidat militibus, ergo eadẽ scientia scimus denairum, qua & metimur milites, sed metimur milites decẽ equis, ergo decẽ equis metimur denarium, hæc expositio videt̃ mihi satis facilis. *Alia expõ.* Animaduerte primam partem textus aliter posse intelligi, ꝗ̃ dictũ sit, videtur.n. Arist ponere conclusionem duarum partium, inquit, non solum aũt tempore metimur, sed & motu tempus, hæc est conclusio, has duas partes simul probat, & inquit, propterea quia determinãtur ad inuicem. & exponit quo, & inquit, tempus quidem enim determinat motum, & hãc probat, cum inquit, cum sit numerus ipsius, deinde tangit secundam partem, & inquit, motus autem determinat tempus, deinde ibi, & dicimus multum, hic probat secundam partem, s. ꝙ motu tempus mẽsuretur, & hæc probatio est auctoritate eorum, qui loquuntur de his, & per consuetudinem loquendi in talibus. Sic igitur patet conclusionem esse bipartitam, cuius prima pars breuibus probatur prima parte. Secunda vero ibi probatur & dicimus multum. Hæc expositio quo ad intentionem textus satis conuenit.

DILVCI. *Et id non sine ratione euenit, sequitur enim magnitudinem motus, & motum tempus, quatenus & quanta, & continua et diuidua sunt, quia nãq; magnitudo ipsa talis est, motus ijs afficitur, & ob motũ tempus tale est, atq; metimur et magnitudinem motu, motum quoq; ipsa magnitudine. Multam enim uiam esse dicimus, quia profectio multa est. Multam & profectionem, quia est, & uia multa, igitur tempus, si motus, & motum si tempus.*

ANT. *Et hoc rationabiliter accidit, imitatur enim magnitudinẽ motus, motum autem tempus in eo, quod & quantitates, & cõtinue, & discretæ sunt, propterea.n. quia magnitudo quidem est talis motus, hæc sustinet, propter autem motum, & tempus, & mensuramus etiam magnitudinem motu, & motum magnitudine. Multam enim dicimus esse uiam, si processus multus est, & hunc, multum, si uia multa est, & tempus, si motus, & motum, si tempus.*

Persuadet rem illam hac ratione, quia motus se habet ad magnitudinem vt tempus ad motum, nam motus quantitatem continuationem, & diuisionem è magnitudine nãciscitur. Tempus quoq; hæc eadem à mo-

A tu ipso. Sed magnitudo motu & motus magnitudine mensurantur, quia dicimus viam multam, quia profectio multa existit. Contra autem profectionem profitemur multam, quia via est talis, igitur tempus motu, motus quoq; tempore mensurabuntur.

Auer. in præsenti commento explanat, quot motus è magnitudine nanciscitur, quotq; & tempus è motu, & sunt tria, genus videlicet, & duas differentias, nanciscitur, enim motus à magnitudine quãtitatem, quia est genus. Motus enim reponitur in genere quantitatis ob magnitudinem ipsam. Discretionem quoq; & continuationem. Continuationem quidem quo partes habet ad cõem finem adiunctas, discretionem vero quo replicatione reciprocationeq; numerari põt ꝑ ipsam magnitudinem. Hæc tria non aliter tempus suppeditat à motu. Secundo vltra textum Auer. bonam aliam *Qua Auer. com. 104. An tempus sit per se quantitas continua. Vide can. q. 3. huius.ar. 3.*

B causam reddit cur motus nõnunquam tẽpus metitur, & ait esse illud pro tanto, quia subiectum mensura est accidentis interdum, maxime cum subiectum notius extiterit accidente. Motus autem ipsius temporis, & vt subiectum, & vt materia existit, iure potest motus tempus ipsum interdum mensurare. Modum vero mensurandi talem tradit, ꝙ quia tempus est motiui coextensum, motus quoq; coextensus erit, & tempori, cum igitur extensio temporis ex parte motus proficiscetur, illa sane erit temporis mensuratio, proficiscetur autem quotiens motus extensio nobis notior erit. Contra autem quotiens extensio motus à tempore exoritur, atq; cognoscitur. Verũ inter hæc differentiã esse asserit, nam tempus per se frequentius, atq; peculiarius motum metimur. Motus per accidens, raro, & quasi violẽter tempus ipsum. nam tempus numerus est, motus numerabile. Demum in fine cõmenti concludit ex ijs causam

C potiorem differentiæ temporis à motu, & vult ꝙ substantia, siue definitio temporis cõsistit in mensuratione motus, eo quia definitur per numerũ motus, at definitio & substantia motus non datur per numerationẽ magnitudinis.

RECOGNITIONES.

Assignauit rationem acceptam ab vsu loquẽtium, & probauit motu mensurari tempus, nunc assignat rationem naturalem acceptam ab ipsa rerum natura, & quæ dicit, ex commentarijs patent. Auer. calce commenti soluit quæstionem non leuem, posset enim quis dicere, cum ita motus se habeat ad magnitudinẽ sicut tempus ad motum, (nam motus habet tria à magnitudine, & tempus tria à motu) cur motus non describitur per numerum magnitudinis, sicut tempus per

D numerum motus? Respondet Auer. quia substãtia motus non consistit in mensuratione spatij, & substantia temporis est in mensuratione motus. hæc Auer. sed petit id, quod in principio quæritur, nã quæro quam ob causam substantia tẽporis est in mensuratione motus, & non substantia motus in mensuratione spatij, cũ motus se habeat eodem modo ad spatium vt tempus ad motũ, propterea suppleas his quæ Auer. ait, quod ideo substantia temporis est in mensuratione motus, quia est illius accidens, at motus non est accidẽs spatio, hac enim ratione fit, vt tempus numerus sit motus, non autem motus spatij.

Cum aũt semper mensura sit motus, atq; ipsius moueri. (Mẽsurat autem hac ratione motum, quia illius partem aliquam metitur, quæ uniuersum reddit, ceu lõgitudinem bra- DILVCI.

chium, quia magnitudinis quid metitur, quod quidem uniuersum reddit.) Erit itaq; ipsum motum esse in tempore. Et ipsum & ipsius esse tempore mensurari. Nam simul & motũ & esse motus metitur, estq; hoc in tempore esse, ipsum eius esse tempore mensurari.

ANT. *Quoniam autem tempus est metrum motus, & eius quod mouetur. (Mensurat autem sic motum in determinãdo quendam motum, qui mensurabit totum, sicut & longitudinem cubitum in determinando aliquam magnitudinem, quę remetitur totum.) Et est motum in tempore esse, mẽsurari in tempore, & ipsum, & esse ipsius, simul.n. motum & esse motus mensurat, & hoc est ipsi in tẽpore esse mensurari ipsius esse.*

An tempus distinguatur realiter a motu. Vide can.q.5. lmus.ar.3.

Sexto quid per motum esse in tempore intelligi debeat, explanat, & quasi arguit sic, tempus est mensura motus, igitur motum esse in tempore est & motum & esse motus mensurari tempore. Huius primo ponit antecedens addens declarationem terminorum, quæ non est ad propositum rationis. Secundo infert consequẽs, inquit. Cum autem tempus mẽsura sit motus, hoc est antecedens, interponit quonam modo mensura, & inquit, mensurat autem hac ratione motum, quia illius partem aliquam metitur, siue quia aliquem partialem eius motum metitur, vt in græco habetur, qđ idẽ est, quæ pars vniuersum reddit motum, ceu lõgitudinem brachium, quia vniuersæ lõgitudinis siue magnitudinis quid metitur, quod quidem vniuersum reddit, sic tempus mensurat vniuersum motum, quia passum mensurat, quia replicatus vniuersum reddit motum. Hoc est antecedens & illius expositio, dat consequens & inquit, erit itaq; motum ipsum esse in tempore, & ipsum & ipsius esse tempore mensurari, nam simul & motum & esse motus metitur, replicat conclusionem, igitur hoc est ipsum in tempore esse, eius esse tempore mensurari.

Quæ Auer. com.114. Auer. quasi ex dictis colligit motum diurnum cuncta mensurare. Nam de ratione mensuræ est esse minimũ & notius, diurnus aut motus minimus est & notior, ideo videť quasi omnibus mensura. Vlterius vult φ Arist. per motum ipsum intelligat quantitatẽ, at per esse intelligit essentiam, siue quidditatem, rationem ei affert. Tempus enim φ mensuret ipsius motus quantitatem, nemo dubitat, sed φ mensuret ipsius esse hac ratione persuadet, quia esse motus in successione consistit, & ita ipsa successio motus est, & motus nõ nisi successio, igitur tempus mensurat & quantitatem, & esse ipsius motus. Hæc ex Auer. Ex ijs patet φ motum esse in tempore nihil aliud est, quam illius & quantitatem, & esse mensũri tempore, qua ratione motus esse nõ potest in ipso nunc, quoniam eius esse, & quantitas non potest ipso nunc mensurari. Et si dicatur. hæc propositio est vera nunc motus est. Et omnis propositio dicitur vera vel falsa ab eo quod res est vel non est, igitur motus erit in nunc. Dici potest φ motus est nunc, vt ipsum nunc est determinans vnionem prædicati ad subiectum, sed vt est mensura, non est vera. Tu vero considera hæc.

DILV. *Perspicuum etiam cetera in tempore esse, idem esse quod eorum esse mensurari à tempore. In tempore enim esse dupliciter est, unum tunc esse, cum tempus est, alterum eo modo quo dicimur aliqua in numero esse. Hoc uero aut ut pars numeri, & ut affectio, & ut quid numeri est, aut ut id cuius est numerus, atq; cum tempus sit numerus, nunc quadem ipsum & prius, & cætera id genus, sic in tempore sunt, perinde ut unitas atq; par & impar sunt in numero. Nam hæc numeri aliquid, illa temporis aliquid sunt. Res uero in tempore sunt ut in numero.*

ANT. *Manifestum est autem quod & in alijs hoc est in tempore esse, ipsorum esse mensurari à tempore. In tempore enim esse alterum duorum est, unum quidem esse tunc, quando tempus est, alterum autem sicut quedã dicimus, quia in numero sunt. Hoc autem significat aut etiam sicut partes numeri, & passio, & omnino, quoniam numeri est aliquid. Aut quoniam est numerus ipsius. Quoniam autem numerus tempus est, ipsum quidem nunc, & prius & posterius, & quecunq; sunt huiusmodi, sic in tempore sunt, sicut in numero unitas, & impar, & par, hæc quidem enim numeri aliquid, illa tpis aliquid sunt, res autem sicut in numero, in tpe sunt.*

Quonãmodo motus sit in tempore declarauit, & dixit ipsum esse in tempore, quia & ipse & esse eius est in tempore, nunc quonãmodo res mobiles sint in tempore explanat, & vult φ res mobiles non sint in tempore, quia ipse sunt in tempore, sed quia esse earum mensuratur à tempore. Debes scire, φ res quæ mouentur possunt dupliciter considerari, quo ad earum substantias, siue essentias, & hoc modo abstrahunt à tempore, & motu. Alio modo quo ad eorum esse, cum esse sit operari, videlicet agere & pati, res mobiles mensurabuntur tempore non tempore quo substãtiæ sunt, sed quo esse earum in motu & actione consistit, at motus cum nihil sit nisi actio, vel passio & ipse & esse eius à tempore mensurabit, inquit, perspicuum etiã cętera in tpe esse idem esse, quod eorum esse mẽsurari à tempore, nũc dicam ipsas tempore mẽsurari, sed eorum esse. Nouus expositor facit differentiam inter mensurari à tempore, & contineri à tempore. & ideo vult, φ duo declarat Arist. primo res mobiles esse in tempore, secundo eas contineri à tempore. Sed hoc non placet. Tum primo, quia in græco litera reddit causam eius φ dixerat, quod illa particula enim & in græco gar, demonstrat. Tum secundo, quia non aliter tempus cõtinet res nisi numerando & mensurando illas, cum non contineat eas vti locus locata, & ita est idem primum & secundum. Pro declaratione igitur eius quod dixerat, præmittit distinctionem, φ esse in tempore bifariam est. Vno modo, tunc esse cum tempus est, quo videlicet ipse intelligentiæ sunt in tempore, quia coexistunt tempori. Alio modo quo dicimus aliqua in numero esse, & quoniam aliqua sunt in numero vt aliquid numeri veluti pars, vt binarius senarij pars est, & in senario est, aut vt affectio, ceu par & impar, aut vt quid numeri, videlicet principium numeri vt vnitas. Alia sunt in numero, non vt quid numeri, sed vt id cuius est numerus, hoc est vt res numeratæ sunt in numero. Est igitur hæc propositio vti maior esse in numero contingit vt quid, & numeratum. Cui addit minorẽ, & inquit, atq; cum tempus sit numerus, dat conclusionẽ. d. nunc quidem ipsum & prius & cætera id genus, sic in tempore sunt, perinde vt vnitas: atq; par & impar sunt in numero, hoc est vt quid, nam hæc numeri aliquid sunt, illa temporis aliquid erunt. Nunc enim ipsum vt principium, prius & posterius vt partes, & cætera vt affectiones. Res vero in tempore sunt vt in numero, sic igitur esse in numero bifariam est, aut vt numeratum in numero, aut vt quid: & vt quid adhuc trifariam, aut vt passio, vt par, & impar, aut vt principium veluti vnitas, aut vt ptes ceu binarius & quadrinarius partes sunt octonarij.

Ergo hic. Nam expositor. Expositio. Confutatio.

narij. Similiter in tempore quædã sunt vt quid temporis, ceu nunc principium: prius & posterius vt partes atque affectiones vt passiones, quædam sunt in tempore vt in numero atque mensura.

DILV. *Quod si ita sit, res à tempore ut à numero continentur, quemadmodum & à loco ea quæ sunt in loco.*

ANT. *Si autem hoc est. continentur à numero, sicut & quæ sunt in loco, à loco.*

Ex ijs cõcludit propositum, & inquit, ꝙ si ita sit res à tempore vt à numero continentur, quemadmodum, & à loco ea quæ sunt in loco, & syllogismus esse potest, quæ sunt in numero sunt in illo vt in loco, quę sunt in tempore sunt in tempore vt in numero, igitur quæ sunt in tempore sunt in tempore vt in loco, & non intelligas, ꝙ res sint in tempore omnibus modis, vt in loco, sed solum mensuratiue & contentiue.

DILVC. *Patet autem & in tempore esse non hoc esse, tunc esse, cũ* B *tempus est. Quemadmodum nec in motu aut in loco esse, hoc est, tunc cum esse motus, aut cum locus est. Si enim aliquo esse sic erit omnes res in quolibet erunt, & cœlũ in milio erit, nam cum milium est, & cœlum etiam est. Insuper hoc quidem accidit, illud autem sequi necesse est, ut tempus sit cũ aliquid est in tpe, & motus sit cum aliquid est in motu.*

ANT. *Manifestum autem est, & quoniam non est in tempore esse hoc esse, quando tempus est, sicut neq; in motu esse neque in loco, quando motus, et locus est. Si enim erit, q; est in aliquo sic, omnes res in quolibet erunt, et cœlum in milio, quando enim milium est, est & cœlum, sed hoc quidem accidit, illud autem necesse est consequi, & ad id quod est in tempore, esse quoddam tempus, quando illud est, & ad id, quod est in motu, esse tunc quendam motum.*

sed à λλὰ & καὶ

Dictum est, ꝙ esse in tempore est bifariam. Vno mo- C do quia tunc est, cum tempus est. Alio modo vt in numero & mensura siue continente. Comparat igiť nũc primum significatum ad secundum, & vult ꝙ hic significatus maxime proprius & primarius sit, quo res esse in tempore dicitur, & inquit. Patet autem in tempore esse non hoc esse, tunc esse cum tempus est, quemadmodum nec in motu, aut in loco esse, hoc est tunc esse cum motus, aut cum locus est, hoc probat primo ob inconsuetudinem loquẽdi, & inquit. Si enim in aliquo esse sic erit, omnes res in quolibet erunt, & cœlum in milio erit, nam cum milium est, & cœlum etiam est. Secundo idem probat differentia habitudinũ, & inquit. Insuper hoc quidem accidit, hoc est tempus accidentaliter sequitur ad id quod existit tunc cum tempus est, quoniam siue illud existat, siue non, tempus non minus erit. Illud autem sequi necesse est, hoc est vt tem- D pus sit cum aliquid est in tempore & motus sit cum aliquid est in motu, & ita tempus sequitur coexistens sibi per accidens, quia cum illo & sine illo esse potest, necessario aũt sequitur id quod est in tempore, quia nisi in tempore sit aliquid, non erit tempus.

Quæ Auer. com. 115.

Auer. autem super hoc vltimo verbo ait, ꝙ Arist. intendit declarare per hoc differẽtiam inter consecutionem essentialem, & accidentalem, nam hæc conditionalis, siue consecutio est per accidens, si fuerit milium, cœlum erit, & similiter si erit tempus, erit homo, cõtra etiam si fuerit homo, erit tempus, cõsecutio vero siue conditionalis necessaria est vt semper sequatur ex esse alicuius in tpe esse tempus proprium illius rei, non esse temporis simpliciter & necessaria est etiã illa, si aliquid est in motu, motus proprius est illius. Ex ijs verbis in- A nuit Auer. esse duplicem conditionẽ, necessariã, & contingentem. Cuius contrarium sorticolæ arbitrantur.

De conditionali

DILVCI. *Cum autem in tempore esse sit in ipso esset, ut in numero, maius quid tempus sumetur omni eo q; in tempore est. Quocirca uniuersa quæ in tempore sunt, contineantur à tempore necesse est, quemadmodum & cætera omnia quæ in aliquo sunt, ut in loco contineantur à loco.*

ANT. *Quoniam autem est sicut in numero, quod in tempore est, accipietur aliquod tempus plus omni eo, quod est in tempore. Vnde necesse est omni ea quæ sunt in tempore, contineri à tempore, sicut et alia quæcunq; in aliquo sunt, ut quæ sunt in loco, à loco.*

Declarauit quid est intelligendum pro esse in tempore. nunc quæ accidant ijs quæ in tempore sunt, declarat, primum itaq; accidens est excedi à tẽpore, atq; B ab illo contineri, & syllogismus est, omni eo quod est in numero aliquis numerus maior accipi potest: quæ sunt in tempore, sunt in tempore, vt in numero: igitur omnibus ijs quæ sunt in tempore, aliquo tempus maius accipi potest. De ratione tãgit minorem, & inquit, cum autem in tempore esse sit in ipso esse, vt in numero, hæc est minor. dat conclusionem dicẽs maius quid tempus sumetur omni eo quod in tempore est, & tunc concludit, quocirca vniuersa, quæ in tẽpore sunt contineantur à tempore necesse est. Quemadmodũ & cætera omnia quæ in aliquo sunt, vt in loco cõtineantur à loco. Ecce quomodo non est aliud contineri à tẽpore quã excedi & mensurari à tẽpore, quicquid velit nouus expositor. Excedi vero è tempore est, quando data quauis re temporaria, est dare tempus maius illa. Et ita stat rem mensurari à tẽpore sibi proprio, & æquali. C excedi vero ab aliquo tempore.

An numerus sit ens absolutum distinctũ à rebus numeratis, & an sit præter intellectum. Vide cap. q. 7. ...

RECOGNITIONES.

FOrtasse sunt duæ rationes, quibus hic probat Aris. ea quæ sunt in tempore, excedi posse à tẽpore, prima, quia quæ sunt in tẽpore, in illo sunt vt in numero, & sic excedi possunt à tempore, vt quę sunt in numero, Secunda quia quæ sunt in tempore continentur à tempore, & ita necesse est illa excedi à tempore, sicut omne contentum à communi continenti, & tunc per verbum vnde quod græce est ὅθεν, legatur præterea, quod non est absurdum sic legi: Animaduerte tamen id qđ est in tempore non esse in illo, vt in loco proprio, nec vt in continente proprio, sed vt in loco communi, atq; in communi continente, & sic quicquid est in tempore, exceditur à tempore.

DILVCI. *Et pati etiam quicquam à tempore necesse est, quemad-* D *modum & dicere solemus consumere tempus, & inueterascere omne à tempore, & obliuione deleri ob tempus. Sed non didicisse, neq; adoleuisse, neq; pulchrum effectum esse. Si quidem corruptionis potius per se causa est tempus. Nã numerus est motus, qui quidem deturbat, quod extabat.*

ANT. *Et pati iam aliquid à tempore, sicut & dicere consueuimus, quia consumit tempus, et senescunt omnia à tempore, & obliuione delentur ob tempus: Sed non didicit neq; adoleuit, neq; bonum factum est, corruptionis enim causa per se magis tempus est, numerus enim motus est, motus autem distare facit quod est.*

Secundum accidens ꝙ ijs accidit, quæ in tempore sunt est pati quicquam à tempore, quod suadet pro ea quæ prouerbialiter dici solẽt. nã dici solet primo tempus omnia consumere iuxta illud. Vorat omnia tẽpus

An tempus sit causa corruptionis.

Vide Gaeta. loc. Et an motus sit p se causa corruptionis. vide Ian. q. 26. huius. & Grat. Escu. lec. 22. huius.

& Inueterascere omne à tẽpore, iuxta aliud. Tacitiq; senescimus annis, & obliuione deleri ob tempus, iuxta illud. Labitur super omnia tempus. Non autem dici solet didicisse, vt dicimus obliuisci, neq; adoleuisse, vt dicimus cõsenescere, neq; pulchrũ effici, vt dicimus consumere. Si quidem corruptionis potius per se causa est tempus quam generationis. nam numerus est motus, qui quidem deturbat discutit & à principio distare facit id quod prius extabat.

RECOGNITIONES.

VErba illa, corruptionis enim causa per se magis intelligetie, corruptionis enim causa per se magis tẽpus est, f. suppletorie. Vbi enim corruptionis causa non cernitur, tempori attribuitur, & assignat rationem, & inquit, numerus enim motus est, & supple illius affectio propria, motus autem, f. cœlestis distare facit quod est, idest omne sub sole ortum, facit distare suppletorie vbi non apparet causa corruptionis, facit distare dico à principio originis re, solemus enim dicere in supplemento, vbi non occurrit causa manifesta corruptionis, dicere cœlestem motum omnia corrumpere, quatenus sub eo ortum distat tandem à sua origine, & ita facit distare suppletorie.

DILV. *Quare perspicuum sempiterna, quatenus sempiterna in tempore non esse, non enim à tempore continentur, nec ipsorum esse mensuratur à tempore. Signum huius est nihil à tempore pati, non ob aliud, nisi quia in tempore non sunt.*

ANT. *Quare manifestum est, quia quæ sunt semper secundum q. semper sunt, non sunt in tempore, non enim continentur à tempore, neq; mensuratur esse ipsorum à tẽpore, signum autem huius est, quod neq, patiuntur à tempore, sicut quæ nullo modo sunt in tempore.*

Duo erant accidentia eis, quæ in tempore erant. Primum mensurari, & contineri, hoc est excedi à tempore. Secundum pati quicq̃ à tempore, per hæc, sempiterna excluduntur à tempore, nec à tempore excedũtur, cum illis nihil sit prius, nihilq; posterius, neq; quicquã à tempore patiuntur, cum sint immortalia ab omni tabe atq; corruptionis seiuncta.

Quo Auer. tex. 107. Auer. ex textu probat, ꝙ quia tempus attribuitur motui, motus autem abijcit à substantia, quæ ablatio, aut est corruptio, aut præparat ad corruptionem, ideo motus per se corruptionẽ inducit, sed qm̃ corruptio vnius est generatio alterius, ideo per accidens generationis est causa, sic igitur motus causa est per se corruptionis per accidens generationis. Tempus vero est causa per accidens vtriusq;, sed non eodem modo, nam est causa per accidens generationis, propter aliquid cui attribuitur, quod est causa per accidens vt propter motum, qui per accidens est generationis causa, corruptionis vero causa est per accidens nõ pure, cum sit causa per accidens ob motum, qui est p se causa corruptionis. Et ita concludit ꝙ tempus est causa generationis per accidẽs pure, quia nec ipsum est illius causa per se, nec est in aliquo qđ sit illius causa p se. Corruptionis vero p accñs necessario, & quali secũdario, qm̃ licet ipsum in se nõ sit causa p se corruptionis, est tñ in aliquo vt in motu, qui est per se causa corruptionis. Quo vero modo sint in tpe sempiterna, declarat Auer. intelligens p sempiterna corpora cœlestia, & vult illa eẽ in ipso tpe coexistitiue coexistentia quãtitatiua, nã sunt quãta vt tempus, & hñt eorum quantitatem toti tempori coex-

An tempus sit mensura cuiuslibet pmanẽtis Vide can. q. 8. huius. & mul ta ibi,

E tensam, propter hic iuniores colligunt aliquid esse in tpe, vt id numero, veluti mortalia in tpe sunt. aliqua coexistitiua quãtitate, vt cœlestia corpora, aliqua coexistitiua entitate, vt substãtiæ separatæ. Sed dubitatur contra dictum Auer. primũ, quia ipse videt Arist. nam Philosophus ait, tẽpus oẽ p se causam corruptionis magis. Auer. ait, tempus esse, & gñationis & corruptionis causam per accñs, & ita videtur contrariũ Arist. Iuniores respondent ꝙ Auer. per ipsum p se intelligit causam necessariã, per ipsum p accñs causam contingentẽ, modo tempus & motus sunt causæ per se, i. necessario ineuitabiles corruptionis, qm̃ oẽ corruptibile quod est genitum necessario corrumpet. nõ aũt generationis, nisi per accidẽs, nõ. n. omne generabile necessario generabitur, quia põt impediri. Tũc ad punctũ argumenti dicunt ꝙ motus est causa corruptionis p se primo & generationis p accidẽs, tẽpus causa corruptionis p se non primo. & generationis pure per accidẽs. Cõfutant hãc responsionẽ nonnulli cauilatores. Primo quia aut loquit de corruptibili potentia remota, aut potẽtia propinqua, non potentia remota, quia vt dicũt nullũ tale necessario corrũpet, cũ necessario generet, si potentia propinqua, tunc etiã & generabile oẽ potẽtia propinqua necessario generabit. Secũdo, quia nõ oẽ corruptibile actu existens necessario corrumpet vt de lumine solis, qđ est corruptibile veluti lumen Lunæ, cum sit vnius speĩ cũ illo Solis. Posset defendi ab his cauillis, nã isti volũt p corruptibile potentia propinqua aliud quã per generabile potentia propinqua. Illud. n. dicit generabile potentia propinqua, qđ nõ est, & existit proxime generationis, corruptibile etiã potentia propinqua hoc modo, necessario corrumpet. est. n. corruptibile trifariam potentia proxima, quia non eget pluribus motoribus vt fiat in actũ, & tale necessario corrũpet, qua etiam ratione generabile sic necessario generabit. Alio modo potẽtia remotissima quo res generãda dicit corruptibilis, quæ vt corrumpat prius debet generari. Alio modo potentia media, quia indiget pluribus motoribus vt fiat in actu corruptionis, vt corruptibile qđ est, sed distat multũ ab actu corruptionis, & etiã tale necessario corrũpet, generabile vero sic acceptũ non necessario generabit. intelligunt igit sic, ꝙ omne corruptibile ꝙ est ens & potentia pluriũ motorum corruptibile, necessario corrũpetur, hoc est ꝙ corruptibile potentia proxima & media necessario corrũpet, at generabile non nisi potentia proxima, & ita motus est causa corruptionis potius, & hoc sufficit illis pro verificatione verbi Auerro. Ad secundum Auer. & ipsi loquunt in substãtijs. Sed licet (bi possunt defendi ab his) dictũ Auer. non consonat Aris. verbis infra, nec sibimet, primo nõ Aris. qm̃ nec infra, nec hic ait, tempus esse causam corruptionis nec motũ, sed dici solere causam corruptionis, cõtra se vero, & rationẽ, qm̃ aut p motũ intelligit lationem, siue localẽ, aut alterationẽ, siue auctionẽ non alterationẽ, siue auctionẽ, qm̃ ipsum tempus ijs non attribuitur, subiectũ. n. tẽporis est latio, & prima. Si vero per motum intelligit lationem, tunc iste non est causa corruptionis per se, vt dicit ipsemet Quinto huius cõ. 128. & 13. Similiter Octauo huius commen. primo. vbi & Aristote. ait, quòd est velut vita omnibus naturalibus rebus. Amplius quantitas non est de principijs actiuis, vt ipse ait in hoc Quarto, modo latio est ipsa vbi fluentia, aut quantitas. Ideo pace Auerro. & aliorum dixerim, cum Aristote. infra: & Themistio nostro

Dubi.

F

G

H

ſtro hic ſentio, ꝙ tempus non dicitur cauſa generationis: propterea quia poteſt aſsignari cauſa generationis: & eſt manifeſta. Cauſa vero corruptionis dicitur attributiue: quia quatenus corruptionis cauſa latet nonnunq̃ dabimus illam tempori. vnde tempus & motus, nec generationis, nec corruptionis cauſæ ſunt effectrices, ſed attributoriæ atq; ſuppletoriæ. nam cum corruptiones fiant à cauſis occultis damus illas tempori, vt ſuppletoriæ cauſæ. Secundo mouet Themiſtius quæſtionem contra Ariſt. omne quod eſt in tempore exceditur à tempore. modo hoc non videtur verum. nã tunc motus ſempiternus & cœleſtis non eſſet in tempore. Reſpondet ꝙ motus cœli eſt ſempiternus ſcdm ſpeciem, non autem ſcdm numerum, quoniam cõtinuo eſt alius atq; alius, modo quatenus ſempiternus tempore non menſuratur quatenus numero eſt aliud atq; illud tempore continetur.

Solutio.

DILVCI. *Cum autem tempus ipſius motus mẽſura ſit, eſt & quietis menſura, per accidens. Omnis enim quies in tempore eſt, non.n. ut omne quod eſt in motu, ſic & omne quod eſt in tẽpore moueri neceſſe eſt, non enim tempus eſt motus, ſed numerus motus. In numero autem motus, & id eſſe poteſt quod quieſcit.*

ANT. *Quoniam autem tempus menſura motus eſt, erit, & quietis metrum ſecundum accidens. omnis.n. quies in tempore eſt. non.n. ſicut quod eſt in motu, neceſſe eſt moueri: ſic & in tempore, non enim motus tempus eſt, ſed numerus motus, in numero alterum motus contingit eſſe, & quieſcens.*

Quod quies ſit in tempore per accidẽs perſuadet: & quaſi arguit ſic, quies eſt in tempore, & non per ſe, igitur per accidens, ꝙ non per ſe: declarat, quia motus eſt in tempore per ſe. igitur quies eſt in tẽpore per accidens, non enim poſſunt duo oppoſita eadẽ menſura eodem modo menſurari. Primo ponit probationem ſecundæ partis antecedentis & inquit: cum autẽ tempus ipſius motus menſura ſit, hæc eſt probatio ſecundæ partis antecedentis, deinde ponit concluſionẽ, & innuit: eſt & quietis menſura per accidẽs deinceps ponit primam partem antecedentis dicens. Omnis .n. quies in tempore eſt. Contra, ſi quies eſt in tempore: igitur quieſcens mouetur. Reſpondet, non enim vt omne quod eſt in motu: ſic & omne quod eſt in tempore moueri neceſſe eſt. Non enim tempus eſt motus, ſed numerus motus. In numero autem motus & id eſſe poteſt, quod quieſcit.

An quies menſuretur tpe. Vide Albe. de ſaxo. qõ. 18. huius.

DILVC. *Non enim omne quod immobile eſt, quieſcit, ſed quod caret motu, aptum tamen moueri, ut antea dictum eſt. Eſſe uero in numero, eſt id eſſe numerum ipſius rei quendam, & menſurari ipſius eſſe, eo numero in quo eſt, quare ſi eſt in tẽpore quicquam à tempore id menſurabitur. Sed tempus & id quod mouetur, & id quod quieſcit metitur, illud ut mouetur, hoc ut quieſcit. nam alterius ipſorum motũ, alterius quietem, quanta quædam ſit metitur.*

ANT. *Non enim omne immobile quieſcit. ſed priuatum motu, aptum autem moueri, ſicut dictum eſt in prioribus. eſſe autẽ in numero eſt eſſe quendam numerum rei, & menſurari eſſe ipſius numero, in quo eſt. quare ſi in tempore, à tempore mẽſurabitur. Menſurabit autem tempus quod mouetur, & quieſcens ſecundum quod hoc quidem mouetur: illud uero quieſcit. motum enim ipſorum & quietem, menſurabit, ſecundum q, quanta quædam ſunt.*

A Secundo cauillabit quiſpiam contra dicta ſic. immobile non menſuratur tempore, quieſcens eſt immobile. igitur quieſcens non menſuratur tempore. Reſpõdet, & negat minorem, & inquit. Non.n. omne quod immobile eſt, quieſcit, ſed quod caret motu, aptũ tamen moueri vt antea dictum eſt, deinceps arguit ꝙ quies ſit in tẽpore vt accepit in ratione dicta ſic, quicquid menſuratur à tempore eſt in tempore. motus & quies menſurantur tempore. igitur eſt in tẽpore, probat maiorem pro ante dicta, & inquit, eſſe vero in numero eſt id eſſe numerum ipſius rei quendã, & menſurari ipſius rei eſſe eo numero: in quo eſt. Huic addo minorem, ſed eſſe in tẽpore eſt eſſe vt in numero, dat concluſionem per quam vult habere maiorem, & inquit: quare ſi eſt in tempore quicquam à tempore id menſurabitur. Ex iis vult habere hanc maiorem: omne ꝙ menſuratur tempore eſt in tempore. Accepit mi B norem: & inquit: ſed tempus & id quod mouetur, & id quod quieſcit, metitur illud vt mouetur: & quo ad motum: hoc vt quieſcit: nam alterius ipſorum motũ. Alterius quietem quanta ſit metitur: ſubticuit cõcluſionem, quia etiam iam in principio accepit. Auerro. accipiens à Themiſtio in hoc cõmento in fine videtur ſoluere queſtionem: poteſt enim dici ꝙ quies nihil eſt: igitur non menſuratur tempore. ideo reſpondet ꝙ menſurari eſt. comprehendere quanta ſit, modo cõprehendimus quietem quãta eſt per cognitionem motus, vt eſt illius priuatio ceu viſus comprehendit lucem per ſe & tenebras per accidẽs. Themiſtius autem innuit vnã aliam ſolutionem, & vult ꝙ non eodem modo quietem mẽſurat tempus, quo menſurat motum, ſed motum per ſe: quietẽ per accidens, ex eo, videlicet ꝙ tunc C cum aliqua res quieſcit alibi agitur motus, quem tempus per ſe menſurat, nox enim per ſe menſura eſt eius curſus quo ſol ſubterrenas orbis plagas illuminat, per accidens dormitionum, & quietis & ſomni: quo tunc animalia perfruuntur: igitur tempus non mẽſurat quietem per ſe, ſed quatenus alibi menſurat motum.

Quæ Auer. com. 118.

Reſpõ. The.

DILVCI. *Quare id quod mouetur, non ſimpliciter à tempore eſt menſurabile, ut quantum eſt quoddam, ſed ut motus ipſius quantus eſt, quibus fiet ut ea in tempore non ſint, quæ neq; mouentur, neq; quieſcunt. In tempore enim eſſe eſt tempore menſurari. Tempus autem eſt. tum motus: tum quietis menſura.*

ANT. *Quare quod mouetur, non ſimpliciter erit menſurabile à tempore ſecundum q, quantum aliquid eſt, ſed ſecundum q, motus ipſius quantus eſt. quare quæcunq; neq; mouẽtur, neq; quieſcunt: non erunt in tempore. nam in tempore qui D dem eſſe eſt menſurari à tempore. tempus autem motus, & quietis menſura eſt.*

Ex iis infert quo iure mobile ſit tempore menſurabile, & vult ꝙ non vt quantum quoddam, quia ſic cœlum tempore menſuraretur, vt quantum quoddã, ſed vt motus ipſius quantus eſt. Ex iis omnibus cõcludit ꝙ immobilia. quæ non quieſcunt: ſint penitus à tempore excluſa, vt corpora cęleſtia atq; motores: & ſubſtantiæ ſeparatæ.

An oĩs motus menſuretur tẽpore. Vide Al. de ſaxo. q. 32 huius.

DILVCI. *Perſpicuum igitur non omne, quod non eſt in tempore eſſe: ut quæ non poſſunt aliter ſe habere, ueluti diametrum eſſe commenſurabilem coſtæ. Omnino enim ſi tempus menſura ſit, motus quidem per ſe. Cæterorum autem per accidens, clariſsime conſtabit eorum eſſe menſurare. quorũ omnium in quiete, aut in motu eſſe conſiſtet.*

Manifeſtum

ANT. *Manifestum igitur est, quoniam neq; quod non est, erit omne in tempore, ut quæcunq; non cõtingunt aliter esse, sicut diametrum esse lateri simmetrum, omnino enim si mensura est tempus motus per se, aliorum autem secundum accidens, manifestum quod quorum esse mensurat, his omnibus esse erit in quiescere & moueri.*

Quonam modo sit tempus ipsum non entium mensura, nunc aggreditur. vbi debes scire, ꝙ id quod non est bifariam non est. Aut.n. semper non est, quomodo impoßibilia semper non sunt, vt ignem in frigiditate, terram leuitare, diametrum esse oris, siue lateribus, siue costæ cômensurabilem, hæc.n. impoßibilia sunt, atque non entia semper. Quædam non sunt, sed quandoque erunt, velut apud vindemitas conuiuere. Nunc enim illud non est, autumno erit, cum vuæ colligẽtur Arist. igitur conclusio est, impoßibilia non sunt in tempore. F Syllogizatur conclusio, quæcũq; sunt in tempore, eorum motus aut quies mensuratur à tempore, impoßibilium neque motus, neque quies mensuratur à tempore, igitur impoßibilia non sunt in tempore. De rõne primo ponit conclusionem & illius expositionem. Secunda. (Omnino enim si tempus.) Ponit vires maioris, & supplenda est minor, litera sola translatione perspicua est. Quo vero ad verba attinet verbum illud, Cęterorum autem per accidens, ad quiescientia retulit, vt dictum est in proximo textu, est enim tempus motus per se mensura, quietis per accidens.

DILVC. *Præterea quæ sub corruptionem generationemq; recidunt, atq; omnino nunc sunt, nunc non sunt, ea in tẽpore sint, necesse est. Nam tempus maius quid est, quod & ipsorũ esse, & id quod eorum substantiam mensurat excedit. Eorũ insuper, quæ non sunt, quæ tempus continet, alia erant olim, G ut Homerus, alia erunt ut aliquid futurorum, quæ quidem altera ex parte continet tempus, etiam si aliqua sint quæ utraq; ex parte erant & erunt utraq; tempus continebit, quæ uero neq; erant, neque sunt, neque erunt, hæc non continet tempus. Sunt autem talia eorum quæ non sunt quorum opposita semper sunt, ut diametrum esse in commensurabilẽ, costæ semper est, atq; hoc non est in tempore, neque itaq; illud, uidelicet diametrum esse commensurabilem costæ erit in tempore. Quocirca semper non est, quia contrarium est ei, quod semper est. Quorum uero, contrarium non semper est, ea & esse & non esse possunt, atq; ipsorum est, & generatio, & corruptio.*

ANT. *Quæcunque quidem igitur corruptibilia & generabilia sunt, & omnino quæ aliquando quidem sunt, aliquando uero non, necesse est in tempore esse, est enim tempus quoddam plus, quod excellit esse ipsorum, & id, quod mensurat substantiam. H Eorum autem, quæ non sunt, quæcunq; quidẽ continet tempus, alia quidem erant, ut Homerus aliquãdo erat, alia uero erunt, ut futurorũ aliquod in altera parte cõtinet, etiam si in utrisque utraq; & erant, & erunt. Quæcunque autem non continet nequaquam erunt, aut sunt. aut erant, sunt autem huiusmodi eorum, quæ nõ sunt, quorũcunq; opposita sunt semper, ut assymmetrum esse diametrum semper est, & non erit hoc in tempore, ergo neque symmetrum. Vnde semper non est, quoniam contrarium est ei, quod semper est. Quorumcunq; autem contrarium non semper est, hæc possunt & esse, & non esse, & est generatio, & corruptio ipsorum.*

Consideraui in textu, si põt aliqua syllogistica sibi E tribui series, & cum multum steti, visum est mihi, ꝙ nõ potest. Illud tamen scio verbum illud græcum, κι, non sonare in latinum ergo, aut igitur, cum litera non syllogistica, propterea transtuli (Præterea.) Sed omnibus inspectis resoluo textum in tres syllogismos, Primus est, quæcunq; sunt in tẽpore, sunt generabilia & corruptibilia, & quandoq; entia, & quandoq; non entia: impoßibilia nõ sunt generabilia & corruptibilia, neq; quandoque entia, neq; quandoq; non entia, igitur nõ sunt in tempore. De ratione tangit maiorem & illius probationem, & inquit. Præterea, quæ sub corruptionem generationemq; recidunt, atq; omnino nũc sunt, nunc non sunt, ea in tempore sint necesse est. Cuius rationem tradit, nam tempus maius quid est, quod excedit ipsorum esse, & excedit id quod mensurat eorũ substantiam. Addenda est minor, & habes rationem. F Secundus syllogismus erit, quæcunque sunt in tẽpore olim erant, aut erunt, aut vtraque ex parte erãt & sunt & erunt: sed impoßibilia non sunt futura, neque præterita, neq; præsentia, igitur non sunt in tempore. in græco litera est aduersatiua, ego vero lego confirmatiua sic, eorum insuper quæ non sunt quæ tempus continet, aliæ erant olim, vt præterita, veluti Homer. alia erunt, vt aliquid futurorum, vt bellum nauale, q̃ quidẽ altera ex parte, vt ex parte præterita, aut futura cõtinet tempus, etiam si aliqua sint, quæ vtraq; ex parte erant & erunt, vt viua animalia, vtrãq; tempus continebit, est igitur maior, quæcunq; sunt in tẽpore, sunt aut præterita, aut futura, aut vtraq;. Addit quasi conuersam extra syllogismum dicens, quæ vero neq; erũt, hoc est non sunt futura, neq; sunt de præsenti, neq; erant de præterito, hæc non continet tempus. Hæc igitur pro G maiori. Sunt autem talia eorum quæ non sunt, videlicet impoßibilia, quorum opposita semper sunt, vt diametrum esse costæ commensurabilem, ideo cõcludit atq; hoc non est in tempore, neque illud videlicet diametrum esse commensurabilem costæ, hic potest esse secundus syllogismus. Tertius esse potest, quorũ oppositum semper est, ipsa non sunt in tempore, impoßibilium opposita semper sunt, quia necessaria. igĩ impoßibile non est in tempore. Inquit. Quocirca semper non est, quia contrarium est ei quod semper est. Addit extra syllogismum, quorum vero contrarium non semper est, ea & esse & non esse possunt, atque ipsorum est & generatio & corruptio. Hæc mihi videtur esse forma, ac textui commodabis.

Auer. soluit hic pulchram dubitationem, nã posset dici ꝙ priuatio ante formam, & priuatio post formam non mensurantur tempore. nam priuatio ante formã H cum fuerit antea infinito in tempore præterito, à tempore non excedetur, priuatio post formam cum erit infinito in tempore futuro, minime à tempore mensurabitur. Rñdet Auer. ꝙ vtraque priuatio considerari potest respectu subiecti remoti, & sic non sunt mensurabiles tempore, quoniam altera tempore præfuit infinito, altera tempore erit infinito, respectu vero subiectorum propinquorum, priuatio ante formam quidẽ respectu seminis, illa post formam respectu cadaueris, sic tradunt sub tempore. Hæc responsio diminuit literam. Aristot. enim absolute ait, futurum tẽpore mensurari, & præteritum simili ratione. Propterea aliter dico, & accipio fundamentum Arist. in. 3. huius, ꝙ infinitum ea ex parte qua infinitum additionem nõ recipit, ea tamen qua finitum additionem capit, vt cœlũ si ex parte

Qua Auer. cõm. 120. Dubi.

Respõ Auer.

Confutatio. Responsionis Auer.

Respõ ꝓpria.

parte externa conuexi infinitum esset, vt aliquorũ est positio, ex ea nequaquam additionem suscipit, ex par te interna concaui suscipere potest. Tũc ad formã, priuatio ante formam ex ea parte qua infinita est, tẽpore non mensuratur. Non. n. dicimus quanto tempore Socrates non fuit ens, sed ex parte qua illa finita est, tempore mensuratur, & tempore exceditur. Dicimus. n. quãto tẽpore Socrates perdurabit sub non esse, quãto tempore propheta exorietur, & in cæteris similiter. Potest. n. hæc priuatio ex parte hac qua futura est excedi à tempore. Similiter & de priuatione post rem dicendum est, ex ea enim parte qua infinita non põt tempore mensurari, non. n. dicimus quanto tempore erit non ens Homerus, ea vero ex parte qua finita est, bene potest tempore mensurari. Dicimus. n. quanto tempore Homerus fuit, & respondemus per annos mille, cõstat hunc annorum numerum posse excedi. Et hoc ait Aristo. eorum insuper quę non sunt, quæ tempus cõtinet, alia erant olim vt Homerus, alia erunt vt aliquid futurorum, ceu bellum Persicum, quæ quidẽ altera ex parte continet tempus, vt futura ex parte futura, præterita ex parte præterita, quæ sic finem habent, & additionẽ recipiunt, etiam si aliqua sint quæ vtraq; ex parte erãt & erunt, vt ea quæ sunt, vtraq; ex vtraq; parte tempus continebit. Ecce q̃ responsio Auerro. non conuenit textui, gratiæ igitur sibi agendæ sunt, ꝙ bonam excauit dubitationem, sed solutionem non ab eo, sed ab Arist. expolce. Sed circa hæc de mensura Dei, & intelligentiarum agendum est, & cœli atq; substãtiæ. Vbi animaduertendum ꝙ theologus fortasse debet discordare à philosopho. Theologus. n. quatuor ponit mẽsuras, primam Deo conuenientem æternitatem, ab hac æuum proficiscitur, ab æuo proficiscitur ipsum nunc, ab hoc tempus, Aeternitas Dei est mensura, æuum intellectuum separatorum, quod græce angeli dicũtur, ipsum nunc est mensura ipsius mobilis. Tempus vero ipsius motus, hæc suos consequuntur sermones. Cum enim Deus potuerit ante mundi generationem siue creationem angelum creare, deinde eum in nihilũ redigere, demum & reparare, hæc eum non vno & eodẽ nunc temporis sint fient diuersis nunc æui. Amplius cum angelorum operationes sint variæ, & non ob tẽpus, erunt ob æuum, philosophi vero & maxime peripatetici, quorum est princeps Aristot. iuxta eorũ principia dicere coguntur, ꝙ quemadmodum non omne ens est in loco, sic non omne ens est in mensura, primo quia esse in mensura est esse in illa vt in numero, esse autem vt in numero, est excedi posse à numero, at cũ nihil excedat Dei essentiam, aut intelligentiarũ, nec operationes illorum, nec in illis sit aliqua nouitas, nec creationis, nec operationis, cum intelligant per essentias, sequitur iuxta eos nihil eorum esse in aliqua mẽsura. Secundo, quia Arist. nulli tribuit mensuram, nisi quanto, modo nec Deus nec intelligentiarum vlla est quanta, rationabiliter diceret nullum illorum esse sub mensura, immo fortasse theologice sentiendo non est multa necessitas ponendi in illis talem aliquam mensuram. Inquit. n. Hieronymus super epistolam ad Titum sex millia nec dum nostri temporis implentur annorũ, & quantas prius æternitates, quanta tempora, quãtas seculorum origines fuisse arbitrãdum est, in quibus Angeli throni, dominationes cæterique ordines seruierũt Deo absq; temporum vicibus atq; mensuris, & Deo iubente substeterunt. Ecce quomodo nullam ponit illis vices temporum, nec penitus mensuras vllas. Sed hæc theologis omitto.

De mensura Dei & aliorũ. De multiplici mensura. Vide can. q. 8. breuem. De æternitate. Vide Sco. q. 6. quolib. De mẽsura angelorũ et æuo. Vide. Sco. 2. d. secundi. q. 1. 2. 3. & 4. & sequaces et alios theologos.

RECOGNITIONES.

HAec verba, eorum autem quæ non sunt & reliquę clare transtulimus in commentariis, nec egent expositione, qui vero vult seruare verba, legat hoc pacto eorum autem, quæ non sunt, alia continet tempus, alia non continet tempus, quæcunq; quidem continet tẽpus, dupliciaa adhuc esse videntur: alia quidem supple aliquando erant, vt Homerus aliquando erat. alia vero aliquando erunt, vt propheta aliq̃n erit, aut futurorum aliquid, vt Persicum bellum, & quia quis crederet hæc vtraq; ex parte contineri à tempore addit, dico supple hæc contineri à tempore in altera parte, vtpote ex ea, ex qua finita sunt, sed nunquid hæc contineat tẽpus, si hæc in vtrisque & erunt, & erant, hoc est si in vtrisque sint finita, ideo quasi respondens, inquit ẽt si in vtrisq; vtraq; & erant & erunt. q. d. longe magis hæc à tempore contineri, si in vtrisq; partibus sunt finita. Quo vero ad verba attinet verbum etiam græce est καὶ, quod licet latine & sonat hic magis copulat, ideo etiã sonat. Animaduerte tñ verba hæc posse aliter intelligi, & quidem facilius, & magis ad aures Themist. & Auer. vbi debes scire eorum, quæ non sunt alia esse, impossibilia esse, alia possibilia esse, vt corruptibilia quæ esse possunt corrupta, generabilia, quæ esse possunt esse genita. Arist. ergo primo declarauit ea quæ non sunt, queq; impossibilia sunt, in tempore non esse, quoniam neq; mouentur, neq; quiescunt. At in præsenti textu vult declarare quo modo ea quę non sunt, possibilia tamẽ, possunt in tempore esse. Innuit autem hanc distinctionem, ꝙ possibilia quædam sunt, quæ gñabilia, & corruptibilia sunt, quæq; aliq̃n sunt, & aliq̃n non sunt, & de talibus ponit hanc conclusionem, quæcunq; quidẽ igitur corruptibilia & generabilia sunt, & omnino quę aliquando quidem sunt, aliquando vero non sunt, omnia hæc necesse est in tempore esse, probat hanc Arist. & inquit, est. n. tempus quoddam plus, quod excellit tum esse ipsorum, tum id quod mensurat substantiam ipsorum, & per esse intelligit illa, quo ad eorum motus, & operationes, & per substantiam, quo simplr illa intelliguntur intelligitur in illo priori, in quo motus, & operationes præcedunt, tempus enim mensurat illa quo ad illorum esse, hoc est quo ad motus eorum & operationes, cum excellat eorum esse æuũ, vt Them. inquit, mensurat illa quo ad eorum substantiam, & sic tẽpus mensurat illa simplr, tum quia excellit illa quo ad eorum esse, tum quia excellit eorum æuum, quo mensuratur substantia cuiq; propria, in quibus apparet quid æuum sit fm Them. est enim æuum mensura substãtiæ vnicuique proprie, in Deo æternitas simplr, in angelo æternitas fm quid siue dependens. in gñabilibus tẽpus proprium. Hoc est primum membrum, & prima Aristote. conclusio, deinde tangit fm membrum, & ponit secundam conclusionem, & inquit, eorum autẽ, quæ non sunt quæcunq; quidem continet tempus, trifariã sunt. Alia quidem quæ erant aliquandoq;, quæq; de futuro semper non erunt, vt Homerus, qui de præterito aliq̃n erat, de futuro semper non erit, alia vero de futuro aliquando erunt, de præterito vero nunquã fuerunt, vt Solis eclypsis hoc anno futura, vel Lunæ, hæc enim de præterito nunquã fuit, de futuro vero erit hoc anno proximo augusti mense, ideo dicit, vt futurorum aliquid,

De ipso æuo.

aliquid, de his est secunda conclusio, hæc esse in tempore ex ea parte, qua continentur à tempore, quia aut à præterito, aut à futuro hoc, inquit in altera parte hæc continet, & sic ex ea parte sunt in tempore, quædam vero sunt, quæ à præterito & à futuro à tempore continentur, & hæc vtroq; modo sunt in tempore, & hæc est tertia conclusio, vnde inquit, etiam si hæc vtraque quæ dicta sunt & erant & erunt, in vtrisq, partibus, & quo ad ambas partes erunt in tempore, deinde repetit, quæ dixit. & inquit, quæcunq; vero vlla ex parte tēpus continet, nequaquàm erunt in tempore, aut sunt in tempore, aut erant in tempore, & declarat, quæ nam hæc sunt, & inquit, sunt autem talia eorum non entiũ, quorumcũq; opposita sunt semper, vt assymmetrum esse diametrum costæ semper est, ita vt non sit vel fuit vel erit aliquando hoc in tempore, ergo neq; symmetrum aliquando erit. Propterea concludit vnde semper non est, qm̃ contrarium est ei quoddam, quod semper est, quorum autem contrarium nõ semper est, hæc possunt esse & non esse, & eorum generatio & corruptio est, hæc est expositio Themistij, vt mihi videtur.

De ipso νῦν id est nunc.

DILVCI. *Ipsum uero nunc, ut dictum est, temporis est cõtinuatio. Nam præteritum futuro committit, estq; temporis omnino ultimum, cum huius principium sit illius finis: uerũ hoc non ut in puncto manente, perspicuum est.*

ANT. *Ipsum autem nunc est continuatio temporis, sicut dictum est. Continuat enim tempus præteritum & futurum, & omnino terminus temporis est, est enim huius quidem principiũ, illius autem finis, sed hoc non est sicut in puncto manente manifestum.*

Hactenus de tempore, nunc de ipso, quod græce est νῦν, latine nunc, siue instanti, siue momento agit, & prius de ipso sm̃ propriam significationem, deinde de ipso sm̃ latiorem. Comparatur autem ipsum nunc tēpori, vt vnitiuum, & vt diuisiuũ, propterea ait, ipsum vero nunc (vt dictum est) temporis est continuatio. Nam præteritum futuro committit, estq; tēporis omnino vltimum, cum sit principium futuri, videlicet alius finis hoc est præteriti, verum hoc. i. istæ duæ rõnes principij & finis, non vt in puncto manente perspicuæ sunt. Cum enim punctum ipsum maneat atq; resistet, bis ostendi potest, semel quidem vt principium vnius partis, alias vt finis, sic ostendi non potest in ipso nũc, cũ raptim transeat, sic igitur q̃ sit continuatiuũ patet.

De instanti. Vide multa in Sco. 12. quolib.

DILVC. *Diuidit etiam potestate tempus, atq; quatenus tale est, semper diuersum est, quatenus uero continuat idem est, quẽadmodum in mathematicis lineis fit, non enim idem unũ semper punctum cogitatione est, cum. n. diuidimus, aliud est. Sed quo linea ipsa una est, eo punctum idem est penitus, sic quoq; ipsum nunc, partim quidem potestate ipsius temporis diuisio est, partim uero utrorũq; finis est atq; unio. Est autem idem & per idem diuisio atq; unio, esse uero non idem est, ipsum igitur nunc hoc uno dicitur modo.*

ANT. *Diuidit autem potentia, & inquantum quidem huiusmodi est semper alterum ipsum nunc, inquantum autem copulet, semper idem est, sicut est in mathematicis lineis, non. n. idem unum punctum intellectu est, diuidentibus enim aliud est, secundum autem q̃ unum est, idem est penitus. Sic & ipsum nunc aliud quidem diuisio temporis secundum potentiã est, aliud autem terminus utrorunq; & unitio est, est autem*

E *idem & secundum idem diuisio, & unitio, esse autem non idem est, hoc quidem igitur sic dicitur ipsorum nunc.*

Hactenus de ipso nunc vt est temporis cõtinuatio. Nunc vero de ipso loquitur, vt est diuisio illius. Vbi debes scire q̃ ipsum nunc vt diuidit tempus habet rationem duorum, principij videlicet, & finis, has autẽ rationes nõ habet, quatenus in ipsa re sit duo, sed vt mẽs eo vtitur vt duobus, vt vero continuat est in re duorũ vnus communis terminus, quod exemplo mathematicorum declarat. In linea. n. punctum ipsum vt diuidẽs rationes duas sortitur à mẽte eo vtente vt duobus, quo vero copulat, vnum est vniusq; rationem habens, & hoc vult dicere cum ait ipsum potestate tempus diuidere, quia non re, sed ratione & quatenus potest bina ratione cõsiderari, hoc autem docet in vltimis verbis,
F cum dicat, est autem idem & per idẽ diuisio atq; vnio, quo videlicet ad rem, esse vero ac ratione non idem, ipsum igitur nunc hoc vno dicitur modo.

An nũc prout est quod in potentia diuidit tps, & in sui cõtinuatiuum ipsius. Vide Egi. hic.

Alio uero modo cum tempus huic propinquũ est, ut accedit nunc, quia hodie ueniet accessit nunc, quia hodie uenit. Sed res Ilij non nunc gestæ sunt, neque diluuium nunc actũ est q̃q̃ tempus ad usq; illa continuum sit, sed quia non est prope, illo non dicuntur modo. DILVC.

Aliud autem cum temporis, quod est huiusmodi, prope sit, ut ueniet nunc, quia hodie ueniet, uenit nunc, quia hodie uenit, sed in ilio facta, non sunt nunc, neque diluuium factum est nunc, & tamen continuum tempus in hæc est, sed quia non prope est. ANT.

Secundo modo accipitur pro tempore quod iunctum est vtrinq; atq; proxime adiacet, tum præteritũ,
G tum futurum, quod quidem ratione vicinæ hoc aduerbio solet demonstrari, qua ratione nõ dicimus res belli troiani esse nunc gestas, nec eluuionem esse nunc factam: quãquã tempus nostrum vsque illorum tempora sit continuum.

Ipsum uero olim tempus est ad prius nunc definitum, ut olim capta est Troia, & olim diluuium erit. Oportet enim finitum esse ad ipsum nunc, erit ergo quantum quoddam ab hoc tempore in illud determinatum, atq; erat in præteritũ. DILVCI.

Ipsum autem tunc, tempus determinatum ad prius nunc est, ut tunc destructa est Troia, & tunc erit diluuium. Oportet. n. finitum esse ad ipsum nunc, erit ergo quantum aliqđ ab hoc tempore & ad illud, & erit ab hoc ad præteritum. ANT.

Nunc de ipso ποτὲ græce, latine olim, siue tunc, siue aliquando, & breuibus, vult q̃ ipsum olim sit aliquod
H nũc præteritum procul à præsenti, vt dicimus, q̃ olim capta fuit Troia, quia diu ab hoc est q̃ capta fuit. Item etiam est nunc futurum procul à præsenti, vt dicimus de futuro olim diluuium erit, si procul hinc ad multũ tempus ipsum diluuium futurum sit, propterea cõcludit. Erit ergo quantum quoddam ab hoc tēpore præsenti in illud futurum hinc longinquum determinatũ, atq; erat etiam tempus hinc longinquum in præteritũ definitum, differt igitur olim ab ipso nunc, quia ipsum nunc est prope aut antea, aut postea, ipsum vero olim longinquum vtrinq; est.

Auer. autem ex malis translationibus sic definit ipsum tunc, vult. n. ipsum tunc esse, quod datur in respõsione ad interrogationem factam per quãdo, vt si quis quærat, quando bellum troianum factum est, tũc est factum responderi solet; & tale tunc duobus instantibus

Quæ Auer. com. 123.

bus describitur, altero quasi principio, vt quando cœpit, altero quati fine vt instanti præsenti. Hæc sunt, quæ accipi possunt fructus ex commento, licet abusio sit, & non ad rem.

DILVCI. *Sed si nullum est tempus, quod non sit olim, omne sane tempus erit finitum, deficiet ne igitur tandem!*

ANT. *Si uero nullum tempus est, quod non sit tunc, omne utiq; erit tempus finitum, utrum igitur deficiet?*

Sed circa dicta dubitat, nam si ad quodcunq; tempus accommodari hoc aduerbium olim, siue aliquádo potest, quia nullum est tempus, quod nó habuerit aliquando, aut habiturum sit certum initium. Huiusmodi autem aduerbium præfinitum, semper & terminatum semper ostendit tempus (vt dictum est) nunquid ergo deficiet tẽpus aliquádo. Hæc est dubitatio Arist.

DILVCI. *An non, siquidem semper est motus, nũquid igitur aliud? An idem sæpe, nam ut motus, ita & tẽpus sese habere perspicuum est, quia si unus idemq; sit motus aliquando, & tempus idem ac unum erit, sin uero non sit, nec id unum idemque redibit.*

ANT. *Aut non, siquidem semper est motur, aliud igitur, aut multoties est idem. Manifestum est q, sicut motus, sic & tempus est, siquidem enim idem & unus motus sit aliquando, erit tempus unum & idem, si autem non, non erit.*

Soluit Aristo. & inquit, An non, cuius rationẽ subscribit dicens, siquidem semper est motus. Tunc quærit aliam dubitationẽ, & inquit. Nunquid igitur aliud? Hoc est, vtrum sit semper vnum idemq; numero, an aliud atq; aliud numerò, sed specie idem? Respondet, an idem sæpe per reditum, nam vt motus, ita & tẽpus sese habere perspicuum est, quia si vnus idemq; sit motus numero aliqñ, & tempus idem ac vnum erit semper idem numero, sin vero non sit vnus idemq; motus numero, nec id tẽpus vnum idemq; numero redibit, sed specie, an vero motus sit vnus numero, an specie semper, in octauo disputabitur.

Quæ Auer. com. 124. Auer. probat ꝙ tempus non deficit, quia si deficit, in tempore deficit, omne. n. quod deficit in tẽpore deficit, quare qui ponit tempus deficere cogitur ponere tempus. Sed hæc ratio Auer. nulla videtur, qm̃ tempus deficit ẽm Arist. quemadmodum & motus, modo motus deficit ẽm numerũ, igitur & tempus deficit ẽm numerum, sed omne quod deficit per ipsum deficit in tẽpore, igitur tempus deficeret in tpe, quod credo eum nullatenus concedere. Sed de his in Octauo dicetur.

DILVCI. *Cum autem ipsum nunc sit temporis & finis & principium, nonq; eiusdem, sed præteriti finis, futuri principium, quemadmodum circulus in eodem quodammodo curuũ habet & concauum, sic & tempus in principio est semper atq; fine, quocirca semper aliud atq; aliud uidetur. Non. n ipsum nunc principium & finis est eiusdem, simul. n. & per idem opposita sunt, non igitur deficiet ipsum, cum sit in principio semper.*

ANT. *Quoniam autem ipsum nunc finis & principium temporis est, sed non eiusdem, sed præteriti quidem finis, principiũ autem futuri, habebit sicut circulus in eodem quodam modo curuum & cõcauum, sic & tempus semper in principio & fine. Et propter hoc uidetur semper alterum, non. n. eiusdem principium & finis est ipsum nunc, simul enim & secundum idem opposita essent. Et non deficiet utiq; tempus, semper enim in principio est.*

A In solutione non determinauit, an tempus sit idem numero, an idem specie semper, nunc probat q. tempus nunquam deficiet ẽm speciem saltem, & sylls est, omne id quod est semper in principio, nunq̃ deficiet saltem ẽm speciem, sed tempus est semper in principio qm̃ saluatur esse suum in ipso nunc, semper. n. tempus est, si ipsius nunc est, modo ipsum nunc est principium temporis, igitur nunq̃ deficit, quin aliud tempus cuius ipsum nunc est principium sit successurum, probationem maioris affert ex definitione ipsius nũc, & hoc inquit, cum autem ipsum nũc sit tempus & finis & principium, nonque eiusdẽ, sed præteriti finis, futuri principium, antequã inferat maiorem, declarat quonã modo idem nũc sit principium & finis, an idem subiecto, an ratione & inquit, quemadmodum circulus in eodẽ subiecto quodammodo curuum habet, & concauum,

B sunt. n. concauum & curuum in circulo subiecto idẽ, ratione non idem, quia concauum respectu contentorum & intrinsecorum curuum siue conuexum respectu externorum, sic infert & tempus in principio est semper atq; fine, hoc est sic tempus est in aliquo quod subiecto est idem principium & finis ratione non idẽ, hæc est minor syllogismi nostri, deinde infert conclusionem, & inquit, quocirca semper aliud atque aliud videtur, quatenus est semper in fine, quo vero est semper in principio specie semper erit idem probat minorem principalis syllogismi, & inquit, non enim ipsum nunc principium & finis est eiusdem, nam finis & principium respectu eiusdem & simul sunt opposita, veluti pater & filius, epilogat conclusionem & vim rõnis, & verba patent. Vtrũ vero tp̃s sit perpetuum, in octauo huius dicetur, nunc vero sit dictum in tantum.

C

RECOGNITIONES.

TExtus hic in commentariis obscure legitur, ꝓpter syllogismos, quos ibi confecimus, dilucidius vero exponi potest, ꝙ Arist. primo sumat vnam suppositionem, videlicet ꝙ de essentia ipsius nunc sit esse præteriti finem, futuri temporis principium, exponit autem hoc per exemplum circuli, qui in eodem subiecto habet quodam modo curuum, id est connexum & concauum, ita quoq; idem nunc habet rationem finis respectu præteriti, & principij respectu futuri, hanc autẽ suppositionem non probat, quia supponit ipsam patere ex definitione ipsius nunc, dixit enim ipsum nunc esse ex eius ratione principium futuri & finem præteriti. Ex hac suppositione infert tempus semper esse in principio & fine, inquit, sic & tẽpus hoc est, ergo eo-

D dem modo ipsum tempus semper est in principio, & fine, consequentiam non probat, quia ex suppositione patet, nam cum de tempore sit nunc, & nunc semper est principium & finis, ergo tempus semper est in suo principio & in suo fine, dicimus. n. esse aliquid esse in suo principio cum non est, & continuo post hec erit, & aliquid esse in suo fine, cum non est & continuo antea erat, sit tempus nũc est in fine, quia antea erat, nũc in principio, quia postea erit. Debes scire ꝙ secus est successiuis, & in permanentibus, in successiuis. n. semper dicimus esse in principio & fine, quando aliquid illius est principium & finis, in permanẽtibus vero hoc fieri non potest, cum nihil illius sit, quod sit illius permanentis finis, & principium, punctum enim non est totius lineæ finis, & totius lineæ principium, veluti ipsum nunc est totius temporis finis. s. præteriti, & totius

temporis

temporis principium.s.futuri. Quare tempus, cum illius sit nunc aliquod semper, semper erit in principio & fine. Ex hac conclusione concludit propositum, & inquit, & propter hoc tempus videtur, semper alterum atq; alterum, nõ enim eiusdem principium & finis est ipsum nunc, essent.n.opposita simul & fm idẽ, est quidem semper alterum, quia ipsum nunc totius temporis finis est, & totius principium, & cum eiusdem numero nihil possit esse principium & finis, erit ergo alterũ semper atq; alterum temporis, ita vt sit ipsum nunc alterius finis alterius principium, hoc pacto breuibus, Them. intellexit. Ex hac conclusione infert eam, quam superius probauit, & inquit, & non deficiet vtiq; tempus vnquã, causa est, quia semper est in suo principio, vel quia semper est eius aliquid, quod est totius temporis principium, patet consequẽtia ex suppositione, non.n.potest deficere tempus nisi deueniamus ad vltimum ipsum nunc, quod alterius temporis non sit amplius principium. Modo hoc est contra suppositionẽ, diximus.n.ex definitione ipsius nunc esse vt principiũ & finis semper sit, hoc est fortissimum argumentũ peripateticorum, quo probarunt tempus esse æternum.

De æternitate temporis. Auer. proximo cõmento hoc idem probat, quia si deficit tempus, deficeret in tempore, supponit.n. ipsum non posse deficere in instanti, quia tunc in instanti deficeret motus, hoc autem falsum est, quia tunc in eodem instanti esset motus & quies. si.n. motus deficit in instanti, in illo vltimo mobile oportet moueri, alioqn mobile non moueretur in quolibet eius temporis, in quo adæquate mouetur, & oportet quiescere in eodẽ ex quo in tali instanti desinit. Præterea si tempus desinit in instanti, tunc cum illud instans sit principiũ futuri temporis, adhuc post illud, tempus erit. Præterea si **G** definit in instanti, vel suo, vel alterius tẽporis, non suo, nihil.n. deficere potest in aliquo sui, si alterius temporis, non esset vnum numero tempus, immo adhuc remaneret semper tempus, sed hæ rationes friuolæ sunt, & in Theologico diligentius disputabuntur, nunc vero dicamus suppositionem Arist. esse veram non simpliciter, sed inquantum tempus sequitur motum circularẽ continuum, cuius vt sic quodlibet indiuisibile est principium & finis, absolute tamen falsa est, quia nos tenemus cœli motum aliqñ cessare, & ita tenemus totius temporis esse dandum vltimum nunc, quod finis tantum præteriti est, & nullatenus futuri principium. Qua ratione tẽpus nec erit semper in fine & principio, nec semper in suo principio, nisi supposita cõtinuitate cœlestis motus, immo quandoq; erit in suo fine, veluti & motus ipse. Sed fortasse cauillis Auer. affectus instabit, **H** nam si tempus posset desinere, esset deueniendum ad vltimum nunc, vltra quod non esset temporis. & si sic, tunc instans siue nunc non esset simile puncto, qui est in circulo, sed puncto, qui est in linea recta, sed hoc friuolum est, nam instans supposita continuitate cœlestis motus est simile puncto, qui est in circulo, simpliciter autem non est illi simile, quia sicut in linea est aliquod punctum, quod est alterius partis finis, & alterius partis principium, & aliquod quod est finis, vel principiũ simpliciter, ita est in tempore nunc ipsum, aliquod.n. est nunc principium & finis supposito motu cœli, est aliquis simpliciter finis, supponẽdo eius cessationem, Ad rationem Auer. dico tempus desinere desinẽte motu, & motum dico desinente in instanti, vltra quđ nec erit motus, neque tempus, & cum dicitur, tunc motus **E** erit in instanti, quia in toto præcedenti tempore erat motus, ergo in quolibet illius, & ita motus erit in tali vltimo instanti, similiter erit & quies, quia in toto sequẽti erit quies, ergo in quolibet illius, & ita in tali instanti, quod est aliquid sequentis, respondeo, primo, q̃ argumentum supponit falsum, supponit.n. post vltimum nunc esse quietem, quod falsum est, nam corpora, quæ erunt, remanebunt immobilia, & hoc diuina virtute illa sic constituẽte, & sic post illud nõ erit qes, quare nec in illo esse põt. Præterea dato q̃ erit quies post illud, dico q̃ illud vltimum non est aliquid temporis sequentis, cum sit vltimũ simpliciter. & ita illa quies nec erit in tempore, nec in aliquo nunc temporis. Præterea motus & quies non possunt esse in instanti, ideo nec in tempore præcedente, nec sequente si aliquod sequeretur, quies vel motus esse potest in instãti, & ita **F** concedo in toto præcedenti tempore esse ipsum motum, non tamen in quolibet illius, vt in mẽsura, sed solum in qualibet parte illius, ex quo non sequitur in eodem instanti simul esse motum & quietem, patet ergo motum desinere in instanti, & de tempore esse deueniendum ad vltimum instans, & cum dicitur si tempus definit in instanti, & instans est principium temporis futuri, patet hoc esse simpliciter falsum, & verũ sola continuitate motus supposita. Ad aliud cum dicitur si desinit tempus in instanti, vel desinit in suo instanti, vel in instãti alterius temporis, dico ipsum desinere in instanti suo terminatiue, quatenus vltra vltimũ eius instans nihil temporis erit, non autem in instanti suo desinit commensuratiue, quia eius desitio non mensuratur suo instanti, quia tunc idem esset desinens & mensura desitionis, vltimum.n. instans non potest esse desinens, & suæ atq; temporis desitionis mensura. Sed instabis fortissime, ergo aliquid desinit cuius desitio nec est in tempore, nec in instanti, sed istud non abhorrerent catholici, nam ante mundi facturam Deus potuit & creare & destruere creatum, vbi incæptio, & desitio tempore vel instanti non mensurata fuisset. Præterea dicerem aliquid desinere vt quo, vtpote quia in ipso aliquid definit, ad cuius desitionẽ ipsum desinit. Aliquid vt quod, vt quod desinit per se, dicerem igitur tempus, & vltimum eius instans non vt quæ principaliter desinere, sed vt quo vel quibus, vtpote quia in vltimo illo instanti desinit motus, & sic desinit tempus desinente motu, ad formam dico quæ desinunt, vt quo, nõ oportere in aliquo tempore, vel instanti desinere, sed desinunt, quia alia in ipsis desinunt, quibus desinentibus, ipsa desinunt, & sic desinit tempus & vltimum instans tẽporis. Istud coguntur asserere peripatetici qui tenent instantia esse indiuisibilia raptim transeuntia, hæc.n. desinunt, quorum desitio nec tempore, nec instanti mensuratur. Alioquin instans esset suæ desitionis mensura. Quare pro ipsis & pro nostra veritate satis sit illa desinere, quia in ipsis aliquid desinit, ad cuius desitionem ipsa desinunt.

Ipsum autem iam, pars est futuri temporis indiuiduo nũc instanti propinquum, veluti quando ambulabis, iam ambulabo, quia tempus in quo ambulabit est prope. Itemq; & præteriti temporis, quod non longe ab instanti nunc distat, ut quando ambulasti? iam ambulaui. Illum autem nunc dicimus iam captum fuisse, quia longe ab instanti nunc distat. DILVCL

Ipsum autem iam prope præsens nunc atomum est pars futuri temporis, quando ibis iam, quia prope est tempus, in ANT.

quo

quo futurum est. Et præteriti temporis pars, quæ non pro-culest ab ipso nunc, quando iuisti iam, iui Ilion dicere iam de strui non dicimus, quia procul est ab ipso nunc.

Nũc quid sit ἤδη græce, latine iam, explicat, quæ res cum sit partim grammaticæ indagatio, partim trãslatione pateat, illud solum scias ipsum iam differre ab olim, solum per hoc, quod ipsum olim respicit nunc præteritum, aut futurum longinquum à præsenti, ipsum vero iam, non longinquum, sed propinquum.

Quæ Auer. com. 147. Auerroes autem in sua lingua habebat ecce, quod quid sit, ab eo patet.

DILVC. *Ipsum præterea nuper præteriti pars est ipsi nunc præsenti propinqua, ut quando uenisti, nuper si sit præsenti nũc proximum sit.*

ANT. *Ipsum autem modo prope præsens nunc est, & pars præteriti, quando uenisti, modo, si sit tempus proximum præsenti nunc.*

Nunc quid sit ἀρτι græce, latine nuper siue modo. Auerro. autem in eius lingua habet pauloante, quæ translatione patent.

DILVCI. *Quondã pars est eiusdem tẽporis longe ab instanti nũc.*
ANT. *Olim autem procul est.*

Nunc quid sit πάλαι græce, latine quondam, siue pridem, siue antiquitus, vt Auer. habet, & res patet.

DILVCI. *Repente uero, quod in tempore insensibili ob paruitatem dissluit.*

ANT. *Repente autem quod insensibili tempore propter paruitatem defluit.*

Quid ἐξαίφνης græce, latine subito, siue repente, siue mox nunc describit.

Quæ Auer. com. 127. Quæ Auer. exponit hic, intelligenda sunt in bonũ, nun enim tempus est velox, aut tardum, sed pro breui, siue dubitatio sumit.

DILVCI. *Cum mutatio omnis suapte natura sit deturbatiua, & in tempore cuncta oriantur & occidant, idcirco sunt et qui ipsum sapientissimum dicebant, & qui rudissimum, ut Pythagoreus Paro dixit, quia & per ipsum obliuiones inuehũtur, rectius dicẽs. Perspicuum nanq; est potius corruptionis per se causam esse tempus, quàm generationis, quia quemadmodum etiam prius diximus, mutatio per se dimotiua est, per accidens autem generationis et esse causa est. Signum ex eo sufficiens est, quod nihil fit, nisi mouẽs aliquo modo moueat & agat. Corrumpitur autem & si nihil moueat, atq; hanc corruptionem à tempore fieri maxime dicere assoleumus, uerum neq; hanc tempus efficit, licet mutationem hanc etiã fieri in tempore accidat. Quod igitur tempus sit, & quid ipsum sit, quotq; modis ipsum nunc dicamus, & quid sit olim, quidq; nuper, quid iam quidue quondam atq; quid repente, explicatum est.*

ANT. *Mutatio autem omnis natura remotius est, in tempore autem omnia fiunt, & corrumpuntur, unde & alij quidem sapientissimum dicebant. Pythagoricus autem Paro penitus indisciplinabile, quia & obliuiscuntur in hoc, dicens rectius. Manifestum.n. est quod, corruptionis magis erit per se causa quàm generationis, sicut dictum est etiam prius, destructiuum.n. mutatio per se est, generationis autem & ipsius esse secundum accidens est. signum sufficiens est, quia fit quidem nihil, nisi moueat quodammodo & ipsum, & agat, corrumpitur autem & cum nihil moueat, & hanc maxime dicere consueuimus à tempore corruptionem. At uero neq; hanc tempus facit, sed accidit in tempore fieri & hanc mutatio-*

Igitur enim.

A *nem. Quod igitur tempus sit, & quid sit, & quot modis dicatur ipsum nunc, & quid ipsum nunc, & quid modo, & quid iam, & quid olim, & quid repente, dictum est.*

Nunc circa temporis qualitates vult disputare, nam cum omnia & oriri & occidere in tempore videantur, idcirco de qualitatibus temporis duæ fuerunt positiones. Alij nanq; sapientissimum, alij stultissimum, siue indocile fecerunt tempus. Simonides sapientissimũ, quia beneficio ætatis mutarum rerum notitiam adipiscimur, vnde Ora. in arte poetica. Multa ferunt anni venientes commoda secum.

Paro Pythagoreus indocile & stultissimum, quia iniuria temporis, tum obliuio, tum delitia hominibus inuehuntur, quod etiam Oratius ibidem, subdit anetes dicens plurima adimunt. Arist. approbat Paronem B Pythagoreorum argumẽto, & signo. Argumẽto quidem quod omnis mutatio, cuius tempus est affectio potius impellit & deficit quàm quicquam per se efficiat, est.n. per se dimotiua, per accidens autem additiua. Signa vero, quia omnis generatio fit præsente motore & agẽte. Corruptiones aut multæ fiunt: quarum neque motor, neq; agens nobis patet, hinc loco causæ illarum prouentus tempori damus, non quod tempus sit corruptionis causa, quemadmodum nec generationis, sed suppletoria atq; attributoria causa existit. Deinde epilogat, & sermo patet.

Auer. autem verbum illud Arist. quod videlicet mutatio sit potius dimotiua quam generatiua, non absolute intelligit, nam propria & per se corruptionis causa est motor habens contrarium. Motus autẽ est via, qua itur in corruptionem, & ita vult motum nõ per se causam esse hoc est principalem, sed est per accidens, vt distinguitur contra principalem, per se vero instrumentaria. Similiter cum Aristo. dixit, multas corruptiones esse tempori dandas, non omnes dixit, quia vt Auerro. ait corruptiones violentæ causam habent notam, & has causas non tempori ascribimus. Naturales vero corruptiones, quæ ab occulta causa proficiscuntur, tempori attribuimus. C

Quæ Auer. comen. 128 An motus per se faciat ad corruptionem, per accidens aut ad generationem & an ipse per se corrũpat. Vide Egi. hic.

RECOGNITIONES.

VTrum mutatio sit per se remotiua, & videtur quod non propter rationes superius tactas, quia de motu cœli non est verum, neq; de aliis motibus, vna responsio esse potest quod mutatio nec generationis, neque corruptionis causa est per se, vt argumenta superius facta concludunt, secundo dici potest, quod licet nec ge- D nerationis, neq; corruptionis causa per se sit, est tamẽ mutatio potius causa corruptionis quã generationis, quia potius est suapte natura remotiua, quã generatiua. Ex hoc tamen nõ sequitur mutatio est magis & potius causa corruptionis, ergo per se causa corruptionis, nam licet potius sit per se causa corruptionis, non tñ causa est per se corruptionis, & huius causa est, quia potius hic distrahit, dicimus.n. rubrum esse potius album quàm nigrum, & tñ rubrum neq; est album, neq; nigrum per se, præterea dici potest aliquid per se competere generi, quod nun omni speciei per se cõpetit, modo ipsam mutationem esse remotiuam competit per se mutationi secundum rationem generis, quia licet non omnibus speciebus competat, saltem alterationi ex ea ratione qua mutatio est competit, disponit.n. suapte natura ad corruptionem,

His

DI LVCI. *His ita diffinitis, perspicuum est mutationem omnẽ esse in tempore, & omne quod mouetur necessario in tempore moueri. Velocius enim & tardius in omni mutatione fiunt, nam in cunctis sic cernitur. Dico autem id uelocius moueri, quod prius in subiectum peruenit, modo per idem spatium uniformẽq; mutationem moueatur. Ceu in delatione si ambo super circunferentiam, aut ambo super lineam rectã moueantur. Similiter & in cæteris id genus, sed ipsum prius in tempore est, prius.n. & posterius per ad ipsum nunc distantiam sumpsimus, ipsum autẽ nunc terminus est præteriti atq; futuri. Quare cum ipsum nunc in tempore sit, ipsum quoque prius & posterius in tempore erunt. Nam ubi ipsum nunc est, in eo etiam ipsius nunc distantia est. Verum modo contrario ipsum prius in præterito atq; futuro tempore dicitur, in præterito nanq; id dicimus prius, quod longius ab instãti nunc distat, id uero posterius, quod eidem propinquius existit, in futuro uero id quidem prius, quod propinquius illi est, id autem posterius, quod ab eo longius est. Quare cũ ipsum quidem prius in tẽpore sit, omnem autem motũ ipsum prius comitetur, perspicuum omnem mutationem omnemq; motum in tempore esse.*

ANT. *His autem nobis sic determinatis, manifestum est, quia omnem mutationem, & omne, quod mouetur, necesse est moueri in tempore, uelocius.n. & tardius secundum omnẽ mutationem est, in omnibus enim sic uidetur, dico autẽ uelocius moueri, quod prius transmutatur in subiectum secundũ idem spatium, & regularem motum eius quod mouetur, ut in latione si utraq; secundũ circumlationẽ moueantur, aut utraq; secundum rectum, similiter autẽ & in alijs. At uero et prius in tempore est, prius enim & posterius dicimus ad ipsa nũc distantiam, ipsum autem nunc terminus præteriti, & futuri est. Quare cum ipsa nunc in tempore sint, & prius & posterius in tempore erunt. In quo enim est ipsum nunc, & ipsius nunc distantia est. Econtrario autem dicitur prius & posterius & secundum præteritum tempus, & secundum futurum: in præterito quidem.n. prius dicimus, quod longius est ab ipso nunc, posterius autem quod prope est, in futuro uero, posterius quidem quod propinquius est, posterius autem quod longius. Quare cum prius quidem in tempore sit, & ad omnem motum sequitur prius, manifestũ est q; omnis mutatio & omnis motus in tempore est.*

Nunc ꝙ omnis mutatio fit in tpe. Arist. syllogizat, & pōt litera resolui in vnum syllogismum principalẽ, & pro syllogismi, syllogismus principalis est. Omne velocius & tardius est in tempore, omnis mutatio & oẽ quod mouetur, velocius & tardius mouetur, igitur ols motus & omne quod mouetur in tempore est. De ratione primo ponit conclusionẽ, & inquit, ijs ita diffinitis, perspicuum est mutationẽ oẽm esse in tpe, & omne quod mouetur, necessario in tẽpore moueri. Hæc est conclusio. Deinde de syllogismo tangit minorẽ. & inquit. Velocius.n. & tardius in omni mutatione fiunt, nã in cunctis sic cernit, hæc est minor. maiorẽ principalis sylli declarat sic, omne in quo est prius & posterius est in tempore, velocius & tardius sunt prius & posterius, igitur in tempore, minorem declarat per definitionẽ velocioris & tardioris, & inquit. Dico autẽ id velocius moueri, quod prius in subiectum peruenit, hic autẽ subiectum quod græce hypoceimenon, non pro eo in quo recipitur accepit, sed pro genere sub quo continetur, vt exponit Them. Verbi causa, in delatione subie-

An ols motus mensuret tpr. Vide Alber. de saxo. qo. 17. huius.

E ctum est locus, in auctione, quantitas, in alteratione qualitas, in gñatione vero substãtia, est igitur velocius quod prius in subiectum.i. in genus peruenit, sed non absolute, sed seruatis conditionibus, & hoc subdit, modo per idẽ spatium vniformemq; mutationẽ moueat, exponit quid intelligit per idem spatiũ, & inquit, ceu in delatione si ambo, hoc est ipsum velox & ipsum tardũ super circunferentiã moueantur, aut ambo super lineã rectam moueantur, silr & in cæteris id genus, cur vero dixit per vniformem motũ, non explicauit, sed in multis casibus calculatorum illud patet, vt in Sexto dicemus. Deinde ponit maiorem secundi sylli, & inquit. sed ipsum prius & posterius in tpe sunt, & hanc probat & sylls est, vbi est nũc, est ipsum prius & posterius: in tpe est nunc, igitur in tpe sunt ipsum prius, & posterius, inquit, prius.n. & posterius per ad ipsum nunc distãtiam

F sumpsimus, ipsum aũt nunc terminus est pteriti atque futuri, quare cum ipsum nunc in tpe sit, ipsum quoque prius & posterius in tpe erunt, nam vbi ipsum nũc est, in eo ẽt ipsius nunc distantia est. Sed quia dixit prius & posterius sumi per distantiã ab instanti nunc, declarat ꝙ non eodem modo sumuntur in futuro tẽpore & in præterito, & inquit, verum modo cõtrario ipsum prius in præterito atq; futuro tpe dicitur, in præterito nãq; id dicimus prius, quod longius ab instanti nunc distat, vt prius Octaniũ dicimus fuisse q̃ Cęsarem, quia Octauius longius est ab instanti nunc, id vero posterius, qđ eidem propinquius est, vt Cæsarem posteriorẽ Octauio, quia propinquior pręsenti nunc. In futuro vero id quidem prius quod propinquius illi est, vt gallicũ venturum bellum prius est venturum, quã italicum, quoniam anno futuro gallicum bellum venturum est. An-

G no ab hoc tertio illud italicum. Tunc epilogat rationẽ & conclusionem, & sermo patet.

Mouet Auer. ibi {Et quæritur quo modo pōt} quæstionem. Nam Arist. probauit omnem mutationẽ esse in tempore, contra est de illuminatione, & de generatione formæ, propterea sequitur vt nos alterum duorum dicamus, aut vt demonstratio sit vlis, & tũe oportet dicere tales esse in tpe, apparẽter tñ subitarũs, quia latent sensus, aut vt dicamus ꝙ hæ sunt momentariæ, & ꝙ demonstratio est particularis solum, & nõ de omnibus. Respondet ibi. {Et ad hoc.} Et vult ꝙ transmutatio pōt sumi dupľr. Vno modo pro fine trãsmutationis, & hoc modo dicitur æquiuoce, & sic generatio est finis transmutationis, quia alterationis, & illuminatio finis delationis. Alio modo pro ipsa trãsmutatione, vt pro alteratione, & delatione & id genus. Tunc vult ꝙ

H demonstratio Arist. si vlis de transmutationibus, & nõ de finibus transmutationum, nam quilibet finis est in diuisibilis, sine finis sit alterius speciei ab ipsa transmutatione vt generatio est, quæ differt genere ab alteratione, siue eiusdẽ speciei, vt calefactum esse quod est eiusdẽ speciei cum calefactione, sed quia de hoc transmittit non ad tps, vt ad.6. Physicæ auscultationis, nos in expositione cõm.32. plura dicemus Deo duce.

Que Auer. Comm. 129.

An generatio fiat in instãti. Vide ca. q. 2. quinti huius.

RECOGNITIONES.

Animaduerte Aristo. voluisse oẽm mutationem & omnem motum in tempore esse, & Auer. intelligit de his mutationibus, quæ proprie dicuntur, nõ de his, quæ æquiuoce fines sunt motuum, ergo intelligo de mutationibus totalibus, nam mutationes, quibus minima generantur, momentariæ sunt: vniuersa vero

vero mutatio, quia vniuersa forma acquiritur in tempore est, & ita successiua, ex textu tamen non habetur omnem mutationem esse continuam, sed solum in tempore, quia successiua est, verum, vt.6.huius dicemus, localis motus est successiuus, & continuus, cæteri successiui, non tamen continui, ex quo sequitur nõ esse necessarium velocitatem & tarditatem esse continuam, cum non omnis motus sit continuus, vt postea dicemus.

DILVC. *Contemplatione autem dignum est, & quonam modo se habeat ad animam tempus. Itemq; & quamobrem in cunctis esse uidetur tempus, & in terra, & in mari, & in cœlo. An quia motus ipsius affectio est quædam atque habitus mensuraq;, sunt autem hæc cuncta mobilia, cum in loco sint omnia, insuper tempus & motus simul sunt potestate atque actu.*

ANT. *Dignum autem consideratione est & quo modo aliquãdo se habeat tempus ad animam, & propter quid in omni uidetur esse tempus, & in terra, & in mari, & in cœlo. Aut quia ipsius motus passio quædam est, uel habitus, & numerus existens, hæc autem mouentur omnia, in loco.n.omnia sunt. Tempus autem & motus simul sunt, & secundum potentiam & secundum actum.*

Mouet circa dicta quæstiones. Prima est, quonam modo se habeat ad animam tẽpus, an vt effectus illius, an vt illius causa? Secunda quæstio propter quid tẽpus est vnum in cunctis vt in mari, cœlo, & terra, quæ sunt remota & maximis discerniculis abiuncta. Respõdet ad secundam, ꝗ ideo tempus est in omnibus illis, quia motus est in illis, cuius tempus est affectio, habitus, & mensura. Est quidem affectio, quatenus eũ comitatur, est habitus, quia ab eo separari non potest, est & mensura portionum partiumue motus, quare cum cuncta hæc motu participent, etiam & tempus participare videntur. est insuper alia causa, ꝗ motus & tempus simul sunt potestate atque actu, cum.n. res potestate mobiles sunt, potestate quoq; in tempore erunt, veluti quiescentia, quæ vero iam mouentur actu, actu quoq; sunt in tempore. Vtrum vero tempus sit vnum numero in cunctis, iam determinauimus.

Que Auer. com. 130. Auer. autem videtur sic arguere, accipiens est in subiecto, & numerus in numerato, sed tempus est accñs motus & mobilium, & numerus similiter, igitur est in motu, mobilibus & id genus, quare erit in cœlo vt in primo mobili, in terra & mari cæterisq; elementis atq; mixtis vt in rebus secundo mobilibus, verum (vt ait ipse.) non eodem ordine, inuenitur enim in cœlo primo, quia illud est subiectũ primi motus, in rebus mobilibus secundo, quia ipse mouentur virtute primi motus, in rebus quiescentibus tertio, quia sunt apta moueri, verum de his rebus satis superius.

DILVCI. *Vtrum si anima ipsa non sit, tempus ipsum sit, an non, dubitabit aliquis, nam si impossibile est esse, patet etiam neque numerum esse, est enim numerus aut id quod numeratur, aut numerabile quid, si autem nihil aliud est aptum numerare ꝙ anima, aut animæ intellectus, erit impossibile esse tempus si anima non sit. Nisi id quod subiecto est tempus si fieri potest ut sit motus sine anima, in quo motu ipsum prius & posterius sunt, tempus autem est hæc ut numerabilia sunt.*

ANT. *Vtrum autem cum non sit anima, erit tunc tempus aut, A non dubitabit aliquis. impossibili, enim existente esse, manifestum, quoniam neq; numerabile erit numerus enim est, aut quod numeratur, aut numerabile, si autem nihil aliud aptum est quam anima numerare, uel animæ intellectus, impossibile est tempus esse, cum non sit anima, sed uel hoc quod aliquando ens est tempus, si contingit motum esse sine anima, prius autem posterius in motu sunt: Tempus autem hæc est secundum ꝗ numerabilia sunt.*

Repetit primam quæstionem & soluit, inquit, dubitabit vero quispiam vtrum si anima ipsa non sit, tempus ipsum sit? Respondet ꝗ anima non existente ẽt tempus non erit, & si animam impossibile est esse, tempus impossibile est esse, inquit, an nõ dubitabit aliquis sed erit certus, nam si impossibile est esse animam: patet etiam neque numerum esse, est.n. numerus, aut id B quod numeratur, aut numerabile quid, si autem nihil aliud est aptum numerare ꝙ anima, aut animæ ea pars quæ intellectus est, erit impossibile esse tempus si anima non sit, est igitur ratio non existente numero non existit tempus, non existente anima non est numerus, igitur non existente anima, non existit tempus. Sed dices, igitur nulla anima existente, pœnitus nihil temporis erit. Respõdet nisi id quod subiecto est tẽpus, quasi dicat remanet tẽpus subiecto quod dico si fieri potest vt motus sit sine anima, in quo motu prius & posterius sunt, modo tempus est hæc vt numerabilia sunt. Sic igitur ab Arist. habemus ꝗ non existente anima non est tempus formale, sed aptitudinale, videlicet ipsa motus partium numerabilitas, sed huic occurrit Boetius. nã dato ꝗ nec actu, nec potestate anima sit, adhuc esse potest numerus potestate saltem, quemadmodum sensile sine eo quod, sentit. Respondet Themistius, & vult C hanc regulam, ꝗ quando sunt aliqua correlatiua, hæc sese sequuntur eodem modo, vt si vnum est actu, alterum est actu, & si vnum potestate, alterum etiam potestate, quare si vnum nec actu nec potestate sit, alterum, nec actu, nec potestate erit, & ita si anima nõ sit, nec possit esse, numerus nec est, nec potest esse, vbi autem anima non sit & potest esse. Tempus siue numerus non est & potest esse, quare dato, ꝗ anima actu nõ sit, aut actu non numerat, potest esse vel numerare: quare numerus & tempus erunt quo ad subiectum & illius aptitudinem. Simili modo de ipso sensili dicendum est.

Auerroes autem videtur velle in commento, quòd tempus est quasi medium inter esse extra animam, & esse in anima, non enim est in anima tantum, cui nihil D in re respondet, quia tunc esset figmentum, neque purum ens reale, quia tunc non esset numerus, propterea videtur partim ex anima quo ad formale, & extra animam quo ad materiale vt supra dicebatur, qua ratione paucis interpolitis, patet tempus vno modo esse ens perfectum, alio modo diminutum, ea qnidẽ ex parte, qua est extra animã, hoc est ratione motus, videtur ens perfectum ab anima ipsa independens, ea vero ex parte qua est dependens ab anima vt quo ad formale, est ens diminutum, hæc de tempore non semel supra explicauimus. Debes autem scire ꝗ exposito res mirum in modum laborant circa verba Arist. propter malas quas habent translationes, est etiã in græcis codicibus non parua variatio, sed codex, è quo hũc nostrum textũ latinum facimus, sic habet, vt trãstulimus,

Que Auer. com. n. 131.

De verbis græcis. An ipsis sit ab anima. Vide Alb. de saxo. q. 16. huius.

& est melior cæteris aliis, tu vero considera, nam iudicem tuum non refutabo.

RECOGNITIONES.

Animaduersione dignũ prima textus verba, nõ eodem modo in grecis codicibus omnibus reperiri, vno.n. modo repeniuntur in vno codice, vt in nostra dilucida translatione trãstulimus. Alio modo, vt in prę senti trãslatione cernis. Sed in codice nuper ad manus meas perueniente, hoc pacto emendata leguntur, aut nõ dubitabit aliquis, impossibile enim cum sit, numerantẽ esse aliquẽ, impossibile etiam est numerabile aliquod esse, quare manifestũ est, quoniã neq; numerus est, aut qui numeratur, aut numerabilis. Et hoc pacto verba hæc si leganť, clara sunt, est enim responsio, tempus non esse anima non existente, nam cum anima sic numerãs, & tempus numerus, impossibile est numerabile aliquod esse nõ existente anima numerante, & ita patet numerum non esse, quia nec est qui numeratur, neq; qui est numerabilis. & ita nec tempus. & Addit ꝙ licet tempus nõ sit quatenus est numerus, & quatenus subiecto motus est.

DILVCI. *Ambiget quispiam etiam qualis nam motus tempus numerus est, an qualislibet. Nam & in tempore generatur, & corrumpitur, & augetur, & alteratur, atq; in tempore defertur, quatenus igitur motus est, eatenus est tempus cuiusq; motus numerus, quocirca absolute motus continui numerus est, non autem cuiusdam.*

ANT. *Dubitabit autem aliquis, & qualis motus tempus numerus est? aut qualislibet, etenim fit in tempore, & corrumpitur, & augmentatur, & alteratur in tempore, & fertur. Secundum igitur ꝙ motus est, sic est uniuscuiusq; motus numerus, unde motus simpliciter est numerus continui, sed non cuiusdam.*

Vlterius quærit qualis nam motus tempus numerus est. Respondet an quaslibet, cuius causam subdit, nam & in tempore generatio fit in tempore, & corruptio, itemq́; & auctio, atq; delatio. Ex hoc infert ꝙ tẽpus est numerus motus, quatenus cuiusq; motus, & nõ quatenus illius aut illius motus, ideo absolute est numerus motus, vt continuus est, nõ vt ille, aut ille. Sic igitur tps est omnis motus vt motus continui numerus.

RECOGNITIONES.

Balbutit Auer. duas expositiones, vna est ꝙ tempus est numerus cuiuslibet motus, ex eo, quia est numerus primi motus cõtinui, idest perpetui, & ita est numerus principaliter, & affectio principaliter primi motus, qui est vnus, & continuus idest perpetuus, cæterorũ vero est numerus secundario, & ex consequẽti, propterea quin est numerus primi motus, & sic per continuum. Auer. ſm hanc expositionem intelligit perpetuum, secũdo intelligit tempus esse numerum motus, non huius, nec illius, sed quo motus est cõtinuus, hoc est vnus ſm genus, ceterorum vero numerus est, quatenus est numerus motus simpliciter, qui est vnus ſm genus, & hoc pacto secundo nos exponebamus. Sed dices contra primam expositionem, tempus non posse esse numerum primi motus, sed bene affectionem, est .n. vt Themist. inquit motus affectio primi motus, & numerus cæterorum motuum, nec ab ratione hoc est, quia motus cœli non potest à tempore excedi. Vno modo dici potest tempus esse numerum primi motus ſm illius partes, & hoc sufficit. Vel potest esse numerus,

E qui est mensura propria, non communis, non.n. oportet numerum semper excedere numeratum, nisi sit cõmunis illius mensura, vbi enim esset propria illius mẽsura, quæ à Themistius æuum dicitur rei, non oportet esse maiorem.

Sed continget ut eodem nunc alia etiam moueãtur, quorum utriusq; motus tempus numerus est, erit ne igitur aliud atq; aliud, ita ut duo æqualia tempora fiant, an non, omne. n. tempus unum similiter est & simul. Specie uero & non simul sunt. Nam si sint hi quidem canes, illi autem equi, atq; utriq; septem, idem eorum est numerus, sic & eorum motuũ, qui simul conterminantur, idem est tempus, & si uelocior alter fortasse sit, alter tardior, itemq́; alter delatio, alter alteratio sit, tempus itaq; idem est alterationis & delationis, si quidem numerus idem est, nam quanquam motus differãt F *atq; seorsum sint, tempus tamen omnino idem est, quia numerus etiam unus omninoq; idem est æqualium & simul.* DILVC.

ANT. *Sed est nunc moueri & alia, quorum utriusq; motus numerus utiq; erit. Alterum igitur tempus erit, & simul duo æqualia tempora essent, aut non. omne nãque tempus unum similiter, & simul est. Specie autem & quæ non simul. si. n. sunt hi canes, illi uero equi, utriq; autem septem, idem numerus est, sic & motuum simul terminatorum idẽ tempus est, sed hic quidem uelox fortasiis, alius uero non, & alius quidem latio, hic uero alteratio, tempus tamen idem est, siquidẽ & numerus æqualis sit & simul cum alteratione, & latione, & propter hoc motus quidem alteri, & seorsum sunt, tẽpus autem est idem ubiq;, quia & numerus unus & idem ubiq; est, qui est æqualium & simul.*

Petit consequenter aliam quæstionẽ, & inquit, sed G continget etiam vt eodem nunc alia etiam moueantur, vt patet, possunt enim Romæ fieri nundinæ, atq; in Auiano aliæ simul, quorum igitur vtriusque motum tempus numerus est erit ne aliud aliud ita vt duo æqualia tempora sint? Respondet quòd omne tempus numero est idem, non autem specie, hoc est tempus est idem sub ratione numeri, & quo ad numerum ipsum, est tamen quo ad res numeratas aliud atque aliud, inquit, omne.n. tempus vnum similiter est & simul propter vnum nunc vt Them. ait, & ita omnia sunt vnum ratione numeri, specie vero, & quo ad res numeratas non simul sunt, & vnum. Quod declarat & inquit, nam si sint hi quidem canes, illi autem equi, atq; vtriq; septem, idem eorum est numerus, licet numerata specie differunt, sic & eorum motuum qui simul conterminantur, quia simul definunt & incipiunt, H idem est tempus quo ad rationem numeri, & si velocior alter fortasse sit, alter tardior itemq́; alter delatio sit, alter alteratio specie differentes deinde quasi epilogat responsionem, & patet.

Auerro. autem declarat hic, ꝙ tempus est numerus cuiuslibet motus attributiue ad primum motum diurnum hac ratione, ꝙ si non esset translatio, non esset alteratio, neque auctio, neque generatio, neque demum aliquis alius motus, esse tamen posset tempus solatranslatione siue delatione existente, vlterius si non esset latio circularis velocior vt motus diurnus, non esset tempus. Tempus igitur & si sit numerus cuiuslibet motus, est numerus ordine quodam diurni primo, & per se, cæterorum vero quatenus dependent ab illo. Deinde multis interpositis, declarat Auerroes primo, quòd tempus non se habet ad mo- Quo Auer. com. 132.

ad motum penitus vt numerus, quia tunc ipſum tempus non eſſet ens naturale, neq; mobile definibile per motum. Cum eſſet res mentalis, in cuius definitione non accipitur motus. Secundo declarat ꝙ in definitione temporis non ponitur quilibet motus, quia tũc multiplicaretur ad multiplicationem motuum, veluti alia accidentia quæ definiuntur per ſubiecta, vbi.n.motus omnis poneretur in definitione temporis eſſet illius ſubiectum, & ſic, quot motus, tot tempora. Tertio ait ꝙ diſpoſitio temporis cum motu eſt diſpoſitio accidentis cum ſubiecto, non cum quolibet motu, ſed cũ vno tãtum, videlicet cum motu cœli, cum alijs vero eſt diſpoſitio numeri, hoc declarat per hoc. quia nos nõ cognoſcimus tempus niſi per motum, hoc eſt, quia nos ſumus in eſſe tranſmutabili, & hoc non niſi per motũ cœli. Tempus igitur eſt paſſio huius motis, & talis motus accipitur in definitione eius, qua ratione fit vt tempus ſit motus cœli menſura intrinſeca, vt forma in illo. Cæteros vero menſurat vt numerus extrinſecus, non quatenus per illos definitur, & per hoc tollitur quęſtio Themiſt. quam mouet in digreſſione, cuius ſignum eſt ꝙ tempus eſt perpetuum perpetuitate motus cœli, & reciprocum atq; rediturum per circulum vt ille motus, ſed de his ſatis diximus ſupra.

Tex.133. *Cum autem delatio ſit motus, & huius ſpecies ſit ea quæ orbicularis. menſureturq; unumquodq; uno quodã ſibi congenere, unitates quidem unitatibus, æqui uero æquo, ſit etiã tempus quodam definitio tempore menſurabitur. atq; motu ut diximus, interdum tempus menſuratur motus quoq; tempore, quod quidem eſt, quia à definiti motus tempore ipſius motus quantitas atq; temporis menſuratur.*

Auer. exponit, ꝙ Ariſt. velit declarare quid ſit tẽpus primum & ꝙ tempus primum ſit id quod eſt affectio primi motus. Themiſt. vero rectius vt mihi videtur literam introducit, inquit.n. quoniam mẽſurabilia omnia cognato & congenere aliquo menſurantur, lineæ lineis, vnitatibus vnitates, cum tempus menſurabile ſit, poterit etiam tempore menſurari, illud quale nam ſit, in præſentia veſtigandũ reſtat. Sic igitur apud Themiſt. Ariſ. vult declarare, quod eſt illud tempus, quo & tempora cuncta, & motus cuncti menſurantur, tanquã menſura congenere atq; cognata. Illud vero ꝙ expoſitor ait nullatenus vt vides textui ſtare poteſt. Pro declaratione igitur propoſitæ à Themiſt. intentionis ſumit Ariſtot. ꝙ tempus tempore menſuratur, & motu tempus & motus tempore menſurantur, & ſyllogiſmus eſt, congenera congenere menſuratur. Tempus tempori & motus motui & tẽpus motui congenera ſunt, igitur tempus tempore, & motus tempore, & tempus motu menſurantur, proponit tamen vnam ſuppoſitionem, quæ eſt extra ſuppoſitionem principalem, ſed facit ad ſequentia, videlicet cum autem delatio ſit motus & huius ſpecies ſit ea quæ orbicularis, hæc ſuppoſitio non ſeruit nunc, ſed ſequentibus, deinde tangit maiorem ſyllogiſmi, & inquit, menſureturq; vnumquodq; vno quodam ſibi congenere vnitates vnitatibus, æqui vero æquo, ſiue lineæ lineis, inſert, propoſitam ſuppoſitionem, & inquit, ſic etiam tempus quodam definito tempore menſurabitur, atque motu, (vt diximus) interdum tempus menſuratur, motus quoque tempore, quod declarat dicens, quod quidem eſt, quia à definiti motus & nobis certi tempore ipſius motus quantitas, & temporis menſuratur. Sic igitur habetur ꝙ temporis

A omnis, & omnis motus quantitas à quodam tempore nobis noto atq; definito menſurari debet.

Si igitur eſt primum ipſum cæterorum congenerum menſura uniformis ſane conuerſio menſura potiſſimũ erit, quoniam numerus huius notiſſimus eſt, non autẽ alteratio, neq; auctio, neq; generatio, cum uniformes non ſint, ſed ipſa delatio uniformis eſt, tempus itaq; eſſe uidetur ipſius orbis motus, quoniam cæteri id genus motus hac menſurantur, tempus etiam eodem motu.

His acceptis, inſert quid ſit omnium motuũ & omnium temporum primum tẽpus, quo & omnes cognati motus & tempora menſurantur, & vult talem primã menſuram eſſe conuerſionẽ cœleſtem vniformem vt motũ diurnum. Tũ quia numerus huius. vt vigintiquatuor horæ ſit notiſſimus omnibus gentibus. Tũ quia nullus cæterorum motus eſt vniformis & regula-
B ris, niſi ſola delatio, & de delatione ſola cœli & orbis conuerſio, propterea inſert tẽpus eſſe ipſius orbis motum, cum cæteri id genus motus, & tempus hoc motu primo veluti notiſſimo menſuretur.

Quocirca & id accidit, quod conſuetum eſt dici, inquiũt enim humanas res, necnon cæterorum naturales motus ut generationem & corruptionem circulum eſſe, quod quidem propterea eſt, quia cuncta hic tempore diiudicantur, atq; finem, & principium in illo accipiunt, perinde ac ſi reditu fierent. Videtur etiam tempus ipſum circulus quidã, quod quidem rurſus hac ratione uidetur, quia talis circulationis eſt ipſum menſura & à tali etiam circulatione ipſum menſuratum, quare dicere rerum eas quæ fiunt circulum eſſe, eſt dicere temporis eſſe quendam circulum, quod ideo dicitur, quia ipſa circulatione tempus menſuratur, præter enim ip-
C *ſam menſuram nihil aliud uidetur eſſe ipſum quod menſuratur ꝙ̃ totum quod eſt plures menſuræ.*

Duæ de ipſo tp̃e fuerunt poſitiones antiquorum. Vna ꝙ tp̃s ſit mundus ipſe vniuerſæq; res. Altera ꝙ ſit mundi circulatio ſiue prima orbiculatio. Ariſto. igitur nunc eas verificat, vt inde ſuam de tp̃e poſitionem cõfirmet, eſt.n. mos Ariſt. antiquorum poſitiones, poſtꝗ̃ eas confutauerit reducere in bonũ, vt inde veritas magis eluceſcat. Verificat itaq; primam per hanc rõnem, quia humanæ res, & cæterarum motus omnis tp̃e menſurãtur, videnturq; quaſi redire in tempore, non quidẽ eædem numero, ſed ſpecie eædem, quare tempus rerũ omnium circulatio diiudicatur, verificat quoque ſc̃m, quia tempus eſt menſura circulationis, & quaſi à circulatione menſuratum, modo menſura non videtur res
D diſtincta & præter rem mẽſuratam, cum nihil aliud ſit, ꝗ̃ totum quoddam ex pluribus menſuris conſtans partialibus. Sic igitur verificantur poſitiones ad ſenſum verum, quem ipſe de tempore inueſtigauit.


An ſit vnũ tp̃s oium tp̃alium. Vide. Egi. hic. 132.

Mouet hic Auer. quæſtionem, nam videmus ꝙ mẽſura poteſt eſſe interdum vniuoca omnibus mẽſuris, interdũ æquiuoca. Tempus itaq; eſt vniuoce dictũ de omnibus temporibus & de primo tp̃e an æquiuoce? Rñdet ſub dubitatione, quia nos poſſumus vno modo dicere ꝙ tempus conſequitur oẽm motũ vt paſſio, & ſic multiplicatur ad multiplicationẽ motuũ, erũtq; tempora tot quot motus, & tunc oportet dicere tẽpus eſſe æquiuoce ſiue analogice dictũ de primo tp̃e, & reliquis temporibus, quõ motus dicitur analogice de motu primo, & cæteris motibus. Alio modo dici poteſt, ꝙ tempus ſolum cõſequitur primum motum vt paſ-

Quæ Auer. com. 133.

sio,& ad illum comparatur vt passio & vt numerus, ad cæteros vero vt numerus tantum, & sic est vnino ce di ctum. immo vnum numero solum tantum primo motui competentes vt passio atq; forma, cæteris vt numerus atq; mensura extrinseca. Debes scire q Auer. non se hic determinat, vt vides, sed nos hanc quæstionē superius definiuimus, nūc vero occurrit etiam dicere q tempus vno modo considerari potest vt numerus, alio modo vt aptitudo quædam motus, qua ipse est numerari aptus, hoc est vt passio atque affectio motus, qua ipse est numerari aptus. si cōsideratur vt numerus, sic vbique Aristoet. & Auerroes voluit q tempus sit primus motus addens siue connotans aptitudinalē, siue actualem rationem mensurandi, & hoc modo est vnū numero omnium, forma quidem & affectio primi motus, cæterorum numerus, si vt aptitudo cū vnusquisq; motus propria ac intrinseca aptitudine sit aptus mensurari, tūc erunt tot aptitudines quot motus, sed an hæ aptitudines specie differant, non dicit Auer. ideo dici potest q eiusmodi aptitudines possunt considerari in ratione obiectiua, qua videlicet intelliguntur vt sunt de secunda specie qualitatis, & sic sunt vnius speciei, quēadmodum illa species qualitatis, Alio modo in ratione subiectiua, & sic differunt specie veluti visus hominis & aquilæ in ratione obiectiua sunt vnius speciei, quoniam ambo sunt de secunda specie qualitatis, & circa idem obiectum specie, in ratione subiectiua, sic differunt specie, sicut anima ab anima, & sic tempus in rōne subiectiua est multiplicatum per motus ipsos, seu motus ipsi, sed de his satis in qōnibus superius dictis.

Tex.134. *Dicitur etiam recte numerum quidem eundem esse ouiū atq; canum, si æqualis sit uterq;, denarium autem non eundem, neq; decem eadem esse, quemadmodum neq; triangula eadem, quorum alterum equitibium, alterum scalarium est, quanquam eadem est uicunq; figura, quoniam ambo triangula sunt, eadem enim aliqua dicuntur in aliquo, cuius differentia non differunt, non in illo cuius differentia non differunt, ceu triangulum à triangulo differentia differt, diuersi enim sunt, non autem figura à figura, sed sub eandē unamue cadum diuisionem, figura enim talis quidem est circulus, ta-*



le quoq; triangulum, & huius, tale quidem est equitibium, tale uero scalarium, hæc igitur eadem sunt figura, trium. n. ambo sunt angulorum: nō autem sunt idem triangulum, igitur & numerus idem, non enim numerus ipsorum differentia numeri differt, denarius autem non idem, ea namque de quibus dicitur, differunt, nam hæc canes sunt illa equi. Et de tempore quidem ipso, & de ijs quæ circa ipsum sunt propriet atibus hac consideratione dictum sit.

Solutionem datam de temporis vnitate vult declarare, dictum est enim tempus esse vnum in ratione numeri, non autem vnum in ratione numeri speciei. Debes scire, q hæc quæ Arist. ait duplici exemplo decla-

E rari possunt. Primo quia possunt aliqua esse eadem in ratione generis, & in ratione indiuidui generis, quæ differunt specie, veluti Socra. & Oribasus, ambo. n. in ratione animalis, & indiuidui animalis sunt iidem, qui tamen in specie & indiuiduo speciei differunt, si quidē Oribasus est canis, Socrates homo, sic in proposito septem equi & septem canes in ratione numeri sunt iidē cum ambo cadant sub ea numeri differentia quæ est septenarius, at in ratione indiuidui & speciei septenarij differunt, si quidem septenarius vnus sit (vt ita dixerim) caninus. aker æquinus. Aristote. autem per simile in mathematicis idem ait, scalarium enim, & equitibium in ratione generis & indiuidui generis non differunt, cum sint ambo figura tribus angulis descripta. In ratione vero trianguli differunt, siquidē hoc est scalarium, illud æquitibium. Secundo idem potest decla-

F rari in sensibus ipsis, visus. n. equi & visus hominis, vt sub differentia cadunt eius potentiæ quæ est visus, ambo specie vnus sunt, & hoc est esse eadē in ratione obiectiua, vt vero hic quidem est humanus, ille equinus, hoc est in ratione subiectiua differunt, ad propositum, tempora omnia sub ratione numeri vnum sunt, quoniam sub vna numeri differentia cadunt, vtpote. 24. vel talium numero cadunt, vt vero hic numerus est illius & totus, ille alterius & totus differunt specie numeri, & ita in ratione generis, & indiuidui generis fortasse omnia ipsa vnum sunt numero, in ratione vero speciei differunt, hæc sunt quæ Aristo. dixit, quæ translatione ipsa patent. Mouet autem hic Themist. quæstiones difficillimas, prima est quonam modo tempus numerus sit cæterorum motuum vt alterationis & auctionis, videtur. n. quòd non sit numerus, nam tempus

G est numerus prioris & posterioris in motu, sed his nō est prius neque posterius, igitur nec numerus prioris & posterioris. Quod vero in his non sit prius neque posterius, eo argumento patet, quia prius & posterius primum habentur à spatio ac magnitudine, mox in motu qui inibi exercetur, tum deinde in tempore, cum igitur nulla sit magnitudo aut spatium in auctione & alteratione, in re nec prius esse potest, nec posterius. Immo nec locum ex loco motant, immo vniuersum sensim alteratur, atque vniuersum paulatim increscit, & licet in auctione quis posit suspicari esse aliquem locū, vnde res diuertit, & locum in quem tendit, quia mutatur de minore in ampliorem locum, in alteratione tamen & generatione ac corruptione, illud haberi nō potest. Hæc est prima quæstio. Respondet Themist. sub dubitatione, & inquit, quo fit vt tempus aut solū mo-

H tum localē principaliter mensuret, aut si cæteros quoque mensurat principaliter, certe eo priore, & posteriore non eget, quod spatio sitnq; oritur. Potest igitur dici in omni motu esse inter terminum à quo, & ad quē interuallum quoddā, in motu quidem locali est spatiū siue magnitudo, quæ dicitur longitudo, in auctione est spatium siue interuallum quod dicitur amplitudo, in alteratione latitudo, hæc enim similia sunt in spatio in motu locali comparato. Sic igitur in auctione, & alteratione habetur, vnde posit ratio prioris & posterioris sumi, in generatione vero corruptione, quatenus quidē sunt fines motuum in tpe non sunt, quatenus vero sunt motus in alteratione incidunt. Secūdo quærit Them. si tēpus est numerus cuiusq; motus, tūc à nullo motu pendebit essentia temporis, si. n. neq; ab hoc, neq; ab illo motu tps pendent, sane neque à motu simpliciter

An numerus sit aliquo entitas realis ab solute distincta a rebus numeratis.

Vide. com. qō 7. huius. & ibi multa.

Quæstiones Themistii. Prima qō.

Responsio Themistii.

Expositio solutionis Themistii.

Secunda qō. Themistii.

Solutio. ſimpliciter pendebit. Huic qōni ex textu iam patuit ſolutio, poteſt.n.dici vno modo tempus pendere à primo motu, eſt enim illius affectio prima, cæterorū numerus. Aut dici poteſt, ꝙ tempus eſt affectio cuiuſque motus, & ſic vt affectio, non vnū tempus eſt, ſed multa tempora ſunt, at vt numerus ſub indiuiduo generis dici poteſt vnum tm̄, hæc ſunt in textu ſatis expoſita & Themiſtius in vltimo capitulo indicat. *Tertia qō. Vide etiā ſād. qō. 2 1. huius.* Tertia queſtio eſt, quonam modo eſt omnium motuum momētum ſiue inſtans nunc vnum, aut.n.illud eſt vnum genere, aut ſpecie, aut numero. Si genere aut ſpecie, ſaltem numero plura eſſe momenta oportebit, ſi vnum numero, quonam modo fieri poteſt, vt rerum numero differentium vnum numero accidens, & affectio ſit, impoſsibile.n.eſt vt res vna atque eadem numero inſit pluribus, ex alio ſi momentum non ſit vnum, tempus omnium motuum non erit vnum. *Solutio.* Et licet Themiſt. plura dicat, tandem ad hoc deueniendum eſt ipſum nunc poſſe accipi pro ipſo primo mobili, quod ideo dicitur nunc, quia inchoat, & finit tēpus, & hoc modo vt vnus eſt primus motus, vnum primum tempus, ita vnū primum nunc. Alio modo ſumi poteſt pro indiuiduo tēporis, quo partes temporis copulantur, vti partes lineæ ad punctum iniunguntur, & hac ratione eſt aliud, atq; aliud, vnum autem omnium dum eſt, vti tempus vnū eſt omnium dum eſt, & breuibus de ipſo nunc ſentiendum eſt vt de ipſo tempore, vbi.n.plura ſunt tempora, ita plura eſſent nunc ſumendo pro termino intrinſeco partium temporis, vbi vnum eſt numero tēpus vnum erit eodem modo nunc, & vt tempus eſt vnum numero, vt menſura, ita & ipſum nunc, hic ex textu ſatis colligi poſſunt, multa alia addit quæ partim ex noſtris q̄ſtionibus partim ex commentationibus textus, perſpicua ſunt. Hæc de quarto ſatis ſint hactenus.

Commentariorum Quarti libri Phyſicorum Finis.

ARISTOTELIS
PHYSICAE AVSCVLTATIONIS
LIBER V.

Cum Auguſtini Niphi Sueſſani Tralatione, Commentariis, ac Recognitionibus.



M VTATVR *autem omne quod mutatur aliud quidē ex accidenti, ueluti cum muſicum ambulare dicimus, quatenus id inambulat, cui accidit muſicū eſſe. Aliud uero ex eo, quia ſi ipſius aliquid mutatur, ſimpliciter mutari dicitur, ceu quæ per partes mutari dicuntur. Corpus enim ſanatur, quia oculus, aut pectus cōualuit. Hæc autem partes totius corporis ſunt. Aliud eſt quod neq; per accidens, neq; per partem, ſed per ſe primo mouetur, & hoc eſt quod per ſe mobile eſt, quod quidem pro alia, atque alia motus ſpecie, eſt aliud, atque aliud, ut alterabile. Cuius rurſus ſpecies aliæ ſunt, ſanabile atq; calefactibile. Similis quoque eſt, & in eo quod mouet diuiſio, nam aliud*
A *per accidēs mouet, aliud per partem, hoc eſt quia ipſius aliquid mouet. Aliud uero per ſe primo, ueluti medicus quidem ſanat, manus uero percutit.*

INtentio huius quinti, vt placet Auerroes eſt enumerare ſpecies motus per ſe, ideo primo diſtinguit mobilia, vt inde colligat quæ per ſe, quæ non per ſe mobilia dicuntur. poſt quæ colliget quæ ſpecies per ſe motus, & quæ non. Huius ordinis cauſa eſt, quia cognitio accidentis è cognitione ſubiecti proficiſcitur, *Cognitio motus reſultat à cognitione mobilis.* & ita cognitio motus, è cognitione ſubiecti proficiſcitur: & ita cognitio motus è cognitione mobilis emerget, at in diſtinguendo mobilia, conſequenter etiā mouentia diſtinguūt, ſunt.n.motiuum, & mobile ad id aliquid, & ita ſub vna ſcientia habentur, mobile igitur diſtinguit, quia aliud eſt mobile ex accidēte, aliud per
B partem, aliud per ſe primo, quod quidem mobile per ſe abſolute dicitur, hoc quia non per accidens mobile eſt, per ſe dicitur mobile eſſe, quia vero non per partē, primo moueri dicitur. Mouens quoque trifariam dictum eſt. per accidens, vt muſicum ædificat: per partē vt homo percutit, quia manus percutit: per ſe primo vt medicus ſanat. at mobile, per ſe etiam & mouens diuiditur in ſpecies pro alia, atque alia ratione motus, vt per alterationem alterabile eſt, per auctionem, augmētabile, per lationem latibile, & rurſus quodlibet horum in ſpecies, vt alterabile in ſanabile, & calefactibile diuiſum eſt.

Auer. autem declarat quatuor in commen. primo *Quæ Auer. commen. 1. Primum.* declarat quonam modo moueri per partem, & per accidens ſe habeant, & iſte modus reducitur ad illum, qui eſt per accidens, quatenus eſt medius inter illud *An illud quod eſt coniunctū mouēs per ſe ſit mouens per accidens. Vide ſād. q. 1. huius.*
C quod eſt per accidēs, & illud quod eſt per ſe, pars enim poteſt moueri per ſe, quādo diſtinguitur à toto, quod eſt impoſsibile in muſica, aut albedine, vult igit Auer. ꝙ eſſe tale per partem eſt quaſi medium inter pure per accidēs, & pure per ſe, quatenus.n.poteſt moueri pars *Secundum.* per ſe, cum diſtinguitur à toto, ſubit rationem eius qđ eſt per ſe mobile, quatenus autem mouetur ad motum totius, ſubit rationem eius quod mouetur per accidēs, hoc eſt primum. Deinde ponit differentiam inter eſſe tale per accidens & per partem, & inquit, primo enim modo attribuitur motus gratia eius quod non eſt innatum moueri, ſcilicet qualitatum, vt cum dicimus ꝙ muſicus currit & medicus ſcribit. Secundo vero attribuitur gratia eius, quod innatum eſt moueri. Eſt igitur differentia, quia moueri per accidēs attribuitur alicui ratione alicuius, quod nullo modo poteſt per ſe
D moueri, vt dictum eſt muſicum ſcribere, vel medicum currere ratione muſicæ vel medicinæ, quæ non ſunt aptæ eſſe tales, ſed moueri per partem attribuitur alicui ratione alicuius, quod poteſt per ſe moueri, quia attribuitur toti ratione partis, quæ quidem à toto ſeparata poteſt moueri. *Obiectiones.* Sed hinc obijciunt iuniores, primo, quia elementa propter materiam moueri dicuntur, & tamen materia non eſt apta moueri. ſecundo, quia pars ſeparata à toto non eſt amplius pars, igitur *Solutiones.* non eſt apta moueri ſeparata à toto. Dici poteſt ad primam, dictum Auerroes eſſe intelligendum de partibus quantitatiuis, cuiuſmodi non ſunt materia, vel *Tertium.* forma, ſed manus vel pes. Ad ſecundam negant forticolæ partem ſeparatam à toto poſſe moueri, ſed bene concedunt id quod eſt pars ſeparatum à toto poſſe moueri, & ſic loquitur Auer. hoc eſt ſecundum.

Deinde, & isti tres, declarat in quibus hi modi apparent aperte: & inquit: & isti tres modi inueniuntur in his quæ mouentur in loco & in alteratione manifeste videlicet id quod mouetur per accidens, & gratia partis, & per se, in alijs supple inueniuntur, sed non ita manifeste, quia id qd' augetur, semper videtur augeri totum, sicut & id quod generatur, hoc est tertium. Deinde Auer. soluit dubitationem. nam Arist. in octauo fecit diuisionem bimembrem videlicet, quod mobile quoddã per se mouetur: quoddam per accidens, & per se. vlterius aut per se primo, aut per partem, hic autem fecit diuisionem trimembrẽ, & non subdiuisit per se, igitur contradictio. Respondet, & inquit, & motũ per se diuiditur in duo, sed Arist. non indiget in hoc loco diuidere motũ per se in hæc duo, sed in Septimo, & Octauo fecit hoc, & contentus est his tribus modis. s. moto per accidens, & per partem, & per se, ad declarandum, & sermo eius non est nisi de moto per se, qm̃ nulla ars considerat de moto per accidens: est igitur ratio quod alia ratione cõsiderat hæc in octauo & septimo: & alia hic. in octauo. n. considerat hos tres modos gratia mobilium: vt sciat quæ per se, quæ alio modo mouentur, vt soluat qõnem de grauibus & leuibus: ideo fecit diuisionem illo modo: at hic cõsiderat de his, quatenus sumat ea quæ per se mouentur, quia ea quæ sunt per accidens sunt præter artem & scientiam: & ita patet solutio. Hæc ex cõmento primo. Quartum.

Declaratio textus. Quo vero ad verba attinet, debes scire quod sunt quædã affectiones, quæ denominando partẽ: possunt totũ denominare, vt crispitudo, & strabositas, & id genus: est n. homo strabus ratione oculi, qui strabus est. Crispus vero ratione capillorũ, qui sunt crispi. Aliæ quæ denominando partem, non sufficiunt denominare totum, vt albedo. Dentes. n. æthiopis albi sunt, non autẽ æthiops. Propter hæc Arist. dixit. (aliud vero ex eo, quia si ipsius aliquid mutatur simplr mutari dicitur.) quasi velit id esse tale per partem, qñ id quod partem denominat, ipsum totum põt denominare simplr: vt quia oculus sanescit corpus sanatur simplr. Vlterius Auer. cõmen. secũdo obiter ponit differentiam Inter artem & naturam, ex eo quia ars non agit per se in subiecto in quo est per se. at natura ipsa sic. Medicina. n. per accidẽs agit in medico, in quo est per se, sed grauitas per se mouet graue, sed de his in secundo huius, cõmento tertio. Quærunt hic recentiores vtrum quilibet motus habeat proprium subiectum diuersum à subiecto cuiuslibet alterius motus. exoriri quæstionem hanc asserunt ex eo: quia Arist. inquit in alia & alia mutatione esse aliud & aliud mobile primum. Sed quicquid sit de qõne in se, & eius veritate: hæc nullatenus ex litera exoriri videtur: Aristot. n. cum concluserit quid sit ipsum per se mobile, docẽs ipsum in species multiplicare: inquit, quod quidem pro alia atque alia motus specie, est aliud atq; aliud, vt alterabile, cuius rursus species aliæ sunt, sanabile atq; calefactibile. Ex quibus patet Arist. nihil de subiecto motus explicasse, & ita quæstio hæc ab re videtur omnino. De veritate vero qõnis, licet plures sint modi soluendi tñ vnus est peripateticus, videlicet quod cuiusq; accidentis duplex est subiectum denominationis: & inhærentiæ siue informationis: subiectũ quidem denominationis musicæ musicum est, caliditatis calidum, & id genus. Inhærentiæ vero musicę subiectum anima vel homo est: caloris vero lignum, vlterius subiectum denominationis bifariam dicitur, aut

Qua Auer. com. 2.

Quæstio iuniorum. Vide Burl. hic.

Quod qõ non sit ad propositum.

Solutio qõnis in se.

E actu vt caloris calidum, aut potestate vt calefactibile, tunc dici potest, quod subiectum inhærentiæ oium motuum esse potest vnum numero, vt perspicuum est, subiectum vero denominationis siue actu, siue potestate est aliud, atq; aliud, alterius atque alterius speciei motus, vt caloris calidum vel calefactibile, frigiditatis frigidum vel frigefactibile. Hæc peripatetice.

Cum autẽ sit aliquid quod primo mouet & aliquid quod mouetur: & tempus in quo, & præter hæc, id ex quo, & in quod (omnis nanq; motus ex aliquo in aliquid est: quippe cum aliud sit id quod primo mouetur: & id in quod, atq; ex quo mouetur, veluti lignum, & calidum, & frigidum: quorum quidem aliud est quod, aliud ad quod, aliud ex quo mouetur) perspicuum est motum ipsum in ligno esse, & non in forma, neq; enim forma, neq; locus, neq; etiam ipsum quantum mouet aut mouetur. Sed id quod mouet est mouens: & quod mouetur, est mobile, & id in quod mouetur, est terminus motus. Magis tamen id in quod, q̃ id ex quo motus est, mutari dicitur, quippe cũ corruptio mutatio sit ad id quod non est: & si id quod corrumpitur, ex ente mutetur, generatio uero ad ens, & si ex non ente. Tex. 3. F Tex. 4.

Placet mihi introductio Auer. cum ex docto Themistio sit excerpta, videlicet, quod cum Arist. distinxit illud qd' est per se ab eo quod est per accidens in motore, & moto, nunc incipit enumerare requisita ad motũ, ad declarandum cui eorũ motus attribuatur per se, vt hinc species motus per se nanciscatur. Et iuxta doctissimum Themistiũ, sensus literæ est, cum quinq; res ad functionem omnis motus habeantur: mouens, qd' mouetur: tempus in quo fit motus, diuerticulum siue G terminus à quo vnde motus accepit: itemq; id in quo procedit, quæri solet in quo nam ex iis constituere motum oporteat. Soluit itaq; Arist. quod cum motus esse nõ possit in re mouente, neq; in tempore, neq; in eo vnde soluit. reliquũ igitur est vt motus, aut in ipsa re sit, quæ per se mouetur, aut in formis & accidentibus in q̃ abitio est. Hæc Arist. breuibus apud Themi. inquit, cum aũt sit aliquid quod primo mouet, vt vnde motus primo proficiscitur, & aliquid quod mouetur vt subiectum, & tempus in quo motus est vti in mensura: & præter hæc id ex quo motus procedit: & id in qd' motus desinit, hic est suspensio, quæ definit ibi perspicuũ est motum ipsum in ligno, hoc est in eo esse quod mouetur, non in forma, vel aliquo alio illorum quinque. sed antequã suspensionem determinet, declarat illa quinque esse ad modum diuersa: & inquit: omnis. n. motus ex aliquo in aliquid est vt, inter res diuersas, quippe H aliud sit id quod primo mouetur: & id in quod atque ex quo mouetur: veluti lignum, & calidum & frigidũ, quorum quidem aliud est quod vt lignũ, aliud ad qd', vt calidum, aliud ex quo mouetur, vt frigidum: hic terminatur suspensio, propterea subdit conclusionem, & inquit. Cum hæc quinq; sint, perspicuum est motũ ipsum in ligno esse, & non in forma, neque enim forma, neque locus, neq; etiam ipsum quantũ mouet aut mouetur, sed id quod mouet, est mouens, & quod mouetur, est mobile, & id in quod mouetur est terminus motus: dixit aũt forma pro generatione vel alteratione, dixit locus pro latione, dixit quantum pro auctione. Addit tamen quod licet terminus ad quem non mutetur, inquit, quasi soluendo tacitam dubitationem, magis tñ id in quod, quàm id ex quo motus est, mutari dicitur, quippe

Introductio Auer. cõ. 3.

Qua Them.

quippe cum corruptio mutatio sit ad id quod non est, & si id, quod corrumpitur ex ente mutetur: generatio vero ad ens mutatio sit, & si ex non ente sit mutatio. Sic igitur licet neuter terminorũ proprie mutari dicatur, tñ minus improprie terminus ad quẽ mutari dicitur. Hæc Arist. Quo vero ad verba attinet vt Auer. innuit, debes scire ꝙ Auer. dixit aliud esse per se siue primo id quod mouetur ab eo ad quod mouetur, vel ex quo mouetur quia per accidens possunt coincidere. potest.n. per accidens id ad quod mouetur, esse quod mouetur, s. rõne subiecti in quo est, sicut dicimus musicum currere, quia animal currit cui accidit, sic dicimus id ad quod mouetur calefieri, quia id cui accidit calefit, & similiter dici potest de eo ex quo mouetur.

Qua Auer. com. 3.

Vlterius vt Auer. ait prætermisit tempus & mouens, & enumeranit illa tria, videlicet subiectum & duos terminos, quia substantia motus constituitur ex his tribus causis, videlicet subiecto termino à quo, & termino ad quẽ, & nõ numerauit motorẽ aut tp̃s, quia tp̃s ẽ de accidẽtibus eius, & motor de causis extrinsecis. Sed dices, formæ simplicis nihil est intrinsecũ. modo motus est forma simplex. Quidam intelligunt illa tria esse intrinseca motui quo ad essentialem definitionem. est .n. motus actus entis in potentia quatenus in potentia de termino à quo ad terminũ ad quẽ. Sed hæc rñsio stare non põt, quia ẽt motor est de ipsius motus definitione, est.n. motus actus motus, & mobilis: silr & tẽpus, nam vt dixit Auer. cõm. 6. huius tertij: per illam particulam sm ꝙ in potẽtia, apparet successio in motu, modo successio est in tpe. Propterea dici potest motum esse acceptũ pro forma fluẽte, nam sic terminus à quo, & terminus ad quẽ sunt partes motus, ex eo quia motus habet aliquid de termino è quo, & aliquid de termino ad quẽ: subiectũ vero est materia illius saltem in qua. quare hæc tria sunt motui intrinseca. Addit vlterius Auer. ꝙ licet hęc tria motui attribuanť intrinsece, tñ ipse motus magis mobili attribuiť, ꝙ terminis, quia mobile ipsum disponiť per motũ, & post mobile attinet magis ad terminũ ad quẽ, quia terminus ad quẽ est finis motus, demũ post hoc attinet termino è quo, cum res mota ab illo separetur. ergo dignius in motu est mobile, deinde terminus ad quẽ, demum terminus è quo. Hæc ex commento.

An ad vnitatẽ numeralem motus requiratur vnitas mobilis vnitas tpis: vnitas termini ad quem. Vide Mag. q. 2. huius.

Propria resp.

Tex. 5.

Quanquam igitur quid est motus prius dictum sit. Et formæ, & affectiones, & locus, ad quæ moruntur ea quæ mouentur, immobilia sint, ueluti scientia & caliditas, etiam dictum sit: tamen dubitauerit quispiam si affectiones sunt motus, uel ne: dico affectiones, ut albedo ipsa est: nam ad motũ erit mutatio: an fortasse non albedo est motus, sed ablatio.

Consequenter soluit dubitationẽ, resumit tñ prius ea quæ partim ex tertio libro, partim hic patent, & inquit. Quanquã igitur quid est motus prius patuerit ex libro tertio, & formæ, & affectiones, & locus ad q̃ mouentur ea quæ mouentur immobilia sint, veluti sciẽtia & caliditas, ẽt sup. dictum sit: nunc in isto libro quinto, tamen consequenter ad dicta dubitauerit quispiam si affectiones sunt motus vel ne, & exponit affectiones dicens. Dico affectiones vt albedo ipsa est, & id genus, oritur autem dubitatio, quia si affectiones non mouẽtur, videñtur esse motus. Contra tñ obiicit, quia si sint motus, ad motum erit mutatio, nam ad affectiones est mutatio. affectiones sunt motus, igitur ad motum erit mutatio. Soluit & inquit, an fortasse nõ albedo mo-

A tus est, sed albatio ipsa est motus: & ita affectiones nec sunt motus, nec ea, quæ mouẽtur: sed termini ad quos sunt motus ipsi. Hæc ex dubitatione colligere vult Aristo. Quo vero ad verba attinet. Debes scire vt Auerro. innuit, ꝙ motus est in substantia gñatio vel corruptio, in quanto auctio vel imminutio, in loco latio, in qualitatibus siue affectionibus alteratio. Propterea & formę pro generatione & corruptione: & affectiones pro alteratione & auctione. nam quantitas ad quam auctio est, & qualitas ad quam alteratio est: affectiones sunt, & locus pro latione dicta sunt in litera. Vlterius Auer. reddit causam quæstionis cur videlicet affectiones vt qualitates motus videntur: & ait hoc esse, quia tales affectiones variantur secundum magis & minus, propterea motus esse videntur.

Qua Auer. com. 7.

An forma possit dici mobilis Vide Grat. ad. Escul. le. 2. huius.

Est autem etiam in illis & id quod est per accidens, &
B *id quod est per partem siue per aliud, & id etiã quod primo et non per aliud est: id enim quod dealbatur ad id quod intelligitur, mutatur per accidens: colori enim accidit ut intelligatur. Ad colorem autem, quia album pars est coloris, & in Europam, quia Athenæ pars sunt Europæ: ad colorẽ autem album per se. Quonam igitur modo per se quippiam moueatur, & per accidens & per aliud: & quonam modo idem primum est in mouente, & mobili: & quonam motus non in forma sit, sed in mobili atq; eo quod mouetur actu, perspicuum modo est.*

Hactenus q. affectiones termini sint, per solutionẽ dubitationis dictũ est, consequenter declarat talibus in terminis ad quos esse illa tria, quæ erant in mobili & mouẽte, videlicet per accñs, per partẽ, & per se primo: nã id quod dealbať ad quod intelligiť, mutať per accñs,
C colori.n. accidit vt intelligatur. Ad colorem aũt, supple motus est, quia est ad album qđ pars est coloris. & in Europã latio est, quia est in Athenas, quæ pars sunt Europæ: at ad colorem album per se primo: igitur illa tria sunt in motu ex parte mobilis, motoris & termini ad quẽ prætermisit diuisiones has penes terminum è quo, & tempus, qm̃ magis motus sortitur speciẽ à termino ad quem, vel quia patet ex suo simili, quo est id ad qđ. Tempus vero est res extrinseca à motu, propterea diuisiones hæ in motu solum ex parte mobilis mouentis, & termini ad quem colliguntur. Aut forte prætermisit diuisionem hanc in tpe, quia tp̃s non denominať à motu, vt alia quatuor. mouens.n. à motu denominatur, quia mouet. mobile quia mouetur, terminus ad quẽ, quia in ipsum mutatur, è quo aũt quia ab eo mutatur: tp̃s autem à motu nulla rõne denominari videtur. Quo
D vero ad verba attinet Auer. vult formam trifariam accipi. cõiter, & sic est cõis ad substantiales atq; accidentales formas. si proprie, est communis ad tria, qualitatem videlicet, quantitatem, & substantiam, & non ad locum, qua ratione dici solet motum esse ad formam aliam. Alium ad locum. si magis, proprie, tunc solũ pro forma substantiali accipitur. Tunc ad rem, dum dixit: formæ & affectiones, sumpsit verbum formæ pro substantialibus formis, dum vero in epilogo dixit, non in forma, sed immobili, accepit cõiter pro quoddã communi ad substantiã, qualitatem, & quantitatem, atque locũ. Hæc de primo. De secundo vero vult Auer. ipsum primum esse sumptum pro primo essentiali, vt in lib. poster. accipitur; & sic est id quod tale neq; per accidens, neq; per partem: hæc de secundo, quæ in epilogo dicit, patent.

Tex. 6. *Mutatio igitur ea quæ ex accidente est prætermittatur, nam & in omnibus, & semper, & omnium est. Ea uero quæ non ex accidente est, non in omnibus est, sed in contrarijs, & medijs, & contradictorijs. Cuius quidem rei ex inductione fides emergit.*

Duo hactenus declarauit, & qđ motus ipse per quinque constituitur, videlicet motorem, mobile, terminũ à quo & terminum ad quem, & ꝙ illa diuisio reperitur in motu ex parte trium, mobilis, motoris, & termini ad quẽ, nunc de quonã motu sit agendum, proponit, & inquit, mutatio igitur ea, quę ex accidente est, ꝑtermittatur, nam & in oĩbus videlicet terminis indifferẽter est, & semper hoc est & omni tpe: & oĩum videlicet subiectorum indifferenter. Animaduerte ꝙ calefactio, quæ per se est ad calidum, est per accñs in omnibus terminis, quia ad album, ad durũ, ad dextrum, & oĩum substantiarũ, quia mutatio ad album per accidẽs potest esse calefactibilis augmentabilis & cæterorum. est semper, quia est ad album, ad durum, ad dextrũ, & sic semper indeficiẽter. Et ita videtur quodam modo indeterminata ac infinita tam ad terminos, q̃ ad tempus, q̃ ad subiectũ: ea vero quæ non ex accidente est, non in omnibus est indifferenter, sed solum in contrariis, & mediis, & contradictoriis. Cuius quidem rei fides ex inductione emergit. Sic igitur prætereunda est mutatio per accidens, quia est extra artem demonstratiuam. Quo vero ad verba attinet, vt Auer. inquit: per accidens sumptum est hic communiter pro genere ad id quod est per accidens, & per partem: vtraque.n. est extra artem. vt dicit Auer. dixit autem in contrariis, & mediis propter alterationem, auctionem, & lationem. dixit & contradictoriis propter generationem & corruptionem. Sed ambiges: nam id quod competit per partem non videtur esse infinitum, quoniã ita homo per oculos est strabus, ꝙ non per aliud: igitur per partem tale non est adiiciendũ ab arte, & sic errauit Auer. Respondent quidam Arist. & Auer. accepisse tale per partem, qñ ratione partis non competit simplr toti: & ita partes videntur infinitæ esse. Sed hæc responsio est friuola, quia tunc Arist. in tam breuibus æquiuocasset de parte: nam accepit prius per esse tale per partem, quando ratione partis cõpetit toti simpliciter, & nunc accepit aliter: & ita esset æquiuocum. Propterea non mihi placet expositio Auer. nam tale per partẽ, eo modo quo accepit Arist. intrat artes & scientias, & eo vtetur Arist. in octauo propter quod melius videtur Aristo. accepisse per se vt commune tali per partem: & de tali primo, quia sic valet ratio eius.

Qua Auer. com. 6.

Dubiũ.

Respõ. prima.

Confutatio.

Expõ propria.

H *Fit autem è medio mutatio, quia utimur ipso ut contrario ad utrunq;, est enim medium quodam modo ipsa extrema. Quocirca & hoc ad illa, & illa ad hoc contraria quodammodo dicuntur, ueluti inter fides quæ media est grauis dicitur ad ultimam. Ad primam uero acuta, fuscum etiam album ad nigrum dicitur, & nigrum ad album.*


Dictum est mutatione esse in contrariis cõtradictoriis & mediis, ipsam igitur esse in contrariis & contradictoriis nunc supponit, quia postea declarabitur, & declarat ipsam esse in mediis, & inquit, fit autem è medio mutatio, quia vtimur ipso vt contrario ad vtrunq;, est .n. mediũ quodãmodo ipsa extrema, quocirca & hoc medium ad illa contraria, & illa contraria ad hoc medium quodammodo contraria sunt, contrariatur.n. fuscũ albo ratione alterius contrarij vtpote nigri, & ecõ-

E tra album fusco ratione nigri, & quæ dicit patent. Sic igitur mutationem esse à medio per hæc patet.

Auer. autem illam propositionem, omnis motus est de contrario in contrarium duplr exponit. Vno modo de contrario proprie in contrariũ proprie, & hoc, quia omne id de quo est motus, est aut extremum aut medium, si extremum, sic est de contrario in contrarium. si de medio, cũ in medio sint ambo extrema partim actu, partim ptãte, ea rõne qua in medio est alterũ extremorũ, motus est de contrario in contrariũ, verbi causa, motus qui est de pallido in album, ea rõne qua in pallido est nigrum partim actu partim potestate, est de contrario in contrarium, hoc est de nigro in albũ. Dico extrema esse in medio partim actu, partim ptãte, quia nec sunt ibi actu simplr, nec ptãte simplr, nõ actu simplr, qñ forma quæ est simplr actu in aliquod denominat simplr illud. Modo illud quod est simplr pallidũ nec est simplr album, nec simplr nigrũ, nec simplr potestate, quia forma q̃ est in aliquo ƒm ptãtem simplr, ƒm nihil sui est in illo actu. Modo in pallido est aliquis gradus albi, & aliquis gradus nigri. Quare extrema sunt medio modo in medio, non simplr actu, nec simpliciter ptãte, quatenus nec simplr denominant illud, nec sunt ibi penitus ptãte, sed per aliquid sui. Hæc est prima expositio. Alio modo exponi potest capiendo contrarium large pro quodã communi ad extremũ & medium, qua ratione omne desperatum dicitur contrarium, & hoc modo exponendo omnis motus est de contrario ad contrariũ, & iuxta hanc expositionẽ non oportet concedere in medio esse extrema, nec intrare illam difficultatẽ. Et propterea hæc secunda expositio est melior, hæc de secunda expositione. Vtrum vero in medio sint extrema, postea disputabitur.

Qua Auer. comm. 6.

Tex. 7. *Cum aũt oĩs mutatio è quodam sit in quoddã, ut ipsum quoq; nomẽ indicat, nã post aliquid, aliquid, atq; hoc prius, illud posterius significat, fit ut id qđ mutatur quadrifariam mutetur. Aut.n. è subiecto in subiectum, aut è nõ subiecto in non subiectum, aut è non subiecto in subiectum, aut è subiecto in non subiectum mutatur. Dico aũt subiectũ, quod affirmatione significatur. Quare ex his quæ nunc dicta sunt tris esse mutationes necesse est, & eam quæ est è subiecto in subiectum, & eam quæ est è subiecto in non subiectum, & eam quæ è non subiecto est in subiectum, quippe cum è non subiecto in non subiectum nulla sit mutatio, quia per oppositionẽ non est, neq; enim contraria, neq; contradictoria est.*



His suppositis tanq̃ principiis, nunc quot sint species mutationis concludit, sumit autem rursus ad hoc duo, alterum quasi sequens ad alterum, & inquit, cum

cum autem omnis mutatio è quodam ſit in quoddam, quemadmodum vel clariſsime nomen oſtendit, nam hoc nomen græcū metabole, latine mutatio ex vi nominis ſignificat poſt aliquid eſſe aliquid, & aliud eſſe prius, aliud poſterius, quod eſſe nō pōt niſi ſit è quodā in quoddā, & ita ſuppoſitio patet, hoc eſt primū, hinc ſumit ſecundū ſuppoſitū cōſequenter, & inquit, ſit vt id quod mutatur hoc reſpectu quo mutatur è quodam in quoddam quadriſariam mutetur. Aut enim è ſubiecto in ſubiectum, aut è non ſubiecto in nō ſubiectum, aut è non ſubiecto in ſubiectū, aut è ſubiecto in non ſubiectum mutatur, pluribus enim modis multiplicari non poſſunt duo termini oppoſiti vt declarat ſecundo Topi. & quoniam verbū hypocimenon græce, latine ſubiectum, aliquando apud græcos, ſicut apud latinos accipitur in vſu pro materia quę actu formam ſuſtinet, ne ſit nominis confuſio, inquit, dico autem ſubiectum id quod affirmatione oſtēditur, & vt ſupplet Themiſtius, affirmationem appellat vt album, vt nigrum, vt feruidum, vt glaciale, & id genus, & breuiter ſubiectum vocat quicquid euidens eſt, atq; ipſa re conſtat. qua ratione euenit vt non ſubiectum ſignabit negationem, ſi ſubiectum nobis affirmationem ſignat, hæc Themiſt. Animaduerte quod cum apud Ariſt. hypocimenon ſubiectum vel obiectum dicatur, poſſumus dicere quod Ariſt. per ſubiectum intelligat materiam ſub eſſe actuali, nō ſubiectum materiam ſub priuatione, & ſic non aliter ſubiectum, hic & in poſterioribus accipit, & hoc tenet Themiſt. ſi verba conſideremus, & hæc eſt ſecūda ſuppoſitio. Tunc ex his inquit, quare ex ijs, quæ nunc dicta ſunt, hoc eſt ex quatuor ijs gñibus, tres mutationes haberi neceſſe eſt. Prima eſt quæ incipit à ſubiecto in ſubiectū, hoc eſt incipit ab affirmatione in affirmationem. Secunda eſt è ſubiecto in nō ſubiectū, hoc eſt quæ incipit ab affirmatione, & deſinit in negationem. Tertia eſt è nō ſubiecto in ſubiectum, hoc eſt quæ contrauerſim huic reſpondet à negatione in affirmationē. Quartum genus tranſmutationis, videlicet quod eſt à negatione in negationem conſtare nō poteſt ea ratione quod non circunſiſtitur oppoſitis, non enim oppoſita ſunt non ſubiectū, & non ſubiectum, cum vterq; terminus negatio ſit, neq; contradictoriæ, quia alterum oportet eſſe affirmationē, neq; contrariæ, quia ambo oportet eſſe affirmationes. Sic igitur tres ſunt ſpecies mutationes per ſe. Sed dices, nonne cum tranſmutatio eſt è nigro in album, eſt etiam è non albo in non nigrum, igitur è non ſubiecto in non ſubiectū. Dici poteſt id eſſe per accidens, eſt enim è non albo in non nigrum mutatio, quatenus eſt à nigro, cui accidit non album eſſe, in album, cui accidit non nigrum eſſe. Modo id quod eſt per accidens in aliquo genere non poteſt eſſe ſpecies illius generis, propterea è non ſubiecto in nō ſubiectum non poteſt eſſe aliqua mutationis ſpecies.

Quare ex nō ſubiecto in nō ſubiectum nō dicatur eſſe mutatio. Vide Egid. hic.

Dubitatio.

Solutio.

Quæ Auer. comen 7.

Auer. autem vltra textum perſuadet primam ſuppoſitionem, & inquit, & eſt bene manifeſtū per ſe, quod omnis tranſmutatio eſt de aliquo in aliquid, quoniam dum res fuerit in eadem diſpoſitione nō erit tranſmutatio, propterea dum aliquid tranſmutatur, oportet vt varietur de diſpoſitione in diſpoſitionem, & ita illa ſuppoſitio eſt vera. Quo vero ad ſecundam ſuppoſitionem, & intelligo per non eſſe, quod indicatur per non ſubiectum. non eſſe in actu, quod eſt eſſe in potentia, & vniuerſaliter non eſſe; quod eſt proprium primæ materiæ, non negationē ſimpľr, negatio. n. ſimpľr ſignat

A nō eſſe ſimpľr, hoc eſt priuat tam eſſe actu quam eſt poteſtate, quod vocat ſimpliciter nihil vt hyppocentaurus, & id genus. Modo non eſſe hoc modo ſimpliciter nō recipit trāſmutationem, nec vt terminus è quo, nec vt ſubiectum, & ita patet per ſubiectum intellexiſſe eſſe, per non ſubiectum intellexiſſe non eſſe actu, & quoniam non eſſe eſt priuatio, & priuatio multifariā accipitur, vt in prædicamentis dicitur, ne ſit nominis confuſio explicauit quid per eſſe ſiue ſubiectū, & quid per non eſſe ſiue non ſubiectum ſumit, ne vt dicit Auer. aliquis intelligat aliquam priuationem illarum quæ numerantur in prædicamentis. Hæc Auer.

Ea igitur mutatio quæ per contradictionem è non ſubiecto eſt ad ſubiectum, generatio eſt. Alia quidem ſimplex, quæ ſimpliciter eſt, alia uero quædam quæ eſt cuiuſdam, quemadmodum ea quidem quæ è non albo ad album eſt, generatio B *eſt huius, ea uero quæ eſt ex non ente ſimpliciter ad ſubſtantiam, generatio ſimpliciter eſt, qua quidem ſimpliciter fieri, & non aliquid fieri dicimus. Ea uero quæ eſt ſubiecto ad non ſubiectum eſt, corruptio eſt, ſimpliciter quidem ea quæ eſt è ſubſtantia ad ipſum non eſſe. Quædam autem ea quæ eſt ad negationem oppoſitam, ut in generatione dictum eſt etiam.*

His modo oſtenſis nomina ſpeciebus adijcit, & ſpecies adhuc ſubdiuidit, & inquit, ea igitur mutatio, quæ eſt per cōtradictionem è non ſubiecto ad ſubiectum, generatio eſt, & hæc duplex quatenus eſſe & non eſſe ſunt & ſimpliciter & ſecundum quid alia quidem ſimplex, quæ eſt ſimpliciter ex non eſſe ad eſſe ſimpliciter. Alia vero quædam, quæ eſt cuiuſdam, hoc eſt ex ente ſecundum quid ad ens ſecundum quid, quemadmodum ea quidem quæ è non albo ad album eſt, & vniuer C ſaliter in accidentibus generatio eſt huius, & ſecūdum quid. Ea vero quæ ex non ente ſimpliciter ad ſubſtantiam, generatio ſimpliciter eſt, cuius rei cauſam aſſerens, inquit, qua quidem ſimpliciter fieri, & non fieri aliquid dicimus, & ſic generatio ſimpliciter eſt, qua aliquid ſimpliciter fieri dicimus, vt in ſubſtantia, generatio ſecundum quid eſt qua dicimus fieri album vel nigrum, vt accidente ſimiliter & econtra ea quæ ex ſubiecto ad nō ſubiectum eſt corruptio eſt, ſimpliciter quidem ea quæ eſt è ſubſtantia ad ipſum non eſſe ſimpliciter, quædam autem ea quæ eſt ad negationem oppoſitam, vt in generatione dictum eſt etiam, ſunt igitur duæ mutationis ſpecies generatio & corruptio, quarū quælibet eſt, aut ſimpliciter, aut ſm quid, in ſubſtantia quidē ſimpliciter, in accidētibus vero ſm quid.

Quæ Auer. comen. 8.

Auer. autem docet in cōmen. reducere has ſpecies D inter ſe, nā ea tranſmutatio, quæ eſt de ſubiecto in ſubiectum hoc eſt de contrario in contrarium, etiā quatenus eſt è nō ſubiecto in ſubiectum hoc eſt à priuatione ad habitum eſt reducibilis ad generationem, & ita motus reducitur ad mutationem, huius cauſa eſt, quia quæ opponuntur, vt inquit, ipſe ſm contrarietatē, etiā opponi poſſunt ſecūdum affirmationem & habitum, atq; affirmationē & negationem, & ita patet motum reducibilem eſſe ad mutationem, quatenus termini motus reduci poſſunt ad terminos mutationis. Sed ambigunt, quia tunc ſpecies mutationis nō eſſent oppoſitę. quia vt dictū eſt vna collocatur ſub alia. Secundo tunc motus eſſet generatio, & ita ſubitaria mutatio. Quidā reſpondent quod generatio & motus differunt penes terminos primos, & nō penes terminos per accidens ſiue ſecundarios, eſt igitur generatio quæ per ſe primo eſt, è non

Dubitatio. Vide Bur. hic.

è non subiecto in subiectum, corruptio vero per se primo econtra, motus vero est è subiecto in subiectū per se, primo, & sic differunt. Sed obijciunt quidam, primo authoritate Auer. Primo huius, cō. 44. vbi velle videtur omnem transmutationem esse per se, & primo de contradictorio in contradictorium, siue de priuatione ab habitum. Secundo forma & priuatio sunt cuiuslibet transmutationis, prima principia: igiť omnis trāsmutatio est inter priuationem & habitum vti inter terminos primos. Propter hæc dicunt omnem transmutationem esse inter priuationem & habitum vti inter terminos communes, at speciatim sic differunt, quod termini immediati generationis & corruptionis sunt priuatio & forma siue habitus. Motus vero forma & forma, siue subiectum & subiectum, siue affirmatio & affirmatio sunt termini immediati. Videtur tamen mihi q̄ vtraq; responsio sit bona, & pro mente Auer. Prima quidem pro mente eius infra commen. 51. & 55. Secunda vero pro mente eius, Primo huius commen. 44. Ratio vero contra primam nulla est, quoniam forma & priuatio sunt primi termini, non cuiuslibet transmutationis, generationis & corruptionis, & cuiuslibet trāsmutationis, vt generatio & corruptio est. Ad secūdam tenent quidam q̄ illa diuisio in transmutationem simpliciter, & secundum quid, non est subdiuisio generationis & corruptionis, sed est vna diuisio de per se, sunt enim duæ diuisiones non subalternæ, iuxta quod volunt generationem & corruptionem accidentis posse esse motum successiuum, & non subitariam mutationem. Sed hæc solutio stare non pōt, nam Arist. plane in litera subdiuidit illa prima mēbra. Propterea dicerē generationem secundum quid, & vniuersaliter omnem generationē esse subitariam, & motum ipsum vt inter terminos contrarios esse successiuū vt inter terminos cōtradictorios esse subitariū, & tu in hoc cōsidera, quia multa diximus in libro de Generatione, & in libro de Substantia orbis. Sed occurres primo quā ob causam motus vt intelligitur inter terminos cōtradictorios est subitaria mutatio, vt autem inter terminos contrarios est temporaria. Præterea secundo nunquid ratio illa qua motus intelligitur esse inter terminos contradictorios correspondeat rationi, qua intelligitur esse inter terminos contrarios, & si non: tunc non pōt vnamet mutatio intelligi illa duplici ratione, & si sic: tunc indiuisibile æquatur diuisibili. Vlterius Auer. reddit causam, quare in substātia nō est nisi vna species trāsmutationis, videlicet inter affirmationem & negationem. In accidente vero vtraq; videlicet inter terminos positiuos, & terminos priuatiuos. Innuit causam esse, quia in substantia non est contrarietas. Propterea omnis mutatio est inter terminos priuatiuos. in accidente vero est vtraq; quia possunt & termini vtroque modo assignari, & priuatiui, quatenus ens & non ens sunt communes termini omnibus prædicamentis, & contrarij, quatenus accidens hoc vel illud est contrarium huic vel illi. Tertio Auer. reddit causam cur hæc generatio dicitur simpliciter, vt in substantia, illa secundum quid vt in accidente, & vult transmutationem nōcisci nomen à termino ad quem, & quoniam esse, & non esse bifariam sunt, simpliciter vt esse substantiæ, & secundum quid vt esse accidentis, iure ea mutatio quæ est ad substantiam, simpliciter dicetur, quæ ad accidens, sm quid, idem etiam & de corruptione dici potest, nam vt inquit ipse in calce commenti ea transmutatio quæ est

Obiectio.

Secunda responsio.

Propria sol.

Prima solu. ad secundū.

Confutatio.

Au forma substantialis mutatur subito. Vide Gratiadeum q̄st. de. 2. huius.

E de ente in non ens, est duobus modis, nam qua fuerit in essentia indiuidui demonstrati, videlicet indiuidui de genere substantiæ, donec fiat illud non indiuiduum hoc est sub priuatione simpliciter illius, corruptio simpliciter dicitur, cum autem fuerit in aliquo accidente, donec fiat non illud accidens hoc est sub priuatione accidentis dicitur corruptio aliqua hoc est sm quid. Sic igitur per priuationem intelligit & negationē intelligit idē, & per affirmationē intelligit esse. Hæc Auer. in præsenti commento. Sed occurres quia nulla videtur generatio simpliciter, quia si qua esset, maxime esset illa qua ignis vel substantia fit, at hæc non est, quia per hanc non dicitur materia fieri vel non fieri, quemadmodum in illa non dicitur lignum fieri vel non fieri si fit album. Nec dici potest illam esse simpliciter quia ignis fit simpliciter, quia etiam hæc diceretur simpliciter, quia album fit simpliciter. Respondet Auer. illam dici simpliciter, quia ignis fit ens simpliciter, hanc vero secūdum quid, quia album fit ens secundū quid, quia fit accidens, quod ens secundum quid est.
F

Sic igitur non ens plurifariam dicitur, & neq; id moueri potest, quod in compositione uel diuisione conspicitur, neque id quod potestate est, quod quidē ei opponitur, quod simpliciter actu est, fit profecto ut id quidem quod est non albū, aut non bonum, per accidens moueri similiter potest, nam potest id homo esse, quod est non album. Tex. 8.

Nunc ostendit nec generationem nec corruptionē esse motum, & hoc per duas rationes, quarum prima est, quod simpliciter non est hoc aliquid, non pōt moueri, quia quod non est non mouetur, sed quod generatur simpliciter non est hoc aliquid, igitur quod generatur non mouetur, & per consequens generatio nō est motus. Ad huius rationes euidentiam, primo concludit maiorem hypothetice, & inquit, Si igitur nō ens plurifariam dicitur. vtpote pro mendacio siue falso, & pro ente in potentia, quod non est ens actu, & pro non ente tali, quod est ens simpliciter, & neq; id moueri potest, quod in compositione vel diuisione conspicitur, neq; id quod potestate est, quod quidem ei opponitur quod simpliciter actu est, fit profecto, vt id quidē quod est non album, aut non bonum, hoc est non ens secundum quid quod est ens simpliciter, per accidens simpliciter moueri posit, nam potest id homo esse & ens simpliciter quod est non album, & non ens secundum quid. Sic igitur vult habere nullum non ens simpliciter posse moueri, sed si potest non ens moueri, solum non ens tale potest moueri. Debes scire q̄ Aristo. non probat non ens pro diuisione siue compositione non posse moueri, propterea quia probatum est in Septimo Metaphy. ipsum esse in mente, modo quod est in mente nullatenus mouetur. Quod vero ens simpliciter quod est non ens tale, posit moueri, probat per hoc, quia potest esse ea ratione qua ens, & non esse ea ratione, qua non est tale.
G
H

Quod si quod non hoc simpliciter est, nullatenus moueri potest, ex eo quia moueri nequit quod non est, generationem esse motum impossibile erit profecto, nam quod non est generatur. Quoniam & si quam maxime per accidēs generetur de eo tamen quod uero simpliciter generatur, id dici potest, ipsum id esse quod non est, qua ratione etiam neq; id ipsum quiescere potest. Contingunt igitur hec absurda uidelicet, ut quod non est moueatur,

Exposi-

Exposita ac probata maiori, nunc quasi syllogizat, & vt vr̃ forma hypothetica, licet vere sit syllogismus cathegoricus, vt videbitur, & inquit, ꝙ si quod nó hoc simpliciter est. nullatenus moueri pót, hoc est antecedens, quod probat, & inquit, ex eo quia moueri nequit quod non est, dat cõseqnens, & inquit, generationem esse motú imposibile erit profecto, cuius rónem subdit, nã quod non est generatur. Ecce qũo est hypotheticus, sed pót esse cathegoricus hoc modo, quod nó est, non mouetur, quod generatur non est, igitur quod generatur, non mouetur, & ita generatio non est motus.

Sed dices, aer generatur aqua, & tñ aer est. Respódet & inquit, qm̃ est si quã maxime id quod est generatur, velut qñ aer fit aqua, de eo tñ quod vere simpliciter generaẽ, id dici pót ipsum id esse quod non est. Est igitur solutio, ꝙ id quod est ꝑ accidens generaẽ, sed quod per se gñatur, oportet vt ea generatur ratione, qua non est B omnino. Addit. qua ẽt ratione neq; id ipsum quiescere potest. Deinde epilogat dicens, contingunt autem hæc absurda, videlicet, vt ens generetur, & vt non ens moueatur, si generatio sit motus. Hæc est prima ratio, qua probatur generationẽ nec motum esse, nec quietem.

Insuper etiam omne quod mouetur, est in loco. Sed quod non est, non est in loco, erit enim alicubi.

Secũdo arguit sic, omne quod mouetur est in loco: sed quod generatur, non est in loco. igitur quod generatur, non mouetur. Minor probatur, quia quod non est, non est in loco. Quod autem generatur, non est, igitur quod generatur, non est in loco. De ratione primo ponit maiorem syllogismi dicens. Insuper etiam omne quod mouetur, est in loco. Deinde ponit maiorem pro syllogismi dicens, sed qd' nó est, non est in loco. Cuius C rónem subdit, quia alicubi erit vtpote aut sursum, aut deorsum, subticuit conclusionẽ, quia ex dictis patet.


Neq; igitur corruptio motus est. Motui nãq; motus contrarius est, aut quies. Sed corruptio generationi cõtraria est.

Demum partim ex dictis, partim per locum econtrario infert corruptionem nó esse motum. Ex dictis quidem, quia quod corrumpitur est in principio. & in fine non est; at quod mouetur & in principio & in fine est, per locum econtrario vero, quia motus motui vel quieti contrarius est. Corruptio vero neq; motui, neq; quieti, sed generationi contraria est, igitur corruptio non est motus. Propter hæc vsus est illationis nota in suo processu, vt innuat nó modo hoc ratione per se patere. sed etiam ex dictis sequi. Iuniores vero de mente Auer. primum syllogismum sic componũt, subiectum D generationis non est ens in actu, subiectum motus est ens in actu, igitur generatio non est motus, & huius syllogismi expositio pro tãto est, quia cum dicitur, quod generatur nó est, & quod mouetur est, relatiuum illud quod vtrobiq; pro subiecto mutationis supponit. Et si dicatur cõtra Auer. ꝙ id quod generatur est, vt qñ aer fit aqua. Responsionem Auerrois innuit vt in textu dictum est, quia subiectum motus est ens demonstratũ hoc est indiuiduum compositum ex materia & forma à principio vsq; in finem, at id quod generatur, etsi in principio sit ens actu, tñ in fine nó est illud ens actu numero quod erat. Et hoc quia subiectum generationis est prima materia quę non est ens actu idem numero è principio vsq; in finem. Alij iuniores per id quod generatur intelligunt compositum substãtiale de prædicamento substantiæ. Hoc enim proprie non est, cũ generatur. Materia autem prima est qñ generatur. Propterea illa in ratione Aristo. qua arguitur, quod moueẽ est, quod generatur nõ est, minor esset falsa, nisi de cõposito intelligeretur. Nec valet, materia non est ens in actu, igitur non est, vt non valet, Deus nõ est ens in potentia, igitur Deus non est. Præterea id quod generaẽ est compositum, quia materia & forma non generatur nisi per accidens. Sic igitur propter tria Aristo. per id quod generaẽ intelligit compositũ. Tum quia hoc non est cũ generatur, tum quia minor esset falsa, tum maxime quia compositũ est id quod generatur. Sed hæc expositio est friuola: primo, quia in rõne esset æquiuocatio, hæc enim est ratio, videlicet, quod moueẽ est, quod generatur non est, igitur quod generatur nõ mouetur:

Que Auer. com. 8. Prima expositio rationis Arist. Vide etiã Iun. loc.

Secunda expõ.

Confutatio.



Quod mouetur N. Quod generatur.

quæritur igitur qũo supponit relatiuum illud in maiori quod mouetur, aut pro subiecto motus, aut pro cõposito accidentali. Si pro composito accidẽtali, maior est falsa, quia ita illud compositum non est nisi in fine, vt etiam compositum substantiale, si pro subiecto motus, & in minori supponit pro composito, igitur æquiuocatio. Secundo, quia rationes illorum friuolæ sunt, prima quidem, ex eo quia compositum & materia non sunt. Compositum quidem nõ est in termino ad quem. Materia vero non est actu subiectum termini ad quem, & valet, materia non est actu, igitur materia nó est, quia esse cum secundo loco adiacet, semper pro esse actuali sumitur. Id aũt quod de Deo dicitur nõ est simile, quia esse in potentia est distractiuum, at esse actu est additiuum. Secũda vero, quia maior est vera, materia enim non est, cum enim non sit actu, quia neq; forma, neq; formam, habens, ipsa non est, quia vt dictum est ipsum esse secũdo loco adiacens pro esse actuali tenetur. Tertia autem, quia materia generatur subiectiue, & sic loquiẽ Auer. & sic prima expositio est melior. Sed in his contendunt iuniores, vtrum terminus ad quem ipsius motus cõtinui in qualitatibus gradualibus partibiliter acquiratur durante motu. Sed quia est problema neutrum, & vtraq; pars solet defendi, nec potest quicquã addi, quod non sit dictum, de ista quæstione quæratis alios. Quærũt tamen vtrum transmutatio ad substantiam sit successiua, omissis argumentis, debes scire ꝙ successio semper attenditur penes acquisitionem partium, partes autem bifariæ sunt, aut graduales, penes quas forma variatur per magis & minus. Aut quantitatiuæ penes quas forma variatur per maius & minus, per multum & paucũ, & id genus, & ita sequitur ꝙ successio esse potest aut penes partes graduales, aut penes partes quantitatiuas, aut penes vtrasq;. His suppositis emergunt duæ positiones, vna quidem omniũ latinorum ꝙ transmutatio in substantia est solum successiua

An ratio primi termini actus transeuntis per se primo cõpetat ipsi formæ. Vide cano. q. 2 Iunius.

Excusatio.

Quæstio.

Prima põ.

cessiua penes partes quantitatiuas, non enim aliqua forma substantialis acquiritur tota simul quo ad partes quantitatiuas, velut nec simul tota corrũpitur, de formis quidem elementarijs apud omnes non est dubiũ, sed bene de formis animalium, plures enim latinorum tenent illas impartibiles, omnes tamen negant successionẽ penes partes graduales, quia apud eos nulla forma substantialis intenditur vel remittitur. Auer. autẽ

Positio Auer. Alter in Sco. 35 di. secũdi.

3. Cœli. cõm. 67. & magna pars græcorum, & omnes qui tenent elementarias formas remanere actu in mixto. vt etiam colligemus aperte in. 3. huius authoritatẽ Aristo. coguntur in transmutatione elementorum ponere successionem tam penes partes graduales, quam quantitatiuas. Concesso ꝙ maneant actu in mixto, vt forte est veritas, cũ illæ esse non possunt in mixto æque intense, iure remittuntur. Verum de hac materia fecimus codicillum, & nunc satis. Quòd si teneamus Auerroem, concedendum est in substantiarum aliquarũ generatione duplicem successionem, alterã ex parte graduum, alteram ex parte extensionũ, nec propterea erit generatio ipsa motus, esset enim succelsiuum, non ponit mutationem in specie motus, nec esse momentariũ ponit motum in specie mutationis, nam auctio est momentaria, & tamen est motus, generatio vero ignis est temporaria, & est mutatio, & non motus. Differũt igitur motus & mutatio penes terminos, & penes subiectum. Penes terminos quidem, quia termini generationis sunt priuatiui. Motus vero cõtrarij, penes subiectum vero, quia subiectum motus est ens actu, subiectum mutationis est ens potestate.

Tex. 9.

Cum autem omnis motus mutatio quædam sit, & mutationes sint tres, quas diximus, quarum duæ uidelicet generatio & corruptio, quæ in contradictione consistunt, motus non sint, motum profecto eam esse solum mutationem necesse est, qua subiecto ad subiectum itur. Subiecta uero aut contraria sunt, aut media, etenim priuatio ipsa ponatur cõtrarium, atq; nudũ, & albũ, & nigrũ affirmatione indicãtur.

Nunc quid motus sit, & in qua mutationis differantia collocetur, concludit. & inquit, cũ autem omnis motus mutatio quædã sit, & mutationis sint tres species, quas diximus, videlicet è subiecto in non subiectum, è non subiecto in subiectũ, atq; è subiecto in subiectũ, quarum duæ, videlicet generatio & corruptio, quæ in contradictione consistunt, motus nõ sunt, motũ profecto eam esse solum mutationẽ necesse est, quia è subiecto ad subiectum itur, exponit autem quæ per subiecta intelligat, quia subiectum vt diximus & apud græcos, & apud latinos plurifariã dici solet, & inquit, subiecta vero aut contraria sunt, aut media. Sed dices, mutatio illa quæ est è nigro in albũ, aut è nudo in vestitum, quæ nã mutatio est, vtrum motus, an mutatio solum? Videtur enim ꝙ non motus, quia est mutatio de priuatiuo in affirmatiuũ, est enim nigrum priuatio albi, nudum vero priuatio vestiti, & per consequens non est motus. Respondet ꝙ tales priuationes babẽt vim contrarij, & non sunt puræ priuationes, sed solum comparatione ad contraria earum perfectiora, est enim nigrum non absolute priuatio, sed ratione habita ad album, quod est perfectius. Nudum similiter non est priuatio, sed ratione babita ad vestitũ, sic igitur mutatio inter hæc motus est, quia alterum extremum non ast pura priuatio, inquit, etenim priuatio ipsa ponatur contrarium, hoc est nomina talia accipiantur vt contraria

An generatio sit motus. Vide Alb. de saxo. q. 2. huius.

E quia nudum, & album & nigrum affirmatione indicantur, sed ratione quadam vnum respectu alterius priuatio sit, sub qua igitur differentia mutationis ipse motus collocetur perspicuum. Auerroes autem alter calcem textus exponit, vult. n. ꝙ Aristote. moueat quæstionem hanc, videlicet an ea mutatio quæ est è priuatione in habitum vel econuerso semper sit motus, & vt exponit Auer. Aristo. arguit ꝙ sic. nam ea mutatio quę est ab affirmatiuo in affirmatiuum motus est, at priuatio affirmatione ostenditur, vt nudum & nigrum; igitur è priuatione ad habitum potest esse motus. Vult Auerroes hanc dubitationem non soluisse Arist. & inquit, & quia manifestum est per se ꝙ transmutatio quæ est motus in rei veritate est inter opposita mediata, & non est medium inter priuationẽ & habitum, ideo dimisit solutionem. q. d. quia differentia patet, & per opF posita mediata intelligit ea quæ habent gradus medios; & quasi medium formæ, quæ expositio quantum valeat, tu considera.

Qua Auer. com. 9.

An omnis motus sit de contrario in contrarium. Vide Alb. de saxo. q. 3. huius.

Si igitur prædicamenta diuisa sunt, & aliud sit substantia, aliud quantitas, aliud qualitas, aliud ubi, aliud quando, aliud ad aliquid, aliud actio, aliud passio, treis esse motus necesse est, quantitatis, qualitatis, atq; ipsius ubi.

Hactenus quid motus sit, & in qua mutabilis differentia collocetur, declarauit. Nũc quid velit facere, nõ est clarum. Auerroes enim velle videtur Aristo. inducere aliam viam manifestiorem & famosiorem in determinando genera motuum per determinationem generum prædicamẽtorum, in quibus inuenitur motus, cui expositioni consentit expositor. Alij velle videtur Aristo. declarare ea ad quæ est motus, & ea ad quæ nõ est motus. Quibus videtur cõsentire nouus expositor, G sed quicquid sit Arist. concludit tres esse motus, quantitatis, qualitatis, & ipsius vbi, vnde dicit, si igitur prædicamenta diuisa sunt, & aliud sit substantia, aliud quantitas, aliud qualitas, aliud vbi, aliud quando, aliud ad aliquid, aliud actio, aliud passio, & supple alia id genus, treis esse motus necesse est, videlicet quantitatis, vt auctio & imminutio, qualitatis vt alteratio; atq; ipsius vbi, vel secũdum locum vt latio. Sunt qui velint Arist. sic probasse propositum; ad quantitatem, & qualitatẽ, & vbi est motus, & ad nihil non quantitatem, vel qualitatem, vel vbi est motus, igitur tantum ad quantitatem, & qualitatem. & vbi est motus. Arist. igitur primo in præsenti textu sumit primam exponentem, videlicet ꝙ ad quãtitatem & qualitatem & ad vbi sit motus. Secũdo in sequẽti textu sumit secundã, & sic cõficit totã eius intẽtio. Hęc sorticolę, quę nõ sunt impite dicta.

Expositio. Auer. c. 9.

Alia expositio Egidius.

H Auer. vero probat primam exponentem, videlicet ꝙ ad quantitatem & qualitatem, & ad vbi sit motus, per hoc quia in istis prædicamentis inueniuntur contraria & media, licet lateat in loco aliquantulũ, & ideo declarabitur postea. Hæc autem requiruntur & sufficiunt ad rationẽ motus. Hæc Auer. quo ad verba textus, deinde quærit quæstionẽ expositorum, nã videtur Arist. diuersus, quia in libro Prædicamentorum posuit motum genus per se vt prædicamentum passionis. Hic autem posuit ipsum in tribus generibus, & ita videtur diuersus. Innuit Auer. duas solutiones, prima est ꝙ potest motus dupliciter considerari. quatenus motus, & quatenus recipitur in ipso mobili, quatenus quidẽ motus, sic est in tribus prædicamentis, quia in omnibus illis potest inueniri forma quiescens; & forma transmutationis, quatenus vero recipiẽ in mobili, sic est passio

Vide terministas vel nominales.

Qua Auer. com. 9.

Qõ Auer.

Prima solutio

vel

Secunda solu.

vel in prædicamento passionis. Et sic tollitur contradictio. Alij velle videtur quod motus secundum quod motus hoc est secundum eius formam est solum in prædicamento passionis, vel ipsa passio, secundum vero materiam, est in tribus prædicamentis, & causa est, quia secundum quod motus, non est aliquid quiescens per ipsum in aliquo prædicamento, sed bene secundum materiam est aliquid quiescens, & aliquid motum, & sic hoc modo sumendo ipsum est in tribus prædicamentis. Conueniunt igitur ambæ hæ positiones quantum ad hoc quod motus quo ad rationem receptionis est in prædicamento passionis, & ita volunt motum esse passionem quatenus recipitur in mobili. Differunt vero, quia prima positio vult aliam esse rationem motus quatenus recipitur, & aliam quatenus motus. Secunda vult vnam esse rationem motus quatenus motus, & quatenus recipitur. Sed obijcit Auerro. insimul contra ambas quantum ad illud in quo conueniunt, & potest ratio Auer. resolui ad duas rationes, & arguit primo, via est eiusdem generis cum termino viæ, receptio est via in tria prædicamenta, vt ire ad calorem est de genere caloris, & ire ad frigus est de genere frigoris, igitur motus vt receptus est de genere non passionis, sed in tribus prædicamentis. Secundo, actus & potentia sunt eiusdem generis: igitur medium inter actum & potentiam est eiusdem generis cum actu: sed receptio est medium inter actum & potentiam. igitur est de genere actus. & sic non est de genere passionis. Aliter igitur respondet Auer. & vult motum posse sumi dupliciter, quo ad formam, hoc est quatenus est successio quædam temporaria, & quo ad materiam, hoc est quatenus est forma fluens, quatenus successio quædam temporaria, sic est prædicamentum per se, & idem quod passio, & hoc modo loquitur Arist. in prædicamentis, quo vero ad materiam hoc est ad formam fluentem, sic est in tribus prædicamentis, Hanc solutionem innuit Auer. 3. huius, com. 6. quod motus potest sumi pro fluxu formæ, & pro forma fluente, pro fluxu formæ est in genere per se, & passio ipsa, pro forma fluente, sic est in tribus prædicamentis. Ex ijs verificat Auer. dictum grammaticorum, qui nomen & verbum, & cæteras orationis partes iuxta hanc diuisionem statuerunt. nam nomen significat per modum substantiæ & quiescentis, verbum per modum fluxus & fieri, cæteras orationis partes per modum medium inter hæc collocarunt, vt dicit Priscianus. Secundo sequitur eos qui receptionem posuerunt prædicamentum per se, non recte fecisse, quoniam receptio est potentia ad rem, vel medium, saltem inter potentiam & actum, modo dictum est potentiam ad aliquam rem esse de genere eius rei, cuius est potentia, & sic patere tur illius. Hæc Auer. in hoc commento. Animaduerte quod secunda solutio differt ab illa Auer. quia illa vult motum non esse motum nisi pro forma, materia autem secundum illam solutionem non est motus. Auerroes autem vult motum dici & pro materia & pro forma, nam fluxus est motus, & forma fluens quæ est eius materia, etiam est motus. Sed circa dicta Auer. solet dubitari in tribus. primo quia non videtur verum viam & terminum viæ esse eiusdem generis, nam via aut est passio, aut in prædicamento passionis, terminus autem est aut qualitas, aut quantitas, aut vbi. Secundo quærunt vtrum actus & potentia sint eiusdem generis, & videtur quod non, quia potentia est aut substantia aut relatio, vt dictum est Primo huius. commen. 71. actus autem est aut qualitas, aut quantitas, aut vbi. Tertio ambigunt, quia non videtur motus esse me-

Obiectio.

Solutio Auer. An successio inueniatur in generibus sub stantiarum. Vide can. q. 2. huius.

Dubitationes circa dicta Auerrois.

prima du. Secunda.

Tertia. Solutio. tertia quæstionis.

A dium inter actum & potentiam, quia diuersorum prædicamentorum nullum est medium. Circa solutionem harum quæstionum primo videndum est, quonam modo actus & potentia sunt eiusdem generis. Ad quam dubitationem respondent iuniores, & dicunt primo Auerroem per potentiam intellexisse potentiam subiectiuam. dicunt secundo quod licet potentia materialiter sumpta, hoc est pro subiecto potente non sit eiusdem generis cum actu, & tamen potentia formaliter sumpta vti calefactibile vt calefactibile, est eiusdem generis cum actu veluti calefactibile cum calore. Sed obijciunt blacterones: primo, quia potentia formaliter sumpta vt calefactibile quatenus calefactibile est in prædicamento relationis, actus vero in prædicamento qualitatis. Secundo, quia Auer Primo huius com. 71. aperte ait potentiam formaliter sumptam esse in prædicamento relationis. B Defendi potest positio prima ab eis captionibus, primo dicendo potentiam formaliter sumptam esse de prædicamento relationis secundum dici, at secundum esse & rem videtur de prædicamento illo cuius est potentia. Et secundo dici potest Auerroem eodem modo intellexisse, non enim voluit potentiam esse relationem, sed dici secundum denominationem de prædicamento relationis. Et hoc sufficit ad rationem Auerrois ibidem. Causa defensionis primæ positionis est, quoniam lignum non est formaliter alterabile vt calefactibile, nisi sit quale, nec formaliter augmentabile, nisi sit quantum, nec formaliter mobile in vbi, nisi sit in vbi, non quale enim non est alterabile, non quantum non augmentabile, non locatum, non immobile in locum, igitur potentia ad alterationem est qualitas, ad auctionem est quantitas, ad vbi est vbi, igitur potentia semper est de genere actus, potentia qua signum est calefacti- C bile, est qualitas, qua augmentabile est quantitas, qua latibile, est vbi, secundum tamen dici quælibet potentia est ad aliquid. Hæc pro defensione primæ positionis, Alij vt blacterones volunt Auerroem per potentiam voluisse formam in termino à quo, & per actum, formam in termino ad quem, hæ enim formæ sunt eiusdem generis, sunt enim contrariæ, quæ esse non possunt nisi eiusdem generis. dicitur autem terminus à quo potentia respectu termini ad quem, quatenus semper secum est coniuncta potentia ad suum contrarium, terminus vero ad quem dicitur actus, respectu termini à quo, quia ipso habito cessat potentia ad illum. Sed hæc solutio non videtur peripatetica. primo quia Arist. in Tertio huius diuisit vnumquodque prædicamentum per actum & potentiam, & voluit actum & potentiam esse eiusdem generis, immo eiusdem speciei, vt dicitur No- D no Metaphy. vt patet non accepisse potentiam pro forma contraria in termino à quo, quia sic non reperiretur, nisi in tribus prædicamentis. In alijs enim non reperitur contrarietas, cuius contrarium Aristo. intendit. Secundo, vel Auer. accepit hanc propositionem vt illa vtitur Arist. vel alio modo. Si alio modo, tunc esset probabilis, & non communis atque demonstratiua. Sed vt vtitur Arist. illa, sic non est ad propositum eorum interpretatio, nullibi enim Arist. dum diuidit prædicamentum per actum & potentiam sumit actum pro termino ad quem, & potentiam pro termino à quo. Alij vt cucullati volunt potentiam apud Aristo. sumi nonnunquam pro potentia subiectiua, siue actiua, hoc est pro principio agendi vel patiendi, nonnunquam prout opponitur actui existentiæ quæ dicitur potentia obiectiua, tunc dicunt quod sumendo

Solutio prima Burlei. Vide Bur. hoc.

Obiectiones Pauli veneti & Gaet.

Defensio propria.

Secunda responsio quæ est Pauli Veneti & Gaetani.

Confutatio.

Positio Scoti 2. lib. sententiarum dist. 16. Vide etiam can. q. 3. secundi huius.

potentiam primo modo. sic actus & potētia non sunt eiusdē generis, sed sumēdo potentiā secūdo modo, sic actus & potentia sunt eiusdem generis, immo eiusdem spēi, immo eiusdē indiuidui, quatenus illudmet quod est potestate, erit quandoq; actu, vt Socrates qui nūc est potētia, qñq; erit actu, & hoc mō actus & potentia diuidit omne prædicamentū, & sunt quasi differentiæ, primæ entis, hoc modo soluūt. Sed hæc positio nō est peripatetica, primo quia dynamis græce ab Aris. vbiq; pro virtute sumit, virtus autē vbiq; pro principio aut actiuo, aut passiuo intelligit apud peripateticos. Secundo vbiq; dynamus siue virtutes distinguit per actus, vt in lib. de aīa docet. hoc autē esse nō pōt, si dynamus pro eo quod opponit ad actū existēdi sumeret. Tertio dynaton qd' latine est poss̄e, in lib. de Interpretatione sumit pro possibili dictō à potētia actiua vel passiua, & nullibi pro eo qd' opponit actui existendi. Quarto dynaton qd' est latine posse & Endechomenon qd' est latine cōtingēs vt in lib. Priorū dicit: idē est mō vbiq; contingens dicit vel ratione potentiæ actiue, vel passiuæ. Quare peripatetice sentiēdo potētia obiectiua, & subiectiua idē est, vt quidem respicit agens atq; illi obijcit, est obiectiua, vt vero respicit formā q̄ ab agente recipit, est subiectiua, & sic obiectiua potentia, & subiectiua idem est, & ita vt potentia obiectiua, & actus sunt eiusdem generis, sic subiectiua & actus sunt eiusdē generis. Animaduersione igit dignū potentiā sine virtutē, quā græci dynamin dicunt, Peripatetici volunt id esse, quod est forma potestate, verbi causa potētia calidū, i. quod qñq; erit actu calidū. Similiter potētia frigidum id est, qd' erit quandoq; frigidū actu. Hæc aūt potestas nōnunquā dicit priuatio, nōn unq̄ terminus è quo, nōnunq̄ contrariū, nonnunq̄ vero formæ inchoatio, dicit quidem priuatio, quatenus subiectū in quo ipsa est, caret forma, vt dicit. 9. Meta. cōm. 2. dicit vero terminus è quo, quatenus ab illa incipit motus, vel mutatio, dicitur cōtrariū quatenus semper secū maxime in motu concomitat forma cōtraria termino ad quē, dicit formæ inchoatio, quatenus est aliquo modo forma, quæ generatur, saltem quatenus agens de potestate illa extrahit formā actu, nōnulli volūt illā esse potentiā receptiuam, qd' est bene dictū, nō tñ propterea quia ipsa recipiant, sed quatenus est in subiecto receptiuo, quod formā recipit illā mediante. Ex his sequit dr̄ia inter motum & mutationē sine generationē. In motu. n. & mutatione semper terminus è quo est illa potestas, quia tam motus q̄ mutatio est è priuatione ad formam, est enim omnis motus generatio quædā saltē fm quid, at in motu potestas illa per se concomitat cōtrariū. In generatione p accidēs cōcomitat contrariū. Secūdo sequit potestatē formę esse eiusdē gn̄is cū forma, qm̄ est illius inchoatio siue ipsa tota potestate. Et propterea Socrates in potentia est hæc potestas, & hæc potestas est Socrates possibilis, dicta quidē obiectiua vt agēti obijcit, dicta vero subiectiua vt in subiecto est, & formā respicit. Ex his vlterius patet hāc potestatē nō esse qualitatem, nec relationē, nisi secūdū modū, fm esse. n. est forma ipsa quæ pōt esse, verum dicit qualitas nōnunq̄ ab Auer. quatenus nō est de essentia materiæ, dicitur relatio quatenus respicit determinatā formam absolutæ tantū, & fm eē nihil aliud est, nisi eius gn̄is, cuius est potestas forma. Et hāc opinionē voluerūt intelligere primi iuniores, vt mihi videtur & Auer. vbiq; expositor etiam, & oēs peripatetici idē sentire. Animaduerte q̄

Confutatio. — *Propria solutio.* — *Exceptum primum.* — *Secundum.* — *Dilucida.*

E cucullati ponuntpotentiam obiectiuam aliam à potentia agentis. & materiæ, est. n. potentia tertia præter has. Ego aūt cōcederē cū potentia materiæ assero, & in materia pono vnā cōem potētiā, quæ pōt recipere oēs formas, & tot quot sunt formæ, quæ dicunt potētiæ respectiuæ. est aūt potentia respectiua nō quia sit relatio, sed qiua est ipsa forma possibilis. Vnde Socrates possibilis est hæc potētia, q̄ pono eiusdē gn̄is cū actu, qm̄ est Socrates p essentiā: Socrates vero in actu est per essentiā. & existentiam. Hæc de secūda dubitatione, & de terra agamus. Primi iuniores voluerunt motum esse mediū inter potentiā & actū hoc est inter materiā & formam, non quidē pficiendo, quia accidentia pficiunt materiam mediāte forma, iuxta illud Auer. agens quantum dat de forma, tm̄ dat de accidentibus consequentibus formā, vt. 8. Phy. cō. 4. dicit. sed in disponendo, quia accidentia bene dispońūt materiā pro receptione formę,

F Sed hæc solutio friuola est, mediū. n. quod Auer. ait esse eiusdē generis cū extremis est mediū participatione, veluti tepidū inter calidū & frigidū, & rubrū inter albū & nigrū & visum est in Primo huius, & videbitur infra cōm. 52. et cōm. 54. de eo etiā medio loquit. 10. Meta. cōm. 22. et inter materiā & formā, nihil pōt esse mediū participatione. Ex ijs igit quæ diximus, pōt dici motū esse medium inter potentiā & actū, quia motus est forma remissa dum fluit vt dicemus, vt motus ad calorē est caliditas remissa dum fluit. Hæc aūt caliditas remissa participat aliquid de termino à quo, & aliquid de termino ad quem, de termino ad quem quidem, quatenus habet illum secūdum partēde termino, è quo vero, quatenus habet quicquam contrarij quod erat in termino è quo, & per quod adhuc est in potentia ad terminum

G ad quem, verbi causa calefactio est partim caliditas, & partim frigiditas, & ita patet quonam modo motus est mediū inter potentiā & actum. Hæc de. 3. & de. 1. transigamus. Quicquid dixerit Auer. 3. huius. cō. 5. nunc videtur dicēdū viā & terminū viæ esse eiusdē gn̄is sumendo viā pro forma vel remissa, vel in fluxu constituta, sed sumēdo viam pro tendentia quadam, sic aut est passio, aut est relatio quædā, hoc. n. modo sumendo viam, sic est mediū inter potentiā & actū. Animaduerte tamen motū esse collocatū in prædicamento quanti, in prædicamento passionis, & in tribus prædicamētis, est in tribus prædicamentis, si sumatur pro forma fluente, quia forma fluens, aut est qualitas, aut quantitas, aut vbi, sin autē sumitur pro fluxu, vel sumitur pro fluxu quatenus per ipsum mobile non quiescit sub forma quæ fluit, & sic est passio, aut quatenus p fluxū forma

H fluēs mēsuratur tempore, & sic ē quātitas, siue quantū quoddam. Multa alia dici possunt. nunc vero satis.

In substantia uero nullus est motus, cum nihil sit substantiæ ulli contrarium. Tex. 10.

Secunda exponens erat, ad nihil non qualitatem vel quantitatē, est vbi est motus, nūc probat hanc secundā exponentē & primo q̄ ad substantiā nō sit motus. Et syllogismus est, ad quodcūq; est motus, & est aliquid contrariū: ad substantiā nihil est contrariū, igit ad substantiam nō est motus. de ratione Arist. sumit conclusionē. d. in suba vero nullus est motus, deinde ponit minorē. d. cū nihil sit substantiæ vlli contrariū. Hæc Arist. Themist. vero videt soluere qōnes, & prima est, quia dictum est Primo huius, q̄ prima rerum principia sunt contraria, veluti forma & priuatio, igit in substantia est contrarietas.

Secunda dubitatio. Solutio Burlei. Vide et Bur. hic. — *Confutatio.* — *Propria solu.* — *Solutio 3.* — *Vide etiam Egid. hic et Bur. Quæ Them.*

contrarietas.Respondet Themi.nõ esse intelligendum
propriæ,forma.n.& priuatio non sunt contrariæ pro-
Quæ Auer. com 10. prie,sed cõmuniter.Quã solutionẽ innuit Auer. dicẽs,
& intẽdit hic per contraria,contraria mediata, quorũ
vtrũq; est forma & habitus,quæ habent media. Et sic
apud Auer.Arist.sumit substantiæ nihil est cõtrarium
proprie,nã verbo cõmuni, est aliquid contrariũ sub-
stantiæ nihil prohibet.Secundo videtur Themis.dubi
Dubiũ 2. Them. tare φ ad substantiã sit motus,quia conuersio substan
tialis videt̃ procedere de subiecto in subiectum. nã ge-
neratio animalis est de spermate siue semine ad aĩal,
Solutio The. vbi patet semen & animal esse subiectũ quoddã. Videt̃
Them.dupliciter soluere, primo asserit hanc cõuersio-
nem esse per accñs de subiecto in subiectũ, per se autẽ
de ente in potẽtia ad ens actu:id.n.qd' cõuertitur, nec
est semen,nec aĩal,sed subiectũ vtriq;, hoc.n.proprie
cõuertit̃.Secũdo soluit φ dato φ esset talis cõuersio de
subiecto in subiectũ nõ propterea erit motus, quia oĩs
motus est de cõtrario in contrariũ, modo semen & ani
mal non sunt contraria.Hæc Themistius,& perite.

Quæ Auer. com. 10. Mouet aũt Auer.hic quæstionẽ.quia Arist.hic aper
te ait substantiæ nihil esse contrariũ. At in Secundo de
Generatione tex.cõm.48. dicit aerem & ignẽ contra-
ria esse terræ,& aquæ,terrã quidẽ aeri, igni vero aquã
contrariã esse asserit.Hanc etiã quæstionẽ mouet The
mistius etiã,è quo Auer.accepit,vt patet. Rñdit Alexã.
vt narrauit Auer.& Themi.& concessit substantiæ sim
Solutio Alex. plici elementariæ esse substantiã cõtrariã, non quidem
ẽm subiectum,sed ẽm formã.Et hoc pro tãto, quia vo
luit qualitates elementorum esse formas substantiales il
lorum,veluti frigiditatẽ aquæ,caliditatem igni, & hu-
miditatem aeri,atq; siccitatẽ terræ, modo patet frigi-
ditatem esse cõtrariã caliditati, & humiditatẽ siccitati.
Et hoc modo loquit̃ in lib.de Generatione.Aristo.hic
vero & in prædicamentis loquit̃ de substantijs compo
sitis,siue mixtis.Hæc.n.nullo pacto contrariæ esse pos-
sunt. Animaduerte,φ Alexã.bifariam solitus est glossa-
re auctoritatẽ Arist.in prædicamẽtis. Vno modo dicen
do Arist.ibi esse locutum de substãtijs perfectis hic est
mixtis.Alio mõ φ substãtiæ nihil est contrariũ ẽm ma
teriam,eo quia in materia conueniunt. In Secundo de
Generatione loquit̃ de simplicibus, vel ẽm formas.
Auer.narrat primam solutionem,& illam non refellit,
secundam non narrat,sed refellit,quæ tamen vno ver
bo potest refelli, quia sic accidentia possunt dici non
contraria,quia ẽm materiã siue subiectũ nõ opponun
Obiectiones. An substantia nihil sit contrarium. Vide Iand. q. 3. huius. tur,voluit aũt ipsam diffuse confutare. Obijcit autem
Auer.primo,quia nõ videt̃ sufficere quod dicit Alexã.
Dicebat.n.substantiæ nihil esse contrariũ quo ad subie
ctum,nihil tamen prohibere esse, aliquid contrarium
ẽm formam. Obijcit huic per hoc, quia tunc in sub-
stãtia simplici posset esse motus,quia illi est aliquid con
trarium ẽm formã,modo ad hoc φ ad aliquid sit mo-
tus,sufficit vt illi sit contrarium ẽm formam, & ita ser-
mo Aristo.non esset vniuersalis in oĩbus substãijs,sed
tantũ in substãijs cõpositis, Secundo,substantiæ simpli-
ces sunt contrariæ,ẽm qualitates,igitur non per se,atq;
ẽm substantias.tenet consequentia,quia contrarietas
est oppositio inter aliqua per se,& non per accidens,vt
dicitur in prædicamentis. Tertio obijcit, quia non vi-
detur qualitates esse substantias elementorũ. Proprie-
tates enim elementorum non sunt substantiæ siue sub-
stantiales formæ elementorum. Sed eiusmodi qualita-
tes sunt proprietates elementorum. igitur non substan

A tiæ.Maior deducit̃,quia vt dicitur Primo huius, quod
est accidens vnius impossibile est esse substãtiam alte
rius,& econtra,quod est accidens alicuius impossibile
est esse substantiam alterius.Sed qualitates hæ sunt ac-
cidentia mixtorum,igitur non possunt esse substantiæ
elementorum.Sed contra Auer.obijceret aduersarius
primo,quia elementa definiuntur per tales qualitates.
igitur tales qualitates sunt substantiæ elementorũ. Se-
cundo effectus siue proprietates cõtrariæ proficiscun
tur è causis.Sed qualitates sunt effectus seu proprieta-
tes elementorum contrariæ,igitur elementa sunt con-
traria,& hæ sunt replicæ Thomæ contra Auer.hic. Ad
hæc respondet Auer.& ad primam dicit elementa defi
niri per hæc non quia sint substantiæ elemẽtorum, sed
propinqua substantiæ elementorum. Et propterea vti-
mur illis loco differentiarum substantialium, maxime
B quia differentiæ essentiales sunt ignotæ. At in substan-
tijs compositis secus est, sunt enim remotiora ab il-
lis,& propterea non cadunt in definitione illarum. Ad
secundam respondet affectus contrarios nõ causas con
trarias, sed diuersas.Contrarietas enim in effectu non
arguit contrarietatem in causis,sed differentiã,de quo
ait esse considerandum,sed nõ hic,immo in Metaphy-
sica. Alij probauerunt ad substantiam non esse cõtra- *Secunda põ.*
rietatem.quia si in substantia esset contrarietas, tũc ad
substantiam esset motus, supponunt cõsequentiam va
lere,& consequens esse aperte falsum. Contra obijcit
Auerroes, hæc probatio potest breuibus confutari, *Auer.*
quia in illa esset circulus vel petitio, in Auer. refellit
hoc modo vt vides,quia licet sequatur, ad substantiam
non est contrarietas,igitur ad substantiam non est mo
tus,non tamen sequitur, si ad substantiam est contra-
C rietas,igitur motus.nam siue substantiæ ponãtur con-
trariæ secũdum formas,siue ẽm subiecta, nullo modo
potest esse motus ad illas. si ponuntur contrariæ ẽm
formas,videt̃ φ ad illas non sit motus, quia subiectum
earum est ens in potentia, at subiectum motus debet
esse ens in actu.Si vero ponuntur contrariæ secundum
subiectũ,minime est motus, immo nulla penitus trãs-
mutatio.Cum enim inter aliqua est trãsmutatio,opor-
tet vt habeãt vnum subiectum commune, quod quidẽ
existens sub vno erit in potentia ad aliud,modo si sub-
stantiæ secundum materias & formas sint contrariæ,
nullum erit vnum subiectum commune, vnum enim
contrariorum non est subiectum alterius, nec recipit
ipsum.vt dicitur Primo physico. Themistius vero con *Solutio The.*
cedit in substantia est cõtrarietas,igitur motus. Et hoc
quando illa cõtraria sunt apta immediate inter se trãs-
D mutari:modo in proposito non est ita, licet enim ele-
menta sint contraria,nõ tamen in illis est motus, quia
non immediata,sed per media transmutantur, vt ignis
in aquam,non immediata mutatur, sed mediãte aere.
Obijcit autem Auerro.huic positioni Themistij, pri- *Auer.*
mo quantum ad hoc quod dixit, ignem non mutari in
aquam,nisi mediante aere,nam Aristo. in Secundo de
Generatione probauit quodlibet elemẽtorũ, & quod-
libet contrariorũ immediate mutari in quodlibet. Se-
cundo reprehendit illud quod dixit,consequentiam vi
delicet valere,in substantijs est contrarietas per quam
sunt aptæ immediate mutari,igitur motus: nam licet
illa consequentia valeat negatiue, videlicet in substan-
tia non est contrarietas, igitur non est motus, non ta-
men sequitur affirmatiue, videlicet in substãtia est con
trarietas,igitur motus,vt patet,nec secundum Themi- *Solutio Auer.*
stium,

ſtium,nec ſecundum Alexandrum. Ex ijs concludit Auerro.ꝙ dicere in ſubſtantia eſſe cõtrarietatem nihil mali ſequitur,hoc eſt nullum emergit impoſsibile, niſi quatenus deſtruitur auctoritas Ariſt.& eius ratio, quæ fundabať in duobus, videlicet ꝙ in ſuba non eſt contrarietas,& ꝙ motus eſt in cõtrarijs, propterea dicit ꝙ fortæ hæc ratio eſt topica atq; famoſa,quia demonſtratio eſt illa,quæ dicta eſt,videlicet omnis tranſmutatio ad ſubſtantiam eſt generatio,vel corruptio. Sed nec generatio nec corruptio eſt motus,cum habeăt ſubiectũ ens in potentia, & motus requirit ſubiectũ ens in actu, hæc Auer per quæ patet ipſum nec affirmaſſe, nec negaſſe contrarietatem in ſubſtantijs.Solum enim diſputauit de conſequentia vtrũ valeat, videlicet in ſubſtantia eſt contrarietas, igitur motus:& voluit non valere, & adiecit rationem Ariſt.hic eſſe dialecticam, quia vera ratio eſt aſsignata, dixit etiam conſequentia valere negatiue, videlicet in ſubſtantia non eſt contrarietas, igitur in ſubſtantia non eſt motus, ecce quomodo de antecedẽte nihil diſputauit. Deinde reſpõdet ad quæſtionem & vult elementa eſſe contraria non quidẽ ſm ſubſtantias,ſed ſecundũ qualitates,& hoc indicat Ariſ. in libro Secundo de generatione.d.ignem contrariari aquæ ſm quod contingit ſubſtantiam ſubſtantiæ eſſe cõtrariam,hoc eſt ſm qualitates, & non ſecundũ ſubſtantias,cuius opinionis videtur Alexan. tum in lib. de Generatione,tum in expoſitione ſua,hic quo Auerro. letatur.

Solutio Auer. ad quæſtionẽ.

Sed circa hęc quæ Auer.dixit,primo videamus, vtrum valeat hæc conſequentia,in ſubſtantia eſt contrarietas,igitur motus. Secundo, videamus vtrum ea quæ Auer.dixit aduerſus expoſitores, valeant. Ad primam pace expoſitorum dixerim,videtur mihi ad neutram partem poſſe eſſe demonſtrationem. Nam rationem motus nonnulli nacti ſunt penes terminos, nonnulli penes ſubiectum.

Dubitanes circa dicta prima Auer. Secunda. Solutio prima dub. Prima pō.

Qui rationem motus nacti ſunt penes terminos,hi dixerunt motum eſſe mutationẽ ſolum inter terminos contrarios, ſiue ſubiectũ ſit ens in actu,ſiue ens in potentia.Et propterea hi dixerunt conſequentiam valere,videlicet in ſubſtãtia eſt contrarietas,igitur motus, quia ſola terminorum contrarietas ſufficit ad rationem motus,verum quia antecẽdens eſt impoſsibile, quia in ſolis accidentibus reperitur ratio contrariorum,propterea & conſequens eſt impoſsibile.Qui vero rationẽ motus penes ſubiectũ nacti ſunt, vt Auer.& alij negarunt illam, dixerunt enim rationẽ motus nanciſci penes ſubiectum,quia voluerunt motum eſſe entis in actu. Mutationẽ vero entis in potentia,nulla ratione habita ad terminos, videtur autẽ hæc poſitio Auerro.magis ad mentem Ariſto. primo. quia Ariſt.penes ſubiectum definit motum & mutationem. Secundo,quia motus eſt accidens,modo accidens rationem nãciſcitur à ſubiecto.Eſt enim ens, quia entis. Sed tunc non parua emergit difficultas,nam Ariſt. Tertio huius,rationem motus per ens in potẽtia quatenus in potentia definit,igitur motus non differt à mutatione penes ſubiectum,ambo enim ſunt entis in potentia vt in potentia.Dici poteſt ꝙ tam motus quam mutatio eſſe entis in potentia,verum hæc eſt differẽtia, quia motus eſt per ſe entis in potentia, & concomitãter entis in actu.Mutatio vero eſt per ſe & cõcomitanter entis in potẽtia,veluti generatio & corruptio. Sed adhuc replicabis,quia iuxta hanc differentiam illuminatio & ſubitariæ mutationes eſſent motus, quia eſſent ſaltem concomitãter entis in actu,id enim quod illuminatur,

Pō Auer.

E eſt.At huius contrarium ait Ariſtote.contra Parmenidem,vbi ſubitariam mutationem non motum, ſed mutationem eſſe dixit.vbi Auer. Primo huius,cõmen.23. inquit quasi opinatur ꝙ alteratio non ſit ſubito.Defendi adhuc poteſt ꝙ mutatio,quam græci metabolem dicunt,nonnunquam differt à motu penes rem, nõnunquam penes modum,differt quidem penes rem, quoties penes ſubiectum differt, & hoc modo illuminatio & accidentales mutationes ſiue momẽtariæ,ſiue temporariæ ſint à ratione motus non differũt, modo omnes ſit entis in actu,ſaltem concomitanter. & hoc modo loquitur Ariſ.in hoc Quinto,differt vero penes modum,quoties mutatis momentaria, motus vero quem cineſin dicunt temporarius eſt, & hoc pacto loquiť primo huius.Hęc pro Auer.ſatis probe dici poſſunt. Et de poſitionibus expoſitorum græcorũ agamus. Vbi ani-
F maduerte nonnullos dixiſſe Alexandrum nunquam ita voluiſſe vt ſibi Auer.attribuit, videlicet ꝙ qualitates primæ ſint ſubſtantiæ elementorum, & huius opinionis eſt Ioãnis Gãdauenſis. Primo quia in lib. de Senſu, vbi Alexan. hanc protulit poſitionem,non categoricæ, ſed hypothetice loquitur.Secundo, quia per ſe notum omnibus videtur notum.modo hæc propoſitio, nulla qualitas eſt ſubſtantia,eſt per ſe nota, eſt enim immediata,qua nulla eſt verior.Et propterea concludit Alexandrum velle qualitates non abſolute, ſed ex conditione eſſe ſubſtantias elementorum.

Solutio ſecunda de poſitione Alexand.

Pō Ioan.

Sed hæc Ioannis poſitio eſt temeraria,primo quia verba illa,quę narrat ipſe ex libro de ſenſu Alexandri non perfecte legit.immo Alexan.dubitauit per illa verba, & demum ſoluẽs categorice voluit qualitates primas eẽ formas elementorum.Præterea quicquid Alexan. in libro de Senſu di-
G xerit, nunquid vbiq; idem voluerit. Auer.enim aſſerit hoc id quod de Alexandro eſt dictum, eſſe narratũ in expoſitione eius in libro de Generatione,& in præſenti loco,quæ Ioannes non vidit. Inſuper etiã græci expoſitores vt The.& Simplicius illam poſitionem vbiq; Alexandro attribuerũt, qui melius libros Alexãdri reuoluerunt,ꝗ Ioannes.

Confutatio opinionis Ioã.

Ioan de Iãdu. q.5 huius.

Propterea quid voluerit Alexã. ego ignoro,ſunt tamen verba eius in bonum interpretanda,& licet multiplex eſſe poſsit verborum interpretatio,vt alibi protulimus, nunc videtur eſſe dicendũ, formas ſubſtantiales elemẽtorum carere nomine, qua ratione nonnulli a motus operatione grauitatem & leuitatem ſubſtantias elementorum eſſe tradidere, vt videtur Auer.Quarto Cœli,nõ quidem, ꝙ grauitas quæ eſt accidens,ſit grauitas quę eſt ſubſtantia, ſed æquiuocẽ tantum,ſunt enim genere differentes, ſolo nomine
H conuenientes nonnulli vero ab actione formas nacti ſunt,& hoc modo qualitates dixerunt formas elementorum.vt caliditatem ignis ſubſtantiam, humiditatem aeris,frigiditatem aquæ,ſiccitatem terræ, nõ ꝙ caliditas quæ eſt ſubſtantia,ſit caliditas quæ eſt accidens,differunt enim re & genere, & ſolo nomine conueniunt, ſed propter nominum carentiam ſic dixit Alexand. Ex ijs apparet Alexandrum non poſuiſſe idem ſubſtantiam vnius,& accidens alterius,vt Auer.arguit ſed bene idem nomen ſignificare in vno ſubſtantiam, in alio accidens.Hæc pro Alexandro. Sed de poſitione The. non parua eſt quæſtio,videť enim ipſe velle inter quęlibet elementa non eſſe immediatam tranſmutationem, quia dixit igne in aquam conuerti, nõ poſſe niſi ſe prius in aerem verterit. Hoc autem eſt expreſſe contra Ariſto.in Secundo de Generatio.vbi aperte pluribus

Propria pō.

De poſitione Themi.q.

bus rationibus probauit quodlibet elementum, immediate posse mutari in quodlibet. Pro defensione igitur Themistij videtur mihi esse dicendũ pro modo elemẽta posse accipi vt sunt in proprijs regionibus, & vt sunt extra proprias regiones, vt quidẽ sunt in proprijs regionibus, sic quodlibet elementum põt mutari immediate in quodlibet, qa cuilibet potest applicari quodlibet, veluti aquæ põt immediate applicari ignis, & ita aqua potest immediate cõuerti in ignẽ vt patet in opere fabri, qui proijcit aquã in ignem. & statim ignis crescit, quod non esset, nisi aqua versa esset in ignem. Si vero elemẽta sumũtur in proprijs regionibus, sic ignis semper conuertitur in aerem sibi vicinũ, quia aer potest sibi applicari, & cœli cõstellatio quæ procedit paulatim non conuertit ignem in aquam, nisi prius verterit illum in aerẽ. Et hoc pacto intelligit The. ꝙ Auerroes ignorauit. Hæc de positione The. licet etiam alijs modis defendi posit.

Neq; insuper in his quæ sunt ad aliquid. Altero. n. mutato, alterum mutari uere dici potest. Quare ipsorum motus est per accidens.

Secundo ostendit ꝙ nõ est motus ad relationem, & apud Them. ratio sic cõponitur, omnis motus absoluitur siue definitur per mutationẽ & conuersionem rei, q̃ mouetur, relationes sine vlla mutatione & cõuersione creãtur & pereunt, igitur motus in relationibus nõ potest constitui. Auer. vero parũ differens à The. format rõnem sic, nihil quod mouetur quiescit, oẽ quod relationem nanciscitur & fit relatiuũ, quiescit, igĩ nihil quod relationẽ nanciscitur & fit relatiuũ mouetur, & sic ad relationem nõ est motus. Minor syllogismi tã The. q̃ Auer. probatur exẽplo Them. de cõlũna, quæ de dextro vertitur in sinistrũ, cum Socrates locum mutat nulla mutatione facta in colũna. Et si dicitur quonam modo põt nouum aliquid alicui addi nulla mutatione facta in illo, respõdent Arist. Them. & Auer. relationem effici de nouo in aliquo, verbi causa, in columna, saltem mutatione facta per accidẽs in illa, & ita vult ad relationẽ esse motũ per accidẽs. Et si dicas motus per accidens est ad relationẽ in columna, & ad relationẽ in Socrate, vtrum eodẽ modo per accidens in vtroq;. Respondet Auer. vtranq; relationẽ acquiri per accidẽs à motu, sed aliter, atq; aliter, nã relatio facta de nouo in columna acquiritur per accidẽs in illa, nulla mutatione penitus facta in columna, immo columna oĩno quiescente, relatione vero facta de nouo in Socrate acqritur de nouo in ipso p accidens mutatione per se facta ad locũ, est. n. latio Socratis per se ad locũ, per accidens ad relationẽ, vbi debes scire, ꝙ vnus motus potest esse per se ad vnũ terminum, & per accidẽs ad alium, verbi causa, latio qua Socrates se transfert de dextro in sinistrũ per se est in locũ, vt in terminũ primum & per se, per accidens in relationẽ nouiter factã in Socrate, & in relationẽ factam in colũna, & licet ad vtranq; relationẽ latio qua Socrates mutat locũ terminetur per accidens, non tñ eodem modo. Ad relationem quidem factã in Socrate & terminatur per accidens primo & immediate, ad relationem vero factam in colũna, terminatur per accidens secundo & mediate. Et hoc voluit dicere Auer. dum dixit relationem columnæ fieri non per motũ, sed per quietem, quatenus est terminus remotus lationis Socratis. Hæc Auer.

Ratio Auer. cimen. 10.

Quæstio an ad relationem sit motus.

Quærunt vtrũ relatio posit acquiri alicui vel attribui alicui nulla mutatione facta in illo. Et videtur ꝙ non, quia relatio est forma ꝑdicamentalis, igitur nõ potest denuo attribui alicui non facta saltẽ mutatiõe formali. Propter hoc argumentũ græci fecerunt differẽtiam inter motũ, quem cinesin dicunt, & mutationẽ, quam metabolem, & variationẽ, quam eterosin vocant, volunt igitur non posse nouã relationẽ attribui alicui sine eterosi hoc est sine variatione facta in se, & in alio, bene tñ fieri potest sine mutatione & sine motu. Et hoc quia tam motus, q̃ mutatio addunt formam absolutã nouiter. Eterosis vero est omnis additio, siue sit formę absolutæ, siue respectiuæ, modo sit aduentus formæ prædicamẽtalis. Hæc positio est credenda fortasse pro tanto, quia Ari. in libro de Generatione, & alibi aperte dicit gñationem esse simpliciter, & ſm quid, & vult generationem simpliciter non fieri, nisi in substantia, gñationem vero ſm quid nõ modo reperiri in substãtia, sed in omnibus prædicamentis, & ita videtur gñationem esse in relationem saltem ſm quid. Modo hæc generatio ſm quid, quæ est in relatione, cũ apud Aris. hic nec dicatur cinesis hoc est motus, nec metabola, hoc est mutatio, non videtur posse dici nisi eterosis, hoc est acquisitio vel variatio. Cucullati vero dicunt, ꝙ licet ad relationem non sit mutatio, nec motus ad se, est tamen motus vel mutatio ad aliud, nã illud cui relatio aduenit, non ad se, sed ad aliud mutatur. Sed hæc positio videtur cõcidere in illam græcorum, quia hæc concedit ipsa relatione esse saltẽ mutationẽ respectiuam. hanc græci dixerunt eterosin, quæ est quæuis variatio. modo per ipsam forma prædicamẽtalis acquiratur. Expositor vult triplicẽ esse relationem, alia quidẽ est ex parte vtriusq; extremi penitus rõnis, vt identitas, quædã ex parte vnius extremi est relatio rõnis, ex parte alterius est relatio extra aĩam, vt dextreitas in columna, & relatio scibilis ad scientiã. Alia ex parte vtriusq; extremi extra animã vt æqualitas, quum de nouo quantitas variatur in vtroq;, vel similitudo, qñ qualitas acquiritur de nouo vtriq;. Tunc vult expositor relationem primo mõ posse acquiri nulla mutatione penitus facta in aliquo, quia est à mente considerante & vtente vno vt duobus, relationẽ vero secundo modo ait acquiri per mutationem quidem realem factam in altero correlatiuo. Mutatur enim. Socrates per se in loco; licet columna quiescat, relationem autem tertio modo vult (licet non dicat) fieri de nouo mediante mutatione facta in vtroque licet per accidens in relatione. Quod vero relatio secundo modo ex parte extremi, cuius, est relatio rationis non acquiratur per mutationem declarat per hoc, quia nihil vlterius aduenit vltra fundamentum, quod est veluti radix oĩs relationis. Nouus autẽ expositor probat hoc pro tanto, quia in illa non est facta noua complexio, quod quidem in idem concidit. Et videtur hæc positio reduci in illam græcorum, hæc. n. concedit mutationem fieri in relationem, non quidem, vt in formam absolutã, sed vt in formam respectiuam, & hoc est nõ fieri mutationem, vel motum, sed eterosin, hoc est mutationẽ respectiuã. Nam licet vltra columnã nihil noui addatur absoluti, bene noui quicquam additur per intellectum saltem respectiuũ, quo columna eterosin subeat, licet nec motum, nec mutationem. Ioã. vero vt videatur noua dicere ait relationem bene posse alij atribui tanq̃ termino nulla penitus mutatione facta in ipso, vt de columna dicitur, & alijs multis, ait tñ aliquam relationẽ non posse

Vide Iand. q. 4. huius.

Vide & Gratiadeum Esc. le. 3. huius. q. 5. Et Egid. hic.

Opinio Sco. in lib. 2. dist. 8. q. 5. Reductio secũda positionis ad primã.

Positio Tho.

Qua Egid. Reductio tertiæ positionis in primam.

Positio Ioan.

de nouo alicui attribui vti subiecto, nisi mediante aliqua transmutatione facta in illo, quæ positio est, vt diximus eadem cum cæteris, non.n.effici pôt, vt.A.sit nouus terminus relationis.B.& sit non de nouo relatiuum, aut fm rem, aut fm rationem, & sic in idẽ concidit. Hæc possunt dici, & vt mihi videtur satis explicare. Captiones captiunculatorum omitto. Prætereo etiam, illam quæstionem, si relatio sit idem quod fundamentũ, cum non sit peripatetica, nec digna philosopho, q rerum naturã scrutatur. Hęc ad peripateticos.

Praeterea etiam neq; agentis atque patientis motus est, neque cuiuslibet eius quod mouetur, ac mouentis, quia motus non est motus neque generationis generatio, neque omnino mutationis mutatio.

Probat nũc Ari. q nec ad actionẽ, nec ad passionẽ est motus. Et hoc Ari. ꝓponit.d. ꝑterea etiam neq; agentis, atq; patientis motus, ignis est agẽs, vel patiẽs. igitur agentis vel patientis est motus, dici pôt esse textum sic legendũ q neq; agẽtis quatenus agens, neq; patientis quatenus patiẽs est motus, qđ est dicere nec ad actionem, nec ad passionẽ esse motum. Hæc de cõclusione. *Replica.* *Solutio.*

Illam vero partẽ, neq; cuiuslibet The. & Auer. & latini expositores volunt esse ꝓmissam, & tunc syllogismus est, neq; ad mouere, neq, admoueri est motus: agere est mouere, pati autem est moueri: igitur nec ad agere, nec ad pati motus est. De rõne tãgit maiorem, & eius declarationẽ.d. neq; cuiuslibet eius quod mouetur, ac mouẽtis, est motus. Hęc est maior apud The. Addit declarationem.d. quia motus nõ est motus, & exponit oẽs species motus, & mutatiõis vt ampliaret maiorem.d. neq; gñationis est gñatio, neq; oĩno mutationis mutatio. Hęc est maior, et maioris declaratio, atq; illius amplificatio. Hunc igitur in modũ doctus Them. & Auer. atq; expositores locum intellexerunt. *Prima expõ. Themistii. Auer. Expositorum.*

Alij iuniores partem illam, nõ pręmissam, sed conclusionem esse voluerũt, vt sint in textu tres cõclusiones, prima agentis, & patiẽtis non est motus. Secũda mobilis & mouẽtis non est motus. Tertia gñationis & oĩno mutationis non est gñatio nec mutatio. Hæ tres cõclusiones probantur per hoc, quia ad motum non est motus. Si.n. ad motũ non est motus, sequtur apud hos, nec agentis, nec patientis, nec mobilis, nec mouentis, nec generationis, nec omnino mutationis esse motũ. *Secunda expõ Iuniorum.*

Sed quonã modo valeat hæc consequentia, differunt. Alii nanq; aiunt illam tenere per locum à simili, quia eadem est ratio, quare ad actionem & passionem non est motus, & quare ad motũ non est motus, nec oĩno ad mutationem est mutatio, q a ea ratione aliquid est terminus, vel subiectũ motus, qua per se permanet, at potest esse sub motu, & quiete motus, nunc autem vt motus ipse nõ permanet, sed est successiuũ quid, sic actio & passio, & omnino mutatio non permanet, sed est quid successiuũ, quare eadem est rõ, quare ad motum nõ est motus, & quare ad actionẽ & passionem, & oĩno ipsam mutationẽ non est motus. Sed hęc deductio est dialectica, locus.n. à simili est topicus. Et ita Arist. non demonstratiue, sed topice conclusionẽ demonstrasset. Melius igitur cum Themist. & expositoribus. Syllogismus.n. est, quia agere est mouere, & pati moueri, & non econtra, in plus.n. est motus, q̃ actio, vel passio, Primo de Generatione. Similiter generatio & omnino mutatio motus est, saltem cõmuniter. Et propterea syllogismus Arist. est demonstratiuus. *Dubiũ de consequentia.* *Priũ solutio.* *Solutio tertia.* *Expõ propria.*

E *Primum.n. motus bifariam motus esse potest, aut ut subiecti, ceu homo mouetur, quia ex albo in nigrum mutatur. Et motus ne ergo hoc pacto aut calefit, aut frigefit, aut mutat locum, aut increscit aut decrescit, at hoc est impossibile. mutatio nanq; subiectorum nullam rationem subit.*

Sumpsit in syllogismo dicto ipsius motus non esse motum, nunc probat istud, & primo exponit intellectũ assumpti, & inquit, primum.n. motus bifariam motus esse potest, aut vt subiecti aut vt dicetur vt termini., vt subiecti, quidem, ceu homo mouetur, quia ex albo in nigrum mutatur. Tunc petit, & motus ne ergo hoc pacto aut calefit aut frigefit, aut mutat locũ, aut increscit, aut decrescit. Hæc igr̃ est qõ, vtrum motus subijciatur motui, ita vt motus aut calefiat, aut frigefiat, & hoc quo ad alterationem, aut mutat locum, & hoc quo ad lationẽ, aut increscat, vel decrescat, & hoc quo ad auctionem: refellit hunc intellectum, & inquit, at hoc est impossibile. Cuius rationem adiicit & inquit, mutatio nãque subiectorum nullam rõnem subit. Quo vero ad verba attinet, illa verba & motus ne ergo hõnulli faciunt vim syllogismi, vt ita arguat Arist. si motus esset subiectum motus, tunc motus aut calefieret, aut frigesieret, aut aliquid id genus pateretur. Ego vero verba illa vt fecit Auer. nõ ad syllogismũ refero, sed ad expositionem distinctionis, maxime illius partis, q diceret motum esse subiectum motus. Id vero qđ ad syllogismũ ad referendũ, est quia mutatio nullã subiecti subit rõnem, quod quidem Arist. solo hominũ consensu accepit, nec aliter probauit. Hæc quo ad verba ipsa. *Cõsideratio verborum.* *Prima expõ.*

Sed occurrunt captiunculatores, quia videtur motum localẽ posse esse subiectum motus alterationis, potest.n. motus localis esse tardior, & velocior, modo tarditas & velocitas affectiones sunt, penes quas alteratio attẽditur, igitur motus localis potest alterationi subici. *Dubitatio.*

Dicunt non motu ipsum velociorẽ esse vel tardiorẽ, sed mobile ipsum recipere motum fm velocius, & tardius, veluti subiectum recipit qualitatem fm remissum, & intensum & non qualitas ipsa recipit intensionem & remissionem, quę solutio an vera sit, ad pręsentem tractationẽ non spectat adamussim disputare. Alibi.n. diligentissime disputauimus. Animaduersione dignum Arist. accepisse, vt per se notum mutationem non posse subire rationem subiecti vllam. *Solutio.*

Auer. vero hoc aliquantulum declarat per hoc quia subiecti motus potest esse subiectum quietis, idẽ.n. potest moueri & quiescere, an motus quiescere non pôt quia nullum cõtrarium recipit alterum, igitur nec pôt moueri. Hæc Auer. Them. aũt probat illud etiã aliter, hoc videlicet pacto, q si motus mouetur, tũc in infinitum abibitur, quia sem ꝑ motu esset motus prior, & sic in infinitum. Hæc Them. Arist. igr̃ accepit illud, vt per se motum. Them. vero & Auer. declararunt ijs declarationibus. Thomas autem probauit illud per hoc, quia oẽ per se subiectum est substantia per se subsistens cõstat aũt mutationem ipsam non posse esse substantiam. *Quo Auerro. cõmen. 111.* *Quo Themist.*

Aut quatenus aliquod aliud subiectũ ex una mutationis specie in aliã mutatur, ceu homo ex morbo in sanitatem. *Tex. 12.*

Hic tangitur secundus intellectus, & ait secũdo modo posse motũ intelligi esse motus, quatenus aliquod aliud subiectum ex vna mutationis specie in aliam mutatur. Ceu homo ex morbo in sanitatem. Sic igitur secundo modo intelligi potest vnius mutationis esse mutationem

tationem vt terminum, ita. s. quod aliquod subiectum moueatur ex vna specie mutationis in aliam ceu ex calefactione in frigefactionem aut in conualescentiam, ita vt duæ mutationes intelligantur duo termini vnius mutationis, veluti sanitas & morbus intelliguntur termini vnius mutationis, sanitas quidē terminus ad quē morbus æquo. Hic est sēs intellectus dictæ propōnis.

At neq; hoc fieri potest, nisi per accidens, hic. n. motus ex alia forma in aliam mutatio est, ut generatio atque corruptio simili modo, uerum hæ quidem in sic opposita fiunt. Motus autem non similiter. Simul igitur ex sanitate in morbum & ex hac ipsa mutatione in aliam mutabitur. At cū ægrotauerit, perspicuum est non ad quauis fore mutatum, quiescere nanque potest.

Nunc secundum intellectum refellit, & probat fieri nō posse vt vnus motus sit terminus ad quem alterius motus. Et primo supponit omnē mutationē esse quodam determinato in quoddam determinatum, licet nō eodem modo, nam generatio & corruptio est ē priuatione determinata in formam determinatam. Motus autem est ē forma determinata in formā determinatam, & hoc inquit, at neq; hoc fieri pōt, nisi per accidēs, potest. n. generatio esse terminus alteratiōis, sed per accidens, quatenus alteratio, est dispositio præuia ad gnātionem. Præterea potest illuminatio esse terminus motus localis corporis luminosi, sed per accidēs, quatenus per motum localem fertur luminosum ad locum, qui illuminatur. Aut forte dicitur per accidens rōne subiecti, quatenus videlicet idem subiectū est vtriusq;. Deinde sumit suppositionem, & inquit, hic. n. motus siue sit latio, siue alteratio, siue auctio, & vniuersaliter ois motus ex quadam alia forma determinata in aliā determinatam mutatio est, & sic de cōtrario in contrarium determinatum, & generatio atq; corruptio, similiter ex quodam in quoddā est. Addit tñ differentiam, qa hę duę videlicet generatio, & corruptio in sic opposita hunt, videlicet contradictoriæ, vel priuatiue opposita. Motus autē non similiter, sed ex determinato cōtrario in determinatum contrariū. Est igitur suppositio φ omnis motus, & omnis mutatio ex quodā determinato in quoddā determinatū fit, licet sit aliqua differentia, quia motus est de determinato cōtrario in determinatum contrarium. Mutatio vero de opposito determinato priuatiuo vel contradictorio in oppositum determinatū. Hac suppositione stante, arguitur, si vnus motus est per se terminus alterius motus, tunc idem mobile simul & semel moueretur formis cōtrarijs, & mutationibus oppositis. Inquit, simul igitur ex sanitate in morbū, & ex hac ipsa mutatione in aliam mutabitur. Et ita terminis oppositis, & mutationibus oppositis idem mutabitur simul & semel. Destruit cōsequens, & inquit, at cum aliquid ægrotauerit, perspicuum non ad quamuis fore mutatum, sed ex vno termino in vnum terminum, & vnica tñ mutatione, & nō quauis duarū indifferenter. Et hoc probat. d. quiescere nāq; potest, videlicet in medio oppositarum mutationum. Inter quaslibet. n. duas mutationes oppositas semper intercidit quies, & ita patet, idem nō posse simul & semel oppositis mutationibus moueri. Sed tūc est dubitatio, quōnā modo valet, si vnus motus esset per se terminus alterius motus, tunc idē mobile simul mu ueretur motibus oppositis. Et licet hæc consequentia deducetur ab Arist. in Octauo huius, pro modo dico

Dubitatio.

A φ valet supponendo idē mobile simul & semel moueri motu, & termino illius motus. Simul. n. & semel idē homo mouetur calefactione & calidit ate. Ex hoc sequitur dicta cōsequentia, moueatur homo motu ęgrotationis, cū per te ægrotatio in sanationē terminetur, tunc per suppositionem idē homo simul ægrotatione & sanatione mouebitur, quia sanatio ponitur terminus ægrotationis. Quo vero ad verba græca attinet, debes scire φ nonnulli codices textū habent affirmatiuum hoc pacto, at cū ægrotauerit perspicuum est ad quamuis fore mutatum, & pōt stare, nos vero legimus codices quosdā veteres, vbi inuenimus textum negatiuum, eo videlicet modo quo transtulimus, & sic nulla est litera obscuritas, tu vero considera. Animaduersione dignū, φ Auer. aliter declarauit illā cōsequentiā, si vnus motus est per se terminus alterius motus, tunc B idem mobile moueretur simul motibus oppositis. voluit. n. hanc valere pro tanto, quia si aliquod mobile transmutaē ad aliquā transmutationē, tale mobile dū trāsmutatur ad illā transmutationē, erit in illa, & ita simul erit in vtrisq;, videlicet in illa qua transmutatur, & in transmutatione, ad quā mutatur. Hæc est deductio Auer. Sed occurres, quia lignū potest mutari ad caliditatem, & non esse calidū siue sub calore, vel saltē potest mutari ad calorem summum, & nō esse sub summo calore. Quicquid iuniores veliot, dici pōt pro modo aliter esse in re successiua, aliter in re permanente. In successoria. n. re quicquid habet partē motus, habet motū, & moueri dicitur. in permanente vero non quicquid illius partem habet, illam habere dicetur, nisi habeat illius plus q̄ dimidiū. Ex ijs patet solutio, cum. n. omne quod mouetur, partim sit in termino ad quem, C partim in termino à quo, sequtur, si aliquod mobile moueur de vna trāsmutatione in aliā, ipsum habere quicquam illius, quæ est in termino ad quem, & cum sit res successiua, dicitur habere illam, & sic patet deductio Auer. Non autē erit ita de re permanente, nō. n. oportet habere calorem summum, si habet aliqnid illius.

Solutio.

Consideratio verborum. Qua Auerro. comen. 12. An motus accipias esse per motum. Vide Laud. q. 5 Iruns.

Dubiū circa Auerr. deductionem. Sol. pro Auer.

Insuper etiam nō in quamuis semper, nam illa ex aliquo in aliquod aliud erit, quare & opposita sanatio erit.

Videtur expositoribus hęc quasi secunda ratio, quā rem indicat verbum illud insuper etiā, quod græce est καὶ ἔτι, & Egidius differentiā huius rationis ab illa assignat ex hoc, quia in hac reddit causa eius, quod in prima fuit sumptū, suppositum. n. erat in illa nullā trāsmutationem fieri in terminū contingentem, hoc est non contrarium. Hic causa assignatur ex hoc, quia omnis D transmutatio ex aliquo in aliquid erit. Sed hæc expositio friuola est, quia in dicta rōne causa hæc explicata est. In dādo. n. differētiam inter motum & gnātionem expressit causam hāc. Ideo videtur mihi Arist. hic non addere rationē aliam, sed addere ad cōclusionem, quā in fine adiecit. Dixit. n. at cū ægrotauerit, perspicuum est non ad quāuis fore mutatum, quiescere nanq; pōt. Huic conclusioni addit repetendo id quod in ratione supposuit, & inquit, & insuper perspicuum supple est non in quamuis semper, sup. mutari id quod ægrotat, nam vt dictum est, illa supple ægrotatio veluti cæteræ mutatiōes ex aliquo in aliquod aliud erit, quare & opposita sanatio erit, quæ sanatio opposita erit ægrotationi, ecce quomodo nec Auerro. nec expositores locum huc intellexerunt, cum non secundam rationem hic addat Arist. sed quasi ad conclusionem id repetit,

Interpretatio Egidii.

Confutatio.

Propria expō.

quod prędixerat, quo vero ad verba græca attinet, verbum illud, nam, græce est καὶ, quod licet frequenter veniat in nos pro &, vel pro etiam, aut atq;, & id genus, nonnunquā vim habet confirmantis, vt vř in loco Aristo. seruasse, quare non iniuria ita transtulimus.

Verum per accidens fieri potest, veluti si è recordatione in obliuionem quicquam mutetur quia id cui illud inest, interdum scientiam, interdum in sanitatem mutatur.

Soluit quasi cauillum, quia videmus mutari animā è recordatione ipsa in obliuionem, igitur vna mutatio potest in aliam terminari. Respondet igitur, & inquit, verū per accidens fieri potest, supple vt idē de vna mutetur trāsmutatione in aliā, veluti si è recordatione in obliuionem quicquam mutetur, quia id cui illud inest, interdum in scientiā, interdum in sanitatem mutatur. Animaduersione dignū, ꝙ vna mutatio potest dupliciter in aliā terminari: interdum per se, quatenus vna mutatio disponit pro alia, ceu alteratio pro generatione. Et latio pro illuminatione. Interdum per accidens ratione subiecti, quatenus idē subiectū potest cōuerti in vtrūq;, ceu per accidēs musicū ædificat. Et hūc modum Ari. tetigit in litera. cū. n. aliquod subiectū in fine cōualescētiæ dealbari inceperit, profecto cōualescētia per se in sanitatē per accidēs in dealbationē terminabitur quod qdem rōne subiecti ꝓficitur, quod vtrisq; subest. Auer. vero enititur dare causam, quare vna transmutatio terminari non potest in transmutationē oppositam, & ait hoc esse, quia inter transmutationes oppositas omnes semper mediat quies. Sed hęc Auer. causa, ex ijs quæ in Octauo aperientur, accurate disputabitur, nunc autem sit nobis dictum intantum. *Qua Auerro. commen. 32.*

Tex. 15. *Præterea si fuerit mutationis mutatio, atq; generationis generatio, in infinitum abibitur, etiam si posterior erit, prior sit iam necesse est. Veluti si simplex generatio interdum fit, etiam id quod fit, fiebat, quare nondum aliquid erit simpliciter genitum, sed partim fit, partim etiam factum erit iam, quod quidem etiam rursus aliquando fit, quare id quod fit, non erit tunc. Cum autem infinitorum primum nullum sit, non erit primum, quare neq; deincepitium, igitur nec moueri nec mutari quicquam potest.*

Hic ponitur secunda ratio, in qua sumit duas hypotheticas. Prima est si fuerit mutatiōis mutatio, atq; generationis generatio, in infinitū abibitur, quia pari ratione secunda gñatio habebit aliam gñationem, & sic in infinitum. Secunda est, si posterior gñatio est, prior sit iam necesse est. probat hanc per hoc, quia nisi prior sit, nunq̄ id quod generatur, erit perfecte generatum, quia semper deerit aliquid de requisitis, semper. n. deerit generatio generationis, & sic in infinitū, & hoc ait veluti si simplex gñatio interdum fit, etiā id quod fit, fiebat, decrit. n. sibi generatio gñationis, quare nondum erit aliquid simpliciter genitum, sed partim fit, partim etiam factum erit iam, ita vt rursus adhuc fiet, quare id quod fit, non erit tūc, erit. n. secūdum quid quo ad generationem ipsam, quæ fit vel cuius pars facta est, non erit vero quo ad gñationem, quæ generationi deest. His suppositis, arguit. d. cum aūt infinitorum primum nullum sit, non erit primum, siue prima gñatio, quare neq; deincepitium, quod græce est ἐχόμενον, latine esse consequens, siue se habitū. Quare destruetur generatio & motus, & nihil generabitur, & nihil mouebitur.

Auer. autē fundat rōnem Arist. super duas propositiones, quarū Prima est, quod res quæ generatur, dum

E fuerit in ipsa generatione nōdum est. verbi causa, homo cum est in gñatione nondū est homo, & hanc esse per se notā fatetur. Secunda propositio est, ꝙ cum generatio simplex fuerit, tūc generatur, & cum generatur, tunc est. Ex ijs arguit aut simplex gñatio fit, aut non fit, si non fit, habetur propositum, si fit, vt indiuiduum substātię fieri solet, tunc ex prima propōne ipsa generatio non erit, dum generatur, ceu homo non est homo dum fit, ex secunda vero propositione sequitur gñationem esse, quia omne quod generatur, dum gñatur est, quare in eodē nunc gñatio ipsa erit, & non erit, quod est impossibile. Hæc est deductio Auer. Sed hæc deductio patitur difficultatem, quia eadem rō fieri potest fm veritatē peripateticorū, poslet. n. argui. si aliqd fit, aut dum est, aut dū non est: nondū non est, quia ꝙ nihil est, non fit, si dum est, igitur idē erit, & non erit, *Ponderatio de ductionem.*

F & ita relinquetur cauillus quo Zeno destruebat generationem, vt dicetur in Sexto huius. Propterea ratio Ari. vt mihi videtur debet deduci modo quo fecimus. Sed occurres fortasse, quia esse pōt posterior gñatio, vbi nō est prima, quia generatio Socratis pręcessit generationem Platonis, & illā Socratis adhuc generatio alia, & sic in infinitum, vbi patet nō esse deueniendum ad primā gñationem, & tñ dari potest posterior. Solutionem huius indicant Auer. & expositor ꝙ hæc ratio non excludit quin mutatio sequi possit mutationē per accidens in infinitū, quod oportet dicere fm opinionem Aris. qui posuit motum æternum, qui sit causa infinitarum gñationum fm successionem, sed intendit ostendere ꝙ mutationis non sit mutatio per se in infinitum, sic. n. postrema dependeret ex infinitis præcedentibus, & ita nunquam finiretur. Ex hac solutione *Dubitatio.* *Solu. Auer.*

G Auer. soluit argumentū, quo theologi suæ sectę probabant mundum non esse æternum, arguebant. n. homo semper generatur ab homine, igitur si homo primus non sit, posterior homo nō erit. Rñdetur ꝙ nō oportet esse primū hominem, quia ad generationem secūdi non est necessaria generatio præcedentis nisi per accidens, per se vero necessaria sunt Sol & intellectus mouens, & hæc sunt, & fuerunt ab æterno, hæc Auer. In quibus patet ordinem accidentalem differre ab ordine essentiali, nam in ordine essentiali ad generationem vltimi sunt necessaria omnia præcedentia. At in ordine accidentali ad generationem vltimi nō sunt necessaria præcedentia. Sed res hæc altius pertractabitur in libro huius Octauo. Animaduersione dignū rē permanentem quo ad suū fieri differre à re successiua, nā res successiua simul est, & non est cū suo fieri, res vero permanens, non simul est, & non est cū suo fieri, po- *Argumentum Theologorum Solu. Auer.* *Res permanens & successiua differunt.*

H test. n. esse albedo sine suo albefieri. Ex ijs sequitur & bene, vt recte iuniores sentiunt, si generatio per se fieret, infinitas esse simul generationes, nam si A generatio fit per se, tunc fieri ipsius A, simul cum ipso A erit, propterea quia in re successiua ipsum fieri est cum re, quæ fit, & pari ratione de fieri ipsius fieri, & sic in infinitum, quare infinita fieri simul erūt, secus autem in re permanēte, nam illa esse potest sine suo fieri, & sic tollitur omnis cauillus contra Aristo.

Præterea eiusdem est contrarius motus, & quies etiam, & generatio atq; corruptio. Quare id quod fit, tunc corrūpitur, cum ipsum quod fit, fit. *Tex. 34.*

Tertio arguit Arist. & sumit motui esse duplex cōtrariū, videlicet motū ipsum, & quietem, verbi ascēsui causa

causa, ascensui contraria est descensio, & quies in centro, veluti & generatio & corruptio sunt contrarię. Ex hoc supposito infert, quare id quod fit dū fit, tunc corrumpitur, cum ipsum quod fit, fit, & ita idem simul corrumperetur, & generaretur insimul.

Neq; enim statim fit id quod fit, neq; posterius, esse enim oportet id quod corrumpitur.

Ambiges fortasse vnde sequitur dicta ratio, videlicet si motus terminaretur ad motū, & generatio ad generationem, igitur idem simul fit, & corrumpitur. Similiter vnde valet si motui est cōtrarius motus & qes, & generatio & corruptio sunt opposita, igitur idem simul fit, & corrūpitur, hæc e.n. res est non parua, occasione aūt huius iuniores de mente Auer. volunt Arist. probasse de subiecto motus, & non de termino motus, volunt enim Arist. nunc probasse motum nō esse subiectum motus.

Quæ Auer. com. 19.

Vnde Auer. fundat rationē in tribus propositionibus. Prima est ꝙ res mota in rebus, quæ mouētur motibus oppositis, est eadem, verbi causa, id quod in loco mouetur, idē est cū eo quod quiescit, & similiter id quod generatur idem est cū eo quod corrumpitur, est igitur prima propositio idem esse subiectū contrariorum. Secūda est, ꝙ omne generabile est corruptibile, vt inductione patet, & in lib. Coeli declarabitur. Tertia est, quod id quod corrūpitur, non corrūpitur dum generatur, neq; quod mouetur quiescit dum mouet. Ex ijs deducitur. Si motus est subiectū motus, & generatio subiecta generationi, tūc motus reciperet motū, & generatio gñationem. Et vltra, igitur motus recipiet quietem, & generatio corruptionē, tenet, n. rō per primam propositionem dicentē subiectum esse vnum, & idem oppositorum, & ita si motus est subiectū motus, erit & subiectū quietis, & si generatio est subiectū generationis erit & corruptionis, consequens est contra tertiā propositionem. Dictū.n. est nihil quiescere dum mouetur, nec corrūpi aliquid dū generatur. Specia-tim, etiā ex secunda propositione deduci potest generationem corrūpi, nam ab aduersario conceditur generationem generari esseq; subiectum gñationis, igitur oportet concedere ipsam esse corruptibile per secundam propositionē, quare aliqñ generatio corrūpetur, & ita contra tertiā propositionem, hæc ex Auer. & acute quidem.

An motus sit contrarius motui & quies quieti.
Vide Alb. de saxo. q. 7. & 8. huius. & Iād. q. 4 & 5 huius.

Confutatio.

Sed hæc deductio deficit, primo quia Arist. proposuit probare de termino, probauit.n. motum non esse subiectū motus, & cœpit probare motū non esse terminū motus, & ita non est rōni consentaneum, vt nūc saltet atq; cōfundat ordinē. Secundo hęc deductio non facit ad verba. Essent n. in textu multa verba superflua & multa māca. Propterea expositores autumāt Arist. prosequi quod cœperat, videlicet probare, ꝙ motus non sit terminus motus, & iuxta hanc intentionē deducitur ratio; si motus est terminus motus & gñatio terminus generationis, aut dū præcedens mot' est, vel postq̄ est, vel anteq̄ est. verbi causa, si descensus terminatur ad ascensum, aut dū descensus est, vel postq̄ est, vel anteq̄ est, non antequā est, nec postq̄ est, quo omne quod generatur esse oportet aliquo modo, & omne quod corrūpitur etiam, & hoc ait, neq;.n. statim fit id quod fit, antequam fit, neque posterius: esse.n. oportet id quod corrūpitur, & etiā esse oportet id quod generatur, & etiā esse oportet id quod mouetur, restat igitur tertiū, vt tunc motus sit terminus motus, quando præcedens motus est, & hoc pro impossibili omittit. Simul.n. esse nō potest via & terminus vię, fluxio & terminus fluxionis, & hoc modo videtur deductio Arist. optima.

Propria expositio.

Dubitatio.
Solutio.

Sed occurres, quia dictū est superius, quod generatur nō est, & qđ mouetur est. Dici pōt superius esse locutū de subiecto, dixit.n. subiectum generationis non esse actu, sed bene subiectum motus. At hic loquitur de termino, omne.n. terminū est oportet esse. Amplius occurres, quia non videtur impossibile in successiuis idē generari & corrumpi. Motus.n. dum est generatur, & dum est corrumpitur. Dici potest non esse impossibile idē generari & corrumpi diuersimode exponendo ipsum generari & corrūpi, vt sorticolæ de ipso incipit, et desinit sentiūt. Motus.n. generatur quia nunc est, & antea non erat, & corrumpitur quia nunc est, & postea non erit. Aris. vero deducit idē simul generari & corrūpi eodem modo exponendo, vt patet consideranti.

Secunda dubitatio.
Solutio.

Præterea materiam subesse oportet tam ei quod generatur, quā ei quod mutatur, quæ nam igitur erit? Ergo quēadmodum alterabile est, aut corpus aut anima, ita generabile aut est motus, aut generatio.

Tex. 15.

Quarto arguit, omnis terminus generationis habet subiectū, & materiā. vt.n. dicitur. 7. Meta. non sphæra, non æs generatur, sed ænea sphęra, & ita terminus generationis debet habere materiā, sed generatio, & motus nō habet materiam, igitur nō generatur vt terminus. de ratione sumit maiorē, & inquit præterea materiam subesse oportet tā ei quod generatur, q̄ ei quod mutatur, hæc est maior, deinde ponit minorē sub questione & interrogationis nota. d. quę nā igitur erit materia motus, vel generationis: quasi dicat nulla, & quasi idem magis explanās addit, ergo quemadmodū alterabile est aut corpus aut anima, corpus quidē quo ad corporeas alterationes, animę vero quo ad animales, ita generabile, supple vt terminus erit aut motus, aut generatio. Et animaduerte ꝙ comparatio est ad genus & non ad speciē, quasi dicat, ergo vt alterabile subiectiue est vel corpus vel anima, sic generabile terminatiue est aut motus aut gñatio, & hoc apud eos qui volunt motum esse terminum motus, & gñationem finē generationis, aut forte magis ad mentem Auer. intellige sic, quæ nam igitur erit, quasi dicat, nulla, & hoc probat. d. ergo vt in alteratione alterabile & materia alterationis est aut corpus aut anima, ita vbi motus per se vt terminus generaretur, materia generatiōis esset aut motus, aut generatio, vel pars intrinseca motui vel generationi, quod tanquam impossibile omittit.

An rationes ad probādum qđ generationis non est generatio valeant.
Vide Egid. tex. 13. huius

Auer. autem addit tria vtilia ad verba, & ad rē. Primum est. Arist. per alterationē hic intellexisse gñationem substantialē, & non mutationem in qualitate, qā aliter generatio non erit in substantia. Secundū est eadem impossibilia sequi ad dicentes motū esse subiectū motus, & motum esse terminum motus, ad dicētes.n. motum esse terminum motus sequitur motum moueri, veluti ad dicētes motum esse subiectū motus, vt.n. in transmutatione de albedine in nigredinem sequitur nigredinem mutari saltem vt terminus, sic si motus esset terminus motus, siue genus motus, motus mouebitur vt terminus motus, quod Auer. tanquam impossibile omittit, et sic sequitur motum moueri saltem terminatiue, dato quòd non moueatur subiectiue. Et propterea Auerro. ait subiectum motus posse sumi,

Quæ Auer. com. 15.

nõnunq̃ pro ſubiecto inhærentiæ, quo cera eſt ſubiectum figuræ, nõnunquam pro genere in quo eſt motus, ſiue pro termino ad quẽ motus, verbi cauſa, qualitas in alteratione eſt ſubiectũ ſiue terminus ſiue genus alterationis, quantitas auctionis, vbi autem lationis, & ita vult Auer. Ariſt. probaſſe motum non eſſe terminum motus, & hoc pro tanto quia nõ habet materiam.

Dubitatio. Sed occurres, quia motus habet materiam & generatio ſimiliter, ĩ omni enim motu oportet ſubeſſe materiã. Et ſic minor Ariſt. eſt falſa.

Solutio. Dici poteſt motum & generationem bene habere materiam in qua, non autem ex qua, oportet autẽ omne quod fit terminatiue habere materiã ex qua & eſſe cõpoſitum, dicebatur enim. 7. Meta. nec æs, nec ſphæram generari, ſed æneam ſphæram, & hoc adiecit Ariſ. cum inquit, ergo quemadmodum alterabile eſt corpus aut anima, hoc eſt vt in alteratione oportet terminũ alterationis habere materiam quæ eſt corpus, vel materiã quæ eſt anima, ſic generabile ſi motus & generatio per ſe generaretur, erit aut motus ipſe, aut generatio, vel pars motus vel generatiõis, & ſic patet vis rationis.

Dubitatio iuniorum. Occurrũt iuniores, ſi terminus motus dici poſsit moueri, quæ res nulli dubia eſt, apud peripateticos. n. vbiq; animal generari, & æneã ſphæram fieri legimus, ſic in cęteris motibus terminum motus moueri, nemo debet ambigere, & breuibus, quæ iuniores dicunt non ſunt contra mentem peripateticorum, concedi. n. poteſt aliquid quod nõ eſt moueri modo terminatiue moueatur, refert. n. aliqd generari ſubiectiue & terminatiue, quod enim ſubiectiue generatur, generari nõ poteſt, niſi ſit, & dum eſt. Quod vero generatur terminatiue, generari poteſt, quando nõ eſt, qua ratione fit vt formę ſint mobiles quidem vt termini, immobiles vero vt ſubiectum. Eſſet tamẽ dubitatione dignũ an forma, an cõpoſitum ſit terminus generationis, quæ quæſtio, cum ſit metaphyſica, & alibi deciſa, tranſeat.

Tex. 16. *Preterea etiam aliquid erit, ad quod mouetur, motũ. n. huius eſſe oportet aliquid ex hoc in hoc. quod quidẽ & neq; motus eſt, neque generatio.*

Quinto arguit, omnis motus eſt ad terminum permanentem qui demonſtrari poteſt duobus nunc: ſed nec motus nec generatio eſt permanẽs nec in duobus nunc demonſtrabile, igitur ad motum vel generationẽ non eſt motus, de ratione tangit maiorẽ dicens, pręterea etiam aliquid erit, ſupple permanens ad quod mouetur, vel ad quod motus terminatur, hoc explanat, d. motum. n. huius eſſe oportet aliquid ex hoc in hoc vt in terminum, qui quidẽ terminus & neq; motus eſt, neq; generatio, & ſic habetur ratio. Vbi animaduerte Ariſt. ſuppoſuiſſe omnẽ motũ eſſe in terminũ permanentem, verũ quia eget declaratione, cõtentus fuit famoſitate.

Quo Auerro. com. 16. Auer. vero aliquantulo extra textũ euagans, probauit maiorẽ. Primo, quia ſi terminus motus eſſet ſucceſsiuus, tũc ſucceſsiuũ eſſet in actu, deducitur q̃m omnis motus & omnino generatio terminatur ad ens in actu, vt per definitionem generationis patet. eſt. n. generatio exitus de potentia in actũ, & ita ſi ſucceſsiuũ ſiue motus, ſiue gñatio ſit terminus motus vel gñationis, ſemper eſſet in actu, Secundo terminus motus vel gñationis eſt completus: at ſucceſsiuum non eſt cõpletum, ſemper. n. habet actũ potentiæ admixtum. Ex ijs patet illa maior ꝙ omnis generatio & oĩs motus eſt ad rẽ permanentem atque ſtantem, hæc ex Auer. verum

E attende ꝙ ob malas quas habuit Auer. tranſlationes, male verbis Ariſ. rem hanc applicauit. Sed modo quo nos accommodauimus, res hæc vtilis eſt valde.

Præterea ẽt quonã pacto erit, non. n. doctrinæ gñatio erit doctrina, quare nec gñatiõis erit gñatio, nec quædã cuiuſdã.

Patet error iuniorum, qui aſſerũt Ariſt. hac in parte probare maiorem per exemplum, hac. n. in re viſus eſt Auer. ceſpitare. Melius igitur videtur Ariſt. 6. arguere ad idem ſic, vt generatio non eſt doctrinæ, ſed ſciẽtiæ: ſic generatio nõ eſt generationis, ſed rei genitæ, & ita ad generationem non eſt generatio, inquit, præterea etiam quonã pacto erit, ſupple generatio generationis, non. n. erit doctrinæ generatio doctrina, ſed ſcientia, quare nec generationis erit generatio nec quædã generatio cuiuſdam generationis, hæc Ariſt.

Præterea ſi tres ſunt motus ſpecies, oportebit eſſe & F quandam naturam ſubiectam, & ea in quæ motus eſt, quare lationem alterari aut ferri neceſſe eſt. Tex. 16.

Septimo arguit, ſi motus eſt terminus vel ſubiectũ motus, tunc oporteret lationem vel alterari, vel ferri, quod eſt omnino diſſonum, deducitur ſupponendo in omni motu & oĩbus tribus motus ſpeciebus eſſe neceſſariam materiam ſubiectam, & terminũ motus, ad quẽ motus eſt, & tunc arguitur, ſi motus eſt terminus, vel ſubiectũ motus, tunc vel eiuſdem ſpeciei, vel alterius, ſi eiuſdẽ, tunc latio ferretur, ſi vero alterius, tunc latio alteraretur, & ſic patet impoſsibile, quod vero ad verba græca attinet, verbum illud quare græce eſt ὡς, quod licet latine idem ſit quod veluti, vel vt, tñ hic (vt mihi videtur) vim illatiuã habet, tu vero qui grece ſapis aĩaduerte. Vlterius verbũ illud naturã ſubiectã, græce eſt ὑποκειμένην φύσιν. Et Auer. p hoc exponit genus in quo eſt motus: ſiue terminum motus & errauit.

Error Auer. primus. G nam Ariſt. explicauit ſubiectũ & terminũ, ſubiectum quidẽ per hoc quod dixit ſubiectã naturam, terminum vero per id quod dixit, & in quæ mouetur, & ſic patet Auer. erraſſe, quod fortaſſe euenit ob malas quas habebat tranſlationes, Nec bene dixit quo ad textus intentionẽ, ipſe. n. voluit Ariſt. dare impoſsibile eius cõſequentis, quod antea intulit, & ſic hic non vnam rationem facit, ſed dictam compleri voluit, & eſt error,

Scds error. verba enim Ariſt. nouam rationem hic addere aperte oſtendunt, vt qui græce ſapiunt, poſſunt dijudicare.

Omnino autem cum omne quod mouetur, trifariam moueatur, aut per accidens, aut per partem aliquam, aut per ſe, per accidens profecto duntaxat mutatio ipſa mutari poterit, ut ſi is qui ſanatur, currit, uel diſcit. Verum eam quæ eſt per accidens, iam dudum repulimus.

H Deinũ quonã pacto concedi poſsit motũ moueri, nunc exponit, & vult mutationẽ per accidens mutari, & moueri per accidens motũ, verbi cauſa, ſi currẽti accidit ſaneſcere. Dici poteſt profecto curſum illum quodãmodo factum incolumen, non ꝙ curſui, vt dicit Them. reſtituta ſit ſalus, ſed ꝙ is cui accidit curſus conualuerit currendo, verũ quia ea quæ ſunt per accidens, ſunt ab arte prætereunda, ideo ait eã mutationẽ quæ p accidens eſt, iã dudum eſſe repulſam, atq; emiſſam. Mutatio igĩ nec per ſe, nec per partẽ mutari põt, ſed ſolũ per accidens, quatenus accidit ſubiecto quod mouet vno motu, moueri alio motu.

Dubitatio. Sed dices Ariſ. probauit mutationẽ mutari non poſſe per ſe, cur non probauit illam mutari non poſſe per partem? Rñdes

Solutio Auer. com. 17. Auer. hoc eſſe recte prætermiſſum, quia quicquid mouetur

uetur per partem, potest moueri per se, quia potest diuidi, & effici totum, & sic omisit, quia ratio illius cadit
Obiectio contra Auer. cum ratione dicta de moueri per se, hæc ex Auer. Sed
Propria sol. hæc Auer. determinatio habet obiectionẽ, animal n. sentit per animam, tanquam per partem, quæ nunquam potest separari, ita vt per se sentiat. Propterea tutius dici posset motũ moueri non posse per partẽ, quia non habet partes, nisi successiuas, dimensiuas vero non nisi per accidens, qua ratione posset cõcedi motum per partem per accidens moueri, vt ea pars motus quæ in brachio est dicatur effici incolumis, quia brachiũ efficitur in-
Dubitatio iuniorum. columen. Hęc mihi videtur. Dubitãt iuniores propter quid Arist. non probauit ad quĩ, habitum, & situm non esse motum. Rñdet ad quĩ non esse motum, quia ad tẽpus non est motus, est. n. tempus aut motus, aut ipsius motus affectio, vel cõsequẽs, ad habitum vero vel sitũ
Obiectiones. nõ est motus, quia sunt relationes. Sed obijciunt nõnulli, Primo, quia multa consequuntur motũ, ad quæ tñ est per se motus, vt calor, & frigus, & id genus, & sic
Secunda solu. ratio de quĩ nulla est. Secundo habitus, & situs sunt pdicamenta per se igitur nõ sunt relationes. Propter hæc alij afferunt causam, volunt. n. ad hæc non esse per se motũ, quia aduenire alicui possunt sine mutatione facta in eo, qua ratione hæc præterijt Arist. quia ratio
Defensio primæ solutionis. qua de relatione vtebatur ad hæc sufficit. Et licet hæc secũda ratio bona sit. Prima est Auer. in. 6. huius cõ. 85. contra Aui. qui voluit in sitũ posse esse motum, contra quem obiecit Auer. in situm non esse motũ, quia situs est ad aliquid, quod & alibi pluries in hoc lib. sumpsit, nec valet dicere, Auer. voluisse sitũ esse respectum nõ intrinsecus aduenientẽ, sed extrinsecus, quia à pari nec in vbi esset motus, est. n. vbi respectus extrinsecus aduenient. Propterea defendi potest. Ad primam dicerẽ aliter esse de consequente per se, & de cõsequẽte per accidens, volunt. n. omnes si ad subiectum nõ sit motus per se, nec ad per se consequens illius esse motum per se, est. n. per se cõsequẽs alicuius rei, propria passio illius, modo de intẽtione Auer. 3. Cœli cõmen. 67. subiectum & passio sunt eiusdẽ ordinis. Ad propositũ calor & frigus non sunt affectiones propriæ motus. Ad secundum concedo habitum, & sitũ esse per se in prædicamento relationis, nõ. n. dubitauit Auer. hoc cõcedere, nec est inconueniens genus generalissimum aliquorum esse speciem alterius, dicitur. n. generalissimũ cui nullũ superuenit genus suæ coordinationis, hoc. n.
Quæstio. est expressa vbiq; mens peripateticorum. Sed tũc est quęstio, vtrum motus incipiat esse per motũ, & videtur q sic, nam motus aliquis incipit apud Arist. & omnes, vel igitur per creationẽ, quod non puto esse peripateticum, aut per generationẽ siue motum, & habetur intentum. Oppositum sentire videtur Aristo. hic,
Positio Ioan. Ianduni. & omnes expositores. Ioannes ait motũ incipere per motum, intelligi posse bifariã, aut per motum, qui est in eodẽ subiecto, aut qui est in alio subiecto, vult igitur omnem motum nouum incipere per motum, non quidem eiusdẽ subiecti, sed alterius vt cœli, & sic credit euitare creationem, & concordat verba Arist. hinc
Confutatio. inde. Sed hæc solutio friuola est, nos. n. quærimus, vtrũ motus quo Socrates mouetur, nunc de nouo per motum præcedentem in Socrate ceperit esse, vel non, nam si non, tũc creatur in Socrate, quia nunc incipit, & nõ per motũ vel generationem, igitur per creationem, & si sic, igitur motus ante motũ erit in infinitũ, præterea q aliquid incipiat præcedente motu in alio

A subiecto, non tollitur quin incipiat per creationẽ, potest. n. anima incipere præcedẽte motu cœli, & tñ anima creatur. Propterea dicendũ fm sententiam Auic. *Propria sol.* qui etiã peripatetice persæpe dubitationes dissoluere enititur, ait. n. in omnibus ijs quæ sunt talia denominatiue, deuenienđũ est ad aliquid tale per essentiã, vt si corpus est albũ denominatiue, albedo est alba per essentiã, & si omne ens infernũ est tale denominatiue, Deus est ens per essentiã. Vt dicitur. 2. Meta. tunc ad rẽ dico cõpositum incipere per motũ, denominatiue, igitur motus incipit seipso per essentiã, & ita non creatur, nihil. n. creatur, quod seipso per essentiam incipit, nec est impossibile aliqd seipso per essentiã incipere, quod tñ habet causam efficiẽtẽ, vt albedo est alba seipsa per essentiã, & dependet ab elemẽtis, sic igitur corpus denominatiue incipit moueri per motum, & per
B cõsequens motus seipso per essentiã incipit, qui tñ non creatur, quia supponit subiectum è quo extrahitur seipso per essentiam, & ab alio effectiue. Hæc de qõne.

Cũ autẽ nec in substãtia, nec in relatione, nec in actione, atq; passiõe sit motus restat motũ dũtaxat esse in qualitate, q̃titate, atq; vbi: q̃ppe cũ in unoquoq; horũ cõtrarietas est. *Tex. 18.*

Nũc declarat q solũ in qualitate, & q̃titate, & vbi sit motus, & potest iuxta mores sorticolarũ sic deduci. *An in qualitate quantitate, & vbi sit contrarietas. Vide Egi. hic.* In qualitate, et q̃titate, & vbi est motus, probatur in litera per hoc, quia in vnoquoq; horũ est cõtrarietas, *Et an motus sit in his tribus generibus* & in nullis, non qualitate & q̃titate, & vbi est motus, vt fuit longo sermone deductum, iure sequitur solũ in qualitate, q̃titate, & vbi esse motũ, prætermisit autẽ *Vide Lau. q. 13. huius.* habitũ, situm, & quĩ, & cætera id genus propter rationem tactam in proximo textu. Auer. autem ait causam vniuersalẽ, quare in his tribus prædicamentis dũ *Quæ Auerro. commen. 18.*
C taxat motus sit, esse, ꝓpterea, quia in his tñ est cõtrarietas, vbi. n. cõtrarietas esse posit in alijs pdicamẽtis, proculdubio in illis esse posset motus. Hæc ex Auer.

Is igitur motus qui quidem in qualitate est, alteratio sit. Hoc enim commune nomen positum est.

Videtur nũc Arist. agere de his tribus motibus quo ad nomina siue nomenclaturas, & inquit, is igitur motus, qui quidem in qualitate est alteratio sit, quæ græce dicitur ἀλλοίωσις, & quia nominum nulla est ratio, nisi institutio voluntaria. Propterea ait, hoc. n. cõmune nomẽ positũ est, & nulla proprietate naturali allusum, vt Plato posuit i Cratillo, nisi volũtaria institutione adinuentũ. Vnde veluti quod qualitate differt alterum esse dicitur ab institutione, sic motus in qualitate alteratio dicenda erit ab institutione & voluit hoc nomẽ esse cõe, quia alterationis duæ sunt species, videli-
D cet intensio & remissio, quæ ambæ cõi verbo alterationis dicuntur. Hæc de nomenclatura alterationum.

Dico autem qualitatem non eam, quæ in substantia est. Est enim & differentia ipsa qualitas, sed eam, quæ est patibilis, qua quidem aliquid pati dicitur, aut impatibile esse.

Multiplex quale dicitur, quod græce est ποιόν, vt. 5. Meta. dicitur, & pro dña substantiali, quæ prædicatur in quali, & pro habitu vel dispõne, quę sunt primæ speciei qualitati, & pro naturali potẽtia, vel impotẽtia, & pro ea affectione, qua aliqd patibile vel impatibile dicitur, & pro figura. Nunc exponit penes quam harum debet & attenditur alteratio, inquit, dico autẽ qualitatem, nõ eam, quæ in substãtia est, est. n. differẽtia ipsa qualitas saltẽ fm modum, quatenus pdicatur in quali, sed eã, quæ est patibilis, qua quidem aliquid pati aut impati-

impatibile dicitur, & sic voluit alterationem esse solũ in qualitatibus tertiæ speciei, vt.7.huius dicetur. Auer. autem per quale penes quod aliquid pati & impatibile dicitur, intelligit quale secũdæ, & tertiæ speciei, nam p hoc quod dixit pati, voluit esse intelligendum patibilẽ qualitatem tertiæ speciei, & impotentiam naturalem, quæ dicitur debilitas, qua aliquid facile patitur. Et per hoc quod dixit aut impatibile esse, voluit esse audiẽdũ potentiam naturalẽ, siue robur, rõne cuius aliquid nõ est facile patibile. Et quia hæc expositio est contra intentionem Arist. 7. huius, quasi corrigens se Auer. adiecit Arist. fuisse locutum de alteratione large pro omni mutatione in quali, veluti posuit ēt quandoq; gñationē inter motus, nā loquendo de alteratione strictè atq; presse, alteratio nõ est nisi in quali tertiæ speciei, quod recipit magis & minus, mõ de qualitate quæ est in aĩa vel animato vt habitus vel dispositio, nõ est ita, nec de qualitate in quãtitate, vt est figura quartæ speciei. Magis autē intellexit potentiam & impotentiam, ꝙ cætera, quia sunt eiusmodi qualitates (vt dicit) propinquæ qualitatibus passiuis. Sed hæc Auer. Expositio non est necessaria. Primo quia Arist. vbiq; per patibiles aut impatibiles qualitates, intelligit affectiones tertię speciei, vt Primo de Gñatione patet. Secundo quia potentia naturalis vel impotentia non est propinquior patibili affectioni ꝙ sit dispositio, quæ est qualitas primæ speciei, est. n. dispositio affectio corporis, vt omnes sentiunt, qua ratione patet hanc expositionem non esse necessariam. Propterea per qualitates patibiles, vel impatibiles affectiones intelligit duntaxat tertiæ speciei.

Cõfutatio expositionis.

Qui uero est in quantitate, cõi quidem nomine uacat, per partes uero utrasque altera auctio, & altera iminutio nũcupatur, nam qua ad perfectã acceditur magnitudinẽ, auctio, ea uero qua ex hac receditur, imminutio appellatur.

Nunc de nomenclatura eius motus, qui ad quantitatem est, loquitur, & inquit. Qui vero est in quantitate, cõmuni quidem nomine vacat, quia genus cõe ad omnes motus tales nomen nõ habet, per partes vero vtraq; & ſm speciem, altera auctio, & altera iminutio nuncupatur, nam qua ad perfectam acceditur magnitudinem auctio dicitur. ea vero qua ex hac recedritur, iminutio appellatur, & sic ſm speciem nomẽ habet. Et sic secus de alteratione est, secus autem de auctione, de alteratione quidem nomen habemus cõmune omnibꝰ speciebus ſm genus, & tñ proprium alicui speciei non habemus, de auctione vero econtra specierum nomina habemus, generis autem non. Sed cur ita sit. laborãt Egidius, & nonnulli iuniorum, & reddunt causas quatuor. Prima est, quia contrarietas in prædicamẽto qualitatis sumitur penes materiam, in quantitate vero penes motum, sed cum vna & eadem sit materia numero sub vtroq; termino contrarietatis, non autem idem motus ad vtrunq; contrarietatis terminum, hac rõne omnibus motibus prædicamenti qualitatis competit vnum nomen, non autem omnibus motibus prædicamenti quantitatis. Secunda causa est quia nulla forma prædicamenti qualitatis denominat se ipsam, non. n. dicitur albedo albatur, sed forma prædicamenti quantitatis bene denominat se, quia dr̃ magnitudo augetur, qua rõne ob denominationem formę speciei auctionis habent nomen, genus non, quod sumitur à subiecto. Tertia causa est, quia alteratio est principaliter ob materiã, auctio autē & iminutio propter formam, & quia

An productio formæ substantialis naturaliter genite mensuretur. Vide cano. q. 2. huius.

E formæ sunt plures, propterea species habent nomina, genus vero nõ, at quia materia est vna cõis, propterea alteratio generis nomen habuit. Quarta causa est quia omnia contraria & media prædicamẽti qualitatis sunt sub eodem genere, vt albedo & nigredo, & fuscedo & viredo sub colore: non autē oĩa contraria & media prędicamenti quantitatis. Hæc isti. Sed mihi vana hæc videtur. Primo quia p hæc enituntur dare causam eius, quod fuit absq; causa, nomina. n. imposita sunt ad placitum, vt Arist. contra Plat. dixit in lib. de Interpretatione. Scḋo, quia nulla harum rõnum cogit, nec persuadet. Prima quidem non, quia siue contrarietas prædicamenti qualitatis sumatur penes materiam, siue quouis modo, ex hoc non sequitur debere esse vnum nomen cõe, nec sequitur debere esse plura nomina specierum, quia contrarietas prædicamenti quantitatis sumi

Confutatio.

F tur penes motum, vt intelligẽti patet. Secunda ēt friuola est, quia siue forma prædicamenti qualitatis denominet se, siue non, non video vnde debeat habere ob hoc rationem cõem, siue nomen cõe. Tertia rõ non differt à prima, ideo vt prima non valet, nec ipsa valet. Quarta multo puerilis est, quia siue contraria prædicamẽti habeãt cõe genus siue nõ, non debemus cõcludere genus habere nomẽ, species nõ, vel species habere, & genus non habere, võ patet hæc dicta esse & vana, & non necessaria. Videtur igr̃ mihi alterationem habuisse nomẽ ſm genus, & auctionẽ non habuisse ſm genus, sed ſm speciẽ non alia rõne, sed ab impositura græca, ꝙ venit in latinum eodem mõ, caremus. n. noĩbus multorũ veluti greci, & multorum noĩa habemus quorum greci carẽt, & ecoutra græci hñt, nos caremus. Quod nulla alia rõne euenit, nisi ob impositurã, ideo non expedit

Propria opi.

G laborare de rõne noĩum, cum sit loquẽdum vt plures.

At is motus, qui in loco est, & cõi & proprio nomine caret, nuncupetur aũt cõi nomine latio, ea enim duntaxat proprie ferri dicuntur, quæ cum locum mutant, sistere seipsa nõ possunt, & quæ loco seipsa non mouerint.

Et de nomine motus localis inquit, at is motus, qui in loco est, & cõi, & proprio noĩe caret, nuncupet tñ (vt inquit) cõmuni nomine latio & dixit nuncupetur cõmuni nomine latio, quia ea duntaxat ꝓprie ferri dicuntur, quæ cum locum mutant, sistere seipsa non pñt, nec in potestate eorum est se sustinere, & quę loco seipsa non mouerint, vt inanimata. Propterea quod græce est phora, latine melius est delatio, quia proprie inanimata deferri videntur, qm̃ in potestate eorum non est se sustinere, igr̃ hoc cõe nomen, quod græce est phora,

H improprie accõmodatum est generi motuũ localium, laborabit expositor Thomas assignare causam differentiæ talium nominum, & labitur in errorem dictum, non. n. assignari põt causa eius quod est voluntarium. Quo vero ad verba græca attinet, quæ φέρεσθαι hoc est deferri dicantur propriè apud grecos, laborat exponere Auer. & ait vno modo ea duntaxat deferri esse dicenda, ꝙ violenter mouentur, & quæ simplici motu feruntur, vt elementa, secundo exponit ea esse dicenda deferri, quæ violenter tm̃ mouentur, quia elementa aliquo modo mouent se. Tertio ait illa deferri, quæ mouẽtur, & non sunt animata, quia corpora simplicia nõ mouent se in loco, nisi per accidens. Hęc Auer. Sed male barbarus græcã interpretabitur grãmaticam. Arist. n. illa deferri ait, quæ cum mouentur, in posse eorum non est se sistere: siue hæc sunt violenter mota: siue elementa,

Quæ Auerro. com. 18.

menta, siue quæris alia. Sed quonam modo elementa mouent se per accidens, in Octauo huius disputabitur.

Tex. 19. *Ea aūt mutatio quæ in eadem forma per magis & minus est, alteratio est. Ea nanque qua è contrario in contrarium pergitur, aut simpliciter quadā ex parte motus est, in minus. n. accidens in contrariū mutari dicetur, in magis uero, ut ex contrario in ipsum. Differt nihil an aliqua ex parte, an simpliciter aliquid mutetur, modo aliqua ex parte cōtraria ipsa constituātur, quippe cū esse magis & minus tale, eo fit, quia plus aut minus cōtrarij inest, aut nō inest, quibus igitur patet ipsius motus tres has esse duntaxat mutationes.*

Themistius paraphrizat locū hunc innuendo Arist. velle refellere tacitam qōnem de alteratione. nam cum ex albo albius quicq̃ fit, aut econtra: difficile est perspicere quonam pacto motus illi inter cōtraria versentur. Hæc est dubitatio apud Themistius. Soluit Aristote. ꝙ esse ex contrario in contrarium motum intelligi potest dupliciter, aut simpliciter, aut ſm quid. Modo ait motum qui è minus albo in magis album procedit, esse è contrario in contrarium, non quidem simpliciter, sed ſm quid, quatenus in minus albo, & vl̃ter in omni medio est admixtio contrarij, inquit, ea autē mutatio quæ in eadem forma per magis & minus est, alteratio est, ea nanq; qua è contrario in contrarium pergit̃, aut simpliciter, aut aliqua ex parte è contrario in contrarium motus est. Et hoc declarat dicens, in minus. n. accedens in contrarium mutari dicetur. veluti qđ in minus album accedit in nigrum accidere dr̃, in magis vero mutari dicetur vt ex contrario in ipsum cōtrarium.

Dubiū litteralis Quo vero ad verba attinet, dices cur qđ accedit in minus, mutari dr̃ in cōtrarium, quod accedit in magis, dr̃ mutari ex cōtrario, & non absolute, sed tanq̃ ex cōtrario. *Solutio.* Esse pōt (vt mihi vr̃) quia ire in minus generali cursu est ire ad imperfectum extremum, & sic oīno est ire ad contrarium, quia ire ad imperfectum, est quodāmodo corrumpi, ire vero ad magis, non est ire ad corruptionē, sed ad perfectionē, & ita est ire non ad contrarium, sed ire ex cōtrario siue imperfectione, & nō quidem ex cōtratio absolute, quia perfectum non vr̃ contrarium imperfecto, sed potius econtra imperfectū est cōtrarium vel quasi contrarium ipsi perfecto, deinde reddit causam eius quod dixerat, & inquit, differt. n. nihil an aliqua ex parte ex contrario in contrariū, an simpliciter aliquid mutet̃, supple quo ad rōnē motus, mō aliqua ex parte cōtraria ipsa cōstituant̃, hoc. n. sufficit ad rōnem motus cuius rōnē assignat. d. quippe cū esse magis & minus tale, eo fit, quia plus aut minus cōtrarij inest. aut non inest, demum epilogat, & qđ dicit patet.

Quæ Auerro. comen. 19. Colligit aūt Auer. ex litera contrarium esse aut simpliciter, aut quodāmodo, siue ſm quid. Extremū contrariatur extremo simpliciter, medium vero extremo ſm quid. Modo ad rem vult in omni motu debere esse mutationē de contrario in contrarium, sed hoc esse aut simpliciter, aut ſm quid, hoc. n. ait sufficere ad rōnem motus, vt etiam Arist. in textu submeminit, secundo colligit ꝙ cum transmutatio fuerit de magis in minus, dicetur trasmutari ad contrarium, qm̃ non fit minus, nisi ex mixtione cōtrarij, verbi causa, id quod est magis album, quod transmutatur ad minus album, dr̃ transmutari ad aliquod nigrum, & cum econuerso, dr̃ transmutari ad aliquod album. Ex quibus Auer. dictis colligunt iuniores duo. Primum est ꝙ in medio sunt actu extrema, licet non sub esse distincto & perfecto, A sed sub esse confuso & imperfecto, quod & Them. sentire vr̃. Secundum est intensionem & remissionem formæ attendi penes participationem contrarij, ſm magis & minus. Et primum quidem horum disputabitur postea. *Penes quid formæ intẽsio attenditur.* De secundo solet obijci multifariam, sed præcipue duabus rōnibus, primo quia lumē dr̃ magis & minus tale, quod quidem non habet cōtrarium. Similiter bonum dr̃ magis & minus tale, & non per admixtionē mali. Secundo quia vbi caliditas summa esset infinita, calidum vt sex esset calidius calido vt quatuor, & non p accessum ad summam, quia ambæ per infinitum distarent, & de facto Deus est infinite bonus, & constat aliquem effectum esse alio meliorem, & nō per accessum ad summum, omnes. n. effectus recedunt à Deo per infinitum gradū bonitatis. multæ aliæ captiunculæ à calculatoribus fiunt, quas non in præsenti disputo. Horū B igr̃ gratia calculatores nonnulli dixerūt intensionē vel remissionem formæ attendi penes maiorem, vel minorem recessū à non gradu, Sed quicquid sit de veritate ipsa. *Positio nonnullorum calculatorum.* *Propria positio pro nunc.* Dico primo ex verbis Auer. non colligi intensionē formæ attendendā esse penes admixtionem contrarij, vel non attendendā. Auer. n. ait non posse dici aliqđ magis. vel minus albū, nisi ex admixtione cōtrarij, vbi patet ipsum loqui de his formis, q̃ contrariū habent, vt recte Albe. exponit. Sic. n. Them. sentit. loquit̃. n. Auer. solū de formis in quib' est motus, & ita solū in formis habentibus contrariū, & per hoc tollit̃ prima captiuncula de lumine, & bono, scđo patet ipsum non dixisse *An in quidditatem formæ accidentalis sit dare.* *Vide cano. q. 3. huius. & ibi multa.* formā dici magis & minus ob admixtionem contrarij, sed ait nō fieri aliquid minus, nisi ex mixtione contrarij, & hoc est verū, quia in formis habentib' contrariū non pōt fieri forma intensior, vel remissior nisi sit ad- C mixtio contrarij, siue causa intensionis sit accessus ad summum, siue recessus à non gradu. Colligitur. n. solū admixtionem contrarij esse causam sine qua nō intentonis, vel remissionis formæ contrariū habentis Dico secūdo ꝙ dato causam intensionis vel remissionis esse mixtionem contrarij in formis habentibus contrarium, ſm argm̄ non valet, potest. n. dici ꝙ summū considerari pōt ea parte qua summū, & sic nec habet rationem infiniti, nec infiniti pōt. n. stare cū vtraq; rōne, & hoc modo accessus vel recessus ab ipso est causa mensuræ rerū eiusdem perfectionis. alio mō pōt considerari ea parte, qua infinitū, & sic non est mensura alicuius rei. Ad propositum igitur vbi caliditas esset infinita, ad hoc pōt calidū vt sex dici calidius calido vt quatuor, nō quidē appropinquatione ad calidissimū quatenus infinitū, sed quatenus summum. & eodē mō ad illud quod dicebat̃ de bonitate eorum, verū res hæc alias fortasse D diligentius disputabit̃, nunc vero sit dictum intātum.

Tex. 20. *Immobile uero est, & quod nullo modo moueri potest, ut sonus inuisilis est, & quod modo in tempore uix mouetur, uel sero incipit moueri, quod quidem difficile mobile appellatur, & id quod quamuis aptum sit moueri atq; moueri possit, non tamen quoties potest, & ea ratione qua potest, atq; quo potest, mouetur, quod quidem duntaxat, immobilium quiescere dico, est. n. motui quies ipsa contraria, quare priuatio erit profecto susceptiui.*

Hactenus de motu, & mobili, nunc de īmobilitate & īmobili, quiete & quiescibili vult loqui, attinet. n. cōtrariorum consideratio ad vnam partem, veluti Arist. fecit in lib. de Aīa, cum dixit de sono & absono, & visili & inuisili, & cæteris id genus, & vult īmobile trifariam dici.

dici. Primo modo id dr̃ immobile, quod nullo modo moueri poteſt, & hoc aduerſante, & repugnante natura, vt ſonus inuiſibilis eſt, quia ſui natura ineptus & inhabilis ſit vt videri poſsit. Secundo modo dicitur immobile quod impulſum multo tempore, vix commouetur, hoc eſt quod difficile mouetur, veluti Xenocrates incõmobilis dicebatur, quia ſero iraſcebatur. Tertio modo id ſolet immobile nuncupari, quod quantis ſuapte natura aptum ſit moueri, non tñ quoties poteſt mouetur, aut ea rõne qua poteſt, mouetur, aut eo loco, quo põt. Et per hoc explanat quid ſit quies, quidúe quieſcibile, & inquit, quod quidem duntaxat immobilium dictorum quieſcere dico, & cãm affert. d. eſt. n. motui quies ipſa contraria, & per conſequens eo in ſubiecto; i quo motus eſt fieri aptus, & quies erit fieri apta, ſunt. n. ipſa contraria apta fieri circa idem ſubiectum, & maxime de contrariis priuatiuis loquendo,

An quies q̃ eſt in termino ad quem ſit perfectio motus. Vide Iand. q. 12 huius.

F cuiuſmodi ſunt motus & quies, & propterea cõcludit, quare priuatio erit profecto ſuſceptiui. contrarium. n. & priuatio non eſt niſi in ſuſceptiuo ſui oppoſiti, & ita ideſt quieſcibile quod eſt mobile. Hæc Ariſt. Quod vero ad verba attinet. Alex. vt refert Auer. facit vim in his verbis, ait. n. aliud eſſe tarde ſiue grauiter mobile & aliud difficile mobile. Nam id tarde mouetur quod in æquali tẽpore pertranſit minus vel in maiori æquale, id difficile, quod tarde incipit, ſed nos Alex. non vidimus, qui ſic diceret, forte differentia hæc magis attinet ad grãmaticos.

Dub. Auer.

Sed dubitatur, quia Ariſto. definit quieſcens per id quod non mouetur in loco in quo aptum eſt moueri. Igitur definit locum quietem violentam, quod. n. quieſcit eo in loco, e quo eſt aptũ moueri violenter quieſcere dicitur, veluti lapis filo ſuſpenſus, videtur violenter quieſcere, quia eo in loco, &

Prima ſolu. Scd̃a ſolu.

G ab illo loco eſt cadere aptus. Rñdet Auer. primo concedendo hic quietem violentam tñ definiri; & Ariſt. contentum eſſe definitione huius quietis, quatenus hæc eſt aliis notior, atq; manifeſtior. Secundo. Rñdet q definitio hæc etiam competit omnibus quietibus, vt naturali, violentæ, & animali, & hoc pro tanto, quia vbicunque mobile eſt ad illum locum moueri poteſt, verbi cauſa, ſi lapis ſuſpenſus ſit in A puncto, ad illum locum moueri poteſt, ſaltem violẽter, & ſi terra aliqua ſit in centro, ad illum locum moueri poteſt, ſi eſſet extra illum, & ſic videtur definitio cõis omnibus quietibus.

Qua ſecundũ veritatem.

Sed animaduerte, quòd hæc dubitatio non eſt neceſſaria; ait. n. Ariſtot. quod quidem immobilium ſolum quieſcere poteſt, vbi patet nullam feciſſe mentionem de loco. Solum. n. voluit id proprie poſſe quieſcere, quod quidem naturaliter moueri poteſt, & ita dubitatio Auer. eſt ſuperflua.

H

Tex. 21.

Quid igitur eſt motus, & quid quies, atq; quot mutationes, quotúe motus ex iis quæ diximus, patet.

Epilogat, & quæ dici patent. Sed circa hæc quærunt primo, vtrum in quantitate ſit contrarius.

Prima q̃o an quantitati ſit aliquid contrarium.

Mouetur autem quæſtio hæc pro tanto, quia Ariſt. voluit ad tria prædicamenta tñ eſſe motum, quia in his dũtaxat inuenitur cõtrarietas. dixit. n. reſtat motum dũtaxat eſſe in qualitate, quantitate, atq; vbi, quippe cum in vnoquoq; horum contrarietas eſt, hæc Ariſto. in prædicamentis vero pluribus rõnibus probat quantitati nihil eſſe contrarium. Propter hæc emergit q̃o non parua, videtur. n. primo quantitati nihil eſſe contrarium, primo quia aut inter quantitates eiuſdem ſpeciei, aut alterius ſpeciei: non inter q̃titates alterius ſpeciei, quia quantitates differentes ſpecie poſſunt eſſe in eodem ſubiecto ſimul. Nec inter quantitates eiuſdem ſpeciei, quia contraria ſunt quæ ſub eodem genere maxime diſtant, atq; ſpecie differunt, vt 10. Meta. traditur, ſecũdo contraria ſunt quę circa idem ſubiectum mutuo ſe expellunt, atq; corrumpunt, vt traditur Primo de Gñatione: ſed quantitas non eſt de principiis actiuis, nec eſt apta expelli à materia, eſt. n. coæterna materiæ. Tertio ſi quantitates eſſent contrariæ, ſuſciperent magis & minus, nam magis & minus proueniunt ex permixtione contrarii. Quarto inter quantitates non eſt maxima diſtantia, quia nec datur maximum, nec minimũ, igitur nec contrarietas. Pro parte oppoſita ſunt etiam argumenta. Primo, argui ſolet, quia ad quantitatem eſt proprie motus, igitur proprie contrarietas. Secundo, aliqua quantitas magis diſtat ab alia, aliqua minus, igitur aliqua maxime diſtat ab illa, ſed cõtrarietas eſt maxima diſtantia, igitur in quantitate eſt contrarietas. In iſta quæſtione difficillima, Egidius habet duos dicẽdi modos, vnus eſt q conſiderando quantitatem abſolute & ſm ſe, ſic non eſt illi contrarietas, vt primæ rõnes cogunt, conſiderando vero quantitatem vt ſubeſt formæ naturali, vt ſic ei eſt aliquid contrarium. Hanc etiã opinionem exponit Ioannes Gandauenſis, & tandem tenet ipſam.

Prima põ Egid. & Ioan. Iand. q. 6 huius.

Sed hic modus videtur impoſsibilis, quia motus eſt ad rem alicuius generis non ad ens per accidens, vt Ariſto. 3. Phyſi. inquit, tot ſunt motus ſpecies, quot entis & addit Auerro. acquiſiti per motum. Sed quantitas ſub eſſe naturali non eſt ſpecies generis. ſed ens per accidens, quatenus vnum alteri accidit, igitur ad quantitatem vt ſic non eſt motus.

Confutatio.

Cauillant cuculati dicentes q ſi per quantitatem ſubeſſe naturali intelligatur vnum compoſitum ex his, vt ſic eſt ens per accidens. Si vero intelligatur quantitas ſub hoc mõ, quod eſt eſſe naturale, ita vt eſſe naturale ſit modus eſſendi quantitatis, vt ſic eſt ens per ſe. modus. n. eſſendi rei nõ eſt partes rei, & hoc pacto eſſe poteſt motus ad quantitatem. Hæc illi.

Sol. Scoti in prędicamentis.

Sed hæc cauillatio friuola eſt, primo, quia tunc ad q̃titatem non eſſet abſolute motus, ſed quatenus intelligeretur ſub modo eſſendi tali, quod Ariſto. non dixit. ſecundo tunc ad ſubſtantiã ſaltem elementariam eſſet motus, nam forma elementaria vt coniũcta qualitatibus naturalibus ſucceſsiue acquiritur, & ſucceſsiue deperditur, & habet cõtrarium, igitur non magis ad quantitatem ratione illius eſſendi modi eſſet motus, q̃ ad formas elementorum rõne ſui eſſendi modi. tertio ille modus rõne cuius quantitati eſt aliquid contrarium, eſt ſubſtantia, vel accidens. non ſubſtantia, vt patet: ſi accidens, cum non quãtitas, igitur qualitas, & ſic ad quantitatem eſſe per ſe motus ratione qualitatis, & accepi hic ſubſtantiam & accidens

Confutatio cauilli.

An in quãtitate, qualitate & vbi, ſit cõtrarietas. Vide Grauad. Eſcu. let. 4. huius.

ſtriſsime, vt ſeſe extendunt ad res quæ ſunt per ſe ſubſtantia, & quæ reductiue, quia idem eſt. Secundus modus Egidii, eſt ad rem eſſe contrarietatem, quatenus ad illam vel inter ſpecies illius ſaluari poteſt maxima diſtantia, & quia maxima diſtantia in quantitatibus eſſe non poteſt ſm eſſentiam, nec ſm eſſe, vt probat, concludit reperiri maximam diſtantiam quo ad motum, quia ſm motũ talia ſucceſsiue acquiruntur, argumentabile. n. non acquirit totam ſuam quantitatem ſimul, ſed per partem poſt partem, itaq; cum ibi ſit motus & ſucceſsio, poteſt. n. huius motus eſſe maior & minor, in talibus poteſt accipi diſtantia parua, & magna, & maxima,

Põ ſecunda Egidii.

Confutatio. xana, qua ratione attendi potest quædam contrarietas per comparationem ad motum. Sed hæc positio non est sana, primo quia talis distantia reperiri potest in formis substantialibus elementorum, reperitur.n.in illis successio non modo dimensiua, sed gradualis apud Auerro. qui tenet elementarius formas intendi atq; remitti, secundo quia auctio ipsa saltem vnius minimi subitaria est, vt determinat Auer.8.huius cō.23. de mente.n. Auerro. successio nec tollit, nec dat motum, sicut subitarium nec tollit, nec dat, vt in.8.&.6.huius disputabitur.3. videtur hæc solutio quasi petere principium, intendit.n. assignare cām, quare quantitati est contrarietas, & ait hoc esse pro tanto, quatenus in illa est successio & motus, constat autem Aristote. assignasse ad quantitatem esse motum, quia in illa est contrarietas. Propria solu. Ecce q̄uo circulus, & petitio principij. Propter hæc tenendum est modum hunc non esse Auerroicū. Pro solutione igitur animaduertendum est, & supponēdum quantitatem saltem terminatam esse terminum auctionis, & imminutionis. Hoc autem assero pro tanto, quia quantitas terminata est noua, & potest de nouo fieri, & per gñationem totalem formæ substātialis, & per aggenerationem, siue partialem gñationem, qualis fit in auctione, vt diximus in lib. de Gñatio. dupliciter.n. potest q̄titas terminata fieri per accidens, vt consequens gñationem totalem alicuius formæ, quatenus agens dans formam materiæ, dat oīa accidentia consequentia formam, & vt terminus auctionis, quæ est aggeneratio partialis, vt in lib. de Gñatione dr̄, nec nunc volo disputare de termino dimensionis terminatæ, an substantia sit, an accidens, spectat.n. hoc ad librū de Substantia orbis, sed illud volo esse supponendum tm̄, ita terminum se habere ad dimensionem, veluti gradus sese habet ad qualitatem, nam vt esse intensum, vel remissum est modus intrinsecus qualitati, quē grēci idiotropiam dicunt, si terminatum & interminatū est modus intrinsecus dimensioni, & penes hunc attēditur auctio, vel imminutio, veluti penes intēsum & remissum alteratio. Tunc dico primo q; duæ condōnes sunt de rōne motus, prima vt sit mutatio de positiuo in positiuum, defectu cuius nec ad subam est motus, nec ad cætera prædicamenta vltra illa tria, quæ dixit Aristo. nam in iis mutatio esse non potest, nisi quatenus est de positiuo in priuatiuum, aut econtra, vt nunc suppono, secunda est, q; vt talis mutatio sit entis in actu principaliter, defectus cuius mutatio qua acquiruntur formæ substantiales elementorum, non est motus, quia licet sit de positiuo in positiuū, tñ est in subiecto ente in potentia. Ex iis soluit quæstio, & dr̄ quantitati esse contrarium non quidem propriè, quia illud solum qualitati competit, sed contrarietatem, quæ sufficit ad motum, quæ est distantia maxima inter terminos positiuos, qui mutuo recipi possunt circa idem ens actu, hæc autem non est propriè, quia tales termini non sunt actiui & passiui, sed bene sufficientes ad rōnem motus. Sūt.n. incompossibiles, positiui, & apti sibi succedere circa idem subiectum ens a ctu. Sic igitur cōtrarietas hæc sufficit ad rōnem motus. Illa vero oppositio quæ est in cæteris prædicamentis, non sufficit, aut quia est in subiecto ente in potentia, vt in substantia, aut quia nō inter terminos positiuos, vt in cæteris prædicamētis. per hæc tollitur contradictio in dictis Arist. in prædicamentis.n. negat quantitati esse aliquid contrarium, quia loquitur de contrarietate propriè, hic asserit, quia loquitur

A tur de contrarietate quæ sufficit ad rōnem motus, quę licet non sit propria, sufficit tñ ad rōnem motus. Ad rōnes vero pro prima parte. ad primam patet solutio: dr̄.n. talem contrarietatem esse inter q̄titates eiusdem speciei dimensionis interminatæ, non autem eiusdem speciei dimensionis terminatæ. Ad secundum patet solutio per hæc quæ pauloante diximus. Ad tertium etiam patet solutio, quia non sunt contrariæ qualitatiue, sed contrarietate quæ sufficit ad motum. Et propterea non oportet esse fm magis & minus. Ad quartum patet solutio, licet.n. in quantitatibus non detur maximum nec minimum, vt interminata sunt, vt terminatæ tñ datur maximum & minimum, vt dr̄ in.2. de Anima. Ad rōnes pro parte opposita dr̄, q; oēs concludunt quantitati esse aliquam contrarietatem, quæ motui sufficit, & non aliter. Hæc de qōne pro modo, nam B si aliter occurret, aliter dicam. Secūdo quærunt, vtrum in loco sit contrarietas, & vr̄ q; sic, quia sursum & deorsum sunt loca quæ sunt maxime contraria, atq; maxime distantia. Herminius ait sursum, & deorsum nō esse loca, sed quandam quodammō positionem loci, est.n. res sursum, & deorsum, nō est autem idem esse aliquid loci, quod locum, loci.n. est positio in loco, locus vero ipse positio non est, hæc Herminus in prædicamentis, per quæ intendit euitare contrarietatem locorum. Sed in maiorem foueam trudit, nam expresse Arist. remouit à situ siue positione motum & contrarietatē, quare sursum & deorsum non sunt contraria quo ad positionem. Ioan. vero Gādauensis fugit ad virtutes conseruatiuas, & ait inter loca esse contrarietatem, quatenus sunt virtutes conseruatiuæ mobilium. Sed hæc positio friuola est, quia tūc contrarietas locorum esset C propter qualitates, & non per se, & sic motus esset ad locū propter qualitatem, & non rōne loci ipsius. Dicas igitur locorum siue ipsorum vbi esse contrarietatem, non quidem fm omnes conditiones, sed quę sufficit ad motum, quatenus inter terminos est maxima distantia, & quatenus termini sunt positiui, possibiles quoq; fieri in eodem subiecto ente in actu, naturaliter vel violenter, est.n. graue quoddam, aut leue possibile subesse ipsi vbi sursum, & ipsi vbi deorsum, saltem violenter, vel naturaliter, successiue, & non subito. Et sic patet ad qōnem. Sed non est sub silentio prætereunda contradictio inter Auer.1.Cœh.&.8.Phy. nam in.8.huius asserit contrarietatem primo & per se inueniri in his quæ opponuntur in loco. In primo vero de Cœlo asserit contrarietatem in motu ipso locali esse occultam, & patere per contrarietatem in alteratione. Propterea dici potest in huius.8. esse locutum de cōtrarietate, quo ad D rōnem generis, quę est distantia, nam distantia propriè dr̄ de locis, & transumptiue de cæteris formis repugnātibus. In lib. vero de Cœlo esse locutum quo ad rōnem speciei, & dr̄iam completiuam, quæ est mutuo se expellere circa idem subiectum, hæc.n. dr̄ia cum difficultate intelligitur de motu locali, & cum facilitate de motu alterationis. Hæc de contradictione. Tertio quærunt vtrum magis & minus variēt speciem, & vr̄ q; sic, substantia.n. est magis ens ipso accidente, & differt genere ab accidente. Secundo sicut plus & minus in quātitate, ita magis & minus in qualitate, sed plus & minus in numeris variant speciem, binarius.n. differt specie à trinario, qui differt ab illo per minus. Solet cōiter dici, vt Ioannes asserit, q; magis & minus possunt sumi in forma absolute, aut in forma ad quam est motus. Si sumatur

2. qō. de loci contrarietate. Herminius. Confutatio lcand.1.qō.4. huius.c.7.6. horum. Pō Ioannes. Confutatio. Propria pō. Pulchra dub. 3.q. vtrū magis & minus varient speciē. Positio.

sumatur in forma absolute, sic facit d̃riam specificam; quia omnis d̃ria in forma est specifica. Si autem in forma ad quam est motus, sic non variant speciem, vt per multas rationes persuadet Ioannes, hæc solutio est vtilis, & peripatetica, tñ ex verbis Aristo. nec hæc colligitur, nec contraria, vt Ioannes putat, ait.n. Aristote. ea autem mutatio, quæ in eadem forma per magis & minus est, alteratio est. Ecce quomodo ex ijs verbis nihil de quæstione habetur, tamen solutio vera est, & per ipsam patet ad rationes.

Post hæc dicamus quid simul atq; seorsum esse sit, et quid tangere, & quid inter, & quid deinceps, & quid attiguum, et quid continuũ, et quibus vnũquodq; horum sit aptũ inesse.

Hactenus de diuisione motus in species. Nunc de vnitate motus vult tractare, & primo sumit quædam vt definitiones, deinde de re prosequitur. præmittit autem primo intentionem, & inquit, post hæc dicamus quid simul atq; seorsum esse sit, hoc est primũ. Et quid tangere, & q̃d inter, hoc est sc̃d̃m. Et quid deinceps, & quid attiguũ, hoc est tertium, & quid continuum & discontinuum, hoc est quartum. addit, & dicamus quæ sunt illæ res, quibus vnumquodq; horum sit aptum inesse, nam ad perfectam definitionem explicandam non solum est necessaria forma, sed materia. res.n. illæ quibus hæc insunt, vt materia se habent. Propterea adiecit, & quibus vnumquodq; horum sit aptum inesse. Animaduersione dignum contrariorum vnam esse doctrinam, & quia simul & seorsum opponũtur. Amplius tangere, & inter opponuntur, deinceps & attiguũ similiter opponuntur, continuum quoq; & discontinuum etiam, iure hæc omnia ad quatuor intentiones reducuntur, quas quidem Aristo. præmittit vt definitiones cões omnibus demonstrationibus per totum lib. veluti Euclides in principio definitiones sumpsit, quæ sunt omnium sequentium demonstrationum principia, imitatus vbiq; geometras, vt dicit Philoponus.

Tex. 22. *Loco igitur simul ea dicuntur esse, quæ vno in loco sunt primo, seorsum autem ea, quæ in diuersis sunt.*

Duo sunt quæ inuicem opponuntur; continuum, videlicet & discontinuum. Sub discontinuo autem plura continentur, vt ea quæ simul sunt, ea quæ seorsum, ea quæ se tangunt, ea quæ inter sunt, ea quæ deinceps, & quæ attigua sunt, oĩa hæc vt vides sunt discontinua. Arist. igitur primo definit quæ dicũtur loco simul esse, & quæ seorsum, & inquit, loco igitur simul ea dicuntur esse, quę vno in loco sunt primo: seorsum autem ea, quæ in diuersis sunt locis. Quo vero ad verba attinet, simul quod græce est *ἅμα* multifariam dr̃, vt dictũ est in prædicamẽtis, vt de his quæ sunt simul tempore; de his quæ sunt simul loco, & de alijs id genus, quia autem vult loqui de his quæ loco sunt simul, adiecit, loco igitur simul ea dicuntur esse, quæ vno in loco sunt primo, hoc est proprio, quia si essent simul in loco cõi, omnia essent simul, nam omnia sunt in cœlo, definit ea quæ sunt seorsum. d. seorsum autem ea, quæ in diuersis sunt locis. diuersis locis dico proprijs.

An plura corpora possint esse simul. Vide Grat. ad. Esco. loc. 5. huius.

Dubitatio.

Sed occurres primo quia non videntur aliqua posse esse simul hoc modo, q̃ sint in eodem loco proprio, quia tunc esse penetratio corporum, præterea mouens & motum Arist. vocet simul esse, vbi patet hæc non esse simul nisi pro tanto, quia habent vltima simul, & non quia sunt in vno loco proprio.

Pō iuniorum.

Iuniores credunt Aristo. velle hic loqui de simul, simultate immediationis, & non simultate

E æquiuocationis. Et delirãt, nam quæ sunt simul simultate immediationis non sunt in eodem loco proprio vt aer & ignis sunt simul simultate immediationis, quæ nõ sunt simul in eodem loco proprio, quare hæc Arist. descriptio nulla esset. Propterea vr̃ mihi Aristo. esse locutum de his quæ sunt simul primo, hoc est æquate. Hoc.n. sonat verbum illud *πρώτως*, quod latine est primo. Ad rationes vero dico q̃ s̃m veritatem nulla sunt in eodem loco primo, nisi quædam per accidens, veluti albedo & dulcedo in lacte, anima & corpus in loco, id genus, attamen Arist. dedit hanc definitionem, quia veteres crediderunt aliqua esse simul hoc modo, tenent.n. corporum penetrationem, & ideo ad intellectum positionis illorum & ad veritatem accepit quid sit simul esse. Ad sc̃d̃m dico Arist. accepisse aliter simul in .... & aliter hic. tñ simul hic sumptum subseruit ad simul ibi sumptum, vt dicemus.

F Secundo occurres, quia intellectus separatur à corpore: & tñ intellectus nõ est in loco, antecedens patet, dr̃.n. 2. de Aĩa separatur hoc ab hoc, vt perpetuũ à caduco. Amplius accidentia cõia à subiecto separantur, quæ nõ sunt in loco, rursus vl̃ia à singularibus, & multa id genus, quæ non sunt in loco.

Solutio iuniorum.

Laborant iuniores quidam in interpretando hanc separationem, & quid Aristo. per separationem velit, & labor est frustra, nam verbum græcum *χωρίς* latine sonat seorsum, modo multum refert esse seorsum; & esse separata. Intellectus.n. & corpus separata sunt, non autem seorsum, q̃ si in lib. de Anima, dicat intellectum *χωριστόν*, non vtitur verbis presse, sed cõiter. Similiter si dicitur vniuersalia, vel accidentia separari eodem modo loquitur cõiter atque late; non presse atq; proprie. Ea igitur sunt seorsum, quæ in diuersis sunt locis,

Confutatio & propria solutio.

G vt hic loquitur. Et sic tolluntur obiectiones.

Ea autem tangere dicuntur, quorum extrema sunt simul. Inter id est ad quod prius accedere aptum est id quod mutatur, quam ad vltimum ad quod mutatur, sic continue secundum naturam mutetur, inter aũt est in minimis tribus, quippe cũ vltimũ mutationis cõtrarium sit.

Describit quæ se tangunt, & quid inter esse dicat, & inquit, ea aũt tangere dr̃, quorum extrema sunt simul, & vt dicit Auer. dixit, quorũ extrema sunt simul, & nõ quorũ extrema sunt vnum; ad d̃riam eorũ quæ simul esse dr̃ s̃m considerationẽ mathematicã, nam s̃m considerationem mathematicã ea quæ sunt simul, habent extrema vnũ, quia siue sint corpora, siue supficies, siue lineę, semp extrema sunt vnũ, nam si corpora sunt, extrema sunt supficies, q̃ sunt vna. Si superficies, extrema

H sunt lineæ, quæ sunt vna, & si lineę, extrema sunt pũcta, quæ sunt vnum. cã aũt, est quia s̃m considerationẽ mathematicã duo vltima reuertunt in vnum, at in natura duo vltima nõ possunt reuerti in vnũ.

Replica.

Sed dices, in mathematicis nõ est corruptio, igitur fieri non põt vt duo vertant in vnum, dr̃ põt nunq̃ duo posse verti in vnũ, nisi p corruptionem amborũ & gñationem tertij. Quõ ex corruptione aquæ & aeris fieri põt ignis, sed in mathematicis duo verti possunt in vnum, q̃tum ad vsum rõnis, punctus.n. suppositus pũcto subit rõnem vnius, quia nõ facit distare. Nã indiuisibile additũ indiuisibili non facit maius, quare duo vertunt in vnum q̃tum ad vsum mensuræ q̃titatis continuæ, & non discretæ.

Dubitatio.

Sed occurres adhuc, vltima corporũ sunt corpora; duo corpora nõ possunt esse simul, q̃a tũc essent in vno eodẽq; loco simul, igit definitio nulla.

Solutio

Dici põt vltima corporum

rum esse superficies, modo nō est impossibile duas superficies esse simul in eodem loco primo, quia vt dixit Auer. in mathematicis duo vertuntur in vnum. Et si dicas, superficies non sunt in loco, igitur non possunt esse simul. Respondet Auer. ꝙ Arist. vult superficies esse, simul saltem per accidens, qm vltima non sunt in loco per se. Sed adhuc replicant, quia corpora, quorū superficies sunt vltima, nō possunt esse in vno, eodemq; loco primo, igitur nec superficies, nā superficies sunt in loco ratione corporū. Propter hanc replicam quidam aiunt Aris. aliter accepisse simul, qñ definit simul, & aliter hic, qñ definit tangere. Nam simul in primo textu accipitur pro simul æquationis, simul hic accipitur pro simul immediationis. Sed hęc rñsio est friuola, uam apud omnes græcos Arist. prædefiniuit simul, quia est genus ad tangere, & sic non aliter hic, & ibi sumpsit simul, preterea nō est consonū rationi, vt in tā paucis verbis Arist. æquiuocasset. Dici igitur pōt vltima corporū, quæ sunt superficies esse simul æquate, & tñ corpora non sunt simul æquate, & qñ dicitur, superficies sunt in loco rōne corporū, concedo, sed nō oportet illas esse oīno in loco vt illa corpora, nā à corporibus habent ꝙ sint in loco, à suis vero naturis habent, ꝙ sint taliter in loco, ideo ꝓpterea corpora sunt in loco, non tñ taliter pp corpora, qa à corporibus habēt, ꝙ sint in loco, à suis vero rōnibus habent ꝙ sint taliter in loco, hoc est æquate. Simili rōne dici pōt de lineis, & de pūctis, quatenus lineę sunt extrema corporum, & pūcta sunt extrema linearū. Hęc de his q̄ sunt simul de eo quod est inter, sic ait, inter autem. i. ad quod id quod mutatur prius est aptum accedere q̄ ad vltimū ad quod finaliter mutatur, veluti si M mutaretur ab A in C, per B medium, prius perueniet in B, q̄ in C. addit tamen si continue ſm naturam mutetur, quia vt dicit Auer. si non fuerit secundum cursum naturalem, fieri potest vt quiescat interim, & tunc inter ipsum erit id quod dicitur, ad quod & extremum. Id enim sese habet vt extremū, in quo mobile quiescit.

M

A B C

Sed dices, inter quot aliquid dici potest inter? Respōdet Philosophus inter autem est in minimis tribus. cuius causam assignat, quia extremū est cōtrarium, supple medio & extremo, igitur idem non potest esse duo extrema, & medium, restat igitur vt extrema sint duo, quia contraria, & medium sit ad minus tertium, quia vtrisq; aliquo modo contrarium, igitur mediū ad minus erit in tribus. Sed dices, vtrum id quod est inter sit aliquo modo de natura extremorum. Rñdet Auer. ꝙ sic, quia si id quod est inter sumatur in motu locali, id quod est inter, erit primus locus, qui nō differt specie ab extremis, & si sumatur in alteratiōe, id quod est inter, erit prima qualitas, quæ nō differt specie ab extremis. Quod autem detur primus locus & prima qualitas, patet per hoc quia motus non habet motū. Sed est venire ad primum in motu. Sic igitur patet id quod est inter esse aliquo modo eiusdem speciei cū extremis.

Sunt qui dicunt dabilē esse primum locum ſm speciē, non autem ſm numerū, in quem transmutabile primo transmutatur. Similiter dabilem esse primam qualitatem ſm speciem, non autem ſm numerum, in quam alterabile primo alteratur, & hoc modo asserūt Auer. intelligere. Quod si dicas, igitur oporteret transire per

Replica. prima. *Solutio.* *Replica scda.* *Solu. iniusta.* *Confutatio.* *Propria solu. Vide etiā Egi. lib. & Gratiadeum Escu. lec. 5 huius.* *Dubitatio.* *Pō iuniorum.*

A omnia media specie. Respondent ꝙ non oportet trāsire per omnia media specie, sed sufficit vt per vnum transeat, bene tamen transit per omnia media numero, quæ licet sint potestate infinita, sunt actu finita. Verum hæc positio disputabitur in Sexto, nunc vero nec approbo, nec improbo, transeat saltem pro quæstio. Hæc de eo quod est inter.

Cōtinue autem id mouetur, quod nihil aut parum rei nō temporis intermittit, prohibet. n. nihil aliquid rei intermitti. Nam fieri potest ut post summam chordarum ima continuo sonet, uerum hæc est rei in qua mouetur intercapedo. Est autem hoc perspicuum & in his mutationibus, quæ sunt secundum locum, & in cæteris id genus. Tex. 23.

Definiendo ipsum inter, adiecit in illius definitione continuum ſm motum, ideo nunc quid sit cōtinuo B moueri definit. vbi debes scire duo requiri ad motum ipsum, videlicet tempus quo mensuratur, & magnitudinem, super quam fit motus, vult motum esse continuum, tum cum non interrupto tempore fit, potest. n. fieri in interrupta magnitudine. Inquit continue autē id mouetur, quod nihil aut parum rei non temporis intermittit, quod exponit dicens, prohibet. n. nihil intermitti, supple aliquid rei, hoc enim verbum aliquid rei supplendum est græcis verbis, nam fieri potest, vt post summam chordarum ima continuo souet, verum hęc, supple intercapedo, est rei in qua mouetur, & non temporis, verbum illud nam, græce est καὶ, quod sonat, & in latinum, sed non esset sensus clarus, addit hoc patere non modo in motu locali, sed in cæteris motibus id genus, in omnibus. n. requiritur cōtinuitas temporis, non rei, quid igitur sit continuo mo C ueri patet. Aiaduersione dignum circa exēplū chordarum, nā expositores latini volunt per illud Arist. indicasse posse esse motum continuum, re ipsa qua fit motus existente discontinua, quia sufficit cōtinuitas tpis.

Auer. vero & Themist. volunt illud exemplum esse positum ad declarandum quonam modo tempus pōt esse continuum, motu non existente continuo, ait. n. Auer. plura mota non deficere ſm tēpus, quorum motus non est continuus, veluti qui post summam chordarum imam pulsauerit. Hic. n. motus est discōtinuus, cuius tempus est continuum. Quo vero ad verba attinet, Arist. dixit, continue autem id mouetur, quod nihil aut parum rei intermittit. Modo dixit nihil aut parum, quia aīalia gressilia possunt continuo motu mambulare, & spatium esse paululum intercisum, vt patet in transitu viarum super lapides adinuicem distantes, D vt de vijs patauinis. Dixit igitur parum, ob aīalia gressilia: dixit nihil propter natatilia & volatilia, quæ requirunt spatium continuum. Sed occures, nam Sexto huius Arist. nactus est continuitatem motus à continuitate spatij. Hic vero ait ad continuitatem motus non esse necessarium ipsum spatium esse cōtinuum. Amplius hic nihil meminit mobilis, modo mobile requiritur ad motum, veluti subiectum ad accidens. Sunt qui dicūt motus continuitatem requiri spatij continuitatē totale non partialem. Nā in transitu viarum, licet pars spatij, vtpote lapides sint discontinui, tñ aggregatum ex lapidibus, & aere replente interualla lapidum totū est cōtinuū, & sic qñ Arist. & Auer. volūt posse esse motum cōtinuum re existēte discontinua, intelligunt quātum ad aliquam illius partem, non aūt quantum ad totum aggregatum. Sed cauillant quidam, quia si gleba terræ

ècœlo

Qua Auerro. comm. 27 & Themist. *Dubitatio.* *Prima solu.*

è cœlo descendat, motus erit illius continuus,& tñ aggregatum ex elementis medijs non potest esse continuum,nam aer, & ignis, & aqua non possunt esse inui-
Solutio. cem continua. Potest dici q̃ sunt continua ſm rónem mathematicam, quatenus vltima sunt simul, mõ vltima sunt superficies,quæ suppositæ sunt vna,vt dicetur postea.Iuniores vero aiunt aliqua esse continua dupliciter continuitate copulationis,& continuitate diuisio-
Quõ continuũ dicebatur. Vide Scot.2. meta.q.6 nis. In Sexto igitur voluit motum esse continuum rõne spatij quo ad diuisionem infinitam,hic loquitur de continuitate copulationis ad vnum terminum cõem, sed res hæc in Sexto omittatur. Ad scđm dicetur postea,vbi disputabitur,an ad continuitatẽ motus requiratur vnitas mobilis,nunc vero sit dictum intantum.

Tex.24. *Contrarium autem id est in loco, quod plurimum recta linea distat,minima.n.finita est,atq; finita mensura.*

Quia definiendo motum, meminit ipsius contrarij,
An contrarietas sit in quãtitate. Vide Gratiad. Escu.lec 4.huius. & Iand. q.6. ideo obiter, quonampacto in loco sit sumenda contrarietas,exponit,& vult ea loca esse contraria, quæ recta linea plurimum distant, & q̃ penes rectam lineam sumi debeat,eo testatur,quia linea recta est finita,& minima quæ sunt conditiones mensuræ, dř.n.linea recta minima, quia inter duo puncta nulla potest trahi ita breuis vt recta. Ceteræ.n.aliæ vt curuæ possunt trahi minores,& maioes in infinitũ. dř vero finita, quia vna numero, non.n.inter duo puncta trahi potest nisi vna linea recta.Si igitur mensura debet esse finita,& minima,vt dř.10.Metaph.si volumus mensurare distãtiam inter aliqua loca,debemus illam distantiam mensurare ſm lineam rectam, & non ſm curuam, igitur contrarietas locorum penes lineam rectam attendi debet, & sic patet ratio contrarietatis in loco.

Tex.25. *Deinceps uero & id ad qđ est deinceps ea duntaxat sunt, inter quæ post principium, aut positione, aut natura, aut aliquo alio modo sic definitum, nihil eorum cadit, quæ in eodem genere sunt. Dico autem, ut linea ad lineam, uel lineæ, aut unitas ad unitatem, uel unitates, aut domus ad domum, prohibet autem nihil inter ipsa aliud quoddam esse.*

Quæ vero sint deincepitia, nunc commentatur,& vult deincepitia siue consequentia etiam inter quæ nihil eiusdem generis habetur intersitum,nam si alterius generis aliquid intercadat,nihil officitur,ædes meæ deincipes sunt & consequentes tuis,si nullæ sint ædes inter meas, & tuas. itẽq; lineæ deincipes sunt,inter quas nullæ habentur,& deinceps hoĩes,inter quos nemo sit medius. Sed cauillabis, quia posset aliquod deinceps fieri primum, & primum deinceps.Rñdet Aristo.in oĩ
H ordine oportet esse aliquod primum, hoc autẽ est.vel positione vt in domibus, quarum vna est prior, altera solum positione,& non natura, vel natura vt in numeris, vbi vnitas est natura prior duitate, & duitas trinitate,vel alio modo,puta dignitate,vel origine vt pater filio,& hoc ait,deinceps vero,& id ad qđ est deinceps, ea dũtaxat sunt,inter quæ post principium voco principium aut positione,aut natura,aut aliquo alio modo sic definitum,videlicet origine vel dignitate,nihil eorũ cadit, quæ in eodem genere sunt, vt exemplo ostẽdit, & sic patet ipsum deinceps non posse fieri primum nisi in ordinatis ſm positionem, non autem in ordinatis alio modo, vt natura, vel dignitate, vel origine. Dico autem inter quæ nihil cadit eorum, quæ sunt in eodẽ genere,quia prohibet nihil aliud quiddam alterius ge-

E neris esse, vt si inter ædes meas & tuas caderet equus adhuc deinceps essent,nam equus est alterius generis.
Sed dices, sint duo equi in cohorte deincipes,inter quos cadat famulus,vtrum sint deincipes,vř.n.q̃ non, *Dubitatio.*
quia famulus cadit inter illos,qui est eiusdem generis;
Oẽs.n.animalia sunt. Posset dici illos esse deincipes in *Solutio.*
rõne speciei, quia nullus inter illos mediat equus, non autem in ratione generis, de quibus nunc Aristo.loquitur:erunt igitur equi deincipes,non autem duo animalia deincepitia. Propterea solet dici ea esse deincepitia,inter quæ nihil cadit eorum quæ sunt eiusdem denominationis cum extremis, qua ratione in cohorte equus meus primus,& equus tuus secundus deincipes æqui erunt, licet mediet famulus, quia nullus cadit æquus,non autem deincepitia animalia,cadit.n.famulus, qui est etiam animal. Ex ijs apparet sorticolas non *Contra sorticolas.*
F recte definijsse consequens,dum dicunt,q̃ est illud qđ sequitur ad antecedens,vel ad notam rationis:nã apud peripateticos consequens est, quod sequitur ad aliud, qñ nihil eorum cadit, quæ sunt eiusdem generis cum extremis,vel eiusdem denominationis.Propterea motus ille,siue propositio illa,quam sorticolæ consequentiam dicunt, rectius apud peripateticos enthymema dicerem.Hæc autem omittantur sorticolis.

Ipsum.n.deinceps ad aliquid est deinceps, & illo quid posterius,non.n.ipsum unum ad duo,aut prima mensis dies ad secundam, deinceps est,sed hæc ad illa.

Reddit causam eius quod dixerat, dixit.n.nihil esse deinceps, ante quod non fuerit aliquod primum aut natura,aut positione, aut alio quouis modo,nũc assignat cãm.d.ipsum.n.deinceps ad aliquid est deinceps,
G & illo quid posterius, non.n.ipsum vnum ad duo, aut prima mensis dies ad secundam deinceps est, sed hæc ad illa, recte igitur dictũ est non esse aliquid deinceps, cum non fuerit aliquid primum. Hinc non imperite *Loco expositorum.*
expositore sentiunt, dum dicunt non esse deincepitia, nisi sint ordinata, vel põne, vel natura, vel alio quouis modo.Amplius & nisi nihil eorum cadat,quæ sunt eiusdem denominationis cum extremis. Quo vero ad verba attinet verbum illud prima mensis dies ad secũdam,grece est οὐδ᾽ ἡ νουμηνία τῇ δευτέρᾳ,& nõnulli interpretantur prima dies lunæ ad secundas, nonnulli Calendæ ad nonas:sed siue sic,siue sic, neomeniam latini dicunt omnia hæc. Quæ quidem sint deincepitia, ex ijs perspicuum est.

Attiguum autem est, quod cum deinceps sit, ipsum tamen tangens est. *Tex.26.*

H Attiguum quod græce est ἐχόμενον,latine tum proximum tum habitum, & apud Auer.sese dicitur, nunc quid sit, definit, videtur autem species ipsius deincipis,nam attiguum omne est deinceps, & non conuertitur,præteritum enim,& præsens,& futurum deincepitia sunt, non tamen attigua, quia attiguum est deinceps quod tangit, modo tactus non est, nisi corporum,& sic quid sit attiguum patet. Hæc de diffinitionibus satis dicta sunt.

Cum autem omnis mutatio est in oppositis,opposita autem sunt contraria, & contradictoria, atq; contradictionis nullum est medium, patet in contrarijs esse id quod est inter.

Hactenus de diffinitionibus,nunc de horum materijs,in quibus fiunt, explicat. proposuit.n.duo dicere, videlicet quid vnumquodq; horum sit,& ea in quibus hæc

[margin: ...alis motus in cōtrario contrariū. ... de Alber. de ... q. 3 ...]

hæc insunt: perfecit primum, nunc accedit ad secundū, & ait primo ipsum inter etiam in contrarijs, & non cōtradictorijs, & arguit sic, & in quibus non est medium, in illis non est ipsum inter: in contradictorijs non est medium, sed in contrarijs, igitur in contradictorjis nō est ipsum inter, sed in contrarijs, sumit igitur duo in antecedente, & infert propositum di. cum autem oīs mutatio est in oppositis, opposita autem sunt, & contraria, & contradictoria, hoc est primum, atq; contradictionis nullum est medium, hoc est ſm dat propositum. d. patet in contrarijs esse id quod est inter. in quibus igitur sit ipsum inter patet.

[margin: Quæ Auer. comen. 26.]

Auer. autem vult ipsum inter non in oībus contrarijs esse, sed solum in contrarijs mediatis, nam inter sanum & ægrum apud philosophos nō est medium, & in multis id genus, igitur solū debet intelligi de mediatis.

Continuum autem est attiguum aliquod, dico autem tum continuum esse, cum utriusq; fines, quibus se tangunt, unum & idem emergunt, ueluti etiam nomen continuentur significat, quod quidem esse non potest, cum duo sint extrema.

Quibus insit ipsum inter, hactenus explicauit, nunc quibus insit ipsum continuum explicat, & primo repetit definitionem eius vniuersaliori modo, & inquit, continuum autem est attiguum aliquid, quasi videlicet illius species, & hoc explicat. d. dico autem tum continuum esse, cum vtriusq; fines, quibus se tāgunt, vnum & idem emergunt, velut etiam nomen συνεχής latine continuentur, indicat quod quidem esse non potest, cum duo sint extrema.

[margin: Quæ Auer. com. 27.]

Auer. vero cō. 36. velle vr̄ esse trifariam cōtinuationem, videlicet naturalem, artificialem, & mathematicam: naturalis quidem est, qua aliqua per medium naturale continuantur, ceu membra aīalium per villos, & id genus, & plantarum, partes per virgulas, artificialis vero quæ medio artificiali emergit, vt claue, & id genus, ea vero qua aliqua continuantur per medium indiuiduum, vt per pūctum ipsum, mathematica est, medium. n. mathematicum est indiuisibile, quia media naturalia & artificialia sunt corpora, propterea puncto lineæ, linea superficies, superficie corpora continuantur, & hanc mathematicam continuationem vult non

[margin: Dubitatio.]

esse naturalē, quia abstrahit à materia sensili. Sed occurres si continuum est species, attigui, tunc quicquid est de ratione attigui, erit de ratione continui, at de ratione attigui est habere vltima simul, & non vnum, igi

[margin: Solutio.]

tur de ratione continui. Dici potest ꝙ de ratione speciali attigui est habere vltima simul, & non vnum, sed de ratione generali est habere vltima simul, modo aliqua possunt esse simul, & habere vltima vnum, vt dicemus in Sexto, de ipso vero continuo dicemus in Sexto altius, nunc autem sit dictum in tantum.

[margin: Tex. 27.]

Hoc autem definito, perspicuum est in ijs esse continuum, è quibus aptum est unum quid fieri tactu, atq; ita ipsum totum esse unum, perinde atq; continuum ipsum fit unum, nam aut clauo, aut glutino, aut tactu, aut insitione, unū emergit.

Resumpta definitione ipsius continui, nunc in quibus insit cōtinuum ipsum, explicat, & inquit, hoc autem definito, siue resumpto, perspicuum est in his esse continuum, è quibus aptum est vnum quid fieri tactu, & non solum hoc patet, sed etiam ita ipsum totum esse vnum, perinde atq; ipsum continuum fit vnum, & ita totum & continuum multifariam fit vnum, quia aut clauo, aut glutino, quod græce est colla, aut tactu, aut A insitione, vt arbores. Et quia attiguū, & deinceps sunt in plus q̄ continuum, & in quibus species est, in illis gn̄a sunt, patet hæc oīa fieri in ijsmet, in quibus continuum ipsum fit, & propterea non expressit de alijs ea in quibus essent, sed solum de his in quibus inter, & in quibus continuum fit, explicauit, innuens idem in aliis.

[margin: Solutio taciti dubij.]

[margin: Tex. 28.]

Perspicuum autem est & ipsum deinceps esse primum, nam quod tangit esse deinceps necesse est, id uero quod est deinceps, non omne tangit, nam & in prioribus rōne ipsum deinceps est, ueluti in numeris, in quibus quidē non est tactus.

Nūc comparat hæc inter se, & vult primum horum ſm naturam esse ipsum deinceps, nam quod tangit necesse est esse deinceps, id vero quod est deinceps, non oē tangit, nam ipsum deinceps est in his, quæ sunt rōne priora, & separata à materiā saltem rōne, veluti in nu-B meris, in quibus est ordo & deinceps entia, non autem tactus, qui non est nisi corporum. Et hoc ait Auer. 12. Meta. cō. 44. vbi in substantijs separatis ait esse ordinē & consecutionem, non autem cām & causatum, vt dixit Auicen. Dubitant hic quid prius sit, continuum an numerus. Egidius tenet ꝙ numerus, hoc videlicet argumento, quia vnitas est prior puncto, quia sese punctus habet per additionem ad vnitatem. Superaddit. n. positionem aut situm, ꝙ si dicatur numerum causari ex diuisione continui, ait hoc esse per accidens, nō per se, quia per se numerus est multitudo ex vnitatibus aggregata, quæ per accidens potest proficisci ex diuisione. Sed huic obijciunt Blacterones, primo quia si numerus esset prior continuo staret esset, vel intelligi sine continuo, & hoc non vr̄ cui posit inesse, cum sit accidens absolutum. Secundo vr̄ ꝙ numerus non sit col-C lectio vnitatum, nam collectio est accidens respectiuū, at numerus est accidens absolutum. Tertio non vr̄ verum ex coniunctione numerorum fieri posse continuum, nam non fit cōtinuum nisi ex illis, quæ possunt se tangere, at in numeris non est tactus, vt dr̄ in litera, propter hæc tenent numerum esse posteriorem continuo, quia per se causatur ex diuisione continui, & non per accidens. Ad rōnem vero dicunt punctum posse aliquid connotare, quod non connotat vnitas, non tn̄ se habet per additionem, quia non est inferior vnitate, nec est inconueniens aliquod prius connotare aliquid qđ non connotat posterius, vt accidens connotat subiectum, & non color, & numerus connotat aīæ actum, & non binarius, & in cæteris id genus. Sed neutra pō est completa, nam nec compositio est prior diuisione, nec diuisio absolute prior compositione, nam alia atq; D alia rōne, compositio est prior, & diuisio est prior. In processu. n. compositiuo diuisio est prior compositione, non. n. est compositio nisi supposita diuisione. In processu vero resolutiuo compositio est prior diuisione, quia non est resolutio, nisi præsupposita compositione, & sic numerus est prior continuo in processu compositorio, contra autem continuum prius est numero in processu resolutorio, & sic neutra positio est perfecta, rōnes vero nullæ sunt, prima quidē non, quia numerus non est absolute prior, propterea non potest esse sine suo posteriori, illa. n. regula habet locum in priori, qn̄ est absolute prius alio. Ad secundum dici potest, ꝙ collectio ponitur loco generis, non ꝙ sit genus, & propterea potest esse quid respectiuum. Ad tertium dici potest ex coniunctione numerorum posse fieri cōtinuum, quia ex diuisione continui efficitur, & conceditur

[margin: Dubitatio. Pō Egidij.]

[margin: Obiectiones Blacteronū.]

[margin: Pō Blacteronum.]

[margin: Pō propria.]

ceditur vnitates esse tactiles, si quidē vnitates sunt partes continui, quod vero dr̄ in textu numerum esse rōne priorem, intelligere non respectu continui, sed respectu continui concreti ad materiam sensilem, & sic de dubitatione patet quid peripatetice sit sentiendum.

Insuper ēt si continuū est, tangat necesse est. Si uero tāgit, nondū continuū est, non.n. si simul sint extrema ipsorum unū ipsa esse necesse est. Sed si sint unū, & simul esse necesse est. Quare copulatio gñatione ultima est, nā si extrema copulētur, sese tangāt necesse est, at si sese tāgant, nō oīa copulātur, itaq; pspicuū ē ī quib' tactus nō est, ī his nec copulationē esse.

Comparat nunc tactum ad continuum, & inquit, insuper etiam si continuum est, tangat quicq̄ aliud necesse est. Si vero tangit, nondum continuum est, hoc probat.d.non.n.si simul sint extrema ipsorum, vnum ipsa esse necesse est. Sed bene si sint vnum & simul esse necesse est, & sic patet ordo inter tactum & continuū, per hoc idem declarat ordinem inter tactum & copulationem, quæ græce est *συμφυσις*, latine copulatio siue insitio, & inquit, quare copulatio gñatione vltima est, nam si extrema copulentur, sese tangant necesse est: at si sese tangant, non oīa copulantur, itaq; vt inquit, perspicuum est in quibus tactus non est, in his nec copulationem esse, hæc de ordine. Ex his patet vt Auer. infert, hæc quatuor per ordinem sese habere, videlicet deinceps, tangens, continuum, & symphysicum, siue adunatum, siue insitum, siue copulatum, nam in plus est deinceps, q̄ tangens, & in plus tangens q̄ continuū, vt ostensum est, & in plus continuum q̄ symphysicum, quia continuum abstrahit à materia sensili, at symphysicū concernit materiā sensilem, nihil.n.est symphysicum, quin sit in materia sensili. Hęc ex Auer. & optime, quæ etiam poeta Epeus sentit, vt Themist. auctor est.

Tex. 29. *Quare si punctū et unitas separatæ sint, ut quidā sentiūt, unitatē ac punctū idem esse impossile est. Nā punctis tactus, unitatibus uero deincepitentia cōpetit. Insuper ēt inter illa aliquid esse potest. oīs.n. linea est inter puncta. Inter unitates uero nihil esse necesse est. Nihil est.n. inter dualitatem et uni-*

Tex. 30. *tatem. Quid igitur est simul esse, & quid seorsum, & quid tangere, & quid inter, & quid deinceps, & quid attiguum, et quid continuū, et quibus unūquodq; horū insit, dictum est.*

Demum ex ijs infert, q̄ data positione Pythagoreorum & Platonicorum de mathematicis & ideisq; sint p̄m esse separata, adhuc punctus, & vnitas differunt dupliciter. Primo quia pūctis tactus competit, quatenus additam positionem in continuo, vnitatibus vero non tactus, sed deincepitientia. Secundo inter pūcta potest aliquid esse inter, omnis.n. linea est inter puncta, inter vnitates vero nihil esse necesse est, nihil.n.est inter dualitatem & vnitates, sed bene ad vnitatem sequitur dualitas, quare data positione de mathematicis & ideis, oīno oportet dare differentiam inter punctum & vnitatem, demum epilogat, & patet. Circa primam dr̄iam, debes scire, vt ex Auer. colligitur, q̄ cum Arist. ait, pūctis tactum competere, per tactū posse intelligere vno modo iuxta positionem antiquorum, qui corpora cōponebant ex punctis, iuxta.n. hos oportet concedere punctis inesse tactum, nisi.n. puncta sese tangant, non potest corpus ex ijs fieri, vel componi, & tunc per tactum vere tactum intelligere oportet. Secundo potest per tactum intelligi linearum in puncto, tangunt.n. se duæ medietates lineæ in puncto medio, & hoc modo exponit Themist. Tertio per tactum intelligi potest

An duo puncta possint esse simul & differentiam inter unitatem, &

E superpositio, vt exponit Alexand. possunt.n. duo puncta superponi inuicem, quatenus vnus punctus potest esse in corpore locante, & alius in corpore locato, qua rōne erunt puncta illa superposita. Hæc de prima differentia. Quo vero ad verba secundæ differentiæ attinet: dicit Auer. q̄ Aristo. voluit probare illam, inter puncta est aliquid. dixit.n. inter vnitates nihil esse medium, inter puncta vero esse aliquid. & probauit hoc per illud, videlicet quia omnis linea est inter duo puncta, & per hoc vt Auerro. ait voluit habere conuersionem, videlicet inter puncta est aliquid, causa autem est, quia illa vniuersalis, videlicet omnis linea est inter duo puncta, conuertitur in parte, videlicet inter quædam puncta est linea, & vt dicit, hoc intelligendum est de linea finita. Sed Auerro. peccauit in Logica, hæc .n. propositio, omnis linea est inter puncta, resolui-

punctum. Vide Egidium.

Error Auer. in logica.

F tur in illam, omnis linea est ens inter puncta, dictum .n. est in prioribus subiectum & prædicatum debere esse in recto, modo hæc, omnis linea est ens inter puncta conuertitur in hanc, quoddam ens inter puncta est linea, & non in illam, inter quædam puncta est linea, & propterea Auerro. errauit in logica. Tu vero intellige textum, vt iacet, erat.n. secunda differentia, q̄ inter puncta est aliquid quæ saltem est vera indefinite per hoc, quia omnis linea est ens inter puncta, vniuersaliter vero probabitur in Sexto, vbi probabitur continuum non componi ex punctis, inter vnitates vero nihil est, & sic non oportet recurrere in logicam, & ita totus sensus patet. Hæc Aristote. de definitionibus terminorum. Sed quærit Auerro. quia esse simul & tangere, & sesecum, siue attiguum videntur idē, quia in ijs quæ sunt in loco videntur conuerti. Re-

Dubiū Auer. cōmen. 30. Solutio.

G spondet Auer. q̄ esse simul & tangere differunt ratione, licet quandoq; sint idem subiecto. Primo quia esse simul opponitur ad esse solum, siue esse seorsum, tangere vero ad esse separatum. Secundo ad esse simul apparet locus in definitione eius, non autem ad tangere. Amplius sesecum differt à tāgere, quia sesecum superaddit ordinem, & consequentiam. Amplius sesecum dicitur de corpore, & incorporeo, at tactus non est nisi corporum, vel magnitudinum. Hæc Auer.

Vnus autem motus plurifariam dicitur, quia ipsum unū plurifariam dicitur, genere quidem est unus pro prædicamenti figuris, nam delatio omni delationi una est genere, at alteratio à delatione genere est diuersa. Tex. 31.

His expeditis, nunc vult tractare de vnitate motus, cujus causam assignat Auer. quia hoc est vtile ad perH scrutandum an motus sit æternus, vel ne, proponit tamen motum plurifariam dici vnum, quatenus & hoc nomen vnum plurifariam dicitur, nam vnum dicitur vno modo genere, alio modo specie, alio modo numero. Sic igitur motus dicitur vnus genere pro prædicamentis figuris, vt delationes, quæ omnes sunt eiusdem generis, quia in genere. quod vocatur vbi constituuntur omnes, vt Auerro. & Themist. dicunt, at alteratio à delatione genere est diuersa, quatenus alteratio est in prædicamento qualitatis, igitur omnes illi motus genere sunt ijdem, qui figura prædicamenti conueniunt, differunt vero genere, qui figura prædicamenti differunt. Addit autem nouus expositor motum sortiri vnitatem generis à termino ad quem, cum videlicet qui per ipsum per se primo acquiritur, nam per lationem acquiritur, vbi, locus & situs, sed per se primo nō nisi

Quæ nouus expositor. Egid. hic. An aliquis motus sit vnus. Vide Alb. de sen. q. 5 ...

nisi vbi, & propterea vnus est mntus genere, quia terminus ad quem per se primus est vnus genere.

Specie uero unus est, cum genere atq; indiuidua specie fuerit unus, ceu coloris differentiæ sunt, alia nãq; specie denigratio est, & albatio, quippe cum omnis albatio omni dealbationi specie eadem est, atq; omnis denigratio denigrationi, albedinis autem nequaquam sunt, quapropter dealbatio una specie est dealbationi omni.

Nunc quis vnus specie sit, adijcit, & inqnit, specie vero vnns est, cum genere atq; indiuidua specie fuerit vnus, ceu coloris differentiæ sunt, alia nãq; specie denigratio est, & albatio, qnippe cum oĩs albatio omni dealbationi specie eadem est, atq; omnis denigratio eadẽ specie est omni denigrationi, albedinis autem nequaq̃ sunt. Sic igitur omnes illi motus specie idem sunt, qui sunt ad vnum terminum specie indiuiduũ, ceu omnes dealbationes vel denigrationes, quæ oẽs sunt ad vnam specie albedinem, vel nigredinem. Vnde Auer. inqnit, causam, quare motus differunt specie, esse differẽtiam terminnrum ad qnos, & causam conuenientię esse conuenientiam terminorum ad quos.

Quæ Auer. com. 32.

At si sunt aliqua quæ genera & species simul sunt, patet profecto unum quidem in illis specie motum esse, non absolute tamen specie unum, qualis est disciplina. Si scientia species est extimationis, scientiarum uero genus.

Cauillabis, si reperit̃ aliquod quod simul est genus, & species, vtpote species subalterna, motus ne ad illã est vnus specie, vel vnus genere? Respondet, at si sunt aliqua quæ snnt simul genera & species, patet motum in illis esse specie vnũ, nõ tamen absolute specie vnum, qualis motus est disciplina, quę disciplina est motus ad scientiam, dico disciplinam esse motum vnum specie non simpliciter, si sciẽtia species est extimationis, & genus diuersarum sciẽtiarum, nam si sic est, disciplina erit motus vnus specie, non simpliciter, sed subalterna, & sic patet sol. ad cauillum.

Tex. 32.

Dubitauerit autem aliquis, si unus est specie motus, cum ex eodem in idem aliquid mutetur, ceu punctum ex hoc loco in hunc locum iterum, iterumúe, at si sit hoc, erit circulatio circulationi aliter directioni eadẽ, et uolutatio ambulationi.

Sed circa dicta quærit an motus sortiatur vnitatem è termino ad quem, & videtur q̃ non, quia si ab vnitate termini ad quem motus ipsi speciem sortiantur, tũc motus in chorda & arcn essent eiusdẽ speciei, & sic motus circularis & rectus essent eiusdem speciei. Iterũ volutatio siue reuolutio ambulationi eadem specie erit, & sequitur cõsequentia, quia omnes isti possunt esse ad eundem terminum specie. Quo vero ad verba græca attinet animaduerte Aristo. imaginatum esse punctum moueri more mathematico, & hoc vtitur pro exẽplo, non pro veritate.

Tex. 33.

An definitum est diuersum esse motum, si id in quo est motus, specie sit diuersum, orbiculare autem à recto specie differt: genere igitur & specie motus hoc pacto est unus.

Respondet Arist. motus sortiri vnitatem à termino ad qnem capiendo terminum ad quem, pro vltimo & medin siue via per quam fit, & sic licet orbiculare & rectum quo ad terminos ad quos non specie differunt, quo tamen ad media, per quæ fiunt, differunt, & sic motus ipsi specie differunt. Hæc Aris. Quærũt penes quid attenditur vnitas specifica motus. Albertilla ait specificam motus vnitatem attendi penes tria videlicet penes vnitatem specificam terminorum è quibns, &

Quæstio de vnitate specifi motus.

A penes vnitatem specificam medij, atq; penes vnitatem specificam terminorum ad quos. primum persuadet, propterea q̃a aliter dealbatin & denigratio essent eiusdem speciei. nam dato q̃ A sit nigrum, & B albũ, & q̃d A debeat albefieri transeũdo per fuscum, insuper etiã B debeat nigrefieri transeundo per fuscum, tunc cum peruenitur ad fuscum, terminus ad quem vtrorumq; est idem specie, licet termini è quo differunt specie, igit̃ si non requiretur vnitas specifica terminorum è quibus, tunc ambo hi motus essent eiusdem speciei. Secundo, quia aliter auctio & imminutio essent eiusdem speciei, patet hoc si trepidum per diminutionem fiat pedale, & semipedum per auctionem fiat pedale. Sic igit̃ necessaria est vnitas specifica terminorũ è quibus. Secundum persuadet etiam, quia aliter motus rectus & motus circularis non different specie, quia possunt esse B ab eodẽ termino è quo, & ad eundem terminũ ad quẽ, verbi causa, vbi vnus per arcum, & alter p̃ chordã ageretur. Tertium Arist. probauit per hoc, quia motus specificam sortitur nomenclaturam à termino ad quem, dixit autem hæc tria sufficere, quia nec requiritur vnitas mobilis, nec vnitas motoris, nec vnitas resistentiarum, nec vnitas proportionum mouentium, nec demũ vnitas medij materialis, dicunt nec vnitatem medij materialem requiri, nam descẽsus per aerem, & per aquã est vnus specie, requiritur tamen vnitas specifica, & formalis medij, vt dixerũt propter motum in chorda & in arcu. Quibus Albertilla concedit tria. Primũ, motum naturalem, & violentum posse esse eiusdem speciei. Secundum, violentum & naturale esse differentias accidentarias motus. Tertium, non omnem motum sursum esse einsdem speciei cum motu sursum, vt de mo- C tu aeris & ignis. Hæc Albertilla, & plura alia. Sed hæc positio nõ est peripatetica, nnllus enim peripateticus vnquam somniauit ad vnitatem specificam motus esse necessariam vnitatem specificam terminorum è quibus, & hoc rationabiliter, primo q̃ cessat, auctn motu, non est de essentia vel ratione motus, sed terminus è quo continuo cessat, sicut motus cõtinuo intendit̃, igitur non est de ratione motus. Secundo idem motus esse non potest in diuersis speciebus, sed terminus è quo & terminus ad quẽ plerunq; differunt specie, igitur terminus à quo non attinet ad ratinnem motus. Tertio, ratio quam significat nomen est definitio, sed motus non definitur per terminum è quo, vt dixit Aris. igitur terminus è quo non est de ratinne motus. Propterea cõiter tenet̃ fere ab oĩbus motũ speciẽ sortiri è termino ad quẽ & à medio, prætermittit̃ aũt terminus è quo D propter rationes assignatas, & ita volũt ad hoc vt aliqui motus sint eiusdẽ speciei specialissimæ duo requiri, & q̃ sint ad terminos ad quos eiusdẽ speciei specialissimæ, & qnod media p̃ se ordinata in illos terminos sint etiã eiusdẽ specie specialissimæ. Sed solet obijci primo, quia saltẽ in artificiarijs motũ speciem nancisci à termino è quo, & ab agente est famosum, vt dicit Auerro. 2. huius, cõm. 14. veluti is motus, qui est ad sanitatẽ curatio solet appellari. Secũdo, quia nũc duæ albefactinnes pñt esse alterius spẽi, si altera per rubrum, altera per fuscum procedat in terminũ ad quẽ. Solet defendi hęc positio, dicendo ad primũ vno modo, dicta hæc habere locum in motibus naturalibus, non artificiarijs. vel dici põt tam in naturalibus, q̃ artificiarijs motũ esse de specie termini ad quẽ, licet nomen accidentarium quandoq; sit à causis accidẽtarijs, vt curatio quæ reuera est

Quare semper motus in albedinem est idẽ specie, motus in idẽ, vbi non est semper idẽ specie. Vide Egi. hic.

Quæ sufficiũt.

Excepta.

Confutatio positionis.

Cõmunis põ.

An linea recta & linea circularis sint eiusdẽ speciei. Vide Bur. hic.

Obiectiones.

Defensio.

sanatio & motus naturalis, speciem habēs à sanitate, nomen tamen habet à curatore, quia curator est causa sine qua non. Ad secundum: Albertilla cōcedit albationem per rubrū specie differre ab albatione per fuscū, quia vult ad vnitatem specificam requiri ambo, ad differentiam vero sufficere alterum tantum. Iuniores ex verbis Auerro. partim cōm. 22. huius Quinti, partim cōm. 22. Decimi Meta. colligunt medium esse duplex, per se, & per accidens: modo medium per se est forma diminuta, medium per accidēs est vt rubrum, croceū, & id genus. ad rem dicunt motus differre specie quotiens per media per se procedunt differentia specie, nō autem quotiens procedunt per media per accidēs, aut forte dici posset rubrum, fuscū, & id genus nō esse media motus atq; transitus, sed media speciei & essentiæ, & sic penes hæc non attenditur differentia motuum.

Propria pō. Hæc pro defensione illorum. Ego vero tutius puto esse dicendum alter esse in motu locali, & alter in alteratione, siue alijs id genus motibus. In alteratione. n. motus differunt specie propter differentiā terminorū ad quos tantum. nam motus non est aliud quam terminus ad quem remissus. In locali autem motu requiritur vnitas medij & vnitas termini ad quem. causa est, quia in motu locali quodlibet punctum potest esse terminus ad quem completus, at in alteratione terminus completus non est, nisi qualitas sub esse intenso, & perfecto. Amplius non est de ratione motus localis terminus ad quem, nam potest esse motus localis sine termino ad quem, vt motus cœli, non autem potest esse motus localis, sine via atq; medio. Qua ratione fit vt motus locales differāt tā penes media quā penes terminos ad quos, & principalius penes media, qua medium est essentialius motui, quam sit terminus ad quem. Huius autem signum est, quia Aristo. in dubitatione & in solutione dubitationis oīa dicta sua dirigit ad motum localem, dum dicit medium esse de ratione motus, hæc vero ignorarunt iuniores. De forma vero vtrum maneat eadem numero è principio motus vsq; ad finem, est quæstio calculatoria, quæ cū non sit intentata à peripateticis, sitq; pro oī parte probabilis, prætermittat.

Tex. 34. *Simpliciter autem is motus unus est, qui substantia atq; numero unus est. Sed quisnam sit talis, patebit diuisione facta: tria enim numero sunt circa quæ motum unum esse dicimus, quod, & in quo & quando: dico autem quod, quia necesse est aliquid esse, quod mouetur ceu hominem aut aurū. atq; in quo illud mouetur, ut in loco, aut affectione, & quando, nam in tempore unumquodq; mouetur.*

Exposuit quisnā motus sit vnus genere, quisúe vnus specie, nunc quisnam sit vnus numero, siue quisnam sit vnus simpliciter & proprie, quod idē est. declarat autē hoc ex ijs, circa quæ est motus, ea. n. circa quæ est motus, sunt numero tria, videlicet subiectū quod mouet, genus in quo est motus, qđ est duplex, locus & affectio, vt dicit The. & tertium est tempus quando mouetur, & hæc tria exponit dicēs, dico autem quod, quia necesse est aliquid esse, quod mouet, vtpote hominē, aut aurum, atq; in quo illud mouetur, dico vt in loco, aut affectione, & qñ dico, nā in tempore vnumquodq; mouetur. Quo vero ad verba attinet Arist. dixit suba atq; numero, nā motus qui substantia est vnus esse pōt genere, specie, & numero, quibus vt Auer. sentit motus essentialiter diuidit. nā vnum & essentia & quidditas in rebus idem est. Sed hoc Auer. additum non videtur

Qua contra Auer.

E Metaphysicū, nam licet vnum non sit accidēs essentiæ, vt putauit Auic. vnitas tamen rei nō est essentia rei, immo æquinitas est tantum ipsa, nec vna, nec plures. Sed res hæc Metaphysicis omittatur, quo vero greca verba attinet, verbū illud vnū in quibusdā græcis codicibus nō legimus, sed hoc mō videlicet, tria. n. numero sunt, circa quæ motū esse dicimus. Quæ pñt stare, & recte.

Horum autem id quidem quod est genere, aut specie esse unum, est in re ad quā motus ipse fit, id uero quod est esse attiguum, in tempore erat, at esse unum simpliciter, in cunctis his consistit, etenim id ad quod est motus, unum esse oportet, atq; indiuiduum, ueluti formam. Insuper etiam ipsum quando ut tempus etiam unum esse oportet, & non intercisum. Amplius id quod mouetur etiam unum. Tex. 35.

F Erat ipsius motus triplex vnitas, vt generis vel speciei continuitatis, vel contiguitatis, & vnitas simpliciter siue numeralis declarat modo quid sufficit ad vnāquāq; harum. & inquit, horum aūt trium vnorum, id quidem quod est aut genere aut specie esse vnum est in re ad quam motus ipse fit, hoc est ad vnitatem genericam aut specificam motus sufficit vnitas generica, aut specifica termini ad quem, id vero quod est esse attiguum siue vnum contiguum in tempore erat, hoc est sufficit vt tempus non sit intercisum, & forte per attiguum continuum intelligit, sed non refert, sic igitur ad vnitatem cōtiguitatis motus sufficit vnitas temporis, at esse vnum simpliciter specie, & numero motum, requirit vt quodlibet horum sit vnum numero simpliciter, propterea dicit in cunctis his consistit, & hoc declarat. d. &. n. id ad quod est motus esse vnū oportet, nisi enim terminus ad quem sit vnus, non pōt motus esse vnus, & non modo vnus esse debet terminus ad quem, sed indiuiduus, veluti formam oportet esse vnā indiuiduam. Insuper etiam ipsum quando cuiusmodi est tempus esse vnum oportet, & non intercisum. Tertio etiam id quod mouetur oportet esse vnum, igitur ad vnitatē simpliciter motus necessaria est vnitas simpliciter vniuscuiusq; horum.

G

Modo nec per accidens sit unum, ut album nigrescere & coriscum ambulare, quippe cum unum sit coriscus & albū, sed per accidens, nec commune, nam esse potest ut duo homines simul eadem cōualescant sanatione, utpote ophtalmia, uerum non unus hic motus, sed specie unus.

H Quia duo requirūtur ex parte mobilis ad vnitatem simpliciter motus, primo q ipsum mobile sit vnū per se, secundo q sit vnum indiuiduū, ideo ait, modo nec per accidens sit vnum ipsum subiectum quod mouetur, ceu album & coriscus, hæc enim cū sint vnum per accidens conceditur idem nigrescere, & ambulare, vt ratione albi nigrescere, ratione autem corisci ambulare, igitur requiritur vt ipsum quod mouetur, sit vnum per se. Secundo requiritur, q sit indiuiduū, & hoc ait, nec cōe esse debet id qđ mouet, nā esse potest vt duo homines numero, qui sunt vnus specie, simul eadē conualescāt sanatione, vtpote pergētes ab eo morbo oculorū, quem græci ophthalmiam dicūt, verū non vnus hic motus est, quāuis ipsum quod mouetur sit vnum specie, sed specie vnus, igitur requiritur vt ipsum quod mouetur, sit vnum per se, & indiuiduum, nec curauit explicare q tempus sit vnum numero, quia non potest esse nisi vnum numero omnium tempus, nec quòd terminus ad quē sit vnus numero, quia si est vnus specie, & tempus vnum numero, mobile quoq; vnū numero,

ro, erit motus vnus numero, duę enim albationes eiusdem mobilis numero esse non possunt, nisi sint ambæ vna numero: aut forte nõ explicauit nisi de mobili ipso, quia dedit intelligere in alijs, debet enim esse vnum tempus numero & per se, vnus terminus ad quem numero & per se & vnum mobile numero, & per se: Sic igitur requiritur ad vnitatem numeralem motus, vnitas termini ad quem, vnitas temporis, & vnitas mobilis. Hæc Aristote.

Tex. 36.

At qui si Socrates eadem alteratione specie alio atq; alio tempore alteretur, si corruptum quidem iterum idem numero fieri potest, erit et hæc alteratio una, sin autem non potest, erit eadem specie, sed non numero una.

Vt diximus dubitari posset, vtrum veluti requiritur vnitas numeralis mobilis, requiritur vnitas numeralis termini motus ad quem. Respondet sub conditione iuxta duas positiones, & inquit, atqui si Socrates eadem alteratione specie alio atq; alio tẽpore alteretur, si corruptum quidem iterũ idem numero fieri potest iuxta vnam positionem, erit & hæc alteratio vna, sin autẽ nõ potest iuxta aliam positionẽ, erit eadem specie, sed non numero, & hæc est veritas, & ita oportet vt sit idem terminus ad quẽ numero, & non specie, vt diximus.

Que Auer. com 36.

Auer. vero textum hunc non de vnitate termini ad quem exponit, sed dupliciter de vnitate temporis, & de continuitate motus, est. n. primus sensus, vtrum requiratur idem tempus numero ad vnitatem numeralem motus, quia videmus Socratem nũc vna, nũc eadem specie sanitatẽ conualescere. Secundus sensus est, cum motus sit successorius, & continuo partes fluant, vtrum sit idem motus numero & cõtinuus à principio ad finem, Et addit ꝙ si sensus quæstionis sit secũdo modo, tunc hæc est differentia inter partes motus cõtinui, C & motus qui post corruptionem redeunt, nam in reditu motus post motum interuenit tẽpus & quies, in partibus vero motus continui nõ interuenit quies aliqua, nec demonstratur aliquid stare. Hæc Auer. Sed reuera

Confutatio.

hæ expositiones non conueniunt græcis verbis. Arist. enim non quærit, nisi de vnitate numerali termini ad quem, signum autem est quia de illo exemplificat, vtpote de sanitate ipsa.

Tex. 37.

Habet aũt dubitationẽ huic similẽ. Si eadẽ sit sanitas atq; oĩno habitus & affectiones substantiæ in corporibus necne.

Mouet obiter dubitationem vtrum forma accidentalis quæ est in subiecto continuo tendente ad corruptionem, continuo fit alia atq; alia, verbi causa, vtrum sanitas quæ est in animali, qđ continuo tendit ad corruptionem sit alia mane & alia vesperi, an semper eadem, & vt dico de ipsa sanitate, ita de omnibus alijs habitibus, & affectionibus corporum est quęrendum, inquit, habet autem dubitationẽ huic similẽ, si eadem sit sanitas atq; idem omnino habitus, & eædem substãtiæ affectiones permanẽtes semper in corporibus necne.

Causa qõnis.

Mouetur autem hæc dubitatio obiter, & non per se, quoniam est similis dictæ quæstioni, quantum ad hoc, quia quærit de corrupto, vtrum idem numero rediro possit. Amplius mouet, quia ex solutione huius quæstionis, patebit id quod sub conditione dictũ est in solutione dictæ quæstionis, vt Auer. indicat.

Nam ea quæ mouentur, labi atq; defluere uidentur. Insuper etiam si eadem atq; una sit mane & nunc sanitas, cur & cum rursus aliquis amissam recuperauerit, & hæc & illa una numero non erit, eadem enim ratio est.

Prima expositio.

An sanitas corrupta redeat eadẽ numero, & an to to tpe quo durat sanitas sit eadẽ numero. Vide Egi. hic.

A Arguit ad dubitationem, primo quia vt Heraclitus est auctor subiecta accidentium quę mouentur & sunt corpora mobilia, succedere atq; defluere videntur. Sunt enim in continuo fluxu veluti fluuius, vt dictum est in Metaphysi. arguitur igitur, subiecta continuo fluunt, & cõtinuo labi videntur, igitur accidentia continuo fluũt, & ita nõ est eadẽ numero sanitas. Secũdo arguit aut sanitas est alia atq; alia, aut eadem, si alia atq; alia, habetur propositum, sit eadẽ atq; vna mane, & vesperi, cur & cum rursus aliquis amissam recuperauerit, & hæc recuperata, & illa perdita vna numero non erit eadem. n. ratio: quasi dicat, vt subiectũ in recuperatione sese habet in fluxu continuo. igitur aut nũquam ea eadem numero sanitas recuperabitur, aut oportet dicere, ꝙ veluti alia atq; alia recuperatur, ita alia atq; alia continuo est. Hæc est dubitatio, & dubitationis causa. Aut forte

Secunda expositio.

B magis, ad verba videtur Aristo. mouere duas quastiones, quarum prima erit, vtrum sanitas, & vniuersaliter habitus sit idem numero semper in subiecto transmutabili. ad quam quæstionem arguebat ꝙ non, nam ea quæ mouentur vt subiecta oĩum accidentium labi atq; defluere videntur continuo, igitur & habitus existẽs in tali subiecto. Secunda quæstio est, si eadem sit sanitas atq; habitus idem, qui manet in continuo fluxu, quare sanitas recuperata non est eadem numero cum amissa. nam si sanitas existens in continuo fluxu atq; cõtinua transmutatione, potest eadem numero esse, etiam per trausmutationem recuperata potest esse eadem, hoc inquit, sin autem eadem atque vna sit mane & nunc vesperi sanitas, cum hęc sit in continuo fluxu atq; trãsmutatione, cur & cum rursus aliquis amissam recuperauerit, hæc supple recuperata, & illa amissa vna numero non erit. Eadem enim ratio est, quia illa quæ est in fluxu videtur esse alia atq; alia, similiter & hæc amissa alia videtur à recuperata, quare videtur hoc non irrationabiliter secũdo loco quærendum, & sic patẽt duę qõnes.

Tex. 36.

Verum intantum interest, ꝙ si duo, propter hoc ipsum, ut numero unus est, & habitus necesse est. Vnus enim numero actus unius numero est, sin autem habitus est unus, fortasse non alicui adhuc et actus unus esse uidebitur, cum. n. aliquis ambulare cessauerit, nõ est amplius ipsa ambulatio, at si iterum ambulauerit, erit profecto illa, Si igitur una eadẽ est, unumquodq; & idẽ corrumpi persæpe & esse poterit, uerũ dubitationes hæ extra præsentem considerationem existunt.

Quicquid expositores & græci, & latini laborauerint, ea quæ hic Arist. asserit, non faciunt aliquo pacto ad solutionem dictarũ quæstionum, comparat. n. habitum & actum ad vnitatẽ & pluralitatẽ, quod minime D quæstionibus cõuenit, ait. n. ꝙ si actus aliqui sint vnus actus, habitum quoq; vnum esse necesse est, nõ autem ecõtra, quia stat habitum vnum esse, & actus plures, at si habitus plures fuerint, actus quoq; plures erunt, non autẽ econtra, quia stat esse plures actus, qui sunt vnus habitus, hæc Arist. multũ, vt mihi videtur, ab re ipsa, inquit, verũ intantũ interest, ꝙ si duo, supple actus vt numero vnus est, hoc est si actus est vnus numero, & supple vnũ numero habitum necesse est esse, igitur si vnus actus est, habitus quoq; vnus erit, at contra non valet, & hoc inquit, sin aũt habitus est vnus, fortasse nõ alicui adhuc & vnus esse videbitur, quia vnius habitus possunt esse duo actus. Sed quid Aristote. per habitum,

Declaratio verborum.

græce ἕξιϛ est, & quid per actum, qui græce est ἐνέργεια intelligat, non est eodem modo intellectum apud oẽs

Prima expō Auer. & latinorum.

Auer. & expositores latini per actū motum, & per habitum formam, siue terminum motus intelligunt, & tunc exponunt ꝙ actus est vnus, etiā habitus est vnus, quia si motus est vnus, non esse pōt quin terminus etiā sit vnus, at fieri pōt, vt terminus sit vnus, & motus non sit vnus, vt in lationibus ipsis patet, vbi videt manifeste vnus terminus ad quem esse duorum motuū localium, & hæc expositio verbis conuenit satis Alexan. vero, quem nos videmus, vt mihi videt, melius hunc locū intelligit, velle. n. videt Aris. per habitū, quē græco verbo hexim appellat intelligere subiectum, quod formā & accidens habet, per energiā vero, siue actū accidentarias formas, erit igitur sensus, ꝙ si accidēs sit vnū numero subiectum, oportet esse vnū numero: non. n. accidens vnum numero esse pōt in diuersis subiectis numero, at subiectum esse potest vnum numero diuersorum accidentiū numero, & ad hunc sensum vadit exemplum qd' subscribit. d. cū. n. aliquis ambulare cessauerit, nō est amplius ipsa ambulatio, at si iterum ambulauerit, erit profecto ambulatio illa, non dico eadem numero, sed eadem specie, in quo casu habitus, id est subiectum erit ambarū ambulationū idē numero, & ambulatio vna numero non pōt esse diuersorum numero subiectorum, & hoc subdit, si igitur vna & eadē est supple ambulatio, quæ corrupta est, & quę recuperata est, voúquodq; & idē corrūpi præsepe, & esse potest, quod est impossibile, igitur sunt duæ, & tamen subiectū est vnū, igitur subiectū stat esse vnū, & accidentia esse plura, verum quia quæstiones hæ transcendūt considerationem, transmittit illas ad Metaphysicos. Videt aūt mihi magis ad rem expositio attributa Alexādro, quia per illam saltem tollitur prima quæstio quæ erat, vtrū in subiecto labente fluxibiliq; continuo possit vnū accidens numero continuo permanere, iā patet solutio, ꝙ non, quia bene ad mutationem subiecti sequit mutatio accidentis, & non econtra, ideo non pōt esse eadē numero sanitas è principio vitæ ad finē vsq;, quia subiectum fluere & labi videtur continuo, atq; aliud esse atq; aliud semper. differt enim Socrates senex à seipso puero, vt dixit Porphyrius. Amplius hæc expositio conuenit exemplo de ambulatione, quod in textu exposuit, nec tamen verbis disconuenit, nam Arist. sæpe per echon, hoc est habens, subiectum accidentis intelligit, igitur non est remotū, si hexis venit ab illo, vt intelligat subiectū, & ꝙ per energiam siue actum intelligat accidens saltem cōmune, est bene rationabile, quia actus est qui transit, veluti accidēs cōmune, vt sciunt Metaphysici, demum per hanc expositionem etiā secunda quæstio tollitur, erat. n. secunda quæstio, si sanitas est eadem, quare sanitas corrupta non pōt eadem numero recuperari, patet solutio, nō. n. sanitas est eadem numero mane & vesperi, sed continuo alia, vt subiectum est, aliud atq; aliud, quare hæc expositio Alex. est tenenda ad mentē Aristo. Quærūt an idem numero corruptū possit redire, quæ quæstio nō debuisset hic moueri, sed in libro de Generatione, sed quia illic omisimus, volumus nunc aliqua breuibus transigere, quæ philosophis & theologis erunt vtilia satis. Et primo arguit ꝙ non, quia vt dicit. 6. Ethi. authoritate Agathonis, hoc modo solo priuat deus facta infecta facere. Secūdo arguit in contrarium, quia causæ sunt æquipotentes post generationem alicuius, sicut ante, sed ante poterant generare illud, igit post corruptionem illius, poterunt idem generare. De quæstione Platonis solet attribui idē nu-

Expō Alexā.

Approbatio expōnis Alexandri.

Quæstio de resurrectione. Vide Sco. d. 43. quarti. q. et sequaces et alios theolo.

Pō Platonis.

E mero corruptum posse redire, immo vniuersaliter oīa quæ non sunt, postq̄ erūt corrupta, rursus eadē numero regenerabuntur, non modo quo ad formā & materiam atq; accidentia corporea, sed quo ad accidentia aīæ, & formalia, ita ꝙ tu qui nunc es discipulus meus, & lectionem à me audis, aliquando in futurū postquā fueris corruptus audies eādem lectionem à me, & eodem in loco, hæc aūt eadem redire censent in anni magni reuolutione, qui singulis. 36. millibus annorum redibit, quo videlicet tēpore cœlum stellatum cōplet circuitum suum. Mouetur. n. orbis stellatus singulis centenis annis parte vna, at cum ipse in. 366. partes diuidat, sequit ꝙ si illæ per centū multiplicentur, complebitur reuolutio ad annos. 36. mil. quæ supputatio traditur libro de Proprietatibus elementorū, & à Ptolemæo in libro magne compositionis. pro hac positione hoc pa

F cto arguitur, redeuntibus eiusdem causis omnibus remotis & proximis per se & necessarijs, redibūt effectus ijdem numero: sed in reuolutione magni orbis omnes causæ per se proximæ & remotæ redeūt eædem numero, igitur effectus. minor patet, nam redeūt eadem corpora cœlestia, constitutio eadem etiam oīum stellarum & inter se, & ad locum generationis, & non tātum causæ remotæ, sed proximæ, cum enim ipsæ causæ remotæ redibunt, eadem videlicet corpora cœlestia, & eorum constitutio, causæ etiam proximæ reuertentur eædem, quia remotior mouet sibi propinquam, & illa aliā vsq; ad proximā, vt primo Meteororum dicit, & in. 2. cœli. Sed aduersus hanc positionē multæ fiūt rationes fortissimæ. Prima, qa in fine magni anni & si stellæ fixæ redeunt ad eundem motū, quia ad primū punctū arietis immobilis, ꝯ quo omnis motus superiorum incipit ſm

G Ptolemęū, nō tñ cæteræ stellæ in tali tempore venient præcise ad eundē situm, in quo cū stellis fixis steterūt, vt per supputationes perspicuū est, igit in fine talis anni non erunt corpora superiora oīa in tali cōstitutione atq; dispositione, in qua fuerunt in principio eiusdem anni, secundo hoc fundamentum Ptolomæi confutat à Thebitio posteriori, qui obseruauit motū trepidationis, ponit enim motum octaui cœli describi in quibusdam paruis circulis descriptis super principiū arietis & libræ noni cœli, & ꝙ ille est quidam motus accessus & recessus, quatenus principium arietis mobilis in suo circulo ascendit, & per oppositum caput libræ mobilis in suo circulo descendit, & alias conuerso capite arietis descendente caput libræ ascendit, & ita stellæ illæ octaui orbis mouentur simul ſm longitudinē & latitudinē. Modo considerando omnes motus insimul, patebit in

H illo anno magnæ reuolutionis omnes orbes inferiores non posse redire ad eundem situm, quem habuerūt in principio illius motus. Tertio aliqui motus cœli sunt inuicē incommensurabiles, videlicet epiciclorum & deferentium, igitur mobilia incipientia moueri ab aliquo puncto, nunquam simul redibunt ad eundem punctū, patet cōsequētia, quia motus cœli est vniformis, antecedēs vero patet, etiā quia cū motus costæ & diametri sunt inuicē incōmensurabiles, mobilia incipiētia moueri ab eodē pūcto, nūq̄ redirēt simul ad eūdē punctum, etiā si cōtinuo atq; ꝑpetuo vniformiter mouerent. igr̄ eodē mō in cœlestibus motibus, Quarto Ptolemæus in Procemio Apothelesmatū ait: cōstellationē per oīa similē alicui cōstellationi quæ præfuit nūq̄ redire, & hoc esse causam, quare nō pōt esse de rebus iudicium per oīa simile. Quinto petunt vtrū in secūdo magno

Rō pōnis.

Obiectiones Sco. 43. dis. quarti. q. 3. Pau. Ve. in. 2. de generatione.

gno anno redibit idem motus numero cœli, qui in primo fuit, an alius numero. Si idem motus præcise, igitur erit tunc primus annus, tenet consequentia, quia tempus aut est motus cœli, aut consequitur per se illú. Si vero alius est cœli motus, igitur in secundo anno nō erunt omnia quæ erant in primo eadem numero, sed solum consimilia. nam stellæ agunt motibus & luminibus, & ita cum tunc non erunt motus & lumina eadem, nec effectus idem numero. Sexto petunt vtrú Platonis necessario generabit Platonem, & Plato necessario docebit discipulos in academia vel cótingenter: nō est dicédum φ necessario, quia tunc omnia necessario euenirēt, & ita tolleretur libertas arbitrij, & omne con filium, & alia multa absurda sequenť. Si cótingéter, igitur per liberum arbitrium potest pater Platonis Platonem non agere, poterit etiá corpora impedire, ne fint in illo situ vbi prius erant, vt quæ sunt in climate quinto traducere ad clima tertium, & sic poterunt non eadem præcisæ numero redire: Septimo actus liberi arbitrij non subsunt necessario causalitati cœli, & per consequens illi non necessario redibunt idem, & ita nec necessario actus dependendentes ab illis. Nono, quia túc discere esset quoddam reminisci, quod destruiť, Primo Poste. ab Aristo. & in fine Secundi. Decimo Plato in Thimæo tradit animum post decé millia annorum instaurato alarú remigio eodé, vnde venerit redire, præter eius animú, qui digne philosophatus sit, ná hæc ad contuberninm atq; stellam comparem redibit tribus millibus annorum, & ibi beatificabitur. sic igiť anima Platonis hæc quæ digne philosophata est, & in cótubernio stellaq; cópari beeť, igiť hæc aía aut sponte, aut inuite ad corpus descendet: non sponte, quia nihil suam beatitudinem sponte dimittet & ad miseriam sponte nihil accedet. Modo si aía descédet sponte, ipsa sponte beatitudinem omittet, & corpus ad miseriam accedet, nec inuite, quia tunc inuite corpus reget, & violenter cum suo corpore maneret, hoc est contra sensum, quia videmus animá naturaliter corpus regere, diligere & mouere, aut sub alijs verbis eadé ratio est, quia fm húc circulú nulla esset vera beatitudo, quia aía dum beata esset, aut crederet se núq esse rediturá, & sic falsa opinione bearet, aut credit se redituram fore, & tunc timeret, & ita nó esset beata. Vndecimo ut aía separata scit se fuisse in corpore, aut nó, si nó, igitur nó scit omne scibile, & omne verú, vt Plato ait, si scit, igitur cú descendit, deberet reminisci, modo videmus φ nullus homo reminiscit se fuisse. Alij vero peripatetici ad menté Aristo. asserunt nullum corruptum idé numero redire, immo esse impossibile omni ex parte vt idem numero corruptú redeat. Ré hanc dicút patere & ex lib. de Generatione. 2. vbi dicit, quorú suba perijt, nó reuertitur eadem numero. Et hic etiá pro impossibili idé numero redire, in prædicamentis etiá ait à priuatione ad habitú esse impossibilé regressum. vt. 8. Meta. de vino & aceto dicit. Pro hac positione arguit. Primo, illa nó sunt vnú numero simplr, quorú esse non est indiuisum: sed esse eius qd aliqñ fuit & postea corruptum, & esse eius qd est regeneratú post corruptioné, nó est indiuisum, immo est diuisum per nó esse inter mediú, igit non est idem numero. Secundo tunc nihil posset incipere si omne quod corrúpitur, idé numero redit, nihil quoq; desinet, quia nihil nunc est, qd antea nó fuit, nihil etiam numerus non est, quod antea non erat, nam idem numero infinities fuit, & infinities erit, si mundus est æternus.

Positio Ioan. et Marsilij & Henrici.

Rationes Ioannis.

A Tertio tunc vnius rei primo possunt esse plures generationes, nam à primo nunc generať & post corruptionem etiá primo per generationé redibit, igiť vnius rei potuerút esse plures generationes. Alij arguunt etiá quarto, sic, agens naturale siue cœleste, siue elementarium non agit nisi per motú, & cœlú per motum & lumen, modo nullus motus pót redire idem numero maxime de motu cœli, & lumine cœli, vnde nec influētia eadé numero redire pót, igitur nullus effectus redibit idem numero. Quinto gñatio non est nisi præcedat alteratio, alteratio vero non est, nisi præcedat motus cœli, & lumen & influentia cœli, sed nullum horum redire pót idé numero, igitur nulla generatio redire potest eadem numero, igitur nec generatum. Sexto non pót redire idem, nisi ad ipsum sit eadem potentia, sed non pót esse eadem potentia, igitur nec redire idem. minor B declaraf, quia aut eadem potentia semper manet, aut de nouo redit: non semper manet, quia potentia corrumpitur in aduentu formæ, igitur non manet eadem. nec de nouo redit, quia sicut formæ succedit alia priuatione q́ quæ præcessit eam, ita forma resoluitur in aliá potentiam, q́ quæ præcessit. Confirmát, quia quare statim non redit, si eadem potentia manet, vel eadé redire pót. Septimo ad præteritú non est potentia: omne corruptum est præteritú: igiť ad corruptum nó est potentia, & ita non pót redire. Arguunt etiam alij. & octauo æque difficile est fieri aliquid, vt A, ipso A, existente, & ipso, A corrupto, sed per nullá potentiá ipsum, A fieri pót si idem, A numero sit, igiť per nullá potentiá pót fieri, A si ipsum A est corruptú, maior patet, quia non maior potétia est ad, A ipsum, si ipsum, A esset: q́ si ipsum, A esset corruptum, nec ex parte agentis est maior C potentia ad A, si ipsum esset q́ si esset corruptú. Nono aut tota potentia quę fuit ad formá est reducta ad actú in gñatione formæ, aut non, si primú, igiť nó pót amplius materia p suá potétiá recipere eadé formá. si vero nó tota, nó videť consonú, quę potétia esset reducta, & quæ nó, etiá tunc materia appeteret formá, etiá si forma existere in materia, quia materia respectu alicuius suæ potétiæ nó esset actuata illa forma, & sic ratione illius appeteret illá. Decimo, maior est interruptio in esse, q́ in magnitudine, sed interruptio in magnitudine impedit identitatem numeralé, igiť interruptio in esse à fortiori impediet, & sic esse Socratis regenerati & esse ipsius ante corruptioné nó potest esse idem, quia est interruptum per non esse. Vndecimo si redit idem numero annus in reuolutione illa, igitur totum múdi tempus non est nisi vnus annus magnus. 36. mil. annorú so D larium & ita non æternus mundus. Ex ijs concludunt non modo nihil corruptorú redire, immo esse impossibile simpliciter aliquod corruptum idé numero redire. Alij etiam ad mentem Arist. asserunt nullum corruptum corruptione completa aliquando redire idé numero, sed bene idé specie, & hoc pro tanto, quia nunq́ motus idem numero redire potest, nunq́ lumen cœli, quia continuo fluit, nunquam etiam influētia, quæ vel est motus & lumen, vel adducit per motum & lumé, quare nec agens idé numero præcise redire pót, & ita nec effectus vllus, ea tamé quæ corrúpunť corruptione incompleta vt elementa in mixto, aut continuú per diuisioné vt aqua per motú localé, aut per intensioné vel remissioné vt sanitas, quæ excessu caloris redditur ægritudo, reductione illius reddiť sanitas habéti, bene hę possunt eadé numero redire, quia horú formę non

Rationes Ericcri.

Opinio Scoti in. 2. 3. distin. quarti. q. 3.

resoluunť simpľr in materiam, at equus & mulus & id
genus, quæ corruptinne cumpleta corrumpuntur, mul
latenus eadem numero redire possunt, sed solum ſm
speciem, pro hac positione sunt rónes reductę ad duas,
prima est de igne in vno vrinali conuerso in aerem, &
deinde in eodem reuerso ad ignem, cóstat.n. igné vnú
numero esse, qui redit cú eo qui præfuit. Secúdo agés
potest cóseruare eundé numero effectú in duobus mo
mentis, vt in A & B momento, igitur illum effectú re-
generare est qui in tempore medio fuerit corruptus, te
net consequentia, quia non maior potentia est ad con
seruandum & ad generandú, & videť hæc cósequentia
Arist. in litera, qui dixit si sanitas erit eadé numero ma-
ne & vesperi, tunc corruptum idem numero redire po
test, quæ tenet pro tanto, quia non maior est potentia
gñationis q̃ conseruationis. Potest argui tertio de aqua
quæ diuisione corrumpiť, & reunione eadem numero
redit, & de sanitate simpliciter, vt arguit Monachus, po
test.n. sanum simpliciter ægrotare, & eandé numero sa
nitatem recuperare: quia nó corrúpebať corruptione

Positio Pauli Veneti.

cópletam, sed per excessum, aut defectú qualitatú. Ex
his sequitur ꝙ aliqua eadem numero saltem redire pos
sunt. Alij vero dicút ea redire posse eadem numero quę
non desinunt per corruptionem formæ, sed per separa
tionem formæ à materia. Cætera aút per corruptioné
formæ desinunt, hæc redire non posse asserunt de in-
tentione Aristo. Cum enim Arist. posuerit animam ra
tionalem immortalem, & formam substantialem ho-
minum, quæ aliquádo erit ab homine separata loco &
subiecto, cogitur concedere illam iterum fore reunien
dam, quia aliter illa perpetuo esset separata, & ita vio-
lentum perpetuú. Hæc sunt quæ dicunť de quæstione.
Circa quæ primo videndum est de positione Platonis
& de illius defensione. Secundo de opinione Arist. Ter
tio videbimus veritatem. De positione Platonis dici-

De positione Platonis.
Suppositiones platonicæ.
prima.
An forma per se generetur vel compositú.
Vide Sco 7. meta. q. 9. & 10. & Gart. q. 1 huius.
An homo dicat ab i entitatem ab aïa et corpore simul sumptis. Vide sco. 2 di. tertii. q. 2.

mus primo, ꝙ animæ sunt factæ ante corpora quodá
certo & definito numero, quæ post corpora remanét.
Secundo dicimus, ꝙ homo est aïa formaliter, sed ani-
mal humanum est corpus & anima. Homo.n. est ani-
ma formaliter, & corpus participatiue, animal aút hu-
manum est anima & corpus per se. Tertio, dico ꝙ idé
numero est quando principale & formale est idem nu
mero, non quando secundarium & accessorium, quia
sicut penes accessoriú non attenditur esse, ita nec vni-
tas essendi. Quarto dicimus, ꝙ siue mundus cœpit, si-
ue nó, múdus apud Platoné à parte post est perpetuus,
quia nullus artifex & sapiens destruit opus, quod fecit.
Hæc quatuor conceduntur ad métem Platonis, & Plo
tinus qui fuit magnus Platonicus hæc aperte in lib. suo
concedit. Gregorius etiam Nicenus, qni licet sit theo-
logus, est non minus philosophus. Ex ijs patet ad men
tem Platonis ꝙ idem numero hoïes, qui cœperunt in
genitura mundi incipiétibus cœlis mouere & agere ad
hæc inferiora, redibút, quia cú mundus sit perpetuus à
parte post, & aïæ sint quodam definito numero cósti-
tutæ, oportet cócedere easdé aïas ad corpora redire fi-
nito numero descensuú, & cú anima sit formaliter ho
mo & secúdariæ corpus, animal vero humanum sit ani
ma & corpus, homo idé numero redibit. & idé animal
humanú, quia idem homo formaliter ratione cuius di
citur animal. Sed quoniam nó redit anima ad corpus.
nisi eędem in corpore redibunt dispositiones, vel simil
limæ, redeút aút eædé dispositiones, vel simillimæ, cú
cœli & stellarú oïum cóstitutio redibit eadé. Hæc auté

E redit eo anno quo stellæ fixæ & planetæ eundé situm
acquirent & inter se, & ad signa quæ in genitura tenue
runt, iure hoc anno hæc oïa refici Platonici autumát,
qui annus ſm supputationem veteré erit post. 36. mil-
lia annorú solarium. Quòd aút hic reditus sit posſibilis
patet, quia luna potest redire omni mense ad eandé cú
Sole configurationem, & cú cæteris planetis, pót con-
cursus trium idem redire & in eodé signo, & in eadem
signi parte, & sicá pari omnes respectus stellarú & in-
ter se & ad fixas in longiſsimo tépore redire poterunt,
siue tépus illud sit. 36. mil. annorum, siue maius siue mi
nus. Is.n. annus, quo stellæ ita sese habebunt, vt erant in
mundi genitura, erit ille, quo animalia humana redibút
eadem numero, & homines idé. Sat.n. philosopho sup
ponere hunc annum fore aliquando rediturum. Eo in-
super anno redibunt cætera animalia, & stirpes, & ele-
F menta & id genus adeo simillima, vt quasi eadé nume-
ro separentur, nó tamen eadem, quia illorú formæ de-
fierunt, sed bene simillima, ná tunc eadé aut simillima
causa redit, huius signum est de herbis, quæ singulis an
nis simillimæ redeunt propter reditum Solis parum si-
milem, quanto magis qñ oïa ex parte cœli redeunt aut
eadem, aut ex toto simillima. Hæc Platonici dicerét, si
velint consequenter ad dicta asserere. De positione ve

De positione Arist.

ro Arist. nescimus quid certi dicere. oportet enim dice
re hac in re consequenter ad opinionem, quam habuit
de anima rationali, modo quid ipse sentit de rationali
anima, non est certú, cuius signú est differentia exposi-
torum, qui tamen omnes credút dicere ad menté eius.

Pó Alexá. & Auer.

Alex.n. Aphrodisius, & Auer. posuerunt rationalé ani-
mam partim æterná & partim corruptibilem, quia ip-
sam confici asserunt ex intellectu, qui est vnus numero
G oïum, & dianoea, quę ex semine traduciť, hác.n. sic con
fectá ex his dicere coguntť esse generabilé & corrupti-
bilem ſm dianoeá, perpetuá vero ſm intellectú. & túc
iuxta hæc oportet concedere, nullam redire posse ea-
dem numero oïno, maxime de his, quæ completa ge-
neratione gñantur, & cópleta corruptione corrúpunť.
simillima tñ posse redire, nó erit iuxta hos concedere
extraneú, vtpote in anni magni reditu. redibunt enim
tunc motus, lumen, & influentia, quibus cœli agunt &
materiá parant, nó idé, sed simillimi, quare effectus nó

Positio Scoti et Gyberorum.

idé, sed simillimi etiam redibunt. Si vero dicať ad men-
tem Arist. ꝙ aïæ rationales omni ex parte cú corpori-
bus incipiunt, & cú illis desinunt, vt multi Arist. opina-
tum esse asserunt, proculdubio facilius coguntur ij con

Positio Thomæ

cedere nihil idem numero redire penitus, sed solum si-
millimum, vt dixerút. Alexan. & Auer. Si vero de méte
H Aristo. teneať aïas rationales per creationem incipere
in corporibus, & nó ante, & eas post morté remanere,

Contra Paulum Venetú.

vt Thomas ad mentem Aristo. vbi enititur sustinere,
nec tunc oportet concedere hoïum reditum. Vt dixe-
runt Blacterones, qnia dato ꝙ aïæ remaneant, non est
absurdum cócedere etiá aliquod violentú perpetuum
ſm numerum, modo non deficiat ſm specié, nam licet
sit aliqua aïa violenter perpetuo separata, aliqua eius-
dem speciei semper est corpori alicui vnita, quia apud
Arist. mundus est perpetuus, in quo semper homines
sunt per vnioné aïæ ad corpus, & semper aliqui gene-
ranť, & semp corrumpunť per separationé aïę à corpo
re, & sic sunt semper separatæ, & semper aliquæ vnitæ,

Replic.

& sic non est absurdú. Sed dices, salté nulla post mor-
tem erit perfecte beata, quia quælibet erit cum aliqua
violentia, & cum desiderio reuniendi. Modo beati-
tudo

tudo est finis oĩum desideriorũ. Amplius tunc Arist. cogitur negare quod concessit, aut concedere quod negauit, videlicet infinitum in actu, vt numerum animarum infinitũ, quia mundus est perpetuus. Dici potest ꝙ anima boni erit beata, modo appetitus rationalis & intellectiuus sit completus, non autem appetitus naturalis, anima autem appetit corpus appetitu naturali, & sic non est impossibile ipsam esse beatam complete iuxta desiderium rationale, cuius finis quæritur in beatitudine. Beatitudo.n. est finis non cuiusq; appetitus, sed tãtum rationalis, anima.n. boni beata est sine desiderij rationalis. Id enim quod sibi deficit de appetitu naturali, facit eam minus beatam intelligentia, non tamen tollit beatitudinem essentialem. Ad secundum dicerẽ Aris. negasse numerum infinitum actu, qui sequitur ex diuisione continui, nunquam tamen negauit numerũ infinitum, qui non à diuisione continui proficiscit, sed à perfectione rerũ. Sic igitur nec iuxta hanc positionẽ Aristo. cogit concedere reditũ eiusdẽ rei. Si autem de anima ita senserit Arist. vt Plato, veluti multi putant, dicẽtes Aristo. à Platone in nullis dissentire, ex quæ Plato concedit de reditu, Arist. concedat necesse est. Quo fit vt nihil certi habeamus in opinione Aris. hęc de positionibus philosophorũ, sat dictũ sit, & de veritate rei agamus. Et primo dicimus ꝙ reditus vnionis animæ rationalis ad materiam, vel cuiusuis formæ ad materiã non est impossibilis, hoc persuadetur quia quotiẽs est effectus aliquis impossibilis, hoc euenit aut ex parte agentis, aut ex parte materiæ, aut dispositionũ, quibus ille effectus est in materia, nõ quidẽ ex parte agẽtis, nã agẽs vře continẽs perfectiones oĩum agẽtium pōt agere quicquid egerunt agẽtia particularia, & vltra, igitur cum deus sit agẽs vniuersalissimum, & continẽs perfectiones oĩum particulariũ agentiũ quantũ est ex parte sui pōt agere omne illud, qđ egerũt particularia agentia, & sic ex parte agẽtis non est impossibilitas reditus. nec ex parte materiæ, quia materia est æque potens ante rei generationem, sicut post rei corruptionẽ, est.n. potentia eius infinita ante & post in recipiendo. nec ex parte dispositionũ, quia dispositiones sunt effectus particularium agẽtium, sed agens vniuersalissimũ est continẽs virtutẽ oĩum particulariũ, igiꝰ si illas poterũt particularia, poterit vře sine particulari, quare reditũ illum oportet esse possibilẽ. Secundo si iste reditus est impossibilis, est ex parte motus cœli atq; luminis, quę nõ possunt redire eadẽ numero: sed deus pōt supplere vicem cuiuscunq; causæ, cuiuscunq; instrumenti, & cuiusuis dispositionis, igiꝰ nec hac ratione est impoẽ. Secundo dicimus ꝙ iste reditus aliqñ erit in loco in quo redibimus nos perpetui, nullis egẽtes, sed perfecti, impassibiles, & qui bene vixerimus beati. Quod quidem perpetui, declaratur, quia nos naturali desiderio & per se desideramus perpetuitatẽ nõ modo in specie, sed in proprio indiuiduo. Dico per se, quia solus homo immortalitatem expectans, vt dicit Plato, ad religionẽ, pietatẽ, vigilias, atq; labores se exponit, quod natura frustra & deus nulli dare debet, at aĩalia nõ p se mortẽ aufugiũt, vt immortalitatẽ expectẽt, sed vt vitę q̃ hñt, aduersam atq; contrariã, qđ est quasi per accñs perpetuitatẽ desiderare, quare nullũ aĩalium perpetuitatẽ in proprio indiuiduo desiderat per se, nisi solus homo quod esset absurdũ nisi aliquãdo perpetuitatẽ in proprio potireẽ indiuiduo. Quod tũc pfectiores redeamus, simili coniectura persuademus, quia oĩum hominũ appetitus est

Respon. ad rep̃licas. *Positio Iohãnis grammatici.* *De veritate re.* *Quod reditus non impossibilis.* *Prima ratio.* *Secũda ratio.*

A semper ad melius, igitur nisi aliquando veniet status ita melior, vt nullus sit expectabilior, humanus appetitus iret ad immensum, oportet igitur aliquando venire talem statum, in quo homines nihil um aut par egebũt, quem tantopere expectant, & pro quo omnes homines semper laborant, talis est status resurrectionis, erit.n. ille quo ad oĩa melior, vt per oĩa licet discurrere. Quod tunc impassibiles, testis est cura hominũ naturalis pro impassibilitate reperienda, & naturalis enixus ad illam acquirendam. Epicurei enim pro impassibilitate vendicãda, potestates, diuitias, honores, status, atq; robur constituerunt. Pro hac Stoici virtutes & Achademici pro hac legumlatores religiones & cultus deorũ, atq; vigilias. oẽs.n. impassibilitatẽ nancisci suis vijs credidetunt. Epicurei quidem voluptate, achademici virtutibus, legũlatores dogmatibus & religione. nemo vero
B enti debet ad impossibile, igiꝰ aliquando erimus impassibiles. Quod qui bene vixerint, beati redibũt, declaraꝰ nam beatitudo quæ est hoĩs finis per Aristote. & oẽs philosophos, aliquando homini debet dari, alioquin finis ille frustra esset. quod non concedunt philosophi, & non aĩæ tantum tribui debet, sed corpori, quia non mõ aĩa bonũ agit, sed corpus, cuius propriũ est participatione aĩę viuere, & bene viuere, igiꝰ beatitudo erit finis coniuncti, & nõ pro hac, videlicet vita passibili, tũ quia beatitudo est vita sempiterna, vt declaraꝰ. 12. Metaphy. & alibi, & oẽs Philosophi probãt, igitur nisi impassibiles redeamus, impassibili vita frui non poterimus, tum propter multas, quibus vexamur, miserias, vtpote propter varietatẽ fortunæ, corporis languores, egentiam bonorum, & alia id genus, quare hæc beatitudo aut nunq̃ erit, quod est contra decretũ philosophorũ, & conatũ naturæ, aut si erit, tunc erit cũ impas-
C sibiles redibimus. Quod quidem fatuus ille Auerro. videre non potuit, licet somniauerit. Cõcludamus igitur talem beatum reditum aliquando fore. Et hunc celeberrimi authores balbutiendo indicarũt. Empedocles quidem canes mundi circulum per concordiam & discordiam. Plato autem reuolutionem magni orbis conieẽtans, hanc vitam voluit significare. Hermen forsitan in Pimandro per eius insomnium eãdem vitã recte descripsit. Poetæ hanc allegorizant per ne ꝉtar & ambrosiam hanc demum boni fideles expectantes religiosis armis propugnarũt. Quod vero rationes philosophorum nihil concludant, immo nec simpliciter, nec contra Platonem, nec cõtra veritatẽ, explicemus. Ad primum contra Platonem, dico ꝙ licet nõ redeat eadem oĩum stellarũ constitutio, quæ præfuit in mundi geni-
D tura, præcise ad. 36. mil. annorum, sufficit Platoni ꝙ aliquando illa sit reditura. Plato aũt reuolutionẽ ad tot annos posuit, quia suis temporibus non in stellis nec erraticis, nec fixis tanta motuum differentia adinuenta, & ita licet ipse reuolutionẽ ad præcisa temporaria nõ assignauerit. nõ propterea erratur, quia reuolutio illa erit oĩno, & per idem illam Thebitij obseruatio propositũ nõ tollit, quia si vera sit, reuolutio Platonis est concedẽda, saltẽ ad alia tẽpora. quæ ipse posuerit, sm.n. oẽs astronomos nõ ẽ aliqua cœli & stellarũ cõstitutio, quę aliqñ per longinqua temporũ interualla nõ sit tandem reditura. Ad tertium dico ꝙ illi motus cœli, qui incommensurabiles sunt, nunq̃ erunt cõmensurabiles, oẽs tamẽ sunt cõfigurabiles, situ ad signa, & aspectu inter se, & hoc mõ cœli & motuũ status, qui fuit tpe quo mundus gñabatur, rediturus est, licet motus semper sint in-

Quod qui bene vixerit beati redibunt. *Authores. Empedoc. Plato. Hermen. Poeta.* *Fideles. Solutio rõnũ.*

commensurabiles. Ad quartum Ptolæmeus loquitur de vita vnius hominis, ait enim nullam constellationem esse venturam præcise similem quo ad oĩa in vita vnius hominis, immo nec multorum, propterea vult apothelesmaticam doctrinam esse difficillimã, quia nec obseruatione vnius, nec multorũ perfici potest. Ad quintum dico ꝙ in secundo anno magno non redibit idẽ numero motus, nec idem numero lumen, nec idem numero influxus. sed omnino propter oĩa similia redibunt, & concedo ꝙ in secundo anno non erunt omnia eadẽ, quia non eadem inanimata, sed simillima, vt diximus de herbis, nec eadem aĩalia, quorum forma periere, sed bene homines idem, propter reunionẽ eiusdem animæ ad corpus, nã licet corpus quo ad dispositiones qualitatiuas, & quantitatiuas nõ sit idem, est tamen idem quo ad principaliorem partẽ, videlicet animam, per quam redit idem animal humanũ, vt dicebatur. Accedit ad hoc ꝙ principiũ indiuiduationis est forma apud Platonicos, & multos Peripateticos. Ad sextum dici potest nihil fore simpliciter necessarium, sed bene ex suppositione, vnde simpliciter nec necessario Plato redibit, nec necessario reget achademiã, sed dato ꝙ omnia sint reditura, & ꝙ mundus est rediturus ad eundem vel simillimũ statũ, & ex suppositione hac, illa erunt necessario, nec hoc est negare philosophiam, nec theologiam. Ad septimum actus hominis sunt duplices procedentes ex intellectu & procedentes ex voluntate post intellectum, scire enim est reminisci apud Platonem, & ideo ex suppositione necessaria erit reminiscentia, absolute vero nec actus intellectus, nec voluntatis est necessarius. Ad octauum concederet Plato totum, quod forte non esset contra Aristo. vt in libro de intellectu disputauimus. Ad nonum dico, ꝙ anima & est intellectus & est natura, quatenus intellectus, nec inuite, nec sponte descẽdit, quia vt intellectus, semper molem corporis transcẽdit, vnde & Thomas recte sentit, cum ait rationalem animam sm gradum intellectiuum non esse formam aut actum alicuius corporis, igit vt sic nec sponte nec inuite ad corpus descẽdit, sed nec vt natura, quia sponte vel inuite agere aut pati non est naturæ actus, descendit igitur naturali ordine ad corpus, nam quidem inuite, vel sponte aliquo pacto: sed dices, saltem omittet beatitudinem qua in contubernio potita erat, negatur, quia semper intellectus est mihi felix, nõ autem semper est mihi felicitas, item etiam semper intellectus est mihi habitualiter felix, nõ autem actu, quare nihil amittit rei, quam habebat, licet actuali careat beatitudine. Sed dices, saltem violenter hac anima carebit actuali beatitudine, non est impossibile dico, modo sit aliqua semper beata, semper enim est aliqua in cõtubernio, quæ nõdum descendit, & aliqua in corpore, quæ descendit, ex ordine enim naturali nõ est impossibilis violentia in indiuiduo, modo in specie nulla sit violẽtia, erit igitur aliqua semper beata, aliqua semper ad corpus existẽs, nulla tamen vna numero est semper beata, quia eius natura est hic & hac cõditione constituta, vt sit ad tempus beata, & ad tempus cõuersa & sine beatitudine. Ad. 10. dico ꝙ aĩa separata scit se fuisse in corpore, ipsa tamen dum est in corpore nõ põt scire vel reminisci ꝙ fuit in corpore, quia reminisci fit per excitationem alicuius similis vt dicit Plato, at nullum est hic simile, quo reminisci poterimus illius, sed bene est coniectura, ꝗ nos babemus rõnibus & syllogismis, licet Pythagoras fatebatur reminisci ꝙ aliquando

An anima separata possit recordari præteritũ quæ ipsa nouit coniecto. Vide Sco dist. 45. quæst. q. 3.

E aĩa fuerit alias in corpore, sed hoc sufficit. Ad rationes pro positione Arist. dico ad primam dico, ꝙ esse, & esse non est interruptum per mediam corruptionẽ, nihil enim interrumpit aliquid, quod non est de illius ratione, modo corruptio vel tempus medium non est de ratione essendi, & ideo non potest esse & esse interrumpere. Ad secundum dico ꝙ aliquid incipit non simpliciter, sed pro tunc, & sic hoc modo incipit, quod nunc est, & immediate antea non erat, & ita dicatur de desinit. Ad tertium dico non esse impossibile vnius & eiusdem rei esse plures generationes successiuæ, sed illas esse simul, est impossibile. Ad quartum aliorum dico ꝙ sufficit vt sit simillimus motus, simillima influentia, quando eadem numero forma remanet vt dictum est qñ autẽ non remanet non eadem redibunt, sed simillima. Ad quintum patet solutio per idẽ. Ad sextũ dico ꝙ siue redeat eadem potentia numero, siue sit eadem potentia

F specie, in reditu illorum, quorũ formæ manent semper propositũ non tollit, quia sufficit eadem potentia specie, cum identitate numerali formæ, & per idem patet, ꝙ non redeunt statim, quia non statim annus magnus redit. Ad septimum dico ꝙ potentia nõ est ad præteritum, ea ratione qua præteritum, potest tamen potẽtia esse ad præteritũ, hoc est ad illud quod est præteritum, quatenus ipsum põt esse futurũ. Ad octauũ dico ꝙ nõ modo difficilius est idẽ fieri ipso facto, & actu existente, sed impossibile, sicut impossibile est vnũ esse duo, & propterea nulli potentiæ subest, at aliquod corruptũ, qđ prius fuit, redire est possibile, & nõ repugnãs, propterea alicui potentiæ subest. Ad nonum dico ꝙ nõ tota potentia specifica est reducta ad actum, & concedo ꝙ materia per specificã potentiã est in potẽtia ad formã, quam

G habet, sed non pro tunc, quãdo habet, sed simpliciter, & hoc sufficit. Ad decimũ dico ꝙ nulla esse potest interruptio in esse, quia tempus & omnia illa sunt extrinseca, & ita quando aliquid redit idem numero non interrumpitur in esse, sed idem esse numero bis est, & propterea illud de magnitudine non est ad propositũ. Ad vndecimum patet, ꝙ reddit annus, non tamen idẽ, sed oĩno similis, & hic sufficit pro reditu hoĩum oĩno eorũdem, & reditu rerum oĩno simillimũ. Sed vtrũ apud Arist. ea quæ corruptione incompleta corrũpuntur, possint redire eadẽ numero, bona esset quæstio. tñ rationes pro parte affirmatiua nullæ sunt. Ad primã de igne in vrinali dico, ꝙ licet remaneat eadem materia, nõ remanet idem motus cœli, nec idem lumen, nec eadẽ influentia, & propterea ignis regeneratus non est idẽ numero, quia dispositiones sunt aliæ atq; aliæ. Ad secun-

H dum friuolũ est, quia minora requiruntur pro conseruatione, ꝗ pro gnatione. põt enim forma ignis in materia conseruari per tres gradus caloris, quæ non potuit per tot induci, nec illud de sanitate est ad propositum, vt patuit exponendo textum. Ad tertiũ de aqua, dico ꝙ aqua non fuit corrupta, propterea nec regenerata, sed vnio fuit corrupta, quæ eadẽ numero non redit, sed simillima. Per idẽ ad illud de sanitate. Hęc igitur sunt, quæ de redditu mihi videntur, tu vero si aliqua inuenêris vltra hæc, bonũ erit addere, redeamus igitur ad textũ.

Cum omnis aũt motus continuus sit, qui simpliciter unus est, etiam continuus sit, necesse est. Si quidẽ oĩs diuisibilis est. Tex. 36.

Tractatus Arist. ꝙ tria requiruntur ad vnitatem numeralẽ motus, videlicet vnitas mobilis, vnitas termini ad quem, & vnitas temporis, primo sumit ꝙ omnis motus

Expositio. An motus sit tus posset vnde verde numero.

Vide Crarū … tex. 4. … motus vnus est continuus, & econtra, o͞is motus continuus est vnus, scd̄o infert propositum ex hac declaratione, sumit itaq; primo ꝙ omnis motus vnus est continuus, quod quidem probat per hoc, quia est diuisibilis, vnde ait, cum autem omnis motus continuus sit, qui simpliciter vnus est etiam cōtinuus sit necesse est, cuius rationem affert.d.si quidem omnis diuisibilis est. Quod vero ad verba attinet, debes scire ꝙ hæc sola est textus conclusio, omnis motus simpliciter vnus est cōtinuus, propterea verba illa, cum autem omnis motus continuus sit, addita sunt non necessario, sed ad habēdum sensum, ratio vero conclusionis est, quia omnis vnus est diuisibilis, & ita iuxta hoc syllogismus erit, omne diuisibile est continuum, omnis vnus motus est diuisibilis, igitur omnis vnus motus est continuus. Sed *Obiectiones.* obiicies, quia natura specifica est diuisibilis, & tamen non est cōtinua. Amplius numerus est diuisibilis, quia B *Solutio.* est diuisus, & tamen non est continuus. Dici potest ꝙ Aristo. intelligit de diuisibilitate quantitatiue, & potētiali non actuali, nō διαιρετὸν hoc est diuisibilis dicit potentiam & non actum, est igitur syllogismus. Omne diuisibile quantitatiue, & potentialiter est continuū, omnis vnus motus est diuisibilis quantitatiue & potētialiter, igitur est continuus, & hoc pacto formando syllogismum tolluntur obiectiones, quia natura specifica non est quātitatiue diuisibilis, sed per differētias numerales, numerus etiam est actu diuisus, & non ptāte diuisibilis, patet igitur prima pars suppositionis.

Et si continuus est, unus est, non enim omnis omni continuus fieri potest. Veluti nec quoduis aliud cuiuslibet alij, sed quorum ultima unum fieri possunt, at ultima ipsa aliquorū quidem nō sunt, aliquorum uero sunt, sed specie diuersa, atq; æquiuoca. Nam quo modo tanget, uel unum fiet ultimum lineæ, atq; ambulationis? C

Secunda pars suppositionis est, ꝙ omnis motus cōtinuus est vnus, & licet multa verba dicat, syllogismus literæ est, omne illud cuius vltima partium sunt vnū, ipsum est vnum, omnis motus continuus est, cuius vltima partium sunt vnum, igitur omnis motus cōtinuus est vnus. de syllogismo tangit conclusionem.d.& si cōtinuus est, vnus est, deinde tangit vim maioris & minoris simul, d.non.n.omnis omni continuus fieri potest, veluti nec quoduis aliud, cuiuis alij continuū fieri potest, sed ea continua fieri possunt, quorum vltima vnum fieri possunt, & quòd non omnia fieri possunt continua: declarat, quia aliqua fieri non possunt continua per carentiam vltimorum, vt substantiæ separatæ & puncta, aliqua vero non possunt fieri cōtinua, quia licet eorum sint vltima, illa tñ differunt specie & æqui- D uoca sunt, quæ minime continuari possunt, & hoc inquit, at vltima ipsa aliquorum quidem non sunt, & ita hæc continuari non possunt, per carentiam vltimorū, aliquorum vero sunt, sed specie diuersa atq; æquiuoca, & hæc minime continuari possunt, propter æquiuocationem vltimorum & specificam differentiam illorū, quod declarat.d.nam quomodo tanget vel vnum fiet vltimum lineæ atq; ambulationis. q.d.impossibile est, & hoc pro tanto, quia vltima illorum æquiuoce dicūtur atq; specie differunt. Ex quibus vult habere ea esse vnum quorum vltima sunt vnum, & hæc fuit maior. Amplius potest colligi vltima, partium motus esse vnum, quia non differunt specie, & ita totus colligitur syllogismus.

A *Attigui igitur erunt, & hi qui non idem specie, & hi qui non idem genere sunt, potest.n.quispiam inter currendum continuo febrem incidere. Veluti etiam flamma traditione est attigua latio, non tamen continua, quippe cum ea posita sint continua, quorum ultimum est unum.* Tex. 40.

Dixerat eos non posse esse continuos, qui vltima quidem habent, sed æquiuoca, delarat nūc quales sint obiter, & quasi extra propositum, & inquit, attigui igitur erunt, & hi qui non idem specie, & hi qui non idē genere sunt. Motus igitur quorum vltima specie vel genere differunt, attigui, & deinceps esse possunt, declarat hoc per exempla.d. potest.n.quispiam inter currendum continuo febrem incidere, vbi motus siue cursus erit attiguus febris incursioni & non cōtinuus, dat s͞m exemplum de flamma, qua est accensio siue motus accensiuus, quādo de lycinio in lycinium traditur, aut quādo de parte in partem procedit, veluti fit in accensione cometæ, aut stellæ cadentis, hoc.n. accensio sic tradita de lycinio in lycinium est latio quidem attigua, non tamen continua, & hoc inquit, veluti etiam flamma siue accensio traditione supple de lycinio in lycinium vel de parte in partem, attigua latio est, non tñ continua, cuius causam reddit.d. quippe cum ea posita sint continua, quorum vltimum est vnum, & ita hæc successiua per traditionem inflammatio videtur latio attigua, quia vltima partium non fiunt vnū propter differentiam lyciniorum & partium quæ inflammatur, & non continua. Quod vero ad verba græca *Declaratio verborum.* attinet, lampas græce latine est fax, hæc tñ pro accensione accipitur, quæ licet non sit latio proprie, videtur latio, siue gerere similitudinem lationis, quod sufficit pro exemplo, in quo non verum, sed verisimile quæritur, & manifestum. Verbum autem traditione græce est διαδοχῇ ἐκ quod nōnulli faciunt duas dictiones, videlicet ab ἐκ: & διαδοχῇ, & tunc est sensus ex successione. διαδοχὴ.n. græce latine est successio, & si sic intelligitur, sensus textus erit veluti ē accensio flammæ ex successione supple de lycinio in lycinium translata vel de parte in partem, latio quidem attigua est, nō tamen continua, & hoc pacto in idem venit.

Auer. vero per illud verbum lampas, intelligit can- *Quæ Auer. cōm. 40.* delam, & tunc exponit exemplum dupliciter, & de motibus eiusdem speciei diuersorum mouentium, & diuersorum mobilium, & decipitur, quia Arist. in litera dicit sic, veluti etiam lampas ex successione est latio attigua, non tñ continua, modo si per lampas candelam vult intelligere, candela non est latio, sed id quod delabitur, ideo Auer. locum non percepit, propterea per *Cōfutatio expositionis Auer.* lampas inflammationem quæ successionem de lycinio in lycinium aut de parte in partem proficiscitur, intelligit, & hoc modo nulla est in textu obscuritas.

Quare attigui & deinceps sunt, quatenus tempus continuum est, continui autē quatenus motus ipsi, hoc autem fit, cum utrorunq; extremum unum est.

Concludit ex dictis differentiam inter motus attiguos siue deinceps, & continuos, & hoc penes rōnes, quibus nomina sortiti sunt, & inquit, quare attigui & deinceps sunt motus, quatenus tempus est continuum duntaxat, cum.n. duorum motuum genere vel specie differentium tempus continuum est, hi motus attigui vel deinceps sunt, vt dictum est de cursu & febris incursione, quoties cursus non desinit, & febris incipit eodem continuoq; tempore, atq; vno momento, continui

tinui autem motus sunt. quatenus motus ipsi sunt cōtinui,& non ob solam temporis continuitatem, exponit autem quid est quo motus continui sint,dicēs,hoc autem sit, cum vtrorūq; extremum vnum est, igitur motus attigui sunt sola temporis continuitate, motus vero continui, quia vtrorūq; extremum vnum est, & licet hæc extra propositum sint inducta, voluit tamē habere omnem vnum motum esse continuum, quod à principio supposuit, vt per hoc procedat propositum colligendum.

Tex. 41.

Quapropter motus qui continuus ac unus est, is idē specie unus, atq; unus, & uno in tempore sit, necesse est.

Constituta suppositione, syllogizat propositū hoc modo, omnis continuus est ad vnum terminū, vnius mobilis,& vno in tempore:omnis motus vnus est cōtinuus per suppositionē, igitur omnis motus vnus est ad vnum terminū,vnius mobilis, & vno in tēpore, & sic habetur hæc tria esse requisita ad vnitatem motus, dicit quapropter motus qui continuus est ac vnus, is idem specie vnus, quo videlicet ad terminum ad quē, atq; vnius, quo ad mobile, & vno in tempore sit, necesse est.

Vno quidem in tempore, ut immobilitas inter partes nō sit, intercapedine enim mobile quiescere necesse est, quippe cum multi & non unus ij motus sint, inter quos quies cadit. Quare si aliquis motus statu intercipitur is neq; unus, neq; continuus erit. Intercipitur autem, si intercadit tempus.

Declarat quod dixerat,& primo q debeat esse vno in tempore,& inquit vno quidem in tempore,hoc videlicet pacto,& immobilitas inter partes non sit, quia intercapedine immobilitatis,mobile quiescere necesse est,quippe cum multi & non vnus motus sint ij inter quos quies cadit,vt toties dictum est, propterea cōcludit quare si aliquis motus statu intercipitur, is neque vnus, neq; continuus erit,& exponit quid sit intercipi dicens,intercipitur autem si intercadit tempus,supple tale in quo quies est, & non motus, sic igitur recte dictum est ad vnitatem motus requiri vnitatem temporis, quod est primum.

Vna uero in specie, aliter enim non unus erit, & si non intercadat tempus, potest enim tempus unum esse, & motus ipse specie diuersus, nam motus unus, & specie unus sit, necesse est. Hunc autem non necesse est simpliciter unū esse, quis igitur motus sit simpliciter unus dictum est.

Quod vero requirat vnitas termini ad quem. Arist. nunc declarat,& inquit. vna vero in specie supple motum vnum esse oportet, quia aliter non erit vnus simpliciter, etiam dato q tempus nullum intercadat, quia potest tempus vnū esse, & motus ipse specie diuersus, & q possit esse tempus vnum, & motus non vnus simpliciter, probat per hoc, quia motus simpliciter vnus, est vnus specie, & non econtra, oīs motus specie vnus est vnus simplr. Modo motus vnus specie potest esse in tempore vno vt dictum est, syllogizetur igitur, motus specie vnus esse potest tempore vno, motus diuersus esse potest vel est specie vnus, igitur motus diuersus esse potest tempore vnus, & sic habetur q vltra vnitatē mobilis requiritur vnitas speciei, siue termini ad quem, prætermisit vero probare q requiritur vnitas mobilis, quia satis ex dictis patet, addit epilogum, & sermo perspicuus est.

Qūa motuum differentiu specie termini sunt differētes specie. v. tac Sco. di. 1. q. 1. q. vnı. ad argumēto pro

Qua Auer. com. 41.

Auer. autem velle videtur q Aristot. probet tria re-

E quiri ad continuitatem motus, quēadmodum tria requiruntur ad vnitatem, & ita vult q per hoc q tria requiruntur ad vnitatem motus, ita tria esse requisita ad continuitatem: erit igitur syllogismus apud Auer. cōuersus ad numerum hoc pacto, omnis motus vnus est subiecto, specie & tempore vno, omnis motus continuus est vnus, igitur omnis motus continuus est subiecto, specie, & vno tempore. Them. vero velle videtur q Arist. concludat tria esse requisita ad motum qui est vnus & continuus, & sic omnes expositiones videntur conuenire textui. Sed hæ quærunt, primo vtrū ad vnitatem numeralem. motus requiratur vnitas numeralis mobilis per se, & arguunt q non ponendo q à mobile descendat, & q continuo vt descendit, ita ex vna parte diminuatur, ex ea autem augeatur, vt potest fieri de gutta aquę, tunc patet motum esse vnum & continuū,

Qua Them.

Prima q̄ de vnitate mobilis.

F & tamen mobile non est vnū, sed continuo aliud atq; aliud. Secundo solet argui de casu cadente de aliqua turri, qui in medio casus moriatur. Tertio solet argui de virga cuius vna medietas sit arida, altera vero viridis. Quarto argui solet de naui plena diuersis specie mobilibus, quæ mouetur vno motu numero, & tamen mobilia non sunt vnum numero, & multi alij casus fieri solent, qui hinc inde legi possunt. De questione tenēt quidam q ad vnitatem motus simplr requiratur vnitas mobilis simplr, & propriissime dicta, & hæc à principio motus vsq; ad terminum motus. Sed positio stare non potest, quia tunc solus motus cœli erit vnus simpliciter, qm̄ omne mobile quod sub sole est continuo est aliud atq; aliud, quia continuo tendit ad corruptionē vel generationem, aut alterationem, secundo tunc motus nauis plenæ diuersis mercibus non esset vnus, quia

Prima pō.

Cōfutatio.

G ipsa nauis non est vna simpliciter. Melius igitur dico ad vnitatem motus simplr esse necessariam vnitatem mobilis, aut simplr, aut p hoc q manet vna pars à principio ad finem, aut per æquiualentiam, aut per aggregationem continuam, vel dūmodo maneat eadem numero quantitas & continua, & sub eodem termino numero dimensionū, nunc ad primam dico q motus ipsius. A. est continuus, quia in. A. manet pars aliqua eadem, vel. A. est continuo idem per æquiualentiam. Cōtra replicant, simus in medio instanti temporis mensurantis descēsum ipsius. A. & arguitur ibi est aliquis motus totalis, qui non est alicuius alterius mobilis, igitur aut est in ipso toto. A. quod nunc est, aut in illius parte vt in subiecto adæquato, non in parte, quia non erit in aliis, quod est falsum, quia quauis data, etiā alia mouetur, nec in toto. A. q nunc est, quia tunc talis motus

Propria pō.

Replica.

H qui sit. B. vel post hoc erit, vel non, si dicitur q non, tūc illius motus daretur vltimum, si vero dicitur q sic, & non in toto. A. quod nunc est, quia illud postea nō erit, igitur in alio, & ita idem motus numero migrabit de subiecto in subiectum, & ita non requiritur vnitas mobilis. Dici potest q. B. motus est in. A. mobili primo quod nunc est, & idem motus erit etiam in alio mobili, quod succedit, & ita migrat non totaliter, sed scd̄m quid, quia mobile sequens non est omnino aliud à primo, sed illi æquiualens, & in parte quæ remansit idē, migrare .n. de subiecto in subiectū totaliter diuersum est impte, sed non quando est in parte diuersum. Ad secundū dicendum q motus canis illius est vnus & cōtinuus, quia canis mortuus, licet differt à cane viuo, nō tamen est totaliter diuersus, quia manet eadem dimēsio numero, manet etiam idem elementum prædominans,

Solutio.

nans,& fortasse eadem forma mixtionis,dicebatur autem ad vnitatem motus simplr sufficere vnitate mobilis simplr, vt est in motu cœli,aut fm partem, aut secũdum æquiualentiam, aut fm aggregationem, aut fm

Replic. dimensiones. Et si replicatur, ꝙ tunc motus migraret

Solutio. de subiecto in subiectum, dicatur vt supra, ꝙ illa migratio non est de subiecto totaliter diuerso,in subiectũ totaliter diuersum,similiter ad tertium, virga.n.illa est vna vnitate dimensionũ, vnitate partis eius, videlicet quæ viridis est, atq; vnitate elementi prædominantis, & ita de migratione dicatur eodem modo. Ad rõnem de naui patet solutio, est.n.motus vnus illius, quia ea vnitas aggregationis quæ fuit in principio,illa vel æqui

Scdo qd de vnitate tẽporis. ualens erit in fine. Hæc de vnitate mobilis. Secundo quæri solet an requiratur vnitas temporis simplr, & videtur ꝙ non, quia ponatur Socratem moueri in prima parte alicuius horæ,& secundam quiescere, & in tertia rursus moueri,tunc hoc casu cõcesso,hora est vna, mobile est vnum,& terminus ad quem sit vnus,& tñ motus non est vnus,sed plures motus,& plures quietes,igi

Solutio ppria. tur vnitas temporis cum aliis non sufficit. Dici potest horam & tempus differre, quia hora, dicit mensuram

An motus regularis sit magis unus quã irregularis. Vide Grat. Escu. li.7 huius. adæquatam. Tempus vero licet sit mensura, non quatenus tempus dici mensuram ad formam concedo illam esse horã vnam, non tñ vnum tempus. Modo voluit Aristot. esse requisitam vnitatem tẽporis, non autem vnitatem talis temporis includentis respectũ determinatum. Tertio solet quæri de vnitate termini ad quem, videtur.n.ꝙ non requiritur, nam graue descẽdens vnico motu numero mouetur ad mundi mediũ, & tñ termini ad quos fuerunt plures vt vltimum ignis, vltimum aeris, vltimum aquæ, & mundi medium, &

Solutio. hoc si descendat ab ipso lunæ concauo. Solet dici, & bene per terminum ad quem esse intelligendũ terminum ad quem vltimum finaliter intentum, & hoc pacto vnus numero est illius descensus, vtpote medium

Exceptum mundi. Ex iis patet ꝙ tria simul requiruntur ad vnitatem & continuationem motus simplr, vt vnitas mobilis, vnitas temporis, & vnitas termini ad quem, nulla tñ seorsum sufficit, vnitas mobilis quidẽ non, quia idẽ numero Socrates in vna hora potest currere & quiescere,& iterum currere, vbi idem est mobile, motus autem non idem, venias vero temporis minime, quia tũc alteratio,& latio essent vnus motus simplr, nec sufficiunt vnitas mobilis & temporis, nam motus cõtigui, & deinceps essent vnus motus simplr, igitur requiruntur hæc tria simul, vnitas, mobilis, temporis, & termini

Dubiũ bonũ. ad quem. Sed vtrum hæc tria sufficiant solum. respõdent nonnulli vt Albertilla ꝙ non, quia requiritur vnitas termini à quo, quia idem mobile moueri nõ potest ad vnũ terminum ad quẽ, nisi ab vno termino è quo, secundo requiri vnitatem dispositionis fm quam est motus, veluti in alteratione requiritur vnitas qualitatis, in auctione vnitas quantitatis, in latione vnitas vbi fluentis, ait tamen Albertilla hoc sufficere, quia nõ requiritur vnitas motoris, nec vnitas resistentiæ, nec alia id genus. Sed videtur habere positio dubia, quia si id

Confutatio. omne requiritur aliquid, sine quo illud esse nõ potest, tunc ad vnitatem simplr motus, & si non requiratur vnitas motoris, requiri motor, & si non vnitas resistẽtiæ, requiritur resistentia & si non vnitas spatij, requiritur spatium, igitur plura quã quinque requiruntur ad

Propria põ. vnitatem motus simplr. Ideo dicerem, multa requiri ad motum, quæ non requiruntur ad vnitatem motus, ad

A motum .n. requiruntur mobile, tempus terminus ad quẽ, motor, spatium, terminus è quo, & alia id genus, ad vnitatem vero requirũtur solum tria, vt vnitas mobilis, vnitas temporis, & vnitas termini ad quem, nã ea requiruntur ad vnitatẽ motus, quæ sunt de definitione per se & primo vnitatis motus, hęc autem sunt tria, duntaxat vt dictum est, cætera requiruntur non quatenus sunt de definitione vnitatis motus, sed de definitione motus, & propterea non primo requiruntur, & hoc Albertilla & alij iuniores ignorarũt. Vlterius quę-

res quare ad vnitatem simpliciter accidẽtis sufficit vnitas numeralis subiecti, non autem ad vnitatem numeralem motus, cum tñ motus sit accidens. Dici potest *Dubi.*

ꝙ motus subit rõnem trium accidẽtium, videlicet accidentis, viæ, & successionis, ea ratione qua accidẽs, requirit subiectum vnũ, ea vero ratione qua via, requi- *Solutio.*

B rit terminũ vnum, ea demum rõne qua successio requirit tempus vnũ, igitur motus vnus ea rõne qua motus vnus. hæc tria requirit, accidens vero ea rõne qua accidens, non dicit nisi habitudinem ad subiectũ, propterea eius vnitas è subiecto colligitur. Hæc de requisitis ad vnitatem motus.

Præterea unus motus is dicitur, qui & perfectus est, siue genere, siue specie, siue numero unus sit, ueluti & in cæteris ipsum perfectum ac totum unius est, interdum tamẽ & si imperfectus sit, unus dicitur, modo continuus sit. *Tex. 42.*

Quot requirantur ad vnitatem absolutam motus, dictum est, nũc ponit alios modos secundarios, qui (vt expositor ait) magis pertinent ad quendam formam veritatis, ꝗ ad ipsam vnitatem, dicit itaq; ꝙ siue motus vnus dicatur genere, siue specie, siue numero, vnus mo- *Expõ prima comparatio.*

C tus is dicitur, quatenus est perfectus per quandam excellentiam, veluti in aliis rebus totum & perfectũ vnius sunt, siue ad vnitatis rõnem pertinent, non.n. Romani exercitum vnum dicebant, nisi qui sex legionibus con starent, quia sic totus erat, & pfectus, igitur secũdo modo motus est vnus, modo sit perfectus, siue sit vnus genere, siue vnus specie, siue vnus numero, & vt Auerro. inquit, trifariam motus perfectus est, genere quidẽ vt localis, in genere.n. motuum localis est perfectior, specie vero vt inter locales, is motus qui circularis est, numero autem, vt inter circulares, motus primi mobilis, sed quouis modo vnus motus dicatur, perfectus motus vnus dicitur per excellentiam, addit, interdum tñ, & si aliquis motus imperfectius sit, vnus dicitur, modo continuus sit huius causam asignat expositor & recte, quia vnum potest attendi aut fm quantitatem, & *Quæ Auer. com. 42.*

D ita sola continuitas sufficit ad vnitatem rei, aut secundum formam substantialem, quæ est perfectio totius, & hoc pacto ipsum perfectum & totum vnũ dicitur. Sic igitur vnum quouis modo sumptũ primo de perfecto dicitur, secundo imperfecto, dummodo sit continuus, vt Them. sentit. Quæres fortasse propter quid perfectum attinet ad vnitatem, imperfectum vero ad multitudinem, aut minus ad vnitatẽ. Respondet Egid. hoc esse pro tanto, quia ab omni imperfecto intelligitur aliqua imperfectio esse diuisa, & separata, & sic imperfectum subesse videtur rationem multitudinis & diuisionis, perfectum vero magis attinet ad indiuisionem, quia non intelligitur esse aliquid diuisum ab eo. Sed hæc asignatio friuola est, primo quia petit, debet .n. reddere causam quare ad imperfectum magis attinet ratio diuisionis ab alio quã ad perfectũ, immo videtur *Dubi.* *Solutio Egid.* *Confutatio*

detur ꝙ ratio perfecti consistat magis in diuisione ab alio, secundo quia vt imperfectum differt à perfecto, sic perfectum ab imperfecto, igitur vtrũq; in suo genere claudit rationem diuisionis. Melius igitur cum textu est dicendum ꝙ perfectum ideo magis attinet ad rationem vnius, quia magis attinet ad rationem totius, cuius non consistit in vnione partium, imperfectũ vero magis attinet ad rõnem partis, cuius rõ est in mul- *Propria solu.* titudine constituta. Themistius autem ait perfectum attinere magis ad rationem vnius, quia perfectus est qui ad finem peruenit, modo à fine est vnitatis rõ, imperfectus vero qui ad finem non peruenit, ideo minus vnus vnus est. Sed quouis modo dicatur, patet prima comparatio ꝙ comparando motum perfectũ, & imperfectum ad vnum, motus perfectus magis est vnus quàm imperfectus, vt dictum est.

Tex. 43 *Insuper etiam alio modo præter dictos unus is dicitur motus, qui sit æquabilis, inæquabilis. n. aliqua ex parte non unus esse uidetur. Sed is potius, qui æquabilis est, ceu recta linea, nã quæ inæquabilis est, diuisibilis est, præterea differẽtiã ipse uidetur subire, perinde atq; magis minusue differũt.*

Scda comparatio. Secunda comparatio est comparando motũ regularem siue vniformẽ. & irregularem siue difformẽ ad vnum, nam motus regularis siue vniformis, & æqualis attinet magis ad rationem vnius quã motus regularis difformis & inæqualis, primo quia motus ęquabilis assimilatur lineæ rectæ, quæ sua vniformitate accedit ad *Quid facit regularitas ad vnitatẽ motus Vide. Eg. lue. Quæ Auer. com. 43.* rationem vnius. Motus vero inæqualis assimilatur lineæ tortuose, quæ sua difformitate attinet ad rationem multitudinis. Secundo, quia motus ipse æquabilis nõ videtur differre in partibus aliquo modo ſm magis & minus, at mutus inæquabilis differre videt̃ suis in partibus per magis & minus, igitur ęquabilis motus attinet magis ad rõnem vnius, & sic patet scda comparatio.

Quod vero ad verba græca attinet, debes scire quod Auer. totum hunc textum legit de motu, & non de linea hoc pacto insuper etiam alio modo præter dictos vnus is dicitur motus qui sit æquabilis, inæqualis. n. aliqua ex parte non vnus etiam videtur, sed is potius qui æquabilis est videtur esse vnus, ceu rectus motus, nam qui inæqualibus est, diuisibilis est, ecce quõ Auer. omnia verba legit de motu, & non de linea, & reddit cãm Auer. huius, quia motus rectus fit super linea recta, modo linea recta vna & simplex est, motus vero inæqualis fit super linea tortuosa, tortuosa vero linea componitur ex recta & circulari, igitur videtur subire rõnem multitudinis. Secunda causa est apud Auer. quia motus inæqualis diuiditur per velocitatem & tarditatem, & ita subit rationem multitudinis, & ita de mẽte Auer. duæ rationes colliguntur, quibus motus regularis attinet magis ad rõnem vnius, q̃ irregularis, prima rõ est, quia motus æqualis assimilatur motui recto, & inæqualis tortuoso, secunda ratio est, quia est diuisibilis per velox & tardum. Secundo debes scire de mente Auer. ꝙ velocitas & tarditas non sunt auctio, & diminutio, qa velocitas & tarditas sunt penes qualitates, auctio & diminutio penes quantitatẽ. Sed bene sunt similes, quia velocitas assimilatur cremento, & tarditas assimilatur diminutioni. Tertio debes scire, ꝙ verba vltima textus sic legit Auer. videntur autem differre vt magis & minus, & tunc per hoc Arist. videtut rñdere tacitæ quæstioni, dixit. n. ꝙ motus regularis & irregularis differũt penes rationem vnius, quatenus ipse regularis attinet E magis ad rationem vnius, posset quis dicere vtrũ propter hoc differunt specie. Respondet ꝙ licet differunt quo ad rationem vnius, non tñ differunt specie, sed videntur potius differre ſm magis & minus. Hæc Auer. & profecto omnia stare possunt. Ego vero legi aliter, quod si tibi placuerit, audias sin vero non placet, hæc Auer. expositio sufficit.

Inuenies autem in quolibet motu æquitatem & inæquitatem, etenim alterari aliquid æquabiliter potest, & super æquabilia ferri, ueluti super circulum, aut rectam lineam, simili modo etiam circa auctionem & imminutionem.

Quia regularitas & irregularitas cũ difficultate cognoscitur in alteratione & auctione. Nunc exponit vtrum omni generi motus competat regularitas & irregularitas, & respõdet ꝙ sic, quia potest aliquid æquabiliter & inæquabiliter alterari, potest etiam aliquid F ferri supet æquabilia, vt vel super circulum, vel super rectam lineam, simili etiam modo potest circa auctionem, & imminutionem attendi æquitas & in æquitas, quatenus potest aliquid augeri vel minui æquabiliter, vel inęquabiliter.

Inæquabilitatis uero differentia nascitur interdum quidem ratione eius super quod constituitur motus, nã impossibile est æquabilem esse motum, si non super æquabili magnitudine fiat, qualis motus est super flexam, aut obtortam, aut aliam magnitudinem talem, cuius quælibet pars cuilibet parti non coequata est. *Tex. 44.*

Obiter de causis æquabilitatis & inęquabilitatis motus interponit Aristo. demum redit ad propositum, & inquit, inæquabilitatis vero differentia nascitur, interdum quidem rõne spatij super quod constituit̃ motus, G cuius causam assignat, quia impossibile est æquabilem esse motum si nõ super ęquabili fiat magnitudine, qualis motus est super flexã, aut obtortã, aut aliam magnitudinem talem, cuius quælibet pars cuilibet parti non coæquata est, igitur prima differentia exoritur ex parte spatij, super quod agitur motus, quando. n. spatium est, aut flexum, aut obtortum, aut tale, vt nulla pars sit alteri conformis, motus factus in illo erit irregularis, *Quot magnitudines.* siue inęquabilis, siue difformis. Debes scire ꝙ duæ sunt magnitudines simplices & æquabiles, vtpote recta, & circularis, causa autẽ est, quia vt Them. dixit quælibet pars conuenit cum qualibet parte, est. n. quælibet pars recti, recta, & quælibet pars circularis est circularis, cæteræ vero magnitudines sunt compositæ & irregulares veluti flexa, & obtorta, & id genus.

Interdum uero non ratione spatij, non temporis, non eius H *speciei ad quam est, sed ratione modi uelocitate enim & tarditate interdum motus ipse distinguitur, nã cuius eadem est uelocitas, is æquabilis est, cuius uero non eadem est, is inæquabilis est.*

Addit secundum causam, & inquit, interdum vero *Expõ.* æquabilitas & inæquabilitas nascitur non rõne spatij, siue loci per quem fit motus, quod græce est ποι: latine vbi, non ratio tpis, quod græce est ποτε, latine qñ, non eius speciei, siue generis ad quod est motus vtpote qualitatis, vel quantitatis, vel loci: sed ratione modi, quod græce est ἀλλ᾽ ἐν τῷ ὡς latine sed in eo ꝙ sic, & ad idem venit. Animaduerte ꝙ in veteribus translationibus Thomæ scribitur neque in quo, sed in eo ꝙ sic, & *Expõ Thomæ.* Thomas hoc ait, posse referri ad subiectum, vt sit sensus apud ipsum secundam causam æquabilitatis & inæquabili-

æquabilitatis nasci non ratione spatij, non temporis, non eius in quo.i.non subiecti. Sed cum reuerētia nō recte exponitur, semper.n.Aristote. per verbum illud εἰς ὃ terminum ad quem intelligit. Amplius in græcis codicibus legitimas sic ἢ τῷ εἰς ὃ εἴδει & verbū verbo reddendo sensus est, neq; in specie eius in quam, ecce qūo de termino loquitur ad quem, & non de subiecto. Amplius hæc differentia habet aliquā causam, & apud Them. Auerro. & alios colligitur per motum quatenus motus est, nihil autē sumitur à motu quatenus est motus, quin sumatur à subiecto, & mobili ipso, vtpote qn̄ suapte natura sit aptum velocitari in aliquibus partibus, & in aliquibus tardari, vt dicit Auer. de eo quod mouetur motu naturali, quod in fine velocitat, ꝓpter quod apud Auer. quatuor possunt esse causæ velocitatis & tarditatis in motu. Prima est diuersitas spatij, vt quando medium non est vniformiter resistens. Secūda est differentia ex parte motoris, vtpote qn̄ motor in eodem medio non vniformiter mouetur. Tertia ex parte termini ad quē, vt motus alterationis ad qualitates primæ speciei celerior est eo qui est ad qualitates tertiæ speciei. Quarta cā est sumpta à motu quatenus motus, & quia motus quatenus motus est alicuius mobilis, ideo sumitur ab ipso mobili atq; dispositione ipsius, nā velocius terra simplex moueretur in vacuo q̃ lapis, quia lapis includit resistentiam intrinsecā, sic igitur patet non bene per ipsum in quo esse expositum subiectum, vt Thomas exponit patet secundā causam sumi ex parte dispositionis mobilis.

Cōfutatio.

Qua Auer. cōm. 44.

Quapropter, uelocitas, & tarditas, non sunt species, nec differentiæ motus, quia motus oēs specie diuersos comitātur.

Ex iis infert primo ꝙ velocitas & tarditas nec sunt species motus, nec differentiæ essentiales motus, & hoc propterea, quia comitantur omne motus specie differentes.

Qua Auer. cōm. 44.

Vt enim Auer. inquit, hæc est conditio siue dispositio accidentium separabilium, ꝙ inueniantur in qualibet specie quandoq;, & quandoque remoueantur ab aliquibus speciebus, sic igitur esse non possunt differētiæ, nec species, sed cōditiones accidētariæ motibus.

Quare neq; grauitas leuitasue, quæ est respectu eiusdē, utpote terræ ad seipsam, aut ignis respectu sui.

Expō Auer. com. 44.

Auerroes exponit ꝙ Arist. eius quod dixerat assignat signum, quod signum apud ipsum hoc modo cōponitur, quorum principia non differunt specie, illa non differunt specie, sed maior grauitas, & minor grauitas sunt principia velocitatis & tarditatis, & non differunt specie. igitur nec velocitas & tarditas differunt specie. Sed hæc expositio non conuenit verbis, nam illud verbum quare, quod græce est ὥστε non est redditiuum causæ, sed magis vim habet illatiuam. Thomas vero ait Arist. hic inferre secundo ꝙ velocitas & tarditas non sunt leuitas & grauitas. Et hoc videtur posse stare cum verbis textus, sed non est ad propositū, qm̄ in illo nemo dubitauit. Melius igitur cum Themistio dicerem Arist. secundo inferre ꝙ nec grauitas nec leuitas variata respectu eiusdem hoc est ſm magis & minus differentiam facit specificam, vt maius pondus nō differt specie à minori, & maior leuitas non differt specie à minori.

Expōnis. Confutatio. Expo Tho.

Expō Themi. & propria.

Tex. 45. *Inæquabilis igitur motus unus est, quatenus continuus* A *est, sed minus quod quidē flexæ lationi accidit, id uero quod est minus, mixtione etiam contrarij semper est tale.*

His præmissis de causis velocitatis & tarditatis, nūc infert qualiter vnus sit motus difformis, siue inæquabilis, & inquit, inæquabilis igitur motus vnus est, non simpliciter atque omni ex parte, sed quatenus continuus & propterea subdit, sed minus, quia solum quatenus continuus, & non simpliciter, quod quidē (vt ait) flexæ lationi accidit, nec enim de vnitatis rōne nihil aliud habet præter cōtinuitatem. Et si illud verbum vero, qđ græce est , vim habet reddendi causam, vt plerunq; dixit Arist. videtur hic reddere causam, quare irregularis motus est minus vnus, & ait hoc esse propterea. quia id quod est minus, mixtione ēt contrarij semp est tale. Syllogizatur igitur hoc modo, omne minus B tale, est tale admixtione contrarij. motus irregularis est talis admixtione contrarij, Igitur est minus talis. hic syllogismus est in secunda figura ex maiore conuertibili, & propterea valet, minor autem fuit declarata superius. Animaduersione dignum vt Auer. ait diminuti in omni genere esse tale admixtione contrarij, & iō motus irregularis est diminute vnus, quia sibi aliquid contrarij est admixtum, vt de multitudine, motus.n. inæquabilis esse pōt, aut quia componitur ex accessu, & recessu, vt est motus reflexus, aut quia componitur ex habitu & priuatione, vt motus diminutus. Sed dubitatur contra dictum Arist. & Auer. quia non videtur verum omne diminutum esse tale admixtione contrarij, quia vt calculatores sentiunt, magis & minus attenduntur per recessum à non gradu. Amplius lumen dicitur magis, & minus, & non per admixtionem contrarij, nihil.n. lumini contrariatur. C Tertio contrarium non pōt stare cum suo contrario, igitur nihil admixtione cōtrarij dicitur magis & minus. Quarto Auer. in lib. de Beatitudine animę locat rerum latitudinem per accessum ad summum, & non per admixtionem contrarij. Debes scire ꝙ penes quid attendatur intensio vel remissio formæ apud peripateticos, non est certum, hanc.n. rē peripatetici non insomniarunt, sed est qō noua, quę inuenta est ab hominibus ociosis, cupientibus videri, & non esse, quicquid.n. dicatur in solutione qōnis, parū à rei veritate minuit, de veritatis.n. huius qōnis inuętione nulli ꝓfecto gratia agerē, quia animus bene affectus à natura illam non nimis exoptat. Ideo non cōterendo tps, ad rōnes, debes scire ꝙ admixtio contrarij potest esse priuatiua, qualiter in lumine remisso est admixtio contrarij priuatiui, quia est ibi carentia maioris luminis cum aptitudine ad illā, & positiua, siue virtualis, D siue actualis, vt in tepido vel rubro. Secūdo, debes scire ꝙ differt ratio siue causa rei & conditio sine qua non, ratio.n. hominis est animal rōnale, conditio vero hominis est risibilitas sine qua esse non potest. Potest igitur teneri ꝙ ratio qua forma vel quæuis res dicatur magis vel minus est recessus à contrario, conditio vero est admixtio contrarij priuatiua vel positiua, virtualis vel actualis. similiter etiā accessus ad summum esse potest conditio sine qua non, maxime vbi datur summum. Aut teneri potest rationem quare forma dicitur magis vel minus esse admixtionem contrarij priuatiuam vel positiuam, & recessum à non gradu vel accessum ad summum esse conditiones, sine quibus non, in re enim hac (vt mihi videtur) nulla est necessitas, vt nec rationes calculatorum indicant. Ad primū patet calcula-

Qua Auer. cōm. 45.

Dubō de cāis diminutionis, & penes quid forma dicitur magis & minus.

Solutio.

Qualis hæc qō.

An substantia habeat in sua ēntitate gradus ſcdm quos ipsa suscipiat magis & minus. Vide ea. q. 2. huius. Et de formis accidētalibus et gradibus earum, vide ipm. qō. 3. C. Vide & Sco. di. 17. 1. q. 34. Vide et Gre de Arimino dis. 17. 1. q. 1. 2. 3. 4. 5. & 6.

calculatores non differre ab his quæ hic dicuntur, Ipsi enim volunt recessum à non gradu esse rationem quare res intensa vel remissa dicatur, at Arist. & Auer. dicunt admixtionem contrarij esse conditionẽ sine qua non. Ad secundum patet solutio, in lumine.n. est admixtio saltem contrarij priuatiui. Ad tertium patet solutio, licet non stet vnum contrarium cum altero in actu, stat cum illo in virtute, vel stare potest cum illo esse remisso. Ad quartũ etiam solutio patet, voluit.n. Auerro. res constitui in latitudine penes accessum ad summum, quo ad conditionem sine qua nõ. Hęc pauca de quæstione.

Quod si omnis motus unus, & æquabilis, & non æquabilis esse potest, hi qui specie differunt, atq; attigui sunt, non unus erunt atq; continuus motus, nam quonam modo is motus, qui ex alteratione lationeùe constat, æquabilis erit, coæquentur enim oportet.

An solus motus localis possit esse continuus & spetiius secundũ Arist. Vide Scot. 12. q. quol. arti. 5.

Ex ijs infert nullum motum esse continuum, qui ex motibus specie diuersis constat, & syllogizat sic, omnis motus continuus vt vnus est æquabilis, quia omnis motus vnus & continuus est æquabilis, & inæquabilis. Motus qui ex diuersis specie motibus constat, nõ est æquabilis, igitur non vnus, nec continuus. de rõne primo sumit vim maioris. d. ꝙ si omnis motus vnus & æquabilis, & non æquabilis esse potest, infert conclusionem. d. hi qui specie differunt, atq; attigui sunt, non vnus erunt atq; continuus motus. Deinde subdit probationem. d. nam quonam modo is motus, qui ex alteratione lationeúe constat, æquabilis erit, quasi dicat, fieri non potest, quia partes coæquabiles oportet coæquentur, & vt quælibet cuilibet sit coaptata, vt dictum est, hoc autem fieri non potest in his quæ specie differunt, & ita patet deductio Arist. de re hac.

Qua Auer. com. 45.

Mouet autem Auer. hic quæstionẽ, quia non videtur vniuersalis illa ꝓpositio, omnis motus potest esse æquabilis, & inæquabilis, quia in libro Cœli probatum est motum cœli non posse esse nisi æquabilem, & vniformem.

Solutio.

Respondet Auer. & bene Arist. esse locutum de motu quatenus motus, & de mobili quatenus mobile, modo vt dicetur. 6. huius, cõ. 15. & Septimo huius com. 2. aliqua propositio est vera in genere & reduplicatiue, quæ est falsa in specie, & absolute, vt hæc ꝓpositio est vera in genere & reduplicatiue, talpa potest videre quatenus animal, quæ est falsa sic absolute, talpa potest videre. In proposito hęc propositio est vera, cœlum potest moueri inæquabiliter quatenus mobile, quod non quatenus cœlũ moueri potest inæquabiliter. Et licet contra Aris. & Auer. soleant fieri multæ rationes, duæ sunt in quibus est aliqua difficultas.

Dubiũes iuniorum.

Tenent.n. Arist. & Auer. motus differentes specie non posse continuari. Cõtra est prima ratio, simus in fine calefactionis, & applicetur infrigidãs illi finaliter calefacto, aut in vltimo momẽto, quo desinit calefactio incipit infrigidatio, aut in alio atq; alio. si eodem momento, tunc erit motus vnus & continuus: si alio atq; alio, igitur in tempore medio nec erit calefactio, nec infrigidatio, quod est cõtra casum. Secundo argui solet de terra columnari, quæ descẽdat donec centrum eius fiat centrum mundi, tunc patet motum ascensus esse continuum motui descensus.

Solutio iuniorum Vide & Burl.

Ad primum tenent iuniores dari primum mutatũ esse in motu, & tunc imaginantur dari primũ mutatũ esse frigefactionis, quod est primum non esse calefa- E ctionis, aut vltimum per exclusionem præcedentis motus, quia eo momento quo incipit infrigidatio, potest desinere calefactio: quæ desitio erit per primum non esse, & nõ per vltimum esse calefactionis. Animaduertete tamen, ꝙ potest desinere calefactio, & nõ caliditas, quia cum intensa caliditate stat, motus frigefactionis.

Obiectio.

Sed replicãt aliqui. quia sit A. instãs in quo desinit moueri motu præcedenti, & incipit moueri motu sequẽti, & in tali instanti incipiat moueri ab agente per remotionem, & arguunt: hoc mobile habet in A. instãti aliquod mutatum esse, quod nunquam prius habuit, & non ab agente præcedente, quia illud solum causauit mutata esse motus præcedentis, nec ab agente nũc approximato, quia tale nunc nõ agit, sed immediate post hoc aget, quare nullum mutatum esse nunc est, vt arguatur breuiter si esset in A. instãti est aliquod mutatum F esse, vel ab agente nunc primo approximato, vel præcedenti: non ab agente præcedentia, quia illud agebat primi motus mutata, nec ab agente nũc primo approximato, quia tale non agit nunc primo, sed immediate post hoc, per casum, igitur nullo modo.

Defensio.

Defendi potest quia est solutio Auer. sexto huius, & propterea qui dicunt dari primum in motu: dicunt dari primam agentis applicationem per positionem, & non solũ per remotionem, & tunc dicerent iuniores illud mutatũ esse quod est principium intrinsecum motus sequentis, & extrinsecum præcedẽtis ab agente nunc primo approximato, quia tale agens s̃m iuniores debet approximari nunc primo per positionem, & non per remotionẽ, nec propter hoc tales motus erunt continui, quia primum sequentis non est vltimum præcedentis, eo modo quo est primum sequentis. est.n. vltimum præce- G dentis extrinsecum. sequentis vero primum intrinsecum, & per consequens non est copulatio ad vnũ communem terminum eodem modo. Ad secundam rõnem principalem dicerem tale mobile moueri per se vnico motu vtpote descensus, per accidens vero motu ascensus. modo non est impossibile contrarios motus cõtinuari, quando mobile per se vno motu mouetur, & per accidens alio illi contrario. Hæc de iis rõnibus.

Tex. 46.

Praeterea etiam statuendum est qualis nam motus quali motui contrarius est, & de quiete simili modo. Sed primum diuidendum est, utrum contrarius motus sit is, qui est ex eodem ei, qui est ad idem: ceu is qui è sanitate est, ei qui ad sanitatem est, quales & generatio & corruptio esse uidentur: an ij qui è cõtrariis sunt, ueluti is qui è sanitate, ei qui è morbo est, an ij qui ad contraria sunt. quemadmodum is qui ad sanitatem ei qui ad morbum: an is qui è contrario, ei qui ad H *contrarium, uelut is qui è sanitate ei qui ad morbum: an is qui è contrario in contrarium est ei, qui è contrario in cõtrarium, ut is qui è sanitate in morbum ei qui è morbo in sanitatem, necesse est.n. unum quẽdam horum esse, aut plures, non.n. potest alio modo motus motui contra disponi.*

Expositio.

Hactenus de vnitate motus, deq; diuersitate, & de contrarietate nunc agit. Tunc quia de motu est quæsitum per se, tunc quia contrarietas est species diuersitatis, vt Metaph. 10. dicitur. simul modo de contrarietate quietis aget, & ad quietem, & ad motũ, & hoc proponit generatim dicens. Præterea etiam statuendum est qualisnam motus quali motui contrarius est, hoc est primum, & de quiete simili. modo statuendum est qualis quies quali quieti vel motui contraria sit, hoc est secundum, diuidit vero primo quinq; modos quibus

quibus intelligi poteſt motum motui eſſe contrarium quorum primus ſumitur ratione vnius termini, vtpote ſi ex eodem ſit & in idem, & hoc ait. Sed primum diuidendum eſt, vtrum cōtrarius motus ſit is, qui ex eodem eſt, ei qui ad idē: quales & generatio & corruptio eſſe videntur. nam generatio eſt ad eſſe, corruptio autem ab eſſe. Secundus modus ſumitur ex parte duorū terminorum, ſed ſignanter ex parte terminorū è quo: & hoc ait, an hi qui è contrarijs ſunt, veluti is qui è ſanitate, ei qui è morbo eſt, hi. n. motus intelligi poſſunt eſſe contrarij, quatenus ambo è contrarijs terminis ꝓcedunt. Tertius modus eſt quo intelligerentur cōtrarij eſſe penes duos terminos, ſed ad quos & hoc ait: ait .n. qui ad contraria ſunt, quemadmodum is qui ad ſanitatem ei qui ad morbum. Quartus modus eſt penes duos, ſed vnus illorum accipitur vt terminus è quo, alter vt terminus ad quem, & hoc ait, an is qui è cōtrario ei qui ad cōtrarium, velut is qui è ſanitate ei qui ad morbum. Quintus modus intelligitur eſſe in pluribus terminis q̃ duobus, vtpote ſi eſſent è contrarijs in cōtraria, & hoc ait, an is qui è contrario in cōtrarium eſt ei qui è contrario in cōtrarium, vt is qui è ſanitate in morbum ei qui è morbo in ſanitatem reddit cauſam diuiſionis. d. neceſſe eſt. n. vnum quendam horū eſſe, aut plures quibus motus contrarij intelliguntur, non enim poteſt alio modo motus motui cōtra diſponi, & ſic recte, & ſufficienter diuiſum eſt.

Is itaq; qui è contrario eſt, non eſt ei contrarius quo pergitur in contrarium, ut is qui è ſanitate ei qui in morbum, eſt enim unus idemq;, eſſe tamen ipſorum non idem, quemadmodum non idem eſt è ſanitate mutari atq; ad morbum.

Declarat nunc qui horum vtiles ſint ad contrarietatē, & qui inutiles, & de illis quinq; duos probat eſſe inutiles. Primus quidē inutilis eſt, quo intelliguntur motus contrarij per hoc ꝙ vnus eſt è contrario termino è quo, alius vero in contrarium terminum ad quem, hunc. n. modum inutilem eſſe ait, quatenus motus qui ſic intelliguntur, ſubiecto vnus ſunt, ratione vero diſſerunt, at cōtrarij motus debent ſubiecto & ratione diſcrepare, igitur in ſecunda figura tales motus, qui ſic intelligerentur, non ſunt contrarij, hoc inquit, is itaq; qui è contrario eſt termino è quo, non eſt ei contrarius, quo pergitur in contrarium terminum ad quem, & dat exemplum. d. vt is qui è ſanitate ei qui in morbū, & cauſam affert. d. eſt. n. vnus idēq; quo ad ſubiectum, eſſe tamen atq; ratio illorum non eſt idem, quēadmodum non eſt idem eſſe è ſanitate mutari, atq; ad morbum, & ita non ſubiecto, ſed ratione dūtaxat differunt, & per conſequens contrarij eſſe non poſſunt, contrarij enim motus ſunt, qui & ratione, & ſubiecto differunt. Eſt igitur ſyllogiſmus, contrarij motus ſunt qui ſubiecto & ratione differunt, motus quorum vnus eſt è termino è quo cōtrario, & alter ad terminum ad quem contrarium, non ſubiecto, & ratione differunt, igitur non ſunt contrarij.

Syllogiſmus textus.

Auer. vero vltra textum, probat idem per impoſſibile hoc pacto videlicet, ſi motus ex vno contrario eſſet contrarius motui qui eſt in alterum contrarium, eadem res eſſet cōtraria ſibijpſi, deducitur, quia idem eſt numero motus quo ab vno receditur contrario, & acceditur ad alterum, vt quo è centro receditur, & ad concauum acceditur. Secundo declarat Auer. quo nā modo tales motus ratione differunt, & ſubiecto idem

Qua Auer. com. 47.

A ſunt, differūt quidem ratione, quia ſiquis motum definiet qui è ſanitate eſt, ea ratione qua è ſanitate eſt, aliter definiet, q̃ qui definiet motum ad ſanitatem quatenus ad ſanitatem, ſubiecto vero ſunt, qm̃ de eadem re numero verificātur, vnus. n. numero motus eſt, qui eſt è ſanitate, & qui eſt in morbū, igitur ratione differunt, non autem ſubiecto. Hæc Auer. Quærunt hic vtrū acquiſitio vnius contrarij ſit deperditio alterius, vel an ſint duo motus diuerſi & videt ꝙ ſint vnus numero motus per Ariſt. qui aſſerit viam ab vno cōtrario eſſe vnam, & eandem cum via ad alterum contrarium, ſolumq; ratione differre. In contrarium eſt, quia habitus eſt quid diuerſum à priuatione, igitur motus priuatorius ſiue deperditorius alius eſt à motu acquiſitorio atq; habituario. Blacterones dixerunt vnum etiā motum oīno, qui eſt deperditiuus, & acquiſitiuus

Quæſtio de motu acquiſitiuo & deperditiuo.

Prima pō. & eſt P. Veneti.

B itemq; vnam numero eſſe mutationē deperditoriam, & acquiſitoriā, vt vna numero eſt caleſactio, quæ eſt acquiſitio caliditatis & deperditio frigiditatis, perſuadent poſitionem multipliciter, primo deperditio non terminatur, niſi ad illud ipſum contrariū, ad quod terminatur acquiſitio, igitur vnus motus, ꝓbatur aſſumptum, nā deperditio frigiditatis terminatur ad caliditatem, nō. n. terminatur ad frigiditatem remiſſam, qa quauis remiſſa data, licet vlterius remitti, nec ad non gradū frigiditatis, quia tūc deperditio nō eſſet motus, quia eius terminus ad quē eſt priuatio, & nō habitus. Secundo hoc cōceſſo, tunc vni motui eſſent duo motus contrarij contra Ariſ. 10. Meta. & primo Cœli. deducitur illarum, quia acquiſitioni caliditatis eſſet cōtraria deperditio eiuſdē, & acquiſitio frigiditatis. Tertio tunc idem ſimul moueretur motibus cōtrarijs, vt

C à mobile moueretur de perditione frigiditatis & acqſitione caliditatis, qui ſunt motus contrarij, quatenus acquiſitio caliditatis eſt caliditas, & deperditio frigiditatis eſt frigiditas, quæ ſunt contrariæ. Quarto tunc acquiſitio caliditatis, vt octo, & deperditio frigiditatis ad gradus duos erūt motus cōtrarij, qa ſunt ad terminos cōtrarios, at conſequēs eſt falſum, cū illi ſtent ſimul. Sed hæc poſitio primo aſpectu videt impoſsibilis, primo quia acquiſitio nō eſt deperditio, igit acquiſitio vnius cōtrarij non eſt depditio alterius, & ita erūt motus diuerſi, tenet conſequentia à ſuperiori ad inferius, negatiue. Secūdo tunc gñatio eſſet corruptio, qa non pōt eſſe gñatio vnius, quin ſit alterius corruptio. Tertio, priuatio non eſt habitus, igitur depditio non eſt acquiſitio nec reſpectu eiuſdē, nec diuerſorū, nunq̃ enim priuatio eſt habitus. Pōt igitur teneri probabi-

Confutatio.

D liter ꝙ licet acquiſitio & depditio ſint in eodē ſubiecto, tñ differunt ſpecie, vt albedo & dulcedo in lacte, & (vt loquar verbis iuniorū) teneri poteſt tales motus differre realiter, & nō modo rōne. Ad argumenta, ad primū dico, ꝙ terminus ꝑ ſe primo deperditionis eſt priuatio alterius cōtrarij, & qn̄ infertur, igitur non eſt motus, negatur cōſequētia, quia motus eſſe pōt ad priuationem per ſe, modo illa priuatio non ſit ſimpl'r, ſed ſm quid, qualis eſt illa accidētis habentis contrarium. Ad ſecundū negatur conſequētia, quia acquiſitio caliditatis & deperditio frigiditatis nō ſunt motus cōtrarij, ſed bene diuerſi, nec eſt verū apud me (qcquid alij velint) deperditionē frigidi eſſe frigiditatem, immo dico illam eſſe priuationem frigiditatis quæ non eſt cōtraria, ſed priuatiue oppoſita mutuo coordinata. per idem ad tertium, licet. n. idem moueatur acquiſitione & deperdi-

Prima poſitio pro nunc.

Solutio.

& deperditione, hæ non sunt mutationes cõtrariæ, sed diuersæ, quatenus vna est habitum, altera ad priuationem non sunt incomposibiles, quia priuatio & habitus, nõ sunt incompossibiles, nisi quatenus sunt eiusdem. Ad quartum dico, ꝙ motus non dicuntur contrarij, nisi penes terminos primos, modo frigiditas, vt duo non est vltimus terminus atque primus deperditionis, sed priuatio frigiditatis, quæ est compossibilis cum habitu caliditatis, & conceditur posse esse motum ad priuationem, quando illa non est priuatio simpliciter, sed secundum quid eius accidentis, quod contrarium habet, vt dictum est, teneri igitur potest acquisitionem vnius contrarij differre specie à deperditione alterius, & eiusmodi motus non esse contrarios, quia habitus & priuatio non sunt contrarij, nisi quãdo sunt eiusdem. Et per hæc ad verba Aristot. quando ait tales esse vnum motum subiecto, sunt.n. vnus motus, quia competunt vni subiecto, non quia vnus sit alter, sed quia ambo insunt vni, & ita velle videtur illos esse vnũ extrinsece, duos vero intrinsece, & hoc solent dicere cucullati, quod sunt vnum in realitate subiectiua, & plures in realitate subiectiua, hic enim modus loquẽdi nõ

Defensio alterius partis.

differt in re ab eo quod nos diximus. Sed quia neutra pars quæstionis est necessaria, ad rationes oppositas respondetur. Ad primam negatur illa, acquisitio nõ est deperditio, quia acquisitio aliqua est, deperditio aliqua. Ad secundum concedo generationem esse corruptionem: non tamen omnem generationem esse corruptionem. Ad tertium concederem priuationem esse habitum, & econtra respectu diuersorum, non autem respectu eiusdem: & sic neutra pars est necessaria.

Tex. 48.

Neq; is qui est ex contrario ei contrarius est, qui ex contrario est. fieri enim potest ut simul ex contrario & in contrarium aut in medium pergatur. uerum de re hoc posterius dicemus.

Secundus modus inutilis est, quo intelligebatur motus esse contrarios ratione terminorum è quibus: & sic secundo ostendit, ꝙ motuum contrarietas non est attendenda penes contrarietatem terminorum, e quibus, & syllogizat hoc pacto, nulla cõtraria possunt esse simul: motus q sunt è cõtrarijs terminis è quibus possunt esse simul, simul.n. potest alterabile accedẽdo ad mediũ: recedere ab vtroq; extremo. Sed quia non est apertum quonã modo idẽ posit ab vtroq; extremo recedere, ideo subdit, verũ de re hac posterius dicemꝰ.

Sed in contrarium mutari causa potius contrarietatis esse uidebitur, q̃ è contrario mutari. Nam hoc abiectio contrarietatis est: illud uero assumptio.

Sed contra hoc quod dixerat, potest quis cauillare: dictum est.n. idem alterabile posse simul alterari è termini contrarijs è quibus, hoc videtur falsum: quia nihil simul potest mutari in terminos contrarios: & per consequens nihil potest è terminis contrarijs è quibus mutari, quia nõ potest mutari è terminis contrarijs è quibus, nisi mutetur in terminos contrarios ad quos: at nihil põt simul mutari in termines ad quos contrarios: igitur nihil simul potest mutari è terminis è quibus contrarijs. Respondet ꝙ dato ꝙ nihil simul posit mutari è terminis contrariis è quibus, adhuc cõtrarietas attẽditur penes contrarietatem terminorum ad quos, magis q̃ terminorum è quibus: & hoc ait, sed in contrarium mutari causa potius contrarietatis esse videbitur, q̃ è cõtrario mutari: & ita siue simul aliquid

An ad perfectã contrarietatem motuũ sufficiat dare qđ sit ad terminos cõtrarios. Vide Grat. ad. Escul. le. 8. q. 1. iuum.

E è contrariis terminis è quibus posit mutari, siue non, causa contrarietatis motuum potius penes terminos ad quos erit attendenda, q̃ terminorum è quibus: & hoc probat duabus rationibus, & prima sic componitur penes id quod abijcitur non est sumẽda motuum contrarietas, sed penes id quod assumitur, quia nõ ens non videtur causa entis, sed in mutationibus siue motibus terminus è quo est abiectio contrarietatis: terminus ad quem est assumptio. igitur non penes terminũ è quo, sed penes terminum ad quem erit attendenda motuum contrarietas. Quod vero ad verba græca attinet, verbum illud abiectio, græce est ἀπόλλαξις; quod latine est tum liberatio, tum solutio. sed hic proprie est abiectio, & non mutatio, vt veteres translationes habent. Et Auer. declarat duo: primum est quonã modo terminus à quo in motu corrumpitur, & terminus ad

Quæ Auer. com. 50.

F quem assumitur, & ait hoc esse pro tanto, quia motus nihil aliud est q̃ acquirere partem post aliam, ex illo termino, ex quo res mota mouetur, donec acquirat illud ad quod mouetur perfecte, & tunc cessat. igitur in motu terminus è quo abijcitur: terminus autem ad quem assumitur. Secundo declarat Auer. ꝙ contrarietas motuum est attendenda potius penes terminos ad quos, q̃ penes terminos è quibus: primo quia contrarietas potius attendenda est penes illud quo perficitur contrarietas, q̃ penes illud quo perficitur cõtrarietas, quàm penes illud quo cessat contrarietas. sed in termino ad quem perficitur contrarietas: in termino vero è quo cessat. igitur potius penes terminos ad quos erit attendenda. Secundo penes illud attendẽda est contrarietas motuum, quod est pars substantiæ motus, & non accidens motus. at terminus ad quẽ est pars substantiæ motus: terminus autem è quo est accidens mo-

G tus. igitur penes terminos ad quos erit attendenda cõtrarietas. Hæc Auer. vltra textum. Sed hæc quæ Auer. ait quæstione non carent, quia dum dicit terminũ ad quem esse partem substantiæ motus, aut per substantiam intelligit proprie id quod est per se, & hoc pacto nihil est de substantia motus: aut intelligit per substãtiam definitionem, & hoc minime. primo quia in hoc quinto docuit definire motum per terminum è quo, & terminum ad quem. ait.n. motum esse mutationem de subiecto in subiectum. Secundo videtur terminus è quo nõ accidens motui, quia nũc aliquis motus esse potest sine termino è quo, quod nullus concederet.

Dubitiones contra Auer.

Tertio Auer. superius com. 47. dixit ꝙ motus è sanitate differt definitione à motu ad ægritudinem. igitur terminus è quo est de substantia motus. Respondent nonnulli, ꝙ aliquid est de ratione motus in generali,

Solutio iunio.

H quod non est de ratione motus in speciali, vt terminus è quo est de ratione motus in generali, & nõ de ratione motus in speciali. & ita volunt Auer. per substantiã intellexisse definitionem, & vlterius ꝙ terminus è quo & terminus ad quem sint de ratione motus in generali, qui nõ sunt de ratione motus in speciali. solus.n. terminus ad quem est de ratione motus in specie. Sed hæc solutio videtur friuola, quia quæcunq; prædicãtur per se de genere, etiam & de speciebus necesse est prædicari & quicquid est de ratiõe prædicati est de ratione subiecti, vt dicitur in antepredicamentis. igitur non potest terminus è quo esse de ratione generis, & non de ratione speciei. Potest igitur dici in definitione alicuius rei interdum poni aliquid pars: interdum aliquid per accidens vt apparens pars, & additum in de-

Confutatio.

Sol. propria.

finitione

finitione.n.substantiæ forma ponitur vt pars, materia autem vt additum atq; apparens pars, similiter in definitione transmutationis naturalis ponuntur forma, & materia, & priuatio, sed priuatio ponitur vt additum, & accidens necessario. Ad formam q̃onis dico partem definitionis motus esse per se terminum ad quem, & subiectum, terminus vero à quo est accidens necessario, vel pars apparens propter rónes tactas, & sic tolluntur oés obiectiones. Ad primam dico, ꝙ in hoc Quinto docuit definire terminum è quo, non quidem tanquam per partem per se, sed tanq̃ per accidens necessario. Ad scd̃m dico, ꝙ est accidens necessario, veluti priuatio est accidens necessario in transmutatione naturali, vt dictum est Primo huius cómen.66.& alibi. Ad tertium dico, ꝙ Auer. locutus est de motu non absolute, sed quatenus est ab ipsa sanitate, modo aliquid est de ratione alicuius reduplicatiue tenti, quod non est de ratione illius absolute, vt aliquid est de ratione hominis inquantum est albus, quod non est de ratione hominis, sic aliquid est de ratione motus quatenus est à sanitate, quod non est de ratione illius motus absolute, & ita de ratione motus à sanitate, quatenus & à sanitate est sanitas, non de ratione motus illius absolute, quare nihil contra nos.

An termini ad quem differentes specie sufficiunt ad motus differentes spé. Vide Scot. 2.d.13. prin. ad arg. principale.

Præterea denominatur unusquisq; motus potius ex eo ad quod, quam ex eo ex quo, ueluti sanatio, quia in sanitatem ægrotatio, quia in ægritudinem mutatio est.

Secundo idem probat sic, ab eo sumenda est contrarietas è quo motus ipsi denominantur, sed motus denominantur è terminis ad quos, sanatio.n.dicitur, quia est via in sanitatem, ægrotatio autem quia est via in ægritudinem, igitur contrarietas est sumenda potius penes terminos ad quos. Auer autem reddit cám quare motus denominatur è termino ad quẽ, & ait hoc esse, quia substantia motus est de natura eius ad quod est, & non eius ex quo, vt fuit bene expositum.

Quæ Auerro. commen.48.

Restat itaq; is quo in contraria itur, atq; is quo in contraria ex quo contrariis pergitur.

Reiectis modis inutilibus ad contrarietatem motuum, concludit modos vtiles, & vult duos esse vtiles, videlicet, tertium & quintum, quia vtilis est ad contrarietatem is modus quos in contraria itur, quia sumitur motuum contrarietas penes terminos ad quos, & vtilis etiam est is motus quo ex contrarijs in contraria pergitur, nam potest sumi contrarietas motuum ex eo, quia sunt ex contrarijs in contraria.

Forsitan igitur fieri potest ut ij quibus ad contraria acceditur, & ex contrariis subiecto idem sint, sed esse fortasse non est idem, dico autem in sanitatem ex morbo, & ex sanitate in morbum.

Docet nũc reducere hos duos in vnum, quia hi duo modi forte sunt subiecto idem, quatenus illi motus, qui sunt in contraria etiam ex contrarijs sint, sed forte fm rónem non sunt idem, propter diuersas motus habitudines ad terminos, vt supra dictũ est, vtpote motus qui in sanitatẽ idem est ei qui est ex morbo, sic motus qui in morbum est idem est ei qui ex sanitate est, igitur ambo hi modi reducuntur in vnũ, saltem fm subiectũ.

Auer. autem ait hoc esse dictum ad tollendum dubium quod accidebat primo membro, vt entitur exponere pluribus verbis, quæ expó non cõuenit aliquo modo verbis Arist. vt intelligenti facile patet. Aliaduerte vt expositores notant, ꝙ Arist. illorum quinque

Expó Auerro.

Quæ expositores.

A modorum duos declarauit esse inutiles ad contrarietatem, videlicet secundum & quartum, duos autem vtiles, videlicet tertium, & quintum, primi vero nihil meminit, quia licet ille fortasse sit vtilis ad contrarietatem, penes illum non sumitur ipsa contrarietas, & hoc, quia ille modus deseruit gñationi & corruptioni, & cótrarietati illarum, modo licet in substantia sit aliquis modus oppositionis, non tamen proprie ibi contrarietas, sic igitur prætermisit illum vel quia reducitur ad hos duos, vel quia docuit illum esse vtilem contrarietati repertæ in generatione, & corruptione, in quibus non est proprie contrarietas.

Cum autem mutatio differat à motu, nam ea mutatio motus est, quæ è subiecto in subiectum acceditur, is motus quo è contrario in contrarium itur, contrarius est ei, quo è contrario in contrarium pergitur, ueluti is quo è sanitate itur B *in morbum ei, quo è morbo in sanitatem acceditur.*

Tex.49.

Determinata veritate q̃onis, in parte hac vult probare illam, & hoc syllogismo, & inductione, & syllis sic componitur, contrarietas motuum sumi debet penes essentialia motuum: sed terminus è quo, & terminus ad quẽ sunt essentiales motibus, igiẽ penes ambos hos debet sumi. Minor probatur, quia ea sunt motibus essentialia, quibus motus differũt à mutatione: sed motus differt à mutatione per hoc, quia motus est de subiecto in subiectum, hoc est, de termino è quo contraria in terminum ad quem contrarium, igitur terminus è quo & terminus ad quem sunt essentiales motui, igitur perfecta contrarietas sumi debet penes contrarietatem amborum: sed (vt addit Auer.) potius penes terminos ad quos, tanto quidem magis quanto terminus ad quem est de substantia motus, terminus è quo C est accidens necessarium & essentiale motus, vt dictum est. Laborauit nouus expositor assignare cám, quare ad assignandam contrarietatem motuum oportet explicare tam terminum è quo, q̃ terminum ad quem, & tota eius deductio est, quia rerum contrarietas sumi debet penes in quod sunt ipsæ res, at motus est tam ratione termini è quo, q̃ ratione termini ad quem, ratione quidem termini ad quem, quia ab illo motus speciem habet, ratione vero termini è quo, quia ab illo quantitatem habet, nisi.n.in termino è quo esset contrarietas, motus omnis subitarius esset. Sed hæc deductio non videtur peripatetica, quia peripatetici concedunt aliquam esse alterationem subitaniam, vbi non negassent contrarietatem, vt dicetur in Sexto huius. concedunt etiam vniuersaliter oém auctionem esse subitariam, quia volunt auctionem nihil aliud esse, q̃ ag- D generationem, vt in libro de Generatione disputauimus. Præterea Auer. cómen. proximo dixit, terminum è quo esse accidens ad transmutationem, & Aristo. in litera dixit illum esse potius abiectionem, quare non videtur ab illo motus habere quicquam, sed tm̃ (vt dixit Aristo.) videtur esse accidens necessarium motui. Aristo. igitur vult habere contrarietatem motuum attendendam esse penes terminos ad quos, quatenus mõ tus omne esse ab illis habere per se, & principale, à terminus è quibus vero habet aliquo modo rationẽ concomitatiuam contrarietatis, quatenus est accidens necessario motui, per quod differt aliqua ex parte à mutatione ipsa. Hæc sunt quæ peripatetici dicerent.

Quæ Egid.

Confutatio.

Propria expõ.

Præterea etiam perspicuum est ex inductione qui contrarij esse uidentur, nam ægrotare ipsi sanari, & discere ipsi decipi,

Tex.50.

 decipi,

decipi, non per seipsum contraria uidentur. Ex contrarijs.n. in contraria fiunt. Vt.n. scientiam habere potest quispiam & per seipsum & per alium, sic & deceptionem. Insuper etiam latio, quę est sursum ei lationi quę est deorsum. Hęc.n. in longitudine contraria sunt, & illa quę in dextrum ei quę in sinistrum, hęc.n. in latitudine cõtraria sunt, & ea quę ante ei quę retro. Etenim hęc in profunditate contraria sunt.

Expositio.

Probauit hactenus conclusionem syllo, nunc illam probat inductione, & hoc proponit.d. prӕterea etiam perspicuum est etiam ex inductione, qui motus contrarij esse videntur. Et exponit inductionem primo in alteratione corporis & spiritali.d. nam ӕgrotare ipsi sanari, & discere ipsi decipi (dico ipsi decipi, nõ quod est per seipsum) contraria esse videntur, ex contrarijs.n. in contraria fiunt, ӕgrotare.n. est ex sanitate in ӕgritudinem, sanari vice versa ex ӕgritudine in sanitatem. Discere ex ignorantia, in scientiã, decipi ex scientia prę posita in deceptore in ignorantiã acquisitam in decepto. Et quia dixit, discere contrariari deceptioni, qñ deceptio non est ꝑ seipsum exponit hoc dicit. Vt.n. sciam hr̃e potest quispiam & ꝑ seipsum, & per alium, per seipsum quidem scientia inuentio dr̃, per alium vero disciplina, sic & deceptionem hr̃e potest per seipsum, & dr̃ error, & per alium, & dr̃ seductio. Sunt igitur contraria disciplina & seductio, quia disciplina est motus aĩӕ discipuli de ignorantia in scientiam à prӕceptore illatus, & ita termini sunt contrarij, quatenus terminus è quo est ignorantia, terminus vero ad quem est scientia, seductio vero est à scientia in ignorãtiam, qñ.n. aliquis scit veritatem, & per authoritatem alicuius magni viri transit in deceptionem, mouetur de scientia in ignorãtiam, igitur disciplina & seductio cõtraria sunt. Vtrum vero error & scientia sint contraria, ad propositum nõ spectat, quia de exẽplo non est nimis curandũ, sat si ꝑ exẽplo disciplinam & seductionẽ esse alterationes spiritales contrarias, hӕc de alteratione. Deinde inducit in motu locali, & inquit, insuꝑ ẽt latio quӕ est sursum, quӕ dr̃ ascensus ei lationi quӕ est deorsum, quӕ dr̃ descensus, cõtraria est, quatenus videlicet, sursum & deorsum in lõgitudine contraria sunt. Et illa latio quę est in dextrũ ei quӕ est in sinistrum similiter contraria est, quatenus in latitudine contraria sunt dextrũ & sinistrũ, & ea latio quӕ est ante, quӕq; dr̃ progressio ei quӕ retro, quӕq; regressio dr̃ contraria est, quatenus ante & retro contraria sunt in altitudine siue profunditate, in quibus oĩbus patet id quod dictũ est, videlicet ꝙ motus cõtrarij sunt qui de contrarijs sunt terminis in cõtrarios terminos, pretermisit autem motum auctionis, quia reducitur ad lationẽ ipsam, & est ẽt in illa manifestum. Quod vero ad exemplum de deceptione attinet, Alex. Aphrodisius vt refert Auerro. voluit disciplinam tm̃ seductioni esse contrariam, non autem inuẽtionem errori, assignans hanc cãm, quia homo raro errat à seipso, plerũq; autem per alium decipitur. Auer. vero voluit disciplinam seductioni, & inuentionẽ errori contrariam esse, quia & ab alio & à seipso potest esse deceptio frequenter. Sed quid horum verum sit, quidq; magis ad Arist. aures, omitto, cum circa exempla quӕ gratia discendi ponuntur, non sit multum insistendum.

An motus qui sunt ex contrarijs terminis sint contrarij. Vide.q. Ioan. iand.

Quę Alex. & Auer. cõ. 50.

Tex. 51.

Is uero qui solum ad contrarium est, non motus, sed mutatio est, uelut album fieri non ex aliquo est.

Diuersę expositiones.

Videtur Aristo. velle soluere dubitationes, quę circa dicta de contrarietate motuum occurrere possent, sed

E melius vr̃ nunc declarare contrarietatem in mutationibus, nam cum motus differat à mutatione, si declarauit contrarietatem motuum, erat consentaneum vt declaret contrarietatem in mutationibus. Et primo declarat contrarietatẽ in mutationibus habentibus contrarium, quales sunt accidentariӕ mutationes, & inquit, mutationes esse cõtrarias, qñ sunt in terminis cõtrariis, verbi causa, vt album fieri, hoc est generatio albi, & nigri gñatio contrariӕ sunt, quia illa ad album, hӕc ad nigrum est, quӕ contraria sunt & hoc ait, is vero motus qui solum ad contrarium est, & non ex contrario, non motus sed mutatio est proprie, & ita in mutationibus habentibus contrarium contrarietas esse debet penes terminos ad quos tm̃, velut album fieri non ex aliquo est, & est contrarium ad nigrum fieri, non quia sint ex contrariis, sed ad contraria tm̃. Sed

F circa dictum Aristo. occurres, ait enim, is vero qui solũ ad contrarium est, non motus, sed mutatio est, velut album fieri non ex aliquo est. Contra, quia album fieri est temporaria mutatio, igitur est motus, & ita non est verum, vt qui motus solum est ad contrarium, is mutatio non motus sit. Amplius nõ minus ire in album est temporarium considerato nigro à quo sit, vel considerato non albo, quia nigrum & non album idem est, igitur vtroq; modo est motus & non mutatio. Auer. dicit quӕdam è quibus minores colligũt solutionem. Dicit.n. primo ꝙ album fieri ex non albo esse potest dupliciter, aut ex non albo quatenus non album, & sic non motus sed mutatio est, aut ex non albo quatenus est nigrum, & sic est motus. Dicit secundo, ꝙ cum dr̃ album fieri ex non albo, esse gñationem siue mutationem, non est audiendum ꝙ albũ fiat non à nigro, quia

G si fit ex non albo, fit ex nigro aut simpliciter, aut sm̃ quid, qđ est medium inter album & nigrum. Sed debet intelligi album fieri ex nigro, cui accidit non album. Tertio ait, tam motum q̃ mutationem esse à non esse ad esse, sed differenter, quia motus est per accidens de non esse ad esse, & per se de esse in esse, mutatio est per se de non esse in esse, & per accidens de esse in esse. Ex his sequitur ꝙ vnamet transmutatio est motus & gñatio, vt fieri album, nam si consideretur fieri album vt terminus è quo est esse, videlicet nigrum, illa transmutatio est motus, si vt terminus è quo est priuatio, sic est gñatio, & idem de corruptione deduci potest. Per hӕc ad rõnes, concedo ad primam album fieri esse tẽporarium, non per se quatenus terminus è quo est non esse siue non album, quia è non albo in album fieri posse subitaria mutatio, sed per accidens, quatenus ipsum non album comitatur nigrum, qđ non põt deperdi subito.

H Ad scd̃m patet per idem, quia considerato nigro, consideratur contrarium cui est resistentia cõpetens, considerato non albo consideratur contrarium, è quo in suum contradictorium potest esse subitarius transitus. Et tum aĩaduerte Auer. esse locutum de albo vt terminat motum per se, & non vt terminat motum per accidens, videlicet quatenus fieret immediate ex elementis. Vt.n. album gñatur ex elementis, terminat motum per accidens, aut forte hoc fuit dictum loco exempli, quia albũ nunq̃ fieri potest, nisi immediate ex elemẽtis. Amplius id qđ Auer. dixit ꝙ nigro accidit non album ipsum, recte dixit, quia ipsum non album priuatio est, & nulli per se inest, licet possit esse quid cõmunius ipso nigro. Sed dices adhuc, propter quid qñ terminus è quo est cõtrarius termino ad quẽ, est transitus tẽporarius &

Auer. cõ. 51. Quid sit ꝓprie mutatio. Vide Scot. d. 2. q. 7. ad quęstioni.

Motus & mutatio idem.

Replic. Solutio.

rius & motus, & quando est contradictorius non est motus, nec temporarius. Assignari possunt duæ rõnes. *Solutio.* Prima ex verbis Auer. quia qñ terminus è quo est contrarius termino ad quẽ, inter ipsum & terminũ ad quẽ inuenitur medium, at inter contradictoria non est medium. Scḋa est, quia contrarium agit & re agit in suum contrarium, non aũt cõtradictorium. Et propterea inter contraria per se non potest esse nisi transitus tẽporarius per se, per accidens vero subitarius, inter contradictoria vero transitus non est nisi subitarius per se, per accidens vero tẽporarius. Hæc de dubitationibus.

Et quibus non est contrarium aliquod. Mutatio contraria est ea quæ est ex ipso, ei quæ est ad ipsum. Quocirca generatio corruptioni contraria est, & amissio acquisitioni. Hæc autem mutationes quidem sunt, non autem motus.

Ostendit nunc ꝙ in quibus non est contrarietas vt in substantijs & id genus, attenditur oppositio mutationum penes accessum & recessum ab eodem termino, & inquit. Et quibus non est contrariũ aliquod. Mutatio cõtraria est ea quæ est ex ipso ei quæ est ad ipsum, hoc est per accessum & recessum ab eodem, quocirca gñatio corruptioni contraria est, & hoc quo ad substantias, & missio acquisitioni, & hoc quo ad cætera prædicamenta, in quibus non est contrarietas, propterea addit, hæ autem mutationes sunt, non autem motus. Quòd si velis exponere Arist. hæc in parte soluisse dubitationes, vt iuniores videntur exponere, patet solutio duarum dubitationum. Prima est cõtra id quod dictũ est, videlicet ꝙ motus contrarij sunt, qui ex contrarijs sunt in contraria. Contradici potest, quia sunt quidam motus qui sunt de contrario in contrariũ, sed solum in cõtrarium, igitur falsum est quod dictum est. soluebatur, tales motus qui sunt in contrarium tm̃, nõ esse motus, sed mutationes, velut album fieri. Secũda dubitatio est, quia sunt quædam mutationes quæ nec sunt ex contrario, nec in contrarium, propterea quęritur quo nam mõ in his attenditur contrarietas. Rñdet, contrarietatem mutationum talium esse attendendam penes accessum & recessum ab eodem in idem. Et sic patet solutio duarum dubitationum.

Tex. 25. *Hi uero motus quibus ad id medium pergitur, quod est inter contraria, ponendi sunt aliqua ex parte ut in contraria, nam motus quo in medium acceditur, medio ipso ut contrario utitur. Velut è fusco quidẽ in album pergitur tanq̃ è nigro, atq; ab albo in fuscum tanq̃ in nigrum. Itéq; ex nigro in fuscum, ac si fuscum album sit. Medium. n. rõne habita ad extrema, aliqua ex parte utriusq; extremi rõnem subit. Motus igitur hoc pacto motui contrarius est is, quo è cõtrario in contrariũ itur, ei quo econtrario in contrariũ pgitur.*

Iuniores exponunt Aristo. nunc velle soluere aliud dubium, qḋ est sm apud eos, & apud ordinem nostrum *Prima expõ iuniorũ et Auer.* est tertium. Dubium vero est tale, quia dictum est motus esse contrarios, quotiens è contrarijs in contraria sunt. Sed hoc non vr̃ verum, quia motus ab extremo in medium, & ab eodem medio in extremum contrarij sunt, vbi patet eos non esse de contrarijs in contraria, sed de contrarijs in media, vel econtra. Et hæc est *Secunda expõ expositorum.* Auerro. expositio in hoc cõmen. 52. Expositores vero volunt Aristo. nunc determinare de contrarietate motuum ex parte medij, & profecto in idem incidunt. Ex verbis. n. Arist. colligitur, & declaratur quonam modo motus qui est ab extremo in medium, contrarius est ei motui qui est è medio in extremũ, & sic in idem semp conincidunt. Vult igitur motũ ab extremo in medium esse contrarium motui qui est à medio in extremum, quatenus ipsum medium subit rõnem vtriusq; extremi ad alterum, atq; alterum comparatum. Velut motus qui est è fusco in album, vtitur ipso fusco medio ꝓ nigro, & qui est è nigro in fuscum, vtitur fusco pro albo, mediũ. n. ratione habita ad extrema, aliqua ex parte vtriusq; extremi rõnem subit, postea epilogat, vt patet in textu. Sic igitur patet quo nam modo motus qui est ab extremo in medium contrarius sit ei motui qui est econtra à medio in extremum. Quo vero ad verba *Expositio verborum.* græca attinet, verba illa, motus quo in medium acceditur, in græco sunt, motus quo ad vtraq; mutatur, sed quia sumpsit verbum, vtraq;, pro medio, eo quia medium est vtraq; extrema aliquo modo, & mutari est accedere, vt clariora essent, nos transtulimus illo modo, nam idem est. Amplius dixit, ad id medium, quod est inter extrema, ad denotandum medium formæ, quod est inter extrema non medium subiecti, quod neutro extremorum participat. Hæc de cõtrarietate motuum & mutationum ab Aristo. habemus. Auer. vero quo *Quæ Auerro. cõmen. 52.* ad verba ipsa animaduertit duo, quorum primum est, cur dixit, in contrarijs habentibus inter, in translationibus enim barbaris, quas ipse commentatus est sic habetur, motus vero ad illud quod est inter contraria, & in contrariis habentibus inter, sunt ponendi tanquam illi qui sunt ad contrarium quodammodo. Secundo animaduertit cur dixit, tanquàm illi qui sunt ad contrarium quodammodo. Primum ait esse dictum pro tanto, quia nulla sunt contraria ad quæ possit motus esse, quin inter illa non medium sit, immo inter omnia talia medium est, saltem diminutionis. Et hoc quod dicit, licet sit verum in codicibus græcis non est ita, vt ꝑ nostras patet translationes. Secundum vero recte animaduertit, & recte exponit, ait enim id esse dictum pro tanto, quia medium & si sit vtrunque extremum, non tamen est vtrunque vltima perfectione, sed quasi potestate, & sic ire ad medium non est ire ad extremũ simpliciter, sed est aliqua ex parte ire ad extremum, quatenus medium est ambo extrema sub esse refracto. Vbi *Põ Auer. de cõpositione medio ex extremis.* clare habetur vt iuniores colligunt de intentione eius esse contraria manere in medio actualiter & realiter, quod magis patet in exemplo ꝙ ipse exponit de ipso fusco siue viridi. Velut enim quando aliquid mouetur ab albo in viride, id moueri in nigrum qḋ est in viride, sed cum per motum terminus actualiter acquiratur, igitur in ipso viri erit actu nigrum, quod per ipsum acquiritur motum, simili modo argui potest de albo, nam cum fit motus de nigro in viride, sequitur in viride esse album, quod per motum aquiritur, & sic ex his quæ hic dixit Auer. clare constat extrema esse in medijs actualiter sub gradibus remissis, ex quibus ipsa media componuntur, vt quod fuscum componitur ex albo & nigro sub tanta proportione, rubrum vero ex eisdem sub alia atque alia proportione se habentibus, & ita in cæteris id genus. Sed iuniores contra *Rationes sunt Iuniorũ quæ soluuntur à Gaetano.* hanc positionem acerrimis obijciunt argumentis. Verum quia alij iuniores perite ad rationes illorum satisfaciunt, omittamus rationes illas & solutiones, & nouas moueamus contra Auerro. quæstiones. Prima, ex *Prima.* duabus formis non fit vnum per se, igitur medium non est aliquod per se vnum. Secundo omnis forma *Secunda.* est simplicis essentiæ, vt Gilbertus auctor sex prin-

tipiorum scribit, sed medium est forma, igitur non cōponitur ex extremis. *Tertia.* Tertio, in omni cōpositione alterū se habet vt materia, alterū vt forma. 8. Met. sed duorum contrariorum neutrum potest esse alterius forma vel materia, igitur ex illis nulla potest proficisci compositio. *Quarta.* Quarto, nihil est quod possit concludere talē compositionem, igitur nō est tenendum à philosopho naturali, qui nihil asserit nisi à memorijs, vel sensibus, vel experientijs. Quinto, omnis forma nata est constituere suppositum, accidentales quidem, si sit accidentalis, substantiale vero, si substantialis, igitur si sint plures formæ accidentales in medio, quælibet illarū constituet suppositum, & sic in oī medio essent plura supposita, quia ibi erit suppositum albi, & suppositum nigri, & per consequens idem erit album & nigrum, qđ est impossibile. Sexto medium gñatur ex extremis, & corrumpitur in illa, igitur talis erit inter extrema & medium incōpossibilitas, qualis est inter terminū è quo, & terminum ad quem in gñatione, sed terminus è quo, & terminus ad quem non sunt cōpossibiles in eodem, *Positio Ioan.* igitur nec mediū & extrema. Propter hæc arg. Ioannes superius tenet de intentione Auer. medium ipsum nō cōponi essentialiter ab extremis nec remissis, nec fractis, immo esse formam ita simplicem, veluti quælibet forma extrema est: habere tñ ait virtutem vtriusq; extremi. Et hac rōne ait Auerro. extrema esse in medio actu, non in sumendo actum pro forma, sed pro virtute actiua, qua ipsum medium actu potest agere actionem similem actioni vtriusq; extremi. Tepidum. n. aliqua ex parte frigidum calefacit, & aliqua ex parte calidum frigefacit, & sic non differt ab extremis solum sm magis & minus, quæ sunt accidentariæ perfectiones, sed differt ab eis per se & de suam essentiam, quam pōnem Ioannes ait esse aliorum, sed illi non obiecit. Sed hæc pō siue sit Ioānis, siue cuiusuis, non est Auerroica. Auer. n. 10. Metaph. cō. 23. ita loquitur de cōpositione medij ab extremis, quo modo de compositione cōplexionis de simplicibus, vt patet per ea quæ scribit contra Gal. ibi, modo cōstat apud ipsum cōplexionem cōponi à simplicibus actu actualitate formę, & non tñ actualitate virtutis, igiř hęc solutio non est Auerroica. Secundo Auerro. vbiq;, maxime. 3. cœli cō. 67. eodem mō loquitur de cōpositione medij ab extremis, & mixti ab elementis, sed constat apud ipsum mixtū esse ab elementis, actu formę, igitur mediū ab extremis ēt actu formæ. Similia potes quærere passim per alia multa loca. *Pō cōis Gaet. & omnium.* Alij vero cōiter ad mentem Auer. tenent medium nihil aliud esse, nisi extrema remissa sub certa proportione constituta, sed quia proportiones sunt quodam modo infinitæ, deinde emergunt formæ mediæ infinitæ. *Confutatio.* Rubrū igř est album & nigrum sub A proportione reducta, fuscum vero album & nigrū sub B proportione, & in cæteris id genus. Nec hęc positio est Auerroica, quia Auer. vbiq; mediū cōparat mixto, & vbiq; de medio loquitur, vt de mixto, sed mixtū non est formæ elementariæ tñ sub certa proportione, sed vltra addit formam mixtionis, igř nec mediū erit extrema tñ sub certa proportione, & ita oportet aliud quid addere. *Prima pō.* Tenerem igř ꝙ velut A materia formæ mixti hēt formas elementarias, vt dispōnes pręuias in esse remisso, vltra illas habet formam vltimā per quā mixtum reponitur in specie, sic subiectū formæ mediæ habet in se formas extremas actu, non in suis vltimis perfectionibus, sed remissas, tanq̃ dispositiones subiecti ad formam me-

E diam, quæ tñ forma media essentialiter differt ab extremis, vt illa mixti ab elementis. Et quia illæ dispositiones possunt multipliciter variari, ideo formæ mediæ possunt esse multæ. Hec. n. positio tollit omnes rationes de leui, & est consona dictis Auer. de mixtura, & de complexione. Ad rationes igitur Ad primam patet solutio, *Solutio.* quia medium non est extrema remissa, sed est forma simplex præsupponens extrema remissa, vt dispositiones. Ad secundum patet solutio ēt, medium. n. est forma simplex veluti quodlibet extremum, licet supponat extrema, vt dispositiones. Per idē ad tertiū, non. n. medium resultat per cōpositionem, sed p inductionem. Ad quartum dico, ꝙ est aliquid quo illud cōcluditur, videmus. n. medium vicem subire vtriusq; extremi, quod esse non posset, nisi ipsum esset extrema virtute, & illa supponeret saltem vt dispositiones. Ad

F quintum dico, ꝙ omnis forma nata est constituere suppositum, qñ inest per se, & nō vt dispositio alterius, modo extrema insunt subiecto, cui inest forma media, nō quidem per se, sed vt disponens ad formam mediam, propterea suppositum non constituunt, nec accidentale, nec substantiale, media vero forma, quia inest subiecto principaliter propter se, hac ratione constituit suppositum accidentale, & subiectum denominat. Ad sextum, dici potest medium generari ex extremis non cōpositiue, sed dispositiue, propterea extrema remissa nō se habent vt terminus è quo, vel terminus ad quem, sed extrema intensa, & hoc pacto medium & extrema sunt incompossibilia. Per hanc etiam viam facile soluerentur rationes iuniorum, quas omisimus, vt violēti soluere patet. Hæc de compositione medij ab extremis de mente Auer. Solet quæri vlterius penes quid attendi-

G tur motuum mutationumúe contrarietates, & videtur ꝙ nō penes contrarietatē terminorum è quibus, quia ab eodem tepido potest quippiam alterari modo ad calidum, modo ad frigidum, vbi motus sunt contrarij, & non penes terminos è quibus contrarios. *Secunda qō de motuū contrarietate. Vide & Sco. dist. 13. 1. ad argu principalia. Solutio.* Dicebamus olim contrarietatem motuum non esse penes contrarietatem terminorum è quibus tm, nam si A moueretur ad contrarium aeris ex concauo lunæ, & B moueretur ad idem concauum aeris ex centro, motus essent è terminis contrarijs quidē, non tñ contrarij, quia sunt ad eundem terminum ad quem contrarium, igitur non penes terminos è quibus tm. Secundo dico, nec penes cōtrarietatem terminorum ad quos tm, probatur, quia tunc vt dicebatur in textu, non motus essent, sed mutationes, Tertio dico, nec penes contrarietatem terminorum è quibus, & terminorum ad quos tm, quia mo-

H tus factus ab A in B per chordā non est contrarius motui facto ab ipso B in A per arcum, & tñ sunt de contrarijs terminis, & in contrarios terminos, oportet igitur addere vt sint de terminis contrarijs ad terminos contrariōs, & eodem modo, vt si vnus per arcum, alius ēt per arcum, & si alius per chordam, ēt alius sit per chordā. Quarto, dico nec hæc tria sufficere, nā motus cœli ab ortu in occasum per culmen non est cōtrarius motui cœli ab occasu in ortum per idem culmē, quia motui cœli nihil est contrariū, vt dř in Primo cœli, & dř in Sexto huius. Propterea cōplete dici pōt motus esse contrarios quotiens à terminis contrarijs in terminos cōtrarios, & per eundem modū, atq; eandem breuissimā lineā fiunt. Modo motus ab ortu per culmen, licet sit per eandem viam, per quam est ab occasu in ortum p idem culmen, non tñ est per lineam breuissimam, quia

linea

[...]atio dubitationis. linea circularis non est breuissima. Aiaduerte tñ non referre esse terminos cõtrarios, vel rõnes terminorum cõtrarias, nam si A ignis moueretur è regione aeris ad concauum & B, terra ab eadem regione ad centrũ, motus essent contrarij, non tñ de contrarijs terminis, sed de rõnibus contrarijs terminorum. Est.n. motus ipsius A ignis è regione aeris, vt illa subit rõnem loci deorsum, est autem motus ipsius B ab eadem regione vt subit rõnem loci sursum. Et propterea colligitur rõ in oppositum, tepidum.n. subit nunc calidi, nunc frigidi rõnem. De contrarietate mutationum quid sit dicendum patuit in textu. Multa etiam alia possent addi, quæ ad textus expositionem putamus esse frustra.

Tex. 53. *Cum autem motui non solum motus contrarius esse uideatur, sed etiam quies, hoc definiendum erit. Nam absolute quidẽ motus motui contrarius est (opponitur aũt & quies) priuatio.n. est, quodãmodo uero priuatio contraria dicitur.* B

Expositio. Que quies cui opponatur motui. Vide Egid. hic. Et de cõtrarietate quietum nunc aggreditur, & primo proponit intentionem. d. cum autem motui non solum motus contrarius esse videatur, sed etiam quies, propterea proponit hoc forte definiendum. Et quia supposuit motum opponi ad motum & ad quietem, declarat q̃ non eodẽ pacto, sed motui absolute contrarius est, quieti autem quodam modo: sicut priuatio ipsa dr̃ non absolute contrarium, sed quodãmodo, & hoc ait, nam absolute quidem motus motui cõtrarius est, quia motus subire potest rõnem absolutam contrarij. Opponitur autem & quies, quia est priuatio, quę semper suo habitui opponitur, sed quia priuatio quodammodo contraria dr̃, & quodammodo rationem subijt contrarij, ideo subaudi tu, quies opponitur motui quodammodo, sic igitur motus motui simpliciter opponitur, quies vero quodammodo: fuit autem hic textus aliquantulum obscurus, propterea ad verbum transtuli, tu vero intellige vt diximus. C

Quę aũt cui nam contraria est, ueluti an ei motui qui est in loco, ea quies quæ est in loco contraria est, uerum res hæc nunc simpliciter asseratur. Vtrum.n. is motus qui est ex hoc ei quieti quæ est hic opponatur; an ei quæ est illic quo itur?

In prosequendo mouet q̃õnem, cuius solutionem supponit, deinde est mouet aliam specialiorem, & inquit, quæ autem cui nam contraria est, veluti an ei motui qui est in loco, contraria est ea quies quę est in loco, & volens solutionem ad partem affirmatiuam q̃ sic, ait verum, res hæc nunc simpliciter asseratur, q̃ videlicet, semper motui quies contrariatur sui generis, & hanc solutionem supponens, petit speciatim, cum motui semper sit quies opposita. dico illam quæ est sui generis, vtrum motui opponatur quies quæ est in termino è quo, an quies quæ est in termino ad quem, & hoc inquit. Vtrum.n. is motus qui est ex hoc ei quieti quæ est hic, puta in termino è quo opponatur, an ei quę illic, quo itur, in termino ad quem. Tu vero animaduerte quia verba fuerunt obscura. D

Tex. 54. *Perspicuum itaq; est cum motus ipse in duobus sit subiectis: ei quidem motui qui ex hoc in contrarium est, eam quietem esse oppositam, quæ in hoc est. Ei uero, qui ex contrario est ad hoc, eam quæ in contrario est.*

Expositio. Rñdet Arist. nunc ad q̃õnem, & vult quietem quæ est in termino à quo contrariari motui, non quietem quæ est in termino ad quem, nam siue terminus è quo sit contrarium, siue sit non contrarium, semper quies in illo motui cõtrariatur. Debes scire, q̃ motus semper

A est inter duos terminos affirmatiuos, qui subiecta dicuntur, quia possunt esse ea de quibus affirmatur aliquid, vt dictum fuit. Hæc autẽ duo affirmatiua subiecta possunt esse vel ambo contraria, vel alterum tm̃ cõtrarium, & hoc vel terminus è quo, vel terminus ad quem. Aristo. igitur ait quietem in termino à quo opponi motui, siue terminus è quo subeat rõnem cõtrarij, & terminus ad quem rõnem subiecti non contrarij, siue econtra, terminus è quo sit hoc. i. non contrarium, & terminus ad quẽ sit quid contrarium, & hoc ait. Perspicuum itaq; est cũ motus ipse in duobus sit subiectis, videlicet terminis affirmatiuis, ei motui qui ex hoc. i. è termino è quo non contrario in terminũ ad quẽ contrarium est, eam quietẽ esse oppositam quæ est in hoc. i. in termino è quo non cõtrario. Ei vero vt motui qui ex contrario, videlicet termino è quo est ad hoc. i. terminũ ad quẽ non contrarium, eam q̃ in contrario est. i. in termino è quo contrario, igitur siue terminus è quo subeat rõnem contrarij, siue non, semp quies in illo opponitur motui ab illo. Sed quid qñ ambo sunt cõtrarij?

Amplius videtur oĩs motus esse in contraria. Dici potest Aristote. supposuisse omnem motum esse inter contraria, sed vt vteretur verbo amplo ad motum & ad mutationem, hoc pacto voluit loqui. Insuper etiam qñ ambo termini sunt contrarij eodem modo est dicendum. Est.n. illud magis; & propterea Aristo. omisit, quia de similibus idem est sermo. Hæc de contrarietate quietis ad motum. Dubitatio. Solutio.

Simul aũt hæ et inter se contrariæ sunt. Etenim absurdũ est quies oppositas non esse si motus quidem contrarij sunt.

Et de contrarietate quietum inter se nunc agit, addens in parte contrarietatem quietis ad motum. Et primo hoc proponit quasi ex dictis, & inquit. Simul autem, supple cum motuum contrarietate patet, q̃ hæ motuum quietes & inter se sunt contrariæ, cuius cãm breuem addit. d. absurdum.n. est quietes oppositas nõ esse, si motus quidem contrarij sunt, quasi syllogizet hypothetice hoc pacto, si motus sunt cõtrarij, quietes sunt cõtrariæ. sed motus sunt cõtrarij, vt pauloante determinatũ est igit & quietes. maiorem non pbauit, sed sumpsit tanq̃ per se notã. Nemo.n. dubitare debet quietes opponi, si motus illarũ contrariant. Et q̃a hæc ppositio erat famosa, vsus est verbo absurdũ, qd̃ græce est ἄτοπον dicens, absurdum.n. est quietes oppositas non esse, si motus quidem contrarij sunt. Et sic patet ratio. Expositio. An nullo motu existẽte possit esse quies ꝑ prie accepta. Vide Scotum. q. 2. quolib.

Hæ autem sunt quæ in contrarijs sunt, ueluti ea quies, quæ est in sanitate, et quieti contraria est, quæ est in morbo, atq; ei motui quo e sanitate in morbum pergitur. Nam ut ei motui sit contraria quo e morbo itur in sanitatem, procul à rõne est. Potius.n. eius motus perfectio est, qui in eo sistit, ad quod est: q̃ q. accidat simul cum motu fieri.

Expositio. Explicat id qd̃ dixerat, & inq̃t, quietes aũt oppositæ hæ sunt, quæ in cõtrarijs sunt terminis, vt p exemplum exponit. d. veluti ea quies q̃ est in sanitate ei quieti cõtraria est, quæ est in morbo, & sic patet q̃ quietes sunt cõtrariæ. Exponit etiã de quiete & motu dicẽs, & q. d. non tm̃ quies in vno termino contrariatur quieti in cõtrario termino, sed etiã motui, ei dico quo è sanitate in morbũ pgitur, & sic quies in sanitate cõtrariatur quieti q̃ est in morbo, & motui q è sanitate est in morbũ. Nã vt qes supple ĩ sanitate ei motui sit cõtraria quo è morbo itur in sanitatẽ, pcul à rõne est, quia quies in termino ad quẽ non est cõtraria motui in eundẽ terminũ, &

huius rónem assignat dicens, potius.n.eius motuus p-fectio est, qui in eo sistit, aliquod est, q̃ φ accidit simul cum motu fieri. Quod vero ad verba attinet, sermo in græco est comparatiuus, quia verbum illud q̃ scribitur a, & tunc erit sensus, φ quies in termino ad quem vtpote in sanitate, & est perfectio motus, qui sistit in sanitatem, & simul cũ illo fit, magis tñ est perfectio illius, q̃ cum illo fit, ex eo quia illa quiete habita cessat motus, verbum vero perfectio, græce est ὑρεμησισ, quod latine sit quietatio, hic perfectionem (vt trãstulimus) sonat. Sic igitur quies in termino è quo contraria est quieti in termino ad quem, contraria & motui etiam in illum, non autem quies in termino ad quẽ, est contraria motui in termino ad quem. Tum quia simul sit cum motu, tũ vel magis quia est illius perfectio. Animaduerteq; quies in termino è quo, vt pote in sanitate cõtraria est quieti in termino ad quem, vtpote in morbo, quatenus illa in sanitate esse potest, vnde incipit ægrotatio. Illa vero in morbo esse potest, vnde incæpit sanatio, qui motus sunt contrarij, quare & quietis illorum motuum contrariæ erunt.

Auer.c.54. Auer. vero multis rõnibus persuadet idem, vt ex verbis eius balbis colligi potest. Prima, diminuta perfectio & completa perfectio non sunt contrariæ, sed motus est diminuta perfectio, quies in termino ad quem est completa perfectio, igitur non sunt contrariæ. Secunda, faciens & factum nõ sunt contraria, sed motus facit quietem in termino ad quem, igitur non est illi cõtrarius. Tertia, illud in quo inuenitur aliquid per partem post partem, non vr̃ illi contrarium, sed in motu inuenitur quies in termino ad quem per partem post partem, igitur motus & quies in termino ad quem nõ sunt contrarij. Quarta, ea quæ sunt eiusdem speciei, non sunt contraria, sed motus & quies in termino ad quem sunt eiusdem speciei, igitur non contraria. Minor patet, quia substantia motus est de gñe quietis ad quam peruenit. Quinta, quæ differunt per magis & minus non sunt contraria, sed motus & quies in termino ad quem differunt s̃m magis & minus, igitur non contraria. Sexto, finis rei non est contrarius rei, sed ipsa quies in termino ad quẽ, est finis motus, igitur non est illi contraria. Septimo arguit, φ quies in termino è quo est contraria motui, quia ea quorum vnum corrumpitur & aliud gñatur, illa sunt contraria, sed quies in termino è quo corrumpitur motu gñato, igitur sunt contraria. Ex his concludit quietem in termino è quo contrariam esse quieti in termino ad quem, nam cum motus sit contrarius quieti quæ est in termino è quo, & quies in termino ad quem, vel est motus, vel cũ ipso motu genita, igitur quies in termino è quo, & quies in termino ad quem sunt contrariæ. Hæc ex Auer. Sed quæres, quia ipsa quies in termino ad quem, est priuatio fluxus, sed motus est fluxus. igitur quies in termino ad quem, est priuatio motus, & per consequens illi opponitur, saltem vt priuatio habitui. Pro intellectu dubitationis debes scire φ motus potest sumi pro forma ipsa diminuta, quatenus fluit, & pro fluxu formæ. Similiter & quies sumi potest pro carẽtia fluxus, & pro forma perfecta, quæ pro certo tpe sub tali pfectione consistit. Tunc dico φ si sumat̃ quies pro carentia fluxus, sic nec est perfectio motus pro fluxu sumpti, nec motus pro forma fluente accepti, quia priuatio nullius habitus esse põt finis vel perfectio. Scd̃o dico, φ hoc pacto sumendo quietẽ, priuatiue opponitur tã motui pro

Quæstio de cõtrarietate quietis ad motum.

E fluxu sumpto, q̃ p forma fluente. Declaratur, quia vnũ expellit alterum, suntq; apta fieri circa idem subiectum mutuo, & hoc non negasset Arist. vt patet intelligẽti. Tertio dico, φ sumendo quietem pro forma perfecta, sub qua mobile certo permanet tpe, nec fluxui, nec formæ fluenti opponitur. Formæ quidẽ fluenti non, quia differt ab illa s̃m magis & magis. Fluxu vero minime, quia via & finis viæ non opponuntur. Quarto dico, φ sumendo quietem in termino è quo, siue pro carentia, siue pro forma contraria, motui facto ab illo termino, opponitur motui tam pro fluxu, quàm pro forma fluente sumpto, probatur, quia si sumat̃ pro priuatione, opponitur priuatiue, si pro contrario opponit̃ contrariè. Ad rónem patet solutio per ea quæ dicta sunt.

F *Insuper etiam necesse est aut hanc aut illam esse, non.n. quies quæ ĩ albedine est, cõtraria est ei q̃eti quæ ĩ sanitate est.*

Secundo de quietibus id quod dixerat nunc etiam probat, dictum est.n. quietem in termino è quo contrariam esse quieti in termino ad quem, veluti quietem in morbo ei quæ est in sanitate, nunc idem pbat, quia ei quieti quæ est in sanitate, vel contraria est quies in morbo, vel in alia re alterius gñis, vtpote quæ est in albedine vel dulcedine, non ea quies quæ est in alia re, puta albedine vel dulcedine, igitur illa quæ est in morbo, & sic quies in termino è quo cõtraria est quieti ĩ termino ad quem, qd̃ est propositum, hoc ait, insuper etiã necesse est quieti in sanitate esse contrariã, aut hanc videlicet. quæ est in morbo, aut illã quæ est in re alterius gñis, videlicet in albedine. Sumit φ non illa quę est in re alterius gñis. d. non. n. ea quies quæ est in albedine contraria est ei quieti quæ est in sanitate, igitur supple ea quæ est in morbo, & sic habet̃ propositũ. Aiaduerte

G φ nec Auer. nec expositores hunc locum bene legunt.

Quibus uero contraria non insunt, eorum mutatio quidẽ opposita est, ea uidelicet, quæ est ex ipso, ei quæ est ad ipsum. Motus uero nõ est, ueluti ea quæ est ex ente, ei quæ est ad ens. Tex. 55.

Hactenus de oppositione quietũ in motibus, nũc & de oppositione quietũ in mutationibus (vt Auer. recte & expositores exponunt) prosequitur. Repetit tñ primo quæ dicta sunt de cõtrarietate mutationum. d. quibus vero cõtraria non insunt, veluti in substantijs, eorũ mutatio quidem opposita est, ea videlicet, quæ ex ipso, ei quæ est ad ipsum, motus vero non est, veluti ea quæ est ex ente, ei quæ est ad ens. Hæc sunt quæ repetit.

Addit Auer. ea quæ à principio huius Quinti dicta sunt, videlicet φ motus differt à mutatione, nã subiectum motus est sẽper contrario in contrariũ. Subie- Que Auerr. comm.55.

H ctum vero mutationis est vel ex esse in non esse, vt corruptio, aut ex non esse in esse, vt gñatio, quæ non contrarie, sed priuatiue opponuntur. Hæc sunt satis explicata in principio huius libri, nunc supponantur.

Harum igitur quies quidem non est, sed immutatio.

Secundo hoc resumpto ait, mutationi nõ esse cõtrariã quietẽ, sed eã greci ametablesiã dicunt, latine immutationẽ, vel mutationis vacuitatẽ. Quies igit̃ in termino è quo motui ab illo opponit̃, & ametablesiã ẽt in termino è quo mutationi ab illo opponit̃. Amplius ametablesia ĩ termino è quo opponit̃ ametablesię in termino ad quẽ, veluti diximus in q̃etibus, inquit. harũ igit̃ mutationum contraria est non quies, quę proprię motui opponitur, sed ametablesia. i. immutatio, siue vacantia.

Atque si subiectum quidem, quod est non ens, aliquid est, ea immutatio quæ est in ente, ei immutationi quæ est in

non

non ente, contraria est. Si uero id quod non est ens, non est aliquid, dubitauerit quispiam sane cuinam sit contraria ea im mutatio quæ est in ente, & sit ne quies?

Antequã probet quod dixerat, interponit duas q̃ones, quarum primam omittit insolutam, & secundam soluendo id quod dixerat probat, vtens & breuitate & artificio. Et inquit, atq; si subiectum quidem quod est non ens in fine corruptionis, est aliquid, vtpote in actu in corruptione accidentium, vel potentia in corruptione substantiæ, ea immutatio quæ est in ente; hoc est in termino e quo corruptionis, ei immutationi quę est in non ente contraria est, quia ambę habent rõnem entis aliquo modo, & quo ad hoc non est dubium. Et propterea mouet dubium. Dato q̃ terminus corruptionis nihil penitus sit, vtrum ea immutatio quæ est in ente opponatur ei immutationi quæ est in nihilo. Et hoc est quod dicit, si vero subiectum quod est non ens in fine corruptionis, non est aliquid, sed penitus nihil. Dubitauerit quispiam sane cuinam sit contraria ea im mutatio quæ est in ente. Vtrum supple tu, ei immutationi quæ est in ipso nihilo. Hæc.n.est dubitatio non parua, & licet solutio hic non ponatur, tñ ex Primo & Quinto huius patet. Dictum est.n.omni motui & omni mutationi semper subesse subiectum aliquid, & sic casus est impossibilis. Mouet secundam q̃onem, vtrum immutatio, quæ est in ente dici posit quies, & eadem q̃o fieri potest de immutatione, quæ est in non ente. Inquit, & sit neque talis supple immutatio quæ est in ente, vel in non ente, & est quærere, quare ametablesia siue immutatio in termino e quo mutationum non potest quies dici? Ex cuius solutione patebit veritas eius quod supposuit, videlicet, q̃ mutationi non quies, sed ametablesia, siue immutatio opponitur.

Quod si est, aut non omnis quies motui contraria est, aut generatio & corruptio motus sunt, patet igitur illam non esse quietem appellandam, nisi & hæ motus fuerint.

Soluit q̃onem secundam, & ostendit quod supposuerat.d.q.si est supple ametablesia quies, alterũ duorum sequitur, aut vt non ois quies motui contraria sit, vtpote quies quæ est ametablesia, aut vt generatio & corruptio motus sint, & propterea concludit, patet igitur illam non esse quietem appellandam, nisi & hæ videlicet generatio & corruptio motus fuerint. Et sic patet solutio quæstionis, & probatio eius q̃d dixerat.

Est tamen ipsa immutatio simile quid quieti, atq; contraria aut nulli prorsus, aut ei quæ est in non ente, aut corruptioni. Hæc.n.est ex ipsa, generatio uero in ipsam.

Probauit ametablesiam non esse quietem per solutionem secundæ q̃onis, nunc ait illam esse quieti similem, esseq; contrariam ipsi ametablesiæ, quæ est in termino opposito, vnde inquit. Est tamẽ ipsa immutatio siue ametablesia, quæ est in ente simile quid quieti, atq; etiam contraria aut nulli prorsus, aut ei quæ est in non ente, aut corruptioni. Dixit, aut nulli prorsus. si subiectum corruptionis nihil omnino sit. Dixit, aut ei quæ est in non ente, si subiectum sit ens aliquo modo. Dixit, aut corruptioni, quia metablesia quæ est in ente, contraria est corruptioni, veluti quies motui, non autem est contraria generationi, quod probat.d.hæc.n. videlicet corruptio est ex ipsa, i.ametablesia, quę est in ente gñatio vero in ipsam, hoc est ad ametablesiã, quæ est in ente, modo nec mutatio nec motus contrariatur termino ad quem, & ita gñatio non ametablesię entis,

An quies sit cõtraria motui. Vide Lãd.q.ai. hum & Alb. de sensu. q. 8. hum.

An mutationes immutationes substantiales opponantur adinuicẽ. Vide Egi. hic.

A sed ametablesiæ non entis opponitur. Occurres, primo, in quo differt ametablesia ab ipsa quiete. Rñdent iuniores, q̃ differunt penes tempus, nam quies est mora temporaria, ametablesia siue immutatio est mora momentaria. Ratio est vt dicunt, quia quies est priuatio motus successiui, immutatio siue ametablesia est priuatio mutationis subitariæ. Hęc iuniores. Sed istud stare nõ potest, nec quo ad dñam in se, nec quo ad cãm differentiæ, non quo ad differentiam, quia vt ipsi rñdent ad rationem de faba obuiante molari, faba illa quiescit, eo quia inter quoslibet duos motus cõtrarios mediat quies, & tñ non in tpe, sed in momẽto quiescit, igitur non est de ratione quietis esse temporarium. Amplius ametablesia rei genitæ non est subitaria, quia postq̃ res generatur, non subito corrumpitur, immo minimum temporis suæ durationis est dies naturalis,

B quo tempore viuit diarium illud animal, quod græci ephemerum vocant, quod nascitur apud Hypanim fluuium, vt Aristo. auctor est in libro de Hystoria animalium. Elementa quoq; non subito corrũpuntur, postq̃ fuerint genita, quia non statim potest sibi applicari corrumpẽs, quare potest esse ametablesia temporaria, nec valet quo ad causam, quia ametablesia quæ opponitur generationi, vel corruptioni elementorum, temporariæ mutationi opponitur. Apud.n. Auer. generatio & corruptio elementorum temporaria est. Amplius potest & motus esse subitarius vt motus auctionis, & ita quies esse potest non respectu motus temporarij, & propterea tales differentiæ sunt accidentariæ, non autem per se. Melius igitur cum Arist. dicerem hęc non differre, nisi per sua opposita atq; habitus. Priuationes .n. differunt per differentias habituum. Differt igitur

C quies ab ipsa ametablesia solum per hoc, quia quies est priuatio motus, ametablesia vero est priuatio mutationis, siue hæc sit temporaria, siue illa momentaria, nõ igitur penes tempus, sed penes rationem quam habent ad habitus, quorum sunt priuationes. Hæc de dña istarum. Secundo occurres, vtrum inter ametablesiam existentem in ente, & ametablesiam existentem in nõ ente, sit oppositio contraria vel contradictoria, vel priuatoria. Dici potest, q̃ si ametablesia quæ est in non ente, sit in nõ ente simplr, vtpote in ipso nihilo, sic ametablesia entis, & ametablesia non entis opponuntur contradictoriæ, si vero sit in non ente sm quid, sic opponuntur priuatiue, q̃ si dicantur oppositæ contrariæ, non proprie, sed improprie dicuntur.

Dubitauerit autem quispiam sane, cur in mutatione quidem quæ est in loco, tam quietis q̃ motus sunt & scdm natu

D *ram, & præter naturam? In cæteris uero minime, ut altera tio alia sit secundam naturam, alia præter naturam. Non.n. sanatio magis q̃ ægrotatio secundum naturam est, aut de albatio q̃ denigratio. Similiter & in auctione atq; imminutione, neq;.n.hæ inter se contrariæ sunt, ut altera sit secundum naturam, altera præter naturam, neq; auctio auctioni. Eadẽ quoq; ratio est in generatione, corruptioneue. neq;.n. gñatio quidem secundum naturam est, corruptio autem præter naturam. Senescere.n. secundum naturam est, neq; generationem aliam scdm naturam, aliam præter naturam esse cernimus.*

His de cõtrarietate motuũ & quietum dubitatis, ad dubitat, primo cur in mutatione locali est contrarietas penes naturale & præternaturale, quia & motus & quietes sunt & naturales & præternaturales, in cæteris vero mutationibus minime. Quippe cũ nõ sit alteratio

Prima dubi.
Solu.Burl.
Confutatio
Propria pñ.
Scda dubi.
Solutio.
Tex. 56.

aliqua naturalis,aliqua præternaturalis, nec auctio aliqua naturalis, aliqua præternaturalis, nec immutatio aliqua naturalis,aliqua innaturalis,ſimili pacto de generatione & corruptione. Non.n.generatio eſt naturalis,& corruptio præter naturalis,quia ſeneſcere,quę eſt quædam corruptio, vel via ſaltem in corruptioně, ſemper eſt ſm naturam. Inſuper etiam nec generatio aliqua eſt naturalis,aliqua præternaturalis,igiť oppoſitio penes naturalem & præternaturale ſolum in mutatione locali ſpectatur, non autem in cæteris, & hoc eſt quod merito quiſpiam addubitauerit.

Quæ Auerro. comen. 56. Animaduerſione dignũ, vt ex comměto colligitur Auer.ꝙ in motu locali reperitur naturale, & præternaturale,tã ex parte motus q̃ quietis. Ex parte motus quidem,quia ignis ſurſum natura fertur, deorſum vero vi,& pter naturam,ex parte quietis vero,quia ignis natura ſurſum quieſcit, deorſum autem vi. Secundo debes ſcire ſenectutem eſſe viã in mutationem, iuuẽtutem vero in gñationem & vitam ſaltem perfectam; quæ virilitas eſt. Et ita cum nec ſenectus nec iuuentus diuidatur per naturale & violentum, nec quoq; mors; nec vita ſiue generatio diuidetur.Hęc Auer.

Tex. 57. *Sed ſi id quod eſt ui, præter naturam eſt, & corruptio ſane corruptioni contraria erit, ea quæ eſt ui, quis præter naturam eſt,ei quæ eſt ſecũdum naturam. Nonne igitur generationes nonnullæ uiolentæ præterq; fatum habẽtur,quibus hæ quæ ſunt ſecundum naturã contrariæ ſunt,nonne & auctiones uiolentæ immutationesq; ſunt, ueluti auctiones eorum, qui ob delitias cito pubeſcunt. Et frumenta quæ cito adoleſcunt,propterea quia non coagulantur.*

Soluit dictam dubitationem,& primo concludit cõtrarietatem in corruptionibus.d.ſed ſi id quod eſt vi, præter naturam eſt,& ſupple,præternaturale, & naturale opponuntur,& corruptio ſane corruptioni cõtraria erit,ea videlicet,quæ eſt vi atq; præternaturalis, ei quæ eſt ſm naturam,igitur in corruptionibus inuenitur contrarietas penes naturale & violentũ,& hoc per ſyllogiſmum hypotheticum à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis, vt Auer.dicit. Debes ſcire vt colligitur in libro de Morte & Vita, iuuentute & ſenectute, ꝙ mors duplex eſt, naturalis quidem quæ poſt ſenectutem & decrepitatem euenit, quali morte mori ſolent corpora ſimpliciter ſana, vt medici dicũt. hæc.n.naturalis eſt, quia ꝑ debita media venit ad debitum finem. Violenta vero quæ præuenit media, vt mors iuuenum ante ſenium,aut ferro,aut dolore, aut morbo.Quæ etiam ratione habita ad naturam particularem inferamq; præternaturalis dicitur,ratione vero habita ad cauſam vniuerſalem, cœleſtẽq; conſtitutionem,quam in natali habuit,naturalis eſſe poteſt,ſaltem naturalitate communi, patet igitur quonã modo ſit & naturalis & pternaturalis corruptio, & qũo ſunt contrariæ inter ſe. Ex hac declaratione idem concludit in generatiõibus,& inquit, nõne igitur generationes nonnullæ violentæ præterq; fatum habentur,quibus hæ quæ ſunt ſm naturam cõtrariæ ſunt,quaſi dicat,ꝙ ſic. Debes ſcire generationes nonnullas ſeq debita anni tempora,vt qñ ſuo tempore roſę ingenerantur,& id genus,& hę himarmenæ à græcis dicũtur,hoc eſt ordine fatali atq; cœleſti procedentes, himarmen enim græce, latine fatũ, vt dicit Cicero, atq; fato euenire dicitur,vt ait Them. ꝙ naturale eſt,& naturæ inſtitutioně atq; ordinem ſequitur. Roſarum igitur ge-

E neratio,quotiens vere eſt, & non hyeme,naturalis dicitur,& hoc pacto acceſſus hominum ad honores magiſtratusq; cum fiunt ordine naturali per debita media, naturales dicuntur. Aliquæ vero ſunt gñationes inordinatæ,quæ non procedunt debitis temporibus, nec ordine debito, veluti eſſet generatio roſæ in hieme,qñ arte & villica induſtria eueniret. Agricolæ.n. non modo ſtirpes docẽt facere indebitis temporibus, vt roſas in hyeme,cucurbitas, & id genus, ſed animalia,vt ſcorpios ex baſilicone, veſpas è carne equina,& id genus.Horum.n.gñatio præternaturalis eſt, quatenus nec per debita tẽpora, nec ex conſuetis cauſis fieri videntur. Acceſſus quoq; hominum ad magna,cum non per debita media procedũt gñationes innaturales dicuntur,atq; cito reſolubiles. Quod vero ad verba attinet debes ſcire,ꝙ ego tranſtuli textum interro- An corruptiones sint quæ innaturales. Vide Egid. 17.

F gatiue dicendo,nonne igitur gñationes? quia verbum græcum, ἆρ' οὖν id ſonare videtur. Idẽ tertio declarat in auctionibus,& inquit,nonne & auctiones violentæ imminutionesq; ſunt, veluti auctiones eorum animalium,ſiue hominum,qui ob delitias cito pubeſcunt,cuiuſmodi ſunt omnes primates,iſti.n.quia viuunt in delitijs copijsq; rerum atq; abundanti victu, cito pubeſcunt,eo quia magna humoris copia in his abũdat, quo facile humor naturalis increſcit, & citius q̃ debuerit. Idem oſtendit in ſtirpibus.d.& frumenta quæ cito adoleſcunt atq; augentur, propterea quia non coagulantur,vt qñ fuerint proiecta mox pluuiæ ſuccedunt, tũc .n. nimio humore ſuperfuſo non permittuntur denſari,ſed cito pullulant, & tale crementum villici tanq̃ præternaturale vituperant. Hæc apud Collumellam & Palladium omittantur, nobis vero ſatis ſit colligere

G frumenta nonnunquã præternaturaliter creſcere quotiens citius q̃ deberent creſcerent, vt vel humoris copia,aut quauis alia cauſa,nõnũq̃ vero naturaliter, quotiens debito(vt ſolent)tempore increſcunt,vel humoris,vel caloris temperie. Sic igitur patet auctiones eſſe naturales,& præternaturales, patet igitur ad formam dubitationis,ſupponebatur.n. falſum, & ita negãdum eſt aſſumptum. Debes ſcire ꝙ in textu Auer.innuitur talis conſequẽtia, generatio violenta fit multipliciter, igitur & naturalis generatio multipliciter fit,quę videť ſequi per illud primi topicorum, quot modis dr̃ vnum oppoſitorum,tot modis dr̃ & alterũ.Et ſuper hoc textu mouet qõnem Auer. quia ægritudinis ſpecies ſunt multæ,& tñ vna,& non multæ ſunt ſanitates. Dubitatio.

Quæ Auer. com. 57. Reſpondet Auer.d.ꝙ forte vna ſanitas cõtinet multas particulares ſanitates oppoſitas illis multis ægritu-

H dinibus,ſed quia non habent nomina impoſita,latent, & ita velle vr̃ ꝙ ſunt tot ſpecies ſanitatis, quot morbi, ſed quia ſpeciebus ſanitatis non ſunt nomina impoſita,veluti ſpeciebus morbi,ideo vna videtur eſſe ſanitatis ſpecies,quæ reuera multimoda eſt pro ratione morborum.Hæc. Auer. Sed iuniores refellunt ſolutionem hanc. Primo quia ſanitas conſiſtit indiuiſibili, quia in humorum æquatione,quæ indiuidua eſt igitur ſanitas vno modo eſt,ægritudo non. Secundo,ſanitas eſt bonum animalis, ſed bene ſe habere eſt vno modo, igitur nõ plures ſanitatis ſpecies. Tertio, ſanitas eſt in medio humorum, ſed accedere ad medium eſt vno modo,recedere multis modis,igr̃ vna ſanitas. Propterea tenent ſanitatem eſſe ſpeciem ſpecialiſſimam & indiuiduam, morbum genus ſubalternum, & diuiduum. Id vero quod Primo Topi.dicitur de ſignificatu, & nõ Rationes Bur. Solutio Bur.

de

de suppositis glosari solet. Ad Auer. vero dicunt illum esse locutum dubitatiue, & non assertiue. Sed hæc positio potest intelligi vno modo, quod vnius animalis numero vna tantũ sit numero & indiuidua sanitas, aut vnius membri sit vna numero sanitas & indiuidua, aut vnius membri sm vnam rationem, eandemq; sanitas sumpta est vna numero & indiuidua. Primo modo non est vera positio, quia si Socrates simul oculo & corde laboraret, & sanaretur oculo & non corde, patet sanitatem oculi non esse illam cordis, quia potest oculo sanari, & cordis morbo languere. Nec secundo modo est vera, quia potest oculus Socratis in complexione infirmari, & in compositione bene valere similiter etiam & infirmari simul compositione, & cõplexione. Potestq; sanari complexione, vbi nõ erit sanus compositione, igitur sanitas complexionis non est sanitas compositionis. At tertio modo bene dicunt, s.n. oculus consideretur, quatenus vnum membrum, & quo ad vnam particulam eius, & quo ad complexionem vnam specie, dico quod vno modo sanus est, & multipliciter in complexione potest relinqui, quia quo ad gradum vnum, quo ad gradus duo, & sic de alijs, vna tamen erit sanitas in complexione, quia tẽperies huic oculo sana, & ad hoc faciunt rationes iuniorum, sic.n. sanitas est indiuidua, vt prima ratio dicit, non autem in suo ambitu considerata, & licet sit bonum animalis, non vnico modo, & propterea bene se habere nõ erit vno modo in proposito, & hoc pacto sanitas erit in medio humorum, quia graduũ hic proportionatio. Et sic patet positio, aliter enim illi non assentior.

Examinatio quæstionis.

Tex. 58. *In alteratione vero quomodo res se habet, an eodem modo, quippe cum nonnullæ violentæ sint, nonnullæ naturales, qui nanq; non in decretorijs diebus sanatur, hi præter naturam alterari uidentur, qui uero decretorijs, hi secundum naturam alterantur.*

Soluit dubitationem per interemptionem assumpti, & declarauit in corruptionibus, generationibus, atq; auctionibus, minutionibusue posse sumi contrarietatem penes naturale, & præternaturale. Dubitat nũc an idem possit esse in alterationibus, & inquit. In alteratione vero, quomodo res sese habet, supple dubiũ est. Respondet etiam in alterationibus idem posse verificari, qui è morbo in diebus creticis liberantur, hi naturaliter ad sanitatem alterantur, qui vero in diebus vacuis siue non creticis, hi præternaturaliter ad sanitatem alterantur. Inquit, an eodem modo, supple in alterationibus est, & reddit causam. d. quippe cum nonnullæ violentæ sint. nõnullæ naturales alterationes, qui nãq; non in crisinis, hoc est decretorijs diebus sanantur, hi præter naturam alterari ad sanitatem videntur, qui vero in crisinis hoc est decretorijs indicibusq;, hi sm naturam alterantur. Quod vero ad verba attinet, Arist. (vt Auer. animaduertit) locutus est per propositiones particulares, dicendo aliquas alterationes esse violẽtas, aliquas naturales, & non dixit omnes esse naturales. i. in qualibet specie esse potest naturalis & violenta, quia hoc indiget inductione in omnib⁹, & quia inducere in omnibus est difficile, ideo loquitur per propositiones particulares. Quod etiam ad græca verba attinet, debes scire quod morborum dies, alij sunt cretici. hoc est indices, siue decretorij, veluti in morbis acutis omnes septenarij, vt septimus. 14. & 21. & alij indiciarij, vt oẽs quaterni, veluti quartus indiciarius est septimi, & vn-

Diuisio plerumque apud me dicos.

A decim⁹ decimiquarti, atq; decimusseptimus vigesimiprimi, alij vero sunt præliambulatorij, siue intercidentes, vt omnes terni. Alij & vacui, in quibus nec præliũ, nec indicatio prelij, nec præliambulum videtur, vt sextus, octauus, & id genus. De his in nostro codicillo de creticis abunde diximus. Egroti igitur. qui morbo liberãtur diebus vacuis, præternaturaliter alterantur à morbo ad sanitatem, nam tales dies non præliatorij erant sed induciarij, in quibus induciæ fieri solent inter humorem pugnacem, & virtutem regitiuam infirmi, qui vero in diebus decretorijs naturaliter ad sanitatem alterantur, quia hi dies naturaliter præliaturij erant, in quibus victoria expectatur, aut humoris, aut virtutis. Hæc pro verbis græcis.

Sed erunt ne corruptiones ipsæ inter se contrariæ, non generationi, & quid prohibet, aliqua. n. ex parte sunt contra-
B *riæ. Etenim si hæc fuerit voluptifica, illa subtristis, at sic corruptio corruptioni contraria erit, non simpliciter, sed quatenus ipsarum altera talis est, altera talis.*

Remouet contra determinata cauillum siue dubitationem quandam, quia corruptio naturalis contraria est corruptioni præternaturali, & corruptio naturalis contraria est generationi, igitur vni erunt duo contraria. Eodẽ modo potest addubitari de generatione, erit .n. generatio naturalis contraria generationi violentæ, & erit contraria corruptioni, igitur vni duo contraria. Inquit, sed erunt ne corruptiones ipsæ inter se contrariæ, non generationi, q.d. quod non, igitur corruptio contrariabitur corruptioni & gñationi, & ita vni duo erũt contraria. Respondet hoc non esse impossibile, quia non eodẽ respectu corruptio contrariatur corruptioni, qui contrariatur generationi, nam generationi qui
C dem cõtrariatur in eo quod corruptio, in eo vero quod talis, videlicet præter naturam & subtristis, contrariatur corruptioni, videlicet voluptificæ, & naturali, & sic non est impossibile vni duo aduersari ratione diuersa, non vnica ratione.

Quod vero ad uerba attinet, Auer. per voluptificã corruptionem naturalem vult esse intelligendam, per subtristem vero violentam, aut per subtristem, omnino odiosam, p voluptificã vero minus odiosam. Mors .n. iuuenilis omnino odiosa est morienti, senilis vero etsi odiosa seni, minus tamen odiosa, propter senium, quod est semimors, quo senex semper laborat. Dubitat expositor nouus, vtrum eodem modo violentum, & naturale reperiantur in motibus localibus, & in cæteris motibus, Respondet nouus expositor quod non, quia in
D motibus localibus reperitur violentum & naturale simpliciter, in generatione vero & alijs reperitur eiusmodi sm quid, diciturquidem motus naturalis sm locum, quando tam sm remotam q̃ sm proximã dispositionem est talis, veluti motus lapidis deorsum, hic.n. motus quo ad proximam dispositionem, quæ est grauitas, naturalis est, quo etiam ad remotam quæ est materia, etiam naturalis est. In generatione vero & alteratione non potest reperiri naturale, nisi quo ad materiam. Potest tamen motus esse naturalis quo ad cõditiones extrinsecas, vt si non fuerit vltra consuetum celerior, si in debitis temporibus, si à proprijs & consuetis causis. Hæc ex nouo expositore colligi possunt. Sed videtur hæc solutio ambigua, primo, quia nullus motus localis esset simpliciter violentus, quia saltem sm dispositionem remotã quilibet est naturalis, vt dicit Auer. 8. huius

Quæ Auerro. comm. 58.

Dubiũ Egid.

Solutio.

An mutationes vel immutationes substantiales opponitur adinuicem, & an inter talia reseruetur oppositio pure con-

Vade Egid. tex. 55. huius

hutus côm.4. Secundo frigefactio ignis videtur simpliciter violenta, & calefactio aquæ simpliciter vt omnes dicunt, & tamen quo ad dispositionem remotá quęlibet harum est naturalis. Videtur itaq; mihi violentum & naturale generatum omnibus imutationibus attendendum esse penes dispositiones proximas, vt dicatur ea corruptio violenta, q̃ est contra dispositionem proximam subiecti, ea vero naturalis, quæ est s̃m dispositionem proximam. Et hoc pacto facile est reperire violentum & naturale in omnibus. In motu locali quidé, quia lapis sursum fertur violenter, quia contra grauitatem est talis motus. Deorsum vero simpliciter naturaliter, quia s̃m grauitatem, in alteratione vero, quia præter naturaliter, atq; violenter aqua calefit, naturaliter vero frigefit, præter naturaliter etiam rarefit, naturaliter condensatur, frigefactio.n. est s̃m dispositioné proximá, calefactio vero contra dispositionem proximá, condensatio etiá est s̃m proximá dispositionem, rarefactio contra dispositionem proximá. In auctione vero idem facile reperiri potest, quia crementum hominis, vel tritici celerius solito est violentum, quia contra dispositiones proximas tritici quibus forma tritici cõseruatur in materia, vel contra dispositiones hominis; crementum autem s̃m consuetum tẽpus, naturale est, quia conuenit dispositionibus hominis, vel tritici corruptio insuper in decrepitate naturalis est, quia conuenit dispositionibus quibus forma, tunc conseruatur ea in ætate, in iuuentute, violenta est, quia contra dispositiones generatio et animalis vel plantæ pro cõditione temporum disponentium materiam, & ex causis consuetis naturalis est, quia conuenit dispositionibus proximis, quæ debitis temporibus inducuntur, ac debitis ẽ causis. Generatio vero animalis vel plantæ nec s̃m cõditionem temporis, nec causarum violenta est, quia cõtra dispositiones proximas. Præterea, Generatio cadaueris ex corpore iuuenili præternaturalis est, quia contra dispositiones proximas iuuentutis, sed ex corpore decrepito, naturalis est, quia s̃m dispositiones proximas, sic igitur patet in omnibus motibus violẽtum & naturale sumi similiter, etiam & in omnibus mutationibus, licet de generatione & corruptione deq; auctione sit aliquantulum latens.

Tex. 59.

Omnino igitur motus quietesq; dicto modo cõtrarij sunt. Veluti is motus qui sursum est ei qui deorsum. Loci enim hæ sunt contrarietates, harum autem lationum, ea quidem quæ est sursum, ignis natura fertur, ea vero quæ est deorsum, terra fertur, atq; lationes ipsorum contrariæ sunt, nam ignis quidem sursum natura fertur, deorsum uero præter naturã, & motus ipsius secundũ naturam contrarius est motui eiusdem præter naturam.

Epilogat quæcunq; dicta sunt de motuum & quietum contrarietate. Et primo sumit motui posse esse cõtrarium motum dupliciter, aut simpliciter, hoc est contrarietate differentiæ locorum, & corporum quæ mouentur, & hoc pacto ignis sursum petit, contrarius est motui quo terra petit deorsum. Sunt.n. sursum & deorsum loci contrariæ, & ignis & terra corpora admodũ contraria, aut s̃m quid, hoc est penes locorum contrarietatem non corporum, quatenus eidem corpori contrarij motus competunt, licet non eodem modo, sed alter natura, alter præter naturam. Inquit, omnino igitur motus, quietesq; dicto modo quo iam diximus contrarij sunt. Et primo exponit quonámodo simpliciter E contrarij sunt, & inquit. Veluti is motus qui sursum est, ei qui deorsum cõtrarius est simpliciter. Primo ratione contrarietatis locorum, ideo dicit, loci.n. hæ sunt contrarietates, hoc est differentiæ, videlicet sursum & deorsum. Secundo adest corporum contrarietas, & iõ ait. Harum aũt lationum, ea quidem, quæ est sursum ignis natura fertur, ea vero quæ est deorsum, fertur terra, & sic adest etiam corporum contrarietas, & ita motus erunt simpliciter contrarij. Secundo exponit quomodo motus sunt contrarij s̃m quid, & inquit, atq; lationes ipsorum, supple tñ contrariæ sunt, quod est dicere s̃m quid, & non simpliciter, quoties fuerint eiusdem corporis. Nam ignis quidem sursum natura fertur, deorsum vero præter naturã. Et motus ipsius s̃m naturam, contrarius est motui eiusdem præter naturã, non quidem contrarietate corporum, sed locorum tñ; F igitur contrarij sunt s̃m quid. Motus igitur sursum potest accipi in eo, quod motus sursum, & sic sibi contrarius est motus deorsum, aut in eo quod naturalis vel violentus, & sic contrarius est sibi motus violentus vel naturalis, nec inconuenit vni duo esse contraria sub diuersa ratione. Hæc de motuum contrarietate.

Quæ Auerr. comen. 59.

Circa quæ Auer. dicit tria, quorum primum est, q̃ in motibus esse potest contrarietas s̃m speciem, & s̃m modum in eadem specie, contrarij motus specie sunt, qui sunt de contrarijs in contraria & corporum contrariorum, qui motus contrarij simpliciter dicũtur, vt motus quo ignis sursum, & motus quo terra deorsum fertur. Contrarij vero s̃m modum in eadé specie sunt, vt violentus & naturalis, qui igni cõpetere pñt. Põt.n. ignis sursum quidem naturaliter, deorsum vero violenter ferri, & hos contrarios esse diximus s̃m quid. Secundum est, q̃ violentum & naturale qñq; sunt in eadem G specie, vt motus quo ignis sursum fertur, est eiusdẽ speciei cũm motu quo terra sursum etiá fertur. Differt tñ mõ, quia ille naturalis est, hic violentus, qñq; in diuersis speciebus, vt motus quo ignis sursum fertur, & motus quo ignis fertur deorsum, sunt.n. hi motus specie diuersi, & alter naturalis, alter violentus. Et hoc voluit dicere Auer. exponendo translationes suas, cũ dixit, & intendit per modos motuum, duos modos motuum cõtrariorum, vt potẽ contrariorum specie differẽtium, & eiusdem speciei. Quod dictum verum est, licet ad textum græcum inutile penitus. Tertium est, q̃ definitio cõtrarietatis, q̃ est q̃ sit maxima distãtia, primo & principaliter reperitur in loco, quia proprie loca distãt maxime, & per quandam metaphoram reperitur in alijs contrarijs. Animaduerte tñ, q̃ cõtraria requirunt duo: H Primum q̃ maxime distent in eodem genere. Secundum q̃ mutuo sese expellant circa idem subiectum. Quidem ad primam cõditionem rõ contrarietatis primo competit contrarijs in loco. Quo vero ad secundá primo competit cõtrarijs in qualitate, sed de his supra satis diximus, nunc aũt dictũ sit in tñ. Quę vero Auer. ait de translationibus, non sunt audienda, laborat.n. in vanum, nam textus in græcis codicibus patet.

Tex. 60.

Quietes etiam similiter, quies.n. sursum motui contraria est, qui est deorsum, atq; terræ fit quies, quidem illa præter naturam, hic autem motus secũdum naturam. Quare motui quies contraria est ea, quæ est præter naturam ei, qui est secundum naturam eiusdem, etenim motus eiusdem hoc modo contrarius est, nam alter ipsorum erit secundũ naturam, aut is qui sursum est, aut is qui deorsum, alter præter naturam.

Nunc

Nunc de contrarietate quietum & inter se, & ad motus, vbi debes scire ꝙ quies cōtrariatur motui, & quieti, vt dictum fuit. Si igitur contrariatur motui, potest illi contrariari simpliciter, aut ſm quid, simpliciter quidem, si fuerint ambo diuersorum corporum, & contrariorum locorum, vt quies ignis sursum, & motus terræ deorsum. Hæc.n. videntur contraria simpliciter, quia tam penes terminos, q̃ penes corpora opponūtur, ſm quid vero si penes violentum & naturale tm̄ opponantur, vt quies terræ sursum, & motus terrę deorsum. hęc .n. solum penes terminos, non penes corpora opponūtur. At si quies comparetur quieti, rursus dupliciter potest illi contrariari, aut simpliciter, aut ſm quid, quies ignis sursum, & quies terræ deorsum simpliciter opponuntur, quies vero terræ sursum & quies terræ deorsum tm̄ ſm quid opponuntur. Inquit Arist. quietes ēt similiter opponuntur, vt dictum est de motibus, hoc est tā simpliciter q̃ ſm quid. Et declarat hoc, & inquit. Quies .n. sursum contraria est motui qui est deorsum, hoc est simpliciter & ſm quid. Et exponit quomodo ſm quid .d. atq; terræ fit quies quidem illa præter naturam, hic autem motus ſm naturam, quare motui quies contraria est ea quæ est præter naturam, ei qui est ſm naturā eiusdem, & ita ſm quid, quia solum quo ad terminorū oppositionem, & nō corporum, reddit causam huius, & inquit, etenim motus eiusdem, supple motui eiusdē hoc modo, ſm quid contrarius est, quatenus alter ipsorum est ſm naturam, siue sit is qui sursum, siue is qui deorsum, alter vero p̄ter naturam. Vt igitur motus qn̄ ambo sunt eiusdem corporis solum penes violentum & naturale differētes, contrarij sunt ſm quid, ita quies & motus, qn̄ ambo sint eiusdem corporis ſm quid cōtrarij erunt, & sic patet ratio. Prætermisit vero, quomodo quies contrariatur motui simpliciter, quia per regulam de motibus facile habetur regula de motu & quiete. Itemq; præterijt declarare contrarietatem quietum inter se, quia per regulas de motibus habetur idem in quietibus. Hæc de oppositione quietum.

Qua Auer. comen. 60. Notat Auer. in calce cōmenti, ꝙ vni motui numero accidit contrarietas penes naues naturale & violentū, similiter & vni motui specie, verbi causa, ascēsui A ignis contrarius est descensus eiusdem A penes naturale & violentum, quatenus ascensus ille est naturalis, descensus vero violentus, & ita vni numero ascensui alter cōtrarius est penes violentum & naturale, & similiter exēplum est de motui specie, ascensui.n. A ignis ſm speciē contrarius est ſm violentiam descensus eiusdem ignis vel alterius, & similiter est de contrarietate quietis ad motum, potest.n. quies motui opponi penes naturale

Dubitatio Auer. & violentum, & ita ſm quid. Sed dices, vtrum motus & quies quæ opponuntur ſm quid, possunt esse ambo

Solutio Auer. naturales. Innuit Auer. solutionem, ꝙ hæc contrarietas penes violentū & naturale non potest intelligi nisi de eadem re, & propterea oppositio ſm quid quæ est penes naturale & violētum non pōt esse, si sint ambo naturales, ac in motibus ſm speciem contrarijs secus est, quia bene possunt esse ambo naturales, vel ambo violēti, vt motus ignis sursum & mot' terræ deorsum, sunt.n. contrarij & ambo naturales. Ex his igitur vult, ꝙ contrarietas ſm quid, quæ est penes naturale & violentum, non potest sumi nisi in eadem re, & propterea nec respectu eiusdem possunt esse vel ambo naturales vel ambo violenti, & ita contrarietas ſm quid non potest esse inter motus ambos naturales, aut ambos violentos, contrarietas simpliciter esse potest in motibus ambobus naturalibus, vel ambobus violentis, quia nō est eiusdem rei sed diuersarum. Summa igitur solutionis est, ꝙ oppositio ſm quid non potest esse nec in motibus nec quietibus ambobus naturalibus, bene oppositio simpliciter, quia illa est eiusdem rei, hæc diuersarum rerum existit.

Habet autem dubitationem, nunquid cuiuslibet quetis, quæ nō semper est, sit generatio, quæq; sit ipsum stare. Eius igitur quod præter naturam quiescit, utpote terræ sursum erit generatio: igitur quando sursum ui ferebatur, stabat. At id quod stat, semper uelocius ferri uidetur. Id autē quod ui, contra tardius fertur. Ipsum igitur quiescens non factū erit quiescens. Tex 61. Qō secunda.

Mouet nunc secundā dubitationem, videlicet vtrū cuiuslibet nouæ quietis sit generatio, quæ quidē gn̄atio dicatur ιστασις, latine statio, vel sistentia. Hęc est qō. Inquit, Habet aūt dubōnem nunquid cuiuslibet quietis, q̃ non semper est, sed noua sit, sit gn̄atio, quæq; generatio sit ipsum stare, siue ipsum sistere. Aīaduerte, ꝙ quies est priuatio motus penitus, statio, vel sistere est ire ad priuationem motus, vt dicetur in Sexto huius, & propterea sistere videtur quædam gn̄atio quietis. Ad partem negatiuā arguit primo, quia si cuiuslibet quietis nouæ sit gn̄atio, tunc quies terræ sursum fuisset genita, destruit consequens, quia oīs generatio quāto est proprior fini, tāto velociter est. Id aūt ꝙ vi ferť, quāto est fini propinquius, tanto tardius fertur, igitur violenta quies non generatur, & ita non quælibet quies noua generatur. Inquit, Eius igr̄ quod præter naturā quiescit, vtpote terræ sursum erit gn̄atio, & sic violētæ quietis, qua terra sursum quiesceret, esset gn̄atio. Contra obijcit destruendo consequens, quia tunc qn̄ sursum vi ferebatur, stabat, hoc est impoſe, & syllogizat hoc esse impoſe sic, id quod stat velocius ferri vr̄ & hoc ꝓ tanto, quia est prope finem. Omne aūt quod est prope finem accelerat, sic igr̄ oē quod stat velocius ferri vr̄, id aūt quod vi mouetur contra se habet ꝙ tardius fertur. Syllogizetur igitur hoc pacto, oē quod stat, velocius fertur, quod vi mouetur, non velocius fertur, igr̄ quod vi mouetur non stat, & ita ipsum quiescens non erit generatum quiescens, ita vt quies eius sit genita. Quid sistere vel stare. An aliquid simul moueatur naturaliter, et quiescat. Vide Eg. hic.

Interpretatio Arist. Aīaduerte vt recte nouus expositor notat, ꝙ nō est dubium, si graue sursum fertur, anteq̃ deorsum redeat, quiescat. quia vt dicetur in Octauo semper inter duos motus contrarios mediat quies. Sed Arist. quærit si illa quies sit genita, gn̄atione, videlicet quæ est ipsum stare vel sistere, & probat Aris. ꝙ illa quies non pōt gn̄ari generatione q̃ est ipsum sistere. & syllogizat sic, oē qđ generatur per ipsum sistere, velocius fertur, q̃ ferebatur: qđ generatur in quiete violenta, non velocius fertur q̃ ferebatur: igr̄ nō generatur per ipsum sistere, maior patet ex definitione ipsius sistere, sistere.n. qđ grę ci istasthe dicunt, nihil aliud est q̃ ferri velocius q̃ ferebatur, & hoc rōnabiliter, quia sistere est accedere ad finē, vnūquodq; aūt agens quanto fini est propinquius, tanto magis accelerat. Minor vero patet ad sensum, quia semper motus violentus est tardior in fine. Ex hoc apparet ꝙ Arist. per hunc syllogismum non conclusit absolute quietem violentam esse ingenitā, sed ꝙ non generatur, ꝑ generationem, q̃ est ipsum stare vel sistere. Exceptum. Vtrū vero possit alio modo generari Arist. non tangit. Forte. n. verum est quietem violentam generari non

posse

posse per generationem quę est ipsum stare vel sistere, hoc. n. pacto generatur quies naturalis, vt dicetur in Sexto huius, Potest tamen generari defectu impetus impellentis, vel alio modo, vt dicetur in Octauo, & post in hoc lib. Et in hoc apparet error iuniorum dicẽtium Arist. mouisse quæstionem, non aũt soluisse, imo mouit & soluit. Quæsiuit. n. vtrum cuiuslibet quietis nouæ sit gñatio. Et respõdit ꝗ nõ, & hoc capiẽdo gñationẽ ꝓ ipso stare, quia quietis violentæ nõ est generatio hoc pacto. Ecce ꝗ mouit quæstio. & soluit illam.

Error Iun.

Præterea ipsum stare aut de motu qui est secundũ naturã in ipsum locum esse omnino uel proprie dici uidetur, aut simul accidere.

Secundo idem probat ab interpretatione nominis, nam græci ipsum istasthe, siue stare id proprie appellãt, quod est prope finem motus localis naturalis, aut finis illius, igr̃ nec violentæ quieti, nec motui violento competere põt. Inquit, Præterea ipsum stare aut de motu qui est ſm naturam in ipsum locum esse omnino videtur, aut proprie dici, aut saltem simul accidere cum fine illius motus, igitur quies violenta, generatione quæ est ipsum stare, generari non potest, cum illi nominis interpretatio non competat. Et sic patet solutio ad qõnem secundam, cum quærebatur si violentã quies generatur. Solutio. n. est ꝗ non generatur generatione q̃ est ipsum stare. Sed vtrum alio modo, hoc prætermittit vsq; in Octauum. Ibi. n. dicetur ꝗ improprie generatur per defectum impellentis.

Tex. 62. Quæstio tertia. *Habet autem dubitationem si quies quæ hic est, ei motui qui hinc est contraria sit, cum enim aliquid ex hoc mouetur, uel etiam ab eo abest, adhuc id è quo abest, habere uidetur. Quare si hæc quies contraria sit ei motui, qui est ad contrarium, contraria simul erunt.*

Mouet tertiam dubitationem de eo quod dixit in oppositione quietis & motus, voluit. n. ꝗ quies in aliquo termino contraria sit motui ab illo termino. Obijcit itaq; nunc contra, quia hoc dato, tunc contraria essent in eodem, deducitur, quia oẽ quod mouetur partim est in termino è quo, partim in termino ad quem, igitur haberet contra saltem ſm partem. Inquit. Habet autem dubitationem, si quies quæ hic est, ei motui qui hinc est, contraria sit, Et arguit ꝗ nõ, & inquit. Cũ. n. aliquis ex hoc mouetur, vel ẽt ab eo abest per alterationem, vel alium motum, ad huc id è quo ab est habere videtur, quia oẽ quod mouetur partim est in termino è quo, partim in termino ad quem, quare si hæc quies cõtraria est ei motui qui est ad contrarium, contraria simul erunt, saltem ſm partẽ. Quod vero ad verba græca attinet, verbũ illud abest, græce est ἀπέχει, quod licet latine sonet, abijcit, melius sonat hic, vt transtuli. Hæc est dubitatio.

Tex. 63. *An aliqua ex parte quiescit, si adhuc manet, omnino, si quidem eius quod mouetur pars est illic, pars in eo in quod mouetur, quocirca & motus magis contrarius est motui, q̃ quieti. De motu igitur, quieteq́ue, & quonam modo uterq; unum est, & quæ atq; qui quibus aduersentur, dictum est.*

Soluit concedendo consequens, non. n. est impossibile contraria esse simul ſm quid, non aũt simpliciter. Inquit. An aliqua ex parte quiescit, & habet quicquam de termino è quo, si adhuc manet illæ terminus, & nõ subito abijciat̃, vt fit in subitaria mutatione, cuius causam repetit. d. Omnino siquidem eius quod mouetur, pars est illic è quo mouetur, pars in eo in quod moue-

E tur. Sic igitur non est impossibile contraria esse simul in eodem ſm partem: & quia motus contrarij, nec ſm totum, nec ſm partem esse possunt simul in eodem, ꝓpterea infert motum magis motui esse contrarium q̃ quieti, nam motus põt saltem ſm partẽ stare cum quiete sibi contraria, cum motu vero cõtrario, nec ſm partem, nec simpliciter. Tunc epilogat. d. de motu igitur, quieteq́ue, & quonam modo vterq; vnum est, quia saltem ſm partẽ, vt nunc dictũ est. & quæ quietes, quiue motus, quibus quietibus & motibus aduersentur, dictum est. Quæret primo quispiam, quomodo possunt duo contraria esse in eodem, videlicet quies in termino è quo, & motus, qui ad contrarium.

Quæ Auer. com. 62. Indicat Auer. solutionem dicens, & cum omne motum est diuisibile, vt post declarabitur, tunc motũ nõ est quiescens in eo ex quo mouetur, nisi ſm partem, nõ F ſm totum, atq; simpliciter, q̃a dum mouetur, quædã pars eius est in eo ex quo mouetur, & quædam pars in eo ad quod mouetur, & sic non sequitur vt duo cõtraria sint in eodẽ subiecto. Hæc Auer. Et sic solutio est, ꝗ duo contraria sunt in eodem subiecto ſm diuersas partes. Et hoc est pro tanto, quia id quod mouetur est diuisibile, cuius vna pars est in termino è quo, rõne cuius habet quietem in termino à quo, altera pars est in termino ad quem, ratione cuius habet aliquid de termino ad quem, & sic habet contraria ſm quid, & ſm diuersas mobilis partes.

Secunda dubi. Secundo quæres, q̃o quies & motus contrarij esse possunt in eodem subiecto ſm diuersas partes, & non duo motus contrarij.

Solutio Auer. com. 62. Indicat etiã Auer. solutionem dicens, & ideo possibile est vt quies & motus inueniantur in duabus partibus moti, non aũt est possibile, vt duo motus contrarij inueniãtur in dua G bus partibus eius, sed necessario impediũt se inuicem, propterea subdit motum & quietem congregari posse in eodẽ subiecto saltẽ ſm diuersas partes, non aũt motus contrarios. est igr̃ solutio, ꝗ duo motus contrarij sese impediunt circa idem, quia omne quod mouetur, mouetur ſm se, & quodlibet sui, motus vero & quies non se impediunt, quia aliquid potest moueri ſm se, & quodlibet sui, saltem diuersis respectibus. & hoc est verum vniuersaliter in motu pure locali, nõ autem in motu alterationis, vel est verum saltẽ de numero motus, vt recte iuniores sentiunt.

Vide & Egid. hic.

Tertia dubi. Sed adhuc occurres, q̃o idem potest moueri ſm se, & quodlibet sui, & quiescere ſm se & quodlibet sui.

Solutio Auer. ibidem. Respondet Auer. ibidem dicens, & sciendum est, ꝗ quies coniuncta cum motu nõ est distincta à motu, id est in parte distincta, quia tunc aliquid moueret̃ in vna parte, & in alia parte, & in alia H quiesceret, & sic mobile qđ mouetur ſm se, & quodlibet sui mouetur, & ſm se & quodlibet sui quiescit, nõ tñ eodem modo. Mouetur. n. actu, quiescit vero in potentia; & per hæc patet duos motus non posse inesse actu eidem, quia non insunt nisi actu, quies vero & motus possunt inesse, quia inesse pñt hoc modo, vt quies insit potentia, motus aũt actu. Et Auer. per quietem in potentia intelligit permanentiam sub termino è quo, vt in motu locali; vel gradu termini è quo in alteratione, vel auctione, aut sub dispositione termini è quo, vt in generatione, sub qua mobile ipsum actu nõ quiescit, igitur ꝑ quietem potentia, vult aliquid termini è quo, sub quo mobile actu non quiescit, sed potest quiescere, sed res hæc est obscura non parum. verum ne confundam materias librorũ, vt multi scholici faciunt, omitto hæc diligentius declaranda. in. 6. huius cõmen. 32.

Dubita-

Tex. 54. Dubi. tertia. *Dubitauerit autem fortasse quispiam & de ipso stare. Si & quis aliqua contraria his motibus, qui præter naturam sunt, fit? Si igitur non fit, absurdum erit, quiescit.n. quippiam, sed ui. Quare aliquod quiescens non sempiternum sine generatione erit. sed patet id forte. Nã quemadmodũ aliquid præter naturam mouetur, ita & præter naturam aliquid quiescit.* Solutio.

Hos textus nos in quibusdam græcis codicibus reperimus, in quibusdam alijs asseritur non fuisse repertos, vt Auer. & testatur de arabicis translationibus, & Thomas bonus expositor meminit. Propterea Ioannes Argiropylus hos non transtulit, sed siue sint Eudemi, siue Theophrasti, siue cuiusuis alterius nos exponimus. Videtur igitur repetere qõnem tactam, vtrum videlicet quies quæ motibus violentis contraria est, gñetur ea generatione, quæ est ipsum stare, vel ne. Et hoc ait, dubitauerit autem fortasse quispiam & de ipso stare, & exponit dubitationem quã intelligit de ipso stare dicens. Dico, supple esse dubium de ipso stare, si & quies aliqua contraria his motibus, qui præter naturã sunt, fit supple gñatione, quæ est ipsum stare, vel ne, hæc est dubitatio, & arguit ad partem affirmatiuã hoc pacto. Quod erit, erit quies aliqua noua sine generatione, quia cũ non fit per ipsum stare, nec alio modo, igitur sine generatione. Inquit. Si igitur non fit, supple generatione quæ est ipsum stare, absurdum erit. & ꝙ sit absurdum, probat per hoc, quia quiescit quippiam vt sensu patet, sed vi, & in hoc nemo dubitat. Et propterea infert, quare aliquod quiescens non sempiternum, sed nouum erit, & sine generatione. Sic igitur oportet concedere ꝙ ipsa quies violenta generetur generatione, quæ est ipsum stare. Propterea respondet concedẽdo quietem fieri, sed non per modũ naturalem, sed præter naturalem, ideo ait, sed patet id fore, hoc est, patet quietem fieri de nouo, sed (vt dixi) non per modum naturalem, sed præter naturalem. nam quemadmodũ aliquid præter naturam mouetur, ita aliquid præter naturam quiescit, igitur fit per modum præter naturalem, & ita fit non per generationem positiuam, quæ est ipsum stare, sed per generationem defectiuã, quæ est defectus impellentis. Solutio igitur Arist. est quietem violentam esse quid factum, non per affectum & impulsionem, sed per defectum, & sic tollitur dubitatio. & p hæc patet completa solutio dictæ dubitationis. Ex prima.n. solutione habitum fuit, quietem violentam non fieri generatione, quæ est ipsum stare & non plus, hic vero habetur, ꝙ fit non per affectum siue impulsionẽ, sed defectum virtutis mouentis, & sic habetur tota solutio. Auer. vero errauit primo, quia dicit Arist. in præcedenti solutione voluisse, ꝙ quies præter naturalẽ nullo modo habet generationẽ, secundo, quia dicit ꝙ hic vult eam habere generationem, saltem à causa extrinseca facientem motum violentum. Ecce quo errat. nam Arist. in prima solutione dixit quietem non habere generationem, quæ est ipsum stare, hic ait illã habere generationem per modum præternaturalem, & sic improprie loquitur. Translationes vero alias, quas habebat Thomas, nos non legimus, propterea hæc sufficiunt.

Qualis sit quies violenta a quo sit agenerata. Vide Egi. hic.

Error Auer. comen. 64.

Tex. 55. Secũda dubi. de motuum cõtrarietate. *Cum autem aliquibus motus secundum naturam, præter naturamue insit, veluti igni is motus, qui est sursum secundum naturam inest, is aũt qui deorsum præter naturam, nunquid hic sit illi contrarius, aut ille qui est terræ. hæc.n. secundum naturam deorsum fertur. An ambos illi contrarios esse patet, non tamen simili modo. nam hic contrarius est illi,* A *ut secundum naturam, ille uero, ut secundum naturam existens ei qui præter naturam existit, & in quietibus similiter.*

Hæc est secunda dubitatio circa motuum quietũue oppositionem, & inquit, Cum autem aliquibus motus ſm naturam præter naturamue insit, veluti igni is motus qui est sursum ſm naturam inest, is aũt qui deorsum præter naturam inest. Quæritur nunquid hic sit illi contrarius, aut ille qui est terræ, hæc.n. ſm naturam deorsum fertur. Est igitur dubitatio, vtrum motui naturali ignis sursum sit contrarius motus eiusdem violẽtus deorsum, vel motus naturalis terræ deorsum? Rñdet an ambos esse contrarios patet. Sed quia posses dicere vni vnum tñ est contrarium, respõdet, non tamẽ simili modo, nã hic motus terræ naturalis deorsum contrarius est illi, vt ſm naturam, hoc est, eo modo quo naturale contrariatur naturali. Ille vero vt ſm naturã existens, vtpote motus ignis contrariatur illi, qui est deorsum eiusdem, vt præter naturam existenti, vel sic, nam hic.i. motus ignis naturalis contrarius est illi terræ naturali, vt ſm naturam, hoc est contrarietate reperta inter naturale & naturale. Ille vero puta motus naturalis ignis etiam ei contrarius est, qui est eiusdem violentus tanq̃ naturale præter naturali, non igitur est impossibile vni contrariari duo diuersis modis. Dicebatur.n. supra motui naturali ignis esse contrarium motum violentum eiusdem contrarietate ſm quid, motum vero terræ contrarietate simpliciter, & sic non eodem modo. Addit similiter esse de quietibus, quia quieti ignis sursum contraria est quies terræ deorsum simpliciter, & quies ignis deorsum ſm quid. hæc omnia fuerunt dicta & bene examinata superius. B

An quies in utroque termi no opponatur motui. Vide Grãdeum Egi. de. 9. huius.

C *Forsitã uero quieti motus aliqua ex parte opponitur. Cũ.n. quippiam hinc mouetur, atq; abest, adhuc id é quò abest habere uidetur. Quare si ipsa quies contraria est ei motui, qui hic est in contrarium, simul contraria erunt. si aliqua ex parte quippiam adhuc quiescit, manetue. Quippe cum eius, quod omnino mouetur pars est illic, pars est in eo ad quod mutatur, quocirca & motus magis contrarius motui est, q̃ quies. Quis igitur motus sit simpliciter unus, dictum est. Et de motu, atq; quiete quonam modo unum sint ambo, & qui queue, quibus contrarij sint etiam dictum est.* Tertia dubi.

Tertia dubitatio erat, vtrum motui sit quies eius opposita contraria, & eodem modo quo motus motui cõtrarius est, huius solutionem nunc repetit, & inquit. Forsitã vero quieti motus aliqua ex parte opponitur. Et sic solutio est, ꝙ motui motus contrarius est simpliciter, quies vero aliqua ex parte & ſm quid. Et hoc exponit dicens.n. quippiã hinc mouetur, atq; abest, adhuc id é quo abest atq; mouetur, habere videtur, quia omne quod mouetur partim est in termino è quo, partim in termino ad quem. Propterea infert, quare si ipsa quies contraria est ei motui qui hinc est in contrarium, ita vt sit illi simpliciter contraria, simul contraria erunt in eodem. hoc.n. sequitur, si aliqua ex parte quippiam adhuc quiescit in termino è quo manetue in illo, quippe cum eius quod omnino mouetur pars est illic, vnde mouetur, pars est in eo ad quod mutatur. Demũ infert id quod iã intulit. Et inquit, quo circa & motui magis contrarius est motus, q̃ quies, nam motus motui simpliciter contrarius est, quies vero secundũ quid, vt superius fuit expositum. Deinde epilogat, & quod dicit patuit supra. Ex his, vt recte expositor noster animaduertit, patet hæc verba non fuisse Aristo. quia eadem D

Pã Tho. Egidi.

dem repetuntur ad vnguem, fortasse.n. fuerunt alicuius expositoris. Exponere tñ volui illa, ob consuetudinem legentium. Sed circa calcem huius Quinti, quærunt multa dubia recentiores, quæ licet non sint peripatetica, nec temporibus Arist. vel bonorum peripateticorum excitata, tñ oportet illa diligenter pertractare, quia nostris temporibus sunt nimis famosa, ita vt qui illa ignorauerit, videatur omnino cætera ignorare. Debes scire me ad quæstiones has, quæ mouebuntur, non fore dicturum, quæ Arist. & alij peripatetici dixissent, sed quæ sequuntur ex dictis eorum, cum.n. hæc dubia non erant temporibus illorum, nec solutiones dubiorũ possunt reperiri ad verbum in dictis illorum. Dicemus igitur ea quæ vel sequuntur ex dictis illorum, vel ad q̃ minora repugnãt.

Quæstiones.

Prima q̃o.

Est igitur prima quæstio, vtrum cõtraria fm quid possint esse in eodem subiecto, veluti caliditas & frigiditas. Et arguitur q̃ non, quia loca contraria non possunt esse in eodem, igitur nec contraria alia id genus, antecedens nemo dubitat, igitur nec consequens, est.n. idem iudicium. Ad oppositum est, quia mixtum est ex elementis contrarijs, & complexio ex qualitatibus contrarijs, vnlo apud Auer. vbiq;. Circa quæstionem primo venabimur positionem peripateticorum. Secundo, difficultates contingentes omnes remouebimus, nam recitare quid ille tenet, quidúe iste, ad veritatis inquisitionem non facit.

Positio perip.

Solutio peripateticorum ad quæstionem est, q̃ contraria possunt esse in eodem subiecto, non quidẽ simpliciter, sed fm quid, verum esse fm quid, possunt esse, vel fm partes, & hoc pacto calidum & frigidum esse possunt in eodem, vel dispositiones partium. & sic idem potest esse fm quid in diuersis locis, quia fm dispositiones diuersas, quæ sunt remotio & appropinquatio ad loca diuersa. Quo quidem ad secundum non est dubium apud peripateticos, nemo.n. dubitat mobile ipsum in loco, quia diuisibile est, esse propinquum termino è quo fm vnam sui partem, & propinquum termino ad quem fm alterã, igitur loca contraria sunt in eodem fm quid, hoc est fm dispositiones diuersas, non autem simpliciter. hæc est aperte sententia Themistij in hoc Quinto, in fine suæ paraphrasis, quam etiam sententiam Auer. accepit in cõ. 62. huius quinti. Quare quo ad hanc partem clara est opinio peripateticorum, quam et Thomas bonus expositor, & Egidius bonus etiam peripateticus clarissimis verbis in suis cõmentationibus acceperunt.

Põ Tho. & Egidi.

Restat igitur videre de primo, verũ contraria esse possunt in eodem subiecto fm quid, hoc est fm partes, nõ fm tota. Thomas Egidius, & multi peripatetici tenentes mediam formam non componi ex extremis, nec actu, nec dispositiue, sed esse æque simplicem, sicut est quælibet forma extrema, coguntur dicere contraria nõ posse esse in eodem subiecto, nec fm partes, nec fm tota. fm partes quidem non, quia tunc media forma esset ex extremis actu, vel dispositiue, fm tota vero minime, quia tunc contraria, quatenus contraria essent in eodem, vt calidum vt octo, & frigidum vt octo, quod nemo dixit.

Vide etiã Sco. 4. meta. q. 4. & 5. Vide etiã Albe de saxo. q. 9 bonus.

Primũ exceptum.

Secundum.

Quo etiam fit, vt apud istos quilibet gradus frigiditatis sit contrarius cuilibet gradui caliditatis, quia nullus gradus frigiditatis stare potest cum aliquo gradu caliditatis in forma media. Amplius coguntur concedere intensionem & remissionem formæ nõ fieri per admixtionem alicuius formæ contrariæ, sed penes recessum à non gradu fieri intensionem, remissionem vero penes recessum à summo. Hujus exẽplum

Exemplum.

E est de motu in loco, nam quemadmodum illud quod est in loco medio inter sursum & deorsum, non oportet esse in locis contrarijs, ita nec tepidum, quod est medium calidi & frigidi, oportet habere aliquos gradus frigiditatis, & aliquos caliditatis. Præterea. Vt id quod mouetur sursum continuo alius fit per recessum è medio mundi, & accessum, ad orbem lunarem, ita tepidũ dum magis calefit, per recessum à non gradu calidi, & accessum ad summe calidũ, cõtinuo intenditur. Quod autem aliquid õeri possit continuo intensius, & non p admixtionem contrarij, patet primo de lumine, quod fit intensius ac intensius, & non per admixtionem. Secundo patet de curuo, potest.n. aliquid effici magis vel minus curuum, & non per admixtionẽ contrarij. Tertio etiam idem patet de vero, potest.n. aliquid effici verum et verius, vt secundo Meta. dr̃, & non per admixtionem falsi. F Hæc igitur est positio expositorum, quã multi peripatetici iuniores, & etiam plurimi calculatores defendunt.

Rationes pro pince prima.

Prima ratio.

Et pro hac positione enituntur arguere, primo supponendo contrarietatem formarum attẽdi per se penes rationes specificas. Est.n. regula peripatetica, quicquid per se competit alicui indiuiduo alicuius speciei, per se competit cuilibet illius, vt Secundo, Cœli Auer. plane ex verbis Arist. colligit, cõ. 49. & alibi. Igitur per contrarium quicquid per se contrariatur alicui indiuiduo alicuius speciei, contrariatur omnibus indiuiduis eiusdem. Ex hoc arguitur, caliditas vt octo & caliditas, vt duo sunt eiusdẽ speciei, igitur quicquid contrariatur caliditati vt octo, contrariabitur caliditati vt duo, igitur vt nihil frigidi stare potest cum calido vt duo.

Secunda rõ.

Secundo, si cum qualibet qualitate remissa, staret opposita remissa, tunc nullum elemẽtum medium G esset simplex. deducitur consequentia, quia nullũ elementum medium sibi limitat ambas qualitates in summo, sed alterã tñ, aer.n. remissam caliditatem, & aqua remissam humiditatem, sed cum illa non sit remissa, nisi propterea admixtionem contrarij, igitur quodlibet illorum esset mixtum ex pluribus duabus qualitatibus.

Tertia ratio.

Tertio, si contraria esset in eodem fm partes, tunc nulla forma media esset per se vna, vt nec tepiditas, nec rubedo, nec aliqua alia id genus, consequens est falsum, quia quælibet forma specifica est per se vna. Ex deducitur consequentia, quia causa quare ex aliquibus fit vnũ est, quia hoc actus, illud potentia est, vt dicitur Octauo Meta. sed nullum contrarium est actus alterius contrarij vel potentia illius, igitur ex contrarijs non potest fieri aliqui per se vnũ, igitur non possunt contraria esse in media forma. hæc sunt argumenta peripatetica.

Rõnes calculato.

Prima rõ.

Pro istis etiam calculatores arguunt. Primo, quia si calidi- H tas successiue gradualiter acquiritur, sicut frigiditas successiue gradualiter deperditur, tũc æque velociter acquiritur caliditas sicut deperditur frigiditas: sed frigiditas quæ remittitur à gradu summo ad non gradum, remittitur ad subduplum, & ad subquadruplũ, & ad suboctuplum, & sic in infinitum. Igitur caliditas intenditur ad duplum, & ad quadruplum, & ad octuplum, & sic in infinitum, & per consequens nunquam remittetur tota frigiditas alicuius, quin inducatur infinita latitudo caliditatis.

Secũda ratio.

Secundo, si aliquis gradus frigiditatis cum aliquibus gradibus caliditatis simul starent in eodem subiecto, tũc idem simul esset calidum, & frigidũ, hoc est impossibile. & deducitur consequentia per hoc quia quodlibet subiectum potest denominari à forma quæ est in ipso, quare si in eodem subiecto esset caliditas,

tas, & frigiditas, illud esset simul calidum & frigidum. *Tertia ratio.* Tertio applicetur infrigidans alicui calido, vt octo in hoc instanti quod est præsens, & quæro vel in hoc instanti, quod est præsens, introduxit in illo aliquam frigiditatem, vel in instanti imediato illi, vel mediato, non in instanti quod est præsens, quia non potest esse motus instanti, nec in instanti immediato, quia non est instans immediatum instanti, igitur induxit illam in instāti mediato. sed inter quælibet duo instantia mediat tempus, igitur tempore medio non induxit illam frigiditatem in illo calido, vt octo, & continuo in illo tempore medio illud infrigidans remisit, igitur cum aliqua qualitate remissa non stāt aliquid sui cōtrarij, & ita positio falsa, quæ ait; cum vno contrario remisso semper stare alterum remissum. Multæ aliæ rationes fieri possunt pro hac positione, sed hæ sunt potiores & magis peripateticæ. & si vis plures, perquire calculatores & Albertillam, qui innumeras & inutiles edunt. *Pō Auer. Vide Scot. vniversaliter. d. 11. secundi.* Auer. vero motum alterationis vbiq; mixtioni comparat, & ꝑpterea tenet, ꝙ quemadmodum in mixto sunt elementa actu non completo: sic in forma media sunt extremæ formæ remissæ, quibus agitur dicere contraria posse esse in eodem subiecto fm partes, non secundum totum, ex quibus partibus saltem dispositiue resultat forma media, tenet hoc Auer. de complexione. Secundo de Genetatione. cōmen. 47. vbi concedit in complexione esse extrema, sed non æqualia ad pondus, vt Gale. dixit, sed semper altero prædominante, idem etiam Decimo Meta. commento. 23. Idem & in Tertio Cœli cōmen. 67. & Quato Meteororum cōmento. 10. vbiq; enim Auer. defendit contraria posse esse actu subiecto eodem, non quidem secundum tota, sed secūdum partes, quæ partes sunt forma ipsa media, vel disponunt ad formam mediam. *Quæ calculatores.* Et tunc iuxta hanc positionē calculatores & iuniores peripatetici multa concedunt.

Primo enim concedunt, ꝙ tandiu partes contrariorum possunt esse simul, quandiu congregatum ex illis non excedit latitudinem alterius, nam non penes rationes formarū attenditur contrarietas, sed penes quātitatem graduū. Et propterea gradus caliditatis quinque, & gradus frigiditatis quatuor nō sunt simul, quia aggregatum est, vt nono modo latitudo est, vt octo alterius. Possunt igitur stare quatuor & quatuor, quinque & tria, & vniuersaliter tot & tot, quot non excedit latitudinem alterius extremi. Et ad hunc sensum Aristote. definit contrarietatem Decimo Metaphysicæ, ait enim contraria sunt quæ sub eodem genere maxime distant. Nam calidum vt duo & frigidum, vt duo specie differunt sub eodem genere, non tamen sunt cōtraria, quia non maxime distant, quia non quo ad totas latitudines, bene autem calidum vt octo, & frigidū vt octo, nam specie, & maxime distant. Secundo conceduut intensionem & remissionem formæ fieri per admixtionem contrarij, & non penes recessum à non gradū, vel accessum ad summum. *Prima ratio.* Pro hac positione iuniores multipliciter arguunt. Primo si in tepido non esset aliqua frigiditas cum aliqua caliditate permixta, tunc in illo non esset aliqua resistentia ad calefaciendū vel frigefaciendum, quod est contra sensum. Et deducitur consequentia, quia si in tepido esset sola caliditas remissa sine frigiditatis permixtione, tunc cum minor caliditas nō resisteret maiori, cum stet cum illa, velut nec econtra maior minori, tunc si aliquod calidius illi approximaretur subito ipsum assimilaret. Eodem mo-

A do argui potest, si dicitur in tepido non esse nisi frigidum remissum. *Secūda ratio* Secundo, nisi esset vera positio, tunc minus calidum non remitteret magis calidum, imo magis intenderet, vel saltem nec minus lumen remittit maius. tenet consequentia, quia remissio fit à contrario. *Tertia ratio.* Tertio, agar A calidum in B frigidum ipsum remittendo, & quæro, cum ipsum B. est aliquantulum remissum, vt pote ad gradum vnum, vel remanet aliquid prioris frigiditatis, vel nihil. si nihil, igitur æque cito corrumpetur maxima & minima frigiditas. tenet consequentia, quia ita & æque cito frigiditas ipsius B fuisset corrupta si esset maxima, veluti si esset minima. Si vero aliquid remanet prioris, & A agens aliquid egit, igitur duo contraria esse possunt in eodem, saltem secundū partes. Et ꝙ huic positioni magis assentiatur Aris. facile ex dictis suis colligi potest. *Pro positione Auer. assentitur Aristo.* Ipse. n. in hoc Quinto dixit: id vero

B quod est minus admixtione etiam cōtrarij semper est tale, vbi Auer. pro sua opinione animaduertens in cōmento illius partis. 45. ait, ꝙ diminutum in omni genere est diminutum per mixtionem contrarij. Them. etiā vir summus in paraphrase illius partis ita dicit, porro quod minus est, quodque de partibus est, constituitur & temperatur permixtione cōtrarij. Hæc Themistius. Præterea Tertio Topicorum, capite nono ita dicit, & quæ in contrarijs, magis talia sunt in permixtione contrarij, vt albius nigro impermixtus. Ecce quomodo ꝑ regula ponit intensionem, vel remissionem fieri mixtione contrarij. Præterea in isto Quinto soluens dubitationem tertiam ita dicit, an aliqua ex parte quiescit, si adhuc manet, omnino siquidem eius quod mouetur pars est illic, pars in eo in quod mouetur, vbi aperte vult mobile dum mouetur habere aliquid de quiete,

C quæ est in termino è quo, & aliquid de quiete in termino ad quem, & ita contraria esse possunt saltē secūdum partes simul, vt Auerroes animaduertit, commento. 62. Idem Aristoteles & Auerroes clarius in Sexto huius. commento. 32. Præterea. Et in hoc Quinto ait. Est enim quodammodo medium ipsa vltima, vnde & hoc ad illa, & illa ad hoc quodam modo contraria dicuntur, & sic in medio sunt extrema, saltem secundum partes, vbi Auerroes commento sexto, inquit, & causa in hoc est, quoniam in medio sunt duo extrema in media dispositione. Themistius etiam ibi ait, inter media participatione & confusione vtriusque contrarij coalita temperataq; videri. Ex his videtur positio Auerrois magis peripatetica, quàm illa expositorum. Ad rationes igitur quæ pro expositoribus erāt, & contra Auerroem facile solui potest. *Solutio rationum contra Auer.* Ad primam

D dici potest, quòd nulli formæ competit contrarium ꝑ se, sed ratione quantitatis graduum, tunc concedo ꝙ quicquid per se contrariatur caliditati vt octo, contrariatur cuilibet indiuiduo caliditatis eiusdem speciei ꝑ se, & nego ꝙ caliditati vt octo contrariatur frigiditas vt octo per se, sed solum ratione quantitatis graduum, iuxta positionem Auerrois, & istorum iuniorum. Nā contrariæ formæ dicuntur, non pro rationibus formarum sed pro quantitate graduum formarum. Sunt. n. contraria quæcunque sub eodem genere maxime distant. *De remissione & intensione formarum. Vide Sco. d. 17. 1. q. 3. & 4. Et Grego. Arimi. eadem di. per totum.* Ad secundam dici potest vno modo, quodlibet elementum requirere ambas qualitates summo, vt Auerroes velle videtur Tertio Cœli, cōmento. 67. vbi asserit elementa suis in formis remitti pro ratione remissionis suarum qualitatum. Et si inueniretur dicere quòd elementum requirit alteram tantum in summo, forte

forte intelligit illud secundum opinionem Auicen. & forte intelligit quòd alterã requirit in summo, hoc est per se primo. Alij concedunt ipsum aere esse minus calidum quàm humidum, & concedunt in illo esse quid frigidi, non propter hoc est mixtus, quia mixtio est formarum substantialium, non qualitatum. Sed hæc solutio non est Auerroica, vt patet Tertio Cœli. Ad tertiã respõdet Auerrois, ꝙ secus est in fieri, secus in facto. in fieri.n. esse põt forma media per aggregationem, q̃ est vna, nõ quia altera pars sit actus, altera potẽtia, sed quia ambæ sunt actus subiecti, in facto vero, vt dicit Auer. Decimo Metaphysicæ cõm. 23. & Secundo de Generatione commen. 47. media forma est vna, vt complexio, quia semper alterum contrariorum prædominatur, quia non dicitur æquale ad pondus in facto. Modo illud prædominans se habet vt forma, alterum vero cui prædominatur, se habet vt materia. Ad rationes calculatorum. Ad primam dico, ꝙ æque velociter acquiritur caliditas, sicut deperditur frigiditas, quia tantam latitudinem acquirit caliditas, quantam deperdet frigiditas, & in tempore æquali. Et negatur ꝙ caliditas intendatur in infinitum, vt frigiditas remittitur in infinitum, nam licet æque velociter caliditas intendatur, vt frigiditas remittitur, non tamen æque proportionaliter. Et sic non est impossibile in infinitum augeri caliditatem acquiri, vt ipsum infinitum syncategorematice tenetur, sicut etiam in infinitum remittitur frigiditas syncategorematice. Ad secundum dico, ꝙ denominatione comparatiua medium dicitur album, & nigrum, quia album ad nigrum, & nigrum ad album, vt dixit Aristo. denominatione vero absoluta nec album dicitur nec nigrum, licet sint in ipso, & albi, & nigri partes, & ideo denominabitur à forma media ex illis composita, vt rubrum vel fuscum, & id genus. similiter & de tepido, & alijs medijs id genus. Ad tertiam iuxta mentem Auer. oportet concedere dari primum in motu quod est minimum, & tunc datur prima applicatio, per quam agens naturale introducit minimum caloris, & remittit minimam frigiditatem, vt videbitur in Sexto huius. Iuxta vero calculatores nec datur primum nec vltimum, & propterea non datur primũ applicatum esse, sed bene per negationem de præsenti, nunc agit, & immediate post hoc aget, & hoc pacto cõcedo in infinitum immediate post hoc agere, vbi eo concedendum erit in infinitum paruam frigiditatẽ esse introducendam in calido corrumpendo, sed hoc alias. Et sic rationes contra Auerroem nullę sunt. Rationes etiã contra expositores minime valent. Ad primam dico, ꝙ tepidum differt specie à calido & frigido, est tamen virtute ambo, & propterea quia virtute continet frigidum, resistit calido, & quia virtute continet calidum resistit frigido. Ad rationem dico, ꝙ tepidum nec est calidum remisse, nec frigidum remisse, sed ambo virtute, & propterea resistit, vnde caliditas minor quæ est pars maioris non resistit maiori. sed caliditas minor comparatiue, nullius est pars, sed specie diuersa ab extremis bene resistit inductioni vtriusque extremi. Sed replicabis, nam magis & minus non variant speciem sed tepidum dicitur minus calidum, igitur est eiusdem speciei cum calido. Dici potest negando minorem. tepidum enim nec calidum dicitur nec frigidum, nisi comparatione, vt rubrum dicitur album & nigrum. Vbi tamen magis & minus essent in eadem forma, sic non variant speciem, vt calidum vt octo, quod continet

Defensio expositionis expositorum.

Replica.

Solutio.

E calidum vt quatuor, & vt sex, semper est vnum in specie, & ambo illa sunt eiusdem speciei. Ad secundam dici potest, quòd minus calidum quod est pars maioris calidi, nunquam remittit illud, sed minus calidum quod differt specie ab illo, bene remittit, veluti tepidum. Hæc solutio est tenendo medium illud differre specie ab extremis: Sed si teneamus quòd non differt specie: adhuc facile respondetur ad has duas rationes primas. Ad primam dico, quòd tepidum est calidum ad frigidum, & frigidum ad calidum, & propterea resistit vtrique. Et quando dicitur caliditas minor, quando est pars maioris non resistit illi, dico ꝙ nulla qualitas habet partes, & quòd tepidum nullius qualitatis est pars, sed differt à quolibet extremo numero. Per idem ad secundum dico, quòd tepidum est minus calidum, sed nullius est pars, quia caliditas

F est forma simplex, & propterea resistit vtrique extremo. Ad tertiam dico & concedo casum, etiam concedo quòd nihil prioris remanet, quia per actionem agentis A in B, tota forma prior corrumpitur, & noua media generatur, vt dicetur in quæstione sequenti. Et conceditur quòd æque cito corrumpetur maxima & minima, sed non per generationem nouæ formæ æque distantis à non gradu. Si enim A agit in calidum vt octo, quàm cito remittit illud, tam cito generatur noua forma media, & si egisset in calidum vt quatuor etiam æque cito corrupisset illud, verum id quod generatur ex corruptione vnius non est æquale ei quod generatur ex corruptione alterius, nam id quòd generatur ex corruptione calidi vt octo est tepidũ plus distans à non gradu caloris, q̃ illud quòd generatur ex corruptione calidi vt quatuor. Ad autho-

G ritates Aristotelis dicemus, quòd causa intensionis & remissionis est per se recessus non gradu, & accessus ad summum. Causa sine qua non est admixtio contrarij virtualiter contenti in forma media, non actualiter, vt voluit Auerroes. & sic tolluntur omnes authoritates, vt patet consideranti. Ad rationes pro & contra factæ in principio quæstionis ex dictis patet solutio. Secundo quærunt, vtrum in intensione qualitatis qualitas acquiratur tota simul, vel per partẽ post partem, vtraque remanente. & licet hæc quæstio sit apud calculatores valde celebrata, decreui dicere quędam & peripatetice. Et primo dicemus quid sentiant expositores, deinde quid Auerroes. Dicamus primo, quòd expositores coguntur dicere quamlibet qualitatem per alterationem acquisibilem non esse cõpositam ex parte & parte, quæ sint res diuersæ, quia vel ille partes numero differunt aut specie. non pos-

H sunt specie differre, quia tunc haberem, quòd qualibet qualitas indiuidua est simplex, nec numero, quia non possunt plura accidentia numero differentia secundum eos esse in eodem subiecto numero. Quare qualibet qualitas per alterationem acquisibilis est simplex, non composita ex parte & parte, nec gradu & gradu, quæ sunt res diuersæ. Secundo coguntur dicere aliquam qualitatem esse altera intensiorem vel remissiorem, non quidem per additionem partis ad partem, vel gradus ad gradum, cum omnis sit simplex & in pars, sed per maiorem accessum vel recessum à summo, & à non gradu. Sed dices expositores volunt formam esse intensiorem per maiorem radicationem in subiecto, igitur non per maiorem recessum vel accessum ad non gradum. Dici potest quòd aliud est

Secunda q. vi de & Alb. de saxo. q. 10 huius.

Positio Thome & Egid.

Replica.

Solutio.

est esse intensum vel remissum penes aliquid, vt penes causam effectricem, & aliud vt penes regulã vel formam. Causa intensionis formæ effectiua est maior radicatio, sed causa formalis, vel regula est recessus à nõ gradu, vel accessus ad summum, vel clarius penes quid attenditur intensio esse potest, penes aliquid tanquam penes causam, & penes aliquid tanquam penes mensuram. Intensio est penes maiorem vel minorem eradicationem in subiecto tanquã penes causam, attenditur autem penes recessum à nõ gradu vel accessum ad summum tanquam penes mensuram, & sic tollitur contradictio in dictis expositoris. Iuxta hanc positionem iuniores peripatetici concedunt per alteratione omnem formam præexistentem totaliter corrumpi, & aliam de nouo totaliter generari, veluti in motu locali est continuo aliud atque aliud vbi. Secundo concedũt nullam formam intendi vel remitti, quia nulla eadem numero forma manet è principio ad finem, sed bene subiectum per formam fit intensius vel remissius tale. Tertio concedunt, quod licet quælibet qualitas per alterationem acquisibilis sit gradualiter indiuisibilis, tamen quælibet est diuisibilis secundum partes subiecti quantitatiuas. Sed replicabis quia expositores volũt fluere formam eãdem è principio alterationis vsq; ad finem secundum essentiam, non autem secundũ esse, igitur nõ est continuo alia atq; alia in motu alterationis. Dici potest quòd continuo est alia atque alia numero, & hoc est dicere secundum esse, eadem tamẽ secundum essentiam, hoc est rationem specificam. Nam quàm cito acquiritur aliqua caliditas, tam cito acquiritur tota essentia specifica caliditatis, & illa nunquã deperditur secundum rationem, licet sit alia atq; alia numero. Sed iuxta hanc positionem dubitaueris forsitan quid sit non gradus, quidúe gradus. Dici potest non gradum esse priuationem qualitatis, quæ priuatio est terminus, vnde qualitas incipit, gradus vero est qualitas ipsa, quæ aliquantulum distat à non gradu, propter quod omnis qualitas, quæ non est non gradus, est gradus. Pro hac positione videtur authoritas Aristotelis in isto Quinto, qui ait qualitatem esse diuisibilem solũ per accidens, at vbi haberet partem & partem, quæ in motu ambæ remanerẽt, esse diuisibilis per se. Amplius Auerroes Primo huius, commento.15.ait, oẽm multitudinem esse aut rerum quæ differunt quantitate, aut quæ differũt forma. igitur si qualitas præcedẽs & qualitas sequens essent distinctæ in eodem subiecto, atq; in eadem subiecti parte, tunc vel essent distinctæ quãtitate, & hoc nõ, quia sunt in eadem subiecti parte vel specie, & hoc minime, quia in intentione semper caliditas sequens est eiusdem speciei cum præcedente, aut si est alterius speciei, hoc volo, quòd non maneat eadẽ numero, sed sit alia atq; alia numero & specie. Pro hac positione solent fieri plures rationes fortissimæ. Prima ratio est quod nisi hoc esset, tunc luminosum finitum posset producere lumen infinitum. probatur. Et sit vnum corpus luminosum, vt A: quod sit vt octo illuminans: & illuminet B lumine vt quatuor: quod B distet ab eo per bipedalem distantiam, & moueatur A luminosum versus B punctum per medietatem illius distantiæ adæquate in hora, quo dato, tunc in fine horæ erit in ipso B, lumen infinitum, quia quolibet instãti horæ futuræ A producet aliquem gradum luminis in B, per quem gradum ipsum B, erit magis ac magis illuminatum, sed infinita erunt instantia, igitur infinita

Qua iuniores peripatetici.

Quales sint illi gradus & an forma intẽsa & remissa sint eadem numero. Vide ca. q. 3. huius. & ibi multa.

Dubiũ. Solutio. Vide lo. cano. q. 3. huius.

Qua pro põne Tho. & Egid.

Prima rõ.

A erunt lumina in ipso B producta, quorum quodlibet erit intẽsius gradu, vt quatuor, igitur in fine horæ erit infinite illuminatum. Secundo solet argui, si aliqua *Scda ratio.*

C. Hora.



B A C B

forma sit gradualiter diuisibilis, sit illa albedo, & arguo sic, A albedo est perfectior in duplo sua medietate, quia per se habet partem & partem, quæ medietas est perfectior B nigredine, sequitur A albedinem esse perfectiorem, vt duplum ad B nigredinem, & cum A albedo est perfectior, vt quadruplum ad suam quartã, quæ quidẽ quarta est perfectior nigredine, igitur est perfectior in quadruplo B nigredine, & sic in infinitum secundum partes proportionales albedinis A, igitur A albedo est infinitæ perfectionis, quia infinitæ perfectior B nigredine, igitur non habet partes. Tertio solet argui, quod si qualitas præcedens maneret cum sequenti, tunc aliquod finite calidum infinitum calorem posset produ C cere, quod est contra omnes peripateticos. & consequentia deducitur, quia sit A aliquod finite calidum, quod in prima medietate horæ corrumpat medietatem B frigiditatis summæ, inducendo medietatem caliditatis summæ. Cum igitur in secunda parte proportionali horæ resistentia ipsius B fit in duplo minor, tunc A in duplo velocius aget, & ita si secunda pars proportionalis horæ perduraret quantum prima A calidum duplam deberet inducere caliditatem ad illam quam induxit in prima horæ medietate, igitur cum durat in duplo minus A agens in secunda medietate proportionali horæ, debet inducere per se tantã quãtam induxit in prima, & cum in tertia parte proportionali eiusdem horæ resistentia fit in duplo, & in quadruplo minor, quàm prius erat, tunc in tertia parte etiã tantum debet inducere. Quare cum tales partes pro D portionales sint infinitæ, in quatum qualibet induxit tantum, quantum in alia, & cum præcedens maneat cum sequenti, igitur A agens in fine temporis introduxit caliditatem infinitam, quod erat propositum. Quarto solet argui sic, si qualitas habet partes quæ in motu omnes remanent, tunc in infinitum remissa caliditas staret simul in eadem parte subiecti cum caliditate summa, quod videtur impossibile. & deducitur consequentia, dato quòd aliquid incipiat calefieri à non gradu ad gradum summum inclusiue, nam tunc antequam illud habeat gradum summum habet gradum in duplo remissiorem, & in quadruplo remissiorem, & sic in infinitum, postquam incẽpit calefieri à non gradu. Quare si præcedens manet cum sequẽte, infinitum remissius manebit cum summo, quia in duplo remissum summo manet cum summo, & in qua-

Tertia rõ.


Quarta r.

 druplo

Quinta rō. druplo remissius, & sic in infinitū. Quinto solet argui, ponendo q̃ A sit aliquod calidum vt octo, debes sibi assimilare B frigidum, vt quatuor: & quaero vtrum ipsum A subito corrumpet illos quatuor gradus frigiditatis ipsius B, aut successiue. si subito, igitur cōtinuo est alia atq; alia qualitas quae per motum acquiritur, sine parte & simplex. Non successiue, quia tunc aliquod agens applicatum alicui passo non ageret in ipsum remoto omni impedimento, nam A agens aeque applicatum est omnibus gradibus ipsius B: & tñ non agit in omnes gradus ipsius B, sed potius in vnum q̃ in alium.

Sexta rō. Sexto solet argui, quod dato opposito positionis, tunc cum caliditate summa staret aliqua frigiditas. Deducitur, cum caliditate remissa, vtpote cum caliditate vt quatuor stat aliqua frigiditas, sed caliditas vt quatuor stat cum summa caliditate, calidum.n. vt octo habet etiam calidum, vt quatuor, igitur cum calido vt octo stabit aliqua frigiditas, & sic caliditas non habet partes. Haec est prima positio, & sunt hae rationes huius positionis, & licet possint adhuc aliae plures induci, hae sunt (vt mihi videtur) potiores. Contra tñ hanc positionem solent fieri rationes non paruae a calculatoribus. Forliuias.n. ille arguit primo q̃ hac positione data, tunc aliqua latitudo qualitatis difformis esset indiuisibilis intensiue, quod ipse reputat falsum. Primo qa tunc illa esset subito acquisibilis, vel deperdibilis. Se-

Obiectiones, Romei Iacobi Forliui.



cundo quia tunc aliquod magis & minus tale esset ex partibus indiuisibilibus compositum, vt A latitudo ex B & C, quarum qualibet esset indiuisibilis, consequentiam vero deducit, sed satis confuse. Potest tñ breuiter deduci, quia latitudo A, nō plures partes habet in parte B, quàm in parte C, vel D. igitur est indiuisibilis. antecedens est positionis, quare & consequens. Secundo arguit, quia data positione ex ea sequitur omnem alterationis motum esse infinitae velocitatis, quod est contra philosophos, & deducitur consequentia, quia quaelibet qualitas, quae inducetur esse infinitae modicae resistentiae, & alterās omne est alicuius certae virtutis actiuae, sed cuiuslibet virtutis actiuae ad infinitam modicā resistentiam est proportio infinita, igitur quodlibet alterans alterabit ab infinita proportione, & ita infinite velociter. Quòd autem qualibet qualitas sit infinite modicae resistentiae, ex eo patet, quia si aliqua qualitas sufficeret per certum aliquod tempus alicui agenti resistere, esset alicuius resistentiae, & si per tempus praecise in duplo minus, esset in duplo minoris resistētiae, igitur si per nullum tempus posset resistere vel per infinite modicum nullius, aut infinitae modicae resistētiae esset, sed qualibet talis qualitas nō sufficit resistere, quia qualibet subito deperditur vel saltem est apta deper-

Secūda rō.

E di, igitur totus motus erit infinite velox. Tertio arguit Albertilla, si in intensione & remissione esset continuo alia & alia qualitas, tunc summa caliditas subito corrūperetur, qđ videtur absurdū, esset.n. tunc caliditas summa non maioris resistentiae q̃ remissa. consequentia patet, quia cū A frigidum incipit in B calidum summe, subito ipsam corrumpit, & aliam generat, quia per positionem continuo est alia atq; alia. Quarto tunc frigidissimū posset gñare omnem caliditatē citra summā, quod videtur absurdum. & deducitur, quia frigidū potest remittere caliditatē summā, sed illa remissa est totaliter alia, & non generata nisi à frigidissimo remittēte, quare vt supra. Quinto, tunc caliditas remissa posset agere in duplo intensionem caliditatē ipsa, vt si caliditas sicut duo remitteret caliditatem, sicut quinq;, quae remissa efficeretur, sicut quatuor totaliter. alia à *Tertia rō. q. 10.7.11.* *Quarta rō.* *Quinta rō.*

F praecedente fm opinionem. Contra ēt hanc partē facit obseruatio de lumine lumini superaddito, vbi patet illa esse duo, quia duas efficere possent vmbras baculo, vel alio opaco quouis superposito. Et etiam authoritas Arist. in libro de Gñatione, vbi dicit manere qualitatem cōem in gñato & corrupto, & patet illā esse intensiorē in gñato, quam corrupto qñq;, & qñq; econtra. Multae rōnes fiūt hincinde, sed quia disputantur pro vtraq; parte, & sunt qui illas bene soluerunt, has volui sufficere. Esset.n. finis huius Quinti multo maior toto quinto. Secunda positio est caeterorū peripateticorū, qui tenent qualitatē per alterationē acquisibilē esse & intensiue & extensiue diuisibilem, sed de modo quo augetur vel remittitur, non eodē modo dicunt. Auer. enim & Themist. defendere videntur qualitatem intendi vel remitti per maiorem vel minorem admix- *Vide il lud. q.9.huius. An forma succedit quae est motus sit una numero a principio motus usque in finem.*

G tionem cum suo cōtrario, & ita quaelibet ita successiue acquiritur, vt illi contraria successiue deperditur. Calculatores vero defendunt qualitatē intēdi vel remitti per additionē partis gradualis ad partē gradualē in eodem primo subiecto, vtraq; remanente, & sic potius per accumulationē qualitas intendit, q̃ per recessum a non gradu, vel per admixtionem cum contrario paruā. Sed tūc iuxta has pōnes non parua est qō, quid sint isti gradus an partes essentiae caliditatis, vel partes esse illius. Quidam, gradus formae voluerunt esse indiuisibilia formae, veluti puncta lineae, & ita queadmodū nec tps ex momentis, nec linea ex punctis cōponitur, sic nec qualitas ex gradibus sed veluti momenta terminant & copulant partes tpis, & pūcta partes lineae, sic gradus copulant & terminant partes qualitatū, & ,ppterea nullus gradus est altero intensior, vel remissior, sed *Dubiū bona.* *Solu. prima.*

H solū ratione latitudinis quam terminat, dicitur.n. gradus vt octo intensior gradu vt quatuor non quia plures partes intensiuas habet, est.n. simplr indiuisibiles, sed quia intensiorem latitudinem terminat. Sed haec solutio non est ad propositum, quia licet bene de gradibus loquatur, quid sint, & quid non sint, non tamen rñdet an partes formae sint partes essentiae formae, vel partes ipsius esse formae. Alij dixerunt partes graduales non esse partes essentiae, quia tunc essent partes essentiales variantes speciem. Octauo.n. Metaphysicae dicitur formas esse sicut numeros, & propterea dicunt tales partes attinere ad esse formae. Est enim essentia cuiuslibet formae, vt Boetius dicit in indiuisibili consistens. Auerroes vero videtur velle partes tales non modo esse partes attinentes ad esse, sed ad essentiā, vt Tertio Coeli commento. 67. dicitur, per has enim nō *Confutatio.* *Solutio scda.* *Sol. Auer.*

modo

Solutio ꝓpria. modo intenditur esse formæ, sed essentia. Et dici põt partes essentiales interdum sumi pro partibus diuersarum rõnum, veluti sunt genus & differentia respectu definitionis, & materia & forma respectu cõpositi naturalis, interdum pro partibus essentiam constituentibus. Et hoc pacto dici possunt partes essenriales, nõ primo modo. *Secũda dubĩ.* Secundo iuxta hæc quęres vnde constitutũ *Solutio.* ex his partibus est vnum. Dici potest illud esse vnum vnitate rationis, quæ saluatur in omnibus partibus. Secundo, omnes efficiuntur vnũ numero, qñ motus terminatur, quia vna pars est prædominans, & altera cui *Tertia dubĩ.* prædominata secus est in fieri. Tertio dubitant ꝓpter quid in quibusdam contrariis dantur media diuersarũ rationũ, vt inter album & nigrum, non autem in om- *Prima solu.* nibus, vt inter calidum & frigidum. Rñdent quidam tepidum esse alterius speciei ab vtroque extremo, quia *Secũda solu.* virtute continet extrema. Alij dicunt tepidum esse calidum remisse ad frigidum, & frigidum remisse ad calidum. Et tunc dicunt ad rationem aliter esse in apparitione, aliter in esse, obiectum .n. tactus consistit in esse, & propterea omne quod tangitur est calidum vel frigidum, vel remisse alterũ horum. In apparitione vero quædam esse possunt, quæ non sunt in re, vt patet de quarto colore yridis, Tertio Meteororũ. & propterea in esse omnis color est albus vel niger, in apparitio- *Defensio secũdæ positionis et solutio rationum ꝓpria positionis.* ne vero potest esse rubrus, & id genus. His habitis ad rõnes contra hanc positionem solui potest facile. Ad primum .n. dici potest argumentum valere, si A produceret infinita lumina non cõicantia, quorum quodlibet sit intensius luminẽ ipsius B, vt quatuor, tunc .n. producere lumen infinitum, & propterea dicitur ꝙ A in nullo instanti producet lumen aliquantulum ad lumen B, sed tñ gradum luminis. In tota tñ hora producet totum lumen à gradu, vt quatuor vsq; ad gradũ vt octo, quod quidẽ non erit intensius, ꝗ lumen à nõ gradu ad gradũ vt quatuor, sed præcise æque intensum. Producet igitur A infinita lumina in hora sequente, sed nullum erit ita intensum, sicut lumẽ vt quatuor, & licet lumen vt octo sit duplum ad lumen vt quatuor, non tñ totum illud producitur ab A in hora, sed dimidium illius. Ad secundam dici põt negando cõsequentiam, nam cum dicitur A albedo est in duplo perfectior sua medietate, & in quadruplo sua quarta, continuo fit mẽtio de perfectione graduali sub eadem specie contenta, sed cũ dicitur, qualibet albedo vt medietas & quarta, & sic de alijs, est perfectior nigredine, cõparatur albedo nigredini in perfectione essentiali, & specifica, & ita negatur ꝙ A albedo sit infinitæ perfectionis. Et si dicitur A albedo est dupla ad suã medietatem; & quadrupla ad suam quartã, & infinitæ dupla ad suam infinitam partẽ modicam, igitur infinita. Negatur consequẽtia, quia est dupla per partes cõicantes, & quadru- *Solutio.* pla sitr, & propterea non valet. Aliter ad primã rñdent *Replica.* nonnulli; ꝙ non dantur instantiæ in tempore, & intelligẽ saltem in actu, & sic non dantur partes luminis ꝓductæ nisi in potentia, & sic lumen est infinitum in potentia per diuisionem in infinitum. Ad secundam etiã aliter rñdet negando consequentiam, & cũ probatur, quia albedo est plus quã in duplo perfectior nigredine & plus quã in triplo, & sic in infinitum, & cum hoc nigredo est alicuius perfectionis certæ, igitur albedo est perfectionis infinitæ. Negatur consequentia, sed si deberet valere, deberet addi, ꝙ albedo & nigredo sint inter se cõparabiles, & eiusdẽ speciei. Sed quia sunt di-

A uersarum specierũ, ideo albedo est infinitus perfectior nigredine, sed semper per eandem numero essentialẽ perfectionem & finitam. Ad tertiam dici potest negando, ꝙ si duplo minor resistentia sit in secunda parte proportionali horæ, ꝙ propterea in duplo velocius agat, quia agens non modo rõne minoris resistentiæ agit velocius, sed contrarietatis, modo quia in illa secũda parte horę est minor contrarietas, ideo actio nõ est in duplo velocior. Ad quartam dici potest concedẽdo totum, in summe .n. calido est remisse calidum. & si dicitur, igitur summe calidum est remisse calidum, negatur, quia denominatio fit à prædominante. In bipedali .n. est infinita parua magnitudo, tñ totum denotatur bipedale à maxima quantitate. Ad quintam dico, ꝙ A successiue remittit frigiditatem ipsius B, & põt concedi A agens applicatum passo non agere in ipsum re- B moto impedimento, qa solet distingui de passo: aliud .n. est passum subiectiuum, vt subiectum in quod agẽs agit, & aliud terminatum vt forma ipsa gradus habẽs. licet igitur agens applicatum posse subiectiuo, necessario agat in illud, non tñ applicatum passo terminatiuo. Vel dici potest, A agere in quemlibet gradum frigiditatis ipsius B, sicut ipsum agit per quemlibet gradum suæ caliditatis, sed non agit corrumpendo quemlibet illorũ, sed in quemlibet imprimendo aliquem gradum caliditatis, nam omnes illi sunt coextensi, & propterea non additur vni illorum, quin addatur omnibus, & dicitur ꝙ ille gradus primo corrumpitur, qui vltimo generatur, quia minus est in subiecto fundatus. Ad sextã dici potest, non cum qualibet caliditate remissa stare frigiditatem, sed solum cum ea, quæ non est pars alicuius summæ. Hæc dici possunt pro defensione secũdę C positionis. Restat modo videre de defensione primæ, & propterea ad rationes rñdetur per ordinem. Ad primam, dicto positio concederet latitudinẽ vniformiter difformem esse indiuisibilẽ intensiue, & negatur ꝙ subito deperderetur vel acquireretur, quia licet sit indiuisibilis gradualiter, non tñ tota comparatur ad nõ gradum eodem modo. Conceditur etiam ipsam subito deperdi, & tñ ad illam potest esse motus, non quidem præcedens, sed sequens, veluti de ipso vbi dicitur, qđ quidẽ subito deperditur, & tñ ad ipsum est motus, non quidem præcedens, sed sequens. Similiter non est impossibile aliquod magis & minus tale esse ex partibus indiuisibilibus gradualiter, quæ tñ non æqualiter distant à non gradu. Ad secundã primo reducitur, quia *Sed dices quo differt mutatum esse à motu si motus est subitus consimuliter.* eo dato motus localis esset subito, quia quodlibet vbi subito acquirĩ & subito deperditur, & omne vbi est nullius resistentiæ, & motor alicuius actiuitatis. Et bre- D uiter quicquid dicetur de qualitate, dicã de vbi, & ita arguens cogitur soluere meũ, sicut ego cogor soluere suum. Et propterea pro me, & pro eo concederem, ꝙ qualitas subito acquiritur, & subito deperditur, vt de vbi dicitur. Et cũ dicitur ad qualitatẽ esse motum, dico ꝙ sic est intelligendũ ꝙ in motu qui est ad qualitatem, cõtinuo quod acquirĩ est qualitas, licet alia atq; alia à ꝓcedente, veluti de motu locali respectu ipsius vbi dicendũ est. Sed hic posset replicari & subreplicari, qđ omitto diligentioribus. Ad primũ argumentũ contra primã positionem, licet sit bene rñsum, tñ clarius dici potest latitudinem, formam ẽt diuisibilem posse intelligi dupliciter. Aut quia ipsa in se circũscripto subiecto habeat partes graduales, & sic non est per se diuisibilis, aut quia aliqđ efficitur ꝑ ipsam gradualiter diuisibile,


& sic concedo illā esse diuisibilē, videlicet in prædicatione causali, & sic ratio nulla, concludit.n. nullam formam esse per se formaliter diuisibilē, cum quo tñ stat esse diuisibilem causaliter, & esse latitudinem vniformem, vel difformem causaliter, & habere partes causaliter, & sic nihil contra positionem. Ad secundum etiā clarius dici potest, q̄ ad qualitatem esse alterationem intelligi potest dupliciter. Vno modo q̄ qualitas post omnem motū intelligatur acquisita, & q̄ per motum continuo sit eadem, in fine vero sit acquisita, & hoc pacto nec alteratio est ad qualitatem, nec latio ad vbi. Alio modo, intelligi potest ad qualitatem esse motū, quatenus quod in alteratione acquirit, est qualitas, & sic conceditur, nam vt in quolibet instanti alterationis est alia & alia qualitas, sic in quolibet instāti alius atq; alius motus, & sicut in fine horę infinitæ fuerunt qualitates, sic infiniti motus, quorum quilibet fuit subitus, F dicūtur autem vnus motus numero per æquiualētiam propter vnum subiectum numero, & vnum tempus, & vnum terminum vltimum numero, quo habito cessat omnis motus. Sed dices, tunc omnes essent subito, probatur, quia primus est subito & secūdus, & sic de omnibus, concedo oēs esse subitos, sed non simul, sicut quodlibet momentum est subito, non tñ omnia simul, sed inter quæcunq; duo data mediat motus, & sic quęlibet illorum est subito, omnes tñ sunt in toto tempore. Sed dices, tunc idem simul esset, & non esset, quia si A caliditas non durat nisi per instans, tunc in eodem instanti generaretur, & corrumperetur, & ita simul esset & non esset. negatur consequentia, bene tñ concedo in eodem instāti corrumpi & generari diuersimode exponendo ipsum incipit, & non eodem modo. Incipit.n. esse per positionem & negationem de præterito, desinit etiam per positionem de præsenti & remotionem de futuro, & sic est possibile. Ad tertium G concederet opinio, non.n. videtur impossibile aliquod subito desinere esse albissimum, licet non desinat subito esse album, ad hunc tñ intellectum desinit aliquid esse albissimum, quia nunc est albissimum, & immediate post hoc non est albissimū. Ad quartū concederet opinio, q̄ frigidissimū potest generare caliditatē per corruptionē caliditatis intensioris, non autem per corruptionem caliditatis remissioris, & propterea non sequitur, q̄ si generet caliditatem calefaciat, quia non generat illam per corruptionem caliditatis remissioris, vel corruptionem frigiditatis. Per idem ad quintum: caliditas remissa nanq; generat caliditatem intensiorē, sed non per corruptionem remissioris caliditatis, vel ex termino è quo frigido, hoc.n. esset impossibile, sed q̄ generat illam per corruptionē intēsionis caliditatis, est H necessarium. Per hæc ad illud de luminibus, dico.n. q̄ ex illis duobus luminibus fit vnum lumen intensius, & q̄ duæ vmbræ fierent non propter distinctionem luminum, sed corporum lucidorum. Ad authoritatem Arist. ipsi concederent non manere eadem, sed simillimam, hoc enim sonat verbum græcum. Hæc pro defensione positionis, circa quæ multa occurrerent, quæ calculatores hinc inde mouent. Sed cum ista sint prolixe disputata apud illos, omitto, verum si Deus vitam conducet, aliquando aggrediemur illa, & peripatice. Hæc de quinto dicta sufficiant.

Com mentariorum Quinti libri Physicorum Finis.

E

ARISTOTELIS PHYSICAE AVSCVLTATIONIS LIBER VI.

Cum Augustini Niphi Suessani Tralatione, Commentariis, ac Recognitionibus.



I VERO *continua & attigua et deincepitia sunt, quēadmodum prius definitum est: continua quidē, quorū extrema sunt unum, attigua uero, quorum extrema sunt simul, deincepitia iter quæ nihil eiusdem generis cadit, impossibile est ex indiuiduis constare continuum, ut ex punctis lineam: siquidem linea continuū, punctum autem indiuiduum sint. extrema nanq; punctorum nequaquam unum sunt. Non.n. rei indiuiduæ est hoc quidē extremum, illud uero alia pars quædam, neq; etiam eiusmodi extrema erunt simul quando rius quod partibus caret, nullū prorsus sit extremum. Extremum enim & id cuius extremum est, diuersa sunt.* DILVC.



I *autem est continuum, & quod tangitur, & consequenter, sicut definitū est prius: continua quidem quorum ultima sunt unum, quæ uero tanguntur, quorum simul, consequenter autem, quorum nihil est medium proximi generis: impossibile est ex indiuisibilibus esse aliquod continuum, ut lineam ex punctis, si linea quidem continuum est, punctum autem indiuisibile. neq; .n. unum sunt ultima punctorum, non.n. est hoc quidem ultimum, illud autem alia quædam pars rei indiuisibilis, neque simul sunt ultima, non.n. est ultimum nihil incommensurati. Alterum est enim est ultimum, & cuius est ultimum.* ANT.

A Drastus (authore Themistio in proœmio) quinque volumina priora de principiis inscripsit, reliqua tria de motu. Alii, vt Them. ipse ibidem, & Alex. quatuor vltimos esse de motu contendunt, quod ego asserō propter librorum græca inscriptionēs. Sed in .5. lib. motū qui proprius esset ab aliis mutationibus separauit, iam quæ oppositiones & pugnantiæ. Tū motus ad motum. Tum quietis ad quietem, quæ motus item vicissim quietisq; habētur, postremo quis esset motus vnus, hæc in Quinto acta sunt authore Themistio in proœmio libri Physicorum, at nunc intentat de continuitate, partitione, & finitate motus agere. Et primo probat hanc conclusionem, nullum continuum componitur ex punctis, siue ex indiuiduis quibusuis: sed de forma syllogismi, nō parua est dubitatio. Primo enim aspectu videtur, q̄ probet illam conclusionem hypothetice. Sed mihi videtur (quicquid velit Auer.) q̄ Aris. primo præponat conclusionē sub forma hypothetica, licet debeat legi cathegorice, deinde illā syllogizet. Inquit, si vero cōtinua & attigua & deincepitia sunt, quēadmodū definitū est, hac forma videlicet, cōtinua sunt, quorum

ἀμερὲς ἐστι quod partibus caret.

Continuatio libri & intēto.

Pō Them.

Prima cōclusio.

Expō conclusionis.

quorum extrema sunt vnum, attigua, quorũ extrema sunt simul, deinceps ia, inter quæ nihil eiusdem generis cadit, impossibile est ex indiuiduis & punctis constare continuum, vt ex punctis lineam, siquidẽ linea continuum, punctum indiuiduũ sint. Hæc videtur hypothetica, sed reuera sensus est cathegoricus, hoc modo, nullum continuum componitur ex punctis vel indiuiduis, verum in eiusmodi modo loquendi duas sibi cõstituit petitiones. Prima est definitio nominũ, vt quid continua, quid attigua, quidue deinceps ia. Secũda est ꝙ linea sit continuum, puncta indiuidua, quam nulla ratione exponit, sed ex geometricis accepit. Hæc conclusio à Themistio sic probatur, puncta non possunt se contangere, igitur nec continuari aut coalescere. Nam continuatio supponit contactionem. Antecedens sic declarat, quæ se contingunt habent extrema: sed indiuidua & puncta non habent extrema, igitur non possunt se contingere, & ita nec continuari aut coalescere. Hæc expositio & si plurimum efficax sit, literæ nostræ non competit. Videtur mihi magis literæ consonum sic syllogizare, si continuum ex punctis componi posset, aut esset contactione, aut continuatione. Cõtinuatione quidem non, q̃n quæ continua sunt, extrema vnum habent, punctorum extrema nulla sunt, nec contactione, simili ratione, vt dicetur, quæ vero Arist. ait, ex his patent.

Petitiones. *Probã Them.* *Quõ indiuisibilia careãt vl timis.* *Vide Egi. hic.* *Qualis proba tio Themistij.* *Probã ꝓpria.*

Cõm. 1. Auer. {Iste tractatus.} Quòd si iste liber ad Quintũ succedat cum Alexãdro hac ratione Auer. probat, ꝙ Aristo. in præsenti libro vtitur descriptionibus illorũ triũ, quas in Quinto exposuit, tanquam principiis, igitur Quintus liber est doctrina prior, & hic succedens.

{Et dicit si illa} Conclusio quam ex litera Auerro. format est, nullum continuum componitur ex punctis, indiuiduisq́; rebus probat hypothetice sic, si continua sunt quorũ vltima sunt vnum, contigua quorum vltima sunt simul: consequẽtia inter quæ nihil mediat eiusdem generis, impossibile est aliquod continuũ cõponi ex indiuisibilibus. Huius ponitur antecedens ex declaratis in lib. 5. sed consequentia est dubia, propterea syllogizat illam duabus rationibus.

{Et istæ sermo} Consequentia illa sic in secunda figura syllogizatur, omnia ex quibus continuum componitur, diuiduntur in vltimum & habens vltimum. nam vltimum est extremum alicuius rei habentis vltimum: indiuidua vt puncta nõ diuiduntur in vltimum & habens vltimum: igitur nõ sunt ea ex quibus ipsum componitur continuum. De syllogismo Aristo. non tetigit nisi minorem, vt in litera constat. Sed dubitabis contra maiorem Auer. nam ex partibus componitur continuum, quæ non diuiduntur in vltimum & habens vltimum, quia sic componerentur ex vltimo. Dici potest, ꝙ diuidi in aliqua potest intelligi, vno modo vt partes quantitatiuas, qua videlicet ratione animal diuiditur in caput, brachium, & id genus. Alio modo vt in partes definitiuas, qua ratione linea ẽt diuiditur in puncta, vt in partes definitiuas, & hac rõne Auerro. vult maiorem. Alij non ignari intelligunt maiorẽ sic, omnia è quibus continuum cõponitur diuidũtur, hoc est habent vltimũ, & aliquid habens vltimũ, & sic per diuidere intelligunt habere, quæ responsio satisfacit.

Dubiũ. *Solutio.*

{Et etiam anteq́.} Secundo probat idem rõne Themistij sic, si continuũ cõponitur ex punctis, oportet pũcta contiguari, sed puncta nõ possunt contiguari, per illam met rationem, quia non diuiduntur in vltimum,

An aliq̃ cõtinuũ cõponatur ex semper diuisibilibus & diuidatur i sem-

A & habens vltimum, igitur nec continuari. Dicit ꝙ de secundo syllogismo solam maiorem expressit, vt patet in litera, & ita patet ex punctis non componi lineam, neq; ex lineis superficiem, neq; ex superficiebus corpus, nam pũctum est lineæ indiuisio, linea superficiei, superficies corporis. Sed ambiguũt. nam Auerro. sumit, omne continuum prius contiguari, quod falsum videtur, nam potest esse continuum aliquod per naturam, quod nunquã contiguatum est. Recentiores volunt verbum Auer. esse audiendum ẽm prædicationẽ, & non ẽm esse, quasi velit continuum omne esse contiguum, non econtra. Sed hoc stare non potest, nam illa tria continuum, contiguum, & cõsequẽs sunt specie diuersa, igitur vnum non est altero prius ẽm prædicationem. Solitus igitur eram dicere, ꝙ Auerro. vult continuum in fieri non componi ex punctis, quia q̃n

B continuum fit ex punctis, illa prius veniunt ad contiguationem, vt in libro de Generatione diximus. Dici potest & nunc etiam, ꝙ Auer. loquitur de cõtinuo ẽm rationem naturalem, modo tale est mixtum, vel elemẽtum, & vtrunq; q̃n fieret ex punctis, prius illa venirent ad contactionem. Animaduerte tamen ꝙ hæc expositio Auer. etsi sit bona translationibus barbaris, græcis tamen verbis minime consonat, propterea teneas nostras commentationes.

per diuisibilia Vide ca. q. 1. huius. Et lo. de mag. q. 1. huius. *Responsio recentiorum.* *Impugnatio.* *Respõ ꝓpria.* *Qualis expõ Auer.*

RECOGNITIONES.

PRo recognitione eorum, quæ diximus in cõmentariis, primo animaduerte nos dixisse quatuor vltimos libros esse de motu, quatuor primos esse de principiis motus, nec obstat his, quæ diximus in meteorologicis, vbi diximus, de mente Alexand. primos duos

C esse de primis causis, sex vero vltimos esse de omni motu, nam primi duo sunt de primis causis simpliciter, rerum naturalium, vt de prima materia, & prima forma, sed quatuor primi sunt de principiis motus, quia tertius est de definitione motus, & de infinito, quartus de loco, vacuo, & tempore, quæ sunt principia motus, licet non sint prima rerum naturalium principia, ergo quatuor primi sunt de principijs mot⁹, licet primi duo sint de principiis rerum absolute. Secũdo animaduerte, conclusionẽ textus esse hanc, nullum continuum cõponitur ex indiuisibilibus ad ipsum pertinentibus, est autem continuum aut extensione, vt permanens, veluti corpus, aut successione, vt motus, & tempus, indiuisibilia vero, quæ ad continuum permanens pertinent, sunt quæcunq; extensione indiuisibilia sunt, vt linea respectu superficiei, superficies respectu corporis, pun-

D ctus respectu lineæ: quæ vero successione indiuisibilia sunt, ad continuum successiuum pertinent, vt mutatum esse in motu & instans in tempore. Est ergo sensus, nullum continuũ componitur ex indiuisibilibus ad ipsum pertinentibus, quia nec tempus ex instãtibus, nec corpus ex superficiebus, nec ex lineis, nec ex punctis. Pro probatione vero conclusiones debes scire, cõtinuum posse componi ex suis indiuisibilibus, trifariã posse intelligi, aut ẽm continuationem, aut contiguationem, aut consecutionem. In præsenti ergo textu Arist. probat nullum continuum ex suis indiuisibilibus componi continuatione, aut contiguatione, quia postea probabit ipsum non cõponi consecutione ex illis. Quod quidem non componatur continuatione, patet, quia tunc componentiũ vltima erunt vnũ. Quod vero nec cõtiguatione, etiam probat, quia eorum vl-

1 Notabile. *2 notabile.* *3 notabile.*

 tima

tima erunt simul, at constat indiuisibilium nullũ esse E vltimum, sic patet breuibus textus. Quo vero ab verba attinet, verbum incōmensurati græce est ἀμετρούς, & in nostris translationibus eius quod partibus caret transtulimus. nec ab ratione, quia solum partibus carens est incommensuratum, omne. n. commensurabile habet partes. Sed contra hanc expositionem est dubitatio, quia non videtur intelligibile continuum cōponi posse ex suis indiuisibilibus, nisi compositione continuitatis, vbi. n. aut contiguitate, aut cōsecutione cōponeretur, dubio procul non esset contiguū, propterea videtur mihi nunc Arist. non intelligere hanc cōclusionem, vt verbá sonant, sed sm sensum verum, intendit. n. indiuisibilia non posse esse in ipso continuo, nec sm continuitatem, nec sm contiguitatem, nec secundum consecutionem. Quod non sint in ipso sm continuitatem, nec sm contiguitatem, probat in hoc F textu: quod verò, nec secundum contiguitatem, probabit postea, hoc pacto exponendo tolluntur omnes quæstiones.

Verbi consideratio.

Pulchra dubitatio.

Solutio.

DILVC. *Amplius puncta è quibus continuum constat, aut cōtinua sint, aut se attingant, necesse est, atq; eadem est de cūctis indiuiduis ratio, continua sane nequeunt esse propter rationem iam dictam, & cum omne quod tangit, aut totum tangit totum, aut pars partem, aut totum pars. Sed cum indiuiduum partibus careat, totum ipsum attingat totum necesse est, at ex his quæ hac ratione se tangunt, nullum continuum unquam proficiscitur. Continuum. n. habet aliam atq; aliam partem, & diuiditur in ea ita altera, q. loco separantur.*

ANT. *Amplius necesse est, aut continua esse puncta, aut tangētia se ad inuicem, ex quibus est continuum, eadem autem ratio est, & in omnibus indiuisibilibus, continua quidem non G erunt propter prædictam rationem, tangit autem omne, aut totum totum, aut pars partem, aut totum pars. Quoniam autem impartibile est indiuisibile, necesse est totum tangere totum, totum autem totum tangens, non est continuum, continuum enim habet hanc quidem aliam, illam uero aliā partem, & diuiditur in sic diuisibilia, & loco discreta.*

Secunda ratio ad idem sic formatur, si continuum componitur ex indiuiduis, oportet, q vel illa cōtinua sint, vel se tangant, q non continua, ratio modo facta probauit, q non se tangant, probatur modo, quia vel se tangunt q totum tangat totum. vel q pars partem, vel q totū partem, non possunt se tangere q pars tangat partem, aut totum partem, q̃ñ indiuiduum prorsus parte omni careat, igitur, si quis est contactionis modus, erit q totum tangit totum, sed ex hoc arguitur oppositum, nam ex ijs, quæ hac ratione se tangunt H nullum proficiscitur continuum. Continuum. n. habet aliam atq; aliam partē, & diuiditur in partes loco separatus. Erit igitur syllogismus hypotheticus diuisiuus à destructione partium supra intentum. Quantū vero ad verba attinet indiuiduum, quod græce est adiæreton, est multiplex, punctum respectu lineæ, nā punctū est priuatio longitudinis, linea respectu superficiei, qa licet ipsa linea longitudine diuidatur, latitudine caret, superficies respectu corporis, qm̃ & si superficies diuidatur in longum & latum, profundo caret. Amplius ipsum siue nunc, siue instans respectu temporis, cū sit priuatio successionis, & momentum respectu motus, & quia Arist. accepit conclusionem generatim, adiecit eadem est de cunctis indiuiduis ratio.

An continuū cōponatur ex indiuisibilibus Vide Iād. q. 3. huius. Et Gag. q. 1. huius. & Alb. q. 1. huius & Cons. paref. in dubiis hoc.

RECOGNITIONES.

Fortasse hæc est secunda ratio ad probandum pūcta non posse se tangere in ipso continuo, nā licet videatur repetere vniuersam rationem, non tñ insistit nisi in secundo membro, propterea videtur eum scđa ratione probare in continuo nō posse indiuisibilia esse composita contractione, & eius probatio patet, repetitio vero totius rationis tacta est, vt intelligatur se velle insistere in secundo membro per secundam rationem. Sed occurres, quia Aristot. supponit indiuisibile posse esse totum. Fortasse hoc non supponit tanquam verum, sed vt datum ab aduersario, siue sit verum, siue falsum. Aut dici potest indiuisibile posse esse, & intelligi totum definitiue, aut, vt aliis placet, totum potestatiuum, aut totum graduale, & ita videtur supponere intelligibile.

Solutio. Dubio.

At uero neq; punctum ad punctum, neque nunc ipsum ad nunc ipsum deinceps erit, ut ex illis longitudo bis tēpus constet. Nam ea quidem deincepitia sunt, inter quæ non est eiusdem generis quicquā. Sed inter puncta semper est linea, & inter ipsa nunc tempus. DILVC.

At uero neque consequenter erit punctus puncto, aut ipsum nunc ipsi nunc, ut ex his sit longitudo, aut tempus. Consequenter quidem. n. sunt, quorum nullum est medium proximum, punctorum autem semper est medium linea, & ipsorum nunc tempus. ANT.

Secunda conclusio apud omnes ferè est, puncta & nunc ipsa non sunt deincepitia, siue consequentia, & syllis est, deincepitia sunt, inter quæ non est eiusdē generis quicq; sed inter puncta semper est linea, & inter ipsa nunc tempus: igitur in secunda figura puncta & nunc ipsa non sunt, deincepitia. Alij volunt eiusmodi esse membrum proximæ rationis, de quo statim dicemus in commento.

An hæc rō va leat.

Vide. Egid. hic.

{Iste est secundus.} Auer. in cōmentatione huius loci penitus sectatur Them. & vult hanc esse rationem secūdam in forma sylli hypothetici diuisiui trimēbris destructiue hac videlicet rōne, si continuū cōponitur ex indiuiduis, indiuidua è quibus cōponitur, aut erunt continua, aut attigua, aut deincepitia. destruit mēbra omnia, & infert oppositum antecedentis, primum mēbrum tollitur per rationem tactam, videlicet quia carent extremis, secundum vero & per rationem hāc, & per nouam rationem.

Cōm. 21.

An inter gl. bet duo puncta sit media linea. Vide Gra. tia. Ejus. q. 1. huc.

{Sed contiguatio rei sm totum.} Hæc est rō noua ad secundum membrum, si puncta & vniuersaliter indiuidua sunt contigua, erunt, aut quia pars tangit partem, aut quia totum tangit totum, aut quia pars tāgit totum: non potest dici q pars partem, aut pars totum tangat, quia indiuiduum est, quod penitus respectu illius cuius est parte caret, at q non possit esse ex se totis contangentibus, arguit. continuum sit ex partibus locum occupantibus, indiuidua non occupant locum sm se tota tacta, igitur ex indiuiduis non sit continuū.

Quare se tangentibus secundo totū cipiunt ob sa tur. Vide Egi. hic.

{Et cum destruxit continuum.} Animaduerte q illa litera neq; punctum ad punctum, tribus modis potest introduci. Vno modo vt destruat tertium membrū sylli hypothetici, qūo Auer. in primis videtur introducere. Alio modo vt sit secunda libri cōclusio, quomodo Grossa testa, & Proclus exposuerūt. Tertio vt Aris. refellat obiectionem proterui. nam cum Arist. pbauit nullum

A nullum cõtinuum cõponi ex indiuiduis, nec videlicet continuatione nec contactione, & aliquis dicere posset componi ex illis ſm conſequentiam, refellit nunc hunc cauillum, quo etiam modo Them. ſentit, è quo Auer. accepit, ſed vtcunq; ſit, hæc eſt concluſio, indiuidua non ſunt deincepitia in continuo.

{Et iſte ſermo,} Syllogiſmus eſt ad hoc, conſequétia ſunt, inter quæ nihil eſt eiuſdem generis: inter indiuidua ſemper eſt aliquid generis: igitur indiuidua nequaquam ſunt conſequentia.

{Et declarabitur, q̄ inter.} Minor declaratur, quia inter quælibet duo puncta ſemper eſt linea, cum non puncta ſe tangant, vt diximus. Secundo non poſſunt puncta è linea, aut linea è punctis abſolui, vt conſtat. Recte igitur dictum eſt inter indiuidua ſemp eſſe medium generis, quia ſemp mediat linea, in qua púcta ſunt.

B {Et deſtruxit illum modũ.} Sed dices puncta & indiuidua non eſſe conſequentia eſt notum per ſe, igitur non indiget medio, & ſic Ariſt. ſyllogiſmus ſuperfluus eſt. Reſpondet Auer. q̄ duplex eſt notum per ſe, vnũ naturæ & nobis, & tale nihil indiget, aliud naturæ, ſed non omnibus nobis, & tale indiget ſyllogiſmo ad cõfirmandum, vt Secundo huius, cõmento tertio.

{Et inter illa.} Secundo vltra rationem Ariſtot. q̄ indiuidua vt puncta non ſint deincepitia, probat ſic. Semper inter puncta mediat aliquid, igitur aut illud eſt eiuſdem generis, aut alterius: ſi eiuſdem, non erunt deincepitia. ſi alterius, vel plenum, aut vacuũ: non plenum, cũ continuum, quatenus continuum ex diuerſis gñe non emergat: neq; vacuum, primo, quia vacuum nihil eſt. ſecundo quia tale vacuum, aut erit diuiduũ, aut indiuiduum, ſi diuiduũ, tunc ille partes, ſiue illa pũcta non erunt partes, ſed vltima, & termini illius continui, & ſic continuum erit ex vacuis. q̄ ſi indiuiduum, tunc ex eis non proficiſcetur diuiduum. Et hanc probationẽ fere ad verbum è Themiſtio ipſe accepit. Sed circa dicta Ariſt. & Them. ac Auer. exurgunt dubitationes. Prima, an indiuiduum additum indiuiduo efficiat maius. Et videtur q̄ ſic, nam ex indiuiduis fit aliquod totũ, vt ex intellectu & intelligibili. 3. de Anima cõm. 5. Sed oẽm totum eſt maius ſua parte. Secundo ex pluribus vnitatibus fit numerus maior & minor, q̄ tñ ſunt indiuiduæ. Reſpondent recentiores ex indiuiduis fieri maius entitatiue, & interdum ſm numerũ, quó Ariſt. concederet. Sed hæc ſtare non poſſunt. Primo, quia maius & minus ſunt quãta, ſed ens in quantũ eſt ens, non eſt quantum, immo abſtrahit à quanto & non quanto, igitur ens enti additũ maius non facit, nec vnitas vnitati. Secundo, quicquid negatur à ſuperiori, negatur ab inferiori, ſed quãtum eſt ſuperius ad maius & minus, igitur ſi hęc non ſunt quanta, nec erũt maius nec minus. Melius igitur ad primũ concedo pro nunc ex intellectu & intelligibili effici totum, non tñ omne totum eſt maius ſua parte, niſi ſit totum quantitatiuũ. Ad ſecundum concedo ex vnitatibus effici numerum, & vnitates eſſe partes numeri, non tñ oportet eſſe totũ maius vnitate, licet in plus. Secundo ambigunt, an ex rebus differentibus gñe poſſit eſſe aliquod totũ, videtur q̄ ſic de virga, cuius vna pars ſicca eſt, altera viridis. Dici poteſt q̄ virga poteſt conſiderari, vt mixtũ naturale, aut ſub ratione qua quantum. Si ſub ratione qua quantum, ſic omnes partes ſunt eiuſdem rationis in ratione quanti, ſed ſi ſub ratione entis naturalis, ſic poteſt componi ex partibus diuerſarum rationũ. Hæc

Dubitñes.

Prima dubĩ.

Scda ratio.

Reſponſio recentiorum.

Burl. hec.

Confutatio.

Propria reſpõſio.

Scda dubĩ.

Reſpõſio.

ex commen. Animaduerſione tamen dignum, q̄ ex verbis Ariſt. poſſunt colligi tres concluſiones. Prima, puncta non ſunt continua. ſyllogizatur, continua ſunt quorũ vltima ſunt vnum, puncta non ſunt, quorũ vltima ſunt vnũ, igitur non ſunt continua. Secunda cõcluſio, puncta nõ ſunt attigua. ſyllogizatur, attigua ſunt, quorum vltima ſunt ſimul, ſed puncta non ſunt, quorũ vltima ſunt ſimul, igitur non ſunt attigua. Tertia, puncta non ſunt deincepitia. ſyllogizatur, deincepitia ſunt inter quæ nihil mediat generis, inter puncta ſemper mediat aliquid generis, igitur non ſunt deincepitia. Ex iis poteſt concluſio principalis ſic ſyllogizari, ſi continuum eſſet ex punctis compoſitum, aut eſſet cõpoſitum continuationẽ, aut contactione, aut conſecutione. Deſtruantur hæc tria per illos tres ſyllogiſmos, & habetur propoſitum. Et hæc expoſitio eſt ſatis cõueniens textui Ariſt. & græcis verbis.

Præterea in indiuiſibilia diuiderentur, ſiquidem in ea diuidatur unumquodq; ex quibus conſtat. At nullum continuum in ea eſt diuiſibile, quæ impartibilia ſunt. DILVC.

Amplius utiq; diuiderentur indiuiſibilia, ſiquidẽ ex quibus eſt utrunq; in ipſa diuiditur, Sed nullum eſt continuorũ in impartibilia diuiſibile. ANT.

Hæc eſt aut ſecunda aut tertia ratio juxta aliã atque aliam expoſitionẽ datam ſuperius, & fundatur in ſecunda definitione continui tradita. Tertio huius, videlicet continuum eſt diuiſibile in infinitum. Tũc ex hac ſyllogizatur hypothetice à deſtructione conſequẽtis, ad deſtructionem antecedentis ſic. Si continuum cõſtet ex indiuiſibilibus: diuideretur in indiuiſibilia. qđ patet, quia in ea vnumquodq; diuiditur, ex quibus cõſtat: at nullum continuum in ea eſt diuiſibile, quæ im-

C partibilia ſunt, quia tunc non eſſet diuiſibile in infinitum contra definitionem ſecundam, tũc ſequitur oppoſitum antecedentis, q̄ videlicet non componatur ex indiuiduis.

Nullum autem genus inter puncta & ipſa nunc eſſe poteſt. Nam ſi fuerit manifeſtum q̄ aut diuiſibile, aut indiuiſibile ſit, & ſi diuiſibile, aut in indiuiſibilia diuiſibile erit, aut in ſemper diuiſibilia, modo eiuſmodi continuum eſt. DILVCI

Aliud autem genus non poteſt eſſe medium punctorum, & ipſorum nunc, ullum. ſi nanq; eſt, manifeſtum q̄ aut etiã diuiſibile, aut indiuiſibile erit. & ſi diuiſibile, aut in indiuiſibilia, aut in ſemper diuiſibilia, hoc autem continuum eſt. ANT.

Quicquid ſenſerint Auer. & Them. cum expoſitore ſentio, q̄ Ariſt. duas ſuppoſitiones, quibus vſus eſt in rõnibus modo factis. nunc probet. Probauit. n. pũcta,

D & vlr indiuiſibilia non eſſe incepitia, & vtebatur hac ſuppoſitione, inter duo puncta ſemper linea cadit, & inter duo nunc tempus. Itemque in hac ratione tertia vtitur ſecunda continui definitione, videlicet q̄ continuũ ſit diuiſibile in infinitũ, ideo has duas ſuppoſitiones nunc exponit, & primo q̄ inter duo puncta linea, & inter duo nunc tp̃s cadant. Ex hoc proponit, nullum aũt genus inter puncta & ipſa nunc eſſe põt, ſubaudi q̃ linea, aut tp̃s, hoc declarat hypothetice diuiſiue, & inquit. Nam ſi fuerit ſubaudi aliud medium q̃ linea, aut tp̃s, manifeſtũ, q̄ aut diuiſibile, aut indiuiſibile ſit, q̄ quidẽ non ſit indiuiſibile nulla alia ratione probat, ſed relinquit tanq̃ manifeſtum. at ſi diuiſibile eſſe dcẽ, aut in indiuiſibilia diuiſibile erit, aut in ſemper diuiſibilia. relinquit tanq̃ manifeſtũ tale mediũ nõ eſſe diuiſibile

in res indiuisibiles, & vult habere ꝙ sit diuisibile in semper diuisibilia, modo sumit intentum, ꝙ tale continuum sit, & non aliud q̃ linea inter puncta, & tẽpus inter nunc. Et hoc erat intentum. *Prima dub.* Sed dices propter quid medium indiuisibilium non potest esse indiuisibile? *Secunda.* Secundo dato ꝙ sit diuisibile cur non potest esse diuisibile in indiuisibilia? Respondent expositores & bene. Ad primum ꝙ vbi inter duo indiuisibilia caderet medium indiuisibile, vt inter puncta punctum, illa non distarent abinuicem, immo cum totum tangeret totum, omnia illa essent eodem in situ, qua ratione fit ꝙ si distare debent extrema, vt inter illa cadat diuisibile aliquod, & sic patet primum. Ad secũdum vero respõdent, ꝙ tale mediũ debet esse diuisibile in semper diuisibilia, quia vbi diuideretur ad indiuisibilia, tunc esset idem quod prius, videlicet ꝙ cũ se tangerent ſm totum, non situ distarent, sed omnia essent in eodem situ & simul, quæ ratio docet inter quæcunq; duo indiuisibilia semp cadere diuisibile, vt inter puncta, semper lineam, & inter lineas semper superficiem, & inter superficies semper corpus. Itemq; inter quæcũq; duo nunc semper tempus, & inter duo momenta semper motum. Quod fuit prima suppositio.

Manifestum etiam & ꝙ omne continuum in semper diuisibilia sit diuisibile. Si enim in indiuisibilia diuiditur, erit indiuisibile tangens indiuisibile. Vnum.n. extremum continuorum, est quæq; se tangunt.

Manifestum autem etiam & quod omne continuum diuisibile est in semper diuisibilia. Si enim in indiuisibilia, erit indiuisibile indiuisibili contactum: unum.n. ultimũ, & quæ tanguntur continuorum est.

Accepit secundo in tertia ratione ꝙ continuum sit diuisibile in infinitum in semper diuisibilia, modo hãc declarat suppositionem, quasi exemplariter, cũ in Tertio libro demonstratiue declarata, & in libro de Generatione etiam deducetur, & hos proponit. d. manifestum etiam, & quod omne continuum in semper diuisibilia sit diuisibile, & in infinitum, vt fuit acceptum in tertia ratiõe. Et hoc probat ex nũc dictis, & inquit. Si.n. in indiuisibilia diuidatur, erit indiuisibile tãgens indiuisibile, nam continuorum est vnum extremum, quæ etiam continua se tangunt, & ita vbi diuiditur cõtinuum ad indiuisibilia, illa præfuerunt continua & se tangentia, quod est destructum nunc in declaratione proximæ suppositionis, & ita patet cõtinuum esse diuisibile in semper diuisibilia. *Vide cano. q. 1. huius. Et mag. q. 1.*

{Hæc est quasi.} Auer. aliter literam totã exponit, vult. n. ꝙ Arist. arguat per tertiam rationem in forma hypothetica ab opposito consequentis ad oppositum antecedentis, & tunc apud eũ Arist. tria facit, quia primo componit syllogismum. Secũdo ibi {Nullum autem genus.} Probat minorem, hoc est oppositum cõsequentis. Tertio ibi {Manifestum etiam} Infert corollarium, hæc expositio ad verbum est Themistij, q̃q̃ ipse totam literam faciat corollarium. Auer. itaq; primo excusat Arist. nã quis dicere posset, ꝙ rationes tactæ satis sunt, & ita in hac superfluit, propterea quasi respondet ꝙ hæc tertia est inducta ad abũdantem doctrinam, maioremq; confirmationem, non autẽ propter necessitatem.

{Et ipse procedit ex hoc.} Secundo Auer. vult Arist. post hanc tertiam rationem procedere ex ijs corollarie ad declarandum continuum componi ex semper

E diuisibilibus, ibi {Manifestum etiam.} Et sic hæc propositio non est suppositio accepta ex Tertio Physicorum, sed conclusio, vt etiam Themistius autumat.

{Et cum etiam manifestum.} Ratio textus apud Auer. sic componitur, si cõtinuum componeretur ex indiuisibilibus, diuideretur in indiuisibilia: sed continuum non diuiditur in indiuisibilia, igitur non cõponitur ex indiuisibilibus. Maiorem, hoc est, illam hypotheticam probat per hoc, quia res semper diuiditur in ea ex quibus constat. Minorem vero, hoc est, oppositum consequẽtis probat syllogismo categorico, propterea ait, & cũ induxit syllogismum hypotheticum induxit categoricum ad probandum consecutionẽ, hoc est ad concludendum oppositum antecedentis.

{Et cum dixit ꝙ continuum.} Syllogismus potest componi categorice sic, licet ipse non faciat. Omne F compositum ex partibus inter quas semper est medium res diuisibilis est, compositum ex semper diuisibilibus: sed continuum componitur ex eiusmodi, igitur ex semper diuisibilibus, minor declaratur in litera & commento, quoniam semper inter puncta mediat diuisibile vt linea, quia non potest esse mediũ indiuisibile, nec inane, vt dixit Themist.

{Et manifestum est.} Tunc ex his procedit ad concludendum corollarie ꝙ continuum sit diuisibile in semper diuisibilia, & hac forma commentandi exponit Themist. verum (vt mihi videtur) hæc expõ verbis græcis non consonat, sed melius vt expositores dicũt, Aristo. duas suppositiones, quibus vsus erat, declarat. *Vide & AA. de sam. q. 2. huius.* Animaduertendum, ꝙ Them. in paraphrase huius loci duo declarat, quæ pertinent ad textum, & vltra textũ. *Acceptio Themistii.* Primum ꝙ continua magnitudo semper diuiditur in *Primum.* G magnitudines alias vlterius sectiles atque diuisiles, & hoc sic: omnis magnitudo cõtinua aut sectilis est, aut insectilis, non insectilis, quia continua esse non posset, sectilis igitur: omne porro sectile, aut in partes obiter sectiles, & diuiduas secari potest: aut in insectiles, non in insectiles, quia tunc illud quod secatur, ex indiuiduis insecabilibusq; constaret: quod nos modo impossibile probauimus. In partes igitur sectiles. hoc est primũ. *Secundum.* Secundum est ꝙ nulla magnitudo constat ex indiuiduis, & hoc iterum sic: si ex indiuiduis aliqua magnitudo existeret, linea lineam puncto posses excedere, qm̃ omne totum potest excedere aliud totum in aliqua sui parte. Amplius punctum tunc dimidiari posset, quãdo linea maior lineam minorem in puncto vinceret, posse vincere in dimidio puncti. Tertio tunc tolletur ratio dimidiandi dimetiendiq; circuli, nam potest circulus H reperiri constans ex numero impari. Quarto: diameter tolletur vt deducit. Alia quæ dicit patent.

Eadem autem ratione & magnitudo, & tempus, et motus ex indiuiduis constant, & ad indiuidua resoluuntur, aut nihil. DILVG.

Eadem autem ratione est, & magnitudinem, & tempus, & motum ex indiuisibilibus componi, & diuidi in indiuisibilia, aut nihil. ANT.

Expositio. Ordo. Probauit hactenus continuũ non posse ex indiuiduis componi duabus rationibus acceptis ab vtrisque ipsius continui definitionibus ostendit. Et nũc hæc tria eodem modo se habere, videlicet magnitudinem, motum & tp̃s quantũ ad componi ex indiuiduis vel nõ cõponi. Differt vero rõ hæc à primis. Illæ. n. fuerunt vniuersales: nam continuum genus est horum trium: hæc

particularis

Differentia demonstrationũ. Particularis de ijs oĩbus. Prima fuit categorica & absoluta ꝙ continuum nó componatur ex indiuiduis, hæc est hypothetica apud Auer. in cómmen. Declarat. n. ꝙ si magnitudo componitur ex indiuiduis, motus & tempus componuntur, modo motus & tempus non componuntur, igitur nec magnitudo, & hoc Auer. inquit, incepit declarare hoc eẽ impossibile in motu ad declarandú hoc esse impossibile in magnitudine. Quantum vero ad verba gręca attinet verbum illud {Aut nihil.} Expõ verborũ grecorum. Potest intelligi ꝙ eadem ratio est magnitudinẽ, motum, & tempus constare ex indiuiduis, vel resolui ad indiuidua, aut constare ex nihil, vel resolui in nihil. aut melius ꝙ eadem ratione magnitudo, motus, tempus cóstant ex indiuiduis, & diuiduñ in indiuidua, aut nihil. i. aut nullum horum componiẽ, vel diuiditur in indiuidua. q. d. vnum componiẽ, vel diuiditur, & omnia, & si vnum non componitur, nullum componitur. Verbum expositoris noui. Nouus expositor huius rationem addit, hæc sunt eiusdem rationis, quatenus diuisio vnius dependet è diuisione alterius, vt diuisio temporis à diuisione motus, & diuisio motus è diuisione magnitudinis, siue spatij, sed vtrum hæc eiusdẽ sint rationis, posterius dicemus fortasse. Commentum Auer. per se patet.

DILVCI. *Quod sane ex his modo patebit, nã si magnitudo ex indiuiduis constat, motus quoq; qui supra ea est. ex æqualibus motibus indiuiduis constabit, ut si A B C magnitudo ex indiuiduis constet A B C, motus quoq; D E Z, quo mobile O super A B C magnitudine est motum, unamquanq; sui partem indiuiduam habebit.*

ANT. *Manifestum autem ex his, si enim magnitudo ex indiuisibilis componitur, & motus qui est huius ex æqualibus erit motibus indiuisibilibus, ut si ipsa A B C ex A B C indiuisibilibus est, motus, in quo D E Z secundum quem mouetur ipsum O in spatio, quod A B C unamquanq; partem habet indiuisibilia.*

Demonstratio probans partes motus correspondere partibus magnitudinis.

Motus.



Nunc conclusionem præpositam probat, repetit tamen illam, & constituit terminos, & inquit. Quod sane ex his modo patebit, nam si magnitudo ex indiuiduis cóstat, motus quoq; qui supra ea est, ex æqualibus motibus indiuiduis constabit, hęc est conclusio resumpta. Sed cum magnitudo ipsa quæ græce est megethos põt intelligi, & pro magnitudine mobilis, & pro dimensione spatij, sumit terminos, vt declaret ꝙ ipse intelligit dimensionem spatij, supra quo fit motus, & inquit, vt

A si A B C magnitudo ex indiuiduis constet, quæ sunt A B C, motus quoq; qui est D E Z quo mobile O supra A B C magnitudine est motú vnamquãq; sui partem indiuiduam habebit. Hęc est resumpta conclusio, & hi termini quibus constat ipsum intelligere dimensionem spatij, & non magnitudinem mobilis.

Commen. 5.

{Vult declarare.} Auer. primo intentionem partis resumit, ꝙ videlicet Arist. hac vtatur hypothetica, si magnitudo constat ex semper diuiduis, motus quoq;, & si magnitudo ex indiuiduis, similiter & motus: sed motus non potest componi ex indiuiduis, igitur nec magnitudo.

{Et manifestum.} Digreditur Auer. ostendens ꝙ si magnitudo ex indiuiduis est, ꝙ & motus etiam. Primo magnitudo est causa continuationis motus, igitur B compositio in vtrisq; eadem, & ita si magnitudo ex indiuiduis sit, & motus etiam.

{Et ꝙ motus.} Secũdo motus æquatur spatio, nam nec excedit ipsum, nec exceditur, igitur vt totus toti æquatur, & partes partibus æquabuntur, quare si magnitudo è tribus constabit indiuiduis, motus etiam.

{Et quia hoc.} Excusat Aris. nam ipse cóclusionem non aliter probat q̃ exemplo, ait enim, id factum esse quoniam per se patet.

{Et posuit.} Repetit secundam rationẽ petens sibi vnum ꝙ sit aliquod spatiũ: è tribus indiuiduis, aliquis quoq; motus ex tot constans æqualis, ita vt nec sit supra maiorem, nec supra minorẽ spatij dimensionem. Tũc arguit, vt totus motus toti spatio æquatur, ita partes partibus: sed partes spatij sunt indiuiduæ, igitur & partes motus, quare si partes spatij sunt indiuiduæ, & motus partes etiam, verba & residuum cõmenti patẽt. Prima du.

C Ambiges fortasse contra primam rationem, accepit enim ꝙ continuatio magnitudinis sit causa continuationis motus. Contra, nam supra magnitudine cõtinua effici potest motus discontinuus, igitur cõtinuatio magnitudinis non est causa continuationis motus. Secundo, dato ꝙ magnitudo sit causa motus, nõ sequitur vt ambo sint continui, nam sol est causa caloris, qui non est calidus. Dici potest ad primum quicquid velint recentiores, ꝙ Auer. per continuationem non intelligit continuam successionem, sed diuisionẽ incessabilem in infinitum, quomodo ratio nulla. Ad secundum dicitur, ꝙ Auer. arguit à causa ad effectum vniuocum, vt quoniam continuatio magnitudinis causa est continuationis motus, sequitur ꝙ sicut magnitudo est diuisibilis incessanter, ꝙ & motus etiam. Secunda dub.

D DILVCI. *Quod si præsente motu necesse est aliquid moueri, & si aliquid mouetur, necesse est motum præsentem esse, moueri etiam ipsum ex indiuiduis constabit, igitur O quidẽ motum est per A, motu D, per B uero motu E, atq; per C similiter motu Z.*

ANT. *Si igitur præsente motu, necesse est moueri aliquid, & si mouetur aliquid, necesse est præsentem esse motum, & ipsum moueri erit ex indiuisibilibus. Secundum A igitur mouetur, ipsum O mobile D motu, secundum uero B motu E, & secundum C similiter Z.*

Locus iste apud expositores non leuis habetur. Latini enim Arist. probare dictam conclusionem autumant. Themi. paraphrizat Arist. destruere cõsequens, vt quoniam dixit, si magnitudo ex indiuiduis constat, & motus etiam, nũc ꝙ motus nó constet, demonstrat, quæ.

Confutatio. quæ expones (pace eorum dixerim) literæ nullatenus congruunt. *Expositio propria.* Animaduersione dignum igitur Arist. velle differentiam inter motũ ipsum, & moueri, siue motionem ipsam, quod esse minime potest aliter, nisi quod per moueri ipsum passionem remq; intelligit in capitulo passionis, per motum vero rem in capitulo quantitatis, petit itaq; motum & moueri ipsum conuerti inseparabilisq; esse, & inquit. Quod si præsente motu, necesse est aliquid moueri, & si aliquid mouet, necesse est motũ præsentem esse, hæc est petitio, ex qua infert moueri etiam ipsum ex indiuiduis constabit. Tunc addit conclusionem de ipso moueri, vt de motu dixit, & inquit, igitur O quidem motum est per A partem indiuiduam spatij motu D parte indiuidua motus, per B vero, motu E, atque per C similiter motum, & ita quemadmodum motus ex indiuiduis est, ita quoq; moueri ipsum, & sic litera Aristo. perspicua est. *Dubitatio.* Animaduertendum totam Arist. rationem fundari supra hoc quod quæcunq; simul sunt, & non sunt, quantum ad diuisionem, & compositionem similia sunt. Sed contra dubitabis; nã rationalis aĩa, & corpus apud nõnullos simul sunt, & non sunt, quæ tam correspondenter diuisibiles non sunt. *Responsio.* Respondetur, vt Themistius inquit, Aristo. intelligere quotiens illa simul sunt, & non sunt pariliter, ita vt totum correspõdet toti, sic partes partibus, sic hæc correspondent sibi quantũ ad diuisionẽ, & cõpositionẽ.

Commen. 6.

{Cum posuit.} Auer. vero textum hunc exponit, quod Aristote. probet, quod si motus ex indiuiduis sit, mobile ipsum etiã ex indiuiduis & indiuisibile sit, sic ẽ primo ad vltimum, si motus est, mobile quod illo motu mouetur est, contra etiam si igitur motus est indiuisibilis, & mobile etiam, nam nec motus maior est mobili, nec econtra, huius totius exempla ponit, & commentum patet. *Confutatio Auer.* Sed hæc expositio (verbo sit venia) nulla est, cũ litera græca de moueri ipso & motu comparationem faciat. *Dubitatio.* Sed circa nonnulla dicta Auer. dubitãt, quia volunt recentiorum multi posse mobile esse indiuisibile, motum vero diuisibilem s̃m sũ cessionem, & mouentur *Prima rõ.* primo. quia indiuisibile est finitum & limitatum, igitur in potentia ad vbi, & ita mobile. *Secunda.* Secundo, extensio in motu est per accidens, successio per se, quod aũt inest per se alicui remanere potest ablato omni eo quod est per accidens, igitur potest motus esse extensione indiuiduus, successione diuiduus. *Tertia.* Tertio, sphæra mouet in plano, & tangit illud in pũcto, igitur indiuisibile mouetur. *Responsiones.* De his latius postmodum. Ad præsentem tamen doctrinam de mente Auer. accipimus hæc esse correspondentia, mobile, motum atq; spatium quo ad diuisionem compositionemq;. Tunc ad primũ diceret indiuisibile ipsum quicquid sit, esse finitum quantum ad virtutem, quo vero ad dimensionem minime. Congruũt enim finitum & infinitum quanto tantum, at cum mobile sit quantum necesse est rationabiliter indiuisibile moueri non poterit. Ad secundum diceret quod vtraq; diuisibilitas est per se in motu, sed ordine quodam, successio quidem per se primo, extẽsio per se secundo. Ad tertium apud Auer. nec sphæricum, nec planum perfecte est naturale.

DILVCI. *Si igitur necesse est ut id quod ad locũ ex loco mouetur, nõ simul moueatur atq; sit motum ad eũ locum ad quem mouebatur cum mouebatur, ut si Thebas petierit quispiam, impossibile est Thebas cum petere simul & petijsse, & per A* E *partem indiuisibilem, cui D motus aderat O ipsum mouebatur, fiet utiq; diuisibile, si quidem posterius transierit quã transibat. Nam cum transibat, neq; quiescebat, neq; transierat, sed in medio erat. Quod si simul transit atq; transiuit, id quod proficiscitur, cum proficiscitur, eo profectum est ac motum, quo mouetur, atq; proficiscitur.*

ANT. *Si igitur necesse est, quod mouetur unde, & quo non simul mouerí, & motum esse. quo mouit, quando mouit, ut si Thebas aliquis it, impossibile est simul ire Thebas, & itum esse Thebas, & secundum A impartibile motum est ipsum O, secundum q. ipsum O motus aderat, quare si quidem posterius deuenerit quam uenit, diuisibile utiq; erit. Cum enim ueniret, neq; quiescebat, neq; transierat, sed medium erat. Si autem simul uenerit, & uenit, ueniens, cum uenit, uentũ ibi erit, & motũ esse ubi mouetur.*

F Expositor Arist. secundam sibi petere suppositionẽ exponit, quod mihi non satisfacit, neq; græcis verbis cõuenit. *Quid expositor. S. Tho. Propria expõ.* Cum Themist. igitur videtur esse dicendum, quod cum demonstratum sit, si magnitudo ex indiuiduis constet, ipsum quoq; motum ex indiuiduis impartibilibusq; motibus constare, nunc hoc quam sit impossibile ostendit, & primo petit sibi vnam suppositionem, quod *Suppositio.* impossibile est id quod ad locum ex loco mouetur, simul moueatur atq; sit motum ad eum locũ ad quẽ mouebatur cũ mouebatur, vt si Thebas petat quispiam, impossibile est Thebas cum petere simul atq; petijsse. Verũ hanc petitionem non sic Arist. ponit, sed illi æquiualentem, nã necesse est non esse, æquiualet ad impossibile est esse. *An sola quantitas spatij sufficiat ad quantitatẽ motus. Vide Egi. her.* Si .n. necesse est motum nõ simul esse motum & moueri, impossibile erit moueri simul & esse motum. *Secunda petitio.* Petit secundo O mobile moueri per A partem G cui correspondet D pars motus, & hoc inquit, per A partem indiuiduam, cui D motus aderat, O ipsum mouebatur. nunc ex ijs affert conclusionem non propriam licet principalẽ, D fiet vtiq; diuisibile, subaudi motus ipse D, si quidem posterius transierit, quam transibat. *Syllogismus.* Põt igitur syllogismus ois sic componi, omne quod mouetur de loco ad locum impossibile est simul esse motũ in locum, & moueri: sed quod mouetur in A per partẽ motus D, mouetur de loco in locum, igitur impossibile est mobile simul esse motum in A per ipsum D partem motus & moueri, igitur ipsum D diuisibile erit, ac etiam ipsum A, & sic patet consequentis impossibilitas. idem sub alia forma probat dicens, nã cum O mobile transibat in A per D partem motus, neq; quiescebat, neq; transierat, sed in medio erat: quod si simul transit, atq; transiuit, id quod proficiscitur cum proficiscitur H eo profectum est ac motũ, quo mouetur atq; proficiscitur, subaudi, nam in hoc græco defecit, hæc igitur ratio cum difficilis sit, pluribus modis formatur ab Aristo. vt illa ipsa habeatur forma, quæ facilior sit, Sic consueuit Aristo. facere in rebus difficilibus, & sic exponit Themistius.

Commen. 7.

{Cum declarauit.} Præponit partis intentionem, & vult Arist. consequentis illati impossibilitatem declarare, & verba eius patent, ex expositione nostra.

{Si igitur necesse est.} Nunc exequitur, & primo petit suppositionem, quod non potest aliquod mobile simul moueri & motum esse, nam omne motum esse præcedit moueri, & hanc per exemplum declarat, & applicat sententiam verbis Arist. & totum patet.

{Et

{Et cum posuit hanc propositionem.} Ex hac suppositione syllogizat sic. si K vel O mobile mouetur super partem A spatij, cum super A nó simul moueatur, & sit motum, igitur in alio instanti mouetur, & erit motum in A, igitur tam A pars spatij, quã D pars motus, erunt diuisibiles, quod est contra positum.

{Et cum posuit in hoc.} Dubitaret fortasse quispiã per rationem Epicuri, vt Themi. narrat ꝙ O vel K mobile mouetur supra tota magnitudine, nó autem supra qualibet parte, modo supra tota magnitudine non simul est moueri & motum esse.

{Incepit declarare.} Cõtra arguũt Themi. & Auer. ex verbis Arist. si mobile mouetur supra tota magnitudine, vel quiescit supra qualibet parte, aut mouetur, non quiescit, quia non põt mobile aliquod moueri supra aliquo toto, & quiescere supra qualibet parte eius: si vero mouetur, habeo intentum, ꝙ videlicet moueatur supra qualibet parte, & super A, ita simul mouetur & motum erit. Animaduerte ꝙ de parte potest ratio sic componi, omnis pars, quæ non simul pertransitur, & pertransita est, & diuidua, A pars supra qua mouetur K mobile vel O non simul pertransitur & pertransita est, igitur est diuidua,

Dubitatio. Sed ambiges forte contra rationem Arist. sic, ꝙ mobile nó mouetur super omnem spatij partem, quia cum partes sint infinitæ, igitur in infinitum pertrãsiretur, quod esset sophisma Zenonis.

Responsio. Dici põt ꝙ mobile mouetur super omnem spatij partem in potentia, & super infinitas in potentia, non autem super infinitas actu.

Replic. Sed dices à pari dicerem mobile moueri super omnes partes indiuiduas in potentia, & non actu.

Solutio. Dici potest, ꝙ tenentes continuum componi ex indiuiduis, coguntur concedere ipsum componi actu ex illis, vt postea disputabitur.

DILVC. *Sed si per totam quidem magnitudinem A B C mouetur aliquod, motusq; quo per illam mouetur est D E Z, per partem autem A indiuiduam non mouetur, sed motum est: motus sane non ex motibus, sed ex momentis constabit, & motum quoddam erit quod non mouebatur. A nãq; partem non transeundo transiuit. Quare erit aliquid profectum nũquã antea proficiscens, nam per hanc profectum erit non antea proficiscens.*

ANT. *Si uero secundum totam A B C mouetur aliquid, & motus, quo mouetur, sunt D E Z, secundum autẽ impartibilem A nihil mouetur, sed motum est, erit utiq; motus non ex motibus, sed ex momentis, & moueri aliquid non motum, secundum enim A transiuit non transiens, quare erit aliquod transitum esse non aliquando transiens. Hanc enim transiuit non transiens hanc.*

Põ Epicu. Duo dixit Epicurus. Primum, aliquod mobile posse moueri supra aliqua tota magnitudine, & non moueri supra qualibet parte eius. Secũdam, ꝙ si aliquod mobile mouetur supra aliqua magnitudine, est motum supra qualibet parte, vt si mouetur supra magnitudine A B C erit motum supra A & supra B & supra C, nó autem mouebitur supra aliqua illarum partium.

Confutatio. Contra primum in textu proximo institit vt patet.

Prima suppõ. *Syllogismus.* Sed contra secundum nunc obijcit & petit tria in antecedente. Primum, ꝙ si aliquod mouetur per totum A B C magnitudinem.

Secunda. Secũdo, ꝙ motus per illam sit D E F,

Tertia. Tertio, per ipsos ꝙ per partem A indiuiduam motum sit, non ꝙ moueatur, tunc ex tribus his infert motus sane non ex motibus, sed ex momentis constabit. Secũdo infert ꝙ aliquod erit motum, quod nó mouebatur, declarat

A consequentiam, quia A transeundo non transiuit, & tunc infert iterum, quod nunc dixit, ꝙ scilicet erit aliquod profectum nunquam antea proficiscens, nã per hanc A partem profectum erit, non antea proficiscẽs, Commentum octauum patet.

DILVCI. *Si igitur omne quoduis aut quiescere, aut moueri necesse est, in unaquaq; autem magnitudinis A B C, parte quiescit, fiet ut aliquid sit quod continuo quiescit, simul atq; mouetur, per totam enim A B C magnitudinem mouebatur, & in unaquaque parte quiescebat eiusdẽ, quare & in tota etiã.*

ANT. *Si igitur nec est esse, aut quiescere, aut moueri omne, quiescit autem per unumquodq; eorum, quæ sunt A B C, quare est aliquid continuo quiescens simul, & quod mouetur, per totam enim A B C mouebatur, et quiescebat secundum quamlibet partem, quare & per omnem.*

B Et si textus iste pluribus modis introduci possit, videtur tamen mihi Aristo. cõtra Epicurum instare per easdẽ rationes sub alia forma. Et arguit syllogismo disiunctiuo à destructione vnius partis supra alteram sic, omne quod vis, aut quiescere, aut moueri necesse est. destruit secundam partem, sed in vnaquaq; magnitudinis A B C parte quiescit, & non mouetur. dat impossibile. d. fiet vt aliquod sit quod cõtinuo quiescit simul atq; mouetur, consequẽtiam deducit. d. per totam. n. A B C magnitudinem mouebatur & in vnaquaq; parte quiescebat eius per Epicurũ, quare per totam, quia si in omni parte, igitur in tota, & ita in tota mouebaẽ, & quiescebat, & hoc est impossibile, contra Epicurum propositum.

RECOGNITIONES.

ET si hæc ratio plures habeat partes. videtur potissimum fundari in hac consequentia O mobile quie-
C scit supra quamlibet partem magnitudinis, ergo supra omnem, idest supra totam. Modo hæc cõsequentia nó videẽ valere, procedit enim ab vnaquaq; parte magnitudinis ad totam ipsam magnitudinem. Dicẽdum consequentiam esse sic intelligendam, quiescit supra qualibet copulatiue, quia supra A, & supra B, & supra C, ergo supra totam, tenet enim consequentia, quia tota magnitudo A B C non est aliud, quam A & B & C copulatiue, & sic ratio Arist. pulchra est.

Et siquidem indiuiduæ motus partes quæ sunt D E Z sint motus, fit ut præsente motu mobile non moueatur, sed quiescat. sin uero non sint motus, motus nõ ex motibus constabit.

Et si quidem indiuisibilia, quæ sunt D E Z motus sunt, motu præsente contingit utiq; non moueri, sed quiescere. Si autem non sunt motus, motum non ex motibus esse.

D Secundo, contra Epicurum arguit alio modo sic vel D E Z partes indiuiduæ sunt motus, vel non sunt motus, si sunt motus, cum sint indiuiduæ, & per indiuiduum nihil moueatur, vt supposuit, fit vt præsente motu mobile non moueatur, sed quiescat. at si nó sunt motus, motus tunc non ex motibus constabit, quod vt falsum omittit.

Commen. 9.

Intentio. {Hic congregat.} Auer. exponit aliter textus hosce, quomodo græcis verbis minime consonat, sed vtcũq; sit, primo sumit partis intentionem ꝙ Aristo. videlicet congreget totam syllogismi vim, addens impossibilia, quæ sequuntur ad conclusionem vltimo inductam, cui expositioni Themist. consentire videtur.

Vis syllogismi {Et abbreuiatio.} Nunc prosequitur & resumit totam

tam syllogismi vim hoc modo, si omnis res necesse est, aut vt quiescat, aut vt sit mota, K vel O, mobile est res, igitur in spatio A B C aut motum, aut quiescens, deinde destruit membra, & inquit, ꝙ si K vel O est res iam mota, tunc impossibile est vt moueatur. cum enim aliquod est indiuisibile, dicetur iam esse motum, & ita sequitur vel ꝙ simul mouetur, & iam motum est, aut ꝙ motum est & prius non mouebatur. igitur non pōt poni ꝙ K vel O sit motū. Quod si dicatur ꝙ in aliqua hora non sit motum per quamlibet partem A B C, igitur in qualibet illarum erit quiescens. Nam si innatum est moueri & non mouetur, igitur quiescit, quare motus factus supra magnitudine A B C est compositus ex quietibus etiam mouebitur continue & quiescet, quæ sunt impossibilia. {Et cum declarauit.} Erant duo membra, primum ꝙ O in omnibus illis quiesceret, secundum ꝙ motum esset in qualibet illarum. Contra primū dat duo inconuenientia. Primum, ꝙ motus ex quietibus componerentur. Secundum, ꝙ quiesceret per totam magnitudinem, per quam positum erat moueri. Nūc dat impossibilia ad membrum .d. ꝙ mouetur, nam sequitur ꝙ esset motus absq; moto, eo quia esset motus in parte indiuidua, & per rem motam indiuiduam: modo hoc est inconueniens, nam mobile indiuiduum nō potest moueri supra æquali sibi, immo vniuersaliter nullum mobile mouetur super æquale sibi, igitur non datur mobile, & erit motus absq; mobili. Supponit igitur Auer. ꝙ mobile non potest moueri supra æquali sibi, & sic non potest moueri supra parte indiuidua, & ita erit motus absq; mobili. {Et iste sermo.} Resumit totam vim syllogisticam arguens à primo ad vltimum sic, si magnitudo indiuidua erit, motus indiuiduus, si motus indiuiduus, mobile est indiuiduum, si mobile indiuiduum, tunc motum esset & moueretur, aut motus esset ex quietibus. Dubitabis primo, quia non omnis res mouetur vel quiescit, vt intelligentia. Secundo infert O vel K non mouetur, igitur quiescit, modo hoc non valet, nam ex negatiua non sequitur affirmatiua in libro Perihermenias. Tertio ait, syllogismū Aristo. esse ex syllogismis hypotheticis, cū sit vnus hypotheticus à primo ad vltimum. Quarto supponit nullum mobile moueri supra æquale sibi, hoc est falsum, quia omne mobile mouetur supra æquale sibi, vt in fine huius dicetur. Ad primam, vt sumitur ex verbis Themist. illa propositio est vera de eo ꝙ potest naturaliter moueri, & non impediatur. Ad secūdum, ex negatiua sequitur affirmatiua cum constantia subiecti, & sic arguit Auer. addit enim, si innatum est moueri, hæc nāq; est subiecti constantia. Ad tertium dicendum vnum esse actu syllogismū, plures tamen & tot quot enthimemata. Ad quartum dicerem verbum Auer. esse intelligendum tāquam ad quod, nihil enim mouetur in spatio sibi æquali tanquam ad quod, sed bene tāquam per qd' & sic non contradicunt.

Destructio secundi mebri. — *Suppositio Auer.* — *Totus syllogismus.* — *Prima dub.* — *Secunda.* — *Tertia.* — *Quarta.* — *Solutio ad primum.* — *Ad secundū.* — *Ad tertium.*

E F G (marginal section letters)

RECOGNITIONES.

HAec ratio habet duas partes, quarum prima est, si D E Z indiuisibilia motus sunt motus, motu præsente contingit aliquid non moueri. deducitur, nam si in O mobili esset præsens D motus, cum per D motū O non moueatur supra parte A, quia sēm Epicurum in A nihil mouetur, nec in B, nec in C, sed solum supra totam, ergo fit, vt D motus sit præsens ipsi O, & tamen nó videbitur O. eodem modo argui potest de E, & Z; quare motu præsente aliquid non mouebitur. secunda pars est, si autem indiuisibilia motus non sunt motus, continget motum esse nō ex motibus, modo hoc concederet Epicurus, ex pūctis enim est magnitudo, quorum nullum est magnitudo, & dicendum Aristo. supponere pro absurdo motum ex nō motibus esse, quia sensu patet motum non resolui in non motus, ergo si non resoluitur in non motus, absurdum erit dicere ipsum componi ex non motibus, supponēs ergo illud tanquā absurdum contra sensum, non processit vltra.

Similiter autem & tempus, ut longitudo ac motus, indiuisibile est necesse est, atq; ex ipsis nunc, quæ indiuidua sunt, constare. Nam si omnis diuidua est, atq; in minori tempore, quod æque uelox est, minorem pertransit magnitudinem, diuiduum erit & tempus. Quod si tempus, quo aliquid per A fertur, diuiduum erit, A etiam pars per quam id fertur, diuidua erit. DILVC.

F *Similiter autem necesse est longitudini & motui indiuisibile esse tempus, & componi ex ipsis nunc entibus indiuisibilibus. Si enim omnis diuisibilis est, in minori autem æqualiter uelox transibit minorem, diuisibile erit & tempus. Si autem tempus diuisibile est, in quo fertur aliquid per ipsum A, & quæ est ipsum A erit diuisibile.* ANT.

Hactenus ꝙ magnitudo, hoc est spatium, & motus conuertatur quantum ad diuisionem & compositionē ex diuiduis & indiuiduis, declarauit, Nunc vero ꝙ magnitudo, & tempus simili conuertendi ratione conuertantur declarat. & hoc proponit dicens. Similiter autē & tempus vt longitudo ac motus indiuisibile esse necesse est, atq; ex ipsis nunc quæ indiuidua sunt constare, & econtra, si tempus ex indiuisibilibus, aut diuiduis constat, magnitudo etiam constabit ex eisdem. Et primo declarat primum, ꝙ si magnitudo est diuidua, igitur & tempus, & inquit, Nam si omnis diuidua est, & in minori tempore quod æque velox est, minorem pertrāseat magnitudinem, diuiduum erit & tempus. Nam in toto tempore totam, & in parte partem id qd' æque velox est, pertransibit. Declarat cōuersum à parte temporis, & inquit, Quod si tempus quo aliquid per A fertur, diuiduum erit. A etiam pars per quam id fertur, diuidua erit, nam vt totum toti, ita pars parti. Conuertuntur igitur tempus & magnitudo quantūm ad diuisionem & indiuisionem.

Commen. 10.

{Cū declarauit.} Expositio Auer. in præsenti commen. 10. non potest consonare græcis Arist. verbis, vt patet considerāti. Verum ipse proponit intētum partis. Secunda ibi. {Et cum narrauit.} Prosequitur prima pars patet de se. {Et cum narrauit.} Nunc prosequitur, & declarat quomodo valet hæc, siue hypothetica, siue consequentia, magnitudo componitur ex indiuisibilibus, igitur & tempus. Ad hoc declarandum, declarat ꝙ si alterum est diuisibile, etiam alterum erit diuisibile, petit igit̃ primo ꝙ si magnitudo est diuidua, tempus sit diuiduum. Hanc probat sic. si magnitudo est diuidua, potest tota pertransiri in toto tempore, & medietas magnitudinis in medietate temporis, vltra, totum tempus est quo pertrāsitur tota magnitudo, pars temporis per quam pertransitur pars, igitur ad diuisionem magnitudinis est diuisio temporis correspondēs.

{Et cum dixit.} Applicat nunc suppositionem verbis, animaduerte tamen ꝙ hæc verba barbaræ trāslationis hæc sunt, si igitur hoc fuerit diuisibile & illud qd' est æqualis velocitatis pertransit in minori tēpore minus

Introductio. — *Suppositio.* — *Applicat verbis sententiam.*

H (marginal section letter)

nus

nus & reliqua, hæc tripliciter exponit. Vno modo, ꝙ Arist. duo velit & ꝙ æque velox pertrãseat æquale, & ecõtra minus velox pertranseat minoré magnitudiné. Secundo exponit ꝙ litera est corrigenda, vt in lib. Alexandri accipitur, videlicet ꝙ si aliquid velox pertransit aliquod spatium in certo dato tempore, idem æque velox pertransit minus in minori tempore. Tertio, exponit ecõuerso, hoc est, si tempus est diuisibile, igiť quælibet pars magnitudinis est diuidua, cum diuisio magnitudinis correspondeat diuisioni tẽporis. Quicquid sit in his tribus expositionibus, intellige tu ꝙ æque velox quotiens pertransit aliquod totum spatium, idem pertransibit partem spatij in parte temporis.

Syllogismus. {Et cum declarauit.} His sic stantibus arguit hypotheticæ sic, si tempus est diuiduum magnitudo est diuidua, igitur ab opposito consequentis, si magnitudo est indiuidua, & tempus erat indiuiduum, & hæc fuit textus intentio, hæc expositio (vt dixi) nullatenus textui conuenit, nec verbis græcis, vt patet intelligenti. *Quæstiones.* Multe quæstiones hinc quæri solent à recentioribus, ego tamen nonnullas & breuibus recolligam. Et primo, an *Prima Iand. q. 1. huius. & Alber. de sens. q. 1. huius & Gaeta. q. 1. huius. & hic.* cõtinuum ex indiuiduis partibus cõponatur. est enim continuum non vna ratione, sed in tempore, & in motu, & in magnitudine tam spatij quam mobilis, & quæstio est communis omnibus. Ioannes in lib. Physi. 6. q. 1. velle videtur ꝙ compositione quantitatiua nullum continuum ex indiuiduis componitur, at compositione essentiali est distinguendum, quia aut continuũ consideratur ſm essentiam, aut ſm esse terminatum. si ſm essentiam, sic nullum continuum ex indiuiduis componitur. nec essentiali, nec quantitatiua compositione. si secundum esse terminatum, tunc componitur ex indiuiduis compositione essentiali, vt linea ex pũctis, quando duobus terminetur punctis. Hæc positio (pace aliorum dixerim) licet quo ad primum sit tenenda, quo *Confutatio secunda.* ad alia falsa videtur, & maxime quo ad illud quod ait, continuum secundum essentiam non componi ex indiuisibilibus. Nam continuum est in specie cõpletum etiam secundum essentiam acceptum, & quod est completum in specie est definibile, & omne definibile est resolubile ac diuisibile in partes simplices, vt in Septimo Meta. colligitur. Secundo, aut essentia continui est simpliciter simplex, aut composita, non simpliciter simplex, quia tunc nihil prius haberet, igitur composita, *Confutatio tertia.* & non ex diuiduis, igitur ex indiuisibilibus. Quantum vero ad id quod ait. continuum terminatum componi compositione non essentiali, sed simili essentiali, etiam falsum ait, immo compositione vere essentiali quomodo species componitur ex genere & differentia, nã continuum. est genus finiti & infiniti, igitur continuũ finitum est specie: sed omnis species, & omne quod est in specie componitur vera compositione essentiali ex genere differentia. Tenendum igitur est ꝙ continuũ pôt capi secundum esse, & secundum essentiam, tunc siue sic, siue sic, compositione quantitatiua nullum eorum componitur, sed compositione essentiali quomodolibet sumptum bene componitur ex indiuiduis, nõ quidem ex indiuiduis essentia: quod si sic intelligit Ioannes. bene ait. Multa alia dici possunt, quæ cum recentiores copiosius scribant, recte omittimus. Secundo *Secunda q. Iand. q. 4. huius. Põ. Ioan.* quærit Ioan. vtrum duo tota vel duo corpora possint se tangere se secundum totum, & arguit ꝙ sic, vt elemẽta in mixto, quæ sunt quatuor corpora. Ioan. absq; diuisione simpliciter respondet, ꝙ duo corpora nõ pos

A sint se tangere secũdum totum, tum quia essent simul in eodem loco, tamen secundo quia oportet esse duo per duas superficies. Et quia tunc non facerent maius. Mihi videtur ꝙ hæc solutio sit vera, sed nõ est logica. *Confutatio.* Nã simpliciter loquendo duo corpora possunt se tangere secundum totum, qm possunt se tangere secundũ se, & quodlibet illorum est totum, igitur secundum se tota. Secundo, non alio se tangunt tota, quam secundũ partes possunt se tangere secundũ partes, igitur secundum tota. dicerem igitur, ꝙ duo corpora possunt se tangere secundum tota categorice, non tamen syncategorice, hoc est ſm tota integra, non tamen secũdum se & quodlibet sui. Ad rationem vero ipse male respondet. Dicas igitur ꝙ elementa sunt in mixto ſm formas, nõ secundum dimensiones formarum. nã vna est dimensio elemenorum, & mixti, de hoc in libello de Mixtio-

B ne, & in libro de Generatione perquire. Tertio quærũt *Tertia q.* vtrum moueri & motum esse sint simul, & videtur ꝙ sic, illuminatum esse & illuminari sint simul. Amplius augeri & auctum esse, adhuc alterari & alteratum esse. *Iand. q. 6. huius.* Secundo, motum esse est momentum, sed motus & momentum sunt simul, quia de motu nihil habeť, nisi mo- *Vide etiã Egi. 1. 7.* tum esse. Ioannes simpliciter respondet ꝙ moueri & *Solutio Ioan.* motum esse non possunt esse simul. Tum quia tũc aliquid simul moueretur. & non moueretur. Tum quia quod mouetur nõ habet illud ad quod mouetur. Tum quia moueri in tempore est, at motum esse in instanti, modo instans ꝙ tempus non sunt simul. Sed hæc solutio (pace sua) sic simpliciter falsa est. Nam in his quæ *Confutatio.* subito fiunt simul est fieri, & factum esse, igiť in his quæ subito mouentur, simul est moueri & motum esse: sed alteratio, auctio, & generatio subito fiunt, vt nunc sup-

C pono: igitur simul est alterari & alteratum esse, augeri & auctum esse, generari & genitum esse. Ideo animad- *Solutio ꝓpria.* uertẽdũ primo ꝙ de motibus solus ipse localis est continuus & successiuus Octauo huius. cõmen. 23. at cæteri & si sint successiui, non tamen continui, vt dicemus. Secundo animaduerte, ꝙ Arist. per mutatum esse, siue motum esse, potest duo intelligere, aut finem motus in actu, ad quẽ ipsum mobile desinit moueri, & quiescit in fine motus, aut finem motus in potentia, non ad quẽ cũ peruenit quiescit, sed ad quẽ cũ peruenit pôt quiescere. primo mõ vnum est mutatũ seu motũ esse, secundo modo infinita prout in infinitis partibus potest quiescere mobile. Tũc dico primo ꝙ solum in motu locali propositio Aristo. est vera, & de illa argumenta Ioannis procedunt, non autem in alijs. Dico secũdo ꝙ Aris. intelligit de mutatũ esse in actu nõ potestate,

D quia moueri & mutatum esse potestate pñt esse simul, quãdo in mutatũ esse potestate, mobile non quiescit actu, sed vlterius mouet. Et hæc est expositio Arist.

RECOGNITIONES.

Textus potest resolui in duas consequentias. prima tempus est indiuisibile, ergo & magnitudo. probatur ex opposito consequẽtis, nam si magnitudo est diuisibilis, & æque velox transibit in minori tempore minorem, diuisibile erit & tempus. Secunda, si magnitudo est indiuisibilis, ergo & tempus, in quo fertur aliquid per ipsum A, indiuisibile erit. probatur etiã ex opposito, quia si tẽpus est diuisibile ergo & A supra quo ferebatur, & sic Themist. intellexit. Quærunt vtrum ex indiuisibilibus sui generis componatur continuũ. Plato autumat corpora fieri ex superficiebus, superficies ex lineis, lineas ex punctis. Præterea Epicurus huic adhærens

hærens addit vniuersaliter omne continuū fieri ex indiuisibilibus, vt tempus ex ipsis nunc, & motum ex momentis. Arist. autem negat omnia hæc, & in hoc loco, &. 3. de Cœlo. Asserit. u. nullum continuum fieri ex indiuisibilibus proprijs. Sed pro intellectu horum debes scire indiuisibile esse duplex, s. indiuisibile essentia, qđ alij conceptum simplicem appellant, & de hoc non loquuntur, & indiuisibile quantitatis, vt punctum respectu lineæ, & linea respectu superficiei, & superficies respectu corporum. Amplius & nunc respectu temporis, & momentum respectu motus. Amplius in proposito duplex est compositio, altera definitiua, quo modo species componitur ex differentia, & genere. Altera integratiua, qua quantum ex partibus suis quantis integratur. Tunc concordarem hos, cum. n. Arist. asserit nullum continuum componi ex indiuisibilibus, loquitur de indiuisibilibus quantitatis, & de compositione integratiua, cum Plato & Epicurus asserunt continuum componi ex indiuisibilibus, loquuntur de indiuisibilibus quantitatis, sed de compositione definitiua. cum enim nos ignoremus rerū differentias, quodlibet continuum describitur per propria indiuisibilia, vt corpus per superficies per lineas, & linea per puncta. Præterea tempora per ipsa nunc, & motus per momenta, hoc pacto nō negaret Aristoteles hæc, vt intelligenti patet. In tertio vero de Cœlo aliter Platonis opinionem nos interpretabamur, nunc vero de ea hactenus.

Commen. 36. Quærebatur secundo in commentarijs vtrum moueri & motum esse sint simul, vbi diximus quædam nō inutilia, nunc vero intelligas motum esse & moueri non esse simul respectu eiusdem, respectu vero diuersorum esse possunt simul. Moueri enim ad A, & esse motū ad A, simul esse non possunt: at motum esse ad A & moueri in B simul esse pñt. pōt. n. aliquis esse motus Suessam, & continuo moueri potest hoc Neapolim, hæc satis.

DILVC. *Quoniam autem magnitudo omnis in magnitudines sectilis est. Demonstratum est enim continuum ex indiuiduis constare non posse, & magnitudo omnis continuum est, necesse est ut id quod uelocius mouetur, maiorem in æquali, æqualemq; in minori, at maiorem in minori magnitudinem transeat, quemadmodum definiunt nonnulli. ipsum quod uelocius mouetur, sit enim in quo est A: ipsum mobile uelocius eo in quo est B ipsum: cum igitur id sit uelocius quod prius mutatur. In quo tempore mutatum est A ipsum ab ipso C in D, ut in R I, in eo mobile B nondum accedet in D, sed citra erit, quare id quod uelocius mouetur, plus magnitudinis in æquali tempore transit.*

ANT. *Quoniam autem omnis magnitudo in magnitudines est diuisibilis. ostensum est enim quoniam impossibile est ex indiuisibilibus continuum esse aliquid, magnitudo autem omnis continua, necesse est uelocius in æquali tempore maiorem, et in minore æqualem, & in minore minorem pertransire; sicut definiunt quidam ipsum uelocius. sit N ipsum in quo A: eo in quo est B uelocius, quoniam igitur uelocius est, quod prius mutatur, in quo tempore ipsum A mutatum est ab ipso C in ipsum D, uidelicet in Z I, in hoc ipsum B erit iuxta ipsum D, sed deficiet, quare in æquali tempore plus abibit uelocius.*

Demonstratio q. mobile uelocius in tempore æquali per maiorem magnitudinem moueatur, quam mobile tardius.



Expō communis. Omnes fere latini conueniunt Arist. nunc noua demonstratione, videlicet accepta à definitionibus velocioris & tardioris probare magnitudinē, nullūq; continuū ex indiuisibilibus cōponi. Sed hoc stare non pōt, quia tunc in textu esset circulis, nam ipse ex diuisione magnitudinis concludit tres velocioris diuisiones, igitur non est conseutaneum vt contra è velocitate & tarditate probet magnitudinem esse diuisibilem. (Confutatio.) Melius igitur mihi videtur cum Themist. ꝙ Arist. arguat hypothetice à constructione consequentis ad cōstructionem antecedētis sic, si magnitudo est diuidua, aliquod potest moueri velocius & tardius: sed aliquod mouetꝰ velocius & tardius, igiꝰ magnitudo diuisibilis erit. (Expositio propria.) Sed statim ambiges, quia tunc Arist. ratio peccaret in logica, non enim valet enthymema à positione consequentis. (Dubitatio.) Dici pōt valere in conuertibilibus, vt in proposito: nā valet vtroq; modo. Magnitudo est diuisibilis, igitur aliquid velocius, & aliquid tardius mouetꝰ, & econtra, laiqd velocius, & aliquid tardius ferꝰ, igiꝰ magnitudo diuisibilis. (Solutio.) Inquit, quoniam autē magnitudo omnis in magnitudines sectiles est. hanc probat per rationem tactam, quam nunc repetit dicens, demonstratum est enim continuum ex indiuiduis constare non posse, & magnitudo omnis continuum est, igitur demonstratū est magnitudinem constare ex diuisibilibus. Tunc accipiatur ꝙ magnitudo constet ex diuisibilibus pro antecedente, dat consequens, & inquit, necesse est vt id quod velocius mouetur, maiorem in æquali, æqualēq; in minori, atq; maiorem in minori magnitudinē transeat, hoc est consequens. Ecce quomodo per modum consequentis infert tres velocioris definitiones, prima est, velocius est quod in æquali tempore pertrāsit maius, secūda, ꝙ in minori æquale, tertia, ꝙ in minori maius. Deinde incipit ponere consequens, & declarat per ordinem tres definitiones ipsius velocioris, vt ipsis positis habeat positionem antecedentis, sit enim inquit, in quo est ipsum A mobile velocius eo in quo est B ipsum, hoc est, sit A mobile quod velocius mouetur, & B quod tardius, vt in exemplo patuit. Cum igitur id sit velocius quod prius mutatur, vt ex ipso quid nominis patet, in quo tempore mutatum est A ipsum ab ipso C in D,

in D, vt in R I tempore, in eo mobile B nondum accedet in D, sed deficiet siue citra erit, ex hoc exẽplo infert primam velocioris definitionem, & inquit, quare id quod velocius mouetur, plus magnitudinis in æqua li tempore transit. Et hæc est positio consequentis pro prima illius parte.

Commen. 11.

{Cum declarauit.} præponit partis intentionem & quatuor tangit. Primo ꝙ magnitudo & tempus quo ad diuisionem & compositionem se consequuntur, secundo ꝙ velocius & tardius possunt in infinitum crescere, tertio ꝙ quia velocius & tardius possunt in infinitum crescere, ideo tempus & magnitudo sunt diuisibilia, quarto ꝙ ablata à tempore diuisibilitate & à magnitudine, tunc ponentur velocissimum quo nihil velocius, tardissimum quo nihil tardius, quia sequitur motus in B non tempore, & cum motus sit in instanti, omnis erit velocissimus, quia nullus illo dato velocior, omnis tardissimus, quia nullus illo dato tardior: cum omnis motus sit in non tempore, siue in instanti, in quo nihil est magis aut minus.

{Et dixit & cum.} Prosequitur & primo probat, repetens rationem ꝙ omnes magnitudo diuiditur in partes continuas, per hoc quia diuiditur in semper diuisibiles, secunda ibi.

{Et cum posuit} facit enthymema, cuius antecedẽs est, omnis magnitudo diuiditur in cõtinuum, igitur velocius est, quod in æquali tempore pertransit maius, & in minori æquale, & in minori maius. Ecce quomodo de textu ipse facit duo, antecedens, & consequens, & quantum ad hoc bene exponit.

{Si igitur magnitudo.} Deducit consequentiam sic, si C magnitudo non esset diuidua, sed composita ex indiuiduis, tunc cum aliquid moueret supra aliqua parte illius indiuidua in eadẽ nihil posset tardius moueri, quia supra indiuisibilia omnia æqualiter mouentur, & sic destrueretur ipsum tardius, & per consequens ipsum velocius, nam tardius & velocius dicuntur relatiue.

{Et tacuit.} Excusat Arist. cur videlicet tardioris definitionẽ præterijt, ait enim esse ex definitione velocioris deprehensum. Animaduerte ꝙ Aristo. & Auer. & Themi. velocius & tardius in comparatiuo definiunt, quia in positiuo non datur velox, quin tale sit in comparatiuo, vt patet consideranti. reliquum commẽti patet. Expositio hæc quantum ad primam partem conuenit textui, sed est diminuta, oportet. n. addere, ꝙ Arist. ponit consequens, vt habeat positionem antecedẽtis, vt adiecimus in literæ expositione. D

DILVCI. *At uero plus etiam magnitudinis in minori tẽpore transit, nam in quo ipsum A mobile ad ipsum peruenit D, mobile B quod est tardius, erit prope E, igitur cum ipsum A toto tempore Z I ad suum peruenit D, erit in minori tempore quam sit illud prope T, utpote Z K: at magnitudo quidẽ C T quam pertransiuit ipsum A mobile, maior est magnitudine: C E, tempus autem Z K minus est tempore toto Z I, quare id quod uelocius est, maiorem magnitudinem in minori in tempore pertransit.*

ANT. *At uero & in minori plus ipsius, in quo enim ipsum A factum est iuxta ipsum D, ipsum Z erit iuxta E quod tardius est, ergo quoniam ipsum A ad ipsum D factum est in omni in quo est Z I tempore, ad ipsum T erit in minori hoc, & sit in quo Z K, ipsum quidem igitur C T quod transibit A ipsum A maius est ipso C E, tempus autem quod est Z K minus est omnis Z I, quare in minori abibit maius.*

Erat tertia ipsius velocioris mobilis definitio velocius mobile quo in minore tempore pertansit maius spatium. Declarata itaq; prima definitione, nunc declarat tertiam & proponit eam, & inquit, at vero quod velocius mouetur plus etiam magnitudinis in minori tempore transit. Hæc fuit tertia definitio. Hanc solo exemplo declarat, & potest absq; exemplo deduci sic, potest esse aliquod mobile velocius quod pertranseat aliquod spatium duplum ad spatium pertransitum ab alio tardiori in hora, igitur minus quam in hora potest pertransire spatium minus quam duplum, licet maius, igitur in minori tempore pertransibit maius. Inquit, nã in quo ipsum A ad ipsum peruenit D mobile B qd' tardius est, erit prope E, vt nunc per casum sumatur: igitur cum ipsum A mobile ad suum peruenit D, erit in minori tempore ꝙ sit illud prope T, vtpote in Z K, at magnitudo quidem C T ꝙ pertransit ipsum A mobile, maior est magnitudine C E. Tempus autẽ Z K minus est tẽpore toto Z I, tunc infert definitionem, & inquit quare id qd' velocius est, maiorẽ magnitudinẽ in minori tpe transit, & hæc erat tertia velocioris definitio. *Inductio literæ.* *Declaratio sine terminis.* *Declaratio p terminos.*

Demonstratio q, mobile uelocius maiorem magnitudinem pertranseat in minori tempore quam tardius mobile.




Animaduertendum sine literis rationem ex Themi. sic trahi. Sunt duo mobilia equus, & scorpius ambo in hora moti, cum scorpius sit tardior equo, equus in hora transibit leucam, scorpius in hora tertium leucæ, & cum equus in hora leucam peragrauerit, in horæ dimidio dimidium leucæ peragrabit, igitur equus in dimidio horæ peragrabit plus quã scorpius, qui in hora tertium leucæ peragrauit, sed dimidium horæ est minus hora, igitur velocius in minori. vtpote equus in horæ dimidio peragrat plus ꝙ scorpius in hora, & sic in minori tempore pertransit maius, quod erat intentum. *Declaratio sine terminis e Themist.*

Exemplum.

Exemplum.

Hora.




Commen. 12.

Diuiſio cõmẽ. Vult declarare, Auer. primo diſponit terminos, ſecundo ibi. {Et hoc intendebat.} applicat ſententiam verbis, tertio ibi {Et ex hoc manifeſtum eſt.} remouet dubium. Primæ duæ partes patent, verum ipſe mutat terminos, propterea exemplum ſuum eſt.

Dubitatio. Solutio. Queſtio Ioan. {Et ex hoc.} Dubium eſt tale, nam Ariſtote. primo probauit per definitionem velocioris & tardioris continuum componi ex ſemper diuiſibilibus, nunc contra per hoc ꝙ continuum diuiditur in ſemper diuiſibilia, probat definitionem velocioris & tardioris, igitur circulus in demonſtratione.

Exemplum.



Solutio. {Sed prima.} Soluit, & vult ꝙ ſyllogiſmus procedẽs à magnitudine tali ad velocius & tardius talia, eſt propter quid, hoc eſt à priori ad poſterius, cauſa enim velocitatis & tarditatis eſt diuiſio magnitudinis. Secunda vero probatio à definitione velocis & tardi ad diuiſionem procedens magnitudinis, eſt ab effectu poſteriori ad prius, & ſic diuerſis generibus cauſarum non inconuenit circulus: verũ ſi exponitur litera vt nos diximus, hæc dubitatio non eſt neceſſaria, vt intelligenti patet.

Introductio queſtio. In omnibus his rationibus vt viſum eſt Ariſt. ſupponit

E ſupra indiuiſibile nihil poſſe moueri, quo argumento intulit A ipſum eſſe diuiduũ. propter hæc querit Ioan. *Qõ Ioan.* vtrum ſupra indiuiſibile poſsit aliquid moueri, tenet ipſe ꝙ per ſe nihil ſupra indiuiduũ poteſt moueri, quia vt dicit Ariſt. tunc idem eſſet moueri, & motum eſſe, tamen per accidens poteſt ſupra indiuiſibile aliquid moueri, poteſt enim indiuiſibili ſucceſsiue aliquid applicari, vt patet de ſphærico, cui continue applicetur planum vſq; ad finem, conſtat planum moueri ſupra punctum applicationis, ſed hoc eſt per accidens, quatenus punctus ille eſt aliquid corporis ſphærici. Sed hoc ſtare non poteſt, quia Ariſt. probat ſupra A non poſſe fieri *Confutatio Prima ra.* motum, quia tunc A oportet eſſe diuiduum, modo patet ipſum A eſſe indiuiſibile coninnctum diuiſibili, & ſic gloſſa contra textum. Secundo, ſi ſupra punctũ ſphæ- *Secunda.* ræ, in quo fit applicatio per accidẽs fieri poteſt motus,
F igitur ſupra ſphæricum per ſe, omne enim per accidens reducitur ad per ſe, modo ſupra ſphæra cuius eſt punctus nihil poteſt per ſe moueri, igitur nec per accidens ſupra punctũ. Ideo animaduertendum puncta, & eiuſ- *Solutio propria.* modi indiuiſibilia non eſſe in rerum natura, ſed ſolum ad imaginationem geometræ, & omne enim quod eſt in natura eſt diuiſibile, Primo de Anima. cõmen. 13. & Primo Cœli. cõmen. 32. modo cum mathematici imaginari poſſunt fluxum fieri ſupra punctum, & ipſum fluxum facere motum, concedent ad imaginationem hæc talia. at phyſici cum rerum naturas conſiderent, nihilq; ſit in natura indiuiduum, niſi apud intellectum, eiuſmodi propoſitiones penitus negabant. Et ſic patet ſolutio ad argumentum Ioan. & aliorum.

RECOGNITIONES.

QVærimus in commentarijs, vtrum ſupra punctũ poſsit aliquid moueri, & videtur ꝙ ſic, ſi ſphæri-
G cum ponatur ſub plano, & planum tangat ſphæricum in pũcto, his enim ſtantibus, planum põt ſucceſsiue applicari illi puncto, ergo ſupra illo moueri. in commentarijs diximus bene, ſed facilius dicerem planũ non poſſe moueri ſupra punctum ſphærici, niſi quatenus intelligitur punctum illud quaſi in medio cuiuſdam ſpatij imaginari, quaſi copulans partes illius ſpatij, ſupra quo ſpatio planum per ſe intelligitur moueri, & ſic tale per accidens reducitur ad ſpatiũ ſupra quo eſt motus per ſe, & non ad ſphæram.

Manifeſtum aũt ex his eſt, & q. id quod uelocius eſt, in DILVC.
minori tempore peragrat æquale. Nam cum ipſum maiorem in minori tranſeat, quam peragrauerit id quod eſt tardius, ipſum uero per ſe ſumptum maiori in tempore maiorẽ tranſeat, quam in minori, utpote L M. *quæ maior eſt* L X, *maius utiq; erit tempus in quo peragrauerit* L M, *q̃ ſit tẽpus* P S
H *in quo pertranſiuit* L X. *quare ſi ipſum* P R *tempus maius eſt eo quod eſt* P H, *quo uidelicet, ipſum quod tardius eſt, pertranſit* L X *&* *ipſum* P S *tempus minus eſt ipſo* P R *tẽpore nã minore minus cum ſit, & ipſum maiore minus erit fiet ut in minori tempore tranſeat æquale.*

Manifeſtum aũt ex his eſt, & q. uelocius in minori tem- ANI.
pore abibit æquale, quoniam N *utiq; maiorẽ in minori tranſit tardiori. ipſum autem ſecundũ ſeipſum acceptũ in maiori tpe maiorẽ minori, ut* L M *in ea, quæ eſt* L X *plus utiq; erit tempus, quod eſt* P R, *in quo ipſum* I *tranſit* I M *q̃ quod eſt* P S, *in quo pertrãſit* L X, *quare ſiquidem eſt* P R *maius eo, qđ eſt* P H, *in quo qđ tardius eſt, pertrãſit* L X, *et qđ eſt* P S *minus eſt in quo eſt* P H *ipſo* N P R *minus eſt, minori aũt minus, et ipſum minus ẽ, quare in minori abibit æquale.*

Demon-

Demonstratio q̃ mobile uelocius per æqualem magnitudinem moueatur in minori tempore q̃ mobile tardius.

P S H R

Tempus

A Mobile velocius

Magnitudo

L X M

B Mobile tardius

A {Vult etiam.} Commentumistud perspicuum est, nisi quod terminos mutat hoc modo. *Comm. 15.*

Z Q B Q

A

L N M

B

B

Conclusio. Nunc ex tertia data definitione, concludit secundã, videt, ꝗ velocius sit quod in miniori tẽpore dato pertranseat æquale, Inquit, manifestum autem ex his est, & ꝗ ipsum velocius in minori tempore peragret æquale *Prima petitio.* ei quod tardius transit in maiori. Ad hanc conclusionem declarandam, petit sibi duo concedenda. Primũ, velocius in minori tempore pertransit maius, q̃ sit spatium peragratum à tardiori in longiori tempore, vt proximo textu expositum est. Inquit, nam cum ipsum velocius maiorem magnitudinem in minori tempore transeat, q̃ peragrauerit id quod est tardius in longiori tempore. Hæc est prima petitio, & legatur suspensiue. *Secunda.* Secunda vero petitio est, ꝗ vnummet mobile per se maiori in tempore maius transit, & in miniori minus, vt si equus in hora peragret leucam, in minori q̃ sit hora, minus peragrabit. inquit, ipsum vero per se sumptũ maiori in tempore maiorem transeat q̃ in minori transierit. declaratur per exemplum, vt si spatium transit L M quod est maius spatio, L X etiam erit maius tempus P R, in quo peragrat L M, q̃ sit tẽpus P S in quo pertransiuit L X, hoc est, maius est tẽpus, quo equus peragrat leucam, quã leucæ partem, vt si leucã in hora peragrat, partem per minus quã sit hora idem equus peragrabit. Hæc est secunda petitio. Ex ijs arguit, B mobile, quod positum est tardius moueri, spatium peragrat L X in tempore P H, sed A mobile velocius idem peragrat in tpe P S, tẽpus aũt P S minus est tpe P H, igit velocius pertransit æquale in minori, sine terminis vero arguas sic. Scorpius leucæ dimidiũ peragrat in horę medio, equus in horæ tertio peragrat idem leucæ dimidium, igit velocius in minori peragrat æquale, inquit, quare si ipsum P R, tempus maius est eo quod est P H, quo videlicet, ipsum quod tardius est, vtpote B pertransit L X, & ipsum P S, tempus minus est ipso P R, tempore. nã minore minus cũ sit, & ipsum maiore minus erit, vult habere ꝗ P S, sit minus vtroq; toto P R. & ipso P H, concludit conclusionem, inquit, fiat vt in minore transeat æquale, est igitur vis A mobile peragrat L X, in tempore P S B, mobile equale illi in tempore P H, est autem P S tempus, minus tempore P H, igit velocius in minori peragrat æquale, quæ est tertia descriptio velocioris. Animaduerte ꝗ græcus textus non est corruptus, nam ipse vltra P R, imaginat excrescere tẽpus vsq; ad H quo in modo sermo etiam patet, ego tamen transtuli sic, vt facilius intelligeretur.

Vide Iandu. … Alb. de saxo. … argumentũ. *… literis …*

Tũc tota vis suæ rationis stat in hoc, velocius pertransit maius in maiori, & maius etiam in minori, igit æquale in minori, primæ duæ partes constant, igitur & tertia. Sed circa hæc dubitatur primo vtrum eiusmodi tres velocioris descriptionis sint bonę, & videtur ꝗ nõ, nam luna mouetur velocius cæteris stellis, & tamẽ nec inæquali maius, nec in minori maius. nec in minori æquale peragrat respectu cæterarũ stellarum. Secundo pono per causam ꝗ spatium peragratum à velociori continuo condensetur, patet tunc A esse velocius, & C non pertrãsire maius. Tertio pono ꝗ spatium peragratum à tardiori continuo rarefiat, patet tũc tardius moueri B, & maius peragrare. Quarto pono per casum ꝗ ipsum velocius cõtinuo remittatur, ipsum tardius continuo vigoret, tunc in fine ipsum velocius minus peragrabit. Et licet de his multa dicemus quando quæremus penes quid describatur velocitas, nũc vero ad oĩa hæc sufficiat hæc responsio, ꝗ descriptiones sunt veræ cæteris partibus ex parte mobilis, spatij, & medij, & in motu recto, tũc ad primã patet non esse ad propositũ, quia ille motus est circularis, vel dicas ꝗ luna licet velocius circuat, tardius tamen mouet cæteris. Ad secundum patet, quia ex parte spatij, nõ sunt cætera paria. Et per idem ad tertium. Ad quartũ patet etiã solutio, non enim ex parte mobilis sunt cætera paria. *Expositio. Rõ Auer. Dubitatio.*

Adhuc autem siquidem omne quod mouetur, aut in æquali, aut in minori, aut in maiori moueri tempore necesse est, et quod quidẽ in maiori, id tardius est, qđ uero in æquali, æque uelox, sed ipsum uelocius, cũ nõ sit æque uelox, neq; tardius, neq; etiã ipsum uelocius in æquali aut maiori mouebitur tempore, relinquitur igitur in minori, quare & necesse est, ut ipsum uelocius minori in tpe æqualẽ magnitudinẽ peragret. D DILVCI. tex cõm. 14.

Amplius aũt si oẽ necesse est aut in æquali, aut in minori, aut in maiori moueri, & qđ quidẽ in maiori, tardius est, qđ aũt in æquali, æque uelox, uelocius aũt non est æque uelox, neq; tardius, neq; utiq; in maiori, aut æquali mouetur ipsum uelocius, relinquitur igitur in minori, quare necesse est & æqualẽ magnitudinẽ in minori tẽpore pertransire uelocius. ANT.

Secundo idem arguit hypothetice diuisiue à destructione partium supra alteram partem hoc modo, omne quod mouetur, aut in æquali, aut in minori, aut in *Expositio. Syllogismus.*

maiori mouere tempore necesse est, & quod quidem in maiori mouetur tempore, id est tardius, quod vero mouetur æquali, id est æque velox. At ipsum velocius nec est æque velox, nec tardius, igitur neq; in æquali, neq; in maiori mouebitur. His destructis infert alterã partem, & inquit, relinquitur igitur in minori, tunc de finitionem concludit, & inquit, quare & necesse est, vt ipsum velocius minori in tempore æqualem magnitudinem peragret. Sed dices, ex negatiua non sequitur affirmatiua, igitur non valet, ipsum velocius non mouet in maiori nec in æquali, ergo in minori. Respondeo q̃ Arist. diuisionem præposuit, vt omne motum moueatur in æquali, aut in minori, aut maiori, & supponit per hoc ipsum velox peragrare aliquod æquale peragrato à tardo: tunc cũ non peragret illud in maiori tempore, nec in æquali, igitur in minori, & ita supposuit constantiam subiecti, qua ratione ex negatiua bene sequit̃ affirmatiua, vt diximus etiam.

Ad quid de velocitate et tardo loquitur philosophus, Vide Egid. hic.
Dubitatio.
Responsio.

Commen. 14.

{Hæc est alia.} Auerrois paucis mutatis idem arguit, qua libet duo mota quæ pertranseunt idem spatium, quorum alterum altero velocius est, necesse est vt velocius pertranseat spatium illud, aut æquali tempore tẽpori pertrãsitionis tardioris, aut minori, aut maiori, sed impossibile est vt velocius idipsum peragret in maiori, esset enim tardius, nec in æquali, esset enim æque velox igitur in minori. Et hæc est descriptio secunda.

DIVC. tex. cõm. 15. *Quoniam autem omnis quidem motus in tempore est, & in omni tempore motus fieri potest, omne autem quod mouetur, contingit & uelocius & tardius moueri, in omni tempore contingit uelociorem & tardiorem motus esse.*

ANT. *Quoniam autem omnis motus in tempore est, & in omni tempore possibile est moueri, omne autem quod mouetur contingit & uelocius moueri, & tardius, in omni tempore erit uelocius & tardius moueri.*

Expositio. Hactenus perfecta est ratio hypothetica à positione consequentia ad positionem antecedentis, vt expositũ est. Hac in parte ex velocitate & tarditate alio modo ratiocinatur diuisionẽ magnitudinis, tẽporis & motus. Et petit q̃ omne q̃ mouetur, contingit velocius & tardius moueri in tempore. Syllogizat hanc in tertia figura sic, omne quod mouetur contingit moueri in tempore: omne quod mouetur, contingit velocius & tardius moueri: igit̃ omne quod velocius & tardius mouetur, contingit moueri in tempore. Aut sic & melius omne quod mouetur, contingit velocius & tardius moueri, omne quod mouetur, continget moueri in tempore, igitur in tempore contingit velocius & tardius moueri, minorem probat per conuersionẽ ad qualitatẽ hoc modo, omne quod mouet̃ mouetur in tẽpore, vt 4. Phy. patet, igitur omne quod mouetur, cõtingit moueri in tempore. Declaratum est enim cõtingens esse, sequi ad inesse, & necessario, inesse, vt in Secundo Periher. dictũ est, nam bene valet, sol oritur, igitur contingit oriri, inquit, quoniam autem omnis quidem motus in tẽpore est, hoc est omne quod mouetur, in tempore mouetur, vt Quarto huius dictum est, &, pro igitur in omni tempore motus fieri pôt. i. igitur omne qd' mouetũr contingit moueri in tẽpore, syllogismus est per conuersionem in qualitate, hæc est minor, addit & maiorem, & inquit, omne autem quod mouetur, contingit velocius & tardius moueri. Hæc est maior. Dat conclusionem, igitur in omni tempore contingit ve-

Introductio.
Petitio.
Syllogismus.
Melior forma.

E locius & tardius moueri, quæ erat petitio nostra.

{Cum prius.} Auer. primo soluit primũ dubiũ, nam arguit circulariter sic, continuum est diuisibile in infinitum, igit̃ velocius & tardius possunt crescere in infinitum, & econtra velocius & tardius possunt crescere in infinitum, igitur continuum potest diuidi in infinitum, igitur committit circulum. Respondet q̃ eiusmo di demonstrationes differunt specie, nam prima fuit propter quid à priori, & per causam, secunda est signi & à posteriori, nam magnitudinis diuisio est causa velocitatis & tarditatis, velocitas vero & tarditas sunt signa, hoc est effectus, igitur prima demonstratio est per causam, secunda est per effectum, modo nõ est inconueniens circulo demonstrari in diuersis speciebus, immo vt recte ait Them. 1. Poste. forte syllogismus ab effectu est syllogismus tantum, à causa vero est demonstratio, & sic differunt specie & genere.

Commen. 15
Prima Auer dubitatio.

F {Et signa demonstratiua.} Dubitat forte quis contra solutionem hanc, quoniam signa ẽ quibus ad causas syllogizari potest, & econtra, sunt, quæ cum causis conuertuntur, modo velox & tardum in infinitum cũ magnitudine siue spatio non conuertuntur, cũ nec magnitudo de veloci & tardo prædicetur, nec contra. Respondet & vult, vt ait Philoponus tres esse conuersiones in terminis, qualis est in relatiuis, vt in Predicamentis dictũ est, in propositionibus vt in 1. Priorũ, & in syllogismis, siue cõsequentijs, & hæc est in his. Signa enim cõuertibilia cũ causis sunt, quibus positis, sequit̃ causa, & econtra, & hoc fecit, declarauit consecutionem signi ex causa. Secundo cõtra consequentiã causæ ex signo. Sed cõtra hãc solutionẽ dubitaret fortasse iunior, quia non videtur q̃ diuisibilitas magnitudinis in infinitum sit causa velocitatis in infinitũ aut tarditatis, nam idipsum causa videtur esse ipsius vel velocitatis vel tarditatis, penes quod ipsa attenditur velocitas aut tarditas, sed velocitas attendit̃ penes proportionẽ aut excessum potentiæ motiuæ ad suam resistentiam, igitur non per diuisionem magnitudinis. Dici põt q̃ causa prima principalis & præcipua est motiua potentia in motore, diuisio aũt magnitudinis est causa dispositiua, aut causa sine qua non, & hoc satis sit pro mente Auerrois.

Dubiũ contra solut a.
Responsio.
Dubitatio.
Solutio.

G

{Et dixit & quia.} Nunc Auer. Probat intẽtum, & sumit quatuor propositiones loco antecedentis. Prima, omnis motus est in tempore. Secunda, in omni tempore potest esse motus. Tertia, omni motu dato pôt dari velocior, & tardior. Quarta, velocius & tardius cadunt in aliqua parte tẽporis. Tunc ijs quatuor stantibus, præcipue tamen his duobus, videlicet q̃ in omni tpe pôt esse motus velocior, & q̃ sit in aliqua illius parte, sequitur, igitur tẽpus est continuum, primã probauit Aristo. Quarto huius, nã in omni motu est prius & posterius, quæ sunt temporis differentiæ: cæteræ per se patent. Pôt autem syllogismus Auer. sic cõponi, omne illud in quo toto aliquid pôt velocius & tardius, & cuius parte pôt velocius & velocius aut tardius & tardius in infinitum moueri est diuisibile in infinitum & continuũ, sed tẽpus est tale, vt diximus per propositiones proximo sumptas: igitur diuisibile in infinitum & continuum.

Ratio litera.
Suppositiones.
Syllogismus Auer.
An oẽ quod mouetur contingat velocius vel tardius moueri. Vide lit. q 8. huius.

H

{Et induxit.} Secundo principaliter Auerro. circa textum remouet aliud dubium, nam posset quis dicere, ad quid ponitur prima propositio, videlicet omnis motus est in tempore, videtur. n. q̃ ex illis duabus, aut illis tribus satis habeat̃ propositũ, vt in syllogismo nũc patet, igitur superfluit ad syllogismum. Respondet q̃ licet

Solutio.

Solutio. licet illa propoſitio ſuperfluat ad ſyllogiſmum non tamen ſu pfluit ad terminos. poſſet.n. quis dicere nō omnem motum eſſe in tēpore, ſed aliquem eſſe in nō tempore aut in inſtanti, vt motus velociſsimus. ad hanc tacitam reſponſionem refellendam, addit, omnem motum quemuis eſſe in terminos, non igitur ſuperfluit ad terminos atq; obiectionē. {Et queritur.} Tertio dubitat Auer. contra maiorē ſyllogiſmi Ariſtotelis, quæ erat, pōt omne quod mouetꝭ moueri velocius aut tardius quam moueatur.

Tertia dubi. Contra obijcit & accipio hanc maiorem de poſsibili, vt in textu inuenitur, pōt omne qđ mouetꝭ moueri velocius aut tardius, & addo duas has de ineſſe, omne corpus naturale mouetꝭ, igiꝭ poteſt omne corpus naturale tardius moueri quam moueaꝭ. Addo aliam, cœlum mouetur, igiꝭ pōt cœlū velocius & tardius moueri, quam moueatur. Syllogiſmus eſt ex maiori de poſsibili & minori de ineſſe, quibus fit ſyllogiſtica cōiugatio, cōcluſio eſt falſa, nā corpora naturalia ſunt determinata ad maximū et ad minimū, cœlum etiā, vt demōſtratū eſt. 2. Cœli, nō pōt velocius moueri q̄ mouetꝭ, igiꝭ aliqua propoſitionū: non minor vt patet, igitur maior, quare illa propoſitio eſt falſa.

Reſpon. ad maiorem. {Ad hoc aūt.} Nūc reſpondet, & primo declarat quō maior Ariſtotelis eſt intelligenda, & vult ꝙ intelligaꝭ reduplicatiue, hoc mō videlicet, omne motū pōt moueri velocius aut tardius q̄ mouetꝭ inquantum motum.

Probatio 1. {Et cauſa.} Hanc expoſitionē probat primo ſic: continuum procedit in infinitum motus & velocitas ſunt continua, igitur procedunt in infinitum.

Secunda. {Quoniam ſi.} Secundo arguit per impoſsibile, nā ſi velocitas finiretur in motu, quatenus motus eſt, tūc poſſet fieri motus in inſtanti, conſequentia patet, aliter non eſſet finita ipſa velocitas.

Tertia. {Et forte.} Cōfirmat hoc à ſigno, nam Ariſt. appoſuit omnem motum eſſe in tēpore, quod feciſſet niſi ad denotandum motū quātūcūq; velocē eſſe in tempore.

Ad ſummam. {Et ſic.} Nunc ex hoc reſpondet ad formā, & vult ꝙ illa propoſitio de cōtingenti ſit poſsibilis per ſe, hoc eſt ſub reduplicationis forma. nam ſic eſt vera ꝙ poſſibile eſt omne motum moueri velocius quā mouetur inquantum motū, ſed eſt impoſsibilis per accidēs, hoc eſt quatenus abſolute accipiꝭ in rebus naturalibus nulla facta reduplicatione, vt patuit per præcedentes obiectiones. Quod ſi abſolute accipiatur hoc modo, poteſt omne quod mouetur velocius moueri quā mouetꝭ nulla facta reduplicatione, & addantur illæ duæ minores quas adiecimus videlicet, corpus naturale omne mouetur, & cœlum mouetur, tunc ſequitur impoſsibile, ꝙ videlicet cœlum abſolute poſsit moueri velocius, quam moueatur, quod quidem impoſsibile nō ſequiꝭ ex poſſibili quatenus poſsibili, quatenus poſsibile, ſed quatenus impoſsibile, nam ſequiꝭ ad illam abſolute tentam, quæ vt ſic impoſsibilis, ſed nō ad illā reduplicatiue tentam, quæ vt ſic eſt poſsibilis, ideo debet argui ſic, pōt omne quod mouetꝭ velocius moueri inquantum mouetur, cœlū mouetur, igitur poteſt cœlū velocius moueri, inquantū mouetꝭ. accipiēdo igiꝭ maiorē abſolute, cōcluſio erit abſoluta, qua rōne & concluſio & maior ſunt impoſles, ſed accipiendo vtrāq; eſt reduplicatiue vtrāq; eſt poſſis, hæc ad formā.

Reſpon. Alex. {Et Alexā.} Ponit nunc reſponſionem Alexandri, qui conceſsit maiorē & concluſionē abſolute, poteſt enim motus cœleſtis eſſe abſolute velocior, quatenus voluntarius eſt, nam cœleſtia corpora mouentur ab intellectu & voluntate. 12. Meta A phyſi. nec ſequitur ꝙ aliquando moueantur velocius, nam quēadmodum boni & ſtudioſi viri poſſunt moueri ad malum, vt ad voluptatem, nūquam tamen mouentur, ſic cœli poſſunt moueri velocius, nunquam tamen mouetur.

Secunda. {Secunda reſponſio.} Secunda reſponſio vult quòd motus cœli pōt abſolute conſiderari, non vt in cœlo eſt, & ſic poteſt velocior eſſe quam ſit, quia licet non in cœlo in alijs mobilibus, at ex parte cœli nullo modo poteſt velocior eſſe, vnde, vt aliqua propoſitio eſt neceſſaria ex parte ſubiecti, quæ eſt contingens ex parte prædicati, vt hæc eſt neceſſaria ex parte ſubiecti, cignus eſt albus, contingens autem ex parte prædicati. Sic hæc eſt neceſſaria ex parte ſubiecti cœlum mouetur hac data velocitate, quæ non eſt neceſſaria ex parte prædicati, nā vt album poteſt eſſe non in cigno, ſic motus cum hac velocitate poteſt eſſe non B in cœlo, & ſic poteſt intelligi velocior ex parte motus.

Quid Auer. {Nos autem} Circa eiuſmodi reſponſiones vnum aſſerit quòd Alexandri reſponſio eſt Eudemij Ariſtotelis diſcipuli, ſed eſt digna conſideratione, nā hæc eſt quæſtio difficilis, quomodo cum voluntate agendi ſter neceſsitas actionis. Eſt enim dubium vtrum motus cœli poſsit eſſe velocior q̄ ſit, & voluntarius, de qua diximus multa in libro Deſtructio deſtruct. Secunda etiā reſponſio eſt difficilis quomodo poteſt idem motus numero eſſe in vno ſubiecto determinate velox, & in alio velocior aut tardior, hoc enim valde difficile eſt.

Prima. Circa hæc Auerro. dicta ſunt non paruæ dubitationes.

Prima ratio. Prima vtrum res naturales ſint determinatæ ad maximum & minimum motuum, videtur ꝙ non, nā Quarto huius. commen. 71. motus grauium creſcit in infinitum per rarefactionē medij.

Secunda dub. Iand. q. 8. h. Secundo arguit Ioan. contra principale, quia non videꝭ ꝙ mobile ſit velocitabi- C le in infinitū vt mobile,

Prima ratio. quia omne poſsibile quādoq; erit.

Secunda. Secundo, hoc nūquam fuit, nunquam erit, nec eſt, igiꝭ impoſle.

Tertia. Tertio hoc nulli ineſt, igitur impoſsibile.

Quarta. Quarto, Ariſtote. probat de ineſſe tempus eſſe continuum, igitur propoſitiones debent eſſe de ineſſe.

Quinta. Quinto, poteſt omne quod mouetur moueri velocius quā moueatur inquantum motum, igitur poteſt omne quod mouetur velocius moueri quam moueatur, ab expoſita, ad exponentem.

Tertia du. Tertio principaliter dubitatur, quia illa cōſequentia videtur ambigua, ſi velocitas finitur in motu, tunc motus eſſet in inſtanti, nam vbi velocitas ipſa in motu finiretur, adhuc motus eſſet motus, ſed omnis motus eſt in tempore, igitur ſiue ſic, ſiue ſic, ſemper eſt in tempore.

An implicet. cōtradictionē motū fieri in inſtanti. Vide Io de mag. q. 2. huius. Secundo, implicat contradictionem motum eſſe in inſtanti, & non implicat contradictionem eſſe motū velociſsimum, vt motus D cœli, igitur quantumcunq; velocitas finiretur in motu, non propter hoc erit in inſtanti. Quarto dubitant, quia nō videtur ꝙ vna propoſitio poſsit eſſe per ſe poſſibilis, & impoſsibilis per accidēs, quia tunc vna met eſſet poſsibilis & impoſsibilis.

Quinta. Prima ratio. Quinto, dubitant ſorticolæ, quia videtur ꝙ de facto ſit infinita aliqua tarditas. Nam de facto aliquæ partes mouentur aliquantū tardæ & aliquæ prope polum tardius, & iterū aliquæ propius tardius, igitur in infinitū tardius aliquæ, vt in infinitum polo propinquiores.

Secunda. Secundo, omne quod mouetur & aliquādo incepit moueri, infinita tarditate mouebatur, nā cum incipit mouere mouēs aliquam rem, incipit potētia actiua excedere reſiſtentiam, igiꝭ infinita tarditate mouebiꝭ, quia exceſſus quo mouet incipit à nō gradu.

Tertia. Tertio, omne qđ mouetꝭ & deſinit moueri.

infinita tarditate desinit moueri, quia excessus venit ad non gradum. Ad primum dubium dici potest quod de inesse, & de possibili absoluto, omne quod mouet, certa data velocitate mouetur, & cócedo φ potest grauе infinita velocitate moueri quatenus mediú potest in infinitum rarefieri, núquam tamen de inesse erit ita, quicquid sit de possibili reduplicatiuo. Ad secundum respondent Ioan. & alij socij eius φ mobili vt mobile est, non repugnat motus velocitari in infinitú, & hoc secundum imaginationem, non secundú rem, & multa alia fabulatur. Sed hæc stare nó possunt, primo quia mobili etiam existenti in materia naturali nó repugnat motus quátumcunq; velox, quia intellectus nihil ponit in re repugnans. Secundo, si verbum Auerro. esset verum solum ad imaginationem, tunc non concluderet magnitudinem esse continuam, nisi ad imaginationem. Ideo animaduertendú φ hæc propositio de possibili, potest omne quod mouetur velocius moueri, φ moueatur, dupliciter intelligitur, aut de possibili absoluto, cui aliquando correspondet vna de inesse fore vera, & hac ratione non est vera, imo impossibilis propter rationes tactas. Alio modo potest intelligi de possibili reduplicatiue, & hoc non vna ratione est, quia cú omnis reduplicatio cadat à parte prædicati, potest esse vel subiecti, & sic est vera, quia pót omne quod mouetur velocius moueri, φ moueatur quatenus mouetur, & sic vera est, vt patet, aut reduplicatio est à parte prædicati eiusdemmet prædicati, & tunc etiam est vera, ná potest omne quod mouetur velociori motu moueri in quantum motus est, modo siue sic siue sic, ex maiori reduplicatiua, & minori absoluta cóclusio debet esse reduplicatiua, qua ratione fit vt syllis sit pót omne qđ mouet velocius moueri, φ mouet, aut velociori motu, moueri quam mouetur, quatenus mouetur aut quatenus motu, cœlú & omne ens naturale mouetur, igitur possunt moueri velocius φ mouẽtur, quatenus mouentur, aut motu quatenus motus. Pro responsione tamen ad argumenta animaduerte φ possibile quandoq; accipitur pro eo, cui correspondebit aliqua propositio de inesse in futurum fore vera, & hoc dicitur possibile naturale, vt possibile est Dionem nauigare, aliquando pro eo cui corrispódet vna de futuro, vel nó repugnat correspódere, vel nó repugnat intelligi corrńdere vna de inesse in futurú, & hæc dicitur potis reduplicatiua vt in proposito, pót oé mobile velocius moueri φ moueaf in eo φ mobile, hæc.n. falsa est de possibili naturali, sed quatenus huic correspondet vna de inesse in futurum vel non repugnat correspondere vel intelligi correspódere, vera est, & sic patet intellectus propositionis. Per hoc ad rationes. ad primam dico omne possibile quandoq; fore, loquendo de possibili absoluto, nó autem de possibili rationis, & reduplicato. Ad secundum concedo illud non esse possibile absolutum, sed bene possibile rationis & reduplicatum. Ad tertium dicendum, φ nulli inest, nulli inerit, nulli insuit, ideo non est possibile secundum rem & absolute, sed bene possibile secundum rationem & reduplicatiuum. Ad quartú dico, φ ex illa propositione potest fieri syllogismus categoricus sic, omnis mensura in qua nó repugnat mobile moueri quantacúq; velocitate est cónnuum: tempus est mensura eiusmodi, igitur continuum. Ex reduplicatiua.n. núq́ sequif absoluta, sed bene ex absoluta cuius vna pars est reduplicatiua vt in proposito. Ad quintam quicquid dicát sorticolæ apud Arist. specificatiua siue reduplicatiua non sic exponif, nisi in illis de inesse, hæc.n. est vera reduplicatiue apud Alexandrum, Philoponú, & Auer. Primo priorú. Socr. necessario mouetur quatenus currit, & non valet, igitur Socra. necessario mouetur, nam modales probantur officiabiliter an sit sic dicendum illis de inesse alibi dictú est. Ad tertium dubium dicendum, φ Auer. intelligit φ si motus finitur in velocitate, quatenus motus, tunc motus erit in instanti, nam vbi finitur quatenus motus, est finitus secundum esse, & ratione, & hoc est impossibile, ideo ex hoc sequitur impossibile, erit.n. in tempore, quia motus in instanti, quia nec secundum rem, nec secundum rationem potest velocior esse, vbi enim posset esse in tempore, potest intelligi velocior. Ad secundú dicendum φ esse motum velocissimú secundum rem & rationem quatenus motus, implicat contradictionem. Ad quartum dubium dici potest, φ vna propositio secundum terminos potest pro diuersis sensibus esse vera, & falsa, vt hæc propositio talpa potest videre esse falsa absolute de possibili, cui inesse correspondet, tamen est vera de possibili secundum rationem, hoc est quatenus animal. Ad quintam diceret Arist. φ sicut partes sunt propriores polis secundum potentiá, & nó actu, sic cóncederet Arist. infinitatem tarditatem in potentia non actu. Ad secundum, & tertium dicas, φ datur minimus excessus qui sufficit apud Auer. ideo omnis motus est certa tarditate tardus, sed de hoc in lib. Cœli. Hæc satis. Sed dices quid Auer. intelligit per motum inquantum motum, aut rem naturalem, aut aliud. nó aliud, quia tunc non esset de consideratione naturalis, si rem naturalem vel accidens secundum naturam, túc est determinatus ad maximum vt dictú est, & sic idem motus, & motus vt motus. Dico φ motus, & motus vt vt motus idem sunt realiter, sed differunt ratione, quia motus vt motus addit rationem continui, motus vero addit rationé mobilis naturalem. Sed dices, continuú spectat ad mathematicum, igitur motus vt motus non spectabit ad naturalem. Dico φ continuú vt abstrahit à materia & forma non consideratur à naturali, vt abstrahit à forma solú consideratur à naturali, & hoc modo includit materiam, cuius ratione potest & diuidi in infinitum. Hæc solutio est Auerrois. Tertio huius.

Solutio ad primum. *Respon. Ioan. ad secundum.* *Confutatio.* *Respon. propria.* *Ad rationes.* *Ad secundam.* *Ad tertiam.* *Ad quartam.* *Ad quintam.* *Ad quartum dubium.* *Ad quintam.* *Dubitatio contradictio.* *Solutio.* *Replica.* *Solutio.*

DILVC. *Hæc autem cum sint, tempus etiam continuum esse necesse est. Dico autem continuum id quod in semper diuisibilia diuisibile est. Supposito enim hoc continuo, tempus continuum esse necesse est.*

Tex. commen. eiusdem.

ANT. *Hæc autem cum sint, necesse est & tempus continuum esse, dico autem continuum diuisibile in semper diuisibilia, hoc enim supposito continuo, necesse est cótinuum esse tẽpus.*

Hactenus probauit in omni tempore posse aliquid moueri velocius atque tardius, huic propositioni addit, nunc maiorem omnis magnitudo in qua aliquid potest moueri velocius & tardius, est continuum, tempus est magnitudo in qua aliquid potest velocius & tardius moueri: igitur tempus est contnuum. inquit, hæc autem cum sint, hoc est hac minori cóncessa & declarata, tempus etiam continuum esse necesse est, hæc est conclusio, cui maior illa est addenda, & quoniam continuum non vna ratione dicitur, declarat generatim quid per ipsum continuum intelligit, & inquit. Dico autem cótinuum id quod in semper diuisibilia diuisibile est, supposito enim hoc continuo, hoc est concesso magnitudiné esse continuá, tempus continuum esse necesse,


Expositio. *Syllogismus.* *Quid per continuum.*

necesse, sic igitur ex diuisione spatij diuisio proficisci-turtemporis. Et per hanc rationem, animaduerte quod textus iste debet legi in textu proximo, & Auer. exponit ipsum in commento.25.vt patuit.

DILVC. tex.ci.16. *Nam cum demonstratum est id quod uelocius mouetur, minori in tempore peragrare æquale. Sit uelocius quidē A, tardius uero B atq; B ipsum tardius magnitudinem peragret C D in Z I tempore, manifestum itaq; uelocius in minori quam sit illud, peragrare eandem magnitudinem atq; moueri in tempore Z T. Rursus quoniam ipsum uelocius totā C D magnitudinem peragrauit in Z T tempore, ipsum tardius minorem eodem in tempore peragrabit, sit itaq; illa C K at quoniam B quod est tardius in Z T magnitudinē peragrat C K ipsum uelocius in minori candē peragrabit. Quare rursus Z T tempus diuidetur, quo uero diuiso, adhuc magnitudo C K eadem ratione diuidetur, quod si magnitudo diuidetur, tempus etiam itidem diuidetur, & hoc semper erit si post uelocius, tardius, & post hoc uelocius sumamus, atq; demonstratis utamur, diuidet enim ipsum uelocius tempus, ipsum uero tardius magnitudinem. Quod si igitur semper uerum sit conuerti, cum sit uero conuerso, sit diuisio semper patet omne tempus continuum esse, patet etiam simul & magnitudinem omnem cōtinuam esse, eisdem enim æqualibusq; diuisionibus tam tempus quam magnitudo diuiditur.*

ANT. *Quoniam enim ostensum est q. uelocius in minori tempore pertransibit æquale, sit quidē in quo est A uelocius, quod autem est, in quo est B, tardius, & sit motum tardius super ea, quæ est C D. magnitudine quo est Z I tempore. Manifestum est igitur q. uelocius in minori quā hoc mouebitur per eandem magnitudinem, & sit motum in quo est Z T. Iterū autem quoniam uelocius in Z T transiuit totam magnitudinem, quæ est C D. ipsum tardius in eodem tempore minorē transibit, sit igitur in quo est C K quoniam autem tardius, quod est ipsum B in Z T tempore ipsam quæ est C K transiuit, uelocius in minori transit, quare iterum diuiditur quod est Z T. tēpus, hoc autem diuiso & C K magnitudo diuidetur secundū eandē rationē. Si uero magnitudo & tēpus, & hoc semp erit accipientibus à ueloci ori tardius, & à tardiori uelocius, & eo quod demonstratū est utentibus, diuidet enim quod est uelocius, tempus. Tardius autem longitudinem. Si igitur semper quidem uerum est conuerti, conuerso autē semper fit diuisio, manifestum est, quoniam omne tempus continuum est. Simili autem manifestum & q. magnitudo omnis continua est, per easdem enim & æquales diuisiones, & tempus, & magnitudo diuiditur.*

Demonstratio q. similiter diuiditur Tempus & magnitudo.



A Ex his modo deducit propositum, & syllogizare vi detur sic, omne illud cuius qualibet parte data potest dari minor est cōtinuum & diuisibile ad infinitum: magnitudo & tempus sunt quorum qualibet parte data potest dari minor: igitur continua & diuisibilia in infinitum. Minor declaratur in litera sic, quæcunq; conuersim dicuntur secundum maius & minus sunt quorum qualibet parte data potest dari minor. Tempus & magnitudo conuersim dicuntur secundum maius, & minus, igitur sunt quorum qualibet parte data potest dari minor. huius minoris per exemplum declarationē exponit, & sine terminis patet sic, scorpius pertransit leucam in hora, equus ipse cum sit velocior, pertransibit eandem in medio horæ, igitur equus diuidit horam ad minus, quam erat, & sic in duo dimidia. Scorpius ex quo est tardior in dimidio horæ leucæ medium perag

Expositio. syllogismus.

Pro syllogis.

Responsio sine terminis.

An continuū sit diuisibile in semper diuisibilia.

Vide Bur.t. 10 burus.

Et Alber. de saxo q. 2. huius.

Declaratio in terminis.

B grabit, igitur leuca est in duo dimidia sectilis, & ita ad minus quam erat. Rursus equus ex quo est velox in dimidio dimidij horæ pertransibit dimidium leucæ, igitur adhuc illud horæ dimidium erit sectile in duo, scorpius ex quo est tardius peragrabit in illo dimidio dimidij horæ dimidium dimidij leucæ. Et hæc conuersio potest fieri in infinitum, igitur tempus à veloci, & magnitudo ab ipso tardo diuisibilia sunt in infinitum. Hanc rationem in terminis declarat, & inquit, nam cum demonstratum est id quod velocius mouetur, minori in tēpore peragrare æquale ei quod perageatum est à tardiori, vt patet per vltimam definitionem velocioris, sit velocius quidem. A, vtpote equus, Tardius vero. B, vtpote scorpius hæc est prima pars: atque. B. ipsum vt scorpius quod est tardius magnitudinem peragret. C D. vtpote leucam, in Z

C I tempore, vtpote hora, hoc est secunda pars casus, ex his infert tertiam casus partem, & inquit, manifestum itaq; velocius in minori quam sit illud, hoc est q fit hora peragrare eandem magnitudinē atq; moueri in tempore Z T, vtpote in horæ dimidio, & per hoc vult habere tempus totum esse sectile in duo. Quod vero sit magnitudo sectilis etiam in duo declarat, & inquit, rursus quoniam ipsum velocius, vtpote A equus, totā C D, vtpote leucam peragrauit in tempore Z T, hoc est in medio horæ, ipsum tardius, vt scorpius in eodē tempore vtpote horæ medio minorem peragrabit vtpote dimidium magnitudinis, sit itaq; illa dimidiata magnitudo C K, igitur magnitudo sectilis erit in duo. Quod vero dimidium horæ adhuc sit dimidiabile declarat, & inquit, at quoniam B scorpius quod est tardius in Z T tempore, hoc est in horæ medio magnitudinem per-

D agrat C K hoc est leucæ dimidium, ipsum velocius vt æquus in minori eandem peragrabit, quare rursus Z T tempus, hoc est dimidium horæ diuidetur in alia duo dimidia, & ita tempus erit secundo diuisibile. Quo vero diuiso, adhuc magnitudo C K hoc est illud leucæ dimidium eadem ratione in duo alia diuidetur. Quod si magnitudo diuidetur, tēpus rursus tertia diuisione diuidet, & hoc semp erit, si post velocius, vtpote equū tardius vt scorpium, & post hoc velocius sumamus, atq; demonstratis, hoc est definitione velocioris vtamur, diuidet.n. ipsum velocius vtpote equus tēpus semper, ipsum vero tardius vtpote scorpius diuidet magnitudinē. Tūc resumit vim probationis minoris, & inquit. q si igitur semper verū sit conuerti de minori in tēpore ad minus in magnitudine, & cū sit conuersio, sit diuisio semper, dat conclusionem, & inquit,

patet omne tempus,& omnem magnitudinē esse continua & diuisibilia in semper diuisibilia. Animaduerte ꝙ hæc deductio penitus fundatur in duobus suppositis iam, quorum primum est ꝙ velocius est quod in mi nori æquale, tardius vero in æquali minus. Secundū vero ꝙ omni tpe pñt esse motus velocior, atq; tardior.

Rationis suppositiones

Commen. 16.

{Cum posuit.} Auer. rationem textus facit sine terminis quam Arist. ait fecisse in terminis more Geometræ, vt sit manifestior. Exponit autem ipse quid Arist. intelligat per reflexionem, & vult ꝙ si velocius diuidit tempus, tardius magnitudinem, & si tardius adhuc ma gnitudinem, velocius adhuc tempus diuidat, ita vt inquit The. vt sexqui tēporis sexquimagnitudinis obeatur, & sexquitertio illius sexquitertium modo respondeat, demum quantum cuiq; libuerit temporis concedere, tantundem æquabiliter concedet & spatij, reliquum commenti patet.

Quid per reflexionem. *Quid The.*

DILVC. *Amplius autem & ex rationibus quæ fieri solent, patet, si tempus sit continuum, magnitudinem etiam esse continuā, siquidem in dimidio temporis dimidium peragretur, atque simpliciter in minori minus, erunt enim temporis et magnitudinis diuisiones eædem.*

ANT. *Amplius autem ex consuetis rationibus dici manifestum est q, si tempus cotinuum est, quoniam & magnitudo, siqui dem in medio tempore medium transit, & simpliciter in minori minus: eædē. n. diuisiones tēporis & magnitudinis fiunt.*

Consueta ratio est, ꝙ si vnum & idem mobile regu lariter motum in toto tempore peragrat spatium totum, & in medio medium, & vniuersaliter in minori semper minus, tempus & spatium correspondenter in infinitum diuidentur. Hæc est ratio iam facta.

Commen. 17.

{Cum declarauit.} Hic Auer. rationem consuetam explicat, & verba eius & Arist. patent per se.

DILVCI. *Atq; si alterum utrumuis ipsorum infinitum erit, alterum etiam infinitum erit, atq; perinde ut alterum. Ceu si extremis tempus sit infinitum, longitudo quoq; infinita erit extremis, at si diuisione, longitudo etiam diuisione, atque si utrisq; tempus ipsum infinitum sit, utrisq; etiam magnitudo.*

ANT. *Et si quodvis ipsorum infinitum est, & alterum, & sicut alterum, ut si quidem ultimis, infinitum est tempus, & longi tudo ultimis si uero diuisione, diuisione & longitudo, si autem utrisq; tempus, utrisq; & longitudo.*

Nonnulli ignari hic noui tractatus seu capituli initium faciunt, sed (vt placet Themistio.) Aristo. complet conclusionem de proportione temporis cum ma gnitudine, nam cum declarasset tempus, & magnitudinem correspondenter diuidi vsq; ad certas constitu tas partes, continuādo sermonem, inquit, se correspon dere quantum ad finitatem & infinitatem, & modum finiti & infiniti, & quæ dicit, patent.

Commen. 18.

Dicit & tempus. Animaduerte ꝙ infinitū non vna ratione dicitur. nam aliud dicitur per carentiam vltimorum, quod ab Auer. dicitur infinitum in actu. Aliud dicit̄ diuisione, hoc est per hoc ꝙ est diuisibile in semper diuisibilia, qd' dicet̄ infinitum in potētia. Primum à sorticolis dicitur infinitum categorice, secundum dicitur sincategorice, vult igitur tempus & magnitudinem correspondenter se habere quo ad finitū & infini tum, etiam quo ad modos. nam si tempus vltimis dicit̄ tale, etiam & magnitudo, si diuisione dicatur, magnitu

E do quoq; dicet̄, & si vtrisq;, etiam & magnitudo, com menti verba patent. Sed circa dicta quærunt recentiores penes quid attendatur velocitas in motu, vt vtrum penes spatium peragratum in tanto tempore, vt Arist. visus est velle in descriptione velocioris. Hæc quæstio est valde difficilis, & pro solutione huius argutissimus ille Hesberus fecit de tribus prædicamētis librum, vbi multa acute certe enodauit, quæ nūc nec intendo, nec volo ex toto absoluere, essem. n. longiusculus aliquantulum, & esset trāsgressio, verum vt studiosi nostri scho lares penitus inscij non transeant, quædam ad Aristote. Themi. & Auer. mentem decreui tangere, & raptim. Arguunt itaq; sorticolæ ꝙ non, primo, quia tunc duo æquæ velociter mouerentur, quorum alterum maius spatium continuo peragraret, vt si A & B æque veloci ter mouerentur, & A esset corpus in duplo maius secun

Quæstio 1. de velocitate motus. *Vide Alb. de Saxo. q. 4. huius.* *Quæstionis difficultas.*

F dum omnem diametrum ipso B. Secundo, tunc duo ve lociter mouerent̄, vt A & B, & tamē A, maius spatium peragraret ponendo spatium pertranseundum ab A in duplo maius spatio pertrāseūdo ab ipso B, & illud con trasferri ad A. Tertio sint duo ligna inter duos parietes E D, quorum vnum sit A, alterum B, & A ipsum tāgat parietem: B vero non, & incipiant in eodem tempore moueri, patet nunc hæc æque velociter moueri, vbi tamen A peragrat maius spatium, quoniam est maius. Quarto descendant duo grauia à concauo, sed alterū per arcū alterum per chordam, veniantq́; ambo æque cito ad centrum. Tunc patet ea pertransire spatia inæqualia & æque velociter moueri. Quinto ponatur ꝙ alterum moueatur in vna medietate horæ supra vna linea pedali, atq; in alia medietate repedet supra eādem ipsam rursus peragrando. Alterum vero continuo mo-

G ueatur recte non repedando, tunc patet A & B æque velociter moueri, non tamen æqualia peragrasse. Pro solutione quæsiti, primo animaduertendum in omni motu esse distantiam quandam, quæ per motum peragraturà mobili, aliter non esset motus de termino à quo ad terminum ad quem, hæc distantia in motu loca li vocatur ab Aristo. interdum græce mecos, aliquādo megethos, hoc est longitudo aut magnitudo à nō nul lis interuallum', à pluribus in motu locali spatiū supra quo fit motus, quoniam autem motus localis prior est alijs, ideo a lijs motibus transumptiue etiam spatiū dici solet, proprius vero latitudo formæ, quæ est intensio formæ è non gradu ad summnm, quomodo Arist. superius in descriptione velocioris accepit megethos, siue magnitudinem. Secundo animaduerte ꝙ velocitas & tarditas sunt conditiones actionis siue motus, modo

Sola. quæstio. Nota primū. Responsio.

H in actione requiritur effectus & potentia actiua, similiter in motu requiritur spatium peragratū, & potentia peragrans, spatium peragratum est vt effectus, mobile ipsum siue potentia motiua veluti causa, sensus igitur quæsiti est per quæ describitur, mēsuratur, atq; cognoscit̄ velocitas, vt sit maior altera, sed quoniam cognitio potest esse per causam, & per effectū, cognoscimus. n. Socra: potentiam robustiorem illa Platonis, quia eius corporea habitudo est robustior, & hæc cognitio est à causa, ab effectu vero, quia portauit maius pōdus, aut quia dicit in palestris Platonem hic igitur non quærimus penes quid, vti penes causam attenditur velocitas in motu, quia de hoc in Septimo dicetur, sed penes quid tanquam penes effectum mensuretur velocitas, & primo disputemus de motu locali & recto quia quęstio est facilior. Ad hanc dubitationem respondet Albertulus

Albertuli. Albertulus,& non imperite ꝙ velocitas in motu locali attendatur tanquam penes effectum, penes spatium lineale descriptum à puncto medio centrali, aut proportionali centro ipsius corporis moti. Dicit primo lineale, quia non penes corporale aut superficiale per argumentum primum. Dicit secundo descriptum à puncto medio centrali, quia non penes punctum velocissime motum. Tum quia latitudo difformis nõ debet denominari à puncto intensiori, sed magis à puncto medio. Tum secundo, quia posito ꝙ Socra. & Plato æque velociter moueantur,& Socra. circa finem extra brachiũ, non propter hoc dicitur velocius moueri, licet aliquis punctus Socra. sit velocius motus aliquo pũcto Platonis, igitur penes punctum medium.

Primũ dictũ. Secundum.

Tertium. Adiecit, aut sibi proportionali, quia vbi esset corporis alterius aut condensatio aut rarefactio, continuo esset alius pũctus medius, vnus tamen & idem proportione. Per hæc ad rationes patet solutio. Hãc positionem sorticolæ refellunt. Primo, quia mobile in vacuo (vbi esset) posset tardius aut velocius moueri, vbi nullum esset spatium. Secundo penes nihil videtur attendi velocitas aut tarditas, quemadmodũ penes nihil attenditur hominis caliditas, sed bene ipsum calefieri.


Contra Albertulum. Prima. Secunda.

Tertia. Tertio videtur ꝙ penes spatium descriptum à puncto velocissime moto, tum quia actio & operatio positiua atq; perfectio positiua denominari debet à maximo & positiuo. Tum etiam quia compositum dicitur perfectum, sicut aliqua sui pars perfectior, vt homo velut i rationalis anima, igitur mobile dicetur moueri velociter, sicut aliqua sui pars nobilissima, & velocissima, etiam quia totũ mouet ita velociter, sicut aliqua pars, nam cum non possit attingere terminum ad quem secundum se & quodlibet sui, igitur attinget secundum aliquid sui, igit ita velociter, sicut aliqua sui pars. Propter hæc nonnulli captiunculatores generatim volunt velociter moueri attendi penes spatium lineale descriptum, aut aptum describi, à puncto ipsius remotæ velocissime moto, aut illi æquiualenti in tanto tẽpore gratia talis velocitatis. Dixit velociter moueri & non velocitas, quia penes nihil attenditur velocitas, adiecit aptũ describi propter rationem de vacuo, dixit à puncto velocissime moto, propter rationes tactas, adiecit gratia talis velocitatis. propter argumentum de contra latione spatij ad corpus. Hæc positio de motu recto irrationalis est. Nam in motu recto nullus punctus aliquando mouetur velocius altero, saltem in motu mobilis continui, & vniformi, de motu circulari est res disputanda postea. Ideo aliter solitus sum arguere contra primam positionẽ. Primo penes id quod mouetur per accidens nihil debet definiri. Sed punctum medium, aut punctũ velocissime motum mouetur per accidens ad motum mobilis, igitur penes ea velociter moueri nõ debet describi. Secundo penes illud quod nõ habet esse in actu, non debet definiri aliquod per se in actu sed pũcta nõ habent esse, vel saltem habẽt esse in potentia, & velociter moueri est res in actu: igitur velociter moueri non debet definiri à puncto. Tertio, si aliquid moueret, ita velociter sicut aliqua sui pars, tunc idem mobile moueretur velocius & tardius, nam secundum. A. punctũ velocius, secundum vero. B. tardius moueretur. Vltimo Arist. describit velocius moueri à toto mobili, & nõ ab aliquo ipsius, igitur hæc est fictio. Propter hæc alias fecimus differentiam inter spatium lineale describi à mobili secundum punctũ mediũ, aut describi à pũcto medio. Concedit enim Auerro. 2. Cœli. Commen. 42. Cœlum calefacere propter stellam, non autem stellam calefacere, vt homo ambulat pedibus, non autem pedes ambulant. Amplius Aristo. vult homines anima intelligere nõ autem animam, ita in proposito dicendum spatium describi ab ipso mobili per punctum mediũ, non autem à pũcto medio. A. mobili enim per se, vt ab eo quod describit, à puncto per accidens, vt ab eo quo describitur, & si sic intelligunt Albertulus & Marsilius bene dicunt, aliter errant. Aliter autem quandoq; diximus velociter moueri describi à toto mobile proportionaliter moto, hoc est seruata inter mobilia proportionis ratione, & merito sui velocitatis, non merito magnitudinis, hoc dico propter mobilia, quorum vnum est maius altero, licet enim vnum sit altero maius, non propter hoc illud quod est maius dicitur velocius nisi pertranseat in æquali maius proportionaliter peragrato à minori merito sui velocitatis. Et hæc expositio multum consonat verbis Aristo. Tunc per hæc tolluntur omnia argumenta. Ad illud de duobus grauibus, quorum vnum per chordam, altera per arcum descendit, dicendum, quod illa æque velociter descẽdunt, nõ autem æque velociter mouentur, cætera parent. Consequenter solet dubitari de motu circulari, & videtur ꝙ non penes spatium descriptum, nam mobile motu circulari nullum spatium describit cum semper sit in eodem loco. Animaduertendum in motu circulari esse duo consideranda, motum ipsum, & circulationem, licet sint vnares in subiecto, differunt ratione atq; connotatione. qua ratione euenit vt stella prope polum collocata æque velociter circuant, quia æquali tempore describunt æquales angulos circa axem mundi, complentq; simul suas reuolutiones diurnas, non tñ æque velociter mouentur, quia vna maius spatium describit quã altera. Propterea primo de motus velocitate agetur, secundo de circuitione ipsa. Secundo animaduertendum in omni motu & maxime circulari circa velociter moueri tria esse necessaria spatium lineale descriptum. Tempus mensurans descriptionem, & partem describentem. De tempore & spatio oẽs conueniunt, volunt enim ipsum attendi penes spatium lineale verum, aut imaginarium & in tanto tempore. Tota igitur quæstio est de parte describente, hoc est à quo describatur spatium lineale. Conueniunt quoq; omnes, ꝙ describens non sit totum mobile, sed aliquid eius. Sed quid sit illud, diuersi diuersa sentiunt. Alij enim dixerunt illud describens penes quod scitur vnum illorum motuum esse altero velociorem, esse punctum medium semidiametri. Alij vero illud esse pũctum mediũ magnitudinis sphæræ. Alij illud esse punctum velocissime motum. Alij demum illud esse punctum mediũ inter velocissime motum. & tardissime motum. Prima declaratur, sit sphæra A B C D: cuius diameter sit D E F B: æquinoctialis vero A E C: patet D B esse polos sphæræ, inter A & B esse F punctum in circumferentia constitutum. Casu hoc posito. manifestum est puncta quædam velocissime moueri, vt quæ sunt in A equinoctio, aut prope A, quædam tardissime, vt quæ in B, vel prope B: qua ratione fit vt illius sphæræ motus sit vniformiter & difformis, sed omnis latitudo vniformiter difformit correspondet suo medio, igitur res describens erit punctus medius alterius semidiametri, vt F F inter A B, & E B. Mouebitur enim punctus iste mediocriter.

Ratio captiunculatorum. Confutatio. Confutatio propria. Prima ratio. Secunda. Tertia. Quarta.

Differentia quædam & propria positio. Alia expositio. Quæstio de circulari. Nota. Ordo quæstionis. Secunda. Secunda. Tertia. Quarta. Prima positio.

(Marginal section letters in the text column: A, B, C, D.)



Secunda pō.

Secunda positio declaraſ, qm̄ non penes punctū A superficiei conuexe attendi pōt, quia velocisſime mouetur: nec penes punctū C concauæ, quia tardisſime fertur, igitur penes pūctum B. in medio magnitudinis inter vtrasq; superficies collocatū. Sed has resellunt sorticolæ, primo, quia punctus medius semidiametri E B, videlicet F non est in sphæra, sed in axe, igitur penes illud non debet describi, nihil.n. mensurari debet penes aliquid qđ nō sit in eo. Secundo cōtra secundā arguūt, qm̄ vbi fieret condensatio talis corporis circularis versus connexum A conuexo non recedente ab eius centro, eiusmodi corpus orbiculare moueretur velocius, quia per talem condensationem pūctus B, medius magis recederet à centro, & sic maiorem circūferentiam describeret, igiſ velocius moueretur, quod falsum est. Secundo totum moueſ vt aliqua sui pars, igitur penes punctum velocisſime motum. Tertio penes summum debet fieri denominatio totius. Quarto totū est æque tale, vt perfectisſima sui pars. Propter hoc. sequitur tertia positio ꝙ describens sit punctus velocisſime motus, & talis punctus est in circūferētia maximi circuli sphæræ, cuius est vt in A æquinoctiali, igitur velociter moueri attenditur penes spatium lineale descriptū in tāto tempore A puncto velocisſime moto. Sed hæc tertia positio eget consideratione, primo, qm̄ oīa argumēta nunc facta essent contra positionē de motu recto. Amplius punctus ille aut intelligitur in conuexa sphæræ superficie, aut in concaua, aut in medio illorum, nō in medio, quia ille non est velocisſime motus, nō in conuexa, aut concaua, quia si rarefiat corpus, aut condēsetur ipso ſm aliquid sui è centro non recedente motus est idem, & nō ſm eundem pūctū. Propter hæc videtur mihi velocitatē in tali motu esse describendam à puncto medio magnitudinis, qui correspondet pūcto medio semidiametri, aut à corpore sphærico ſm talē punctum hac duplici ratione mediū, & ſm magnitudinē, & ſm respectum ad punctum semidiametri, aut hunc proportionali gratia suæ velocitatis. Huius vero positionis hæc est ratio, quia latitudo vniformiter difformis correspondet, & est tanta quātus suus gradus medius modo motus iste videtur esse vniformiter difformis, vt supposui. Tunc ad rationes patet solutio, nam punctus ipse medius F non in semidiametro est, sed in sphæra, vt dixi. Ad secundum dicerem succedere in illud punctum primo proportionali. Amplius illud non esse gratia suæ velocitatis. Pro solutione ad alias debes scire, ꝙ aliter est in vniformibus, & aliter in difformibus, in vniformibus enim semper totum est, tm̄ quanta est aliqua sui pars, ideo respondet parti summæ, in vniformiter difformi totum est vt est pars media, propterea denominatur à media, in difformibus vero sunt

Prima ratio. *Secunda.* *Tertia.* *Quarta.* *Contra tertiam.* *Pō propria.* *Rō pōnis.* *Solutiones rationum.* *Nota.*

E variæ regulæ, & nō vna. Tūc ad rōnes patet solutio, ad primam patet solutio, solū enim in vniformibus denominatio fit à summo, per idē ad aliam, totum enim est æquale sui parti perfectisſimæ in vniformibus, in difformibus vniformiter est æquale parti mediæ. Hæc de motu circulari. Tertio & de circulatione omnes sentiūt velociter circuere esse describendum non penes spatiū lineale ab aliquo puncto, quia non oportet si aliqua æque velociter circuant, æque velociter moueantur, igitur penes angulos æquales descriptos à tali puncto circa centrum, aut penes arcus in circunferētia illis angulis correspondenter constitutos, vt est positio Ptolemæi. Hęc de motu locali dicta satis, & de auctione nūc dicamus, Alij volunt velocitatem auctionis attendi penes quantitatē acquisitā è tali puncto medio ipsius aucti, alij penes proportionem quantitatis acquisitæ à tali F puncto ad quātitatem præexistentem, alij penes proportionem compositi ex præexistenti quantitate & acquisita ad præexistentem, descriptam à puncto medio rei auctæ. Primi vtūtur his rationibus, vt in motu locali, ita in motu auctionis, sed in motu locali penes spatium acquisitum à puncto medio, igiſ in auctione penes quantitatem acquisitam à tali puncto medio rei auctæ. Amplius quantitas acquisita est effectus auctionis sed velocitas in motu hic describitur ab effectu, igitur penes quantitatem acquisitā, velociter augeri erit describendum à tali puncto medio, & sic illud dicetur velocius augeri quod in æquali tempore ſm punctū medium maiorem nanciscitur quantitatem. Refellit hanc positionem Hesberus, primo, quia tunc oīa quæ ęqualibus tēporibus æquales acquirerent quantitates, æque velociter augerentur, vt si A herba in hora digitalem G acquireret quātitatem, & pirus magna tantundē æque velociter augerentur, hoc autem falsum est, quia respectu piri illa auctio nulla est. respectu herbæ magna. Secundo, tunc quodlibet totum velocius augereſ quam sua pars, quia quādo aliquid augeretur maiorem quantitatem acquireret totum quam sua pars. Tertio, tunc nulla auctio posset eē vniformis ex parte subiecti quia semper totum plus acquireret quam pars. Ex his cōcludit Hesberus velociter augeri esse describendum à puncto medio quo ad proportionem quātitatis acquisitæ ad quantitatem præexistētem vt illud dicatur velocius augeri quod in æquali tempore acquirit talem quantitatem, cuius proportio ad præexistentem sit maior, ꝙ̄ alterius. Hanc refellit Albertulus, & petit duo, quorum primū est, proportionē æqualitatis ad proportionē inęqualitatis nō esse cōparationē, vt tūc supponaſ. Secun H do supponit A quantū pedale augeri per quantitatē pedalem in hora, ita vt in fine horæ sit bipedale, quæ ratio docet quantitatem pedalē acquisitam habere proportionem ad præexistentem æqualitatis, quia præexistens pedalis erat, & acquisita etiam pedalis, & quòd in eadem hora B pedale augeatur per quantitatē duorum pedum, ita vt in fine horæ sit tripedale, quæ ratio docet quantitatem acquisitam in B habere proportionem maioris inæqualitatis ad præexistentem in B quia acquisita est bipedalis, præexistens pedalis, igitur proportio dupla. Ex his sequiſ esse duas auctiones difformiter veloces, quarū vna vt auctio B ipsius sit altera velocior vt auctione ipsius A, & in nullo eē velociorem, cum illæ non sint comparabiles. Propter hæc tenet Albertulus quod velociter augeri attenditur penes proportionem totius compositi ex quantitate noua,

De circulatione. Vide Alb. de saxo. q. 5 huius. *De auctione Pones.* *Primæ pōnis declaratio.* *Replic. Hesberi. Prima.* *Secunda.* *Tertia.* *Pō secunda Hesberi.* *Confutatio positionis Hes.*

ua,& præcedente ad præcedentem solum: vt quoniam in æquali tempore A secundum pũctum medium acquirit talem quantitatem, quæ cum antiqua habet proportionẽ maiorem ad antiquam tm̃, quã in ipso B sit, igitur velocius augetur. Sed contra hanc arguo,quia sic nude prolata est falsa,& contra Aristo.& Auer. Primo volo ꝙ A pedale in hora augeatur acquirendo qtitatem vnius pedis,verum ex alio diminuatur, ita vt in fine horæ remaneat pedale,B vero pedale in fine remaneat bipedale,tunc totius B ad antiquam quantitatem est proportio maioris inæqualitatis. ipsius vero A ad antiquam æqualitatis, & sic idem sequitur contra ipsum,quod contra Hesberum. Secundo, quãta quantitas fuit ab æterno tanta est hodie, igitur nulla quantitas de nouo acquiritur,& sic penes nullam quantitatem fieri potest descriptio. Propter hæc aliter est dicendum,& distinguamus.primo, ꝙ auctio potest capi.Vno modo pro extensione,quõ est alteratio, quia rarefactio.Alio modo pro generatione pristinę formę in pluri materia q̃ præfuit, vt in lib.de generatione diximus: & hæc potest capi, aut partialiter pro vna auctione quæ fit nunc.aut totaliter pro auctione quæ cõuenit rei augendæ vsq; ad consistentiam.Secundo peto velocitatem in motu siue tarditatem esse conditiones motus successiui & cõtinui,ita vt solus motus successiuus & continuus dici possit velox aut tardus, & nullus alius, vt instantaneus aut non continuus. Hæc fuit intentio Arist.& Auerro.cõmen.15. nam per hoc probauit tempus & magnitudinem esse cõtinua. Tertio peto auctionem pro particulari vnius minimi aggeneratione esse momentaneam:& auctionem totalẽ non esse continuam.Prima pars patet,quia auctio particularis aut est generatio aut aggeneratio minimi,mõ hæc est momentanea.Secunda pars etiam patet, quia Auer.tertio huius.cõm.6.probauit idem.Ex iis colligitur penes nihil attendi velociter augeri apud Auer.patet quia auctio aut sumitur pro rarefactione, & illa nõ est auctio sed alteratio, de qua statim dicemus:aut pro partiali auctione, & hæc est mométanea:aut pro totali auctione,& hæc non est continua: igitur nihil velocius augetur altero,q̃q̃ aliud possit minori tempore pertingere ad terminum suæ quantitatis quã alterum, non tamen velocius aut tardius augebitur, sed breuius aut prolixius,quod scietur per hoc ꝙ in minori tẽpore pertingit ad terminum suæ quãtitatis speciei. Ex hoc patet auctionem esse motum,& non continuum,quia auctio totalis est successiua, & non cõtinua:auctio partialis nec continua, nec successiua, quia mométanea. Hæc de auctione.Et de alteratione oẽs cõcorditer tenẽt velociter alterari attendi penes spatiũ qualitatis intensiuum à tali puncto medio descriptum, hoc est penes intensionem qualitatis acquisitæ in tali pũcto medio.vt qm̃ intensio qualitatis in A fuit maior acquisita in hora,q̃ sit B.igitur in A velocius alterabitur. Cur autem non penes proportionẽ qualitatis acquisitæ ad præexistentem,aut penes proportionem aggregati ad præexistentem,lege causas ab Hesbero & Albertulo & aliis.Sed de alteratione est dicendum, vt de auctione: nam alteratio apud Auer.vt dicemus, fit per minima, quorum quodlibet acquiritur in instanti alteratio totalis nõ est continuo. Quare nulla alteratio erit altera velocior neq; tardior, licet breuior aut longior,& tũc nõ penes qualitatem acquisitam,sed penes acquisitionẽ termini vltimi describetur vt dicatur breuior, quæ

Replica. Prima. — *Scda.* — *Pō propria Prima petitio* — *Auctio multiplex.* — *Scda petitio. Tertia petitio.* — *Deductio positionis.* — *De alteratione Prima pō. Penes quid attendatur velocitas in motu augmentatio. Vide Alb. de saxo. q.6. huius.*

A in breuiori tempore pertingit suum terminũ ad quem, illa longior,quæ in maiori tempore peruenit ad eundem.Recte igitur Aristot.solum in motu locali describit velocius & tardius.In aliis vero nullibi legimus. & hoc quia solus motus localis dicitur velox aut tardus: propter causas datas:cæteri motus breue,aut longi. Et propterea alia ratione describitur velocitas in motu locali,& alia ratione in aliis describitur breuitas.In motu.n.locali penes spatium longitudinale descriptũ ab ipso mobili gratia suæ velocitatis,& non à pũcto medio,vt diximus.In aliis penes terminorum acquisitionem vt dicatur breuis,qui in breuiori tempore peruenit in terminum ad quem: longior vero qui peruenit in longiori:hæc sunt dicenda ad Arist.& Auer.mentẽ. Quæ vero sorticolæ scribunt, gerulæ sunt syracusanæ. B Animaduertendũ tñ ꝙ vna potest poni regula in omnibus motibus,si teneamus omnes motus esse successiuos & continuos,& regula est, velocitas in omni motu attenditur penes spatium longitudinale descriptum à puncto medio rei motæ,vt in motu locali tam recto quã circulari penes lineale descriptum à puncto medio centrali, aut proportionali,in alteratione penes spatiũ qualitatis intẽsiuum è tali puncto medio descriptum: hoc est penes intensionem qualitatis acquisitæ in tali medio puncto.In auctione vero penes spatium quantitatis acquisitæ: hoc est penes quantitatẽ acquisitam in tali puncto medio,aut parte media signata. & sic in omnibus attenditur penes rem acquisitam à tali medio puncto: & tunc ad rationes Hesberi facile respondere. Ad primam de herba & arbore diceremꝙque velociter esse aucta s̃m rem,licet non secundũ sensum. C S̃m rem quidem æque velociter aucta sunt, quia secũdum sua puncta media centralia æqualem quantitatẽ nanciscebantur: s̃m vero sensum minime, vt bene ratio Hesberi concludit. Ad secundam dicendum totũ non augeri,nisi propter punctum mediũ.modo vnus est punctus medius totius & partium, licet totius per se partium per accidens, & propterea æque velociter augetur totum,sicut sua pars. Ad tertiam diceremau ctionem esse vniformem propter punctum mediũ, & non propter totum & partes. quia igitur punctus medius vniformiter augetur:ideo auctio est vniformis.& sic prima positio esset probabilior. Verum ad mentem Auerro.& Aristote. hæc sunt deliramenta, vt diximus, & de velocitate satis.

Propria pō. An motus possit velocitari in infinitum. Vide Albe. de sa.q.7.huius. Pō generalis. — *Solutiones rōnum Hesb.*

RECOGNITIONES.

D IN quæstione prima cũ quærebatur penes quid attẽditur velocitas in motu,in commentariis substãtialiter dictum est. Tutius vero nunc dicerem velocius & tardius in motu recto esse describenda penes spatiũ lineale descriptum ab ipso mobili primo, & gratia suæ velocitatis,aut aptum describi:dico ab ipso mobili primo,quia ipsum mobile primum est ipsum totũ, quod mouetur categorematice sumptum: & non aliqua sui pars.non.n.brachium,vel aliquod tale est primum ipsum mobile, quod mouetur.dico gratia suæ velocitatis, & propter cõtraferentiam spatij,& propter magnitudinem mobilis,& propter alia argumenta. dico aut aptum describi,propter vacuum,quod non est spatiũ, sed aptum esse.In quæstione secunda cum quæritur penes quid attendatur velocitas in motu circulari. Animaduerte ꝙ omnes asserunt ꝙ describens non sit totũ mobile:sed aliquid eius,& non pars eius,sed aliquid in ipso

ipso mobili indiuisibile. & licet ipsi dederint causam huius, nec in commentariis nos pro eis assignauimus illam, potest tamen assignari, hæc causa, quia in circulari motu totum non mutat locum. at in motu recto totum & categorematice, & sincategorematice mutat locum, ideo in motu recto describens potest esse totū, in circulari vero non, præterea illud describens in motu circulari non potest esse aliqua pars eius, quod mouetur, quia adhuc illius aliquid mouetur velocius & tardius, nam eius id velocius mouebitur, quod versus polorum alterum magis vergit, eius vero id tardius, quod ad punctum æquinoctij magis assurgit, erit ergo aliqđ indiuisibile in ipso mobili circulariter designatum, tale.n. erit describēs, insuper, in prima positione animaduerte tale punctum medium ab illa positione esse designatum in semidiametro E B, vt est F, cui correspondet in quarta circuli A B aliud punctum.s.F, hoc enim punctum medium semidiametri asserunt esse illud, qđ describit talem motum, & tu intellige tale punctū posse describi etiā in alia semidiametro, vt inter D E, sed quia idem iudicium est, ideo intelligis punctum F, infert E B esse descriptum pro exemplo. Sed cur potius pūctum istud debeat designari in semidiametro E B, & non in quarta circuli, quæ est A B, causam non afferunt, nisi ex eo, quia punctus scire mouetur mediocriter. Et licet in cōmentariis ego reprobaui hāc positionem, contra eam facilius possum obiicere. nam vel ista semidiameter, in qua describitur tale punctum, est medietas axis, quæ transit per polos, vel est medietas diametri, quæ transit per ortum & occasum firmamenti, nō potest esse medietas axis, quia illa est immobilis, & ita eius omne punctum erit immobile, sin autem dicant talem semidiametrum esse medietatē lineæ, quæ trahitur ab ortu in occasum, vt puto eos intelligere, quia hæc mouetur circumcirca punctum talis semidiametri non est in cœlo, nec aliquid cœli, ergo cœlum nō debet dici tardius vel velocius moueri penes velocitatē talis puncti, cum tale punctum nihil cœli sit. Sed omnibus his, quæ in cōmentariis diximus omissis, nunc non ab ratione dicerem, supponēdo motum cœli esse inuariabilem, regularem, & vniformem, quo cōcesso, assererem penes omnem punctum in cœlo designatū, secundum quem cœlum dici potest moueri, attendi velocitatem eius motus, modo tale punctum cōparetur alteri puncto in alio cœlo consimiliter designato, verbi causa, quia pūctus æquinoctijs orbis Saturni in æquali vel minori describit spatium lineale maius, quā pūctus æquinoctij orbis lunaris, motus Saturni est velocior similiter, quia punctus medius inter velocissimum, & tardissimum in orbe Saturni in æquali vel minori spatium lineale maius describit, quā cōsimilis medius pūctus in orbe Lunæ, ideo orbis Saturni velocius mouet, simili modo & de puncto semidiametri dici pōt, modo supponatur inuariabilitas eius quod mouetur, & eius motus, & comparatio fiat ad consimilem punctū in alio orbe: at vbi corpus quod circulariter mouetur, esset variabile, vt rota molendini vel tale aliquid, tunc velocitatem attenderem penes punctum simpl'r medium, & appello simpliciter medium, quod mediat inter duas superficies, concauam, quæ tardius, & conuexam, quæ velocius mouetur, & quod mediat inter pūctum æquinoctialem velocissime motum, & polarem tardissime motum, quale esset punctum F, intra duas totæ superficies, & intellige, vt in commentariis dixi-

E mus, vel penes proportionale huic puncto, & gr̃a suæ velocitatis. ex his sequitur alterum, cœlum altero moueri velocius, cum quodlibet illius mouetur velociter quolibet alterius sibi correspondenti, & ita totum sincategorematice mouetur velocius. alio cœlo toto sincategorematice, modo quolibet cuilibet correspondeat. Præterea in commentariis disputauimus penes quid attenditur velocitas circulationis, vbi animaduerte in velocitate circulationis non esse dubiū de particula describente. nam, vt diximus de velocitate motus circularis, ita & de velocitate circulationis sentiendum est. est ergo quæstio de spatio describendo quidnam illud sit, propterea in commentariis bene dictum est, illud esse vel angulum, vel arcum in circunferentia circuli. De velocitate vero auctionis, & alterationis penes quid attendatur, in commentariis substātialiter diximus, animaduerte tamen duo, primo ꝙ in Meta-

F physicis disputationibus, vt in octauo libro, diximus velocitatem in nullo motu esse successiue, & continuo acquisibilem, sed fieri per minima, veluti qualibet forma naturalis fit. Secundo nunc teneri potest in auctione, & alteratione velocitatem & tarditatem esse idem quod breuitas, & prolixitas, & tunc iuxta hoc dicerem auctionem esse velocitatem, quando in minori tempore attingit terminum ad quem totalem, similiter & alterationem. Ex quo sequitur, quòd si herba acquirit suum augmenti terminum totalem in minori tēpore quā populus velocius augetur herba quā populus, licet populus maiorem acquireret quantitatem.

Quapropter & Zenonis ratio falsum sumit, fieri enim non potest ut aliquid finito in tempore infinita transeat, aut infinita per singula tangat. Dupliciter enim & lōgitudo & **DILVC.**
G *tempus, & omnino continuum esse infinitum dicitur, aut diuisione, aut extremis, igitur infinita quidem quantitate finito in tempore nihil tangere potest, infinita uero diuisione potest. Etenim tempus ipsum hoc modo infinitum est, quare fit ut infinito in tempore & non finito aliquid infinita trāseat, & infinitis non finitis, infinita etiam tangat, impossibile igitur est aut infinitum finito in tēpore, aut finitum in infinito transire, sed si tempus sit infinitum, & magnitudo quoq; erit infinita, & si magnitudo & tempus.*

Vnde & Zenonis ratio falsum sumit, q. non est possibile **ANT.** *infinita pertransire, aut tangere infinita secundum unumquodq; finito in tempore. Dupliciter enim dicitur, & longitudo, & tempus infinitum, & omnino omne continuum, aut secundum diuisionem, aut ultimis: infinita quidem igitur,*
H *secundum quantitatem non contingit tangere finito in tempore. Ea autem, quæ sunt secundum diuisionem, contingit: etenim ipsum tempus sic infinitum est, quare & infinito in tēpore, & non finito contingit pertransiri infinitum, & tangere infinita ipsis infinitis, non finitis. Neq; ergo iam infinitum potest finito in tempore pertransire, neq; infinito finitum, sed si & tempus utiq; infinitum sit, & magnitudo erit infinita, & si magnitudo & tempus.*

Ex his Arist. soluit Zenonis sophisma, arguebat.n. *Sophisma.* Zeno nihil posse moueri, quia si aliquid moueretur, tunc aliquod mobile pertransiret infinitam magnitudinem tempore finito, quod est falsum. cōsequentiam deducit, quia non potest aliquod mobile pertransire aliquam totam magnitudinem, quin prius transeat illius medietatē, & per idem nec illius medietatem, quin illius

illius adhuc medietatem. Sed longitudo est ad infinita dimidia sectilis, igitur tempore finito pertransibit lõgitudinem infinitam. Adducebat autem (vt Themist. inquit) exemplum de rotis curuum, si rotæ, inquit, cur uum quæ conuoluuntur in stadio, nihil stadij derelinquunt, quod non dimetiantur & diuidant, cum diuisio illa sit infinita, partes etiam infinitæ erunt: igitur finito tempore peragrabuntur, quod ille impossibile diiudicabat. Cui respondet Aristo. per distinctionem, ꝙ infinitum dici potest aliquid bifariam, aut extremis, aut diuisione. tunc vult primo ꝙ infinitum extremis nullo modo sit peragrabile, nec tempore finito, nec tẽpore infinito. Vult secundo, ꝙ infinitum diuisione sit per agrabile in tempore finito ẜm extrema, sed infinito diuisione correspondenter. Inquit. Quapropter & Zenonis ratio falsum sumit. fieri. n. non potest vt aliquid finito in tempore infinita transeat, & sic falsum sumit, & per hoc ad materiam. Deinde soluit ad formam, & inquit, dupliciter. n. & longitudo & tempus & omnino continuum omne infinitum dicitur, aut diuisione, hoc est quia est diuisibile in semper diuisibilia, aut extremis, vtpote si extremis careat, hac distinctione facta respõdet Arist. ad formam, & inquit, igitur infinita quidem quantitate quæ dicuntur infinita extremis, finito in tempore nihil tangere potest. Immo nec tẽpore infinito, infinita vero diuisione potest aliquid mobile tãgere. Huius solutionis rationem affert, & inquit. Etenim tempus ipsum hoc modo infinitum est diuisione correspondenter ipsi longitudini, vt diximus. Deinde quasi repetens solutionem ad formam. Inquit. Quare fit vt infinito in tempore non finitum aliquid infinita transeat, quia in hora quæ diuisione est infinita, vt longitudo, fit & vt infinitis subaudi diuisione non finitis infinita illud tangat. Tunc ex hac solutione concludit vnum quasi corollarium, licet non extra propositũ, & inquit. Impossibile igitur est, aut infinitum finito in tempore aliquid transeat, aut finitum tempore infinito. Sed sic se correspondenter habere oportet, vt si tẽpus sit infinitum, magnitudo etiam sit eiusmodi, & econtra, si magnitudo sit infinita, etiam tempus sit tale, & sic patet ad materiam & ad formam sophismatis.

Exemplũ Themistii. · *Respon. Arist.* · *Respõ. Auer.*

Commen. 19.

{Dicit.} Prima & vltima partes commẽti, quæ sunt expositoriæ, patent. Media pars quæ incipit ibi. Zeno igitur decipitur, est obscura, ideo pro intellectu illius formo sophisma Zenonis apud Auer. Omne tangens partes infinitas tempore finito: mobile transiens totam magnitudinẽ tangit infinitas partes tempore finito, igitur mobile pertransit infinita tempore finito.

Sophisma apud Auer.

Ad hoc sophisma de intentione Aristot. respondet Auer. & dicit primo, ꝙ Zeno decipitur in argumentatione, quia vtitur nomine æquiuoco. dicit secundo, ꝙ propter hoc hæc contradictio est ẜm sermonem, & nõ ẜm rem, reddit tertio causam, quia Aristo. concedit in hoc falsum, videlicet, ꝙ mobile pertranseat magnitudinis partes infinitas. tertio excusat Aristot. ꝙ ex hoc sequitur verum, nam si mobile partes trãsit infinitas, illud fit tempore infinito eadem infinitatis specie, qua & partes illæ sunt tales, qua ratione patet conclusionẽ esse falsam, videlicet ꝙ infinita peragrentur tempore finito, immo tempore infinito. dicit quinto ꝙ in octauo respondebit ẜm rem, quia ibi negabit medietates infinitas pertransiri, quod hic conceditur. Sed in his

Respon. Auer. · *Dubitãt.*

A fiunt dubitationes non paruæ. Prima quõ hic vtatur æquiuoco termino. Et si terminus est æquiuocus, Aristo. non falsum concessit, sed erat distinguendũ. tertio quõ ex falso concesso sequitur verum: non nisi quoniã hoc est syllogisticc, & non demonstratiue, quarto in quo differt solutio Octaui ab illa hic, cum incidant in vnum. Ad hæc multi multa dicunt, scio tamẽ ꝙ ad mẽtem Arist. parum faciunt. Propterea debes scire ꝙ sophisma Zenonis peccat per fallaciam æquiuocationis, qm̃ terminus medius vtpote infinitum est multiplex ẜm æquiuocationem, & sic hæc contradictio est logica, & per consequens ẜm sermonem, esse. n. logicam & ad sermonem idem est. Per hæc ad primum patet ipsum Zenonem accepisse terminum æquiuocum, quia aliter in maiori accepit infinita, & aliter in minori. in maiori enim pro infinito actu, in minori pro infinito

Solutiones. Vide & Burl. hoc.

B in potentia. Per idem ad secundum dico, ꝙ Arist. non concessit falsum ẜm rem, sed ẜm apparentiam, nam infinitas medietates pertransiri falsum est apparẽter, sed est verum in re de infinitis diuisione. Et per hoc ad tertium, ex hoc enim apparenter falso, quod est verũ ẜm rem, cõcedit verum, videlicet ꝙ tempore infinito eadem infinitatis specie illud fiat. Per idem ad quartũ dico, ꝙ hæc est logica, illa realis. Secundo ꝙ hæc cõcedit absolute, illa negat, concedit. n. hæc infinitas medietates peragrari, illa hoc negat, ambæ tamen in idem veniunt, quia hæc concedit illud de infinitis diuisione, ꝙ est infinitum in potentia, illa de infinitis actu, vbi concedit de infinitis potentia, quæ vero dicunt recentiores nugæ sunt, & non adrem. Scias tamen Themist. reducere hanc responsionem ad illam Octaui, & (vt mihi videtur) pro eadẽ exponit. Et hoc mihi plus pla-

Quid apud Themistiũ.

C cet, quàm hæc Auer. expositio. Reddit enim hæc textum difficilem, & non consonat verbis Arist. propterea illam Themistij laudo.

RECOGNITIONES.

Verba illa. Neq; ergo iam infinitũ & reliqua, possunt referri ad mobile ipsum, & erit sensus ipsum mobile infinitum non posse aliquod spatium pertransire, quia nec finito, nec infinito tempore. Melius autẽ referantur ad spatium, & tunc lege sic, neque ergo iam infinitum. s. spatium potest supple aliquod mobile ꝑtransire finito in tempore, nec tempore infinito potest pertransire spatium finitum, sed si & tempus vtiq; infinitum sit, & magnitudo, hoc est spatium erit infinita, & si magnitudo, & tempus etiam.


D *Describatur enim magnitudo quædam A B, terminis definita. Tempus uero infinitum G. Deinde ipsius G temporis excipiatur aliquid, utpote G D finitum. In hoc igitur peragret illud idem magnitudinis quicquã, quod sit A E. hoc autem totam A B magnitudinem dimetietur, aut deficiet, aut excedet, nihil enim refert. Nam si semper æqualem ipsi A E magnitudinem parti æquali in tempore peragrabit, hoc autem magnitudinem totam metitur. Tempus totum finitum erit in quo illa tota peragrabitur, quando in partes æquales diuidetur, ut etiam magnitudo ipsa.* DILVC.

Sit enim magnitudo finita in quo est A B: Tempus autem infinitum, in quo est C. accipiatur igitur temporis aliquid finitum, in quo est G D. in hoc ergo pertrãsibit aliquid magnitudinis, & sit quod pertransitum est, in quo est A E. hoc autem aut mensurabit quod est, in quo est A B, aut deficiet ANT.


ciet aut excellet, differt.n.nihil. Si.n.semper æqualē ei, quæ est in A E magnitudinem in æquali tēpore pertrāsibit, hoc autem mensurat totum, finitum erit omne tēpus in quo pertransibit, in æqualia enim diuidetur sicut, & magnitudo.

Demonstratio prima, per quam probatur, q. si magnitudo est finita, q. tempus est finitum: & sumitur hæc demōstratio ex proportione partis ad totum.

G Tempus infinitum.



G Pars temporis. D.




Intentio partis. *An tēps et magnitudo consequātur se quātum ad infinitatē sic, quod si vnū est infinitū vltimis necesse sit & reliquū esse infinitū vltimis. Vide Gratia. Escu.li.3. huius.q.2.*

Duo conclusit, primum q̄ magnitudo finita extremis non possit tempore infinito extremis ab aliquo peragrari. Secundum fuit q̄ magnitudo infinita extremis non potest peragrari tempore finito extremis. Declarat igitur hæc, & vis rationis videtur à commutata proportione sic, vt A nota magnitudo ad B, totum tēpus, ita C pars magnitudinis ad D partem vel quid tēporis. proportio patet, quia tota magnitudo in toto peragratur, igitur pars non in toto, & per consequens in aliquo illius peragrabitur. Igitur sicut A tota magnitudo ad ipsam C partem, ita B ad D, hoc est ita totum tempus ad partem: sed tota magnitudo A, mensuratur parte C, igitur totum tempus B mēsurabitur parte D. Tunc addo maiorem, sed omne quod mēsuratur à sua parte pro replicatione est finitum extremis, igitur A tempus est finitum extremis, inquit, describatur.n.magnitudo quædam A B terminis definita, tp̄s vero infinitum mente capiatur, & sit G: hæc est prima casus pars. Deinde ipsius G temporis excipiatur aliquid, vtpote G D finitum. & dixit aliquid & non pars, quia fortasse nihil est pars infiniti, hæc est secunda pars casus. In hoc igitur quod excerptum est E, tempore toto illud idē mobile peragret eiusdem magnitudinis quicquam, qđ sit A E, hæc est tertia pars casus. Tunc petit hanc partē magnitudinis mensurare totam, & hoc inquit, hoc aūt quod dictum est A E, aut totam A B magnitudinem dimetietur, aut deficiet, aut excedet, nihil.n.siue sic, siue aliter refert ad vim rationis. Tunc arguit, nā si semper æqualem illud mobile peragrabit magnitudinem, æqualem dico ipsi A E. & illam in parte æquali temporis, hoc aūt quod dicebatur A E. totam magnitudinē mensurabat, igitur & tempus totum finitū erit, in quo illa tota peragrabitur, quando tempus ipsum in partes æquales diuidetur, vt etiam magnitudo ipsa, & sic totū tempus restabit finitum extremis, vt ipsa magnitudo. Quantum vero ad græca verba attinet Arist. in græco mutat terminos, & vult esse accipiendam magnitudinem B E, causa autem est, quia posset aliquis dicere, vt totum infinitò peragratur tempore, ita pars etiam parte temporis infinita, quia temporis infiniti partes sunt

E infinitæ, propterea ne sit hic contentio, mutauit literas. Ego vero transtuli textum literis non mutatis, quia ad idem venit.

A B C D
Tota magni. Totū tp̄s, Pars magnitu. Pars temporis.



F

Commen. 20.

Vult demōstrare Auer. primo format rōnem absq; literis, vt nos formauimus, secundo ibi, & dixit, si igitur &c. applicat sententiam verbis, et omnes partes patent. Sed contra hanc rationem fieri solet instātia de motu irregulari, vt primā medietatem A mobile peragret in certo dato tēpore, secundam in duplo tardius, tertiam in triplo, & sic in infinitum. Auer. in suis verbis innuit solutionem, & vult Aristo. argumentasse in motu regulari, & hoc modo Auer. rationem intelligit, reliquum commentum perspicuum est. *Dubium.* *Solu. ex verbis Auer.*


Rursus si non omnem magnitudinem infinito in tempore transit, sed contingit nonnullam etiā finito in tempore pertransire, ut B E. hæc uero totam dimetiatur, atq; æqualem æquali in tempore transeat, fiet ut tempus ipsum etiam finitum sit, cum itaq; ipsam B E partem infinito in tempore nō pertranseat, patet tempus esse finitū. Si altera ex parte fuerit sumptum. Nam si in minori parte hanc transit, ipsum tēpus finitum esse necesse est, cum altera ex parte finitum sit. DILVC.

G

Amplius autem si non omnem magnitudinem in infinito tempore transit, sed contingit aliquam in finito tempore trāsire, ut quæ est B E. hæc autem mensurabit totam, & æqualem in æquali transibit, quare & finitum erit tempus. Quod autem non in infinito tempore transeat eam quæ est B E, manifestum est, si accipiatur in altera finitum tempus, si enim in minori partem transit, hanc necesse est finitam esse, & altero termino existente. ANT.

H

Demonstratio secunda, per quā probatur idem quod supra, Et sumitur ex proportione cuiuslibet finiti ad quodlibet finitum, sumendo tempus infinitum, & magnitudinem finitam.



Vt textum hunc facile exponit Themist. Aristo. remouet dubitationem, quia aduersarius dicere posset, quòd

quod pars A E pristinæ magnitudinis non mensurat adæquate magnitudinem vniuersam, sed excellit aut deficit. Contra obiicit Arist. quia potest sibi depingere quispiam magnitudinem alteram, quæ tota adæquate commensuret, vt B E, tunc arguatur vt prius vniuersam A B, toto tempore percurrit B E vero finito, sequitur si B E magnitudo adæquate A B magnitudine mensuret, vt tempus quo B E magnitudo percurritur adæquate mensurabit tempus, in quo magnitudo A B vniuersa absoluitur, & sic ratio formari potest, vt prius à commutata proportione. Hæc est expositio Themist. Inquit. Amplius si mobile ipsum non omnem magnitudinem transeat tempore infinito, sed contingat nõ nullam etiam finito in tempore pertransire, vt B E. Sit autem hæc talis, vt totam A B magnitudinem dimetiatur, sit quoque ipsum mobile regulare, vt æqualem in æquali tempore transeat, ita vt tantundem magnitudinis tantundem in tempore percurret, sequetur conclusio illa quæ prius, vt tempus quo tota percurrit magnitudo A B sit etiam finitum, ecce quomodo hæc ratio non differt à prima, sed tacitam obiectionem fieri possibilem contra primam soluit, & complet illam. Animaduertendum Arist. addidisse verbũ illud, atq; æqualem æquali in tempore transeat, propter argumentum de motu irregulari, cuius secunda pars sit tardius prima in duplo, & tertia tardior secunda iterum in duplo, & sic in infinitum, quia de illa erit quæstio alias, cæteræ propositiones additæ sunt ad obiectionem tacitam refellendam. Ex his apparet q dubitationes noui expositoris sunt inutiles, cum hic nouam rationem non faciat, sed priorem defendit, multi enim & nos longo tẽpore textum ignorauimus.

{Cum itaque ipsam Arist.} (vt Themist. etiam exponit) refellit aliam captionem, siue cauillum, posset enim quis dicere B E partem vniuersæ magnitudinis non tempore finito peragrari, sed tempore infinito, & sic in ratione est petitio principij. Contra arguit, & supponit tempus quo percurritur B E magnitudo esse à parte ante finitum, aliter non incipiet aliquid moueri in illa, hoc quoque patet ad sensum ante punctum illud temporis, vnde res cœpit agere, motum nihil esse. Tunc arguit, aut breuiori tempore percurrit pars q̃ totum, aut longiori, aut æquali, non lõgiori nec æquali, nunquã enim æquali totum & pars percurruntur, igitur oportet totum tempus, quo percurritur B E, vtraque ex parte finitum esse, à parte ante quidem, quia idẽ est principium magnitudinis & partis, à parte post vero, quoniam breuius est. Sic igitur apud Themi. Arist. in ratione principali duos confutauit cauillos, quibus confutatis tota ratio principalis patet, inquit. Cum itaque ipsam B E partem in infinito in tempore non pertranseat, sed à parte ante ipsum esse finitum cõstat, aut sensu aut ratione, patet tempus quo ipsa B E pars percurritur esse finitum simpliciter ex parte vtraq;, si altera ex parte fuerit sumptum esse finitum. deducit consequentiam dicens, nam si in minori tempore trãsit partem hanc, ipsum tempus quo illa peragratur finitũ esse necesse est vtraq; ex parte, ex parte ante quidem, quia idem est principium magnitudinis & partis, à parte vero post, cum altera ex parte finitum sit, quia videlicet breuius est, & sic ambo cauilli confutati sunt, & hæc litera fuit valde obscura, & multos latet.

Primus cauillus.

Secundus cauillus.

Commen. 21.

{Cum declarauit} Hoc cõmentum habet tres partes. In prima replicat demonstrationem factam, & addit cauillum primum possibilem fieri, & vult illum Aristoteles hic confutare, secunda ibi, & incepit, rem propositam prosequitur, tertia ibi, & posuit, remouet alium cauillum, secunda pars patet, nec expositionem aliam ab ea quam diximus in textu, exposcit. Pro intellectu primæ partis animaduertendum demonstrationem supposuisse A E partem percurri tempore finito, quia hoc negari potest à cauillatore. Arist. supplet cõfutans cauillum hunc, hæc est expositio Auer. Secundus cauillus esse potest dicendo tempus quo percurritur B E partem esse finitum à parte ante, non à parte post. Arist. (vt vult Auer.) hunc cauillum refellens vnũ petit tanquã notum ad sensum, tempus videlicet finiri à parte qua incipit motus, probat vero ipsum finiri à parte post, hæc est expositio Auer. Hæc itaque expositio conuenit cum illa Thẽm. quantum ad hoc, q Aristot. remoueat cauillos, non q nouam faciat rõnem, vt expositores volunt, sed de cauillis discrepant, nam apud Themist. duo sunt cauilli, primus q pars illa data A E non mensuret totum A B, secundus q hæc pars non tẽpore finito peragretur, & vtrosque hos cõfutauit Aristo. apud Auer. duo sunt, primus q A E non percurratur tempore finito, sed infinito, secundus dato quòd à parte ante percurratur finito tempore, non tñ à parte post, prima expositio est conuenientior græcis verbis & iuxta illam legere potes textum, iuxta hanc Auerro. impossibile est textum legere.

Eadem autem erit demonstratio, & si longitudinem quidem infinitam finxerimus, tempus autem finitum, patet igitur ex his quæ modo diximus, neq; lineam, neq; superficiem, neq; omnino continuum aliquod indiuiduum esse, non solũ propter id quod nuper est dictum, sed etiam quia fiet ut indiuiduum diuidatur. DILVC.

Eadem autem demonstratio est, & si longitudo quidẽ infinita sit, tempus autem finitum. Manifestum igitur ex dictis est, q neq; linea, neq; planum, neq; omnino continuorum ullũ erit atomum, non solum propter id, quod nunc dictum est, sed quia contingit diuidi atomum. ANT.

Commen. 22.

{Idest & demonstratio} Auer. primo declarat, q̃o eadem demonstratione sciatur conuersa conclusio, q̃ res & ab Auer. & à Them. manifesta est. Secũdo quasi epilogando quot viis Arist. demõstrauit nullum continuum componi ex indiuisibilibus, colligit, & vult illas consistere in tribus generibus. Primum quidẽ genus fuit per definitiones continui, contigui, & deinceps ipsorum. Secundum per naturam motus & rei motæ, Tertium ex natura velocioris & tardioris, & hoc dupliciter. Vno modo per definitiones horum. Alio modo per impossibile, vt infert nunc, q tunc diuiduum diuideretur, quod facile ex dictis deduci potest. Solẽt quærere recentiores, an spatium finitum possit pertrãsiri tempore infinito, & econtra, an spatium infinitum tempore finito. Sorticolæ concedunt finitum spatium infinito tempore posse pertransiri, & econtra, infinitũ spatium tempore finito. Primum patet, imaginando aliquod mobile irregulare semper ad duplum tardius, & spatium diuidi in partes proportionales minoribus terminatis versus terminum ad quem. Secundum patet, etiam per casum contrarium imaginando mobile semper velocitari ad duplum, & diuidendo tempus in partes proportionales. Sed hæ sunt gerulæ atque aniles fabu-

Quæstio. Vide Burl. hoc. Vide etiã Albe. de saxo qo. 9. huius.

Qualis positio sorticolarum.

les fabulæ, aut pueriles nugæ, quas confutare nõ curo, quolibet.n.proferente contrariũ, stultum est sollicitũ Solut in Arist. esse. Propterea fieri potest diuisio Arist. q infinitũ põt accipi fm diuisionem & fm extrema. Tunc dicerent peripatetici aliquod mobile posse tardari in infinitum fm diuisionẽ, qm non ita tardum quin tardius, & sic in infinitum, non aũt fm extrema, quia nihil in actu infinite tarde mouetur in actu. Similiter & de veloci dicẽ- Replica. dum est. Sed dices, nihil infinite tarde mouet, aut infinite celeriter, neq; fm diuisionem, neq; fm extrema, igitur responsio nulla. Dicendum de inesse nullum tale esse, nullum fore de posibili physice, sed de posibili imaginabili, quod ampliat ad id quod est vel potest esse, vel intelligi esse, aut intelligi non repugnare esse, imaginabile est aliquod tale, & hoc satis est, verum de hoc perquire cõm.15. vbi longius diximus.

RECOGNITIONES.

AVerroes in cõmento probat hanc conclusionem, magnitudo extremis infinita tpe finito extremis transiri non potest. Est autem sua deductio hæc, sit A magnitudo infinita, quæ pertranseatur tẽpore C D finito, si posibile est, magnitudinis A infinitæ summo partẽ A B finitã, quæ minore tpe transeatur q̃ sit C D, vt C E, quia igitur C E pars est finita tpis C D finiti, toties potest sumi, vt totum tps C D mensuret. vt exẽpli gratia, si C E sit decima pars. ipsa decies sumpta mẽsurat totũ tps C D. pars.n.suum totum mensurat, cũ aliquotiens sumpta suum totum aut æquat, aut superat, & in parte C E transitur pars magnitudinis A, videlicet A B, ergo in qualibet cæterarum tpis partium absoluit pars magnitudinis æqua parti A B, quare in toto tpe C D, ex decem partibus constituto absoluit magnitudo finita ex decem partibus æquis ipsi A B cõposita, & in eodem tpe absoluitur A spatium, totũ igitur ipsum est finitum quod est contra hypothesim. Aut si ipsum est infinitum, non totum absoluitur tpe C D, qđ iterum est contra hypothesim, hæc Auer.

DILVC. *Nam cum omni in tempore ipsum uelocius & tardius sint, sitq; uelocius quod æquali in tempore peragrat maius, contingit & duplam & sexquialteram transire magnitudinem. Sit.n.hæc ipsius uelocis ratio, uidelicet quod uelocius ipsum sexquialteram magnitudinem transeat, & diuidantur magnitudines, quæ quidem sunt ipsius uelocioris in tria indiuidua, quæ sunt A B, B C, C D. quæ uero sunt ipsius tardioris in duo, ut E Z, Z I, igitur & tẽpus diuidetur in tria indiuidua, quando æquali in tempore æqualem peragret magnitudinem. diuidatur itaq; in K L, L M, M N. rursus cum tardius moueatur per E Z, Z I. non igitur & tempus diuidetur in duo. Supple si tardius moueretur supra dimidium suæ magnitudinis, igitur diuidetur indiuiduum & impartibile, cum non in indiuiduo transeat, sed in maiori, patet igitur nullum continuum esse imposibile.*

ANT. *Quoniam.n.in omni tempore uelocius & tardius est, uelocius autem plus transit in æquali tempore, contingit & duplicem & hemioliam pertransire longitudinem. sit.n.hæc ratio uelocis, adducatur igitur uelocius secundum hemiolium in eodem tempore, & diuidantur magnitudines, quæ quidem uelocioris sunt A B, B C, C D, in tres atomos, quæ uero sunt tardioris, in duos, in quibus sunt E Z, & Z I. itaq; & tempus diuidetur in tria atoma, æqualem.n.in æquali tempore transibit, diuidatur igitur tempus in ea, quæ sunt K L, L M, M N, iterum autem quoniam tardius deductum est, per*

E E Z, I Z, I I, & *tempus separabitur, in gemina, diuidetur ergo atomus, & impartibile, non.n. in atomo transit, sed in pluri, manifestũ ergo est q nihil continuorũ est impartibile.*



F

Cauillus Zenonis, vt inquit Themi. fecit nos digredi à proposito, redit igitur ad rem Arist. & probat nullum penitus continuũ esse Indiuiduum aut ex indiuiduis confectum, fecit aũt Arist. ad hoc enthymema tale, si magnitudo cõponitur ex indiuiduis, tunc indiuiduũ diuideretur, hanc nunc deducit consequentiam, si magnitudo põt cõponi ex indiuiduis, sint illa pro nũc G tria, qua rõne tempus quo equus peragrat illa, cum illis correspondeat, è tribus componetur, sed omne quod mouetur in aliquo tẽpore supra aliquã magnitudinẽ, contingit in medietate temporis peragrare dimidium illius, igit equus in medio tẽporis. aut scorpius tardior diuidet tempus & magnitudinem in indiuiduo, & sic indiuiduum diuidetur, verbi causa, sit equus sexquialtera proportione velocior scorpio; & equus peragret leucam tripartiam, in tripartio tempore, tunc scorpius in sexquialtera proportione tardior transibit sub sexquialterũ illius in æquali tempore, igitur dimidiũ sui sexquialteri in dimidio temporis, & sic diuidet indiuiduum temporis. Vt vero rõ hæc intelligatur, fingamus duas suppositiones, & vnũ casum. Prima suppositio, in omni tẽpore aliquid potest velocius & tardius moueri. Inquit, nam cum omni in tpe ipsum velocius & tardius sint. Secunda suppositio, velocius est quod in H æquali pertransit maius, patet hæc ex definitione eius. Ex his inferatur tertia, igitur contingit & duplã & sexquialteram transire magnitudinem, immo triplam & quadruplã, & id genus. Ex his ponit casum, & inqt, sit .n. hæc ipsius velocis rõ, videlicet q velocius sexquialteram maiorem magnitudinẽ transeat q̃ ipsum tardius vt equus, hæc est prima pars casus. Et diuidantur magnitudines, quæ quidẽ sunt ipsius velocioris in tria indiuidua quæ sunt A B, B C, C D. Hęc est secunda casus pars, quæ vero sunt ipsius tardioris diuidat in duo, vt in E Z, Z I. Ex iis sequitur quarta pars casus, & inquit, igitur & tempus diuidetur in tria indiuidua, cuius rationem subscribit, & inquit, quando æquali in tẽpore æqualem peragret magnitudinem, hæc res iam paret, nam tps & magnitudo sibiinuicem correspõdent

An valeat consequentia hæc si magnitudo cõponitur ex tribus indiuisibilibus, & tempus in quo fit ille motus cõponitur

secundum

...ex tribus indiuisibilibus Vide Bur. hic.

ẽm diuisionem & finitatem, quasi complens quartam A casus partem inquit, diuidatur itaq; in K L, L M, M N. Ex iis quasi repetens vnam casus partẽ ratiocinatur, & inquit, rursus cum tardius moueatur per E Z, Z I, vt supposuimus, nõ igitur tps ipsum totum diuidetur in duo, sed in vnũ cũ dimidio alterius, tria.n.diuidi non possunt in duo, sed in vnum cum dimidio, sequit autẽ hoc si tardius moueatur super medietatẽ magnitudinis suæ. Ex iis dat propositum & inquit, igitur diuidetẽ indiuiduum temporis & impartibile magnitudinis, nam ex quo equus est sesquialterus ad scorpium, etiam ipse equus in tribus indiuiduis moueatur supra totũ, igitur scorpius in medietate triũ mouebitur in medietate bipartiæ magnitudinis, sed medietas trium est vnũ cum dimidio, igitur medium indiuiduum erit dimidiatum temporis, cum scorpius ipse non in solo tempore vno indiuiduo transeat medietatem suæ magnitudinis, sed B in maiori, vt in vno indiuiduo cum dimidio, patet igitur nullum continuum esse impartibile, aliter sequitur indiuiduum diuidi, vt dictum est. Sed ambiges forsitan ad quid illæ tres petitiones ponuntur, cum satis sit vna, dici potest q̃ suppositio est vna tm̃, videlicet, contingit velocius esse in omni ꝓportione in ipso tpe q̃ tardius, & eam syllogizauit sic in tertia figura, velocius cõtingit in omni proportione esse in tpe q̃ tardius, velocius plus transit in æquali tempore, igitur plus transiens in æquali contingit esse in omni proportione in tempore quã tardius, & hæc est suppositio, & sic illæ duæ sunt vt præmissæ, & non vt suppositiones ad principale, & hoc non intellexerunt expositores nostri.

Commen. 23.

{Ista declaratio Auer.} duo facit primo ponit rõnẽ, C secundo ibi. Et hoc intendebat, applicat sñiam verbis. secunda pars patet, in prima ponit multas suppositiones. prima, velocius in æquali tpe pertransit maius q̃ in eodem pertranseat tardius, hæc suppositio patet ex definitiõe ipsius velocioris superius data & disputata.

{Et cum ita sit.} Ex hac dat secũdam, q̃ possunt reperiri duo mobilia, quorum vnum sit in sesquialtera ꝓportione altero velocius, hoc est vt equus in æquali tpe percurrat spatium tm̃ & dimidiũ plus q̃ ipse scorpius, sic.n.vocatur proportio sesquialtera græce bemiolia, qualis videlicet est trium pedum ad duo, continent.n. duo cũ altera medietate, qua ratione fiet vt equus in tripartio tempore transeat sesquialterũ plus q̃ scorpius, & scorpius in medio tempore dimidiũ transeat suæ magnitudinis.

{Et cum declarauit.} Tertia suppositio est, vt sit tardius aliquod vt scorpius, quòd transeat dimidium, aut D compositum ex duabus partibus in aliquo tempore quouis, quo fit vt spatium velocioris sit ex tribus, cum sit sesquialterum ad illud.

{Et quia temporibus} Quarta, tempus & magnitudo sunt æquales, vt quia magnitudo velocioris est tripartia, ita & illud tempus tripartium.

An magnitudo & ipsi tẽpo mittitur ... Vide Band. q. 9. huius.

{Et quia tardius.} Ex his arguit p casum ipsum tardius peragrat subsesquialterum spatium in æquali tpe, igitur mediũ spatiũ in medio tpis, sed dimidiũ triũ est vnum & dimidiũ. igitur scorpius in vno indiuiduo cũ altero dimidiato peragrabit medietatem suæ magnitudinis. Tota virtus igitur est, scorpius in transiẽs dimidiũ in dimidio tpe, igitur tẽpus tripartiũ diuidetur in duo, & sic medium indiuiduũ diuidetur, deinde applicat sententiam verbis, & totum patet.

Necesse autem & ipsum nunc quod non per aliud, sed per se & primo dicitur indiuiduum esse, atq; in omni tempore tale inesse, est enim extremum quoddam transacti temporis, citra quod nihil futuri temporis est, & insuper consequentis, ultra quod nihil transacti temporis est, quod quidem utrorũq; temporum finem diximus esse. DILVC.

Necesse autem est & ipsum nunc secundum alterum, sed per se & primum dictum est, indiuisibile esse, & in omni tẽpore huiusmodi esse. est.n. aliquid ultimum eius, quod est factum, cuius super hoc nihil futuri est, & iterum futuri est, cuius super hoc nihil est illius, quod factum est, quod utique diximus utrisq; esse terminum. ANT.

Debes scire q̃ ipsum nunc, quod græce est nyn, potest accipi per accñs, qua rõne dies est nunc, quia præsens est, cuius nunc ipsum tm̃ habemus, per se vero ꝓ quoddam, quod est præteriti finis, & principiũ futuri, dicitur autẽ hoc per se, quia sui natura est tale, dies vero propter hoc dicitur nunc esse, ideo per accñs. Rõcinatur autem sic, finis præteriti & futuri initium est indiuiduum, ipsum nunc est præteriti & principiũ futuri, igitur indiuiduum. de ratione tangit minorem & cõclusionem in textu, & verba patent. syllogismus.

Commen. 24.

{Vult declarare.} Quæ ait Auer. patent. Vnum tm̃ attentione dignum ipsum nunc esse apud mentẽ duo, quatenus habet rationem principij & finis, in re vnũ, quia extra animam nec sibi competit rõ principij, nec ratio finis, & reliqua quæ ait, patent. Nota dictum Auer.

Hoc autem si demonstratur tale esse per se, & quatenus ipsum, simul patebit etiam ipsum indiuiduum esse. DILVC.

Hoc autem si demonstretur, quoniam huiusmodi est per se, & secundum ipsum, simul manifestum erit, & quòd indiuisibile est. ANT.

Quia accepit minorem, videlicet, q̃ nunc sit futuri initium & præteriti finis, quæ est dubia, quasi illam resumens, inquit. Hoc autem.i. hæc minor, si demonstretur, quæ dicebat tale esse per se, & quatenus ipsum, & simul patebit ipsum indiuiduũ esse. sic igitur quasi hypothetice, sic iterum format rationem, si nunc est principium futuri & finis præteriti, est indiuiduum. Deinde in textu proximo ponet antecedens vt habeat positionem ipsius consequentis.

Commen. 25.

{Dixit} Animaduerte q̃ Auer. facit vim in verbis. vult.n. q̃ differat dicere ipsum nunc esse vnum, & ipsum nunc esse indiuisibile, & hoc propter translationes eius, quæ vt plurimum sunt corruptæ.

{Et non intendit.} Dices contra Auerro. postquam esse ipsum nunc vnum differt ab ipso esse indiuisibile, vtrum probet ipsum nunc esse vnũ per hoc, quod est diuisibile, an vna met ratione probet vtrunque simul. Respondet, q̃ vna met ratione probat vtrunq; simul, & non primo probat ipsum esse vnũ, postea per hoc q̃ est vnũ, probat ipsum esse indiuisibile. Signum autem quia vtitur nõ simultatis, cum dicat, apparebit cũ hoc, igitur vna met ratione probat vtrunq;.

{Nam aliquis.} Dices nonne suffecisset dicere & probare ipsum nunc esse indiuisibile, cur subiecit etiã ipsum debere esse vnum? Rñdet, quia stat aliqua esse indiuisibilia, & non vnum, vt fortasse intellectus agẽs & intellectus potestatis sunt indiuisibiles, non tamen vnum, vel saltem intellectus & res intellecta sunt indiuisibiles,

uisibues,non tamen sunt vna res. Sic posset dici ipsum nunc esse indiuisibile, non tamen vnum, quia aliud fortasse dicetur esse ipsum nunc, quod est finis, & aliud id quod ad principium, ad tollendum igitur hanc obiectionem subiecit vtrunque.

{Hoc igit} Adhuc dubitabis ex quo indiuisibile potest accipi pro minimo tpe & pro indiuiduo tpe, quod nunc dicitur, probat ne illud idem de ipso nunc & de ipso minimo tpe? Respondet ꝙ hic ꝓbat de ipso nūc, quatenus est aliud à minimo tempore.

{Et fundatur} Quòd ipsum nunc sit indiuiduum duabus rationibus, siue fundamentis, probat. Primo, quia non est pars temporis. Secundo, quia ipsum nūc non est continuum ipsi nunc. Ex primo syllogizo sic. Omne diuisibile est pars alicuius totius, sed ipsum nūc non est pars temporis, igitur non est diuisibile. Ex secū do arguo. Omne diuisibile potest alteri diuisibili conti- F nuari: ipsum nunc non potest alteri indiuisibili continuari, igitur non est pars. Deinde ait has rationes velle Arist. declarare in sequentibus, & verba patent. Animaduerte ꝙ hæc expositio, licet sit vtilis, nihil tamen illius Arist. submeminit.

DILVC. *Necesse est itaq; ipsum nunc esse idem quod utrorūq; tēporum sit extremum. Nam si aliud deinceps itium quidem alteri alterum non erit, propterea ꝗ continuū ex impartibus non constat. Si uero sit seorsum, inter utrunq; tempus mediū erit. Omne.n. continuum tale est ut inter fines aliquid sit uniuocum. Sed si medium illud sit tempus, diuisibile erit. Omne .n. tempus demonstratum est diuisibile esse. Quare nunc ipsum diuisibile erit. Quòd si ipsum nunc diuisibile sit, in ipso futuro erit præteriti quicq̄, atq; in præterito ipso futuri quoque quicquam. Illud.n. in quo diuidetur, præteritum tempus* G *atque futurum terminabit.*

ANT. *Necesse est autem idem esse ipsum nunc, quod ultimum utrisque temporibus est, si enim alterum est, consequēter quidem non erit alterum alteri, propter id quod non est continuum ex impartibilibus, si autem seorsum est utrunq;, inter est tempus, omne.n. continuum huiusmodi est, ut uniuocum medium terminorum sit. At uero si tempus medium est, diuisibile erit. Omne enim tempus ostensum est ꝗ diuisibile sit, quare & diuisibile est ipsum nunc, si autem diuisibile est ipsum nunc, esset aliquod, quod factum est, in futuro, & futurum in eo, quod factum est, secundum quod enim diuidetur hoc determinat præteritum & futurum tempus.*

Erat hypothetica hæc, si ipsum nunc est principiū & finis vtrorunq; temporū, ipsum erit simplr indiuisibile. Nunc quasi dat positionem antecedētis, vt inte- H rat pōnem consequentis, & inquit. Necesse est itaq; ipsum nunc esse idē, quod vtrorunq; temporū sit extremū, vt futuri principiū, præteriti finis. Ex hoc patet pō ipsius consequentis, probat autem pōnem antecedentis per syllm hypotheticum diuisiuū destructiue, & pōt sic cōponi, si ipsum nunc principiū & ipsum nūc finis sint duo, aut erunt immediata aut mediata. non immediata, quia continuum nullum fit ex immediatis indiuiduis, vt patuit iā. Si vero mediata aliquid mediabit, illud igitur aut erit tp̄s, aut quid aliud, vt linea vel superficies, non potest esse aliud, qm̄ inter tpa nō nisi tp̄s mediare debet, cum igitur futurum & præteritum tēpora sint, oportet tale inter hæc medium esse ēt tēpus. Tunc vltra, tale tp̄s medium aut erit diuisibile aut indiuisibile. non est dicendum indiuisibile, quia omne tp̄s E est diuisibile, vt deductum est, tale medium est tēpus, igitur diuisibile. Vltra, tale tp̄s medium est diuisibile, igitur ipsum nūc diuisile erit, quia ipsum nunc oēs volunt esse mediū duorum temporum. Nyn.n. græce est nunc, siue præsens latine. Vltra, tale nunc mediū est diuisile, igitur in ipso futuro erit præteriti quicquàm. In ipso præterito etiam aliquid futuri, quia ex quo habet duas partes, & vtræque sunt medium, illæ ea rōne qua fines sunt præteriti erunt præteritæ, ea rōne qua principium futuri erunt futuræ, hoc aūt est impossibile, igit oportet ipsum nunc esse idem indiuisibiliter principiū & finem vtriusq; temporis. Hæc est ratio & verborum expositio, nec alia glossa egent verba illa Aristo.

Commen. 26.

F {Et cum hoc sit.} Commentum istud per expōnem textus patet, vnū tñ attentione dignum est, Auer. probare illam consequentiā, illa duo nunc sunt mediata, Igitur mediat tp̄s. Primo ex verbis textus, quia inter cōtinua non mediat nisi continuū eiusdem generis, igit oportet esse tp̄s, quod cum præterito & futuro conuenit in genere. Secundo idē persuadet inductione, quia videmus inter duo puncta lineā mediare, inter duas lineas superficies, inter duas superficies corpus. Sed tam in textu, quā in cōmento accidunt dubōnes. Prima, quia per hanc rōnem ipsum nunc non videtur mediū duorū temporum, quia ipsum nunc non est eiusdē generis cum tēporibus, quia tēpora diuidua sunt, at nunc ipsum indiuiduū est, quæ esse non videntur eiusdē generis. Secundo videtur ꝙ consequentia Arist. & Auer. nulla sit, medium inter illa est tp̄s, igitur ipsum nunc est diuisibile. hæc.n. satis ambigua est. Tertio dubitatur, G quia dato ꝙ ipsum nunc sit diuiduum, non videt sequi præteritū esse in futuro, & econtra. Quarto dubitatur ēt, quia videtur Arist. oñdere esse idē nunc vtriusque, quia est indiuisibile, modo hoc est petitio, quia istud cœpit ꝓbare. Ad primā dicerē ipsum nunc esse eiusdē generis cū tpe, ipsum punctū cum linea, ipsam lineam cū superficie, ipsam superficiē cum corpore, non formaliter, sed reductiue, vt termini, aut principia illorū, & hoc satis ad rōnem. Ad secundam dicendū ꝙ Aris. consensim vnum supponit, aliud infert. sumit.n. ipsum esse duorum, præteriti & futuri medium, vt ipsius nomen indicat, dicitur.n. nyn græce, latinè nunc à præsentialitate tēporis: infert vero ipsum esse diuiduū, qm̄ vbi tp̄s ponitur mediare, cū tale medium per cōem hominum consensum non sit nisi nunc, iure ipsum nunc erit, vt tēpus diuisile. Ad tertium dicendum ꝙ Arist. & H Auer. petunt duo. primum ꝙ sit terminis ipsorum, ſm ꝙ terminus ſm se totum est in terminata re, cuius est. Ex his sequitur intentum, ipsum totū nunc est in præterito, quatenus illius terminus, & cum sit partibile in futurum & præteritum, igitur vna pars futuri erit in p̄terito, quia ſm se totum est in præterito, pari rōne aliquid præteriti erit in futuro, nam ſm omnes partes est in futuro, & eius vna pars est præterita, igit aliquid p̄teriti est in futuro, & sic patet rō. Ad quartam dico ꝙ ipse probat per impossibile ipsum esse indiuisile per hoc quod nō est diuisile, & sic non est petitionis principiū, cum.n. non sit diuisibile, & est, igit indiuisile, & si indiuisile, igitur vnus & idē terminus vtriusque tēporis.

Deductio Auer.

Dubōnes.

Prima dubō.

Scda.

Tertia.

Quarta.

Solutio primæ.

Sol. secūda.

Sol. tertiæ.

An nunc sit in tempore. Vide Iād. q. 2 huius.

Et an simul cognoscamus nūc esse vnum & esse quod in diuisibile. Vide Egi. hic.

Sol. quarta.

DILVC. *Simul autem ipsum nunc, non per se, sed per aliud erit, nam diuisio huius non secundum ipsum est.*

Simul

Simul autem & non per se erit hoc nunc, sed secundum alterum. diuisio enim huius non secundum ipsum erit.

Secundo arguit Arist. per impoße. si ipsum nunc sit diuisibile, tunc nou per se, sed per aliud hoc est per partes est terminus téporum. Deducit consequentiã, & inquit, nã diuisi huius, hoc est téporis, non ßm ipsum est, vbi.n. ipsum nüc sit diuisile, duorum téporum diuisio, non erit per ipsum nunc, sed propter illius parteis, quatenus per illius vna partem erit terminus præteriti, & per illius alteram erit terminus futuri: igitur ipsum nó erit quo præteritum est aliud à futuro, & sic non est diuisio siue ratio diuidédi illa per se, sed ratione partium. Hoc est contra definitionem eius, Quarto huius.

DILVCI. *Adhuc autem ipsius nunc aliquid quidem factum erit, aliquid vero futurũ, & ut non semper erit factum aut futurũ, neq; nüc idẽ, multis.n. diuisionibus tempus ipsum diuiditur.*

ANT. *Adhuc autem ipsius nunc, hoc quidem factum erit, illud aũt futurũ, & non semper idem factum est & futurum, nec ipsum nüc idẽ est. Multipliciter.n. diuisibile est tempus.*

Tertio arguit, si ipsum nunc est diuisile, tunc nó erit totum simul, cõtra illius definitionem datam. 4. huius. Inquit, adhuc aũt, subaudi, si ipsum nunc diuisile erit, ipsius nunc aliquid quidem factũ erit. aliquid vero futurũ, igitur non totum simul. Et sequitur vt non semper erit ipsum factũ, hoc est præteritũ, aut futurum, neq; nüc ipsum idẽ semper & totum simul erit, multis enim diuisionibus tempus ipsum diuiditur, quia in præteritum, præsens, & futurum, & sic etiam ipsum nunc diuidetur, qua ratione fit, vt quemadmodum tempus ipsum non est, simul sic neq; ipsum nunc.

Commen. 27.

{Cum declarauit.} Auer. de textu facit tres rõnes, & hoc propter illius malas translationes, nos vero facimus duas tm. Prima vbi instans est diuisile, tunc non erit instãs per se, sed erit instans per accñs, hoc est minimũ tempus, quod cõm. 24. dictum est instans per accidens. Secunda, tunc instans nihil erit, quia partes suæ non erunt, qñ præterita abijt, futura nondum sit, igitur ipsum nihil erit. Tertio, tunc instans nó erit idem, quia vbi est diuisile, ipsum erit tempus, vbi erit tempus, ipsum non erit instans, Tertio huius, & sic sunt quatuor rationes, tres quidem præsentis textus, alia literæ præcedentis. Sed dubitabis forte, quia per idem probarem tẽpus non diuidi, quia tunc tempus ipsum nihil erit propter rationem tactam. Respondetur quod tempus est propter ipsum nuuc. de tempore enim nihil habemus nisi ipsum nunc, vbi igr nunc nó sit, neq; tempus erit, at præsupposito ipso nunc, omnino tẽpus est, & sic nou est ratio ad propositum, & hoc fortasse voluit dicere Arist. cũ inquit, Multis. n. diuisionibus tẽpus diuiditur, siue multipliciter diuiditur tempus, hoc est, secatur tẽpus in plura q̃ ipsum nunc, qm tempus potest secari in tria, vt in præteritum, futurum, & præsens, cuius habemus nunc, vbi aũt ipsum nunc diuiditur nou põt diuidi nisi in duo tm, vtpote in præteritũ & futurum, igitur in nunc valet, præteritum & futurum nou sunt, igitur illud nihil est, in ipso autem tempore nó valet, quia tempus diuiditur in tria, & hoc est quod Arist. voluit.

Prima Auer. ratio. Secunda. Tertia. Dubitatio. Responsio.

DILVCI. *Quare si hæc inesse ipsi nũc impossibile est, ipsum nũc, quod in vtroq; est, idem esse necesse est. Quód si idem sit, patet etiam ipsum indiuiduũ esse. nam si diuidnũ sit, ea nimirũ euenient, quæ & prius. Quód quidem igitur in ipso tẽpore indiuiduũ quoddam sit, quod ipsum dicimus nunc, ex is quæ dicta sunt perspicuum modo est.*

Tex. 29.

ANT. *Quare si hæc impossibile est inesse ipsi nũc necesse est idẽ esse, quod in vtroque est nũc, at uero si idem est, manifestũ & q, est indiuisibile, si enim diuisibile est, iterũ contingerent eadem quæ prius. Quod quidem igitur sit aliquid in tempore indiuisibile, quod dicimus esse ipsum nunc, manifestum est ex his, quæ dicta sunt.*

Fecit syllogismũ hypotheticum à positione antecedentis ad põnem consequentis, nunc format illũ à destructione consequentis sic. Si nunc nó est idẽ vtriq;, ipsum nunc est alterum, destruit conseques.d. quare si hæc messe ipsi nunc impoße est, ipsum nunc, quod est in vtroq; idem esse necesse est. deinde conuertit syllogismũ vt oñdat demonstrationem esse bonam, quia est in terminis cõuertibilibus, & inquit. Quod si idem sit, patet ẽt ipsum indiuiduũ esse, nam si diuiduũ sit in tẽporibus illis, ea nimirum euenient, quæ prius ẽt accidebant, vt dictum fuit, deinde epilogat, & sermo patet.

Syllogismus.

Commen. 28.

{Cum declarauit.} Istud cõmentum patet per se. Sed quærunt vtrum ipsum nunc sit in tempore, hæc q̃stio potest solui ßm tenentes indiuisibilia, aut ßm veritatem. Quid autem sit de veritate, nunc dici non pót, nisi prius disputetur quæstio de indiuisibilibus. Ideo de hoc alias, sed cum Ioanne aliquantulum disputare volo. Ioannes in præsenti quæstione tenet tria. Primo, ꝙ nunc ipsum non est in toto tempore, vt terminus. Dicit secundo, ꝙ bene est in qualibet parte temporis, vt terminus. Dicit tertio, ipsum nunc esse in toto tpe, vt medium continuationis. Primum probat per hoc, quia extra omne nunc est tempus, sicut extra omnem punctum circuli est circulus, igitur nunc ipsum non est in toto. Secundũ vero probat, quia aliquod nunc est, extra quod nihil est temporis, vt hoc instans, quod est ꝑsens est, extra quod nihil est, horæ terminatæ ad ipsum, idem est in parte futura, vt principium, igitur in qualibet parte est, vt terminus. Tertium ẽt patet quia omnium duorum temporum medium est ipsum nunc quod illa continuat. Hæc Ioannes prolixius. Sed hæc stare non possunt. Primo nihil inhæret parti, quod nó inhæret toti per regulam secundi Topico. valet enim ab inesse parti ad inesse toti, vt albedo inest dentibus æthiopis, igitur ethiopi, igitur per ßm eius dictũ ipsum nunc inest cuilibet parti, vt terminus, igitur inest toti, vt terminus. Secundo cum dicit ipsum nunc non inesse toti tempori, quo modo sumit totũ aut categorice, hoc est, vt est substãtiuum, aut syncategorice pro syncategoremate, ꝙ est omne, quodlibet, & id genus. Si primo modo, ipsum est falsum, qm ipsum nunc est in aliquo tempore, igitur in toto tempore, quia omne tẽpus est totum, igitur si in tempore aliquo est, oportet vt sit in toto, capiendo totum vt sic. Si intelligit secundo modo, falsum erit ßm dictum, erit enim sensus, ipsum nunc nun est in toto tempore, quia in nulla parte, & sic illa contradicens. Tertio, nullum nunc est in qua libet parte téporis, igitur nunc non est in qualibet parte temporis, tenet consequẽtia ab vniuersali negatiua ad subalternam. Et sic secundum dictum est falsum, ẽt & tertium per idem. Propterea est animaduertendum ꝙ multum refert aliquod inesse alicui, & denominare illud, albedo.n. inest ethiopi, quia inest dẽtibus eius. nó tñ denominat æthiopẽ, imo cómittitur deceptio à ßm quid ad simpliciter, quia nun valet, albedo inest æthio-

Quæstionũ an ipsum nũc sit in tanto tpe. Positio Ioan. Iand. q. 2. huius.

Secunda.

Tertia.

Propria pũ. Suppositum. Vide Sco. 2. dist. q. 2.


pi, igitur æthiops est albus, nisi per accidens gratia materiæ. Tunc dico, quod theologus habet cum philosopho conuenire, & habet ab eo discordare, concedent enim ambo ipsum nunc inesse toti tempori vt terminus, patet, quia concedunt ipsum inesse vt terminum alicui parti illius, igitur, & toti per regulam. Secundo concederent ipsum nunc vt terminus in esse cuilibet parti temporis, & denominare quamlibet partem illius vt terminus, nã denominare vt terminus nihil aliud est, nisi quamlibet partẽ temporis esse terminatã ab ipso nũc. Tertio concederent ipsum nunc inesse toti tempori vt medium, atq; illud denominare vt medium, quod nihil aliud est, quàm totum tempus esse mediatum per aliquod nunc. In his tribus nõ differunt propter rõnes factas.

Positio. Primũ cõe. Secundum. Tertium. Differentia.

{At differunt in quarto,} nam Theologus concedit ipsum nunc inesse toti & denominare totum tempus, quod nihil aliud est, quàm dicere totum tempus esse terminatum ad aliquod nunc, vt tunc cum cessabit motus. Theologus. n. ponit cœlum factum, & simul cum eo motum, simul cum ipsis etiam tempus, quare & motũ ipsum desinere ad aliquod nunc, vltra quod nihil motus sit concedere debet. at philosophus qui ponit cœlum & motum æternum, cogitur dicere neq; motum, neq; tempus ipsum terminari totum ad aliquod nunc, sic quod vltra illud nihil temporis sit, ponit. n. vltra omne tempus esse tempus, sicut vltra omnem motum esse motum, igitur Theologus concedet totum tempus terminari ad aliquod nunc, vltra quod nihil tẽporis est. Philosophus vero hoc negabit. Ex diuersis. n. principijs cõclusiones proficiscuntur differentes. Quod aũt conclusio nostra sit verior, in. 8. disputabimus, quñ cõtra Aris. rationes scribemus. Ioannes autem logice non est locutus, nec physice positionem suam bene explicauit.

DILVCI. *Quòd uero nihil in ipso nunc moueatur, ex his deinceps patebit. Nam si est, continget aliquid & uelocius et tardius in ipso moueri, sit itaq; ipsum nunc in quo est enim atq; in ipso mobile uelocius peragret magnitudinem AB, igitur mobile tardius minorem in eo magnitudinem peragrabit quàm sit AB, sit illa AB. Quoniam aũt mobile tardius in toto nunc magnitudinem AB peragrauit, mobile uelocius in minori quàm sit illud eandem peragrabit. Quare diuidetur ipsum nunc, at erat indiuisibile, non igitur in ipso nunc erit moueri.*

ANT. *Quòd autem nihil in ipso nunc moueatur, ex his manifestum est. Si enim est contingit et uelocius moueri et tardius. Sit igitur ipsum nunc in quo N. Moueatur autem uelocius in ipso per A B, ergo tardius in ipso per minorem quàm sit A B mouebitur, ut per A B. Quoniam autem tardius in toto ipso nunc mouetur per A B uelocius in minori quàm sit hoc, mouebitur. Quare diuidetur ipsum nunc, sed erat indiuisibile, non ergo est moueri in ipso nunc.*



E His expeditis nunc de motu ipso, vtrum possit esse in tempore disputabit, & proponit nullum motum posse esse in ipso nũc, & ratio abbreuiatur apud Them. sic, si enim res posset in ipso nunc moueri, posset etiam tardius & velocius moueri, constituamus igitur tardius mobile pedalem lineam exegisse in vno nunc, ex his quæ superius demõstrata sunt, oportebit velocius mobile, nõ vt tardius, sed breuiore spatio quàm momentũ, siue nũc eandẽ magnitudinẽ transmisisse, secabit igr̃ quod nos esse insectile oñdimus. Hæc est rõnis vis, inquit. Quod vero nihil in ipso nunc moueatur ex his quæ deinceps sunt, patebit, Nã si est aliquid moueri ipso nunc, cõtinget aliquid velocius & tardius in illo moueri, hæc consequentia patet, quia oĩs motus põt esse velocior & tardior, & oẽ quod mouetur contingit velocius & tardius moueri. Sit itaq; ipsum nunc in quo est N. atq; in ipso mobile F velocius peragret magnitudinẽ AB, igr̃ mobile tardius minorẽ in eo magnitudinem peragrabit quàm sit AB, superfluit negatio in græcis verbis propter ornatũ, sit illa minor AB, scorpius, igr̃ in ipso AB peragrat magnitudinẽ, equus vero AB, tunc arguit dicens, qm̃ aũt mobile tardius in toto nunc magnitudinẽ AG peragrauit, mobile velocius in minori quàm sit illud nunc peragrabit eandẽ per suppositiones, quare diuidetur ipsum nunc, at erat indiuisibile, nõ igr̃ in ipso nũc poterit aliquid moueri. Sed dices, cur nõ accepit tardius mobile moueri & pagrare AG magnitudinẽ à principio, sed voluit venire ad illud per tot media? Rñdetur hoc fecisse vt simul habeatur velocius & tardius dici ad conuersionẽ, ita vt dato velociori sit dare tardius, & dato ipso tardiori sit dare velocius, ideo ad rem hanc per tot deuenit media.

G

Commen. 26.

{Cum declarauit.} Prima cõmenti pars est syllogistica, procedit. n. exponendo syllogismũ literę & patet.

{Etiam.} Dicet quis. hæc conclusio est probata supra, igitur non est necessaria, Respondet quod hic est replicata, quia posset dici negando, quod in quacunq; mensura est motus, in ea põt aliquid velocius & tardius moueri, quia tardissime motum transit magnitudinẽ indiuisibilem, velocissimum, vero mouetur in ipso nunc, vt igitur non possunt duo mobilia inæqualiter moueri supra magnitudinem indiuisibilem, sic nec duo mobilia pñt inæqualiter moueri in ipso nunc. Contra arguit Auer. quia tunc motus eiusdẽ speciei non essent comparabiles in velocitate & tarditate, nam vt punctus nõ est comparabilis lineæ, ita nec motus factus supra magnitudinem indiuisibilem, quæ est punctus erit compa-

H rabilis motui facto in tempore, modo tales sunt eiusdẽ speciei, cum sint ad terminos eiusdem speciei. Sic igitur repetitio hæc non est inutilis.

At uero neq; quiescere, quiescere enim id dicebamus, quod est aptum moueri, non motum cum aptum est, et quo, & quẽ admodũ, quare cũ in ipso nũc nihil sit aptũ moueri, patetẽt nihil in eodem esse aptum quiescere. DILVCI.

At uero neq; quiescere, quiescere enim diximus aptum moueri, quod non mouetur, quando aptum est, & quo, et sic. Quare cum in ipso nunc nihil aptum sit moueri, manifestum est, quoniam neq; quiescere. ANT.

Hactenus de motu, nunc de quiete, & proponit nihil posse quiescere in ipso nunc, & virtus rationis est, quod opposita priuatiue sunt apta fieri circa idem in eodẽ tempore, & sm̃ eundem modum. Motus non potest esse

esse in tempore, igitur nec quies, sunt.n. priuatiue opposita. verba textus patebunt per cōmentum.


{Cum declarauit.} Ai aduertēdum ex commento, isto, & textu quadrupliciter aliquid posse dici priuatū. Vno modo quando non habet, qua ratione lapis visu priuatus dicitur, quia non habet. Secundo, quando nō habet pro certo dato tempore, vt catulus priuatur visu, infra nouem dies. Tertio, quando non habet ea in parte, in qua est natum habere, vt in pede podagram.

Quarto, non eodem modo, vt si hō non videat acute vt aquila. Simpliciter igitur priuatio hæc quatuor requiritur. Qua rōne fit vt ipsum quiescens propter hæc quatuor dicatur priuatum motu, vt moueatur, quādo est aptum moueri, per eundē locum quo est aptū moueri, & eodem mōdo quo est aptum. Ex his colligatur hæc maior, quiescens debet quiescere in eo in quo est aptum moueri, per alteram conditionem, ipsum nunc non est id in quo est aptum moueri, per proximum problema, igr̃ in secunda figura, vt dicit Auer. in ipso nūc nihil quiescit. Et per hæc patent textus & cōmentum.

An quies quæ est in termino ad quē sit perfectio motus. Vide Iand. q. 18. quintus libri.

DILVCI. *Adhuc autem si ipsum quidem nunc idem est vtrisque in temporibus, positiq; in alterum temporum toto aliquid quidem moueri, in altero vero quiescere, & id quod in toto mouetur tpe, in quolibet illius mouetur, in quo moueri aptum est. & id quod quiescit simili modo quiescet, continget idem simul moueri & quiescere, nam nunc ipsum vtrorūq; temporum extremum est.*

ANT. *Amplius si idem nunc vtrisq; temporibus est, contingit autem hoc quidem moueri, illud autem quiescere p totum. Quod autem mouetur in tempore, in quolibet mouebitur illius, in quo est aptum moueri, et quiescens similiter quiescet. Contingit idem simul quiescere, & moueri, idem.n. ultimū temporum vtrorūq; ipsum nunc est.*



Secundo arguit Aris. ad idem sic, si quiescere potest aliquod mobile in ipso nunc, tunc idem posset moueri & quiescere in eodem ipso nunc. Probatur sine terminis sic, omne illud quod mouetur in aliquo toto tempore, mouet in quolibet illius, in quo est moueri aptū: sed aliquod mobile mouetur in aliquo tempore toto p casum: igitur mouebitur in quolibet ipsius totius temporis in quo moueri est aptum. Hic primus syllogismus est. huic subaccipio aliam, sed ipsum nunc est aliquid ipsius temporis, in quo aptum est moueri per te, igitur mobile illud mouebitur in ipso nunc. Deinde pbo per idem, q in illo quiescat, omne quiescens in aliquo tpe toto, quiescit in quolibet illius in quo quiescere est aptum: sed mobile signatum quiescit in altero toto tpe ipsi priori consequente, igitur in quolibet illius in quo quiescere est aptū, quiescet. Hic est primus syllogismus, subaccipio sub conclusione: sed ipsum idem nunc est aliquid in tpe sequēs, in quo per te mobile est aptum quiescere, igitur in illo quiescet, sed in eodē mouebatur, igitur idem in eodem nunc mouebitur & quiescet. Vnde pōt esse syllogismus expositorius sic. in hoc quiescit & mouētur idem mobile demōstrato ipso nūc quod est finis præteriti in quo mouebatur, & principiū futuri in quo quiescet, istud vero est vnum, & idē nūc, igitur in vno & eodem nunc, idem numero mouebitur & quiescet. Et sic potes resoluere propōnes Aristo. in quinque syllogismos, qui sunt duo principales, duo subaccepti potestatiue, vnus qui ex omnibus infert intentum, expositorius, videlicet & ita quinque verba textus patent. Verum quoad verba græca attinet. Secunda suppositio, aut secunda propositio nō sic in græcis legitur, sed sic, & contingit hoc quidem moueri, illud vero quiescere per totum. quam cum minime latine sonet, volui traducere vt dixi, vt clarius loquerer, sensus.n. vnus est, reliqua patent.

Primus. Syllogismus.

Sedis subacceptus.

Tertius principalis.

Secundus.

An illud quod stat moueatur. Vide Grattadeum Esculo. de. 10. huius.

Commen. 31.

{Ista est alia.} Auer. autem vult Arist. sumere tres propositiones loco antecedentis, & intentum loco consequentis, & ita est vnum enthymema apud Auerro. cuius antecedens sunt tres propositiones, consequens vero est nostrum propositum. Prima quidē propositio est, idem nunc est in vtroq; tpe quod vocetur C vt p problema aliud patuit. Secunda, potest aliquod mobile idē numero moueri in toto præterito vt in toto AC, & in toto futuro quiescere vt in toto CB. Tertia, id quod in toto mouetur tempore, in quolibet illius mouetur, in quo moueri aptum est, & id quod quiescit, simili modo quiescit. Hæc est tertia, tunc dat cōsequēs dicens continget idem simul moueri & quiescere, consequentia patet, nam nunc ipsum vtrorūq; temporum extremum est, in quo per aduersarium aptū est aliquid moueri & quiescere. Hæc est expositio Auerro. verum enthymema potes resoluere in illos quinque syllogismos si placet. Sed iuniores dubitant, quia videtur idē sequi de motu: probarem.n. in eodem nunc esse simul album, & non album per vim eandem. Hæc dubitatio non est necessaria, quia vt Them. inquit, hæc ratio est ad aduersarium, qui voluit motum & quietem esse in quolibet nunc, Imo non nisi in ipso nunc, Propterea Arist. adiecit in quo moueri & quiescere aptum est, modo dicimus alterationem esse in tempore & non in ipso nunc, lege Themistium, quia copiose loquitur.

Dubitatio.

Solutio.

DILVC. *Amplius id quidem dicimus quiescere, quod similiter se habet ipsum & partes nunc & prius. Sed in ipso nunc non est prius, quare neq; quiescere. igitur necesse est id quod mouetur & id quod quiescit, in tempore moueri & quiescere.*

ANT. *Amplius autem quiescere quidem dicimus, quod similiter se habet, & ipsum, & partes, nunc, & prius, in ipso autē nunc non est prius, quare neq; quiescere, necesse est ergo & moueri quod mouetur, in tempore, & quiescere quiescens.*

Tertio idem arguit sic, quiescens est quod secundum se & quodlibet sui se habet eodem modo nunc & prius, per secundam definitionem illius, ipso nunc nihil est prius. igitur in secunda figura nihil in ipso nūc quiescit. Textus Aristo. patet, nec eget glossa. Quærit Ioannes vtrum motus possit esse in ipso nunc, & arguō per rationes forticolarum q sic. mobile est in ipso nunc, igitur & motus, tenet consequētia, quia accidēs & subiectum sunt simul. Secundo forticolæ dicunt sequi aliquid qualecunq; & quantuncūq; fuit, igr̃ in aliquo instāti tale fuit. Ioānes respondet simpliciter nul-

Quæstio an in nūc sit motus.

Responsio Ioan.

dum motum esse in nunc motum esse in nunc per rationes Arist. Hæc responsio pro mente Auer. non sufficit quia actio ipsa saltem est motus, & est in nunc, qm̃ est aut generatio aut aggeneratio, quæq; omnes sunt in nunc. Propterea pro sorticols & Auer. est dicendum problema Arist. esse verum tm̃ in motu locali, quia sibi competit velocius & tardius. Secundo, dico pro sorticolis, ꝙ aliquid esse in instanti potest intelligi, vno modo vt in propria æquataq; mensura, & sic non est motus in instãti. alio mõ vt in mensura inæquata, & quasi per accidens, & hoc fortasse modo contenduntur regulæ captiunculatorum. Animaduerte tñ quod motus diuisionẽ habet ab ipso mobili, & hoc mõ est res pmanẽs, & in ipso nũc, veluti ipsum mobile, cuius est, habet & diuisionem à spatio, & sic nõ simul est, quibus oĩbus patet solutio ad argumenta. Hæc de mensura motus.

Diminutio.

Responsio propria.

Primum.

Secundum.

Nota hic.

RECOGNITIONES.

Debes scire hæc, quæ Aristo. dixit, solum in motu locali habere veritatem, nam quod mouetur localiter, & quiescit localiter, oẽ tale mouetur, & quiescit, in tempore. in alijs vero hæc nõ sunt vera, non. n. oportet omne quod alteratur, & omne, quod augetur, alterari, & augeri in tempore, nam quod alteratur præcise per vnum gradum, & augetur precise per vnũ minimum, subito alteratur, & augetur, & non in tempore. Sed contra hæc stant rationes Arist. nam omne quod mouetur in aliquo, contingit tardius & velocius moueri in illo, & cum illud, quod alteratur, vel augetur, moueatur, igitur contingit in illo velocius, & tardius alterari, & moueri. Et dicendum maiorem esse veram solum in motu locali, in cæteris vero non oportet, cum in alijs nõ sit velox & tardum, nisi æquiuoce. Præterea adhuc argumentor fortissime, motus & quies sunt eodẽ modo, sed quies in alterationibus, & auctionibus est in tempore, ergo & motus & probatur assumptum, quia in quocunq; alterabile vel augmẽtabile est aptum quiescere, est aptum alterari, vel augeri, & contra. & dicendum in alteratione & auctione quietem & motum nõ in eodem esse respectu temporis, sed respectu subiecti, sicut nec generatio, est. n. generatio in momento, & quies à generatione in tẽpore, sic auctio, quã acquiritur rei auctæ vnum minimum, est in momẽto, & quies ab illius acquisitione est in tempore, & causa est, quia auctio & alteratio sunt generationes secundũ quid principaliter, in quibus quies non reperitur nisi æquiuoce. Motus localis est principaliter motus, & secundario generatio eius quod est quantum partibiliter acquisibile, quantum enim quatenus est terminus motus, est partibiliter acquisibile. ideo quies proprie nõ est nisi in motu locali, & sic stat quietem in alijs motibus eo modo, quo ibi quies reperiri potest, esse in tẽpore, & motum in non tempore.

DILVCI. *Omne uero quod mutatur diuisibile esse necesse est. Cum. n. è quodam in quoddam omnis sit mutatio, & dum quidem erit in eo ad quod mutatur, non ulterius mutatur, quando uero in eo est, è quo mutatur, neq; ipsum neq; partes mutãtur, necesse est igitur ipsius quod mutatur, quid quidem esse in hoc, quid uero esse in illo, quando nec in utrisq;, nec in illorum altero ipsum uniuersum est. Dico autem id in quod mutatur primũ in mutatione ipsa, ut ex albo fuscum, nõ nigrũ ipsum, non. n. id quod mutatur in utrolibet extremorum esse necesse est. Patet igitur omne quod mutatur esse diuisibile.*

ANT. *Quod mutatur autẽ omne, diuisibile esse necesse est. Quoniam. n. ex quodam in quidam omnis mutatio est, et cum quidem sit in hoc, in quod mutatum est, non amplius mutatur, autem est in eo, ex quo mutatum, & ipsum & partes eius nõ mutantur, quod. n. similiter se habet, & ipsum et partes omnes non mutantur, necesse igitur aliquid quidem in hoc esse, aliud uero in altero eius, qđ mutatur, neq;. n. in utrisq; neq; in neutro totum possibile est esse. dico autem in quod mutatur, primum secundũ mutationem, ut ex albo in fuscum non nigrũ, non. n. necesse est quod mutatur, in quocunq; esse ultimorũ. Manifestũ igitur est, ꝙ oẽ qđ mutatur, erit diuisibile.*

E

Transit ad aliud problema videlicet ꝙ omne quod mutatur necesse est esse diuisibile, & hoc proponit. d. oẽ vero quod mutatur diuisibile esse necesse est, hoc est problema. Syllogizat vero ipsum sic, omne partim existẽs in termino è quo, partim in termino ad quem, est diuisibile, omne quod mutatur partim est in termino è quo, partim in termino ad quem, igitur omne qđ mutatur est diuisibile, probat minorẽ, & accipit duo, primum, oĩs mutatio est è quodam in quoddam, secũdum quod mutatur dũ est totaliter in termino ad quẽ minime, igitur ex his sequitur minor, videlicet ꝙ omne quod mutatur debeat esse partim in termino à quo & partim in termino ad quẽ. potest igitur prosyllogizari sic, omne quod non totaliter est in termino è quo, nec totaliter in termino ad quem, est partim in termino è quo, & partim in termino ad quem: sed quod mutatur est non totaliter in termino è quo, nec totaliter in termino ad quem, igitur est partim in termino è quo & partim in termino ad quem de prosyllogismo tangit minorem, & inquit, Cum. n. è quodam in quoddam sit omnis mutatio, hæc est prima suppositio, & nõ ad syllogismum; & dum quidẽ erit in eo ad quod mutatur, non vlterius mutatur, quando vero in eo est, è quo mutatur, neq; ipsum neq; partes mutantur, hæc est minoris vis prosyllogismi, infert minorem, & inquit, necesse est igitur ipsius quod mutatur, quid quidẽ esse in hoc, è quo, quid vero eiusdem esse in illo: quando nec in vtrisq; nec in illorum altero ipsum vniuersum sit, hęc est minor & illius probatio. Dices, ad quid facit prima propositio? dici potest, ꝙ facit ad cauillum, quia quis cauillare potest motum non esse inter duo diuersa, sed supra spatio indiuisibile, ideo adiecit illud vt cauillum hunc refelleret. Sed dices non posse mobile esse partim in termino è quo, partim in termino ad quem, quia termini illi distant. Rñdet per terminum è quo & terminum ad quem esse intelligendum terminos proximos. Inquit, dico aũt id in quod mutatur, hoc est volo intelligere per terminum ad quem, primũ in ipsa mutatione, vt ex albo fuscum, non nigrum ipsum, non enim id quod mutatur in vtrolibet extremorũ esse necesse est, cum ea sint distantia, tunc cõcludit propositum. d. patet omne quod mutatur esse diuisibile.

F

G

H

Commen. 32.

{In hac cõclusione.} Anteq̃ exponat Auer. textum mouet quæstionem, quid Aris. intelligat per subiectũ conclusionis, videlicet per transmutabile, vtrum intelligat transmutabile scd̃m tria prædicamenta tantum, videlicet qualitatem, quantitatem & vbi, an etiam intelligat transmutabile in omnibus & in substantia. Videtur ꝙ non intelligat transmutabile in substantia, quia tunc minor demonstrationis est falsa, nam transmutabile in substantia non partim est in termino è quo & partim in termino ad quẽ, cum sit subito. Secũdo quia Aristo.

transmutabile in substantia per id quod dixit, dico autem id in quod mutatur. igitur transmutabile in illa conclusione supponit pro tribus tantum & non pro generabili.

{Sed si modo.} Ad oppositum arguit, quia si excluditur generabile ita vt subiectum conclusionis non supponat pro generabili, sed solum pro augmentabili, alterabili atque mobili in locum, tunc demonstratio esset particularis & non vniversalis, quia prædicatum illius esset in plus, in plus.n. esset diuisibile quam transmutabile, nam generabile esset diuisibile & non transmutabile, vt tunc loquitur. igitur demonstratio non esset ex terminis conuertibilibus, & per consequens esset particularis & non vniuersalis.

{Et si intellexerimus.} Redit ad primam quæstionis partem. posset.n. quis dicere subiectum conclusionis esse cõmune omnibus transmutabilibus, videlicet tam ad ea quæ subito, quam ad ea quæ successiue transmutantur. Contra arguit vt supra, quia tunc minor esset falsa, quoniam ipsum transmutabile in non tempore non habet partem in termino à quo & partem in termino ad quem, cum fit subito. Aiaduertendum quod conclusio Arist. est, omne transmutabile est diuisibile, quæritur igitur Auer. (vt more sorticolarum loquar) pro quibus supponit subiectum huius conclusionis, aut pro transmutabili in tempore tantum, aut pro transmutabili & in tempore, & subito. Si pro transmutabili in tempore tantum. tunc prædicatum erit cõmunius subiecto, quoniam omne transmutabile in tẽpore est diuisibile, & non conuertitur, est.n. transmutabile subito diuisibile & non transmutabile in tempore, & ita demonstratio non erit vniuersalis, nec ex terminis conuertibilibus, si pro transmutabili communi ad vtrunque, tunc minor est falsa, quoniam transmutabile subito non est partim in termino à quo & partim in termino ad quem, cum illa fit subito. Hæc quæstio est subtilissima, vt mihi videtur.

An supra indiuisibile possit fieri motus. Vide Iand. q. 3. huius.

{Et dicunt quod Alexander.} Mota quæstione non soluit, & primo ponit solutionem Alexandri, qui voluit nullam esse transmutationem subitariam, nisi secundũ sensum. Et sic quod nulla est, supponit.n. falsum scilicet transmutationem esse & subitariam, patet nullam talem esse nisi sensu quæ reuera successiua est. Contra hanc responsionem arguit Them. quia Aristo. contra Melissum. Primo huius tex. cõmen. 23. sumpsit aliquam esse trasmutationem momentariam, igitur Alexander Aristo. contradicit.

{Themistius vero.} Nunc respondet secundũ Themistium qui voluit duo, voluit.n. quod Arist. vnum supponat tanquam per se notum, videlicet quod transmutabile subito est diuisibile, patet enim hoc per definitionem eius. transmutatur.n. subito id quod secundum omnes eius partes simul transmutatur. Igitur de eius ratione est habere partes, & per consequens est per se notum. Probat autem de transmutabili in tempore, de quo res non patet. Et sic patet responsio Them.

{Alexander.} Obijcit Alexandro per rationes Themist. quia positio Alexandri est contra Aristo. & contra rationem. contra Aris. quidem Primo physicorum, contra Melissum. tex. cõmen. 24. vbi expresse mutationem subitariam ponit, contra rationem vero, quia illuminatio & id genus sunt in non tempore.

{Dissolutio autem.} Contra Themistium arguit. Primo quia videtur dubium de vtroque; transmutabili tam subitarie quam temporarie, quoniam ita se habere vr transmutabile in non tempore ad transmutationem, sicut transmutabile in tempore ad transmutationem in tẽpore, igitur videntur quasi eiusdem ordinis in notitia, igitur æque ambigua imo videtur magis occultum de transmutabili subitario ipsum esse diuisibile, quia primo aspectu apparet subiectum eius esse indiuisibile, veluti & ipsa est indiuisibilis, vnde potest argui sic, sicut se habet temporaria transmutatio ad momẽtariã, ita transmutabile temporarium ad transmutabile momentarium, igitur vt primum ad tertium, hoc est trãsmutatio temporaria ad transmutabile temporarium, ita secũdum ad quartum, hoc est transmutatio momẽtaria ad transmutabile momentarium, sed transmutatio temporaria est subiecti diuisibilis, igitur momentaria erit subiecti indiuisibilis, & sic videtur occultius de transmutatione momentaria, cuius contrarium Themistius ait, dixit enim esse per se notum.

{Et etiam.} Secundo arguit, quia si Arist. vult subiectum conclusionis supponere tantum pro transmutabili temporario, tunc commisisset fallaciam, non causæ, vt causa, hoc est assignasset causam conclusionis quæ non est causa, ostendit enim temporarium transmutabile esse diuisibile, quia mouetur in tẽpore, hoc enim voluit intelligere per partim esse in termino è quo, & partim in termino ad quem. modo in plus esset ipsum esse diuisibile, quam moueri in tempore, quia competit trãsmutabili subito, cui non competit moueri in tẽpore, neque partim esse in termino è quo, & partim esse in termino ad quem, veluti si quis quærit propter quid homo ambulat, & dicatur quia rationale, multa enim non rationalia ambulãt. Et sic non causa data est pro causa, similiter propter quid trasmutabile est diuisibile, si dicitur, quia in tempore mouetur, data est non causa, multa enim in tempore mota sunt diuisibilia, & sic Aristotel. esset sophisticus.

{Auempace.} Respondet nunc secundum Auempacem, cuius responsionem multi sectantur latinorum. Vbi animaduertendum est quod ipsius motus duplex potest esse diuisio, altera dimensiua siue extensiua, iuxta quã concedimus tantum esse motum ipsum extensione vel dimensione, quantum mobile. Hæc ab Auempace ipso dicta est diuisio secundum vltima, altera vero successiua, penes quã dicimus tantum esse motum ipsum, quantum spatium, hanc ipse vocat secundum contraria, vult igitur Auempace Aris. probare nunc motum ipsum, siue quod mouetur esse diuisibile secundum contraria, non autem secundum dimensionem, signum autem huius est quia postea probabit mobile nullum posse esse indiuisibile. Qua ratione excluditur à demonstratione transmutabile in non tempore. Illud.n. non est diuisibile secundum contraria.

An omne quod per se transmutatur trãsmutatione temporali sit partim in termino à quo & partim in termino ad quẽ. Vide Gaet. de thie. q. 2. huius.

{Et certe.} Confirmat solutionem hãc, primo quia diuisio secundum contraria, siue successiua est propria motui, non autem diuisio extensiua, hæc enim motui accidit, quoniam competit sibi ratione mobilis, successio autem ratione sua cum sit de eius definitione, secundo, quia non accidunt sibi ea quæ sunt contra Themistium.

{Sed ista.} Refellit Auer. positionem hanc, quoniam diuisibilitas secũdum contraria per accidens competit ipsi continuo mobili. Sed Aris. loquitur de diuisibili per se, aliter demonstratio esset ex his quæ sunt per accñs, essentialiter continuo ipsi mobili competit diuidi secundum partes quantitatiuas, & non secundum partes cõtrariorum, igitur demonstratio philosophi cõcluderet

prædicatum per accidens. Hæc contra expositores.

Solu. Auer. {Ergo autem.} Auer. nunc vult propria solutione q̄sito satisfacere. & primo proponit se diu positionem Auēpacis sustinuisse, quia re vera cæteris est ꝓbabilior, nunc vero non asserit illam, quia licet ratio facta aduersus Auempacem non sit demonstratiua, non tñ consonat literæ Arist. dabitur. n. expositio cōuenientior. Ad solutionis igitur declarationem sumit duas distinctiones. Prima est ꝙ transmutationum quædam est per se, quædā per accñs, ea quidē per se est, q̄ est de quiete in quietē, cuiusmodi sunt motus localis augmentatio atq; alteratio. in harū. n. singula mobile ipsum prius sub termino ē quo quiescebat, scđo sub motu consistit, tertio sub termino ad quē quiescit: q̄ vero est de motu in quietē trāsmutatio est per accñs, vt illuminatio, & dextratio columnæ. illuminatio. n. finis est motus cādelæ, sinistratio vero columnæ est finis motu. Socratis, quo columna facta est sibi sinistra postquam erat dextra.

Vide út Bur. bie. {Et manifestum.} Circa hanc diuisionem iuniores dupliciter dubitabunt. Primo an harum quælibet sit in tempore. Secundo quare hæc per se, illa per accidēs dicta est. Soluit primū & probat has per accidēs trāsmutationes esse momentaneas. Primo finis rei est momentaneus, hæ per accidens transmutationes sunt fines transmutationum per se, igitur momentaneæ. præmissas tanquam per se notas sumit.

{Et differt.} Secundo arguit, quod differt à diuisibili & temporario est indiuisibile & subitarium, sed hæ differunt à diuisibili & temporario, igitur sunt indiuisibiles & momentariæ. etiam propositiones vt manifestas sumit, de quibus postea dubitabimus.

{Et manifestum est.} Soluit secundum, & sumit tāq̄ manifestum eiusmodi transmutationes momentarias esse per accidens, potest autem hoc persuaderi, primo quia hæ sequuntur ad per se motus, igitur sunt per accidens motus. Secundo, quia ipsæ non ex quiete sunt, sed ex motu, igitur per accidens sunt motus, quatenus ipsas conconutatur motus.

{Ergo.} Secunda siue distinctio, siue subdistinctio est, ꝙ transmutatio per se bifariam dicitur, vno modo cuius finis est eiusdem speciei cum ipsa, vt alteratio pura, velut sunt calefactio, humectatio, & id genus, quędam quæ specie differt à fine illius, vt alteratio generatio mixta generationi, cuiusmodi est elementorum generatio, & id genus. Pura. n. alteratio ad qualitatem finit, modo terminus est qualitas, & ipsa etiam est qualitas, mixta vero alteratio in substantiam finit, definit enim in generationem quæ est substantia.

An in nunc sit ponte possit aliquod moueri. Vide Iand. q. 22. huius. {Et vtraq;.} Hac subdiuisione constituta, conueniētias inter illius membra statuit, & sunt duæ. Prima ꝙ vtraq; transmutatio est in tempore, quod intelligitur saltem per accidēs, nam per se transmutatio est per se in tempore, finis illius, quæ est transmutatio per accidens est in tempore ratione illius & per accidens. Secunda ꝙ vtraque partim est in termino ē quo, partim in termino ad quem, non tamē eodem modo: transmutatio. n. per se est per se partim in termino ē quo, & partim in termino ad quem, au transmutatio per accidēs, per accidens est partim & partim in illis.

{Ergo transmutabilia.} Ex his infert vnū vniuersalē qua pōt haberi solutio ad materiam: videlicet ꝙ omne transmutabile in non tpe, est transmutabile in tpe. nam quod est per se in non tempore, potest esse per accidens in tēpore, vt generatio per accidēs est in tem-

E pore, quæ tamen est per se in non tēpore, cum sit finis.

{Ergo quum.} His habitis, respondet ad formam, & vult, ꝙ subiectum conclusionis, videlicet oē mutabile est diuisibile, supponit (vt logice loquar) distributiue simpliciter pro oībus mutabilibus, vt pro augmentabili gñabili, alterabili & mobili. Et cum dicebatur, tunc minor esset falsa, cum non sit vera de gñabili ipso cum gñatio sit partim in termino ē quo & partim in termino ad quem, responsio patet, est. n. generatio saltem ꝑ accidens partim in hoc & partim in illo. Ideo inquit, ergo cum fuerit declaratum de istis quæ sunt in tempore ꝙ sunt diuisibilia, declarabuntur omnia trāsmutabilia esse diuisilia, q̄q̄ esse transmutabile, hoc est finis, quod dr̄ trāsmutatum esse, non sit in tpe, & ita patet demonstrationē esse ex vn̄bus & ꝑ se, nam prædicatū conclusionis conuertitur cum subiecto & medium cū vtroq;.

F {Et etiam.} Excusat Aristo. tribus modis, cur videlicet transmutationes momentariæ nihil meminit. Rñdet primo, quia illa est per accidens, & de per accidens non est scientia neq; demonstratio. Secundo, quia etiā potest intelligi in subiecto conclusionis, nam sub mutabili per se, intelligitur mutabile per accidens. Tertio, quia finis transmatationis non est transmutatio, propterea momentaria mutatio ęquiuoce dicitur transmutatio, hæc expositio (vt ait) latuit omnes expositores, & recte ait, quia acuta est. Hæc est responsio Auer. & bene exposita. Sed contra hanc responsionem arguetur forte, quia tunc Arist. in demonstratione nō esset vsus propositionibus per se, quia minor demonstrationis, videlicet omne quod mutatur partim est in termino ad quem de momentario mutabili est vera, & non per se & secundum ꝙ ipsum, cuius contrarium tm̄ Auer. exclamat. *Rñ Auer.*

G Occasione fortasse huius argumenti expositores aliter volunt. dicunt. n. minorem illam, omne quod mutatur partim esse in termino ē quo & partim in termino ad quem, posse intelligi vel secundum extrema, vel secundum dispositiones coniunctas, & ita oīs transmutatio est diuisibilis aut per se, aut propter adiūctum. Contra hanc Ioan. assurgit, quia Arist. ait mutabile habere partem in termino ē quo, partem habere termini ad quem, modo dispositiones nihil sunt ipsius termini ad quem: cum præcedant. Secundo aliquę sunt momentariæ, quas nihil dispositiue præcessit, vt illuminatio, sensatio, & id genus propterea credit confutasse eos. Sed certe iniuste se habet ad illos, hæc enim eorum responsio (vt mihi videtur) est expositio responsionis Auer. nihil. n. voluit Auer. ꝑ eiusmodi esse per accidens tale, nisi propter dispositiones præcedentes finem vltimum. ideo ad primam miror ipsum. Arist. n. per termi- *Responsio expositorum.* *Confutatio à Ioanne. Prima rñ.* *Secunda.* *Defensio.*

H num ad quem, intelligit illud in quod ipsum mutabile primo mutatur, & non vltimum simpliciter, & sic dispositiones illæ possunt esse terminus ad quem. Ad secundū dicerent omnes illas sequi motus, vt dixit Auer. & sic motus habentur loco dispositionum præcedentium. Et licet hæ responsiones sint bonæ, nihilominus mihi illud dubitationem facit, quia tunc Aris. esset vsus propōnibus per accidens. Propterea saluo meliori iudicio & cum protestatione dicendi aliter, si aliter occurret, teneo demonstrationem Arist. esse solū intelligendā in mobili localiter, & sic subiectum conclusionis supponit distributiue accōmodate, nō simpliciter, videlicet ꝓ oī mobili in loco. Causa aūt est, quia minor non pōt sine scrupulo verificari nisi in motu locali, oē . n. mobile localiter, qñ mouetur, partim est in termino *Contra has quid facit.* *Prima rñ.*

ad

ad quem & partim in termino à quo, in cæteris vero non nisi per accidens. Persuadet me aliud, ꝙ Aristo. in motu locali solum præcedentes conclusiones intellexit, & cum more geometrico processit, declarando videlicet secundum per primum: videtur mihi ipsum debuisse seruare ordinem, & non transire de genere in genus, quasi.n. processit in post assumendo & non in latus. Tunc ad rationes Auer. dicerem ad primam, concedo ꝙ demonstratio est particularis, cum prædicatū sit in plus ꝗ̃ subiectum, non enim semper Aristo. facit demonstrationem ex per se primo. Ad secundam quā fecit contra Them. respondet quod licet mediū & quęsitum siue prædicatum non conuertuntur, tamen non est fallacia, quia satis est medium conuerti cum minori, sic enim fit in demonstratione particulari, satis.n. est medium conuerti cum subiecto conclusionis, esset autem non causa pro causa, quando nec esset conuertibile cum prędicato, nec cum subiecto, sed esset accidēs. modo Arist. hanc demonstrationem non vult esse causæ, sed signi, vt dicemus. Exemplum vero suum non est ad propositum, non.n. est simile, quia causa ambulationis est vna, vtputa habere sensum, sed causæ diuisibilitatis sunt plures, & in mobili localiter hæc est, in alijs alia, de qua alias. Sed emergunt quæstiones, prima qd' est medium ęquatum cum prædicato conclusionis, qd' etiam omnibus naturalibus conueniat. Secunda nec in motu locali nec in alijs est dare primum terminū ad quem ipsum mobile primo transmutaretur, in motu, locali.n. nec est dare primum vbi, nec primum locum, esset.n. locus loco īmediatus. Tertia vtrū demonstratio Arist. sit à causa, est.n. quæstio dubia pro vtrasq; sui parte, vt patet. Ad hoc dici pōt ꝙ diuisibilitas secundū partes q̄titatiuas de qua Arist. intelligit, est prima passio quanti, siue quantitatis continui, vt nunc suppono. Modo prima passio est per se nota de subiecto. Dicerem igitur ꝙ medium conuertibile cū prædicato est esse quantum siue continuum, & hoc omnibus mutabilibus competit, aliter tñ atq; aliter, signum.n. quod competat mobili in loco est, quia est partim in termino è quo, partim in termino ad quem, in alijs sunt alia signa, quæ nunc omitto. Ad secundam dicerem (vt recentiores dicunt) ꝙ Aristo. hic per terminum è quo & terminum ad quem, non intelligit duo loca siue duo vbi, sed Arist. per terminum ad quem vult totā magnitudinem citra eā, è qua incipit moueri, & hanc esse immediatam termino è quo, nemo dubitat. Ad tertiam saluo semper meliori iudicio, hæc philosophi demonstratio est signi, & nō causæ, vt videtur velle Auer. causa. n. diuisibilitatis prima est esse quantum, & quia ipsum mobile est diuisibile, ideo est partim in termino è quo, & partim in termino ad quē, & nō è contra. Moueor autem hac ratione, quia esse in loco est signum ꝙ res locata sit diuisibilis, at quantitas est causa, & ipsa diuisibilitas proprior causa essendi in loco. Cum igitur ipsum partim esse in termino è quo, partim esse in termino ad quem sit veluti esse in loco, iure signum diuisibilitatis pono & non causam, & hoc (vt mihi videtur) ignorauit Auer. pace sua dixerim. Dices adhuc nihil debet remanere ignotum, modo propter quid alia mutabilia sint diuisibilia est ignotū, & occultius ꝗ̃ de moto localiter. Sic.n. arguebat Auer. contra Themist. igitur debuit hic declarari. Respondeo ꝙ debuit declarari in eo loco vbi spectat illius declaratio, modo augmētabile, & generabile, & alterabile esse diuisibilia declarata sunt partim in Quinto, partim in libro de Generatione, & hoc per definitiones illorum, vt bene dixit Themistius, & sic solutæ sunt omnes rationes Auer.

Secūda ratio.

Sol. rationum Auer.

Prima q̄.

Secunda.

Tertia.

Vide h. Egid. hic.

Argumētum responsionis.

A

{Deinde dicit & omnis.} Completa prima digressione, incipit exponere textum. Vbi animaduertendum est primo, ꝙ illa minor, omne quod mouetur partim est in termino è quo, partim in termino ad quem, est absolute falsa, cum vbiq; Arist. per terminū è quo, intelligat id in quo ipsum mobile quiescit, & per terminum ad quem etiam finem motus, tamē est vera ad sensum quem exponit Arist. vtpote intelligendo per terminū ad quem totam magnitudinem, quæ est citra aut vltra terminum è quo cœpit moueri. vt si terminus è quo sit A B magnitudo, terminus ad quem erit BC, & non ipsum C tm̄, & sic vocatur illud in quod ipsum transmutabile primo mutatur, quo in sensu minor est vera Secundo, animaduertendum ꝙ Arist. signanter exēplificauit in alteratione, quia in ea media & extrema perspicua sunt, in alijs vero latet, tu vero secundum nostrā expositionē dicas Arist. accepisse exemplum in alteratione, non quòd velit conclusionem esse veram in alteratione, cum exempla ponantur gratiæ doctrinæ. Et per hæc patent omnia quæ dicit in expositione primæ partis literæ.

B

A	B	C

{Et considerandum} Mouet quæstionem circa textus, & facit secundam digressionem. quæstio est quid sit primum in vnaquaq; quatuor transmutationum. ratio quæstionis est, quia demonstratio supponit in omni transmutatione esse primum. Animaduertendum ꝙ hæc quæstio habet locum exponendo, vt Auer. exponit, de omni transmutabili, quia exponendo demonstrationem solum de mobili in loco, vt exposuimus, q̄stio non debet esse nisi in motu locali.

C *Nota.*

{Dicamus} Respondet ad quæstionem, & accipit primo, ꝙ tale medium patet in alteratione, quia in coloribus saltem inter extremos colores sunt medij colores specie differentes ab extremis. Dicit secundo ꝙ medium est duplex. Alterum quod dicitur medium formæ, vt albi & nigri pallidum, aut fuscum, & id genus. quod ideo medium formę dicitur, quia est differēs specie ab extremis, species.n. forma est. Alterū dicitur medium secundum magis & minus, quod apud nonnullos medium materiæ, siue quantitatiuum dicitur, cum fit secundum gradus, qui gradus videntur veluti quantitates. Primum mediū nonnunq; ab Auer. vocatur mediū accidētale, quia nō oportet vt transiens de extremo ad extremum transeat per omnia illa: propterea accidentale medium dicitur. Secundum vero vocatur mediū per se, quod est forma diminuta, vt caliditas remissa & albedo diminuta. vult igr̄ Auer. Arist. per mediū intellexisse non medium fm̄ materiam, siue secundū magis & minus, sed medium formę. Et sic vult ipse in omni genere motus esse dare primum scd'm speciē & formam, vt in alteratione primus terminus ad quem aliquid mouetur ab albo est pallidum siue id genus. nam in transmutatione, q̄ est ab albo fm̄ magis & minus, nō est dare primū in quod transmutabile primo transmutetur, cū sit dare partem ante partem, & gradum ante gradū in infinitum. Et sic vult in motu esse primū in specie, non secundum materiam siue fm̄ magis & minus.

Solutio.

D

{Et si non.} Probat tale medium formæ esse differēs ab extremis, & inquit, & si non esset differens ab extremis, tunc esset eiusdem speciei cum illis, & sic omnia media essent secundum magis & minus.

{In gustabilibus.} Secundo idem sumit in gustabilibus, & ait ita dari extrema & media in gustatilibus vt in coloribus, verbi causa, si dulce & amarum sunt extrema, cætera omnia, vt insipidum, austerum, & id genus, erunt media formæ. Dulcedo remissa, aut amaritudo diminuta sunt media materiæ.

{In primis autem.} Tertio idem probat in tactilibus, & vult medium formæ esse temperamenta, vel ēt oēs complexiones, medium materiæ est calidum remissum, & id genus. Potest idem in cæteris media & extrema reperire, sed hæc satis.

{Transmutatum enim in primo.} His sic acceptis, verificat propositionē, & primo in alteratione, & vult ꝙ in alteratione mobile partim sit in termino è quo, & partim in termino ad quem primo transmutatur. videlicet in medio formæ. nam dum aliquid transit de calido in frigidum, partem habet calidi, quod erat terminus è quo, partem habet medij videlicet temperamenti, cum enim recedit ab extremo, mox incipit habere aliquid temperamenti, igitur cum non sit totaliter calidum, cum recesserit ab illo, nec totaliter temperatum cum nondum factum sit in medio, erit secundum quicquam temperatum quatenus recedit ab extremo, & secundum quicquā calidum è quo cœpit alterari, quatenus recessit aliquantulum ab illo.

{Et similiter} Idem in coloribus ostendit, quando enim aliquid de albo mutatur in nigrum, primo deuenit in medium, ideo partim est in termino è quo, partim in termino ad quem primo mutatur.

An oē quod mutatur sit diuisibile. Vide Iand. q. 31. huius.

{Licet hoc.} Remouet quæstionem, dicet enim quispiam si mobile habet partem termini ad quem, & partem termini è quo, igitur erunt duæ partes. Respondet ꝙ erunt duæ & multæ in potentia non in actu, non.n. actu habet partes duas distinctas, quia tunc motus destrueretur, quatenus esset potius discontinuus & cessaret, & ita habet illas potentia, quando.n. acquirit mobile ipsum vnam partem post aliam, non acquirit illas actu completo, sed actu mixto potentiæ.

{Primum in translatione.} Idem declarat in motu locali, in ipso.n. est duplex medium vt formæ & mediū materiæ. Verbi causa, terra quæ mouetur de concauo ignis ad centrum, primo se facit ad medium locum, videlicet, illum qui est aeris, deinde ad illū, qui est aquæ, medium materiæ est spatium quantitatiuum.

H {Et si non.} Quæret quis vtrum in motu violento sit locus medius speciem. Respondet & si non fuerit motum naturaliter, non erit illis primum naturaliter, sed violenter, vt si graue sursum pellitur tunc medius locus esset ille aeris.

{Sed quia quæret rursus} Vtrum loca sint īmediata? Respondet ꝙ quibuscunq; locis datis semper mediat locus. Et arguit quibuscunque superficiebus datis, mediat corpus: sed loca sunt superficies, igitur quibuscunque locis datis mediat corpus: sed corpus est potentia locus, igitur quibuscunque locis datis mediat locus saltem in potentia.

{Et si locus.} Quæret tertio, vtrum dato ꝙ loca sint īmediata, propositio Arist. possit stare, videlicet quòd mobile sit partim in termino è quo, & partim in termino ad quem. Respondet ꝙ concessa locorum īmedia-

E tione, adhuc, propositio philosophi est vera, quia vbi locus esset īmediatus loco, quod mouetur, non posset esse totaliter in termino è quo, quia nondum motum esset, nec totaliter in termino ad quem, quia iam quiesceret & esset motum, & si siue loca sint mediata, siue īmediata, quod mouetur, oportet semper esse partim in termino è quo, & partim in termino ad quem.

{Et si posuerimus.} Quarto quæret, si locus è quo, & locus ad quem sint indiuisibilia, vtrum quod moueturdebeat esse indiuisibile, aut diuisibile? Respondet ꝑ idem argumentum ꝙ erit diuisibile, quia non pōt esse totaliter in quo, nec totaliter ad quod, igitur partibile.

{Et ideo.} Voluit Auempace in demonstratione Aristo. esse necessarias suppositiones. Prima ꝙ loca nō sint īmediata. Secundo ꝙ sint diuisibilia, infert nunc contra eum, quia siue sic, siue sic, demonstratio Aristo.

F est efficax, vt per dicta patet.

{Primum autem.} Vltimo declarat quid sit primum in motu generationis, & vult illud primum esse minimū in generatione, in ipsa.n. generatione hæc tria sunt idem, videlicet primum, minimum, & medium, reliqua patent. Vult igitur Auer. ꝙ illa minor sit vera vniuersaliter, videlicet quod omne quod mutatur, videlicet in tempore, est secundum partem quantitatiuam in termino è quo, & secūdum partem quantitatiuam in termino ad quem proximis, & primis, non vltimis & finalibus. Sed circa nonnulla dubitatur primo, quia si loca essent immediata, non esset pertransitio, igitur mobile non oportet habere partem in vno, & partem in alio motu. Secundo, si loca sunt indiuisibilia, videtur ꝙ mobile erit indiuisibile, igitur non diuisibile. Tertio, cur prætcrijt auctionem, cum illa sit motus ad quan


Dubitatiões solutione Auer.

Secunda.

Tertia.

G titatem. Ad primam & secundam dici potest ꝙ ex impossibile, sequitur quodlibet, hoc est vtrunque contradictoriorum, hoc est ipsum antecedens, & suum contradictorium, vt si homo est equus, igitur hō est equus, & homo non est equus, vt patet intelligenti. Dato.n. ꝙ loca sint īmmediata, sequitur motus & non motus, ideo sequitur diuisibile ex altera parte saltem. Similiter dato ꝙ loca essent indiuisibilia, ipsum quod mouetur esset diuisibile & indiuisibile, vt patet, igitur non oportuit illa supponi ab Aristo. & hoc satis est Auerroi. Ad tertium dico ꝙ auctio ex vna parte est generatio, ex alia conuenit cum alteratione, ideo subticuit eam. Animaduertendum tamen quod vt dixi, & quæstio hæc secunda est superflua, & solutio est dubia. Superflua quidem, quoniam Aristo. non loquitur nisi in

Nota contra Auer.



motu locali, de eo enim per demonstrationem signi vult quòd sit diuisibile, videlicet per esse partim in termino è quo, partim in termino ad quem, & tunc quid per terminum ad quem velit patet, ipse appellat terminum ad quem totum spatium vltra locum in quo mobile quieuit, vt CD. cum enim B ipsum incipit moueri, mox secundum vnam sui partem est in AC, & secundū aliam in CD. igitur partim termino ad quem.

Solutio vero dubia Primo quia exponendo vt Auerroes ait, Aristote. peteret principium. probat enim id quod

Contra sol.

quod mouetur esse partim in termino è quo, & partim in termino ad quem propter non esse totaliter in termino è quo, nec in termino ad quem. Igitur supponit esse totum, & per consequens ipsum habere partes.

Propria. Et sic melius est dicere ꝙ hæc demonstratio sit igni, & quod Aristo. det signum diuisibilitatis, propterea, quia mobile ipsum non quiescit simpliciter in quo, nec simpliciter ad quod, igitur est diuisibile. *Tertia.* Tertio, data expositione Auerrois, nulla videtur necessitas intelligẽdi per terminum primum, medium formæ, satis enim Aristoteli esset supponere per terminum primum omne quod non est idẽ quo cœpit moueri. Et probatur ꝙ nulla sit necessitas, nam si album quod incœpit esse nigrum, habet partem medij, quia sua albedo remittitur, habet partem extremi: cum in medio formæ sit extremum ipsum. *Quarta.* Quarto, apud ipsum Octauo huius. commento. 23. & alibi, nullus motus est successiuus, & continuus præter localem. igitur nullus est in tẽpore, & per consequens solum in motu locali intelligitur. Propter hæc & alia videtur mihi esse dicendum (vt dixi) ꝙ demonstratio Aristo. solum in motu locali sit vera. *Dubitationes.* Et sic tolluntur omnes dubitationes. Circa finem huius digressionis quætunt primo de quibus partibus intelligit Arist. cum ait, omne quod mouetur esse partim in termino è quo, & partim in termino ad quẽ. Secundo, vtrum Aristo. velit concludere ipsum mobile esse diuisibile quantitatiue, an participatiue. Tertio, vtrum indiuisibile possit moueri. Quarto, vtrum sit aliqua mutatio momentanea quæ dicitur esse in instanti. *Quot modis aliquid diuisibile.* Circa has difficultates primæ duæ, & forte tertia eadem radice resoluuntur. Ideo animaduertendum ꝙ aliquid dici diuisibile potest intelligi dupliciter. Vno modo quantitatiue, qua ratione probauit omne continuum esse diuisibile in semper diuisibilia. Alio modo aliquid dicitur diuisibile participatiue, vt si aliquid, participet vtriusque cotrarij forma, vt tepidum, hoc enim qa aliquid habet calidi & aliquid frigidi participatiue diuisibile esset, vt si punctum per possibile vel impossibile esset tepidum, sine dubio esset dimensi- *Vide & Egid. hic Positio.* *Auempace* ne indiuisibile, participatiue diuisibile. Tunc Auempace & multi subtiles theologi volunt Aristo. illam minorem esse intelligendam de partibilitate participatiua, hoc igitur modo erit erigenda demonstratio, omne quod partim est in termino è quo, partim in termino ad quem est diuisibile participatiue, & sic per esse partim in termino è quo, partim in termino ad quem vult ipsum habere aliquid termini è quo, aliquid termini ad quem. Sed omne quod mutatur partim est in termino è quo, partim in termino ad quem, hoc est habet aliquid terminorum è quo & ad quem, igitur diuisibile participatiue, minorem probauit, quia quod est & non totaliter in termino è quo, neq; totaliter in termino ad quem, partim est in termino è quo, partim in termino ad quem, sed omne quod mutatur est, & nõ est totaliter in termino è quo, nec totaliter in termino ad quem, igitur partim erit in termino è quo, partim in termino ad quem. Declaratur minor per impossibile, quia si totaliter est in termino è quo, tunc quiesceret, si totaliter in termino ad quem, tunc motum esset & quiesceret, quare si mutatur, oportet participare vtroque termino. *Solu. cæterarũ quæstionum.* Ex hac solutione sequitur solutio secundæ, & tertiæ quæstionis. patet enim Aristotelem non aliud velle in conclusione, & in præmissis, & cum in præmissis intelligat partim esse & partim

A esse participatiue, igitur concludit omne mobile esse diuisibile participatiue. Patet quoque solutio tertiæ, cum enim non repugnet indiuisibile quantitatiue esse diuisibile participatiue. non repugnat huic demonstrationi ipsum indiuisibile moueri siue in loco, siue aliter. Hæc solutio Auempaces, & multorum posteriorum. *Confutatio. ab Auer. & expositore.* Contra hanc positionem Auerro. & expositor insurgunt, Auerro. quidem, quoniam Arist. loquitur de diuisibili per se, aliter esset ex his quæ sunt per accidens, modo diuisibile participatiue est per accidens conueniẽs continuo. Expositor vero, quia Aristote. concludens minorem inquit, necesse igitur hoc quidem aliquid in hoc esse, aliud vero in altero eius quod mutatur. Ecce quomodo per partem, & partem intelligit partes mobilis. Tertio. Aristo. concludit omne quod mutatur esse diuisibile: modo in toto libro B isto, per esse diuisibile intelligit partem & partem mobilis. Ex his volunt ambo Aristotel. per partim esse in termino è quo, & partim in termino ad quem intelligere ipsum mobile habere partem in termino è quo, partem in termino ad quem & sic intelligit partes quãtitatiuas, & non partes participationis. Et tunc patet solutio ad tres primas quæstiones, patet enim minorem esse intelligendam de partibus quantitatiuis, similiter & conclusio. Patet etiam non posse stare cum hac demonstratione ipsum indiuisibile moueri. Sed contra hanc solutionem restant dubitationes nostræ. *Dubitationes cõtra hanc positionem.*

Prima. Prima, quia tunc Aristo. solum loqueretur in motu locali, nam solum id quod localiter mouetur partem habet in termino à quo, partem in termino ad quem. In alijs autem non oportet, quoniam punctus ipse posset generari quantum est ex natura sua, & sic in alijs id C genus. *Secunda.* Secunda, tunc esset petitio principij, quia supponeret ipsum mobile habere vnam partem in termino è quo, aliam in termino ad quem igitur præsupponeret ipsum habere partem & partem, vt superius argutum est. *Tertia.* Tertio, data hac expositione, nulla est necessitas intelligendi per terminum ad quem, illud medium formæ in quod transmutabile primo mutatur, vt Auerro. finxit. *Ioan. solutio.* Ad primam respondet Ioan. ꝙ hæc demonstratio habet locum solum in motu locali, & de mobili in loco, nam proprie tale mobile habet partes illiusmodi, & sic negat Auerroem. *Solutio Tho.* Expositor vult demonstrationem esse veram per se de omni mobili omniq; transmutabili, & exponit Auerro. loquitur cõfuse, & quid velit satis occultat. *Propria pō.* Ego igitur volo ꝙ di recte concludat de mobili in loco, quando habere partem in termino è quo, & partem in termino ad quem illi proprie & per se competat, potestatiue sub accipiẽ D do sub conclusione concludit, aut intelligi potest de alijs, hæc enim est conclusio, igitur omne quod mouetur in loco est diuisibile quantitatiue. sub hac conclusione potest accipi alia minor, sed omne quod generatur, omne quod alteratur, omne quod augetur potest moueri in loco: cum omne tale sit corpus, vt nunc suppono, igitur oẽ tale est diuisibile, non igitur hæc sunt diuisibilia ex eo, quia eorũ mutationes sunt diuisibiles, & in tpe, vt velle videtur Auer. & expositor, sed quatenus vnumquodque illorum est mobile in loco, cum motus in loco sit primus competens omnibus, quibus alij cõpetunt, & sic quatenus mouetur vel possunt moueri in loco (quia vt sic habent partem in quo, & partem in termino ad quem) sunt diuisibilia quãtitatiue, & fortasse sic intelligit Auerrois, & si aliter intelligit, dicat *Sol. secunda.* suo

suo modo. Ad secũdam dici potest ꝙ non est petitio principij, quia tandem demonstratio vertitur ad demonstrationem per impossibile, nam tandem accipit si nõ esset partim in termino a quo, & partim in termino ad quem ipsum mobile esset totaliter vel præcise in termino è quo vel in termino ad quem, si in termino è quo, quiesceret, si in termino ad quem esset motum: esset autem petitio qñ demonstratio esset ostensiua, tunc.n. idem sumeretur in probatione eiusdem, cum idem sit

Solu. tertiæ. partibile & diuisibile. Ad tertiam in rei veritate nulla est necessitas. nam cum Arist. intelligat per terminum ad quem totum spatium vltra locum termini è quo, vr nullam esse necessitatem loqui de primo in motu, maxime cum id idem dici posset sine illo. Auer. tñ suppleuit pro maiori declaratione. Vtrum vero indiuisibile possit moueri, sit nũc tactum breuibus, alias dicemus: diximusq; in parte. Restat videre, vtrum sit aliqua momentaria transmutatio, & consequenter quid sit pri-

Quarta. q. an motus in non tẽpore possit. Alexan. mum in motu. Quantum ad primum Alexander, & oẽs ferrè sorticolæ tenẽt nullam esse transmutationem subitariam, siue momẽtariam, hoc est in instanti. Per-

Prima ratio. suadent rem hanc nonnulli, primo, quia ante oẽ mutari

Secunda. præcesit mutari, igitur omnis mutatio successiua. Secundo, posse producere aliquem effectum præcise in hora est aliquantæ virtutis, & in medio horæ in duplo virtutis, igitur in instanti erit infinitæ virtutis.

Tertia. Tertio, si aliqua esset subitaria, maxime esset illuminatio, Quòd vero non sit, declaratur, quia lumen intẽditur per rarefactionẽ medij, modo rarefactio est con-

Quarta. tinua, igitur illuminatio. Quarto, dum nubes mouentur, successiue illuminantur. similiter candela dum mouetur, successiue illuminat. Sed motus non est in instã-

Quinta. ti, igr̃ illuminatio non est subitaria. Quinto, oĩs virtus agẽtis naturalis est finita, igitur oĩs agit actione tẽporaria. Et sic negant vñiter oẽm subitariã mutationẽ.

Confutatio. positionis. Sed hæc pŏ stare non potest. Primo quia (vt arguit Themistius) Aristo. contra Melissum aperte concessit

Prima ra. aliquid subito mutari. Secundo (vt arguebat Auer.)

Secunda. finis motus semper est indiuisibilis, sed aliqua est mutatio, quæ est finis motus, vt gñatio, quæ est finis alterationis, illuminatio finis motus localis, quare aliqua

Tertia. est subitaria mutatio. Tertio, Aristo. in libro de sensu

Quarta. ait expresse aliquid subito calefieri. Quarto, visio &

Scda pŏ. sensatio videntur fieri in instanti. Propter hec nonnulli volunt aliquam transmutationem esse subitariam, siue momentariã, posse intelligi, Aut quia ipsa est in instanti, hoc modo circunscripta operatione intellectus nulla est momentaria, siue subitaria, qm̃ præter operationem intellectus, nullum est instãs, aut indiuisibile. Alio modo potest intelligi quod sit subitaria, quatenus non fit per partem ante partem, sed tota simul, & hoc modo dr̃ subito aliquid fieri, vt illuminatio & generatio, & id genus, q. næq; dici possunt esse in instanti, quia intellectus considerans instans potest conferre illam esse in instanti, & sic cõcedunt dari subitarias mutationes, quatenus sunt totæ simul, & aptæ intelligi in

Obiectio. instanti. Et si dr̃, hæ non sunt in tpe, igitur in instan-

Responsio. ti, negant consequentiam, sed bene valet, igitur sunt in non tempore. sic.n. extra animam dici possunt esse, nec in tempore, nec in instanti, sed bene in non tpe, quatenus consideratis, intellectus conferat eas ad instans. Hæc res exposcit intelligere an instans sit, quę res cum

Responsio. sit impertinens, iure prætermittatur. Tñ ad rationes rñdeo. Ad primam dicendum ꝙ ante omne mutari

E præcesit moueri eiusdem, vel alterius speciei, vt dicit Auer. ante.n. gñationem præcesit alterari in genere qualitatis. Ad secundum dicendum, ꝙ posse producere aliquid in certa hora, cum passi resistentia est certæ virtutis, at absq; resistentia ex parte productionis non arguit virtutem aliquantam. Illa igitur regula intelligitur seruata resistentia. Ad tertiam dixerunt, ꝙ illuminatio merito sui fit subito, rõne variationis passi potest intendi & remitti in tpe. Similiter ad quartũ. Ad quintum patet solutio. oĩs.n. virtus est finita, igitur passum resistens mouet tẽpore finito, de non resistenti secus est. Quæramus de secundo, videlicet quid sit primũ in motu, hoc autem intelligi non potest, nisi præintelligamus quõ motus potest esse in tempore, & quõ subitarius. Dere hac sunt quatuor positiones. Prima est ꝙ quilibet motus proprie loquendo de motu est Secunda. q. Prima pŏ.

F successiuus & continuus, & ita temporarius vt auctio, alteratio, & motus localis, quæ dr̃ latio, hæc positio est oĩum sorticolarum, atq; captiunculatorum. Persuadent rem hanc, tum ex parte formæ fluentis, tum ex parte subiecti recipientis. ex parte formæ fluentis, qm̃ omni in motu forma successiue fluit, vt in motu locali siue latione ipsum fluens facit motum. In alteratione qualitas fluens facit alterationem, in actione, similiter quantitas fluens facit auctionem. ex parte vero subiecti, qm̃ subiectum est quantum, & impossibile est aliquod quantum accipere aliquod fluens ęque cito. Secunda positio & cõis tenet ꝙ latio ipsa & alteratio, tam à parte formæ successiue fluentis, ꝗ subiecti recipientis sunt continui & successiui motus, auctio vero ipsa ex parte formæ est subitaria, & ex parte subiecti, qm̃ auctio vel est gñatio vel simul cum gñatione, sed gña- Secunda pŏ.

G tio est subitaria vt diximus, igitur auctio. Tertia positio est amborum expositorum, & Ioannis & ferè omnium, ꝙ motus localis, tam è parte formę fluentis, ꝗ ex parte subiecti, videlicet spatij recipientis est continuus & successiuus, alteratio vero ex parte formæ fluentis est motus cõtinuus & successiuus, sed ex parte subiecti alterabilis est totus simul, eo quia cõtingit aliquod totum simul, alterari & subito, vt dicit Aristo. in lib. de Sensu & Sensili. auctio vero ex parte vtriusq; est subitaria. Quarta positio tenet ꝙ solus motus localis erit vnus continuus & successiuus. Cæteræ ex parte formæ fluentis, & subiecti recipientis sunt subitariæ, & per minima. Sunt autem alteratio & auctio ex parte subiecti subitariæ propter rõnem tactam, quia contingit aliquod subiectum subitariẽ mutari ab agente, sunt vero ex parte formæ fluentis, qm̃ omnis forma absoluta & Tertia pŏ. Quarta pŏ.

H naturales fit per minima, qualitas & auctus sunt formę naturales, igitur factæ per minima, latio vero quia non fit nisi ratione spatij, quod primo est quantum, & rõne mobilis quatenus quantum, ideo est successiua & continua, forma quoq; fluẽs est locus vel vbi, quæ est etiam quantitas, propterea omni ex parte vr principaliter in quantitate fundari, ideo est successiuus & continuus. Ex ijs sequitur ꝙ forma in alteratione, & auctione fiat p minima tam formæ quàm subiecti, qm̃ qualibet gñatio fit per minima, modo acquisitio harũ formarũ est gñatio formæ absolutæ. Sed contra hanc quartam positionem arguunt multis dubitationibus. Primo, tunc alteratio & auctio essent simpliciter subitariæ, nam quodlibet minimum fiet in instanti, & quęlibet illius gñatio est alteratio, siue auctio. Secundo, vna alteratio, siue auctio est altera velocior, igitur successiua Dubiũ contra quartam. Prima. Secunda.

cessiua & continua. Tum etiam ꝙ tunc in eodẽ nunc esset motus & quies. *Tertia.* Tertio, tunc rei permanentis daretur vltimum, quia sicut gñatio fit per minima, ita corruptio. *Quarta.* Quarto, oẽ agens naturale citius & vehementius agit in partem propinquum q̃ in remotam, igitur actio successiua & continua. *Quinta.* Quinto, dato ꝙ primum minimum fieret subito, fm vel acquiretur subito vel in tempore: si in tempore, pari rõne de primo si in instanti, cum instans non sit instanti immediatum, tunc in tempore medio staret, hoc est falsum, quia tũc motus esset ex motibus & quietibus. Secundo tunc agens naturale approximarum passo bene affecto nõ ageret. Multæ aliæ fieri possunt, sed ex solutione harũ patet etiam ad illas. *Quod minimũ in forma.* Pro solutione est igitur aĩaduertendum primo, ꝙ Auer. & naturales philosophi gradũ formæ vocant partem formæ actualem, quam agens naturale non impeditum potest momentaria actione producere in passo bene affecto, quę pars vocatur minima qualitas, qua rõne fit, vt quælibet qualitas sit factilis per finita minima, licet diuisilis in infinitum in partes Potentiales. *Minimum in quanto subiecti latio.* Minimum vero ex parte subiecti recipientis formam, vocant Auerro. & physici totum illud quod idem agens naturale momentaria actione potest qualificare, vt minimum corpus calefactum. *Agens duplex forte debile.* Ex his patet ꝙ tam minimum ex parte formæ quàm minimum ex parte subiecti æque cito ab agente forti & debili ꝑducuntur, cum vtrunq; momentaria actione. Scdo, animaduertendum ꝙ agens forte & debile non differunt penes effectũ primo productum vt forticolæ credunt, nam ab vtroq; primi effectus fiunt subito. Sed penes multitudinem effectuum productorũ æquali tempore, erit.n. agẽs forte illud quod in æquali tempore producit plura minima formæ & subiecti generandi, quam produceret agẽs debile. *1 Illatio.* Qua rõne sequitur, vt velocitas & tarditas vel non dicantur in his motibus, vel equiuoce cum eis in latione, erit.n. velocius quod in æquali tempore facit, vel aptum est facere plures effectus in passo æque disposito, in motu vero locali hęc sunt quatenus ille est cõtinuus & successiuus, in istis vero bene motus est successiuus, non tñ continuus. *Secunda.* & ita solus motus localis est successiuus, & continuus. successiuus quidem, quia per partem post partem, cõtinuus vero, quia per partem post partem immediate. Cæteri quatenus fiunt per partem post partẽ sunt successiui, quatenus vero fiunt mediate, non sunt continui. *Ad argumenta solutio.* His habitis probabiliter defendo vltimam põnem. Ad primam concedo totum, videlicet quod quilibet motus excepto locali fit subito, licet totus motus vsq; ad terminum quietis simpliciter fiat in tẽpore, vt si A lignum calefiat, quælibet eius pars minima calefit in non tempore, totum tñ calefit in tpe multis calefactionibus minimis, & sic calefactio minimi fit subito, & inductio gradus fit subito, calefactio vero omnium minimorum, & gñatio vniuersa oĩum graduum est in tpe. Ad secundam patet solutio pro prima parte, alteratio.n. vnius minimi ex parte formæ & subiecti non est velox nec tarda, cum sit tota simul, vniuersa tñ alteratio oĩum partium formæ & subiecti potest dici velox aut tarda equiuoce, vt diximus. Ad secundam eiusdem argumenti partem, dico ꝙ rõ Aristote. est ad hoĩem, qui tenebat lationem esse subitariam, & continuum componi ex indiuiduis, tunc.n. sequitur in quolibet instanti esse motũ & quietem, sed tenendo Auer. dico ꝙ agens in vno instãti alterat, deinde quiete posi-

A ta facit secũdam alterationem, & sic non sequitur aliquid alterari motibus contrarijs, aut simul moueri & quiescere. Ad tertium dico non dari vltimum rei permanentis, & cum dr̃ contra, sit A frigidum, cuius primum minimum debeat calefieri, tunc applicetur sibi agens poteus ipsum calefacere, & arguo, in hoc instãti quod est præsens illud minimum corrumpendum est, & immediate post hoc non erit, igitur illius hoc fuit vltimum. Dico ꝙ primum instans applicationis est primum non esse illius, & sic datur primum non esse, & non vltimum esse. Contra instant forticolæ, quia vel agens corrumpens applicatur enti, vel non enti, si non enti, hæc applicatio nulla est, non enti.n. nihil applicatur: si enti, igitur primum instans applicationis non est primum non esse illius. Dici potest ꝙ applicatur enti in potentia, non enti in actu, & hoc satis. Ad tertiam B nego illam maximam, immo apud Auer. agens naturale eque cito ꝑducit effectũ in partem propinquam, vt in remotam infra sphæram suæ actionis, in tota.n. sphæra æque bene applicatur proximæ parti, sicut remotæ. Ad quintum dicendum, ꝙ ex parte subiecti recipientis agens primo producit vnum minimum, deinde illud alteratum ab agente applicat se secundo, & secundum tertio, & sic vsq; in finem. Ex parte vero formæ agens applicatum passo producit primam minimã qualitatem, deinde in alio instanti mediato aliam vsq; in finem. Et cum dr̃, quid resistit sibi in medio tempore, dico ꝙ sibi resistit fm minimum in virtute ordinis naturalis, vnde producta prima portione, non statim producit secundam, quia sibi passum resistit in virtute ordinis naturalis. *Dubiũ fortiss.* Sed ambiges fortissime, rarefactio est alteratio, igitur in instanti per regulas datas, sed ra C refactio est simul cum motu locali, igitur motus localis in instanti. *Solutio.* Dici potest ꝙ rarefactio est successiua & non continua, vt dixi, & non habeo pro inconuenienti motum localem qui concidit cum alteratione esse subitarium, rarefactum.u. vt subito rarefit, ita subito occupat maiorem locum, quæ occupatio non est motus localis, sed similis illi. Et ita apud hanc põnem oportet concedere, solum motum localem esse successiuum, & continuum fm rem & sensum, quia solus ipse est super quantum, & à quanto quatenus quanta. Cæteri & ex parte subiecti, & ex parte formæ sunt successiui, & fm sensum continui, nõ autem fm rem. Hæc probabiliter volui dixisse, & breuibus, erunt.n. principia inuestigandi veritatem. Nunc de primo in motu pauca agamus. Dico ꝙ de primo possumus loqui dupliciter, in actu, & in potentia. Tunc dico ꝙ in omni D motu datur primum in actu, non autem in potentia, excepto motu locali, vbi non datur primum in actu nec in potentia, vt declaratum est.

RECOGNITIONES.

De momentaria mutatione. QVærebamus in commentarijs, si aliqua transmutatio esse potest subitaria, aliqui negantes indiuisibilia, dixerũt subitariam mutationem posse bifariam intelligi, aut quia fit in instanti, & sic nulla est subitaria, cum non sit instans, in quo aliqua mutatio esse possit, aut quia est ita vt nulla eius pars sit altera prior, nec altera posterior, sed oẽs simul, & hoc pacto dr̃ subitaria, sicut per oppositũ successiua dr̃, cuius aliqua pars prior, aliqua posterior est, ex quo sequitur hanc consequentiam non valere, hæc mutatio est subitaria, ergo in instanti, nam cũ nullum sit instans indiuisibile, nulla mutatio esse potest in illo. Alij dixerunt esse drĩam inter mutationem

mutationem esse in instanti, & subitariam, nam mutatio est in instanti, quæ non est in tempore, sed in indiuisibili temporis, mutatio est subitaria quæ est in non tempore, sed non in indiuisibili temporis. Ideo dicunt tres esse mutationes, aliam in tpe, vt quæcunq; est successiua, in indiuisibili temporis, aliam, quæ est in instāti, vt illuminatio, & gñatio formæ. Aliam subitariam, quæ non est in instanti, nec in tempore, sed in non tpe, vt motus in vacuo. Ille.n. non est in instanti, quia tunc mobile in eodem instanti esset sursum & deorsum, nec in tempore, quia tunc ibi esse aliquod resistens, ergo est in non tempore subitaria, quatenus mobile nunc est sursum, & immediate post erit deorsum, quare subitaria mutatio est, quoties mobile nunc non est in termino ad quem, sed immediate post hoc erit in termino ad quem. Alij dixerunt oēm mutationem esse aut in tempore, aut in nō tempore. Quæ mutatio fit in tēpore, oībus patet, mutationem vero in non tempore, intelligunt quoties mobile nunc non est in termino ad quem, sed immediate post hoc, & sic volunt illuminationem, dextrationem columnæ, gñationem, & id genus esse subitarium. & in non tempore, cæteros vero motus esse in tempore. & tota cā est, quia idem mobile simul non potest esse sub termino à quo, & sub termino ad quem, & hanc arbitror esse mentem Alexandri. Quid vero velit Auer. satis patet in commentarijs, vlterius de motus continuatione. Animaduerte ea, quæ scripsimus in libris Metaphysices, nam copiose de re hac disputauimus, verum pro declaratione aliqua eorum, quæ diximus hic, & eorum, quæ diximus ibi, mouemus dubitationes difficiles. Quarum prima est, quia si alteratione, & auctio fierent per minima in gradu, & in quanto, tunc nulla esset dria inter agēs fortius, & agens debilius. probatur, quia nullum agens potest agere minus q̄ sit minimum, neq; maius quam sit minimum, ergo quodlibet erit æquale cuilibet, potētia.n. mensuratur per effectum, quem potest. Secunda dubō est, quia nullum alterans posset alterare aliquam magnitudinem vniformiter, quia oē agens alteraret primum minimum subiecti ꝑ vnum gradum formæ, deinde alteraret fm per vnum gradum formæ, & dum alteraret scdm, prius minimū augeret ad duos gradus, & sic non posset alterare nisi difformiter. Tertia dubitatio est, quia data positione illa rei permanentis daretur vltimum, nam accipio vnum minimum calidum in gradu, & in subiecto, & applico ipsi corrumpens in hoc instanti, quod est præsens, Tunc patet hoc esse vltimum, nam in instanti applicationis, quod est præsens, est, & immediate post hoc non erit, ergo istud est vltimum. Quarta est, quia tunc rarefactio non esset motus continuus, nam rarefactio est alteratio, quę per me. non est motus continuus, quod si conceditur, tunc motus localis mixtus rarefactioni non esset continuus. Quinta est, ꝙ tunc in eodem instanti esset motus, & quies, nam si motus alterationis, quo acquiritur vnum minimum, esset in instanti, quies erit in eodem instanti, vt Aristo. argumentatus est contra Zenonem. Sexta est, quia ea positione data, totalis forma, quæ est qualitas, subito acquireretur. nam si qua rōne sine resistentia acquiritur primum minimum, eadem rōne, & fm vsq; ad finem, & sic tota acquireretur in instanti. Vltima est, quia illa positione data, non esset reperibilis aliquis motus localis vniformiter difformis in velocitate, quod falsum est de motu grauis, quod deorsum fer-

De continuitate motus.

De rarefactione.

E tur, qui est difformiter velox vsq; ad finem, & consequentiam probo, quia acquisitio velocitatis est alteratio, sed per positionem alteratio non est continua, ergo ille motus non potest esse continuo velocior, & ita nec vniformiter difformis, & licet dubitationes istas alibi disputauimus & pro parte hic, tñ dilucidius & nūc dicamus, ꝙ dria agentiū habetur ex dria totalis actionis, non autem ex dria, qua agunt vnum minimum, nā duas quibusuis agentibus, oia agunt æqualiter vnica actione, quia non possunt agere minus minimo, nec maius minimo, nec minori mensura q̄ sit instans, ex dria vero totalium actionum eorum dria deprehenditur. Agens.n. fortius est, quod in minori tpe totalem formam in totali subiecto producit, debilius vero qđ in maiori, producit autem fortius agens totalem formam in minori tempore, quia inter actiones breuiores
F quietes facit, debilius vero agens longiores. Ad secundam dicendum agens oē agere per modum difformē, vt argumentum concludit, verum per modum agendi difformē aliqñ agit latitudinem vniformem, nam potest alterare primum subiecti minimum ad vnum qualitatis gradum, postea mediante primo alterabit fm minimum ad vnum etiam qualitatis gradum, & dum alterat fm ad vnum gradum, intēdet primum ad duos gradus, & dum alterabit tertius ad vnum gradum alterabit primum ad tres, & fm ad duos, & sic procedendo alterabit primum ad octo, & iterum augendo alios conseruabit priores sub eadem mensura, & ita alterat per modum difformē, generando demum latitudinem vniformem. Ad tertiam dicendum negando consequentiam, nam primum instans applicationis est primum non esse præcedentis minimi. & cum quæritur
G ipsum corrumpens, cui applicatur, aut calido, aut frigido? si calido, ergo in instanti applicationis calidum est, & immediate post hoc non erit, ergo erit vltimum. non potest applicari frigido, quia tunc nō est, dico instans applicationis esse instans applicati esse, & ita accipiendo applicationem pro applicato esse, corrūpens applicatur frigido, quia applicatum esse est frigidum, & applicatum esse est ad frigidū, accipiendo vero applicationem pro motu appropinquationis, sic applicatur calido, verum hoc non fit in hoc instanti, quod est præsens, sed in tempore. Ad quartam nego consequentiam, nam rarefactio est acquisitio raritatis, & raritas est qualitas, ergo rarefactio fit per minima, vt etiā calefactio, & dico rarefactionem non esse motum localem, neq; mixtum motui locali, nam occupari maioris loci non est motus localis, sed rarefactio, prætere-
H rea non haberem pro absurdo motum localem mixtū alterationi fieri per minima, quia hoc non habet à se vt motus localis, sed vt alteratio. Ad quintam dicendum sequi cōsequentiam, qñ & motus & quies essent in instanti, vbi.n. quies esset in instanti, vel esset in alio vel in eodem instanti non in alio, quia vel mediato, vel immediato, non immediato, quia instans non est immediatum instanti, nec in instanti mediato, quia tunc in tempore medio mobile nec moueretur nec quiesceret, quare oportet dicere quietem esse in eodem instanti, & ita sequitur absurdum Aristo. ponendo motum & quietem esse instantaneas, at vbi motus ponitur in instanti, & quies in tempore, potest dici & concedi, & nō sequitur in eodem instāti esse motum & quietem, nam motus erit in instāti, & quies erit in toto tpe sequenti, & sic non sequitur in eodem instanti esse. Ad sextam dicendum


Vel motus dico occupationem maioris loci nō esse motum localem, sed generationem maioris loci quæ fit in instanti sicut generatio calliditatis, & generatio raritatis, occupatio enim maioris loci non fit per se, sed consequenter, sicut

tendo resolutionem usq; ad materiam primam, in instanti generationis ignis ex aqua fit maior raritas, & occupatio maioris loci ex quo sequitur occupatione illa non esse per se terminum alicuius motus, sed distinctione tantum.

dicendu formã totalẽ sua natura non esse corruptibilẽ nec generabilem.nisi per minima, imaginor.n. formã generari, veluti forma prior corrumpitur, & quia nec prior, nec secunda potest subito generari, vel corrumpi, ideo acquisito vno minimo, ex natura formæ est, vt non eodem instanti acquiratur aliud, ex quo sequitur, q̃ si resistentia accipitur pro potentia, quæ continuo est remissibilis, sic nulla est resistẽtia, si accipitur ꝓ forma corruptibili, quæ sua natura nõ est apta subito corrumpi, sed per minima, sic datur resistentia, sequitur ẽt agens fortius, & debilius differre ex eo, quia alterum ex sua potentia habet, vt inter productionẽ & productionẽ interponat minorem vel maiorem quietẽ, nec alia causa est, nisi ex naturis potẽtiarum eorum. Adhuc est dubitatio contra dicta, nam aliquis motus esse potest alterο continuo velocior vt motus grauis maioris descẽdentis motu grauis minoris descendentis, ergo in quolibet instanti velocitas intenditur, alioquin non continuo esset velocior. Dicendum motum A esse continuo velociorem non velocitate maior, quæ acquiritur in quolibet instanti, sed velocitate maiori, quæ acquiritur ꝓ quolibet instãti, vel acquisita est, & hoc sufficit.

DI LVCI. Text.c. 33. *Motus autem dupliciter diuisibilis est, uno quidem modo tempore, altero uero ratione partium eius quod mouetur, ueluti si A C, totum mouetur & si AB, & BC mouebuntur, atq; sit partis A B motus DE, partis uero B C E Z, uniuersum igitur D Z necesse erit totius AG motum, nam illo ipso mouetur, quippe cum utraq; pars utroq; moueatur motu, et nihil alieno moueatur motu. Quare uniuersus motus uniuersæ magnitudinis motus erit.*

ANT. *Motus autem est diuisibilis dupliciter, uno quidem modo tpe, alio uero secundum partiũ, illius quod mouetur motus, ut si ipsum A G mouetur totum, & A B, mouebitur, & B G sit igitur ipsius quidem A B, qui est D E, ipsius autem BG qui est E Z motus partium, necesse igitur totum, in quo est D Z ipsius AG esse motum. Mouebitur.n. secundũ hunc, quoniam enim utraq; partium mouebitur secundum utrãq;, nulla autem mouebitur secundum alterius motum. Quare totus motus totius magnitudinis est motus.*



Expositio. Proponit nunc agere de diuisione motus, & primo proponit illam, & inquit, motus aũt dupliciter diuisibilis est, vno quidem modo tempore, quomodo dixit ipsum non posse esse in nunc. Altero vero ratione partium eius quod mouetur, veluti si AG totum mobile moueatur & AB, & BG partes etiã mouebuntur. Tractabit igitur duo, primo motum esse diuisibilem merito partium mobilis, secũdo merito temporis, primum syllogistico sic, omne illud quod est totum in toto & pars in parte diuiditur ad diuisionem sui subiecti, sed motus est totus in toto mobili, & pars in parte, igitur diuiditur ad diuisionem mobilis. De syllogismo primo accepit conclusionem per exemplum, deinde probat minorẽ & inquit, atq; sit partis AB ipsius mobilis motus particularis DE, partis vero BG sit alia pars EZ, tunc concludit quasi minorem & inquit, vniuersum igitur DZ necesse erit esse totius AG motum, nam illo ipso mouetur. Deinde quasi eandem rationem per viam enthymematis concludit & inquit, quippe cum vtraq; pars vtroq; moueatur motu, & neutra moueatur motu alterius, quare vniuersus motus vniuersæ magnitudinis motus erit, & sic vult habere hanc minorem (vt mihi videtur) quòd motus sit totus in toto & pars in parte, cui addas maiorem, & conclusio patet. Sed dices, ad quid fuit necessarium addere q̃ sit pars in parte, nonne satis potest sic argui, omne quod est totum in toto subiecto, est diuisibile per diuisionem subiecti, sed motus est totus in toto subiecto, igitur diuisi- B bilis per subiectum, ad quid igitur adiecit, cum quippe vtraq; pars vtroque moueatur motu, neutra mouetur neutrius motu. Dici potest, quia nonnullæ formę sunt in totis subiectis, vt anima in toto corpore, nõ propterea dicitur esse diuisibilis ad diuisionẽ corporis. Ad hoc igitur, vt ipsa forma diuidatur ad diuisionem subiecti, requiruntur tria, primo vt tota ipsa sit in toto, secundo vt pars sit in parte, tertio vt illud quod est in vna parte non sit in alia parte. Et tunc erit forma diuisibilis ſm subiectum, & sic patet q̃ vtiliter illud esse additum.

Commen. 23.

Dubitatio. {Cum declarauit.} Istud cõmentum patet. Sed circa hoc dubitatur, vtrum motus possit diuidi ad diuisionem mobilis, & videtur q̃ non, quia illę partes motus acceptæ penes partes mobilis, vel remanerent à princi- C pio vsq; ad finem, vel essent continuo aliæ atq; aliæ: si permanent, igitur motus erit permanens. Illud enim p̃manet, cuius omnes partes sunt simul, etiam tunc mobile amplius non mouebitur, quia iam habet omnes motus partes. Sin vero non permanent, igitur non differunt à partibus temporis. Ad dubium respondet Auer. D q̃ intendit per partes moti, partes quæ mouentur de principio spatij vsq; ad finem similiter, & est intelligendum de partitione motus ſm partitionem partium, qm̃ hæc partitio differt à partitione eius ſm partitionem temporis. Sic igitur vr̃, velle q̃ partes illæ permanent in tota mutatione. Solutionem hanc apertius declarat Themistius, vult.n. q̃ motus, & illa, circa quæ motus versatur, videlicet locus, magnitudo, & affectio, diuisilia sint, non tñ eodem modo, magnitudo.n. & quantitas suapte diuiduntur, affectiones & qualita- D tes ex accidenti, quia accidunt corpori, quod diuiditur. Sic igitur motus quatenus quantitas est, diuisibilis est diuisione partium non permanentium, quatenus vero affectio corporis moti diuiditur vt qualitas ad diuisionem subiecti, & sic patet eius permanent, primo vero modo non permanent. Expositor autem supplet vtrisq; & bene, q̃ partes mobilis possunt dupliciter cõsiderari, vno modo inter se, & sic cum neutra sit prior altera, sic neutra mouetur prius altera. Alio modo possunt considerari respectu certi puncti aut signi in magnitudine constituti, & cum respectu illius altera sit altera prior, sic motus erit successiuus. Tunc ad rationes concedo motum esse permanentem quo ad partes mobilis inter se consideratas, quo vero ad partes mobilis consideratas respectu signi, partes illę sunt successiuæ.

Respõ. Auer.

Declaratio Themistii.

Declaratio Tho.

An motus diuidatur ſcdm diuisionẽ tpis. Vide Burl. Text.c. 36.

siuæ. Siſr dico ꝙ licet partes permaneant, adhuc mobile mouetur, quia non mouetur vt acquirat partes motus, ſed partes termini ad quem, vel totum ipſum terminum ad quem.

RECOGNITIONES.

FAcilius textus exponi poteſt, vt ponatur hæc concluſio, motus eſt diuiſibilis diuiſione partium eius, quod mouetur, & hoc inquit, alio vero modo eſt diuiſibilis ſm motus partium eius quod mouetur, vt ſi ipſum A G totum mouetur, partes eius mouebũtur. ſ. & A B pars eius mouebitur, & B G etiam pars eiuſdem mouetur. Pro huius reprobatione ſupponatur hęc definitio, totum mouetur, cum ipſum, & quælibet pars integralis mouetur, vt ſi gleba terræ deorſum moueatur tota, ipſa & quælibet eius pars ſm q̃titatem ſumpta mouebitur, ſuppoſita igitur hac definitione, probat iſtam concluſionem, & inquit, ſint igitur motus partium illius totius mobilis ſignati per AG ipſius quidem A B motus ſit, qui eſt D E. ipſius autem B G motus ſit, qui eſt E Z: caſu iſto ſtanti, ſequitur totũ D Z motũ eſſe totius A G motũ. conſequentia patet, quia totum A G mouebiť ſm hũc, & nõ ſm alium, ꝙ ſi totus motus eſt totius mobilis, ſtatim ſequitur ipſum eſſe diuiſibilem diuiſione eius, quod mouetur, quia totum motum eſſe alicuius totius mobilis, eſt totum illud mobile moueri illo toto, & partes moueri illius partibus, vt in definitione ſumebatur. ſed dices totum mobile moueri certo motu, & oẽm partem etiam moueri illo, quia altera pars mouetur, motu alterius, & econtra, & totum mouetur motu, quo mouetur quælibet ſui pars, & ſic non oportet motum diuidi diuiſione eius, quod mouetur, qm̃ vno indiuiſibili motu mouebitur totum, & quælibet eius pars. contra obijcit Ariſtoteles, & inquit, qm̃ .n. vtraq; partium mobilis mobiliter ſm vtranq; motus partem, nulla autem mouetur ſm alterius motum, quod ſumit, & nõ probat, ſed vt per ſe notum accipit, ideo repetit quod concluſerat, ſ. ꝙ totus motus totius magnitudinis ſit, ꝙ ſi totus eſt totius, eius partes erunt partium, vt ex premiſſa definitione patet, ergo erit mobilis diuiſione diuiſibilis. hoc pacto exponendo, facile textus patet, in commentarijs textum hunc ad ſyllogiſmum reſoluimus.

DILVCI. Textu. 34. *Præterea, ſi motus quidem omnis alicuius eſt, uniuerſus uero DZ motus nullius partium eſt; parte. n. utraq; mouetur, neq; alterius cuiuſdam, cuius nanq; totius totus eſt motus, eius etiam partes partium ſunt, partes autem DZ partium ABG ſunt, et non aliorum motus, plurium. n. unius motus non erat, uniuerſus utiq; motus uniuerſæ A B G magnitudinis erit.*

ANT. *Amplius autem ſi omnis quidem motus alicuius eſt, totus autem motus qui eſt, in quo eſt DZ neq; partium eſt, neq; alterius, parte. n. utraq; mouetur neq; alterius illius, cuius. n. totus totius, & partes partium ſunt, partes autẽ ipſius DZ ſunt ipſarum, quæ ſunt ABG & non aliarum, plurium enim non erat unus motus, totus utique motus eſt ipſius A B G magnitudinis.*

Mouetur verbum eſt interpretis.

Secũdo arguit, illud quod totum eſt alicuius totius, diuiditur ad diuiſionem illius: ſed totus motus D Z eſt totius mobilis ABG: igitur diuiditur ad diuiſionẽ illius mobilis. Circa iſtam rõnem, non ponit concluſionem, quia illa quæ poſita eſt à principio fuit omnibus rõnibus. ponit ipſam minorem & illius probationem, pro-E batio eſt iſta, oĩs motus eſt alicuius mobilis, motus igitur D Z eſt alicuius: vel igitur ipſe eſt partium, videlicet huius & illius ſeorſum, vel alterius cuiuſdam ab oĩbus partibus, vel totius mobilis A B G nõ eſt alicuius partium, qm̃ nulla pars mouetur toto motu totius, ſed parte totius motus, nec poteſt eſſe cuiuſdam alterius, quia tunc erit illius, & partes ſuæ partium illius, quod eſt impoſſibile, nam non poteſt vnus motus eſſe plurium, igitur motus D Z erit totius mobilis A B G, & ſic patet minor. inquit, Præterea, ſi motus quidem oĩs alicuius eſt, vniuerſus vero D Z motus nullius partiũ eſt, nã vtraq; pars mouetur parte motus, & non toto, neq; poteſt eſſe alterius cuiuſdam vt equi, quod declarat, cuius nãq; totius eſt motus, eius etiam partes partium ſunt, vt D Z ſit totius equi, partes huius erunt partium equi, mõ partes DZ motus competunt partibus A B G F mobilis vt ſcorpij, & non partibus equi, quia plurium non poteſt motus eſſe vnus, tunc dat minorem, vniuerſus itaque motus vniuerſæ A B G magnitudinis erit. Hæc erat minor.

Commen. 34.

{Iſta eſt alia} Soluit Auer. pulchram q̃onem, vr. n. ꝙ hæc non differat à prima, ideo vult ꝙ hæc nõ ſit demonſtratio per ſe, ſed quaſi præcedentis confirmatio, nam quod prima ſupponit, hæc probat. Suppoſuit. n. ꝙ totus motus D Z neutrius partis ſit primo (quæ ſuppoſitio fuit accepta vt principium in alia demonſtratione) ſed ſit totius A B G: vtitur autem Auerro. ſyllogiſmo hypothetico, oĩs motus eſt alicuius moti: D Z motus non eſt partium, & non eſt cuiuſdam alterius, igitur eſt totius A B G.

{Dixit qm̃.} Vult hic Auer. ꝓbare ſuppoſitionem, G & hoc dupliciter. Tũ primo, quia pars non eſt æqualis toti, igitur motus totius non competit alicui partium.

{Deinde induxit.} Tum ſecundo, quia hæc conuertuntur, totus motus eſt totius, igitur partium, & econtra, partes motus ſunt partium, igitur ſunt totius, tunc arguo, oẽs partes conuertuntur cum toto, igitur quod competit toti, nõ poteſt alicui partium competere, ſed bene oĩbus. Ait autem ꝙ hæc conuerſio eſt dubia, bene. n. valet, motus totus eſt totius, igitur eſt partium. Sed contra eſt dubium. vr. n. non valere, motus eſt partium alicuius, igitur eſt totius facti ex illis, quia cauillator poſſet dicere, motum eſſe partium, & non eſſe totius, vt rarefactio oĩum partium aquæ eſt motus localis cuiuſlibet partis, & non totius ponendo ipſam rarefieri in vna medietate, & condenſari in alia. Contra arguit, Si motus conueniens toti conuenit partibus, & H qui conuenit partibus, non conuenit toti, igitur motus totius eſt cõior & vniuerſalior, q̃ motus partium, nam competit toti & partibus, ſed ille partium cõpetit partibus tm̃, & non toti, igitur ille totius erit vniuerſalior. Sic igitur patet dupliciter ꝙ motus eſt totius, & nõ alicuius partis adæquate, addit vtilitatem demonſtrationis, & patet. Hæc expoſitio non conſonat græcis verbis, licet bene dicat ꝙ non differt multum ab illa.

RECOGNITIONES.

SEcundo probat idem. ſ. totus motus alicuius mobilis, ſit illius totius, & ita eius partes erunt illius partium, & arguit hypothetice, & inquit, amplius autem ſi oĩs quidem motus alicuius ſubiecti eſt. ſ. totus, hoc aſſumit, & non probat, nam patet. cum. n. ſit accidẽs, oportet vt alicuius ſubiecti ſit totum. Tunc hoc ſumpto, vel igitur erit vtriuſq; partis eius, quod mouetur

totus

totus, vel alterius tm̃, vel cuiusdam diuersi à partibus, & à toto, vel erit eius, quod mouetur, totus destruit tria membra & concludit quartum, & inquit, totus autem motus. s. D Z neq; partium est. i. vtriusq; partis totus, neq; alterius, supple tm̃, & dat causam, & inquit, nam parte motus D Z vtraq; pars mobilis mouetur, & non altera tm̃. non probauit autem motum illum non esse vtriusq; partis, quia proximo textu patet, dixit. n. alteram partem non moueri motu alterius. deficit autem in græco verbum mouetur more attico, ideo est subaudiẽdum. Sic igitur D Z motus esse non põt vtriusq; partis, neq; alterius tm̃, probat q; non possit esse alterius cuiusdam alterius subiecti, vtpote formicæ, & inquit, neq; alterius vllius esse potest, & probat, & inquit, cuius. n. totius subiecti est totus, partes eiusdem motus sũt partium illius mobilis. Sed partes ipsius D Z motus sunt ipsarum partium, quæ sunt A B G mobilis, & non aliarum, ergo nec totus potest esse alterius totius mobilis. Sic igitur totus D Z nec est vtriusq; partis, neque alterius tm̃, neq; cuiusdam diuersi. Sed dices eundem motum posse esse duorum subiectorum sibi inuicem cõicantium, ergo potest esse vtriusq; partis & potest esse diuersorum subiectorum, modo sibi inuicẽ cõicent. obijcit contra hoc Arist. & inquit, plurium. n. subiectorum nõ erat vnus motus, nec cõicantium, nec non cõicantium, tunc his partibus refutatis, concludit conclusionem, & inquit, totus vtiq; motus D Z est totius A B G magnitudinis. Animaduerte Arist. accepisse totum motum non posse esse duorum subiectorum nec cõicantium, nec non cõicantium, quia duo mobilia communicari non possunt, nisi se habeant, vt totum, & pars. si ergo totum mouetur eodem motu, quo pars mouetur, & è contra, qua rõne totum cõicat cum vna parte in motu, eadem rõne debet cum altera cõicari, & ita sequitur vtrasq; partes moueri eodem motu, & qm̃ partes sunt mobilia non cõicantia, sequitur duo non communicantia eodem motu moueri, quare si duo mobilia communicantia mouentur eodem motu, duo non communicantia eodem motu mouebuntur, & sic quod Aristoteles dicit, omnino est bene suppositum.


DILVCI. *Insuper autem si quidem vniuersæ magnitudinis motus sit alius, ut T I auferẽtur ab ipso utrarũq; partiũ motus, qui quidem æquales erunt motibus D E, E Z, unus. n. unius est motus, quare si totus T I motus in motus partiũ diuidetur, motus T I motui, D Z erit æqualis. Si uero defecerit quicquam, ut K I hic nullius erit motus, neq;. n. totius, neq; ptiũ, quia motus unius unus est, neque alterius cuiusdam, nã motus continuus continuorum est, eadem uero ratio erit si excesserint in diuisione. Quare si hoc fieri nequit, atque æqualem esse necesse est, hæc quidem igitur diuisio ratione partium eius quod mouetur est, atque cuiuslibet partibilis ipsam esse necesse est.*

ANT. *Amplius autem siquidem est totius alius motus, ut is quo T I: remouebitur ab eo, qui utrarũq; partium motus est, hi autem æquales erant his, qui sunt D E, E Z. unius. n. unus motus est. quare si totus quidem T I diuidetur in partiũ motus æqualis erit, qui est T I, E I qui est D Z. Si uero deficit aliquid, ut quod est K I, hic nullius erit, neq;. n. totius, neque partiũ, propterea quia unius unus est. Neq; alterius ullius, continuus. n. motus est continuorum quorũdam, similiter autem & si excellat secundum diuisionem. Quare si hoc impossibile est, necesse est eundem motum esse, & æqualem, hæc*

A *quidem igitur diuisio secundum partim motus est, & necesse est, cuiuslibet partibilis esse ipsam.*

Tertio arguitur sic, oĩs motus cõpositus ex motibus partiũ diuiditur ad diuisionẽ totius: sed motus scorpij

An eadem sit diuisio motus sc̃dm diuisionẽ mobilis & tẽporis et spatii. Vide Egid. 2. 37. huius.



B

est motus qui componitur ex motibus partium scorpij, igitur diuiditur ad diuisionem scorpij. probatur minor, motus qui competit toti scorpio, vel est ille qui aggregatur ex motibus partium vel alius, si idem, & ille. minor habet, si alius, vel æqualis, vel inæqualis, si æqualis, igitur idem ille, quia duo æqualia & eiusdem spẽi in eodem subiecto collocata sunt vnum & idem, si inæqualis, siue maior, siue minor, nullius esset, vbi nãq; minor sit, non erit totius, neq; partium, cum totum æquetur oĩbus partibus, igitur motus totius ęquabitur motibus partium. neq; potest esse alterius cuiusdam vt formicæ, quia motus non potest esse in diuersis vnus
C & idem numero, restat vt motus totius, & motus omnium partium sint ęquales, igitur vnus, & ita motus totius erit compositus ex motibus partium, quæ erat minor. De ratione non probat nisi ipsam minorem. Inquit, aut motus vniuersæ magnitudinis A G est ille qui componitur ex motibus partium, aut alius. Animaduerte q; hæc ratio supponit ex motibus partium componĩ vnum motum, & petit an motus totius A G scorpij sit ille, qui componitur ex motibus ambarum medietatum scorpij aut alius. Si inquit alius vt T I, ita vt motus totius scorpij sit T I motus vero oĩum sit D Z auferentur ab ipso motu qui competit toti vtrarumq; partium motus, qui quidem æquales erunt motibus D E, E Z, quasi dicat, motus totius differret à motibus partium, vnius. n. vnus est motus, & sic motus partium & motus totius si erunt alij, etiam mobilia erunt alia,
D quia non potest vnus motus esse duorũ. Quod si alius, vel æqualis vel inæqualis, inquit, quare si totus T I motus, qui totius scorpij est, in motus partium diuidetur, motus T I motui D Z erit æqualis, quia vbi partes partibus æquales sunt, totum toti erit æquale. Dices forte q; partes vnius non sunt ęquales partibus alterius. Cõtra arguit, si vero inquit defecerit quicquam, sit illud K I quod deficiat à motu totius scorpij, tunc hic nullius erit motus, neq;. n. totius scorpij, neq; partium. totius quidem non, quia motus vnius vnus est & illi ęqualis, partium per idem minime, neq; alterius cuiusdam, nam continuus & vnus continuorum est, & non formicæ discontinuæ à scorpio. Eadem ratio erit si excesserint in diuisione illæ partes. Quare si hoc fieri nequit atque æqualem esse necesse est, & per consequens

idem

idem cum motu omnium partium. Hæc est expositio.

Commen. 35.

{Ista est tertia.} Cōmentum per expōnem literæ patet. Sed exoritur difficultas, vnde valeat enthymema istud, motus totius est æqualis motui cōposito ex motibus partium, igitur idem. Hæc.n.dubitatio est non parua. Quidam deducunt, quia si essent æquales, alter frustra esset, alij deducunt æqualia & in specie eadem in vno numero subiecto, nō possunt esse nisi idē. Auer. autem deducit ex vno Arist. verbo, quia non potest idē mobile moueri diuersis motibus eiusdem spēi & æqualibus. Et ita idem totum non potest q̃tum ad rōnem totius moueri motu vno, q̃tum vero ad motum oīum partium moueri motu alio, moueretur.n.idem motibus diuersis. Sed dices hoc non vr̃ inconueniens, nam posibile est totum sub rōne totius quiescere, partes vero ſm rōnem partium moueri, vt si aer hic inclusus ſm F vnam medietatem rarefieret, & ſm aliam condensaretur, moueretur mutando locum, vbi totum non mutaret locum, igitur totū potest vno motu moueri, & partes alio. Dici potest q̄ siue sit siue non, non potest totū moueri, quin partes moueantur. Item non potest totū moueri vno motu, & partes alio motu, & hoc satis bene, tn̄ concedo posse oēs partes moueri toto quiescente, sed q̄ oēs partes moueantur vno motu, & totum moueatur alio illi æquali, non est posibile. Dico vlterius in motu locali puro non possunt partes moueri toto quiescente nisi motu circulari. Hæc satis.

RECOGNITIONES.

TExtus iste obscure legitur, in cōmentarijs tn̄ bene, lege ergo verba sic, amplius autem si quidē est totius mobilis alius motus, s. à motu aggregato ex motibus partium, ita, vt sint duo diuersi, verbi cā, vt mo- G tus totius sit T I remoueī T I motus ab eo motu, qui est motus vtrarūq; partium, remouebitur dico subiecto, ita vt sit quasi diuersus à motu aggregato ex motibus partium subiecto, & quasi dicat, licet T I remouebitur subiecto à motu aggregato ex motibus partium, tn̄ hi motus partium ipsius T I erant æquales his motibus partium, qui sunt D E, E Z, & subscripsit hoc, vt innueret illa posse esse subiecto diuersa, & æqualia. Quod vero si T I motus sit alius à motu aggregato ex motibus partium, debeat esse subiecto ab eodem remotus, probat, & inquit, vnius.n. vnus motus est, & ita si T I motus alius est à motu aggregato partium, erit vnius alterius mobilis diuersi à partibus simul iūctis, ita vt totum sit vnum mobile, & partes simul iunctæ aliud subiecto ab illo, & sic patet illa consequentia, & vltra. quare si pro quia totus T I motus diuiditur in motus H partium T I motus æqualis erit motui D Z aggregato ex motibus partium, dixit.n. hos subiecto esse diuersos, sed æquales. non contentus his, quæ dixit, probat hoc, & inquit, si autem non æqualis fuerit, sed deficit, ita vt in T I motu deficiat C I huc motus T I cui pars illa deficit, nullius erit, qa neq; erit totius mobilis, neq; partium mobilis simul coniunctarum, & asignat cām, & inquit, propterea quia vnius vnus est, hoc est propterea quia cuiuslibet mobilis vnus, i. æqualis est motus, accepit.n. vnum pro æquali. Si igitur deficit in T I motu T I non potest esse æqualis toti, neq; æqualis partibus simul iunctis, neq; alterius vllius esse potest, cuius cām asignat, & inquit, quia cōtinuus motus est cōtinuorū quorūdam. q.d. cum positum sit T I motū esse continuum, & æqualem ipsius totius mobilis, hic esse E non potest nisi eorum, quæ cum toto mobili sunt continua, & ita esse non potest alterius mobilis à priori discontinui, vt formicæ, vel testudinis, simili rōne, vt inquit, si excellat, nullius erit, quia neq; totius, neq; partium, neq; alterius. Tunc dat vltimam consequentiam, & inquit, quare, si hoc impossibile est, vt, s. motus totius sit alius subiecto, à motu partiū simul iunctarum, necesse est totius & partium eūdem motū esse, & æqualē, & sic motus diuisione mobilis diuiditur. In cōmentarijs vero hæc consequentia aliter legitur & nō ab rōne, verum hoc mō legendo, patet rō Arist. argumentaē .n. sic. Motus totius nō est alius à motu partium simul iunctarū, ergo est totius & partiū, & ita diuisibilis diuisione mobilis. q̄ non sit alius, probatur, quia vel æqualis, vel inæqualis, non inæqualis, quia neq; maior, nec minor, ergo æqualis motui partiū, sed non pōt esse illi æqualis, nisi partes ipsius partibus illius rn̄deāt, & ita diuiditur diuisione totius. Tunc epilogat, & inquit, hæc quidem igitur diuisio ſm partium motus est, & necesse est ipsam esse cuiuslibet mobilis partibilis, nam omnis motus diuisione mobilis diuiditur, hoc pacto verba legendo, patent, quæ in commentarijs diximus.

Alia autem temporis rōne, nam cum oīs motus in tpe sit, & oē tempus est diuisibile, minor autem motus in minori tempore fiat, oēm motum diuidi rōne temporis necesse est. DILVC.

Alia autem ſcdm tempus, quoniam.n. oīs motus est in tēpore, tempus autem oē diuisibile est, in minori autem minor motus est, necesse est oēm motum diuidi secundum tempus. ANT.

Quod vero motus ratione temporis sectilis sit, probat per enthymema, cuius antecedens sunt tres propositiones. Prima, omnis motus est in tempore. Secunda, omne tempus est diuisibile. Tertia, motus minor I tēpore est minori, In maiori maior, & æqualis in æquali, igitur motus diuiditur ratione temporis.

Commen. 36.

{Cum declarauit} Arist. posuit confuse propōnes, Auer. componit syllm̄ sic, oē tempus est diuisibile, oīs motus est in tēpore, igitur oīs motus est diuisibilis. Sed contra, oē corpus est diuisibile, omnis aīa est in corpore, igitur anima est diuisibilis rōne corporis. vel sic, oē cœlum est diuisibile, primus motor est in cœlo; igitur est diuisibilis. Respondet Auerro. q̄ syllogismus ille existimatur bonus, sed ad hoc vt sit ſm veritatem bonus, oportet addere in minori q̄ sit in tempore æquali, quod Aristote. denotat per verbum illud, in minori autem minor motus est.

{Qm̄ si.} Probat q̄ illa particula debet intelligi, nā H si non intelligeretur, esset posibile motū esse momentaneum, & tp̄s diuisibile. consequentia tenet, licet ipse non probet, quia si motus non debet esse æqualis tēpori, igitur tpe posito diuisibili, potest esse motus momētaneus, p̄ tanto motus ponit̄ diuisibilis pro q̃to ponit̄ cōmensurabilis tempori. Sylls igitur formetur sic, oē tempus est diuisibile, omnis motus est in tempore sibi æqualis, igitur omnis motus ratione temporis est diuisibilis, propterea concludit q̄ motus tum ratione temporis, tum ratione mobilis diuisilis est.

{Et quia.} Vltra literam nostram habebat Auer. in litera sua hæc verba, & necesse est vt sit in oī partibili, cuius cām reddit Auer. quia eius diuisibilitas est diuersa, quia motus est in generibus diuersis, vt motus in locum est in genere loci, motus augmenti in genere quanti, & sic de alijs. specificantur enim per terminos

ad

ad quos,& sic pec partibile intelligit subiectum motus, nō ipsum mobile, penes quod diuiditur diuisione qtitatiua, & per subiectum motus intelligit, vt dicit illud in quo est, hoc est genus in quod terminatur, verbi gratia, locum in motu locali, quantitatē in auctione, qualitatem in alteratione. quod auctoritate Alexandri cōfirmat, qui dicebat oēm motum habere motum, i. genus subiectū, qui est terminus ad quem, hoc in translatione nostra non habetur. Sed dices, si motus diuiditur rōne temporis & spatij, & mobilis, igitur quantus triplici quantitate, nihil. n. diuiditur nisi rōne quantitatis. Quidam recentiorum fingunt motum habere propriam quantitatem distinctam realiter à quātitate temporis, quæ est successio quædam, est tñ quantus per accidēs rōne subiecti, rōne vero spatij diuisibilis in infinitum. Sed hoc stare non potest, qm̄ tempus ipsum etiam est successio quædam, igitur motus & tempus non distinguuntur penes successionem. Solitus sum dicere q motus est actualis successio, tēpus vero est ipsius motus aptitudinalis mensura, qm̄ est eius passio, & oīs passio est aptitudo. Tempus vero actu est actualis mensura, igitur motus est diuisibilis à mobili quantum ad quantitatem permanentem, tempore quo ad mensuram à spatio quo ad diuisionem. Solitus sum etiam dicere motum à tempore nancisci diuisionem distractā, ab ipso mobili diuisionem permanentem à spatio diuisionem in infinitum. Hæc de motus diuisione.

Dubitatio.

An tempus di fingatur realiter à motu. Vide cm̄. q. 5. quarti arti. 3 Blaā. de mag. q. 6. quartibus in. Et Cor. pa rifien. q. 1. quarti huius.

DILVC. *Cum autem oē quod mouetur, in aliquo moueatur, et tpe aliquo, mobilisq; uniuersi sit motus, necesse est diuisiones esse easdem & temporis, & motus, & ipsius moueri, & eius qd mouetur, & etiam eius in quod motus ipse est, non tñ oium similiter in quibus est motus, sed quantitatis quidem per se, qualitatis uero per accidens. Accipiatur. n. tēpus in quo aliquid mouetur, et sit A, & motus sit B: si igitur uniuerso motu in uniuerso tpe illud motū est, in illius dimidio motu minore motū erit, quo etiā rursus diuiso, minori motu erit motum, atq; sic semp, simili et mō si motus diuisibilis est, tēpus etiā diuisibile erit, nā si uniuerso motu toto in tpe motum est, dimidio in dimidio & minore rursus in minore motum erit.*

ANT. *Quoniā aūt oē, quod mouetur, in aliquo mouetur, & tpe quodam, & oīs moti est motus, necesse est easdem diuisiones & temporis, esse et motus, et ipsius moueri, et eius, quod mouetur, et in quo motus est. Sed non oium similiter est in quibus motus est, sed quanti quidem per se, qualis autem per accidens. Accipiatur. n. tempus in quo mouetur, in quo A. & motus in quo B. Si igitur per totum in omni tempore est motum, in medio per minorem, & iterum hoc diuiso, per minorem hoc, & semper sic. Similiter autem et si motus diuisibilis est, tempus diuisibile est, si. n. per totum in omni, per medium in medio, & iterum per minorem in minori.*

Quinque hæc condiuisibilia. An quantitas qua motus est quātus sit formaliter tēpus. Vide Scot. 5. Meta. q. 10.

Quinque sunt, genus ipsum ad quod motus est, vt alteratio ad qualitatem, auctio ad quantitatem, latio ad locum. est & motus ipse, qui est actio quædam motoris illata ipsi mobili: est tertio ipsum moueri, quod est passio rei motæ à motore: est tempus ipsum, in quo sunt & motus, & ipsum moueri: est qnto mobile ipsum, quod est subiectum oium horum. de his ponit q oia condiuiduntur, inquit, cum autem oē quod mouetur, moueatur in aliquod genus, vt in terminum ad quem: & moueatur tempore aliquo, & mobilis totius sit totū motus, vt dictum est, hoc est antecedens, dat consequens, & inquit, necesse est diuisiones esse easdem &

A temporis & motus, & ipsius moueri, & etiam eius in quod, vt in terminum motus ipse est. Enthymema potest sic perfici, quæcunq; sunt simul in eodem diuisibili æqualibus diuisionibus diuiduntur: sed hæc sunt simul in subiecto ipso mobili, igitur æqualibus diuisionibus diuiduntur. Rndet dubitationi, quia ait terminos ad quos esse diuisibiles. Dicet quis vtrum eodem mō. Rndet q non oium ad quæ motus est, hoc est non oēs termini ad quos sunt simili mō diuiduntur, sed quantitatis quidem per se, ad quam est latio, & qualitatis vero per accidens, ad quam est alteratio, & ita gña in quibus motus ipsi sunt, non simili modo diuisilia sunt. Probat motum & tempus condiuidi: exemplo, Et inquit, accipiatur. n. tempus in quo aliquid mouetur, & sit A, & motus sit B: si igitur aliquid motu vniuerso in vniuerso tpe motum est, in illius temporis dimidio minore

B motu motum erit, quo etiam tempore diuiso, adhuc minore motu erit motum illud idem mobile, atque sic semper motus diuidetur, vt tempus, è contra etiā è parte motus licet diuidere tempus, & inquit, similiter etiam mō si motus diuisibilis est, tempus etiam diuisibile erit, nam si vniuerso motu vniuerso in tempore motum sit aliquid, dimidio motu erit motum in dimidio tempore, & minore rursus motu in minore tempore motum erit, & sic patet exemplo motum & tempus condiuidi.

{Et quia} Auer. vult, q si enthymema reducibile ad syllm cuius antecedens, & inquit, & quia oē motū mouetur in aliquo, i. aut in vbi, aut in quali, aut in quāto, & oīs motus est in istis tribus, s. in mota re, in gñe ad qd est, & in tpe, subaudi cōsequens, igr hec cōdiuiduntur.

Commen. 37.

C {Et videtur mihi.} Alexander vt dicit, voluit literam esse corruptam, ideo dixit esse sic legendam, oē motum, hoc est oīs res mota habet motum, & tunc voluit sequi, igitur illa condiuiduntur. Dicit Auer. q litera stat melius, vt iacet, quàm vt corrigit Alexander, cuius cām dat, & inquit, qm̄ si posuerimus q tempus, & res mota, & genus habent motum, i. si posuerimus q in istis tribus est motus, in tempore, gñe, & re mota, tunc sequitur q tempus motio & res mota sint diuisibilia, veluti ipse motus qui est in illis tribus, vnde syllm docet componere sic, omne habens motum est diuisibile, hoc est, omne illud in quo est motus est diuisibile, hæc tria habent motum vel in his tribus est motus, igitur hæc tria sunt diuisibilia, & ita videtur velle Auerro. q Aristote. declarat genus, tempus & mobile esse diuisilia, quia in illis est motus alia atq; alia ratione, modo, contra Alexandrum ait talem conclusionem non

D posse concludi, si litera dicit, omne motum habet motum: solum. n. concluderet de ipso moto, & non de illis tribus, ego non legi Alexandrum in re ista, de eo quid dicam, nescio. scio bene q litera nostra non tria esse diuisilia, sed quinque esse condiuisilia probat, & sic nec expositio Auerro. consonat, cætera patent. Et licet in commentarijs bene legatur hic textus: potest tamen legi clarius, q Aristote. primo proponat conclusionem, secundo remoueat dubitationem tacitam ibi, sed non omnium similiter, tertio propositam conclusionem probat ibi, accipiatur. n. conclusionem quidem ponit sub forma hypothetica, sed legatur categorice, est. n. sensus, motus condiuiditur tempori, ipsi moueri, & ipsi mobili, & ipsi termino ad quem. Inquit. Qm̄ autem oē, quod mouetur, in aliquo mouetur, vt in termino ad quem, & in tempore quodam, & omnis moti est

est motus, vt subiecti, necesse est easdē diuisiones esse, & temporis, & motus, & ipsius moueri, & eius, quod mouetur, & eius in quo mouetur, ecce quō conclusionem posuit sub forma hypothetica, sed est sensus, illa quinque esse condiuisibilia, posuit autem conclusionē sub forma hypothetica, vt innuat illa quinque esse conuertibiliter condiuisibilia, cætera vero patent.

DILVCI. *Eodem autem modo ipsum etiam moueri diuidetur, sit. n. ipsum moueri G, in dimidio igitur motu minus erit toto, & rursus in dimidio dimidij, & ita semper.*

ANT. *Eodem autem modo. & ipsum moueri diuidetur, sit. n. in quo G ipsum moueri, secundum igitur medium motū minus est toto, & iterum scd'm medietatis medium, et si semper sic.*

Mobile.

A Tempus

B Motus

G Moueri

Probat cōsequenter ipsum moueri diuidi correspōdenter cū ipso motu, inquit, eodem aūt mō ipsum etiā moueri diuidetur, sit. n. ipsum moueri G, in dimidio igitur motu ipsum dimidium moueri erit minus toto moueri, & rursus ī dimidio dimidij adhuc erit minus, & ita semp, igitur motus & ipsum moueri condiuiduntur.

DILVCI. *Est etiā ponentem moueri ipsum, quod est vtrorūq; motum ut ipsorum D G, & G E, dicere totum esse scd'm totum, nam si aliud, plura erunt moueri eiusdē motus, quēadmodū & motū in motus ptiū ostendimus diuisibilē esse, accepto. n. ipso moueri secundum vtrunq; continuum erit vniuersum.*

ANT. *Est aūt et ponentem scd'm vtrūq; motuum ipsum moueri, ut & scd'm D G, & G E dicere quod totū erit scd'm totum, si. n. aliud, plura erunt moueri scd'm eundem motum, sicut de terminauimus, et motum diuisibilem in ptū esse, accepto. n. ipso moueri secundum vtrunq;, continuum erit totum.*

Expositor vult q̄ Arist. probet ē contra q̄ motus diuidatur ad diuisionem ipsius moueri, & ad hoc aptat probationem, quia si non sibi correspondent, tunc moueri erit in plus vel in minus, vt iam in alio problemate disputauit. Mouetur. n. expositor. quia litera eius erat singulariter scripta, videlicet plus erit moueri eiusdem motus, & recte sic sua expō conueniret. Sed q̄m litera est pluralis, ideo melius cū Auer. dico, q̄ Philosophus vř remouere dubium, posset. n. quispiam dicere q̄ partes ipsius moueri r̄ndent partibus motus, nō m̄ totum moueri toti motui, vt fuit cauillatum in alio problemate. Contra obijcit Arist. quia qui ponit ipsum moueri quantum ad partes correspondere ipsi motui, debet ponere totum toti r̄ndere, nam aliter plura erunt ipsa moueri, vnum conueniens toti motui, aliud partium simul acceptarum, & hoc inquit, est autem ponentem, moueri ipsum quod est vtrorūq; motuum, vt ipsorum

Alia expositio.

E D G, & G E dicere totum esse f̄m totum, hoc est q̄ vt partes partibus, ita totum toti respondet, quod probat D. nā si aliud, subaudi sit moueri totius motus, & aliud sit moueri omnium partium motus simul coniunctarum, plura erunt moueri eiusdem motus, vtpote aliud competens toti motui, aliud conueniens aggregato ex partibus motus, vt in problemate p̄ximo dictum est, accepto. n. ipso moueri f̄m vtrunq;, hoc est vtrunque partium motum, continuum hoc est vnum erit vniuersum moueri, & partium & totius. Hæc expositio Auer. consonat literæ.

An intermotus sit dicere motum diuidi secundum diuisionem ipsius moueri cū ipsum moueri sit id quod motum. Vide Egid. t. 37. huius.

Commen. 38.

Quum declarauit Commentum pręsens patet. nam nihil præter literam dicit.

Similiter autem & longitudo & oīno id oē in quo mutatio ipsa est, diuisibile demonstrabitur, præter quædam quæ p accidens diuisibilia sunt. præterea quia id quod mutatur est diuisibile, uno. n. diuiso, oia diuidentur, similiter & hæc oia quo ad infinitationem atq; finitationem se habebunt. DILVC.

F

Similiter autem demonstrabitur, & longitudo diuisibilis, & omnino omne, in quo est mutatio, præter quædam, quæ sunt secundum accidens, quoniam quod mutatur, est diuisibile, uno. n. diuiso, omnia diuidentur, & in ipso finita, aut infinita esse similiter se habebit de omnibus. ANT.

Primo declarauit q̄ motus & tempus sunt condiuisibilia, Secūdo q̄ moueri & motus. Nūc tertio ostendit q̄ spatium etiam est motui condiuisibile, & omnino omne illud prædicamentum in quo est motus, licet non eodem modo, quia quædam per se, vt quantitas quæ est genus augmentationis, & locus, qui est genus lationis, quædam vero per accidens vt qualitas, quæ genus est alterationis, inquit, similiter autem & longitudo, & omnino id omne in quo mutatio ipsa est, diuisibile demonstrabitur, præter quædam, quæ per accidens diuisibilia sunt, vt qualitates, in quibus sunt alterationes, hæc res potest declarari rōnibus quibus probatum est tempus, motum & ipsum moueri condiuidi, sed vt breuitatis amator subticuit. Animaduertendum, q̄ aliter fortasse & non imperite intelligi potest, nam in omni motu est spatium aliquo modo, quia distantia quædam inter terminum ē quo, & terminum ad quem, verum in latione hæc distantia est localis, in auctione dimensionalis, in alteratione gradualis. distantiæ locales & dimensionales per se diuisibiles sunt, gradualis vero per accidens, quia affectio diuiditur propter primam, & sic lege literam, similiter autem & longitudo quæ est localis distantia in latione condiuidua est motui, & omne id spatium siue distantia in quo mutatio ipsa est, diuisibilis est, in auctione distantia dimensionalis, in alteratione distantia gradualis, & sic non de terminis ad quos, sed de distantiis Aristote. loquutur quicquid velint Auerro. & expositor, præterea quædam addit spatia siue distantias, quæ per accidens, subaudi diuisibilia sunt, vt spatium graduale. Hæc expositio satis consonat literæ (vt mihi videtur.) Præterea quia volunt Auerro. & expositores quòd Aristote. probet id quod dixerat, mihi videtur q̄ non probat id quod dixerat, sed affert ad dicta siue corollarium siue consequens, & accipit antecedēs ex duobus compositum, videlicet q̄ vno diuiso illorum quinque siue sex cætera diuiduntur, & quòd id quod mutatur vtpote subiectū, sit diuisibile, ideo dat consequens q̄ vno existente finito vel infinito, & maxime

G

An eadē sit diuisio motus secundū diuisionem mobilis et scdm diuisionē tpis, & spatii. Vide Egid. t. 37. Vide & Burl. t. 36 huius.

H

ximo ipso mobili, oīa sint talia. Inquit, præterea, qnia id quod mutatur est diuisibile, hoc est primum, vno.n. diuiso illorum quinque siue sex, omnia diuidētur, hoc est ſm, dat consequens, & inquit, similiter & hæc omnia quo ad infinitationem & finitationem se habebunt, veluti quo ad diuisionem. particula illa præterea in græco non est, sed eam subieci, quia sermo græcus videtur nouam quasi rem aggredi.

RECOGNITIONES.

Verba hæc bene legūtur in commentarijs, verum verba illa, qm̄ quod mutatur & reliquę, aliter legerem, dicerem.n. esse probatum primo ꝙ motus, & tempus sint condiuisibilia, secundo ꝙ moueri & motus etiam, tertio ꝙ motus, & spatium, quarto ꝙ motus & terminus ad quem, cum hæc esse condiuisibilia probatum sit, restat probari quintum, videlicet ꝙ motus & mobile sint condiuisibilia, hoc quinto probato, sequitur hæc eodem modo esse coinfinita, vel cōfinita. Arist. ergo primo assumit hoc quintum, nam licet non sit probatum, habetur vt probatū, & inquit, qm̄ quod mutatur, est diuisibile, hoc est quintum, quod licet nō sit probatum, tñ patet esse ita ex rōne prætacta, quam subscribit, & inquit, vno.n. diuiso illorum condiuisibilium, oīa diuidentur, quare mobile cum illis erit condiuisibile, & sic habetur quasi vniuersaliter illa quinq; esse diuisibilia, & condiuisibilia, tunc dat corollarium, & inquit, & in ipso finita, vel infinita esse similiter se habebit de omnibus, ergo quia sunt illa condiuisibilia, sunt etiam coinfinitabilia, vel confinitabilia.

DILVC. *Sequitur autem maxime oīa diuidi, infinitaq; esse ab eo quod mutatur, mox.n. inest ipsi quod mutatur, infinitas ipsa atq; diuisibilitas, uerum diuisibilitas demonstrata est prius, infinitas uero in subsequentibus innotescet.* C


ANT. *Sequitur autem maxime diuidi omnia & infinita esse ab ipso mutabili, mox.n. inest mutabili diuisibile, & infinitum esse. ipsum quidem igitur diuisibile esse demonstratum est prius, infinitum autem esse in sequentibus erit manifestum.*

Accepit Arist. in probatione præmissa, ꝙ vno illorum quinque siue sex existente diuisibili, vel finito aut infinito, cætera oīa sunt diuisibilia finita vel infinita ſm diuisionem, oñdit & nunc ꝙ non eodem mō, nam ipso mobili existente diuisibili finito vel infinito, cætera sunt talia per locū à cā, & à priori, è contra vero vno existente tali, ipsum mobile erit tale per locum ab effectu. Huius rō est, quia primum naturaliter in motu est ipsum mobile, & ipsum est statim, hoc est, sua natura diuisile finitum vel infinitum, & sic ex ipso ad cætera deriuatur diuisibilitas & id genus, inquit. Sequitur autem maxime & per locum à cā atq; à priori oīa diuidi infinitaq; esse diuisione & subdiuisione ab eo qđ mutatur, affert cām, & inquit. Mox.n. hoc est à se & per naturam suam inest ipsi quod mutatur infinitas ipsa atq; diuisibilitas, cæteris deriuatiue inest propter ipsum mobile, verum ꝙ mobile sit diuisibile demonstratum est prius per esse partim in termino à quo & partim in termino ad quem, infinitum verò ꝙ sit diuisione & subdiuisione in subsequentibus demonstrabitur. Auerro. vero ponit talem ordinem, ꝙ tempus propter mobile sit diuisibile, Motus propter tempus, igitur ab ipso mobili oīs deriuatur diuisio, siue cōtinuitas. Cōmentū. 39. patet. Sed dubitatur contradictum Auerro. vult.n. ꝙ à mobili tempus sumat diuisibilitatem & à tempore motus, hoc stare non potest, quia tempus est passio mo- *Dubitatio.*

A tus, passio sumit diuisibilitatem à subiecto. Secundo dubitatur, vī.n. ꝙ magis à spatio sumant diuisionem tpis & motus, qm̄ à mobili sumunt extensionem, à spatio successionem, quæ magis conuenit motui & tempori. Rñdetur cum nouo expositore quicquid velint nonnulli captiunculatores, ꝙ motus sumit diuisibilitatem à mobili & successionem, tāquam à causa effectiua, à tempore vti à formali, cum non numeretur motus nisi propter tempus, & à spatio tanquam à materia circa quam. Tempus quoq; sumit à motu diuisionem, vti à subiecto, hæc autem non repugnant, & sic tolluntur obiecta, quæ illi non intellexerunt. *Solutio.* *Responsio.*

Quoniam autem oē quod mutatur, ex quoddam in quoddā mutatur, necesse est ipsum mutatū, cum primo mutatū est, esse in eo in quo mutatū est, id.n. quod mutatur, exit ab eo ex B *quo mutatur, aut deficit ab ipso, itaq; aut idē est mutari, qđ deficere, aut ad ipsum mutari sequitur deficere, & ad ipsum mutatū esse defecisse, habet.n. se utrūq; mō simili ad utrūq;.* DILVC.

Quoniam aut oē quod mutatur, ex quodam in quoddam mutatur, necesse est, quod mutatur, cum primum mutatū est, esse in quo mutatum est, quod.n. mutatur, ex quo mutatur, distat, aut deficit ipsum, & aut idem mutari est, & deficere, aut ad mutari sequitur deficere, nam mutatum esse est defecisse, similiter enim utrunq; se habet ad utrunq;. ANT.



Probare, ꝓposuit motum ipsum rōne mobilis esse in infinitū diuisibilem, anteq̄ hoc ꝓbet, petit duo, primū ꝙ oē quod mutat̄, cum mutatum est, est in eo ad quod mutatū est ſm ꝙ id in quo primo mutatū est, est indiuisibile, quibus postea deueniet ad propositū. Primum ꝓbat, & facit tale enthymema, oē quod mutatur, mutatur ad quoddā, etiam & à quodā, igitur quod mutatur, cū ipsum mutatū est, necesse est esse in eo ad qđ muta- D tum est. Aīaduertendū primo, ꝙ refert mutari & mutatum esse, nāstat aliquod mutari ad aliquid, non tñ esse mutatū ad illud, vt quāq̄ lignum mutetur ad calidū, nō tñ est in calido, Gallias mutat̄ ad vrbē, non tñ est in vrbe, mutari.n. potentiā actui cōmixtā dicit, mutatū esse actum solū. Secundo aīaduertendum vt Them. ait, & vī in cōmento, ꝙ debet addi primo sicut in græcis verbis habetur, hoc mō, ꝙ cum aliquod primo mutatū est ad aliquod, tunc est in illo, nam esse pōt vt is qui anno superiori fuisset Athenas profectus, non tñ esset nunc Athenis, sed cum primū applicuit, tunc necessario erat Atheni, inquit. Qm̄ autem oē quod mutatur, ex quodam in quoddam mutatur, hoc est, quia oē quod mutatur ad quoddam, necesse est ipsum mutatum (quam primo mutatum est) esse in eo in quo mutatū est, hoc est enthymema, deducit autē ipsum sic, mutari est deficere *Nota secundo sensum contradictionis.*

ficere è termino è quo, igitur mutatum esse est defecisse à termino è quo, tûc compono syllogismum sic, defecisse à termino è quo est mutatú esse in termino ad quem: sed quod mutatú est, defecit à termino è quo, igitur mutatum est in termino ad quê, & per consequens

Syllogismus. est in illo. Vel sic, defecisse e termino è quo, est esse in terminum ad quem, quod mutatum est defecit. igitur quod mutatum est ad aliquid in illo. Potest autem minor poni in terminis, sint.n. isti quatuor termini mutari, esse, deficere, defecisse, vt igitur mutari ad esse, ita deficere ad defecisse, igitur vt mutari ad deficere, ita esse

An idem sit defecisse ab aliquo termino quod mutari ab illo. Vide Egid. hic. ad defecisse. Sed mutari est deficere è termino è quo, igitur esse in terminum ad quem defecisse, & sic patet minor, inquit. Id.n. quod mutatur, exit ab eo, ex quo mutatur, aut deficit ab ipso, & sic mutari est deficere, & quia quis posset cauillare ipsum mutari non esse deficere, cauillû tollens addit, itaq; aut idê est mutari, quod deficere, ad ipsum mutari sequitur deficere, & ad ipsum mutatum esse defecisse, habet enim se per cômutatam proportionem vtrunque modo simili ad vtrunque, & sic patet minor.

Commen. 40.

{Vult hic.} Animaduertendum q Auer. vr aliter literam intelligere, velle.n. vr q Aristo. probet oê quod mutatur esse mutatum, & esse primo in aliquem terminum ad quem, Hæc est expositio. Secundo vult conclusionem Arist. esse vniuersalem in omnibus quatuor generibus transmutationum.

{Et cum omnis.} Probat conclusionem ipse extra textum sic, terminus è quo & terminus ad quem sunt sine medio: sed transmutari est non esse in termino à quo, igitur est esse in termino ad quê, tenet consequentia, aliter.n. esset inter illos medium.

{Transmutatum primo.} Idem probat ex textu sic, res recedit in instâti à prima quiete, hoc est immediate post instans, igitur accedit in instanti, hoc est, igitur immediate post hoc accedit ad terminum ad quê, est igitur ratio, quod mutatur imediate post hoc recedit, igitur îmediate post hoc accedit ad terminum ad quem,

Dubiô prima. Sed contra expositionem Auerro. sunt dubitationes, videtur.n. primo q conclusio non sit vera, quoniam quod mutatur partim est in termino è quo, & partim in termino ad quê, igitur non primo est in termino ad

Secunda. quem, & ita conclusio falsa est. Contra suam primâ rationem dubitatur, qm maior est falsa, qm inter termi

Tertia. nos mediat spatium, igitur non sunt îmediati. Contra secundam rationem tertio dubitatur, quia non videtur q ipsum quod mouetur recedat in instanti, recedere

Quarta. .n. est moueri. Quarto dubitant, in quo mutari differt ab ipso deficere, & in quo est idem. Circa hæc animad

Nota primû. uertendum q Auer. per terminum ad quem intelligit oê illud in quo mobile non actu quiescit, sed potentia, est.n. duplex terminus ad quem, alter quidê in quo mobile ipsum actu quiescit, & hic dicitur terminus ad quê in actu, alter in quo mobile est aptû quiescere, & hoc

Nota secûdo. dicitur terminus ad quem in potentia. Secundo aîaduertendum q terminus à quo, & terminus ad quê in actu sunt mediati, quia semper mediat spatium, terminus à quo & terminus ad quê in potentia sunt îmediati, qm terminus ad quem est totum spatium, quod est extra terminum à quo, tale autem est immediatum illi,

Solutio ronû. vt patuit in expositione commenti. 32. Tunc ad rationes, ad primam côcedo q illud quod mutatur, partim est in termino à quo & partim in termino ad quem, &

E ita non erit in termino ad quem in actu, nec in termino à quo, est tñ in termino ad quem in potentia, & hoc vult Auer. Ad secundum per idem patet solutio, inter terminos in actu mediat spatium, sed inter illos in potentia nihil mediat. Ad tertium dico q per recedere in instanti vult intelligere q immediate post instans recedit. & sic conceditur q q̃ cito aliquid mouetur, tam cito est motum, & q̃ cito incipit moueri, tã cito est motum. Ad quartum respondet expositor q deficere, & mutari sunt idem in subiecto, sed ratione differunt. est enim deficere respectu termini è quo, mutari vero respectu termini ad quem. Alij dixerunt, q mutari considerari potest vt passio rei motæ, & sic idem est cû deficere, qm passio quatenus magis facta abijcit. Si vero consideretur vt actus, sic ad mutari sequitur deficere, quia pro tanto forma à subiecto deficit, pro quanto ab

F agente mutatur. Hæc omnia bene dicta sunt.

RECOGNITIONES.

EX verbis Them. & Arist. colligitur esse primo mutatum ad aliquid, & nunc primo esse mutatum ad aliquid, & in hoc instanti, quod est præsens, esse mutatum ad aliquid, idem esse: qm esse mutatú ad aliquid in hoc instanti, quod est præsens, est nunc esse in illo, & îmediate ante hoc non fuisse in illo, hoc autem est nunc primo esse mutatum ad illud, vt intelligenti patet, ex quo patet veritas assumpti, nã si esse primo mutatú ad aliquid est nûc primo esse in illo, sequitur omne quod primo est mutatum ad aliquid, esse in illo.

Cum igitur una mutationum sit ea quæ secundum contradictionem, cum mutatum est aliquid ex non ente in ens dereliquit non ens, erit igitur in ente: omne enim aut esse, aut DILVCI.

G *non esse, necesse est. patet igitur ipsum mutatum secundû côtradictionem in eo esse, in quod est mutatû. Quòd si in hac, in alijs ẽt idem erit. Nam una simili ratione est & in alijs.*

Quoniam ergo una mutationum est secundum contradictionem, cum mutatum, est ex non ente in ens, deficit nô ens, erit igitur in ente, omne.n. necesse est aut esse, aut non esse. manifestum est igitur quòd in mutatione secundum contradictionem, quod mutatum est, erit in quo mutatum est. Si autê in hac. & in alijs est, similiter enim in una, & in alijs est. ANT.

Secundo arguit sic, in generatione omne quod mutatum est ad aliquid, est in illo: sed oês motus sunt aliquo modo generationes, igitur in oîbus motibus quod mutatum est ad aliquid, est illo. minorem omittit tanq̃ declaratum. 5. Physi. Ibi.n. dictum est q omnis motus est generatio sm quid, & q transmutatio in sub-

Quid sit mutatio propria. Vide Scot. 5. 1 q. 2. in solutione q.

H stantia est simpliciter generatio. Maiorem probat enthymematice, quia generatio est inter contradictoria, igitur quod mutatur in generatione quam cito mutatû est, tam cito est in illo, quia non datur medium inter esse & non esse, ita potest argui de corruptione, sermo eius manifestus est, translatione.

Commen. 41.

{Vult declarare.} Auer. sequitur suam expositionê, & vult q hæc sit secunda ratio ad probandum, q omne quod mutatur quamcito mutatur, tam primo mutatum est. Expositio autem nostra erat, q Arist. declarat, q omne quod mutatum est ad aliquid, est in illo, quicquid sit, nunc sequamur expositionem Auer.

{Et quia hoc nomen.} Posita intentione partis, hic exponit & probat illâ per scdam rônem, q̃ apud ipsum debet sic formari, vt in transmutatione principali, ita

in transmutationibus minus principalibus: sed in gña-tione quæ est transmutatio principalis est quod mutatur, quã cito mutatur, est mutatum, igitur in oĩbus alijs. ipsa minor declaratur, quia in illa quácito deficit transmutabile, tã cito defecit, cum inter terminos non sit medium. Sed ambigunt. nam cõ.32. gñationem voluit esse transmutationem p accidens, hic vult illã esse principalem. Soluunt nõnulli recentiores, q gñatio & corruptio sunt principales trãsmutationes quo ad rõnem nois. Sed hoc stare non põt, quia eã, quã significat nomen est definitio. 4. Meta. igitur fm definitionem erit principalior, & per consequens simplr. Melius igitur dicendum q p trãsmutationem intelligit gñationem, & ita vult q transmutatio in substantia sit principaliter gñatio, transmutatio in accidentibus est fm quid gñatio. econtra vero motus dr principaliter de transmutatione in accidentibus, & per accidens de transmutatione in substantia, & sic tollitur contradictio.

Dubitatio. Solutio prĩa. Confutatio. Propria sol.

{Ex hoc quod declarauit} Remouet dubitationẽ, in qualis est, hæc rõ, an demonstratio, an exemplum. Rñdet & dicit primo q hæc declaratio non est exemplaris, cã est, quia exempla sunt notiora eis, quorum cã ponuntur. Dicit secundo, q hęc rõ est ad dirigendum considerationem, & ita est directiua, & per cõsequens logica. Dicit tertio q hæc declaratio directiua nõ est à noto nobis ad ignotum naturaliter & nobis, nam in gñatione id quod mutaf q primo ipsum mutat, sit mutatum, non est notius q in alijs motibus, immo in ipsa hoc est latentius, gñationẽ.n. esse mutationem latet. Dicit quarto q hæc declaratio directiua est à magis ignoto ad minus notum, quod minus notum licet sit naturaliter ignotius, tñ declaratur per aliquid manifestius: & ita vult q in gñatione ipsum quod mutatur, q primo mutatur, sit mutatum, est latẽtius q idem in motibus, vtrum quia declaratur per quoddam notissimũ, videlicet quia inter contradictoria nõ datur medium, quod est primum principium, in virtute illius potest dirigere intellectum nostrum ad alios motus.

Primum. Secundum. Tertium. Quartum.

{Et fm hunc modum.} Sed dices contra. nam hæc rõ non est exemplum, non est inductio, non enthymema, non est syllis, igitur nulla. Rñdet, q est quasi via mixta ex diuisione, & exemplo, vt fit in regulis definitionum, potest tñ dici sylls per locum à simili, talis.n. syllogismus partim est exemplaris, partim diuisiuus, vt secundo Topicorum declaratur.

{Qm terminus.} Affert causam, quare hæc declaratio non est demonstratio, in qua proceditur à generatione ad alios motus, & dicit primo, quia medium est idem videlicet, quia illud quod transmutatur statim deserit terminum à quo, & ita accedit ad terminum ad quem. Dicit secundo, q hoc medium apparet magis in generatione, quia patet magis inter terminos non esse medium, & ita quatenus idem est medium ad vtrunq; vnum non videtur magis declarare alterum q econtra, quatenus vero illud medium apparet magis in generatione, assumens quandam euidentiam videtur dirigere in alios motus.

{Sed primum.} Arist. accepit esse simile de generatione, & de alijs motibus. vt.n. q nulla sit similitudo. Rñdet q est aliqua similitudo, nam vt in generatione quod mutatur statim est in eo ad quod mutatur, ita in alijs motibus, sed differunt, nam in generatione cum ipsa sit inter contradictoria, inter quæ nihil mediat, qd mutatur, statim est in extremum actu ad id quod mu-

An productio formæ substantialis naturaliter generans fieretur. vide cano. q. 3 huius.

A tatur, in alijs quod mutaf statim est in eo ad quod mutatur non actu, sed vt in extremum, sed vt in medium, & propterea in motibus vt medium se habet in mutatione, ita extremum in gñatione, & sicut inter extrema gñationis nihil mediat, ita inter extremum è quo, & medium nihil mediat in motibus. Hæc igitur est similitudo, & hæc dissimilitudo. Sed dubitant. nam sit A in termino à quo, & immediate post hoc corrumpatur p gñationem nouæ formæ in illius materia, aut igitur in instanti mediato, vel in instanti immediato, non in instanti immediato, quia non datur, nec mediato, quia tunc in tpe, & ita non subito defecisset. Concedũt sorticolæ ĩmediate post instãs qd est præsens A esse corruptum, & esse sub forma noua. In nullo tñ instanti immediate post hoc, propter variationẽ suppõnum. Sed dices post hoc erit sub forma noua, aut igif post hoc in tpe, vel instãti, & sic venire vr ad idem, soluef quia nihil

B est. Alij volũt q post hoc A erit sub forma noua in infinito paruo tpe, & ita nec in tpe, nec in instanti. Auer. aũt diceret, vt diximus supra, q rei pmanentis non datur vltimum, & per consequens nõ potest signari vltimum, in quo vltimo sit A, rei tñ permanentis daf primum apud ipsum, propterea bene daf primum in quo A est sub noua forma, tale aũt primum est primum nõ esse prioris formæ, itaq; idẽ est instans, quod est primũ nõ esse ipsius A. & primum esse ipsius sub forma noua.

Responsio prĩa. Confutatio. Secunda sol. Solutio Auer.

RECOGNITIONES.

Sed quæres qũo gñatio est subitaria, vtrum per hoc, quia aliquid nunc non est, & immediate post hoc erit, an per hoc, quia in eodem instanti aliquid est, & non est. In commentarijs diximus quæ erant tunc dicenda, at nunc dicamus gñationem esse momẽtariam,

C quia aliquid nunc primo est, & immediate ante hoc nõ erat, ergo non dr momentaria, quia in eodem instanti res est, & non est. Sed quia diuersimode exponendo, incipit & desinit, vna res in eodem instanti incipit, & altera desinit: incipit quidem forma, quæ facta est per positionem de præsenti, & remotionem de futuro, & prior forma desinit per negationem de presenti, & positionem de præterito. ergo tam generatio, q corruptio est momentaria, & ita in gñatione, oẽ, quod muta tũ est ad aliquid, est in illo, similiter etiã in corruptione.

Adhuc autem sumentibus unamquãq;, idem etiam patebit. si quidem mutatum ipsum, aut alicubi, aut in eo ex quo mutatum est, aut in aliquo sit, necesse est. Nam cum id ex quo est mutatum, deseruit, atq; ipsum alicubi sit, necesse est, erit aut in hoc aut in alio. Siquidẽ igitur in alio ut in C. id quod


D *mutatum est in B. rursus ex C ipso mutabitur in B: qñ ipsi B continuum non est, mutatio.n. continua est. Quare ipsum mutatum, cum mutatum sit, mutabitur in illud, ad quod mutatum est: hoc autem impossibile est, igitur mutatum sit in eo ad quod mutatum est, necesse est.*

DILVCI

Amplius autem & secundum unamquãq; accipientibus manifestum est, siquidem necesse est, quod mutatum est, esse alicubi, aut ex quo mutatum est, aut in aliquo. Quoniam.n. ex quo mutatum est, deficit, necesse est autem esse alicubi, aut in hoc, aut in alio erit: siquidem igitur in alio, ut in ipso C, quod in ipso B mutatum est, iterum ex C mutatum in B. nõ .n. erit habitum ipsi B. Mutatio.n. continua est. Quare quod mutatum est, qñ mutatum est, mutatur in quod mutatum est, hoc autem est impossibile, necesse est ergo quod mutatum est, esse in hoc, ad quod mutatum est.

ANT.

Demonstratio probans, q illud quod mutatum est, est in eo in quod mutatum est.



Probauit in gñatione atq; corruptione oẽ quod mutatum est ad aliquid esse in illo, nũc vero in reliquis mutationibus idem ostendit, & hoc proponit, & inquit, adhuc autem sumentibus vnãquãq; mutationem aliã à gñatione idem etiam patebit, q videlicet oẽ quod mutatum est ad aliquid sit in eo, ad quod mutatum est. Et arguit per impossibile sic, si quod mutatum est ad aliquid, non sit in illo, tunc aliquod esset mutatum ad aliquod, & mutaretur in illud, quod est impossibile. Deducit enthymema, sit mobile M, quod sit mutatum in B. aut igitur est in B, aut in termino ẽ quo mutatũ est, vt in A, aut in medio illorum, vt in C: non in A, quia deseruit ipsum A, igitur in B, aut C. si in B, habetur intentum, si vero sit in C medio, cum C ipsum non sit immediatum ipsi B, per ea quæ dixit, igitur adhuc restat mutari in B, & erat motum in B, igitur aliquod mouetur ad aliquid, ad quod est motum, quod fuit impossibile. Hæc ratio tribus modis cauillari potest, aut dicendo ipsum M mutatum nullibi esse, aut dicendo esse in C medio, quod est immediatum B ipsi, aut dicendo mutationem non esse continuam, sed discretam. Hæc oĩa G confutans facit sylm per impossibile, & inquit, siquidem mutatum ipsum, vtpote M, aut alicubi, aut in eo ex quo mutatum est, aut in aliquo sit. necesse est, p hoc voluit esse confutatum cauillum primum, dat impossibile subintelligendum, videlicet q aliquod esset mutatum ad aliquod, & mutaretur ad illud, inquit, nam cũ id ex quo est mutatum deseruit, vtpote A atq; ipsum alicubi sit, necesse est, vt contra cauillatorem sumpsit, erit aut in hoc, vtpote in B termino ad quem, aut ĩ alio, vtpote in C medio: si quidem igitur in alio, vt in C, id quod mutatũ est in B, rursus ex C ipso mutabitur in B: tunc confutans fm cauillũ, inquit, qñ ipsi B continuum, non sit p ea quæ dicta sunt, deinde confutans tertium, adiecit, mutatio.n.cõtinua est, & ita cauilli oẽs sunt cõfutati, tunc dat conclusionẽ, & inquit, quare ipsum mutatum cũ mutatum sit, mutabit ad illud ad quod mutatum est: hoc destruit, & infert oppositum antecedentis, & inquit, hoc autem impoẽe est, igitur mutatum sit in eo ad quod mutatum est necesse est. Hæc igitur est vis rationis & expositio. Cõmen.42. perspicuum est.

DILVCI. *Perspicuum igitur & genitum ipsum esse, cum genitum est, & corruptum non esse, cum corruptum est. uniuersaliter. etenim de omni mutatione dictum est, & maxime perspicuum illud est in illa quæ secundũ contradictionem est. Quod quidem igitur ipsum mutatum primum in aliquo, sit in illo, perspicuum.*


ANT. *Manifestum igitur est, & quod factum est, cum factum est, erit, & quod corruptum est, cum corruptum est, non erit. etenim uniuersaliter dictum est de omni mutatione, & maxime est manifestum in ea, quæ est secundum contradictionẽ.*

E *Quod quidem igitur quod mutatum est, cum mutatum est primum, in illo est, manifestum est.*

Infert duo, alterum de gñatione, alterum de corruptione: de gñatione, inquit, perspicuum igitur & genitum ipsum esse, tum cum genitum est, de corruptione inquit, & corruptum non esse, tum cum corruptũ est, probat.n. per regulam gñalem, quæ cõuenit oĩbus mutationibus, licet euidentius generationi, & epilogat, & textus patet. Cõmentum.43. etiam perspicuũ est. Dubitares primo, quia vr q aliquod mutatum sit ad aliquod, & non sit in illo. nam A corpus potest esse mutatum ad calidũ, & non esse in calido, sed potius econtra calidũ est in ipso. Rñdet quidam q Arist. sic intelligit, oẽ quod mutatum est ad aliquid, suscipit absolutam illius prædicationem, & ita est in illo, vt in prædicato. — *An generatio fiat in instãti vel in aliqua mensura q̃ nisibili. vide cap.q.2. quo te hunc.* *Prima dubi.* *Prima resp.*

F Sed hoc stare non potest, nam volo q A sit frigidũ & fm dimidium sit mutatum in calidum, patet tunc A esse mutatum in calidũ, & non absolute suscipere illius prædicationem, similiter de virga, quæ fm dimidium aresceret. Dici potest q esse in multifariam dr, in proposito tñ pro esse sub alio veluti sub forma, vel termino, & hoc modo A est sub calido, veluti subiectum sub forma. Secundo ambigunt, qm anno superiori aliquis potest esse profectus in auianum, & tñ nunc non est in auiano, igitur aliqñs mutatus est ad aliquod, in quo non est. Themist. dedit responsum & Aristo. inquit, dicens quod quidem igitur mutatum est primum in aliquo, sit in illo, perspicuum. oportet igitur intelligere q omne mutatum ad aliquod nunc primo, est in illo, modo non nunc primo mutatum est in auianum, sed anno superiori. — *Confutatio.* *Respon. pria.* *Secunda dubi.* *Responsio.*

Demonstratio idem probans.




Tertio dubitant, moueatur siue mutetur A mobile ab ipso B in F, inter quæ medient C D E. tunc verum est dicere aliquando A erit in C. & tñ non est mutatum in C, quia tunc quiesceret in C ipso, igitur ab inesse ad mutatum esse non valet ratio. Secundo, anima primo H est in corpore, & tñ non mutata est in corpore. Dicere alias solitus fum in plus esse ipsum inesse aliquo, q̃ ipsum mutatum in illud, ideo bene valet, A est mutatum in C, igitur est in C. sed econtra non valet, A est in C, igitur mutatum est in C. nam Deus est in cœlo, & non est mutatum ad illud. Nec valet, A est primo nunc in C, igitur est mutatum in C. nam anima nunc primo est in corpore, & tamen non est mutata in corpus. Concedo tamen q accipiendo esse in, vt dicit esse sub termino ad quem, bene valet, A est nunc primo in C, vt in termino ad quem, igitur nunc primo mutatum est in C. & cum dicitur, tunc quiesceret, nego consequentiam, quoniam est A in C vt in termino, non quidem in actu, sed potestate, & sic mutatum est in C etiã potestate, & non actu. Hæc satis. — *Tertia dubi.* *Solutio.*

Illud

DIEVCL. *Illud uero in quo primo nunc, primum mutatũ est mutatum, indiuiduum sit, necesse est. dico autem primum quod nõ ex eo est tale, quia aliquid ipsius est primum tale, sit. n. diuisibile illud A C, & diuidatur in B. Si quidem igitur in A B, aut B C, rursus sit mutatũ, non utiq; in A C primo mutatũ erit. Si uero in utroq; mutatur, in utroq; .n. aut mutatũ esse, aut mutari necesse est, in toto etiam mutatur, sed erat mutatum. eadem uero rõ erit, & si in hoc quidem mutatur, in illo uero mutatum sit, erit enim primo aliquid prius, quare non erit diuisibile primum illud in quo aliquid mutatum est.*

ANT. *In quo autem primo nunc primũ mutatum est, quod mutatum est, necesse est atomum esse. dico autem primum, quod non quia alterum quid ipsius primum est, tale est, sic. n. diuisibile A C, & diuidatur sedm B, siquidem igitur in A B mutatum est, aut iterum in B C: non utiq; in A C, primo mutatũ erit. Si autem in utroq; mutatur, necesse est. n. aut mutatum esse, aut mutari in utroq; utiq; in toto mutatur, sed erat mutatum. Eadem autem rõ est, & si in hoc quidem mutatur, in hoc autem mutatum est, erit. n. aliquid primo prius, quare non utique erit diuisibile primum, in quo mutatum est.*

Demonstratio ostendens, quòd id, in quo aliquid primo mutatum est, non est tempus, neque aliquid diuisibile, sed instans & indiuisibile.



De primo mutato persoluit vnũ problema, et habuit primam suppositionem, nunc de eodem soluit sm problema, & ponit secundam suppõnem, videlicet illud in quo primo nunc primum ipsum mutatum est mutatum, indiuiduum sit necesse est. dr autem graece atomõ, quod latine est tum indiuiduum, tum partibus carens, & id genus, & ita sm fine problema siue suppõ est de mensura primi mutati. Aiaduertendum vt ex Themistio colligi potest, q̃ primum potest esse ex parte mensuræ, & ex parte mensurati, quod est ipsum mutatum. Illud dr esse primum ex parte mensuræ, in quo aliquid est non rõne partis, veluti si quid mutatum esse dicatur in die, quia mutatum est in aliquo illius diei, & ita primum opponitur hic contra sm partem, ex parte mẽsurati siue mutati illud dr primum mutatum, quod etiam non ratione partis est mutatum, qua ratione non dr homo primo audire, primo gustare, primo olfacere, qm ratione sensoriorum hęc recipit, vt dicit Themistius. Aristo. igitur declarat hoc tam ex parte mensuræ, quàm ex parte mutati vna declaratione, & inquit, dico autem primum quod non ex eo est tale, quia aliquid ipsius est primum tale. Animaduersione dignum q̃ sm peripateticos trifariam dicitur aliquid esse tale primum. Vno quidem, quando in se includit cãm præcisam qua est tale, qua ratione vt Themistius dicit triangulum primum habet duos rectos, non autem triangulum æquilaterum, nam triangulum includit per se causam præcisam duorum rectorum, quàm non includit æquilaterum, nisi ratione trianguli. similiter homo primo est disciplinæ capax, non quia cuilibet parti hominis disciplinæ capacitas competat, sed vel quia homo pręcisam causam illius affectionis includit, animam videlicet rationalem. Alio vero qñ ipsum met seipso absolute, nec per partes, nec per causæ inclusionem est tale, qua ratione vnitati primo competit ratio mensuræ, non ratione partium, non ratione causæ inclusæ, sed propter se tantum. Tertio modo vt dictum est, quando non ratione partis sine alia, vt cœpit Arist. B hic, quia igitur primum trifariam dicitur, ne sit contentio propter multiplicitatem, exposuit quid velit per primum hic. Animaduersione etiam dignum, q̃ Arist. adiecit nunc, & vult q̃ illud, in quo nunc primo ipsum primum mutatum, est mutatum est indiuiduum. Nam vt forticolæ fortasse inquiunt differt dicere instans præsens, & instans quod est præsens. Aliquid. n. potest fuisse in instanti præsenti, vt rosa superiori anno in aliquo instanti præsenti fuit, non tamen potuit fuisse in instanti quod est præsens, quod ab Arist. dicitur nunc. dixit nunc igitur, quia aliquid esse non potest in quo primo mutatum primum est mutatum, & non esse indiuiduum, quia posset non esse nunc, sed anno superiori. omne igitur illud in quo per se primo aliquod primum mutatum nunc est mutatum, de necessitate est indiuiduum. Hæc est conclusionis expositio. Probat C cõclusionem per impossibile sic, illud in quo primum mutatum est mutatum, aut est indiuiduum, aut diuiduum, siquidem indiuiduum, habetur propositum: si vero diuiduum sit A C, & in puncto B diuidatur, ita vt fiant duæ partes, vtpote A B, B C, tunc quærendo de ipso mutato primo, aut in vtroq; est mutatum, aut in vtroq; mutatur, aut in altero mutatum est, in altero mutatur. si in vtroq; mutatum est, tunc non primo mutatum est in toto, sed ratione partium, cum. n. non possint simul esse, erit prius in vna parte q̃ in alia, igitur non in toto primo. si mutatur in vtraq;, igitur mutatur in toto, sic .n. dicitur aliquid in toto tempore mutari, quia mutatur in qualibet eius parte, hoc est contra positum, quia sumpsimus esse motum in toto A C. si vero detur esse mutatum in vna & in altera mutari, tunc vt prius non primo erit mutatum in toto, pars. n. cum sit prior toto, aliquid prius mutabitur in parte temporis, quàm in to- D to, & ita erit aliquid prius primo, quod est impossibile, oportet dicere igitur id in quo aliquod primo nunc primum est mutatum, esse indiuiduum.

Quare est dare vltimũ mutatũ esse in motu ex parte autẽ principii nõ est dare ĩ quo primo aliquod sit mutatũ & an aliquo modo sit ibi dare primum mutatũ esse. Vide Egid. in 46. huius.

Triplex. i.

Instãs præsens instans quod est præsens.

Probatio.

DIEVL.

ANT.

Commen. 44.

{Cum declarauit.} Hoc commentum patet: verum addens ad rationem Aristote. facit illam quadrimembrem sic, si illud in quo primo aliquid mutatum est, primo nunc sit diuiduum, aut igitur mutatum ipsum in qualibet illius parte mutatum est, aut in qualibet mutatur, aut in vna mutatur, in alia mutatum est, aut in vtraq; quiescit, si in vtraq; mutatum est, tunc non primo mutatum est in toto, quia pars est prior toto, vnde quod mutatum est in parte alicuius, prius mutatum est quàm

quàm qđ mutatú eſt in toto, & ſic eſſet aliquod prius primo: ſi in qualibet mutatur, tunc non primo mutatú eſt, nihil.n.ſimul mutatum eſt cum mutatur. Similiter nec dici poteſt ꝙ in vno mutetur, in alio ſit mutatum per idem, nec ꝙ in qualibet quieſcat, ait tñ quartú hoc mēbrum eſſe derelictum, quia eſt manifeſtum, quia in

Dubitatio. principio libri vſus eſt illo. Sed dices qũo valet, eſt mutatum in qualibet parte, igitur non primo in toto, quia pars eſt prior toto, hoc videtur falſum, quia primũ dicitur quod ſm ſe, & quodlibet ſui eſt tale, igitur ſi in qualibet parte mutatum eſt in toto primo mutatum eſt, ſecundo pars non eſt prior toto, qm̃ in eodem inſtáti eſt caput & totum, igitur nõ prius pars erit ipſo toto, imo

Solutio fortaſſe econtra, totum eſt prius parte. Dici poteſt ꝙ in ſucceſſiuis ſemper pars eſt prior toto, qm̃ oẽ ſucceſſiuum eſt per partem poſt partem. Tunc patet ſolutio ad primum ꝙ licet in vtroq; ſit tale non primo erit tale, quia prius in parte q̃ in toto, quia ſucceſſiuũ illud eſt. per idẽ ad ſcd̃m, licet.n. pars & totum ſint ſimul tẽpore in permanentibus, ſecus eſſet in ſucceſſiuis.

RECOGNITIOENS.

IN cõmentarijs multa diximus, & quidem bene, at nunc videtur mihi, ꝙ hæc eſt ſecunda ſuppoſitio, & ꝙ debet ſic intelligi, illud nunc in quo primo primum mutatum eſt mutatum, eſt indiuiſibile. hæc.n. ſuppoſitio differt ab ipſa prima, quia illa fuit de omni moto, dictum eſt.n. omne quod mutatum ad aliquid, cum eſt nunc primo mutatum ad illud, eſt in illo, hæc vero eſt de primo mutato: eſt.n. ſenſus, illud nunc, in quo primum mutatum eſt primo mutatum, eſt indiuiſibile, & per primum mutatum intelligit, vt in commentarijs eſt expoſitum, illud ſcilicet quod nõ per alteram partem ſine altera eſt mutatum. alij intelligũt per primum mutatum, minimum mutatum, ſed de hoc poſtea. dixit aũt in quo primo primum mutatú eſt mutatum, quia fieri poteſt, vt primum mutatum ſit mutatum in aliquo, nõ primo, & ſic illud poterit eſſe diuiſibile, vt Themiſtius exponit.

DILVCI. *Patet igitur q. & corruptum et generatum in indiuiduo eſt hoc quidem corrumpi, illud uero generari.*

ANT. *Manifeſtũ igitur quia, et quod corruptum eſt, et qđ factũ eſt, in atomo hoc quidẽ corruptum, hoc autem factum eſt.*

Ex ijs infert Ariſt. tam corruptum q̃ genitum in indiuiduo corrumpi & generari, patet illatio per rationẽ

Captiuncula. Xenocrates. tactam, per eiuſmodi illationem ſoluit Them. ſophiſma, quo Xenocrates in libro de Morte probabat nihil emori poſſe. Arguebat.n. aut moriens moritur cum iã in morte eſt, aut cum in vita foret: ſi cum in vita foret, eodem tempore viuet & mortuus erit, ſi cum iam erat in morte, morietur igitur, qui iã ſit mortuus, ſi neutro tpe, non igr̃ eſt mortuus. Reſpondet Themiſtius per dictum Ariſt. eſſe mortuum quando moritur, ſicut eſt genitum quando generatur, qm̃ nõ in tempore moritur quicquam, ſed in termino & confinio temporis.

Commen. 45.

{Iſta demonſtratio.} Primo verificat Auer. in quibus demonſtratio dicta habet locum, & vult ꝙ habeat locum ſolum in his quæ ſunt diuiſibilia ſiue in gradu, ſiue in quanto, in tranſmutatione indiuiſibili, vt generatio & corruptio ſunt, demonſtratio locum non habet, qm̃ eiuſmodi non ratione mẽſuræ indiuiduæ ſunt, ſed ratione formæ in qua generatio terminatur, eſt.n. forma indiuiſibilis, & ita apud Auer. primum mutatú

E eſſe in indiuiduo intelligitur, vbi eſt dare primum & vltimum quale non eſt in gñatione q̃ eſt tota ſimul. totũ fundamentum eſt, quia Ariſt. loquitur de primo, & primum dicitur reſpectu vltimi, igitur in habentibus primum & vltimum, & per conſequens in rebus diuiſibilibus, & per ſucceſſionem tranſmutabilibus.

{Et non intendit,} Remouet dubium cõtra ſe, quia Ariſt. ex dictis infert idem in gñatione & corruptione. Rñdet ꝙ hæc illatio non ſequitur ex nunc dictis, ſed ex dictis iam, vbi ſumpſit huiuſmodi eſſe indiuiſibiles, q̃ ſunt tranſmutationẽ fines, quia finis vult eſſe indiuiſibilis, ideo per tranſmutationẽ in textu Ariſt. intelligit nõ gñationem, ſed alterationem, cuius finis eſt generatio.

{Et nõ eſt.} Poſſet quis dicere, adhuc generatio eſt tranſmutatio, quia vna tranſmutatio poteſt eſſe alterius finis, igitur eſt diuidua. Reſpondet ꝙ non poteſt

F dici ꝙ ſit tranſmutatio diuiſibilis ſequens tranſmutationem, nam forma genita non diuiditur ſm magis & minus in ſubſtantia, quia homo non dicitur magis vel minus homo, ſicut albedo magis vel minus albedo, qua ratione concludit generationem nõ eſſe motum, ſed finem motus.

{Et ideo.} Tunc infert ſenſum literę cum Ariſ. ait, illud, in quo primo eſt tranſmutatio, eſt indiuiduum, ꝙ tale indiuiduũ intelligit formam, & ita Auer. intelligit non de menſura, ſed de termino, & hæc eſt quaſi ſecunda expõ, ſi.n. intelligitur de menſura excluduntur generatio & corruptio, ſi de termino, tunc includuntur ambæ, nã terminus eſt minima forma ſubſtantialis.

{Et dixit hoc.} Contra ſecundam expoſitionem quis arguet, per rationem primæ expoſitionis Ariſt. loquitur, vbi eſt dare primum, igitur vbi eſt dare vltimũ,

G igitur in rebus diuiſibilibus. Rñdet, ꝙ per primum intelligit principium, quod non dicit habitudinem ad finem, & ſi vtatur verbo primum, illud eſt in lingua eorum, habes igitur duas expoſitiones, poteſt.n. dictum philoſophi intelligi, videlicet illud in quo aliquid primo mutatum eſt, eſt indiuiduum, menſuram, vt exponit Themiſt. & terminum, vt exponit ſecundo Auer. de menſura quidem, quia illud inſtans & non tempus, & tunc oportet excludere generationem & corruptionem, quæ licet ſint in inſtanti, tamen non habent primum, cum non habeant vltimum. de termino vero, quia ſi eſt tranſmutatio in ſubſtantia, illa terminatur primo ad formam minimam.

Sed iſtæ expoſitiones videntur falſę, prima quidem, quia excludit gñationem & corruptionem, quibus cõpetit maxime eſſe in menſura indiuidua, nec ratio ſua Confutatio expoſitionis Auerro.

H valet, quia in gñatione eſt dare proximum finẽ, & medium, ſaltem diſpoſitiue, & hoc ſatis eſt pro dicto Ariſ. Secunda vero, quia excludit alterationem, & motum auctionis, & lationem, nam ſola forma ſubſtantialis eſt indiuidua aut ſm gradum, vt volunt quidam, aut ſm realem ſeparationem partis à parte, vt volunt alij. Nec valet dicere, vt rudes aiunt, ꝙ auctio terminetur ad lineam vel ſuperficiem, quæ aliquo mõ ſunt indiuiſibiles, alteratio ad gradum indiuiſibilem, latio ad ſuperficiem indiuiſibilem, hæc.n. ſunt deliramenta, auctio.n. terminatur ad maiorẽ quantitatem, quę extenſione eſt diuidua, alteratio ad qualitatẽ quæ gradualiter eſt diuidua, latio ad locum, qui continentia eſt diuiduus, igitur Auer. excludit oĩa alia, propterea pace ſua dixerim melius litera legatur, vt Themiſtius, & alij legunt. Si vis reſpondere pro Auerroe, poteſt fieri, ſed tu conſidera.

An ſucceſſio inueniatur in generationibus ſubſtantiarum. Vide can. q. 2. quintus huius artic. 3.

Dicitur

DILVCI. *Dicitur aũt illud in quo prĩo aliquid mutatũ est bifariam. Vuo quidẽ illud ĩ quo ipsa mutatio finita est, tũc.n.uerũ ẽ dicere illud eẽ mutatũ, altero uero id ĩ quo prĩo mutari cœpit.*

ANT. Mutatum secũdum finem, mutatum secũdũ principiũ. *Dicitur aũt in quo primo est mutatum. dupliciter. Aliud quidem, in quo primo perfecta est mutatio, (tunc.n. uerum est dicere, quoniam est mutatum) Aliud uero, in quo primo cœpit mutari.*

Supposuit secundo Arist. omne primum mutatũ esse in indiuiduo temporis, hoc est in instanti esse, nunc vult secundo quærere an primum istud mutatum esse detur, sitq; designabile affirmatiue ad digitum, & qm̃ primum mutatum esse bifariam dicitur, & est æquiuocum, prædistinguit illud vt problema confusionẽ non habeat, & vult primum mutatum esse, vno modo sumi pro fine totius mutationis, in quo verum est dicere nũc primo A mutabile mutatum est complete & perfecte, & ante hoc non erat perfecte mutatum, hoc quoq; à nonnullis dicitur mutatum esse actu, à Them. vero cõuersum esse, à sorticolis primum esse rei genitæ, & primum non esse rei corruptæ, verbi causa, si A ignis corrumpatur in B aquam, mutatũ esse ipsius, A est primũ esse aquæ, & primum nunc esse ignis. Altero vero modo primũ mutatum id dicitur, in quo primo mutari cœpit, quod affirmatiue sic exponitur à sorticolis, A nũc est mutatum, & ĩmediate ante hoc non fuit mutatum, igitur nunc primo est mutatum primũ mutatum. hoc modo expositor appellat primam mutationis partem, sorticolæ primum instans esse motus. Auer. appellauit primũ mutatum esse in potentia, in quo mutabile non quiescit aut desinit mutari, sed in quo potest quiescere, aut desinere mutari. Hæc est distinctio supponenda ꝓ decisione problematis.

RECOGNITIONES.

HAec distinctio optime in cõmentarijs patet, põt tamen aliter exponi, licet in idem vergat, ꝙ duplex est mutatum esse, alterum, s̃m finem, & hoc est, cũ mobile ipsum, completum actum consecutum est, dr̃.n. aliquid mutatum esse s̃m finem ab ipso momento finiente motum, vt cum alicui aderit nunc totum motum finiens ipsum dr̃ s̃m finem esse mutatum, nam ei respõdet vltimũ instans, vt ita loquar, temporis motus, veluti à puncto totam lineam finiente dicitur aliqnid s̃m finem terminatum. Alterum dicitur mutatum esse s̃m principium, & hoc erit, cum mobile aliquid motus consecutum est, & aliquid restat acquirendum, dr̃ autẽ tale à momento continuante parte motus, quod est alterius principium, & alterius finis, huic aũt r̃ndet instãs continuans partes temporis, vt etiam motui respõdet tempus: ergo mutatum esse duplex est, alterum s̃m finem, & huic respondet vltimum instans temporis, quo motus ipse mẽsuratur: alterum s̃m principium, & huic respondet instans continnans partes motus. Sed contra, quia datur momentum inicians motum respondẽs primo instanti temporis, quo totus motus mensurat̃, ergo diuisio in sufficiens. dicendum Arist. tale momentum, à quo motus ĩcipit, nihil dici mutatum esse, nam aliquid dr̃ mutatum esse, cũ aliquid motus habet, quo recessit à termino vnde motus. Aristo. ergo distinxit mutatum esse à momento motum sequente.

DILVC. *Id quidem igitur quod secundum mutationis finem primum dicimus, & existit & est. Nam ut finiatur, & ut mutationis finis habeatur, mutatio ipsa fit, quod iam & ostensum est indiuiduum esse, propterea quia est ultimum.*

A *Quod secundum quidem igitur finem mutationis primũ dicimus, & existit, & est, contingit enim perfici mutationẽ, & est mutationis finis, quod iam & ostensum est indiuisibile esse, propterea quia finis est.* ANT. ὂν esse ens

Præmissa distinctione, soluit problema & vult primo ꝙ accipiendo primum mutatũ esse pro fine in quo mutabile cessat à mutatione, hoc est pro primo esse rei genitæ, quod est primum non esse rei corrumpendę, tale primum mutatum est, aliter mutario non finiretur, nec mutationis finis haberetur. Inquit, id quidẽ igitur qnod s̃m mutationis finem primum dicimus, & existit, & est. replicauit & existit & est, vt daret intelligere ꝙ vere est tale primum. subdit rationẽ. & inquit, nam vt finiatur, & vt mutationis finis tandem sit & habeatur, mntatio ipsa fit, quale aũt sit hoc primum, subscribit quod iam & ostensum est indiuiduum esse pro-
B pterea quia est totius mutationis vltimum. Ignari penitus philosophiæ, eredunt ꝙ tale primum in actu genitæ aquæ sit vltimum in actu ignis corrupti, & ita volũt ꝙ idem sit primum generandæ rei, & vltimum corruptæ rei, & hoc propter verbum Aristo. qui ait hoc esse vltimum. Sed isti delirãt, nam si idem erit vltimum rei corrumpendæ & primum rei generandę, tunc in eodẽ indiuiduo temporis, hoc est in instanri duę formæ contrariæ essent in materia. Sit.n. illud, quod est vltimum præcedentis A, primum seqnentis, tunc in A, ignis erit, quia vltimum illius, & A, aqua erit, quia eius primum, igitur in eodem instanti duæ formæ cõtrariæ in materia. Ideo per vltimum Arist. intelligit finem, græce.n. est peras. Modo primum mutatum esse, vtpote primum esse aquæ dicitur finis ignis per conclusionem hoc modo, quia in hoc non est ignis, & in toto tẽpore ĩmediato cõ-
C tinuato ad hoc ignis erat, & sic intelligit Aristo.

Expõ fal.

Confutatio.


Id uero quod secundum principium dicimus, omnino non est. non enim mutationis est principium, neq; id temporis in quo primo aliquid mutatur: sit enim tale primum A D, hoc quoq; indiuiduum quidem non erit iam, nam ipsa nunc atti-gua sint. accidit præterea si in C A tempore omni quiescit, sumatur quidem quiescere in A etiam quiescet, quare si impartibile erit AD simul aliquid quiescit et motum erit, nam in A quidem quiescit, in D uero mutatũ est. Cum autem non sit impartibile, necesse est diuisibile esse, atq; id in cuius quauis parte mutatum esse. Diuisio enim AD si quidem in neutra parte mutatum est, neq; in toto erit mutatum. si uero in utraq; mutatur, in toto quoq; mutatur. Quod si in altera mutatum est, non in toto primo mutatum est, quare in quacũque mutatum sit, necesse est. Perspicuum igitur non esse id in quo quippiã primo mutatũ est, quippe cũ diuisiones sint infinitæ. Tex. 47.

DILVCI. Quod non detur primum ꝑ affirmatione probat primo ex parte tẽpo.


D *Quod autem secundum principiũ est, omnino non est, non .n. est principium mutationis, neque in quo primo temporis aliquid mutabitur. Sit enim primum, in quo est A D, hoc quidem iam & indiuisibile non est, accidet enim habita esse ipsa nunc. Amplius autem si in C A tempore omnino aliquid quiescit, ponatur enim quiescens, & in A quiescit, quare si impartibile est A D, simul quiescit & mutatum erit. In A quidem enim quiescit, in D autem mutatum est. Quoniam autẽ nõ est impartibile, necesse est diuisibile esse & in quolibet huius mutatũ esse. diuiso.n. ipso A D, siquidẽ in neutro mutatũ est, neque in toto, si aũt in utrisque mutatur, & in oĩ, si uero in altero mutatum est, nõ in toto primo, quare necesse est in quolibet mutatum esse. Manifestum igitur est, quoniã non est in quo primo mutatum est, infinitæ.n. diuisiones sunt.* ANT. Tex. 48.

Demon-

Demonstratio Prima, sumpta ex parte temporis, ostendens φ non est accipere primum in quo mutatum est, ex parte principij.



Aliquid temporis, in quo mutabile, primo mutatum est.



An si in nunc tẽporis primo mutatum esse ipsa nũc si habeDebent consequenter. Vide Egid. hic.

Hic textus est vna ratio quæ procedit per syllogismum diuisiuum, cui primo ponit conclusionem, & inquit, id vero quod fm principium dicimus primum affirmatiue, videlicet φ nunc sit digito monstratum, illum dico omnino non esse, breuibus rationem innuit, non.n. mutationis est principium, quod quasi exponẽs subdit, neq; id temporis in quo primo aliquid mutatur hoc est affirmatiue exponẽdo primũ, hęc est breuis rõ, quã deinde deducit lõgius, ita vt petamus aut tale primũ in quo aliquod primo mutatũ est, diuisibile aut in diuisibile est. Qđ nõ sit indiuisibile arguo, & primo p casum φ aliquod mutabile continuo ante hoc quiescebat, cum illud sit primum, in quo est mutatum esse, vel igitur istud met est vltimum quieti esse, vel aliud est instans quieti esse, & mutati esse: si aliud, cum per casum continuo ante hoc quieuit, igitur in alio instanti: vel igitur hæc sunt mediata vel imediata, nõ mediata, quia in tempore medio non quieuit, contra casum, si imediata, igitur ipsa nunc attigua erunt, cõtra ea quę dicta sunt. si vero idem est instans quod est vltimum quieti esse, & primum mutati esse, tunc cũ istud sit vltimum quieti esse, in hoc erit quiescens, aliter non esset vltimum in quo sic, & istud est primum mutati esse, igitur in hoc est mutatio, aliter non esset primum in quo sic. Quare tale primũ in quo aliquid primo mutatũ est non esset indiuiduum, neq; potest esse diuisibile propter rõnem factam in proximo problemate, quam ad verbũ repetit. Animaduersione dignum φ vltimum affirmatiue est illud in quo res est, & imediate post non erit, negatiue vero in quo non est, & imediate ante erat. Arist. igitur (vt diximus) probat non dari primum neq; vltimum affirmatiue, & ad hoc vadit ratio sua, nam idem esse instans esse & vltimum negatiue quod vocatur primum non esse, non est impossibile, bene igitur Arist. sumpsit, si idem est primum motus & vltimum quietis, tunc in eodem esset motus & quies. Inquit, sit.n. tale primum A D, vel tale est indiuiduum vel diuiduum, hoc quoq; indiuiduum quidem non erit iã, quia vel in eodem erit vltimum quietis, vel in huic proximo, non in proximo, nam ipsa nunc si attigua sint, accidit, vt fuit deductũ, φ vero non sit idẽ primũ & vltimũ declarat, præterea, si in CA tempore continuato vsq; ad hoc primum oĩ quiescit, (sumatur quidem dico quiescere) si inquam in illo toto quiescit, cũ A sit vltimũ affirmatiue, in A ẽt quiesceret, quare si impartibile erit AD, simul

An instans sit substantia vel accidẽs. Vide no q. 6. quæsti huius art. 3. & multa ibi.

An si esset dare primũ mutatum esse sequeretur quod idem moueretur et quiesceret. Vide Egi. hic.

E aliquid quiescit & motũ erit, nam in A quidẽ quiescit quia est vltimũ qđ sic quietis, in D vero mutatũ est, qa primum quod sic motus, deinde probat φ nõ sit illud diuisibile, & repetit rõnem proximi problematis, & sermo eius patet. Hæc est huius loci interpretatio.

Commen. 46.

{Cũ declarauit.} Debes scire φ Auer. vtitur hac distinctione, principiũ siue primũ in motu est duplex, in potentia, & est primũ instans, in quo motus est, non tũ dum completus, sed in finem tendens, quod sorticolæ vocant primum instans esse motus, siue prima pars motus affirmatiue. Aliud est principium motus in actu, & est quando motus factus est in termino ad quẽ, hoc est in acquisito esse, quod sorticolæ vocãt primum in quo desinit, aut primũ non esse formæ præcedentis, quod F quia est primũ esse formæ sequentis, dr primum actu apud Auer. tunç Auer. supponit φ oẽ quod est in indiuisibili cessat & in eo simul est factum, tũc arguit, si dat primum transmutationis instans, tunc trãsmutatio est, igr aut nõ erit trãsmutatio, aut erit ex sdiuisibilib⁹.

{Et expositores} Dubitabant græci, qm in problemate proximo Arist. probauit oẽ primum esse in diuisibili, & p cõsequens habet φ sit à tertio adiacente ad secundũ, nunc vero ait ipsum nihil esse oĩno. Respondet Auer. φ Arist. vult non esse primum motus in actu, sed non negat quin sit primum in potentia. hanc qõnem Alex. nesciens soluere, transmisit eam ad tempus. Afad uerte tũ φ aliter in principio cõmenti accepit Auer. primum in potentia, aliter in solutione argumenti expositorum: in principio enim accepit per affirmationem, in solutione autem per negationem. Dici etiam potest G φ supra locutus est hypothetice, φ si primum in motu sit, illud est indiuisibile, nũc loquitur categorice, φ nõ est primum in motu acceptum in principio, sed bene primum acceptum in fine.

{Expositores autem.} Dubitant secundo argumento Theophrasti, quomodo motus habet finem, & non habet principium. Respondet Auer. φ sunt decepti. Responsio hæc non declaratur hic.

{Et hoc manifestũ est.} Declarat nũc qũo sunt decepti, & est declaratio Them. & vult illos esse deceptos, quia finis est res permanens, propterea in actu & põt demonstrari, vt per exempla declarat, principium vero motus, cum sit motus & nullum instans permanet, sed raptim transit, ideo non dr in actu sed in potentia.

{Et causa.} Reddit causam solu. Dictum est φ motus principiũ demõstrari nõ põt, quia illud est motus, H motus aũt & tps non hñt situm, hoc est non permanẽt, qa vero finis est res permanes, iõ demonstrari põt, quã rõne in actu esse dr. Sed dubitabis, nam si principium motus est in potentia, igr aliqñ erit in actu, aliter potentia erit ociosa. Secundo rei in actu principium debet esse in actu, sed motus est actus quidam mobilis, vt dr. huius. Dici potest ad primum, φ illud principiũ aliqñ erit in actu, vt in fine motus, vbi cessat mutabile mutari, & hoc satis est. Ad scdm concedo φ illud principiũ est, vt esse in actu distinguitur contra nihil, non aũt in actu, vt est esse permanens distinctum contra esse potentia, reliquum cõmenti. & cõmen. 47. patent.

RECOGNITIONES.

Ratio hæc est breuis, per quam probat non dari primum mutatum esse secundum principium per affirmationem, & primo ex parte tẽporis, nam si detur


tur primum in motu ſm principium, vel eſt indiuiſibile, vel diuiſibile, non indiuiſibile, quia tunc in illo eodē indiuiſibile idē eſſet quieſcens, & mutatum, vt ex cōmētarijs patet, ſin aũt ſi diuiſibile, contra, quia vel in quolibet illius, eſt mutatum, vel in neutro eſt mutatum, vel in vtriſq; mutatur, vel in altero tantum eſt mutatum. ſi in quolibet eſt mutatum, tunc illud non erit primum in quo primo aliquid eſt mutatum, quia in parte prius erit mutatum q̃ in toto, ſi in vtriſq; mutatur, & in omni mutatur, & ita illud non eſt primũ, in quo aliquid eſt mutatum. Si vero in altero mutatum eſt, & in altero mutatur, nō erit in toto illo aliquid primo mutatum. Ex his concludit, & inquit, manifeſtũ igitur eſt, qm̃ non eſt dare aliquid temporis, in quo aliquid dicatur primo eſſe mutatum, quia quouis temporis dato, eius infinitæ diuiſiones ſunt, & ita non erit mutatum, quin ante illud ſit aliud mutatum, & ſic in infinitũ. Animaduertendum primũ mutatum eſſe aliquid motus, quo aliquid mobile ſm primum dicitur mutatũ eſſe, volens ergo Ariſt. probare non dari primum mutatum in motu, quo mobile dicatur primo eſſe mutatum ſm primum, probat non dari aliquid temporis, in quo aliquid dicitur eſſe primo mutatum ſm principium. nã illud temporis, quod daretur, eſſet aut indiuiſibile, aut diuiſibile, & cum neutrum eſſe poſſit, non erit dabile, quare ex parte temporis patet nō dari primum mutatum eſſe ſecundum principium.

DILVCI. *Secũdo ex parte rei quæ mouetur.*

Neq; itaq; ipſius mutati aliquid primum quod ſit mutatum. Sit .n. DZ. primum mutatum eius quod eſt DE: nã oẽ quod mutatur oſtenſum eſt eſſe diuiſibile. Sit uero tempus in quo ipſum DZ mutatum eſt T I. ſi igitur in toto illo ipſum DZ eſt mutatum, in dimidio minus erit mutatum, & prius ipſo DZ, & iſto rurſus aliud prius, & illo aliud, atque ſic ſemper. Quare ipſius mutati non erit aliquod primum quod ſit mutatum.

ANT. *Neq; itaq; eius, quod mutatũ eſt, aliquid primũ eſt, quod mutatum eſt. ſit .n. DZ. quod primo mutatum eſt ipſius DE. oẽ .n. diuiſibile eſſe demonſtratum eſt, quod mutatur. Tēpus aũt in quo DZ mutatũ eſt, ſit in quo eſt T I. Si ergo in omni ipſum DZ mutatum eſt, in medio minus mutatũ eſt, & prius ipſo DZ, & iterum hoc aliud, & illo alterũ, & ſic ſemper quare nihil erit primum mutati, quod mutatum eſt.*

Demonſtratio Secunda, oſtendens idem quod ſupra ſumpta à parte mobilis.



Quòd nō ſit dare primũ in motu ex parte temporis,

A per hæc quæ dixit modo, patet. nunc quod neq; prima pars moti. vnde Them. ſic inducit, non ſolum vero primum tẽporis aſſignari atq; afferri non poteſt, in quo res moueri conuertiq; cœperit, ſed neq; ipſius rei quæ mouetur & conuertitur, aſſignari prima pars poteſt, q̃ ſit mota primum atq; conuerſa huius ratio eſt vt breuibus innuit Them. quia poteſt corpus omne ad exemplum temporis diuidi. ſemper rationem hanc Ariſt. in terminis ponit, & primo ſumit concluſionem, & inquit. Neq; itaq; ipſius mutati aliquid erit primum qđ ſit mutatum, verbi cauſa, ſi lignum eſt calefaciẽdum ab igne, non eſt aſſignare primã ligni partem alteratam, hanc probat & petit duo, primũ quod ipſius ligni qđ dicebatur DE prima pars eius alterata ſit DZ. nec potes fugere, & dicere lignum non eſſe diuiſibile, quia demonſtratum eſt ipſum eſſe diuiſibile, per hoc, ꝙ omne mutabile eſt diuiſibile. inquit, ſit DZ, primum mutatũ B ſiue prima pars mutata eius ligni, quod eſt DE. nã qđ mutatur oſtenſum eſt eſſe diuiſibile. Secunda ſuppoſitio eſt, ꝙ tẽpus in quo illa pars ligni prima calefacta eſt. ſit TI, inquit, ſit vero tẽpus in quo ipſum DZ. ligni pars mutatum eſt, T.I. tunc arguo in toto TI tempore pars ligni eſt calefacta, igitur in dimidio illius, erit dimidiũ illius partis calefactum, & ſic de aliis, quare nō erit primũ. Inquit. Si igitur in toto illo tẽpore I I ipſum DZ, pars ligni eſt mutatũ, in dimidio minus erit mutatum. & prius ipſo DZ. qm̃ i ſucceſsiuis pars prior eſt toto, & iſto rurſus aliud prius, & illo aliud, atq; ſic ſemper. Quare ipſius mutati non erit aliquod primum quod ſit mutatũ. Sed circa hæc eſt dubitatio quo ad cōcluſionem, & quo ad rationem nunc tactam. Quo quidem ad concluſionē arguit Theophraſtus, motus alicuius eſt aſſignare finē, igitur & principiũ. tenet cōſequentia, quia hæc mutuo recipiunt, primo Cœli. Secũdo arguit, quia C tũc aliqua res eſſet clauſa & finita, & nō niſi altero extremo tm̃, vt ſi ambulationis & nauigationis finis extaret nō extaret principiũ. itẽ vt ſi poſſet reddi, qñ equus deſierit currere, qñ calcem attigerit, & non qñ cœperit, qñ ſit miſſus, quæ ſunt præter cõem hominũ ſenſum. Reſpondet Them. à quo accepit Auer. ꝙ Ariſ. nō vult principiũ oĩno non eſſe motus, ſed principiũ afferri & deſignari nō poſſe. Cōtra. arguit ipſe, quia vt pōt demōſtrari finis, quia indiuiſibilis eſt, ẽt pōt mōſtrari principiũ, quia diuiſibile, finis quidẽ ſua indiuiſibilitate, principiũ ſua diuiſibilitate. Secundo principium & finis ſunt eiuſdem rationis, vt .n. punctus finis eſt lineæ, ita punctus principium eſt eiuſdem. Tertio principiũ motus non eſt motus, igitur eſt indiuiſibile quoddam, & per conſequens poterit aſſignari vt finis. Propter hæc Them. D & optime, vult, ꝙ principium & finis poſſunt capi dupliciter, vno modo ſm eandẽ rationẽ. vt principiũ motus pro prima parte motus, ſiue pro primo motu, & finis pro vltima parte motus, & pro vltimo motu, & hac ratione nec eſt dare primũ motũ nec vltimũ, qm̃ nec tẽporis, nec magnitudinis, nec moti poteſt dari prima aut vltima pars, cum ſint in infinitum ſectilia. Alio modo poteſt capi principium, pro indiuiſibili in tempore, è quo motus incipit, non in quo motus incipit, & finis pro indiuiſibili ad qđ motus deſinit, non in quo motus deſinit, & hæc dicuntur principium & finis excluſiue, aut vt ſorticolæ, principium & finis negatiue, qua ratione cōcedunt ipſi & Them. dari principium & finẽ motus, principium quidem ad hunc ſenſum, ꝙ in hoc inſtanti quod eſt præſens non ſit motus, ſed bene, immediate

Dubitationes. Prima dubi. Prima ro. Secũda ratio. Expõ Them. Replica. 1. Secunda. Tertia. Expõ Them.

mediate post hoc, finem vero eodē modo sic, q̄ in hoc non sit, & imediate ante hoc fuit, igitur est finis p exclusionem, quem sorticolæ appellant primum nō esse.

Ad summam. Tunc vult q̄ Arist. in toto hoc processu loquatur de fine & principio ſm diuersam rationem, qm̄ nihil aliud voluerit q̄ non sit dare principium motus, hoc est primum motū, bene finē indiuisibile, qui est finis p exclusioné, de principio aūt p exclusionem, non negat, quia licet nō dicat in principio, in processu tñ īnuit. Hęc de

Secunda dub. *Vide Egi. hic.* conclusione dicta sunt ē Them̄. Sed recentiores dubitant de ratione Arist. quia supponit vnū falsum q̄ prius mutetur pars q̄ totum, hoc videtur falsum, quia æque cito mouetur aliqua pars continui & totum, igitur non prius per q̄ totum.


Expositor, à quo acceperunt omnes, intelligit partē prius mutari q̄ totum respectu spatij, non aūt respectu

Expō prima. *S. Tho. hic.* *Confutatio.* ipsius mobilis. Sed hæc responsio sic intellecta videtur dubia. Si. n. pars respectu spatij prius mutari potest q̄ totum, tunc pars posset moueri respectu spatij, & totū quiescere respectu spatij, quod nullus potest intelligere.

Expō propria. Propter hæc videtur mihi, q̄ sensus Arist. est verus, licet propositio ipsa vt termini sic significant, sit falso, erit igitur sensus q̄ omne quod mutatur citius & prius mutatur ab agente, aut spatio ſm partem propinquā q̄ ſm partem remotam, & hoc vult dicere citius pars q̄ totū, hoc est prius pars propinqua q̄ remotior ab agente, vel à puncto spatij, & per hoc Arist. habet propositū suum. Cōmentum. 48. huic correspondens patet.

DILVC. *Tertio ex parte termini.* *Quod quidem igitur neq; mutati, neq; ipsius temporis in quo aliquid mutatur, primum sit, ex bisce quæ dicta sunt, cōstat. Verum ipsum quod uel mutatur, uel est id quo aliquid mutatur, non eodem modo se habebit. Tria nanq; sunt, quæ in mutatione ipsa dicuntur, & id quod mutatur, et id in quo, atq; id quo mutatur, ut homo, tempus, & album. Homo quidem igitur & ipsum tempus diuisibiles sunt. Sed de albo est alia ratio, cum sint omnia per accidens diuisibilia, nā id cui qualitas aut album accidit, illud diuisibile est. Quoniam quæcunq; per se, & non per accidens diuisibilia dicuntur, his nullum erit primum, quales sunt magnitudines ipsæ. Si enim A B magnitudo, & moueatur ex B in C. primum igitur si indiuisibile erit BC. impartibile, impartibili attiguum erit. Si uero diuisibile, aliquid erit ipso C prius, in quo D mutatum est, & illo rursus aliud, & sic semper, quia nunquam diuisio ipsa deficit, simili modo, et in quanto ipso se habet mutatio. nam et hæc in continuo est. perspicuum igitur q̄ immutationum ea sola, quæ est in qualitate, contingit indiuisibile per se esse.*

Demonstratio Tertia ostendens idem quod supra, sumpta ex parte magnitudinis.



ANT. *Quod quidem igitur neq; mutati, quod mutatur, neq; tēporis, in quo mutatur, primum sit, manifestum est ex his quæ*

E *prius dicta sunt. Ipsum autem quod mutatur, aut secundum q̄ mutatur, non etiam similiter se habebit. Tria nanq; sunt, quæ dicuntur secundum mutationem, & quod mutatur, & in quo, & secundum q̄ mutatur. ut homo, tempus, et album, homo quidem igitur, & tempus diuisibilia sunt, de albo autē alia ratio est, propter id quod secundum accidens omnia diuisibilia sunt, cui. n. accidit album, aut quale, illud diuisibile est. Quoniam quæcunq; diuiduntur secundum se ipsa diuisibilia, & non secundum accidens, neq; in his erit primum, ut in magnitudinibus. sit enim in quo est A B magnitudo, & moueatur ex B in C. primum igitur siquidem indiuisibile est BC, impartibile impartibili erit coniunctum, si uero diuisibile, erit aliquid in ipso C prius, in quo mutatum est, & illo iterum aliud, et sic semper, propter id, quod nullo modo deficis diuisio. Quare non est primum, in quo mutatum, est simi-*

F *liter autem & in quantitatis mutatione, etenim hæc in continuo est. Manifestum igitur est, q̄ in sola mutatione, quæ est secundum qualitatem contingit indiuisibile per se esse.*

Epilogat circa declarata, & inquit, Quod quidem igitur neq; mutati, neq; ipsius tēporis in quo aliquid mutatur primum sit, ex his quæ dicta sunt constat. Deinde ostendit quod non datur prima pars termini ad quē in ipsa mutatione. verbi causa, si lignū calefit, non datur prima pars caliditatis inducta in prima ligni parte. Ad hoc demonstrandum sumit, primo q̄ omnis terminus ad quem mutationis est diuisibilis, non tñ eadē ratione, qm̄ terminus ad quem in alteratione est diuisibilis per occñs, in auctione & latione termini per se sunt diuisibiles, inquit, verum ipsum quod vel mutatur, hoc est acquiritur per mutationem, vel est id ad quod vel quo aliquid mutatur, non eodem modo se habebit. Su

G mit secundo q̄ in mutatione tria sunt, videlicet tempus, subiectum siue mobile, & terminus ad quem. prætermitit spatium, quia vel cum termino vel cum mobili ipso intelligitur, inquit, Tria nanq; sunt quę in mutatione ipsa dicuntur, & id quod mutatur, & id in quo, & id quo mutatur. vt homo quod mutatur, tempus in quo mutatur, & album quo mutatur. Sumit tertio, q̄ tempus & subiectum sunt per se diuisibilia, album vero per accidens ratione subiecti in quo est. inquit, homo quidē igitur & tempus diuisibiles, sed de albo est alia ratio, cum ipsum album & omnia alia eiusdem generis sint per accidens diuisibilia, qm̄ id cui album aut qualitas accidit, est p se diuisibile. His acceptis arguit, in rebus per se diuisibilibus, nō est dare primum, in indiuisibilibus per se, diuisibilibus per accidēs minime est dare primum. Sed omnis terminus ad quem est per se

Quo quādo de calido fit frigidū sunt duæ mutationes et quatuor termini per se. Vide Sco. 5. meta. q. 7. & in 4 dist. 16. q. 2.

H vel per accidens propter subiectum diuisibilis, igitur illius non erit dare primum. atq; subiectum sit per se diuisibile proponit, & inquit, qm̄ quæcunq; per se & nō per accidens diuisibilia dicitur, his nullum erit primū, quales sunt magnitudines ipsę, & declarat signāter de mobili q̄ sit id, cuius prima pars mota non detur, quia in omnibus per idem declarari potest, & ratio est hæc, si datur prima pars mobilis mutata, verbi causa, prima pars ligni alterota, vel hæc est indiuisibilis, aut diuisibilis, si indiuisibilis, & est pars ligni, igitur lignum erit ex impartibili, & eodem erit de secunda parte, & sic impartibilia erunt attigua. Si vero dicitur q̄ hæc est diuisibilis, sed omne quod mutatur diuisibile prius mutatur ſm partem priorem agenti vel spatio, vt heri dictū est rationabiliter, illa non fuit prima alterati ligni pars, eodem erit de cęteris. Inquit. Sit enim AB magnitudo, hoc est

hoc est mobile,& moueatur siue mutetur p parte post partem vel ex B in C primum, ita φ prima sui alterati ligni pars sit BC, igitur si indiuisibile erit hæc prima alterati ligni pars, BC impartibile impartibili attiguum erit, quia pari ratione erit de parte imediata, quæ eodé modo indiuisibilis erit. Si vero diuisibilis, cum hoc sit mediabile, aliquid erit ipso C prius, puta dimidium illud quod erit agenti, vel spatio vicinius, in quod prius mutatum est,& illo rursus aliud adhuc prius,& sic semper, quia nũq diuisio ipsa deficit, sic igitur patet, ipsum mutabile non habere primam partem qua primo mutetur, idem declarat in auctione,& inquit, Simili modo & in quanto ipso se habet mutatio, nam & hæc in continuo est vt alteratio & latio, tunc dat conclusionem, et inquit. Perspicuum igitur φ imutationum ea sola quæ est in qualitate, contingit indiuisibile per se esse terminum ad quem, per accidens vero ratione subiecti diuisibilem, non tantum, fm extensionem, sed secundum intensionem. Hæc Arist. ratio, vbi multa sunt dicta superfluè ad syllogismum, sed non ad declarationem terminorum,& propositionum syllogismi.

Commen. 49.

{Dicit.} Duo facit Auer. in cõmento hoc, primo declarat textum, secundo ibi {Et hoc est ita.} facit digressiunculam vtilem pro intellectu primæ partis debes scire φ Auer. vult φ Arist. per demonstrationem factam in textu probet spatium esse diuisibile & non dari primum in illo, quam expositionem sequitur expositor. Hæc expositio est, quia Aristo. inquit, Sit enim AB, magnitudo,& moueatur ex B in C. primũ,& reliqua hæc non videntur posse aptari mobili ipsi, ideo sic exposuerunt, sed hæc est dissona expositio intentioni Philosophi, ipse. n. vult probare non dari primum in alteratione, quia non datur prima pars alterati quantitatiua, iõ non de spatio, sed de mutabili ipso demonstratio intelligenda est. cum. n. habet φ non potest dari prima pars mutati, habet φ nec dari potest prima caliditas siue qualitas, quoniam prima qualitas inducitur in prima parte mutati,& sic est ad propositum Arist. demonstratio sua, verba vero eius quomodo intelligantur, in constructione literæ patet.

{Et hoc est ita.} Hæc digressio tollit magnam contradictionem, nam Arist. voluit in Primo contra Anaxagoram,& in libro de Anima,& alibi de quolibet generato dari primum, quod est minimum,& positiue & affirmatiue, vt minimus calor,& id genus, hic vero absolute probauit non dari primum, nec ex parte téporis, nec mobilis, nec termini, igitur contradictio magna. Respondet φ datur cuiuslibet geniti minimũ per se, hoc est quatenus genitum corruptum vel actum & naturale, per accidens vero vt in subiecto quanto, cuius quanti in eo quod quantum, non est dare primum, res enim naturales non habent minimum, nec maximũ & hoc ait Them. vñ Auer. sumit. d. affectiones & qualitates prorsus insectiles atq; indiuiduæ sunt, sed per accidens ex subiectorum diuisione, sectioneq; diuidunt. Sic igitur secundum Them. & Auer. tollitur contradictio, φ hęc naturalia per se omnia indiuidua sunt, per accidens autem ratione subiecti, diuidua, igitur per se habet primum per accidens, vt in subiecto dicunt non habere primum. Sed objiciunt Auer. quidam Pantomastici sic, quicquid sequitur est consequens in bona consequentia, sequitur ad antecedens: sed sequitur, hoc est ens naturale, igitur quantum & vltra, quantum, igitur

Reprehensio Pantomasticorum.

A diuisibile, igitur à primo ad vltimum ens naturale est ipsum minimum, igitur diuisibile, licet hæc res spectet ad primum. Dico pro nunc concedendo totum absolute, sed reduplicatiue nego, bene enim concedo, est ens naturale, igitur quantum,& diuisibile, non tamen quatenus naturale, sed ratione subiecti. Dubitant hic quomodo qualitas suscipit magis & minus. Respondét expositores, φ qualitas potest considerari fm essentiã & fm esse, si fm essentiam, vt sic, non suscipit magis & minus, nam vt sic abstrahit ab intensione & remissione, si fm esse, sic est diuisibilis,& hoc dupliciter, nõ per se, sed ratione subiecti in quo est, à subiecto enim quatenus illud quantum est, diuiditur secundum extensionem, quatenus vero subiectum participat ea secundũ magis & minus, diuiditur per intensum & remissum.

Prima dubi.

Contra hæc objiciunt quidam recentiores, subiectũ B non suscipit magis & minus, nec diuiditur fm intensionem, igitur non est causa quare qualitas intenditur,& remittitur. Secundo si subiectum esset causa, tunc omnis forma esset intensibilis, Tertio albedo etiam separata potest esse intensa & remissa, igitur non ratione subiecti. Quidam exponunt opinionem expositorum φ qualitas per suam naturam habet intensionem & remissionem non tamen illam habere potest absq; subiecto, & si subiectum est causa, sine qua non, principalis causa est ipsa qualitas. Sed hæc expositio stare non potest, quia si qualitas per suam naturam haberet intensionem & remissionem, tunc quæro quid intelligis per naturã, aut essentiam, aut esse, non essentiam quia essentia est prior omnibus prædicatis per se secundo modo, immo quæ competunt rei per essentiam, non sunt nisi vel definitio vel illius partes, intensum autem & remissum C non competunt vt definitio, neq; vt partes definitionis si esset, sed esse accidentis est à subiecto, igitur non potest competere sibi nisi ratione subiecti, cũ enim subiectum det qualitatibus esse, oportet etiam vt det esse intensum vel remissum, igitur tota causa est subiectũ. Dici igitur potest φ subiectum vt subiectum non est causa qualitatis, quare sit magis vel minus sed causa est subiectum vt participans fm magis & minus, aut fm maius & minus. Sed dices, q̃ est causa, quare subiectũ hanc participat fm magis vel minus, vel fm maius & minus, illam aliam non, vt lumen non,& calorem sic, dico, φ subiectum participat qualitate per maius aut minus, propter defectum agentis, quod non potest agere simul in partem propinquam quàm in remotam, vt diximus. Quod vero subiectum participet ipsam fm magis & minus gradualiter, hoc est ratione dispositio D nis prauiæ contrariæ, ideo lumen subito inducitur fm gradus. Per hæc patet solutio ad argumenta contra expositores. Ad primũ dicitur φ licet subiectum non suscipiat, est participans,& hoc sufficit. Ad secundum patet solutio, non enim subiectum vt subiectum est causa, sed vt participans. Ad illud de albedine, dicendum φ albedo non potest esse separatã, quin aliquid suppleat vicem subiecti,& illud sufficit. Hęc res requireret longiorem sermonem, sed omitto calculatoribus. Quærunt alij vtrum in motu detur primũ & licet hæc quæstio optime sit soluta à Them. Ioánes in Quæstione 15. vult φ motus acceptus vt fluxus,& passio non habet primum intrinsecum, nec vltimum intrinsecum, pro forma fluente, in ipsa auctione non datur primũ, quoniam quantitas est diuisibilis in infinitum, in latione vero minime, quoniam vbi vel locus fluens nõ habet

Reprehensio.

Priũ defensio.

Confutatio. Vide Sco. dist. 17. 1. q. 3. et 4 Vide et Gre go. de arimi. dist. 17. primi per totum. Vide et can. q. 3. quæsti. huius disputa.

Propria defensio.

Qũ de primo. Positio Ioan.

Iand. q. 15. huius.

bet primũ, at in alteratione quo ad gradus non daf primum per remissionem, sed bene maximum, vt in magnitudine, hæc ille quo ad primũ & finem motus respecu, concedit tñ dari principium & finem extrinsece. Hæc solutio videtur insufficiens, qm̃ vel intelligit ꝙ nullo modo in motu est dare primum intrinsecũ, vel aliquo mõ sic, aliquo modo non. Si nullo modo, contradicit Auerro. quoniam vult in illis per se dari primum, ratione subiecti vero non dari. Si dicatur quòd ipse intelligit dari primum aliquo modo sic, & aliquo modo non, igitur est insufficiens, quia non dedit modum.

Confutatio.

Defensio. Dicunt ꝙ in questionibus superioribus dixit modum, nam supra voluit dari primum pro minimo potenti p se existere hic vero vult non dari primũ absolute. Hæc

Confutatio. expositio siue defensio non est intelligibilis. qm̃ illud primum, quod est minimum, vel subito fit, vel in tempore, si subito, igitur motus pro fluxu & pro receptione fit subito, declaratur consequentia, qm̃ non est fluxus maior forma fluente, vbi.n. esset maior, potest esse fluxus sine fluente, quod non esset intelligibile, nec receptio esset maior, quia receptio non est maior re recepta, igitur fluxus & receptio erunt subito, & sic contra dicit sibi in ista quæstione. Hæc igitur solutio non est bona, propterea vr̃ mihi esse dicẽdum ꝙ motus potest accipi vt est effectus agentis naturalis in passo naturali, & sic illius datur primum, quod est minimum generatum in substantia, vel qualitate, vel auctione. Alio modo sumit potest esse motus, boc est vt continetur sub genere continui, & tunc vt dixit Thẽm. non est dare principium neq; finem intrinsecus, sed bene principiũ & finem extrinsecus, & hoc modo intelligit Auer. hic. & 8. Physi. cõmen. 23. ꝙ ita soluta fuit quæstio in expositione cõmenti. 32. Hæc pauca satis.

DILVC. De ordine mutati. ad motũ prima suppo. *Cum autem omne quod mutatur, in tẽpore mutetur: mutari uero in tempore dicatur, & ut in primo, et ut per aliud, ueluti in anno, mutatur quia in die, id quod mutatur in aliquo tempore primo, in quolibet illius mutetur, necesse est.*

ANT. *Quoniam autẽ omne, quod mutatur, in tẽpore, mutatur, dicitur autem in tempore mutari, & sicut in primo, & sicut secundum alterũ, ut in anno, quia in die mutatur: in quo primo tempore mutatur quod mutatur in quolibet huius, necesse est mutari.*

Expositio. His expeditis, vt Auer. inducit Arist. vult tractare de ordine mutati ad motum, & vult probare ꝙ oẽ quod mouetur, prius mouebatur, & primo proponit ꝙ omne quod mutatur in aliquo tempore primo, necesse est vt mutetur in qualibet illius parte, inquit. Cum autem omne quod mutatur in tempore mutetur, vt patet mutari vero in tpe dicatur, & vt in primo & vt per aliud, H veluti in anno mutatur aliquid, quia mutatur in die, ponit cõclusionem, & inquit, id quod mutatur in aliquo tempore primo, in quolibet illius mutetur necesse est,

Dubitatio. hæc est conclusio. Sed hęc conclusio videtur contraria illi, quam dixit Tex. commen. 44. Ibi. n. voluit id in quo aliquid primo mutatur, esse indiuiduũ, hic sumit omne mutatum in aliquo primo necesse esse mutari in quolibet illius, igitur vult id in quo aliquid primũ mu-

Solutio. tatur esse diuisibile. Dici potest quòd ibi locutus est de mutato, hic de mutari, voluit. n. ibi ꝙ oẽ id in quo aliquid primo mutatum est, nunc primum sit indiuiduũ: At nunc vult ꝙ oẽ quod mutatur in aliquo primo, mutetur in qualibet parte illius, & sic tollitur cõtradictio.

E *Manifestum quidem igitur ex definitione ipsius, nam primum ita diximus.*

DILVC. Tex. commenti eiusdem.

Manifestum quidem igitur ex definitione primum enim sic diximus

ANT.

Probatio propositionis per definitionem. Expositio. Proposita conclusione probat illam ex definitione primi & inquit, Manifestum quidem igitur est hoc nũc propositum ex definitione ipsius primi, nam primum. 5. huius, ita diximus ꝙ non per partem sic, & partẽ non est tale, & ita oportet vt omne quod mutatur, in aliquo toto tempore primo, in qualibet parte mutetur.


Commen. 50.

Vide Iand. q. 21. quarti huius. Vide et ca mo. q. 1 huius. An sit in tempore Vide Ian. q. 21. huius. et Gratia deũ. sen. si in tempore sit da re terminum. Ioã. 19. quarti huius. {Cum declarauit} Cõmentum patet, verum Auer. inquit esse manifestũ p se ꝙ aliquod dicatur trãsmutari in aliquo toto tempore, quia illud est minimũ in quo potest transmutari. Dubitant recentiores, nam tẽpus est quantum & diuisibile in infinitum. Dici potest ꝙ F minimum potest capi dupliciter. Vno modo absolute pro eo quo non datur minus, & sic non datur temporis minimum. Alio modo in habitudine ad id quod se cum est, quo dicimus palmum panni esse minimum ad hanc togam, qm̃ toga potest esse ex illo, & ex nullo minori, neq; ex maiori aliquo, & isto modo sorticolæ minimum appellant adæquatum, & isto modo datur minimũ in tpe respectu motus, sicut si in hora equus curreret, & non posset nec in minori nec in maiori hora, dr̃ minimum tempus cursus, & sic intelligit Auerroes.

DILVC. Tex. c. 51. Secunda probatio per rationem. *Patet aũt idem ẽt ex his. Sit. n. tẽpus XR, in quo aliquid primo moueatur, quod mouetur, diuidaturq; in C, cũ tempus omne diuisibile sit in tempore, igitur XC, aut mouetur, uel non mouetur, & eodem modo rursus in ipso CR, si quidẽ igitur neutra in parte mouetur, in toto utiq; quiescet: impossibile. n. est aliquid moueri in aliquo si nulla in parte eius moueG tur. Si uero in altera tantũ mouetur. non igitur in XR primo mouetur, nam motus per aliquid illius erit, ergo qualibet in parte ipsius XR, moueatur necesse est.*

ANT. *Sed iã & ex his manifestum est. Sit. n. in quo primo mouetur, quod mouetur, XR, & diuidatur secundum R, omne. n. tempus diuisibile est in X K: igitur tẽpore aut mouetur, aut non mouetur, & iterum in KR, similiter. siquidem igitur in neutro mouetur, quiescit itaq; in omni, moueri. n. in nullo huius, quod mouetur posse est, si uero in altero solũ mouetur uõ utiq; in primo mouetur, quod est XR. scdm̃ enim utrũq; motus ẽ, necesse igitur ĩ quolibet ipsius XR, motũ eẽ.*

Demonstratio probans, quòd id quod mouetur primo in aliquo tpe, mouetur in qualibet parte illius temporis.



Expositio. Secundo idem probat sic, moueatur equus in hora, aut igr̃ in neutra horæ parte mouetur & hoc non, quia quiesceret in tota hora, aut moueretur in altera tãtum parte, & tunc nõ in tota hora, sed in hora quia in parte horæ,


horæ, igitur oportet, si debeat moueri primo & æquale in hora moueri in qualibet parte horæ, statuit syllogismi terminos, & horam vocat XR, & diuidit illã in K & sic duæ partes resultabunt XK, & XK, & syllis patet.

Commen. 52.

DILVC. Tex.c. 52. Propositum. *Hoc autem demonstrato, perspicuum q, omne quod mouetur, prius motum sit, necesse est. nam si in X R, tempore primo per K L, magnitudinem aliquid motum est, id quod æque uelociter mouetur simulq; incœperit per dimidium, in dimidio temporis erit motum. Quod si ipsum æque uelociter motum in eodem tempore motum est per magnitudinem aliquam, & alterum per eandem motum sit, necesse est, quare si motum est prius quod id mouetur.*

ANT. *Ostenso autem hoc, manifestum est, q, omne quod mouetur, necesse est motum esse prius. Si.n.in X R, tempore primo per ipsam K L, motum est magnitudinem, immediate, qđ æque uelociter mouetur, et simul incepit, per dimidium erit motum. Si autem æque uelox per aliquam motum est, in eodem tempore necesse est per eandem motum esse magnitudinem: quare erit motum prius quod mouetur.*

Prima demonstratio effluens qui ante omne moueri præcedit mutatum esse sumpta à magnitudine.



Expositio. Facta suppositione, videlicet q omne quod mouetur in aliquo tẽpore primo, moueatur in qualibet parte illius, infert tale consequens, videlicet igiť nihil monetur, qui prius motum sit. consequẽtiam deducit, nã mobile dum mouetur per aliquod spatium totum, potest mobile aliud æque velox in dimidio temporis esse motum per dimidium spatij, & per consequens. si illud æque velox est motum per dimidinm, ẽt mobile principale erit motum, & mouetur prius quod motum est, eodem mõ de dimidio dimidij, & ita in infinitum, qua ratione euenit vt omne quod mouetur prius motũ sit.

Commen. 52.

{Et cum} Cõmentum habet duas partes, in prima exponit literam, & patet, secnndo ibi (& causa) mouet quæstionem in textu. Hæc est diuisio commenti.

{Et causa in hoc.} Mouet Auer. dubium cõtra Aristo. qnare ipso in syllogismo cogitur accipere duo mobilia æque velocia, qnorum vnum per totam moueatur magnitudinem, alterum per medietatem, cum facilius posit syllogismus habere locum per vnum mobile, quoniam omne mobile quod per aliquam magnitudinem monetur, ante peragret medium illius, quam totum, & ita fieri potest de vno mobili.

{Sed ipse} Soluit Auerro. (vt mihi vř.) vult esse coassumptum mobile ęque velox propter duo, tum primo

A quia manifestius. qm̃ in actu (ea.n. quæ sunt in actu manifestiora sunt) tum secundo quia cauillator posset dicere KL, esse motũ per totum, in nulla tñ parte actu, ad cauillum igitur confutandũ coassumpsit mobile ęque velox. Adhnc fortasse ambiges, qm̃ si omne quod mouetur prius motum est ad aliquid, igitur prius fuit in illo per ante dicta problemata, & si prius est in illo igitur quieuit, & per consequens nõ amplius mouebitur. Ex Theñ. solui potest q Aristo. intendit ante omne moueri præcessisse motum esse in potentia, qm̃ sicut ante omne punctum præcessit punctum in potentia, sic ante oẽ moueri præcessit mutatum esse in potentia. Nunquam tamen est in actu, nisi post quietem, quemadmodum nec punctus nisi post diuisionem.

Amplius autem si in toto XR, tempore aut uniuersaliter aut in alio quouis tempore, propterea motum esse aliquid DILVC. Tex.c. 53.
B *dicimus, quia ipsius ultimum nũc accipimus. Hoc.n. est quod terminat, atq; inter ipsa nunc est tempus, in cæteris etiam simili modo motum esse dicetur. Nam dimidij extremum ipsa diuisio est, quare & in dimidio motum erit, & uniuersaliter in quauis parte. Semper enim per diuisionem continue temporis ab ipsis nunc terminatum est.*

ANT. *Amplius autem si in omni tempore, quod est XR, motũ esse dicimus, aut omnino, aut in quolibet tempore, in accipiẽdo ultimum ipsius temporis nunc, Hoc.n. determinatum est, & medium ipsorum nunc tempus est, & in alijs dicetur similiter motum esse. Medietatis enim ultimum diuisio est, quare & in medio motum erit, & omnino in qualibet partiũ, semper enim simul secundum diuisionem tempus est determinatum ab ipsis nunc.* Temporis verbum est interpretat.

Expositio. Secundo arguit Arist. & petit duo, primo petit, & propterea aliquid motum esse in toto tẽpore, quia in vltimo illius motum est, vt propterea lignum calefactum est in hora, quia in vltimo horæ est verum dicere esse calefactum, hæc suppositio patet, quia calefactum esse est in indiuiduo temporis, at calefieri est in tempore, igitur motum esse aliquid in hora dicitur, quia in vltimo horæ motum est. Secunda suppositio semper inter duo nunc est tempus, tunc arguo vt tempus ad moueri, ita nnnc ipsum ad mutatum esse, est enim nnnc vltimum temporis, & mutatum esse vltimum motus, igitur cõmutatim vt tempus ad nunc, moueri ad mutatũ esse. Sed ante omne tempus est nunc, igitur an omne moueri est mutatũ esse, & ita nihil mouetur, quin prius motum sit. Arist. tamen non sic arguit, sed sic, sicut de toto motu, ita de parte motus: sed totus motus determinatur ad mutarum esse vt illius finis, igitur medietas motus terminabitur ad mntatum esse mediũ, & simi-
D liter medietas medietatis, & sic in infinitum, quare ante omne moueri est motum esse, quia ante omne moueri est motus pars, & in qualibet parte motus vltimũ est mutatum esse, igitur ante omne moueri est mutatum esse. Inquit, Amplius autem si in toto X R, tempore aut vniuersaliter aut in aliquo quouis tempore, propterea motum esse aliquid dicimus, quia ipsius vltimũ nunc accipimus. Hoc.n est quod terminat, hæc est prima suppositio, atq; inter ipsa nũc est tẽpus supple semper hæc est secnndo, tunc ex his dat conclusionẽ, & inquit. In cæteris etiam simili modo motũ esse dicetur, & in hoc habes quasi primum modum deducendi rationem. Deinde quasi tangit secundum, & inquit. Nã dimidij extremũ ipsa diuisio est, hoc est, nam terminus partis motus est ipsum mutatum esse partis, vt in fine totius

totins eſt ipſum mutatum eſſe totius, vocat autem ipſum mutatum diuiditur, vt tempus per ipſam nunc, & linea per punctum, concludit, quaee & in dimidio motum erit, & vniuerſalitee in quauis parte. Semper enim continue tempus ab ipſis nunc eſt terminatum, & motus ab ipſis mutatis, potes igitur ex litera vtroſque deducendi modos colligere, ꝙ cum non multum differant, omittatur hoc modo.

DILVC. Tex. cōmen. eiuſdem.

Si quidem igitur omne tēpus diuiſibile eſt, et quod eſt inter ipſa nunc. tēpus eſt, oē qđ mutatur infinities mutatū erit.

ANT.

Si igitur oē tēpus quidē diuiſibile eſt, & quod inter ipſa nunc eſt, tēpus eſt, oē quod mutatur infinities mutatum erit.

Expoſitio.

Ex ijs facit illationem talem, ꝙ omne quod mutatur infinities eſt mutatum, deducitur conſequentia quot ſunt nūc in tempore, tot mutata in motu: infinita ſunt nunc in tempoee: igitur infinita mutata in motū, & ita omne quod mutatur, infinities eſt mutatum, inquit, Si quidem igitue omne tempus diuiſibile eſt, & quod eſt intee ipſa, nunc tempus eſt, hoc eſt antecedens, per qđ vult habere in tpe eſſe infinita nunc, tunc dat conſequēs, & inquit. Oē quod mutatur, infinities mutatum erit, nā totiens eſt mutatū, quotiens tpſ diuiſibile eſt.

Commen. 53.

{Iſta declaeatio.} Auer. primo tangit differentiam inter hanc rationem, & tactam, & vult ꝙ prima peocedat per diuiſionem ſpatij, vt viſum fuit, hæc vero ſecunda per diuiſionem temporis.

{Sed tacuit.} Remouet literalem dubitationem, nā Ariſt. ſumit omne tempus finiri ad vltimum nunc, cur non ſumpſit ipſum incipere à nunc primo. Reſpondet quia hoc patet per ſe, qm̄ manifeſtum eſt per ſe omne tempus finiri inter duo nunc.

{Et ideo dixit.} Nunc vult formare rationem, & vt mihi videtur, vis ſuæ rationis eſt hæc, ante omne moueri præceſſit moueri, in omni moueri eſt mutatum eſſe. igitur ante omne moueri præceſſit mutatū eſſe, maior patet, quia ante omne moueri eſt aliqua illius pars. minor veeo patet etiam; vt in omni tempore eſt nunc, ita in omni moueri eſt mutatum eſſe. Hæc ſunt quę ex cōmento colliguntur. Dubitant primo, vtrum omne quod mouetur infinities motum eſt. Secundo, vtrum inſtans præcedat inſtans. Tertio, vtrum medietas temporis præcedat totum tempus vt medietas horæ præcedat horam. Similiter an ſecunda medietas horæ ſequatue horam. Arguunt contra primam ſorticolæ in nulla paete infinities aliquid motum eſt, igitur nihil infinities motum eſt. Secundo, omne quod mouetur finite motum eſt, igitur non infinities, ab vno diſſeparato ad reliquum. Tertio, aliquid ante motum in aliquanto tēpore motum eſt, igitue infinities motum in infinito tēpore motū erit, hoc eſt falſum, igitur antecedens. Ad hæc dici poteſt ſm modum loquendi Ariſt. ꝙ omne ꝙ mouetur, finite eſt motum, imò non niſi ſemel, & infinities, finite quidem actu, infinities vero poteſtate. Sorticolæ aliter dicerent, & in idem incidunt. Ad ſecundā nonnulli captiúculatores volunt hanc eſſe falſam ſm vim ſermonis, inſtans præcedit inſtans, qm̄ præcedere eſt eſſe ante principium. Sequi vero eſt eſſe poſt finem, modo inſtans nec habet principium nec finem, quare nec pōt inſtans præcedere inſtans, neq; ſequi. Sed hæc ſolutio eſt directe contra Ariſ. qui vult ante omne nūc eſſe nunc, & contra hos non eſt aliter inſtandum, propterea dico ꝙ inſtans, præcedit inſtans, & ſequitur. Ad

Vide Alb. de ſuo. q. 8 huius.
Dubitatio, Prima. Secunda. Tertia.
Prima ratio.
Prima dubi. Secunda. Tertia.
Solutio. Quantum ad 2. q. Vide cano. q. 6. quarto huius.
Solutio priā.
Ad ſecūdam.
Confutatio.
Solutio ꝓpria.

E argumentum. dico ꝙ ſufficit ꝙ ſi haberet principium præcederet principium, & ſi haberet finem, eſſet poſt finem. Hoc.n. ſatis eſt ad hoc vt aliquid dicatur aliud aut præcedere, aut ſequi. Ad tertiam rn̄dent ſorticolæ ꝙ medietas horæ eſt ante totam horam. Et ſecunda medietas poſt totam horam, declaratur prima medietas eſt, & tota hora non eſt, & non poteſt eſſe tota hora, quin ſit medietas. igitur medietas eſt ante totam horam. & tunc iuxta hoc inſerunt multa, quæ cum ſint extra propoſitum, ſunt omittenda. Hæc poſitio non mihi apparet, nam ſi totum ſumatur categorice, ſiue ſincathegorice in omni ſenſu illa eſt falſa, prima medietas horę eſt ante totam horam, ſincategorice quidem, quia tunc eſſet ante quamlibet partem, & ita ante ſe, categorice vero, quia tunc eſt ante totam horam integram, & ita non eſſet pars totius horæ, Ideo dico ꝙ F prima medietas non eſt ante totam horam. Poteſt tamen dici ante ad hunc ſenſum, quòd medietas prima ante denominatue horæ medietas, quàm hora tota denominatur eſſe tota. Pars enim prius deſinit, quàm totum, quo in ſenſu concederem medietatem horæ eſſe ante horam totam non niſi quo ad deſitionem, quia prius deſint prima medietas quàm totum, & vltima medietas eſſet poſt horam, quoniam poſt denominatur vltima medietas quàm tota hora. Hora enim tota tunc primo denominatur, cum illius aliquid eſt. Vel dici poteſt poſt totam horam quo ad incæptionē, quia poſt incipit quàm tota hora incipiat, quo etiam in ſenſu non valet, Socrates eſt in prima horæ medietate, & prima horæ medietas eſt prior tota hora, igitur Socrates eſt ante horam totam. Similiter non valet, Socrates eſt in vltima parte horæ, ſed vltima pars eſt G poſt totam horam, igitur Socrates eſt poſt horam totam. æquiuocatur enim de toto & de eſſe prius & poſterius in præmiſſis, & in concluſione. Et per idem poſſunt induci infinitæ captiunculæ, & ſolui. Hęc ſunt peripatetice dicta.

Solutio priā. ad tertiam.
Confutatio.
Solutio ꝓpria.
Illationes falſa.

DILVC.

Præterea ſi id quod continue mutatur, & non eſt corruptum, neque à mutatione deſiſtit, aut mutari aut eſſe in quocūq; mutatum, neceſſe eſt. In ipſo autem nunc nihil mutari eſt; in quocunque nunc mutatū ſit neceſſe eſt, quare ſi nunc ipſa infinita ſunt, omne quod mutatū, infinities erit mutatū.

ANT.

Amplius autem ſi continue, quod mutatur, & non corrumpitur, neq; pauſat à mutatione, aut mutari aut mutatum eſſe neceſſe eſt in quolibet, in ipſo aut nunc non eſt mutari, neceſſe eſt mutatum eſſe ſecundum unumquodq; ipſorū nūc, quare ſi ipſa infinita nunc ſunt, neceſſe eſt omne, quod mutatur, infinities mutatum eſſe.

H Syllogiſmus hypotheticus ſic eſt; vt è Them. colligi poteſt, omne quod continuo mutatur in aliquo tempore à principio vſq; ad finem, neceſſe eſt aut mutari in quolibet nunc illius totius temporis, aut eſſe mutatū: ſed in quolibet ipſius nunc mutari eſt impoſſibile, cū in ipſo nunc non ſit motus, igitue in quolibet nūc motum eſt: ſed in tempore ſunt infinita nunc, igitur oē qđ mutatur, infinities eſt mutatum, & ſic ante oē moueri peæcedit mutatum eſſe. Adiecit Ariſt. ſi id quod continue mutatur, qm̄ non de ipſo nunc principio aut ipſo nunc fine extrinſecus loquitur, ſed de ipſis nunc continuantibus motū. Si quid.n. mouetur in aliquo tēpore adæquate, non oportet vt moueaſ aut motū ſit in quolibet nunc illius, quia nō in nunc fine, nec in nunc principio extrinſecis à motu. adiecit ēt & non corruptū ſit, quia

An ſit idem nunc realiter in toto temporis decurſu, an nunc ... ſuret tempus & an nūc ... rumpatur ... de Grat... lec. 1 8-4. huius.

quia si canis de turri cadat, & in medio casus moriatur, canis motus est, & non prius mouebatur, quia nõ est idem canis numero, reliqua patent.


Commen. 54.

{Hæc est declaratio} Auer. velle videtur ꝙ Aristo. declaret vnam propositionem quã supposuerat, videlicet, ꝙ in quolibet instanti aliquid dicitur mutatum esse, hanc Arist. sumpsit, & non probauit, & ideo vult ꝙ declaret hanc primo, secundo ex hac declarata vult vt arguat ad conclusionem propositam, & ita ipse introducit literam. Commentum patet.

DILVC. *At uero non solum id quod mutatur, mutatum sit, necesse est. Sed etiam id quod mutatum est, mutetur prius necesse est, omne nãq; quod ex quodam in quoddam est mutatum, in tempore est mutatum. Sit enim in ipso nunc ex A. mutatum in B, in eodem igitur nunc in quo est in A, non est mutatum: esset enim & in A, & in B simul. Ipsum nanq; mutatum cum mutatum est, demonstratum est prius, non esse in illo ipso. Si uero in alio sit mutatum, inter illa tempus est.*

ANTI. *Non solum autem quod mutatur, necesse est mutatũ esse, sed etiam mutatum necesse est prius mutari. Omne. n. quod ex quodam in quoddam mutatum est, in tempore mutatum est, sit. n. in ipso nunc ex A, in B, mutatum, ergo in ipso quidem nunc, in quo est in ipso, non mutatum est, simul. n. esset in ipso A, & in B, quod enim mutatum est, quando mutatum est, quoniam non est in hoc, ostensum est prius, si uero in alio, in medio est tempus, non. n. coniuncta erant ipsa nũc.*

Demonstratio probans, quòd omne quod mouetur mouetur in tempore.



Probat nunc conuersam, videlicet ꝙ omne quod mutatum est, prius mutatur, & supponit omne quod mutatum est ex quodam in quoddam, in tempore esse mutatum. Probat hanc suppositionem sic, aliquod mutatum in ipso nunc ex A in B, in eodem, igitur nũc in quo illud est in A, termino è quo, non est mutatum, nec incœpit mutari, esset. n. in A & in B simul, quia cũ sit mutatum in B erit in B, & per te est in A: igitur simul in vtroq; in eodem nunc, ideo subdit, ipsum náq; mutatum cum mutatum sit, demonstratum est prius in problemate dicto nõ esse in illo ipso termino è quo, sed in termino ad quem, & ita simul in A & B. Si vero in alio nunc ab illo primo sit mutatum in B, inter illa nunc tempus est, quare mutatum est in tempore. Hæc est suppositio, & eius expositio.

DILVC tex. cõ. 56. *Cum igitur in tempore sit mutatum quod mutatum est: Tempus autem omne sit diuisibile, in dimidio aliud est mutatum, & rursus in illius dimidio aliud, atq; sic semper. quare mutatur sane prius.*

A *Quoniam igitur in tempore mutatum est, tempus autem omne diuisibile est, in medio aliud est mutatum, & iterum in illius medio aliud, & sic semper, quare mutabitur prius.* ANT.

Auer. vult hanc esse secundam rõnem proximi textus non ad suppositionem, sed ad conclusionem fieri autumat, videtur vere mihi ꝙ ex suppositione arguat sic, omne quod mutatum est in tempore prius mutatur, omne quod mutatum est in tempore mutarã est; igitur omne quod mutatum est in tempore mutatur: minor est suppositio data, maior declaratur, omne qđ mutatur in dimidio ẽm dimidium prius mutatur, omne quod mutatum est in tempore mutatur ẽm dimidiũ in dimidio, igitur omne quod mutatum est prius mutatur. De ratione tangit maiorem syllogismi principa-B lis, & minorem prosyllogismi ibi {tempus aũt omne.} & conclusionem ibi {quare prius.} & textus patet. Dubitat expositor contra suppositionem, quia dictũ est omne mutatum in indiuiduo temporis esse mutatum, nunc sumit esse mutatum in tempore. Respõdet ꝙ accipit mutatum est pro eo quod mutabatur, quasi dicat, omne quod mutatum est, hoc est omne quod mutabatur prius mutabatur. & vt mihi videtur dici potest logice ꝙ mutatum ampliat ad id quod est vel erat; & hæc est intẽtio expositoris: quasi dicat, omne quod est vel erat mutatum in tempore, est vel erat mutatũ, quo quidem in sensu suppositio philosophi est vera. Dubitat secundo de generatione, quia non omne quod est vel erat genitum prius generabatur, cum generatio sit subito, quidam voluit Arist. verbum esse particulare in vero motu. Alij volunt esse vniuersale etiam in generatione, & tunc volunt ꝙ ante genitum præcedit generatio saltem in aliis, qm̃ generatio accipitur pro aggregato ex alteratione & fine illius. Tertio ambit nouus expositor, fiat ex aere ignis, & accipiatur vltimum instans in quo est aer, & primum in quo est ignis; vel igitur hæc sunt vnum, vel aliud atq; aliud, si vnum, tunc simul esset aer & ignis, quod est absurdũ, si aliud atque aliud, tunc inter ea erit tempus, igitur in medio tempore materia nec esset sub aere, nec sub igne. Respondet auctoritate Aristo. Dubitationem supponere falsum, qm̃ rei permanentis non datur vltimum instans in quo sic, sed primum in quo non, quod est primum ignis, & primum non esse aeris, & sic non sunt duo instãtia, qua ratione fit, vt aer in toto tempore præcedente sit, & in instanti, ad quod copulatur illud tps incipit esse ignis. Contra obiicit & petit ex Quarto Phy. ꝙ tempus mensuret motum, & instans mobile. cum igitur aer corrũ-D pendus sit quoddam mobile, & non est dare mensuratum sine mẽsura propria, semper erit dare aliquod instans quod sit mensura ipsius aeris. videtur igitur ꝙ sit dare vltimum instans, in quo est aer, sicut primũ in quo est ignis. Hæc replica nulla est, bene cõcedo nunq̃ esse aerem, quin sit aliquod instans, mensurãs illud, & quotiens est aer, totiẽs est instans. Ex hoc nõ sequitur, igitur oportet vt detur vltimum instans, tunc. n. oporteret, quando aer desineret vt per affirmationem desineret, videlicet nunc est & immediate post hoc non erit. Sed aer desinit per negationem, nũc non est & immediate ante hoc erat. Et si dicatur, sicut datur primum ignis, ita vltimum aeris, negatur similitudo, immo vbi datur primum per affirmationem, non datur vltimum per affirmationẽ, sed solum per negatio-nem, vt

Egi. hic.

An omne qđ mutatur ex quodã in quoddam mutetur in tpe. Vide Egi. hic.

nem, vt in Octauo videbitur. Dubitabis fortasse quarto cum quadrifariam moueri & mutatum esse possint comparari, videlicet moueri ante moueri, & mutatum ante mutatum, moueri ante mutatum, & mutatũ ante moueri, cur tm̃ probat ante omne moueri esse mutatum, & econtra ante omne mutatum esse moueri, & reliqua duo prætermisit. Dici potest, quia ex his sequitur declaratio aliorum duorum, si.n. ante mutatum est moueri per primum, & ante moueri est mutatum per scdm, sequit ante moueri esse moueri, & ante mutatũ esse mutatum, vt patet consideranti. Quinto dubitat vtrum eadem prioritatis specie moueri præcedat mutatum, & mutatum moueri. Respondet, quòd moueri præcedit mutatum, vt via terminum, mutatum vt principium medium. Hæc expositio stare potest, ideo nunc omittatur.


RECOGNITIONES.

Mouet expositor dubitationem, quia dictum est mutatum in indiuisibili esse mutatum, hic vero sumit pro suppositione, omne mutatum esse in tẽpore mutatum. In commentariis diximus, quæ expositor dicit, & illa perpulchre dilucidauimus. At nunc diceré Arist. dixisse prius, omne mutatum, quod nunc primo est mutatum, in indiuisibili esse mutatum. At nunc sumis pro suppositione, omne mutatum, qood de quodam in quoddam est mutatum, & non nũc primo, esse in tempore mutatum, & sic tollitur contradictio, cũ hac.n. additione, de quodam in quoddam, omne mutatum in tempore est mutatum, simpliciter autem non, nisi in indiuisibili est mutatum.

DILVC. tex.com. 57. *Adhuc autem, id quod dictum est in magnitudine, magis manifestum est, propterea q, magnitudo continuũ est, in qua mutatur id quod mutatur. Sit.n. ex C, aliquid mutatum in D, si igitur C D, indiuiduũ erit, impartibile: impartibili attiguum erit: Quod si id impossibile est, medium quod inter illa est magnitudo sit, & in infinita diuisibilis, necesse est. Quare prius in illa mutatur, omne ergo mutatum prius mutetur, necesse est.*

ANT. *Amplius autem in magnitudine manifestius est, quod dicitur, propter id quod continua est magnitudo, in qua mutatur, quod mutatur. Sit.n. mutatum ex C in D, siquidem igitur indiuisibile est C D impartibile in impartibili erit contiguum, quoniam autem hoc impossibile est, necesse est magnitudinem esse, quæ est in medio, & in infinita esse diuisibilem. Quare in illa mutatur prius, necesse est ergo omne, quod mutatum est mutari prius.*

Demonstratio probans, q, ante omne mutatum esse præcedit mutari.



Secundo idem probat ex parte magnitudinis, & primo proponit differẽtiam rationẽ, & inquit. Adhuc aũt id quod dictum est in tpe, in magnitudine magis manifestũ est, & ita hæc secunda rõ est fortior, cuius causam affert, & inquit, ppea q magnitudo continuũ est, in qua mutat id quod mutatur, hæc res diligentius in commento declarabitur. Deinde petit aliquod mobile moueri ex C in D, & q C D, sit diuisibile, inquit, sit .n. ex C aliquid mutatũ in D, si igitur C D indiuiduum erit, impartibile impartibili attiguum erit, hæc consequentia patet, nã si motus ex C in D pars est alicuius motus, ita C D, debet esse ps alicuius magnitudinis, & cũ ex vno impartibili non possit aliquod totũ constare, iure oportet esse plura & attigua, q si id impossibile est (vt dicit) medium quod inter illa C D, est magnitudo, sit & in infinita diuisibilis, necesse est, & ita patet suppositio. Tunc syllis est, omne quod prius supra medietatẽ mutatũ est q̃ supra totũ prius mutatur q̃ motũ sit: sed omne quod mutatũ est supra aliquo diuisibili prius mutatur supra medietatẽ quã supra totũ, igit prius mutatur q̃ mutatũ sit. Tunc sub accipio, sed omne quod mutatur, mutat supra diuisibili vt supponit, quare prius mutatur quàm mutatum sit, verba patent.

Comment. 57.

{Cum declarauit.} Commentũ patet, sunt tñ duæ digresiunculæ animaduertendæ. Prima soluit q̃onem literæ occurrentem, ibi {Et ista declaratio.} secunda ibi {qm̃ si hoc non esset.} addit alia in rationem vltra textum. Dubitatio igitur est hæc, nam Arist. vult hanc secundam rõnem ex parte magnitudinis esse manifestiorem ea quæ fuit ex parte temporis, & dedit talẽ rationem, quia magnitudo est continuum.

Contra arguitur, qm̃ tempus etiam est continuum, & ita quantum ad rationem continui, rationes erunt aquales. Respondet primo sm̃ propriam responsionem, & inquit, & ista declaratio est manifestior in hoc q transmutatio est talis, sed non est ita in tẽpore, vult dicere quòd hæc ratio est manifestior, quia ratio continui certius patet in spatio quàm in tempore, cum etiam tempus ab Aristotel. ponatur numerus motus & discretas quantitas. *An demonstratio facta de tẽpore sit æque manifesta, sicut demõstratio fcã de magnitudine. Vide Ego hic.*

{Et Alexander.} Responsio secunda est Alexandri, & vult q hæc declaratio in motu locali sub ratione cõtinui est manifestior in motibus quantitatis vt in locali, & augmentatione, quàm in motu qualitatis, & ita vult q Arist. non comparet rationẽ hanc ad proximã, sed ad conclusionem alterius capituli, & affert verba Alex. quæ & patent. Ego vero dicerem q hæc demonstratio ex parte magnitudinis est euidentior, quia sola magnitudo est continuum, nam tempus est continuũ ratione spatij, & spatium per se ratione propria.

{Quoniam si hoc.} Hæc est secunda digresio, vbi addit aliam rationem, & potest hypothetice componi sic, si ante mutatum esse non inueniretur mutari, tunc finis inueniretur sine medio in finem, consequens impossibile est, igitur antecedens: deducitur autem consequentia, nam mutatum esse cum sit in vltimo, est finis, mutari vero est medium in finem, quare si ante mutatum non esset mutari, tũc finis esset absq; medio in finem, reliqua commenti patent.

Eadem est enim & in his quæ non continua sunt demonstratio, ut in contrarijs atque ijs quæ contradictoria sunt. Sumemus enim id tempus in quo est mutatum, & eadem rursus dicemus. DILVC.

Eadem

ANT. *Eadem enim demonstratio est & in non continuis, ut & in contrarijs, & contradictorijs. Accipiemus.n.tempus, in quo mutatum est, & iterum eadem dicemus.*

Ampliat rationem,& quasi se excusat,& inquit. Eadem est.n.& in his quæ non continua sunt demonstratio vt in contrarijs, hoc est alteratione de contrario in contrarium, atque iis quæ contradictoria sunt, hoc est generatione quæ est de non esse ad esse, eadē dico demonstratio ex parte temporis. Sumemus.n.id tempus in quo quicquam est mutatum generatione vel alteratione,& erigemus demonstrationem vt in illis,& eadē rursus, dicemus. Debes scire ꝙ quatuor sunt mutationes in qualitate quæ est de contrario in contrarium, alteratio: In substantia de contradictorio in contradictorium, generatio, & hæ ambæ sunt successiuæ, non tamen continuæ, successiuæ quidem, quia in tempore, non continuę. vero, quia per minima, & ideo has vocat non continuas, est & mutatio in quantitate vt auctio vel imminutio, aut in vbi, vt latio,& hæ sunt successiuæ & continuæ successiuæ, quia temporariæ, continuæ vero quia in continua magnitudine, & hoc accipiendo auctionem pro rarefactione, non.n.nūc de auctione proprie loquitur. In omnibus iis quatuor, quæ dicta sunt, vera sunt, vt quod ante mutari sit mutatum esse,& econtra, non tamen ratione eadem, nam in motibus ad quantitatem hæc vera sunt, tum ex parte temporis, tum ex parte magnitudinis. In illis vero non continuis tantum ex parte temporis, vt patet ægritudo similem sequendi formam.

{Sed ambiges.} videtur.n.in omni mutatione esse spatium & continuum, quoniam in omni mutatione est distantia termini è quo,& ad quem, & talis distātia est spatium siue magnitudo.

Dici potest in omni mutatione esse spatium verum vel metaphoricum. In alteratione quidem illa distantia est latitudo, in auctione amplitudo, in latione vero est longitudo, ideo solum in latione est continua vere. cōmentum.58.patet.

DILVC. *Quare mutetur ipsum mutatum, et mutatum sit id quod mutatur, itemq; mutari ipso esse mutatum sit prius, & mutatum esse ipso mutari, ac nunquam primum sumetur, necesse est. Causa autem huius est impartibile impartibili non esse attiguum. In infinitum.n. proficiscitur diuisio, ut in crescentibus & decrescentibus lineis patet.*

ANT. *Quare necesse quod mutatum est, mutari, & mutatur, esse mutatum, & est ipso quidem mutari ipsum mutatum esse prius, ipso uero mutatum esse ipsum mutari, & nullo modo comprehenditur primum. Causa autem huius est, nō esse impartibile impartibili coniunctum. In infinitum.n. diuisio est, sicut in his, quæ augmentantur, & diminuuntur lineis.*

Quasi epilogando primo quinque declarat epilogat, vt quòd ante mutatum sit mutari. Secundo cōtra ante mutari sit mutatum. Tertio mutatum sit prius mutatione. Quarto mutatio prior mutato. Quinto in his nihil sit prius. Sed conuersim mutuo se præcedūt, resumit causam generalem,& exemplū, & totum patet.

DILVC. *Perspicuum igitur, & id quod factum est prius fiat necesse est, & id quod fit antea factum etiam sit, modo diuisibilia atq; continua sunt, non tamen semper quod fit factū est, sed interdum aliud ceu illius aliquid, ut in ædibus fundamentum. Simili ratione & in eo quod corrumpitur et in eo quod corruptum est.*

ANT. *Manifestum est igitur, quoniam & quod factum est, necesse est fieri prius, & quod fit, factum esse in his, quæcunq; diuisibilia, & continua sunt non tamen semper quod fit, sed aliud aliquando, ut eorum illius aliquid, ut domus fundamē tum. Similiter autem in eo, quod corrūpitur, & in eo, quod corruptum est.*

Quia dixit eandem rationem esse spectandum in generatione & corruptione. Nunc speciatim accommodando generale ad speciem, declarat illa omnia in generatione & corruptione, & vult tam in gñatione quā corruptione mutatum esse ante mutari, & contra mutari ante mutatum, vno solo obseruato, ꝙ ea quæ fiūt vel corrumpuntur, sint diuidua & cōtinua. Inquit, Perspicuum igitur & id quod factum est, prius fiat, necesse est. Et id quod fit, antea factum etiam sit, modo diuisibilia atque continua sint. Cur vero hanc conditionem subiecerit, in commento dicemus. Sed cōtra, qm̄ domus nūc primo facta est,& tñ domus non prius fiebat,& constat ipsam esse diuiduam & continuam. Respondet, non tamen semper quod fit, ipsum factū est, sed interdum aliud, ceu illius aliquid, vt in ædibus fundamentum, in naui vero carina,& id genus. Sic igitur ante omne factum præcedit fieri vel eiusdem, aut illius partis. Idem adiecit & in corruptione, & inquit, Simili ratione dicendum est & in eo quod corrumpitur,& in eo quod corruptum est, vt nos diximus de genito & generari.

DILVC. *Statim enim ei quod fit, & ei quod corrumpitur inest infinitudo quædam, cum idipsum continuum sit, & ita non fit quicquam, nisi id factum sit: neq; factum, nisi id idem fiat. Simili ratione & in eo quod corruptum est. Semper enim corruptum esse antecedit corrumpi, atq; corrumpi corruptum esse. Patet igitur quod id quod factum est prius necesse est fieri, & id quod fit, antea factum esse. Est enim magnitudo omnis, atq; temporis omne diuiduum semper, quare in quocunq; fit aliquid, non erit in illo, ut in primo.*

ANT. *Mox enim inest ei, quod fit, & ei, quod corrumpitur, infinitum quoddam, & continuum existens aliquid, & non est fieri nisi sit factum aliquid, neq; factum esse nisi fiat aliquid. Similiter autem & in corrumpi, & corruptum esse. Semper enim erit ipso quidem corrumpi corruptum esse prius, ipso autem corruptum esse ipsum corrumpi. Manifestum igitur, quoniam & quod factum est fieri prius, & quod fit, factum esse: omnis enim magnitudo, & omne tempus semper diuisibilia. Quare in quo utiq; fit aliquid non utique erit ut primo.*

Videtur Arist. nunc eius quod dixerat afferre argumentū,& inquit, Statim.n.& sine cōne ei quod fit & ei quod corrumpitur inest infinito quædam. Sed dices, & simili ratione erit de tactione,& illuminatione & id genus, insunt.n. subiectis, quibus infinitudo quædam inesse videtur. Ideo melius exponerem sic, Statim.n.ei quo quicquam fit hoc est ipsi fieri,& ei quo quicquam corrumpitur, hoc est ipsi corruptioni inest infinitudo quædam, cum id ipsum vtrunque, hoc est tam fieri quam corrumpi continuum sit,& per hoc excludūtur obiectiones, ideo subdit,& ita non fit quicquam, nisi id factum sit prius, neque factum est quicquam, nisi antea idem ipsum fiat. Simili ratione & in eo quod corrumpitur, & in eo quod corruptum est. Semper.n.

per.n.corruptum esse antecedit corrumpi,atq; corrũpi,corruptum esse. Tunc quasi epilogando concludit, patet igitur ꝙ id quod factum est,prius necesse est fieri,& id quod fit, antea factum esse. Est.n.magnitudo omnis supra qua fit omne quod fit, & ipsius omne in quo fit omne qđ fit diuiduum semper, quare in quocunque fit,hoc est siue in tempore, siue in magnitudine, non erit in illo vt in primo.Sed semper est dare partem ante partem & in tempore, & in magnitudine: & ita in nulla mutatione erit assignare primum.

Commen. 59.

An ante omne mutari sit mutatũ esse, & ante oẽ mutatũm esse sit mutari. Vide Ioan.magist.q.3.huius.

{Cum declarauit.}Commentum præsens diuiditur in continuationem, & executionem, secunda ibi {Et dixit.}In prima parte vult Aristo.in præsenti capitulo tres egisse processus. Primus fuit quo declarauit in per se diuiduis,ante omne mutari antecedere mutatum esse,& econtra, & hac declaratione propria subaudi lationi.Secundus fuit quo declarauit declaratione communi substantiæ,& qualitati idem. Tertius vero quo idem de generatione persuadet speciatim.

{Sed differunt.}Dicit secundo in prima commenti parte, ꝙ licet generatio & alteratio sint in continuis vt latio & auctio,cum omne quod mutatur sit quãtum, tamen differunt,quia partes magnitudinis, ex quibus generatum fit,differunt specie,partes vero magnitudinis in motu locali, & auctione sunt eiusdẽ speciei, Sed contra ambiges,quia tunc membra,ẽ quibus conficitur animal,differunt specie, igitur forma, & ita in vno composito plures essent formæ. Secundo hoc videtur falsum in generatione elementi, nam partes ignis omnes sunt eiusdem speciei. Licet hæc dubitatio sit valde lõga,pro nunc dici potest vno modo ad mentẽ Auer. 12.Metaphy.Commen.2.in vno composito bene esse plures formas specie partiales,non autem totales. Alio modo dici potest hæc membra,differre specie non quidem essentiali,sed accidentali,vt complexione,quia ratione Socrates cholericus & Plato flegmaticus differunt specie apud medicos.

Ad secundum dici potest ꝙ dictum Auer.est indefinitum siue particulare,& solum in generatione animalis siue rei organicæ.Hæc nunc satis.

{Et dixit hoc.} Soluit dubitationem literalem. Ait enim Arist.in rebus diuiduis,& continuis fieri esse antea factum,ideo quæret quispiam,quare adiecit in rebus indiuiduis & continuis. Respondet hoc esse additum, quia quædam sunt quæ generantur vt intelligere & sentire quæq; non sunt diuisibilia,nam(vt Themistius inquit)attactus dici vtiq; factus potest, non tamen dici potest fieri, quia non sigillatim sensimue,sed concretim cunctim ac momento existit.

{Et quia generatio.}Dubitabit iunior quia non est verum omne genitum prius generari, primo ex parte rei quæ generatur, nam domus genita dici potest, generari minime. Amplius, animal genitum est, nunquã tamen animal generabatur, cum nõ sit idẽ subiectũ è principio in finẽ,siquidẽ gñatio est de non esse ad esse.

{Quare etiam.}Secundo ex parte motus,nam trãsmutatio non est eadem à principio in finem,cum sit cõposita ex generatione quæ est subita formæ prouẽtio, & alteratione,quæ est dispositio ad prouentum.

{Et etiã.}Tertio arguit ex parte modi gñandi, nam quibusdã dissimilaribus vt in gñatione animaliũ et stirpiũ non est idẽ mẽbrũ à principio in finem,igitur nihil nunc primo genitum est, quod prius generabatur.

E {Et propter hunc.} Respondet ex litera quòd debet intelligi,omne quod fit,prius fiebat,vel in se, hoc est secundũ idem specie,vel ſm idem genus,vel in aliquo ordinato ad ipsum,qua ratione fit vt non semper generari,& genitũ esse, sunt eiusdem rationis, sed interdum generis,aliquando eiusdem ordinis.

{Verbi gratia.} Responsionem datam ex textu exponit. Vbi animaduertendum est ꝙ generatio est duplex,similaris,& dissimilaris, generatione quidẽ similari fiunt elementa,& mixta similaria,vt lapides, metalla,& id genus, qm̃ hæc fiunt per partem post partem, & omnes partes sunt eiusdẽ speciei, generatione dissimilari siue organica gñantur animalia,& stirpes, si quidẽ partes quæ sigillatim fiunt,non sint eiusdẽ rationis.Generatio vero similaris adhuc bifariam,quia aut simplicium vt elementorum, aut mixtorum vt lapidũ

F & id genus. Tunc vult in gñatione similari simpliciũ non oportet vt generari, & genitum esse sint eiusdem speciei,nam genitũ esse est forma & substantia, gñari vero est alteratio & dispositio. Sed (vt diximus)sat est vt inuicem subordinentur, in gñatione similari mixtorum generari & genitum sunt eiusdem speciei, non numero eadem. Nam generari est partium factio,genitum esse est totius,partes vero & totũ sunt eiusdem speciei,in generatione dissimilari ipsum generari & genitum sunt vnius generis,& hoc satis,nam partes differunt specie à toto,non autem genere.

{Quoniam in motu corruptionis.} Disputat nunc an in generatione & corruptione detur primum naturaliter hoc est per se, & respondet ꝙ non datur primũ per se,& arguit sic, in rebus continuis & diuiduis nihil est primum per se:sed genita & corruptibilia sunt con

G tinua, & diuidua,igitur in his nihil est primum per se siue naturaliter.

{Et hoc quod dixit.} Idem arguit in alteratione,nã qualitas per se vt affectio naturalis indiuidua est,vt vero in quanto per accidens diuiditur, & ita per accidẽs non habet primum,bene autem per se.Ex his vult nec in generatione, nec alteratione dari primum inquantum quantæ,sed bene vt tales & vt res naturales.

An ante omne mutari sit mutatum esse. Vide ẽt Gratiad. lect. 8. huius.

{Sed quæritur.} Contra videtur in omni generatione esse primum, in dissimilari quidem vt in illa animalium primum est cor, in similari vero primum est minimum.

{Nos autẽ.} Respondet & petit duo, Primo quòd nihil fit nisi prædisponetur, ita vt generationem alteratio præcedat. Simili ratione de corruptione.Secundo petit in alteratione nihil esse primum saltem modo

H dicto vt in quãto existit. Ex his vult ꝙ generationem accipiendo pro subito pronentu formę,sic illius est primum,vt forma minima. Sed pro aggregato,ex alteratione & prouentu,sic illius nihil est primum, cum nec ipsius alterationis.Sed dices Auer.sibi contradicit multis in locis,vt in Octauo huius cõm.23.& alibi.Dici potest vno modo ꝙ hic loquitur hypothetice,hoc est his sic stantibus,absolute est dicendum vt in Octauo. Animaduerte tñ primo ꝙ ipse non loquitur de augmentatione ꝓprie,sed prout est q̃dam partium extẽsio, quæ non differt fortasse à motu locali, nam in libro de Generatione res hæc melius dicetur. Secundo aiaduerte ꝙ Auerro.vult in generatione esse primũ,in auctione ẽt,cum omnes fiãt per minima. In alteratione vero absolute est ẽt primum,quia fit per minima. Sed in alteratione mixta motui locali,si motus localis ꝓdominatur non

tur non est dare primum, quemadmodum nec in motu locali, qui sua natura est ad quantitatem vt quantitas, vbi vero prædominatur alteratio siue generatio, vt forte in auctione bene est dare primũ, vt diximus pluries. Sic igitur in solo motu locali nõ est dare primum, qm̃ ipse vt sic semper est in quanto, & ad quantum, cæteri vero cum per accidens sint ad quantum & in quãto, per accidens non habent primum, licet per se semper proficiscantur per minima.

{Et debes scire.} Soluit dubium literale, nam dictũ est ante motum esse motum per diuisionem in infinitum, dicet quis, an per diuisionem actualem, an potẽtialem. Respondet q non per diuisionem actualem, quia non potest continuum diuisum esse in infinitum nisi esset ex indiuiduis, & ita motus esset ex indiuiduis. hoc itaq; faceret vt motus non esset. Et propterea inquit, & si non, tunc nullus motus fieret omnino, quoniam ex indiuiduis constaret.

{Et non est intelligendum.} Talem his in verbis innuit distinctionem, q duplex est primum simplr, vt id quo nihil absolute est prius. & hoc modo in gñatione nihil est primum. alio modo secundum quid, quõ carina nauis dicitur primum non simplr, sed respectu mẽbrorum officialium, & cor primum partiũ animalis, & hoc modo dari põt in generatione dissimilari primum vt in naui carina, in animali vero cor. Si igitur de generationis & corruptionis prima parte Auerroes & Aristot. determinarunt.

Quæstio. Quæruni hic, vtrum omne quod mouetur prius mouebatur, qđ est quærere, vtrũ detur prima pars motus, qua nunc primo aliquid mouetur, & videtur q non omne qđ mouetur prius mouebatur.

Prima rõ. Primo, quia totum & pars æque cito incipiunt, igitur non prior pars quã totum.

Secũda. Secundo aliquod mobile potest moueri præcise in hora nec prius nec posterius; vbi patet talem motum esse primũ quo in hora mouetur.

Tertia. Tertio, tunc oĩs motus esset perpetuus, cum semper ante motum esset motus.

Quarta. Quarto, arguunt ponendo aliquod mobile moueri in hora vniformiter, in secunda hora difformiter, tunc in nũc medio mouetur, non tñ ea velocitate qua mouebatur, igitur aliquod mouetur quod non mouebatur.

Quinta. Quinto, in casu canis, qui moritur in medio casus, vbi dari patet primum esse cadaueris in quo mouetur, & non canis, igitur cadauer, quod non prius mouebatur.

Põ captiunculatorum. In ista quæstione captiúculatores dicunt duo præcipua à parte ante. Primum est q quantum ad incœptionem non ante omne motum est motus, qm̃ pars & totũ æque cito incipiunt, quo vero ad desitionem est, dicunt secũdo, ante oẽm motũ esse motũ, quia semper pars prius definit quã totum.

Vide ẽt Albe. de saxo. q. 8. huius.

A parte post vero dicũt duo alia, primum, post oẽm motum est motus quantum ad incœptionem, qm̃ post incœptionem cuiuslibet motus incipiet alius motus vel alia motus pars & ratio est, quia omnis motus est diuisibilis in infinitum. Secũdum est q quo ad desitionem non post omnem motũ erit motus, qm̃ non postquã desiit omnis motus erit motus. Hæc sunt quæ dicunt de quæsito.

Solutio ppria. Et licet sint bene dicta. Videtur mihi esse addendum, vt dixit Auer. nã de primo possumus loqui dupliciter, simplr, & sic in motu non datur primum, nec vltimum, vt recte per hæc quatuor patet: aut possumus loqui de primo ſm quid, & ita concedi potest primum in motu, & de gñatione, vt cor est primum respectu partium quod non est primum absolute, cum sit etiam diuisibile. Similiter prima hora qua Socrates disputatur dicitur prima horarum disputationis, non tñ absolute prima disputationis pars, propterea de parte sub rõne generis loquẽdo non est prima motus pars, sub ratione vero speciei bene est prima. Tunc ad rationes, ad primam & secundam patet solutio per hæc quæ diximus. Ad tertiam dico q incipit vel desinit negatiue per exclusionem. Ad quartam dicunt in instanti medio non esse motũ, sed immediate post illud, & sic nõ erit prima pars simpliciter. Ad quintam dicendum similiter in instanti medio nihil moueri, sed immediate post illud mouebitur cadauer, quod mouebatur. Et si dices, igitur descensus illius non esset continuus, dico q non est cõtinuus, qm̃ mediat quies momentaria vt dicemus in Octauo. Hæc de quæstione.

RECOGNITIONES.

B Sed in commento. Animaduerte q Auerro. negat primum simpliciter in generatione, & in aliis omnibus motibus etiam similiter negat primum simplr. In Octauo vero Physicorũ totum contrarium asserit, dicit.n. in omnibus esse simplr primum, præter quam in motu locali. Rñdet q loquitur de his, vt quãta sunt, *Cõm. 23.* in his.n. vt quanta non est simplr primum, idest vniuersaliter primum, vt talia, bene est primum simplr, idest, est dare aliquod ante quod nihil est simpliciter, ergo cum hic negat in his primum simpliciter, sumit simpliciter pro vniuersaliter, hoc est, vt in vniuersali considerantur, cum alibi concedit primum in his simpliciter, accipit simpliciter, pro eo, quod est ita primum, vt nihil sit ante ipsum, & ita in ordine ad partes, æquiuocat itaq; de simplr primo, quia hic respexit ad considerãdi C modum, Alibi ad res, q̃ considerantur, ſm.n. considerandi modum vniuersalem, quo hæc considerantur, non est dare simplr primum, ſm vero res, quæ considerantur, est dare aliquid simpliciter primum, vtpote ipsum minimum de quolibet generato.

Cum autem omne quod mouetur, in tempore moueatur: in maioreq; maiorem magnitudinem peragret, infinito in tẽpore impossibile est aliquid transeat finitam, Modo non per ipsam eandem semper, nec, per aliquam eius partem, sed per uniuersam uniuerso in tempore moueatur. Igitur cũ aliquid quidem æque uelociter mouetur, necessario finitam finito in tempore transeat, patet. Sumpta nãq; parte quæ mensurauerit uniuersam, in tot æqualibus temporibus, quot sunt magnitudinis partes, uniuersam, peragrabit. Quare cum harũ quæq; finitæ sint quantitatis, & omnes tot, tempus sane finitum erit. Totiens.p. erit tantum quantum tẽpus partis mul D *titudine partium repetitum.* DILVC.

Quoniam autẽ omne quod mouetur, in tempore mouetur, & in minori per maiorem magnitudinem, in infinito tẽpore impossibile est moueri per finitam, {Si non per eãdem semper, & per illius aliquid motum sit, sed in omni per omnem.} Quod quidẽ igitur si aliquod æque uelociter moueatur necesse sit per finitã infinito moueri, manifestum est. Accepta.n. parte, quæ mensurabit totum, in æqualibus temporibus tot, quot partes sunt, per totã motum est. Quare quoniam hæ finitæ sunt, & quantitate unaquæq; & tot omnes, & tempus utiq; erit finitum. Totiens.n. erit tantum, quantũ est partis tempus, multiplicatum multitudine partium. ANT.

Aliter in alio libro. Modo non per eãdem semper neq; per illius aliquid sit motum.

Problema nostrum est, vtrum spatium finitum sit tempore infinito pertransibile. Respondet Aristot. q

spatium finitum non potest infinito peragrari tpe. Supponit autem duo ex parte rõnis, & duo ex parte conclusionis. Primum est, omne quod mouetur in tpe mouetur. Secundum, pertransiens aliquod spatium in aliquo tpe idem mobile in parte illius temporis pertransit partem spatij, ita vt vniuersaliter in minori pertranseat minus. Ex his infert spatium finitum pertransiri non posse tempore infinito. Inquit, cum autem omne quod mouetur, in tpe moueatur, hoc est primum. In maioreq; maiorem magnitudinem peragret, & in minori minorem, Infinito in tpe impossibile est aliquid trãseat magnitudinem finitam. Addit conditiones ex parte conclusionis, & inquit, Modo non per ipsam eandẽ semper fiat replicatio & conuersio, nec per aliquã eius partem, sed per vniuersam vniuerso in tempore moueatur sine conuersione, & circulo, & ita conclusio in motu recto locum habet. Deinde infert rursus conclusionem addens secundam conditionem ex parte conclusionis, & inquit, igitur cum aliquid quidẽ æque velociter mouetur, necessario finitam finito in tpe transeat patet. Adiecit secundam conditionem vt mobile sit regulare, vbi enim esset irregulare, secus esset, vt diximus olim. Deinde iis stantibus arguit, si mobile mouetur regulariter, accipiatur aliqua pars magnitudinis, vel transiuur finito vel infinito tpe, non infinito, quia tunc æquali tpe transiretur sicut totum. Contra secundam suppositionem, igitur finito, accipiatur deinceps tantundem magnitudinis, & etiam per rõnem eãdem trãsibitur tpe finito, & accipiatur tertia, & quarta donec magnitudo finiatur, & cum qualibet pars trãseatur parte temporis, igitur vniuersa transibitur ex tempore ex omnibus partibus aggregato, sed cum tale aggregatum sit ex tot partibus temporis, quot sunt partes spatij, finitæ sunt partes spatij, igitur totius tẽporis. Inquit, Sumpta nanq; parte quæ mẽsurabit vniuersam magnitudinem, cum hæc pertranseat in parte finita tẽporis, in tot æqualibus temporibus, quot sunt magnitudinis partes, vniuersam peragrabit. Quare cum harũ quæq; finitæ sint quantitate, & omnes tot hoc est & numero, tempus sane finitum erit. Totiens.n. erit tantum ipsum totum tempus, quantum est tempus partis multitudine partium repetitum.

Commen. 60.

{Iã declarauit.} Mouet dubiũ Auer. quia ꝓblema istud est solutũ, & pertractatum. igitur nõ repetendũ.

{Sed illa} Rñdet ꝙ propter tria repetitur, primo quia ibi per accidens, vt consequens ad próblema de diuisione continui fuit dictum, hic vero vt quæsitum per se. secundo quia ibi locutus est confuse non addẽs conditiones ex parte cõclusionis, videlicet in motu regulari, vt addit hic. tertio, quia hic declarabit spatiũ finitum actu non pertransiri, nisi in tẽpore finito actu, sed infinitum in actu tempore infinito actu & ita faciet hic differentiam inter finitum & infinitum, quam non fecit illic, & ita non iniuste idem problema repetendum putat Auerroes.

An in tpe finito possit pertrãsiri magnitudo i finita. Et in tpe infinito magnitudo finita. Vide Albe. de saxo. q. 9 huius. Vide et Lãdu. q. 10 huius.

{Et dixit quia.} Dicet quis, quare supposuit omne quod mouetur, moueri in tpe, cum illud sit notum, Respondet hoc esse suppositum non ad syllm, sed ad cauillum quia dici posset, esse motum velocissimum, & in instanti, quia si esset in tempore non esset velocissimus. Ad hoc tollendum hoc sumpsit.

{Et quam induxit.} Ex hoc innuit Auerro. ꝙ virtus totius enthymematis est in secũda propositione, & re-E cte dicitur, quoniã si in maiori tẽpore pertransitur maius, igitur in tempore infinito pertransibitur infinitũ, non igitur fieri põt, vt finitũ tpe infinito pertrãseatur.

{Et addit hanc conditionem.} Dices tu, cur Arist. adiecit nulla facta replicatione vel in toto aut parte. Respondet hoc adiecisse præseruando se à motu Cœli, qui est in tempore infinito supra spatio finito, Reliquum commenti patet.

Differt autem nihil & si non æque celeriter moueatur. Sit enim A B, spatium finitum, quod infinito in tempore peragretur, tempus uero infinitum sit C D. Si igitur per partem aliam priorem alia motum sit, necesse esse partem in priore temporis parte posterioreue per aliam esse motum. Semper.n. maiore in tempore per aliam motum erit, siue æqua siue non æqua celeritate mutetur, & siue intendatur motus, F *siue remittatur, siue in eodem persistat. Accipiatur itaq; pars aliqua ipsius A B, spatij, utpote A E, quæ uniuersum A B, dimetiatur. Hæc igitur in ipsius infiniti temporis parte aliqua peragrata est, quippe cum impossibile sit infinito tẽpore peragrari. Vniuersum.n. spatium infinito in tẽpore peragratum est, & rursus si aliam sumpsero tantam, quanta est A E, necesse est illa peragretur finito in tempore. Infinito.n. in tempore uniuersum peragratur, sicq; usq; ad ultimam summam.*

DILUC. Prima suppõ. Scda.

Sed si iam non sit æque uelociter, differt nihil. Sit enim in quo est A & B, spatium finitum, per quod motum sit infinito tempore. & tempus infinitum sit, in quo est C D. Si igitur necesse est per alterum prius altero motum esse, hoc autem manifestum est quoniam temporis in priori, & posteriori per alterum esse motum, Semper.n. in maiori per alterum motum est, siue æque uelociter, siue non æque uelociter mute- G *tur, siue intendatur motus. siue remittatur, siue maneat nihilominus. Accipiatur igitur aliquid ipsius A B, spatij, quod sit A E, quod mensuret A B, hoc itaq; infiniti in quodam factum est tempore, in infinito enim non potest esse, Omne.n. in infinito est, & iterum alterum iam si accipiamus, quantum est A E, necesse est infinito in tempore esse: omne enim in infinito, & sic iam accipiens.*

ANT.

Demonstrationi tactæ potest esse cauillus quidam. Suppositum.n. est in demonstratione partibus spatij respondere parte tẽporis, modo diceret cauillator hoc esse verum in motu regulari, vbi autem motus esset irregularis, fieri potest vt vni parti spatij respõdeat maior pars temporis (vt maxime si motus procedit remittendo) quã alteri, & ita suppositio erit falsa. Obij-H cit huic Arist. & inquit, Differt autẽ nihil & si non æque celeriter moueatur mobile ipsum, quia siue sic siue aliter nunquam fieri potest vt spatium finitum tempore peragretur infinito. Ad huius autem euidentiã supponit quædam, & inquit, Sit enim A B, spatium finitum, quod infinito in tempore peragretur. Tempus vero infinitum sit C D, Hæc est prima suppositio in casu consistens. Secunda suppositio, non æquali tempore præcise potest pars & totum peragrari, & hoc vniuersaliter tam in motu regulari, quam in motu irregulari. Probatur, quia semper pars prior spatij peragratur in parte priori temporis, & pars posterior in parte posteriori, & hoc tam in motu regulari quã irregulari. Qua ratione fit vt non vno eodem atq; æquali tempore pars peragretur, & totum aliter eodem profecto tempore prior pars & posterior peragretur. Inquit,

quit, Si igitur per partem aliam priorem alia moueatur necesse est, patet in priore temporis parte posteriore cũ per aliam esse motum. Semper.n. maior in tẽpore per aliam, hoc est residuam, motum erit, siue æqua siue nõ æqua celeritate mutetur, quod exponit D. & siue intẽdatur motus, vt fit in motu naturali, siue remittatur, vt in violentis, siue in eodem persistat, vt in motu animaliũ. Sic igitur patet partẽ non peragrari eo & æquali tẽpore, quo totum spatium vñr in motu. His duobus acceptis, arguit, & inquit, Accipiatur itaq; pars aliqua ipsius A B, spatij, quæ sit A E, quæ vniuersum A B, dimetiatur. Hoc est sit aliquota ad totũ A B, vtpote aut quarta, aut quinta. ita vt quater sumpta reddat totum A B, vel quinquies similiter. Hæc igitur in ipsius infiniti temporis parte aliqua peragrabitur. Quippe cũ impossibile sit infinito in tpe peragrari. Vniuersum enim spatium A B, infinito in tempore peragratum est, modo per suppositum ſm nõ potest pars eodem & æquali tempore peragrari, quo totum peragratur, & rursus si aliam sumpsero tantam, quanta est A E, pari ratione necesse est illa peragretur finito in tempore. Infinito .n. in tempore vniuersum spatium peragretur, & non potest eodem & æquo tempore totum pertransiri & pars, vt sumpsit, sicq; vsq; ad vltimam proficiscendo summam, & cum spatium sit quadrisectum. igitur tps erit quadrisectum. Prima enim pars spatij tempore finito peragratur, & secunda, & ita de cæteris. igitur aggregatum ex omnibus temporibus, quibus omnes peragrantur, erit finitum.

An ipsius magnitudinis prius alterum altero motũ sit. Vide ergo hoc. & in Burl.

DILVC. *Cum autem infiniti quidem nulla sit pars quæ metiatur ipsum, fieri.n. non potest ut infinitum ex finitis siue æqualibus siue inæqualibus constet, propterea q ea quæ multitudine & magnitudine sunt finita siue sint æqualia siue sint inæqualia modo magnitudine finita sint, mensurari aliquo uno possunt, spatium autem finitum quantitate partis A E, mensuratur, igitur finito in tempore A B, peragrabitur.*

ANT. *Quoniã infiniti quidem nulla pars est quæ mensurat impossibile enim est infinitum esse ex finitis æqualibus, & inæqualibus, propter id quod mensurantur finita multitudine & magnitudine à quodam uno siue æqualia, siue inæqualia sint. finita autem magnitudine nihilominus, spatium autem finitum, tantis, quæ sunt A B, mensuretur ergo finito in tẽpore per A B, mouetur.*

Nunc format rationem in figura sic, nullum tẽpus infinitum põt mensurari sua parte. Tẽpus quo peragratur spatiũ A B, potest sua parte mensurari, igitur tẽpus illud non est infinitũ. Minor probata fuit in proximo textu, inquit, Cum aũt infiniti quidem nulla sit pars q̃ metiatur ipsum, hæc est maior. Quã probat D. fieri. n. non potest vt infinitum, ex finitis siue æqualibus siue inæqualibus constet, propterea q ea quæ magnitudine & multitudine sunt finita siue sint æqualia siue inæqualia, modo magnitudine finita sint, mensurari aliquo vno possunt, vt dicunt Arithmetici in numeris, & Geometrici in magnitudine. Hæc est maior, & illius declaratio minorem non sumit, sed accipit aliud loco illius, ex quo facile minor habetur, & inquit. Spatium autem finitum quantitate partis A E, mensuratur, per hoc vult habere q tempus quo peragratur spatiũ A B, mensuratur parte tẽporis aliqua qua peragratur pars spatij, vt fuit deductum. Infert conclusionẽ. & inquit, igitur finito in tempore A B, peragrabitur spatium.

DILVC. *Similiter autem & in quiete. Quare fieri non potest ut* A *aliquid unum & idem generetur aut corrumpatur semper.*

ANT. *Similiter autem & in quiete, quare neq; fieri neq; corrumpi possibile est semper aliquid unum, & idem.*

His declaratis Addit duo, primum q simili ratione est de quiete ita vt nec quies finita esse posit tempore infinito. Addit aliud quasi per modum illatiuũ, & inquit. Quare fieri non potest vt aliquid vnum & idẽ generetur aut corrumpatur semper. Ad sensum datũ videlicet, q generatio siue corruptio tpe perduret infinito, hoc pro tanto patet, quia generationem esse finitam patet ex Quinto, cum sit transmutatio de quodã in quoddam. Qua ratione euenit vt nec generatio nec corruptio infinito tempore perdurent. Siquidẽ transmutationes finitæ tempore sit.

Commen. 61.

B {Cum declarauit.} Licet præsens commentum sit longum: maior eius pars ex expositione textus patet. Verum nonnulla annotanda sunt.

{Et non intendit partes rei} Remouet Auer. hic dubium, nã Arist. supposuit ipsius mobilis prius moueri eius partem q̃ totũ. Et hoc in translatione arabica, nã in codice græco hoc non est, nec dubõ facit ad propositum. Accepit igitur partẽ mobilis prius moueri quã totũ. Contra, nã æque cito mouetur pars in motu locali sicut ipsum totum, igitur suppositio falsa. Rñdet & vult talẽ distinctionem, q subiectum motus, quod dicitur mobile, vno modo sumi solet pro subiecto inhærentiæ, in quo motus tempore inhæret. Alio modo pro subiecto terminationis, hoc est pro genere ad qđ motus est. vt in gñatione pro substantia. in alteratione ꝓ qualitate, in auctione pro quãtitate, in latione pro loco, hæc.n. sunt subiecta, hoc est genera ad quæ motus C ipsi terminantur. Tunc vult Auerro. quòd loquendo de subiecto inhærentiæ illa propõ philosophi, prius mouetur pars quã totũ est vera in gñatione & alteratione. In gñatione.n. prius mouetur, hoc est gñatur cor, quã totũ aĩal. In alteratione vero prius alteratur pedale quã totum lignum, quod intelligo quantũ ad acquisitionẽ. Prius enim pars alterabilis acquirit formã qualitatis quàm totũ, quia citius desinit acquirere, quàm totũ. In motu ãt locali æque cito mouetur totũ. sicut sua ps maxime si fuerit continuũ, vt videbitur infra com. 86. & ita ꝓpositio philosophi de motu locali est falsa: nec hoc impedit rationẽ, quia nõ sic sumit subiectum Arist. si vero subiectũ sumatur ꝓ genere: erit sensus, prius acquiritur pars generis q̃ totũ genus, vt prius acquiritur pars vt quatuor calidi quàm vt octo, qđ est totũ calidum. & hoc mõ in omni spẽ motus ꝓpositio philosophi habet D veritatẽ. Et hac rõne vt patet facit ad propositũ Arist.

{Et quia illud quod est diuersæ.} Colligitur ex hoc cõmento motũ esse trifariã inæqualem, aut quia procedit in crescendo: vt motus naturalis: aut deficiendo, vt violentus, aut vtroq; modo vt animalis motus.

{Et sic syllogismus cõponitur.} Format rationẽ, textus vt non fecimus, & vult Arist. non formasse sylm: ita vt formandus est, sed bene accipit duas propositiones vt maiorem & aliã loco minoris, vt diximus.

{Et ideo potentia.} Declarat hic qualis est virtus syllogismi, & vult virtutem syllogismi esse cõmunem ad omnes motus species.

{Et in libro Ioannis.} Animaduerte q in trãslatione barbara quam exponebat Auer. vbi nos habemus. similiter aũt & de quiete ipse habebat. similiter autem

An quies sit perfectio motus. Vide Sen.

t. 48. quarti q. 1. ad argumenta principalia.

& de generatione, & hoc modo exponit ipse. nũc corrigit errorem suæ translationis per translationem Ioãnis: qui ita habebat vt nos diximus. & verificat dictum Ioannis.

{Et dixit Ioannes.} Sed contra quia quies est priuatio motus: modo priuatio põt esse infinito tempore vt priuatio Socratis erit infinito tpe. igitur non est simile de motu & de quiete. propter hoc Ioannes cogebatur exponere quietem hoc est viam in quietẽ: hæc enim via non potest esse in tempore infinito. Sed hoc est exponendum, vt diximus in textu.

{Aut intendit.} Facit Auer. hic enthymema istud. si aliquod generetur generatione infinito tẽpore mensurata: idem simul & semel generaretur & corrũperetur. quod deduco: nam si generatur aliquid: illud corrumpetur per Arist. primo cœli. aut igitur corrũpetur perdurante gñatione, aut illa non perdurante: si non perdurante. igitur gñatio illius fuit tẽpore finito, & ita propositum, Si perdurante generatione. igitur simul & semel idem generaretur & corrumperetur.

{Et non intendit.} Remouet dubium: nam vt Auer. credit Arist. facit has illationes. si aliquod semper trãsmutatur: tunc idem generaretur & corrũperetur. Secunda est. si transmutatio finita esset tpe infinito: tunc nihil gñaretur: nihilóq; corrũperetur. Quæret quispiã. hæc secunda consequentia est addita ad destruendum prima, aut vt fm impossibile de per se ponens in numero. Respondet ꝙ non est ad destruendum primã, quia prima est impossibilior & manifestior hac. Sed est inducta vt fm impossibile, vt quasi Arist. velit innuere ex illo impossibili sequi plura impossibilia: tu vero vides: qualiter hæc superfluunt in textu nostro.

DILVC. *Eadem uero ratio est: fieri etiam non posse ut finito in tempore quicquam aut infinitam magnitudinem transeat, siue regulariter siue irregulariter moueatur, aut quiete infinita quiescat. Sumpta namq; aliqua temporis parte, quæ uniuersum ipsum dimetiatur tempus: in ipsa partem aliquã magnitudinis & non uniuersam transibit. Vniuersam. n. uniuerso in tempore transit. Rursus etiam in æquali tantundẽ. atq; in unaquaq; similiter: siue æquales sint primæ parti: siue inæquales. Refert. n. nihil: modo sit quæq; finita. patet. n. exhausto tempore: infinitam magnitudinem exhaustam nõ fore: si ablato fiat & magnitudine, & numero finita. Quare non infinitam magnitudinem finito in tempore peragrat. atq; nihil interest altera ex parte: an utraq; infinita sit magnitudo, eadem enim ratio erit.*

ANTI. *Eadem autem ratio etiam est, q neq; finito in tempore per infinitum possibile est moueri: neq; quiescere siue regulariter moueatur, siue irregulariter. Accepta enim quadam parte, quæ mettetur totum tempus: in hac aliquid tantum transibit magnitudinis, & non totam: in omni. n. totam: & iterum in æquali aliã: & in uno quoq; similiter. siue æqualis, siue inæqualis sit ei: quæ est à principio. Differt autem nihil si solum sit finita aliqua unaquæque. Manifestum. n. q diuiso tempore, infinitum non aufertur, finita diuisione facta & quanto, & eo quod tot modis. Quare non transiuit finito in tempore infinitum. nihil autẽ differt magnitudinem in altera, aut in utraq; esse infinitam: eadem. n. ratio est.*

Conuertit problema & probat ꝙ finito tẽpore spatium infinitũ non est peragrabile & hoc proponit. eadem vero ratio est: fieri ẽt non posse vt finito in tẽpore quicquam aut infinitam magnitudinem trãseat siue

E regulariter: siue irregulariter, aut quiete infinita quiescat. hoc est cõuersum problema. Deinde declarat ipsum. & inquit. sumpta namq; aliqua tẽporis parte, quæ vniuersum ipsum dimetiatur tempus, vt de quadripartito tẽpore sumatur vna quarta, quę quater ducta reddat totum: in ipsa videlicet. quarta partem aliquã magnitudinis & non vniuersam transibit ipsum mobile. vniuersam. n. magnitudinem in vniuerso tpe transit, & non potest pars æquo tempore transiri vt totũ, vt supposuit. rursus etiam in æquali parte ad illam vt in secũda quarta transibit tantundem. atq; in vnaquaq; similiter tantundem: dico tantundem siue æquales sint primæ parti: siue inæquales. refert. n. nihil: mõ sit quæque finita, & ita transibit tantundem ad hunc sensum, ꝙ quæq; peragranda semper sit finita. patet. n. hoc in casu exhausto tempore per numerationem partium

F infinitam magnitudinem exhaustam non fore: si ablatio fiat & magnitudine siue quantitate, & numero finita. non. n. finitum exhaurire atq; consumere põt infinitum. Ex his infert intentum, & inquit. quare non infinitam magnitudinem finito in tpe peragrat. Dices fortasse fieri posse vt ea quæ altera ex parte saltẽ finita sit peragretur. Hoc refellit dicens. atq; nihil interest altera ex parte an vtraq; infinita sit magnitudo. eadem. n. ratio erit semper huic accommodabilis. Nam semper quærendum esset an ad consumptionem partium tpis esset consumptio partium magnitudinis, vel ne, & ita arguendum vt prius, & ita syllogismus erit. nulla magnitudo infinita mensurari potest à sua parte. spatium eiusmodi potest mensurari à sua parte. igitur nõ est infinitum. Minor declaratur aut hoc spatium consumitur ad consumptionem partium temporis aut non. Si

G non, igitur tempus erit exhaustum: magnitudine non exhausta. Si consumitur, sed partes temporis sunt finitæ. igitur mensuratur à sua parte. De ratione solum tetigit probationem minoris.

Commen. 62.

{Quam declarauit.} Commentum patet. verum in cauda commenti notatur ab Auer. impossibile esse infinitum corpus moueri. cum nec tpe finito: nec tpe infinito. Sed ambiges forasse, quia licet corpus infinitum non possit moueri localiter: posset alterari per cõdensationem & rarefactionẽ. igitur posset moueri. Dici potest ꝙ quæstio potest formari absolute, vel hypothetice. Siquidem formetur absolute: erit sensus vtrũ corpus infinitum posset moueri. Et dico tunc absolute ꝙ non, quoniam cum esse non possit: nulla specie motus moueri poterit. Si hypothetice: erit sensus, vtrum

H posito ꝙ corpus infinitum sit: ipsum posset moueri, & tunc dico ꝙ non posset moueri localiter vt intelligit Auerro. qm̃ non est locus extra ipsum ad quod moueretur secundum totum. vtrum possit moueri secundũ partes in octauo dicetur. Hæc satis.

His demonstratis: patet fieri non posse ut mobile finitũ finito in tempore transeat magnitudinem infinitam propter causam eandem. In parte namq; temporis finitam partem transit, & in unaquaq; simili modo. quo fit ut toto in tempore finitam transeat magnitudinem. DILVC.

Demonstratis autem his: manifestum est quòd neque finitam magnitudinem infinitum contingit transire finito in tẽpore, propter eandem causam. In parte. n. temporis finitum transibit. & unoquoque similiter, quare in omni finitum. ANTI.

Hactenus


Hactenus compleuit problemata de tempore & spatio quo ad finitatem atq; infinitatem: nullam de mobilis finitate vel infinitate mentionem faciendo. Nūc repetit quasi problemata miscēdo mobilis aut finitatē, aut infinitatem. Et proponit mobile finitum peragrare non posse spatium infinitum tempore finito: quod probat repetendo rationem primi problematis, & sermo patet translatione sola. Quo vero ad græca verba: megedos græce: licet plures Arist. acceperit pro spatio: hic pro mobili sumit, vt etiā alibi fecit. Commentum.


DILVC. *Cum igitur finitum mobile, infinitum spatium finito in tempore non peragrauerit, patet neq; infinitum peragrare finitum. Nam si peragrat mobile infinitum magnitudinem finitam etiam finitum infinitum transeat magnitudinem infinitam necesse est, nihil enim interest utra sit quæ motum agit, utroq; nāq; modo finitum transibit infinitum. Nā cum A magnitudo infinita mouetur, erit aliquid ipsius secundum B utpote C D, finitum. Et aliud rursus, atq; aliud, sicq; semper. Quare euenit ut simul infinitum per finitum sit motum, atq; finitū per infinitum transeat.*

ANT. *Quoniam igitur finitum non transibit infinitum finito tempore, manifestū est, q, neq; infinitum finitum, si nāq; infinitum finitum, necesse est & finitum infinitum transire, nihil enim differt quodlibet esse, quod mouetur, utrobiq; enim finitum pertransibit infinitum, quin enim moueatur infinitum in quo est A erit aliquid ipsius secundum B, finitū: ut C D: & iterum aliud, & aliud, & semper sic, Quare simul accidit infinitum motum esse per infinitum, & finitum transire infinitum.*

Demonstratio probans quòd mobile infinitum non potest pertransire magnitudinem finitam in tempore finito.

Tempus finitum.





Conuertit problema & vult probare q mobile infinitum peragare non potest spatium infinitum illomet tempore finito, & facit enthymema, & inquit, Cū igitur finitum mobile infinitum spatium finito in tempore non peragret, patet neq; infinitum, videlicet mobile peragrare spatium finitum illomet tempore finito, istud enthymema. Videtur autem mihi q in deductione enthymematis velit esse intelligendam hāc suppositionem, videlicet q si aliquod mobile mouet super spatium aliquod, mobile transit spatium per motum e quo in quid proficiscendo. Spatium vero transit r.m motam quiescendo, quatenus spatium quiescens tangit omnes partes sibi æquas ipsius rei motæ, per quas res mota applicatur spatio quiescenti, & ita vnū

A transit alterum varia ratione. Tunc inquit, nam si peragrauerit mobile infinitum magnitudinem finitam, etiam contra finitum transeat magnitudinem infinitam necesse est. quod probat innuēdo suppositionem quam explicaui, & inquit, nihil enim interest vtra sit quæ motum agit, vtroq; nāq; modo finitum transibit infinitum, licet non vna ratione, res enim mota per motum, res quiescens per contactum. Hoc exponit in terminis, & inquit, nā cum A magnitudo infinita mouetur, erit aliquid ipsius, siue pars dicatur, siue quid secundum B latus, vtpote C D, infinitum æquale spatio supposito, quod tangitur ab illo in parte temporis, & aliud rursus tātūdem in secunda temporis parte tactū, atq; aliud, sicq; semper, donec temporis partes exhaustæ sint, quare euenit vt simul infinitum per infinitum sit motum motionē agēdo in eo de quodam in quodam, atque finitum per infinitum transeat per con-B tactum, vt diximus de spatio.

Neq; enim fieri potest fortasse ut aliter infinitum per finitum sit motum, ita ut finitum transeat infinitum, quam aut latione peragrando per ipsum aut metiendo. Quare cum hoc sit impossibile, infinitum finitum non peragrabit. DILVC.

Neq; enim fortassis possibile est aliter infinitum moueri per finitum, q̄ ita ut finitum transeat infinitum, q̄ aut latu, aut metiens. Quare quoniam hoc impossibile est, non transibit infinitum finitum. ANT.

Obijciet autē quis rationi tunc tactæ negando q si res mobilis infinita moueatur per finitum spatium, q finita res mobilis siue finita magnitudo transeat infinitum, quoniam spatium quiescens cum non moueatur, non potest transire. Huic igitur cauillo occurrit, C & vult q finitum pertransire infinitum bifariā est, aut quia feratur cursu vel motu per ipsum, aut q dimetiatur illud, hoc modo vt aliquotiens sumptum reddat illud, vt ter aut quater, & id genus, tunc vult q spatium quiescens non transit infinitum per motū, sed per mensuram, vtpote mēsurando ipsum, modo vtraq; pertransitio est impossibilis, & ita ratio est efficax, verba patēt translatione ipsa tantum. Commentum. 64. patet.

At uero neq; infinitum finito in tempore infinitum transit, nam si transit infinitum magnitudinem infinitam, finitum quoq; eandem peragrabit. Infinito enim inest & finitum. DILVCI.

At uero neq; infinitū, finito in tempore transibit infinitum, si enim infinitum & finitum. Inest.n. infinito finitum. ANT.

Rursus q res mota infinita spatium infinitum tempore finito non transeat, nunc eo probat, q in ipso infinito est aliqua res finita, quæ simul fertur cum ipso, vt caput cum homine. Qua ratione fit, simul cum toto D eandem peragret magnitudinem, & ita finitū rem infinitam transibit, quod est confutatum. Sed dices, tale finitum peragrare per accidens spatium infinitū, quemadmodum caput spatium quod peragrat homo ipse, cuius est pars quod fortasse cauillator concederet. Dici potest q idem sequitur, quia licet illud non sit separatum, potest separari, tunc ponatur in esse, & sequetur idem. Verba patent translatione sola.

An infinita possunt pertrā- sire in tpe finito. Vide Iand. q. 10. huius.

Præterea & tempore sumpto, eadem demonstratio erit. DILVC.

Amplius aūt, & tēpore, accepto eadem est demōstratio. ANT.

Potest intelligi q eadem demonstratio erit si sumatur tempus infinitum, spatium vero & mobile finita, vt expositor exponit, & rectè, aut potest intelligi q sicut conclusio illa ex parte mobilis est cōfutata, ita potest

test confutari ex parte temporis, quod ponitur finitũ, & ita erit secunda ratio, quomodo Auerro. exponit, & totum est bonum.

DILVC. *Cum itaque neq; finitum transeat infinitum, neq; in finitum finitum, neq; infinitum infinitum finito in tempore pertranseat, patet neq; motionem infinitam esse finito in tempore, quid enim interest, motus an magnitudo sit infinitum, nã si utrumuis fuerit infinitum, & alterum infinitum esse necesse est. Omnis enim latio in loco est.*

ANT. *Quoniam autem neq; finitum infinitum transit, neque infinitum, finitum neque infinitum finito in tempore mouetur, manifestum erit, q neque motus est infinitus finito in tempore, quid enim differt motum, aut magnitudinem infinitum facere, necesse enim siquidem infinitum alterum, & alterum esse, omnis enim loci mutatio est in loco.*

Nunc ꝙ motus infinitus non sit tempore finito, declarat & arguat sic, aut hoc erit per spatiũ, aut per rem motam. Si per spatium, tunc aliquod mouebitur per spatium infinitum tempore finito. Si per rem motam, tunc aliquod infinitum mouebitur tẽpore finito aut per magnitudinem finitam, aut infinitam: sed hæc destructa sunt, quare motus infinitus esse nõ potest tempore finito. Vtilitas huius partis est, vt ait Auer. quia est vt suppositio siue fundamentũ demonstrationis, quã Aristo. facit in. 7. huius. Verba patent translatione ipsa.

Commen. 66.

{Cum declarauit} Prima pars commenti quæ est expositoria patet partim per se, partim ex dictis in tex.

{Et ista consecutio.} Nunc quasi digrediendo ponit conuersionem quam facit Arist. in litera non habere locum, nisi in motu locali. in ipso enim motu locali videlicet motus est infinitus, igitur spatium aut mobile. Contra, etiam spatium aut mobile est infinitum, igitur motus.

{Vtrum autem.} Mouet dubitationem vtrum valeat augmentum est infinitum. Igitur auctũ ipsum, alteratio est infinita, igitur alteratum. Hæc dubitatio.

{Considerandum} Soluit ꝙ in omnibus est verum sed euidẽtius illud spectatur in latione. Propterea Arist. subiecit in textu, omnis enim latio est in loco, ad denotandum conuersionem illam esse intelligendam in latione tantum, & non in alijs. Animaduertendum tamen, ꝙ in alteratione id quod est loco spatij est latitudo. In auctione vero amplitudo. Tunc valet, alteratio est infinita, igĩ alterabile, vel latitudo est infinita, Auctio est infinita, igitur auctum vel amplitudo, verũ in latione id manifestius habetur.

{Et in vltimo.} Secundo ambiges, quoniam motus cœli est infinitus, & tamen est spatium & mobile finitum. Respondet ꝙ Arist. loquitur in motu recto, quia in fine huius declarabit solum motum circularem esse infinitum. Dubitant captiunculatores, quia videtur ꝙ mobile finitum possit transire spatium infinitum in hora, nam in prima parte proportionali horæ põt pertransire pedale. & in secũda parte proportionali aliud pedale, & sic in infinitum, igitur tẽpore finito pertrãsibitur spatium infinitum. Contra etiam argui potest ex parte temporis infiniti ponendo spatiũ finitum, vt patet. Respõdent sorticolæ casum esse impossibilem, quia licet in prima parte proportionali horæ pedale transeatur, & in secunda parte secundum pedale, & sic in infinitum, cum hæc omnia non stent simul negant consequentiam, Sed videtur hæc responsio ambigua, quia tunc destrueretur omnis inductio, cum in nulla inductione enumerentur omnia singularia. Propter quod dici potest ad hoc vt satisfecit Arist. ad cauillum Zenonis, vt cum dicitur, diuidaẽ hora in partes proportiones, aut intelligis in actu, aut in potentia, si in actu, casus est impossibilis, si in potentia, tunc ex potentia nõ debet inferri actus, ideo ratio nulla, sed de hoc satis superius diximus. Dubitant consequenter probãdo contra Arist. infinitum motum posse esse tempore finito. Et ponatur ꝙ summe calidum in hora præcise assimilet sibi summe frigidum tunc patet illum motum calefactionis esse infinitum, quoniam infinitæ velocitatis, nam cum velocitas crescat per cremẽtum proportionis agentis ad passum, & in infinitum augebitur proportio agentis supra passum, quoniam in infinitum diminuetur resistentia passi per partem post partem vsq; ad non gradum stante potentia agẽtis vt supponitur, sequitur ꝙ in infinitũ velocitabitur motus, quare motus erit infinite velox, seu infinite intensus. & ita infinite factus, & tamen tempore finito. Ad hoc respondẽt recentiores concedendo velocitatẽ motus illius fore infinitam, non autem motum illum, Imaginantur. n. velocitatem esse motus affectionem siue proprium accidens. Modo siue propria passio sit idem realiter cum suo subiecto, siue distincta ratione & re nunc ab infinitate passionis sequitur infinitas subiecti. Verbi causa, latitudo proportionum vno in quanto esse potest infinita, & superficies semper erit finita. Potest enim vna superficies esse dupla ad suam medietatem, & quadrupla ad medietatem medietatis. quæ ipsius est vna quarta, & sic in infinitum, vbi patet ipsam non esse infinitam, licet latitudo proportionum sit infinita, immo potest passio alicuius subiecti intendi & remitti, subiecto non intenso nec remisso, vt qualitates primæ elementorũ, secundum tenentes formas elementorum non suscipere magis & minus. Quo concesso dico, ꝙ velocitas in motu potest crescere & decrescere in infinitũ. & nũq; motus erit nisi finitus, & in tempore finito. Sed huic objiciunt quidam, sicut se habet extensio ad quantitatem, ita intensio ad motum siue velocitas: sed extensio infinita arguit quantitatem infinitam, igitur velocitas siue intensio infinita motus arguit motum infinitum. Pro solutione ad hoc debes scire ꝙ motus dicitur finitus aut infinitus dupliciter ẽm Aristo. & Auer. vna ratione ab ipso mobili, è quo capit extensionem, & quantitatem permanentem, Alio modo à spatio quæ dicitur lõgitudo in motu locali, latitudo in alteratione, extensio siue amplitudo in motu auctionis. & hic diciẽ successio in motu. Ex hoc sequitur quod sicut ignis secundum esse suum nõ est intensibile aut remissibile secundum viã cõmunẽ, ita motus ea ratione qua motus aut à spatio aut à mobili non dicitur intensibilis neq; remissibilis, sed finitus aut infinitus, longus aut breuis, & id genus, & vt ignis diciẽ calidior vel minus calidus propter auctionem vel imminutionem caliditatis, ita motus dicitur velocior aut tardior propter crementũ aut decrementum velocitatis, quæ est sibi passio, vt caliditas igni. Sequitur secundo non valere, motus est infinite velox, igitur infinitus, vt non valet, ignis est infinite calidus. igitur infinitus. Sequitur tertio non ita se habere extensionem ad quantitatem, & velocitatem ad motum, quoniam extensio est affectio quãtitatis, quæ est variabilis per extensionem, at velocitas licet sit affectio motus, motus tamen non propter velocitatem est variabilis,

Dubitatio.

Responsio prima.

Vide Alb. de saxo. q. 9. huius.

Replic.

Responsio propria.

Secũda dub.

Prima solutio.

Obiectio.

variabilis,sed propter finitatem vel infinitatem.Ex his patet folutio.Similitudo enim non est ad propositum. Bene enim concederem,motum illum fore infinite velocem,non autem infinitum. Arist.enim vult motum infinitum esse nō posse tempore finito, quia aut ratione mobilis aut spatij,& ita oportet tempus esse infinito quocunq; concesso. Non autem haberet pro impossibili motum infinite velocem esse in tempore finito, qui esset finitus motus ratione spatij aut mobilis, vt est in proposito.Quibus patet quam inepte Suiseth calculator ponat latitudinem motus esse infinitam. non.n. motui vt motus cōpetit latitudo,sed successio aut extensio. Rectius dixisset velocitatem motus esse infinitam,quo non sequitur motum esse infinitum. Hanc solutionem nonnulli,recentiores balbutire cœperūt,sed nescientes fundamenta Aristo. nisi quasi per insomnia, tandem ad res calculatoris se traduxerunt.

RECOGNITIONES.

IN commentarijs quæsitum est an infinitus motus esse posit tempore finito, & arguitur ꝙ sic, supponamus enim aliquod calidum applicari frigido, & ipsum in fine horæ corrumpat per remissionem ad non gradum,& sumus in primo instanti non esse calefactionis & argumentor in hoc instanti, quod est præsens, non est calefactio,& immediate ante hoc fuit calefactio,ergo immediate ante hoc fuit remissa in infinitum frigiditas,& per consequens in infinitum resistentia remissa,ergo infinitum velox fuit calefactio, augetur enim calefactio per diminutionem resistentiæ,quare cū immediate ante hoc fuit in infinitum remissa resistentia, erit in infinitum auctus motus, & sic sequitur infinitū motum esse in tempore finito. in commentarijs diximus ea,quæ diximus supponendo motum omnem esse successiuum & continuum,& intensionem & remissionem esse continuas. At in Octauo libro Metaphy. diximus oppositum,diximus enim solum motum localem esse continuum,cæteros vero successiuos, & non continuos,diximus etiam intensionem & remissionem fieri successiue,& non cōtinue, substinēdo igitur hæc dico ꝙ totalis calefactio est vnus totalis motus compositus ex pluribus particularibus,calefactionibus, nā tot sunt calefactiones,quod sunt minima secundū gradum.Quare dico in totali calefactione dabilē esse primam partialem calefactionem, qua primum minimū acquiritur,& vltimā,qua acquiritur vltimū per quod dicitur tota caliditas,vt octo,& tunc ad argumentum dico ꝙ supponit falsum, supponit enim dari primum instans non esse calefactionis quod falsum est, nam si daretur primum non esse, immediate ante illud fuisset calefactio,& sic calefactio esset motus continuus contra opinionem,non ergo datur primum non esse calefactionis,datur ergo vltimū esse calefactionis, quia datur vltima calefactio,qua acquiritur vltimum minimū, quia verum est dicere nunc esse calefactionē& immediate post hoc non erit, datur etiam prima calefactio quia nunc est calefactio, & immediate ante hoc non erat. Sed contra, quia his concessis,daretur vltimum esse frigiditatis,deduco, quia sumus in hoc instanti, in quo calidum applicatur frigido existenti sub minimo frigiditatis vltimo corrumpendo,& argumentor, nūc est frigiditas,& immediate post hoc non erit, ergo frigiditatis daretur vltimum, præterea tunc motus daretur primum & vltimum per affirmationē, quod Arist. negauit. Potest dici ꝙ in illo instanti applicationis est

A primum non esse frigiditatis, quoniam prima calidi applicatio ad minimum frigidum,est nō esse frigidi.contra,accipio minimum frigidum in gradu,& volo ꝙ immediate post hoc applicetur sibi calidum potens ipsum corrumpere,& sequitur istud esse vltimum esse frigiditatis,nam nunc est frigiditatis, & immediate post hoc non erit, quia immediate post hoc erit illi applicatum agens ipsum corrumpens.Respōdeo negando casum, non enim potest calidum applicari illi minimo immediate post hoc, quia applicatur immediate post hoc in instanti,non in tempore, quia tunc calefactio esset motus continuus contra opinionem, non in instanti, quia instans non est immediatum instanti, ergo bene potest illi applicari post hoc in instanti, sed mediato, quod instans applicationis erit primum non esse frigiditatis. Ad secundum patuit solu.in alteratione.n.& ge

B neratione,& auctionē aliter est ꝙ in motu locali, in motu enim locali loquitur Arist.& non in alijs. Ex his apparet dari vltimum & primum in calefactione, & vniuersaliter in omni alteratione, non datur tamen vltimum esse caliditatis vel frigiditatis. præterea patet dari vltimum & primum minimum,quia istud est minimū, & nullum aliud vlterius,& tamen non datur vltima caliditas vel frigiditas,siue vltimum esse illarum, differūt enim non parum minima frigiditas siue caliditas,& vltimum vel primū esse frigiditatis,in minimis enim datur & primum & vltimum in ordine generationis vel corruptionis, non tamen datur in vltimum esse caliditatis vel frigiditatis.

Cum autem id omne moueatur aut quiescat, quod aptum est moueri quando, & ubi, & quemadmodum aptum est, ipsum quod sistitur cum sistitur, moueri necesse est, si enim non C *mouetur, quiescit. at ad quietē proficisci nō pōt id qđ quiescit.* DILUC.

Quoniam autem omne, aut mouetur, aut quiescit, quod aptum est, quando aptum est, & quo & sic, necesse est quod sistit, cum sistit, moueri, si enim non mouetur, quiescit, sed non contingit quiescere, quod ad quietem accedit. ANT.

Hactenus de motu, nunc de statu siue sistentia proponit dicere, & tale de sistentia cōclusionem designat, omne quod sistit, cum sistit, mouetur, & syllogizat sic, omne aptū moueri aut quiescit aut mouetur: sed qđ sistit dum sistit est aptum moueri, igitur aut mouetur aut quiescit. Mouetur aut quiescit, sed non quiescit, igitur mouetur. Quod vero ad verba attinet, istam enon græce, latine est tum stans, tum id quod sistit. Modo, vt Themistius notat, multum refert dicere rem sistere, & rem consistere, nam consistere est à motu cessare, siste

D re vero est ad cessationem tendere, propter quod sistere dicunt tranquillari fine in quietem tendere: at consistere est quiescere, patet igitur recte esse dictum sistere esse moueri.

Commen. 67.

{Cum declarauit.} Commentum istud patet, verū ex ipso colligitur aliquod non moueri, aut quia non aptum moueri vt punctus, aut quia non supra hoc vel illo vt corpus supra puncto, aut quia modo diuerso, quo dicimus mobile in potentia nō moueri modo quo mouetur mobile in actu vel modo diuerso, quia nō ita apte, quomodo dicimus testudinem nō moueri sicut leporē, vult Aris. oē aptū moueri cū oībus his conditionibus aut moueri, aut quiescere, at cū id qđ sistit sit aptū moueri, cū oībus ijs cōditionibus aut mouebit aut quiescet, & ita arguat vt prius, Reliquū cōmēti patet. Solutio. An differat stare à moueri & vnde potest orri hoc nomen vt ma terialiter dice retur idē motus & status Vide Egi.hoc.

Reco-

RECOGNITIONES.

Debes scire reperiri hæc, sistere, stare, quiescere, quiescere est finis motus, & est tam animatorum, quam inanimatorum, stare vero est super pedes firmiter permanere, & proprium animatorum, & potissimũ eorum, quæ pedes habent. Vnde stare potest esse finis motus, sistere autem est ire ad quietem, cum enim aliquid mouetur, & iam est prope finem motus, hoc dicitur sistere, & quoniam sistere supponit id, quod mouetur, prius velocius fuisse motum id videtur ipsum sistere non competere, nisi his, quæ violenter mouentur, aut his, quæ motu animali mouentur. non enim gratie cum prope finem motus est, dicitur proprie sistere, cum non tardius moueatur, quam prius mouebatur, suso tamen verbo sistere competit omnibus motibus, cum sunt prope finẽ. Quod vero ad verba attinet, verbum {Quod ad quietem accedit} græce est, ἱστάμενον & latine est quod quiescit, sed quoniam illud verbũ apud græcos est quasi æquiuocum, etiã ad id, quod ad quietem accedit, ideo antiqua trãslatio est obscura, & propterea clarius lege, quod ad quietem accedit.

DILVC. *Quo demonstrato q. patet necesse est, & in tempore sistere omne nãq; quod mouetur in tempore mouetur, id autem qđ sistit, moueri ostensum est, quare necesse est in tpe sistere.*

ANTI. *Hoc autem demonstrato, manifestum est quod & in tempore necesse est sistere, quod enim mouetur, in tempore mouetur, quod sistit ostensum est, quod moueatur quare necesse est in tempore sistere.*

Probauit hactenus ꝙ omne quod sistit mouetur, ex hoc facit enthymema, omne quod sistitur mouetur, igitur omne quod sistit in tempore ipsum sistere. Deducit consequentiam, omne quod mouetur in tempore mouetur: omne quod sistit mouetur, igitur omne quod sistit in tempore sistit.

DILVC. *Præterea uelocius & tardius in tempore esse dicimus. Sistere uero est & uelocius & tardius.*

ANT. *Amplius autem si uelocius & tardius in tempore dicimus. Sistere autem uelocius & tardius est.*

Secundo idem enthymema deducit sic, quod velocius & tardius mouetur in tempore est: sed quod sistit, velocius aut tardius mouetur, igitur subaudi conclusionem, sistit id quod sistit, in tempore.

DILVCI. *At uero in quo tẽpore primo id quod sistit, sistit, in quolibet illius sistat necesse est. Diuiso nãq; tempore, si neutra in parte sistit, neq; in toto sistet, quo fit ut non sistat ipsum quod sistit. Si in altera, non in toto sistet primo. In hoc enim per aliud sistit. ut de eo quod mouetur, prius diximus.*

ANT. *In quo autem tempore primo quod sistit, sistit, in quolibet huius necesse est sistere, diuiso enim tpe, siquidẽ in neutra partium, sistit neque in toto, quare nõ utique sistit, qđ sistit, si uero in altero, non in toto primo sistitum est, secundũ enim utrunq; in hoc sistit, sicut dictum, et in eo qđ mouetur prius.*

Vult disputare de ijs, quæ de motu disputauit videlicet vtrum detur prima pars ipsius sistere. Ad hoc autẽ declarandum præponit expositionẽ nominum videlicet quid est intelligendum per aliquid sistere in aliquo tempore primo, & inquit, At vero in quo tempore primo id quod sistit, sistit in quolibet illius sistat necesse est, & hoc distinguitur contra partem. Quod declarat D diuiso nãq; tempore, si neutra in parte sistit, neq; in toto sistet. Quo fit vt non sistat id quod sistit, sin in altera parte tantum sistat, non in toto tempore sistet

E primo, quia in hoc per partem & aliud sistit, velut qui sisteret in die, quia sistit in mane illius diei. Vt de eo qđ mouetur antea dictũ est. Sic igiť sistere aliquid primo in tempore, est in quolibet illius sistere, & non in quadã parte sic, in quadam non. Hæc est expositio nominũ.

Quemadmodum itaq; quod mouetur non est in quo primo mouetur, ita neque in quo sistit, quod sistit. DILVC.

Sicut autem quod mouetur, non est in quo, primo mouetur, sic utique nec in quo sistit, in quo sistit. ANT.

Descripsit quid nominis eius quod est aliquid sistere in aliquo tempore primo, nunc ꝙ nihil sistere possit in aliquo tẽpore primo declarat, & hoc primo proponit, & inquit, Quemadmodum itaq; quod mouetur non est in quo primo mouetur, ita neq; in quo sistit, quod sistit. Et sic oportet dicere de sistere, vt de moueri, ꝙ sicut ipsius moueri non datur prima pars motus, F ita neq; ipsius sistere. Nã vt in moueri semper medietas est ante totum, ita in ipso sisti.

Commen. 68.

{Cum declarauit.} In isto commento mouet Auer. dubitationem, videlicet in quo differt sistere & moueri. Dicit Auer. ꝙ sistere differt à motu & à quiete, à motu dupliciter, primo quia sistere sumitur respectu quietis. Moueri respectu formæ, quæ per motum acquiritur, secundo quia sistere sumitur respectu habiti, moueri respectu habendi. A quiete vero & cõsistentia differt, veluti via differt à termino viæ, quia vt dixit Themist. sistere est tendere in quietem. cæterum commenti patet.

Neque enim ipsius moueri neque ipsius sistere aliquid est primum. Sit enim id in quo primo sistitur A B, hoc quidem G fane impartibile esse impossibile est, motus enim in eo nõ est quod est, indiuiduum. Propterea q. aliquid eius motum est. Id autem quod sistitur ostensum est moueri. At si diuisibile sit, in quolibet illius sistitur. Cum igitur tempus id sit in quo primo sistitur, & non indiuiduum. Omne uero tempus sit diuisibile in infinita, nihil erit in quo primo sistitur. DILVC.

Non enim ipsius moueri, neque ipsius sistere aliquid est primum. Sit enim in quo primo sistit, in quo est A B, hoc utique quidem impartibile non contingit esse, motus enim nõ est in impartibili, propter id quod motum est aliquid ipsius. Quod autem sistit, demonstratum est esse, quod mouetur. At uero si diuisibile est in quolibet ipsius sistit. Quoniam ergo tempus est, in quo primo sistit, & non atomum, omne autem tempus in infinita partibile est non erit in quo primo sistit. ANT.

Secundo idem declarat per rationem, qua vtebatur in motu, & est hęc, aut ipsum sistere est in indiuiduo H temporis, vel in tempore, non in indiuiduo temporis, quia moueri non est in indiuiduo temporis: sed sistere est moueri, igitur sistere non est in indiuiduo temporis. Si vero sit in tempore, tunc cum in illo sistat primo, in quolibet illius sistere oportet, sed pars est ante totum, igitur sistitur in parte ante totũ, & adhuc in parte partis, & sic in infinitũ. Sermo eius patet trãslatione sola.

Animaduertendum, vt Auerro. dicit ꝙ non pôt dari primũ tẽpus in quo primo sistatur, capiendo primũ pro æquali siue pro æquato quia tũc sic exponeretur, in hoc sistit, & in nullo tpe ante hoc, nec in aliquo tempore post hoc. igiť in hoc æquate sistit, patet ꝙ secunda exponẽs est falsa, nã cum hoc sit diuisibile, prius sistitur in parte prima, ꝗ in toto, & ita ante hoc sistebatur, omne enim quod sistitur, sistitum est.

Neq;

DILVC. *Neque igitur est aliquid in quo primo quiescens ipsum quieuit. In eo nãq; non quieuit quod autem impartibile, quia non est in indiuiduo motus, in quo uero aliquid quiescit, in eo etiam mouetur. Tunc enim quiescere dicimus aliquid quando, & in quo est aptum ut moueatur, & non mouetur aptũ. Praeterea tunc quiescere etiam dicimus, cum similiter sese habet nunc & prius, non uno quodam, sed duobus minimis dijudicantes.*

ANT. *Neq; igitur quiescens, cum primum quieuit, est: in impartibili quidem enim non quieuit, propter id q; non est motus in atomo, in quo autem est quiescere, & moueri. Tunc enim dicimus quiescere quando, & quo aptum est moueri, non mouetur quod aptum est. Amplius autem & idem dicimus quiescere, cum similiter se habet nunc & prius, quasi non uno quodam iudicantes, sed duobus minimis.*

Hactenus desistit, nũc de quiete siue quiescere ipso, & proponit non esse aliquid in quo quiescens primo quieuit. Ad quod probandum supponit id in quo aliquid primo quiescit esse diuiduum & tempus: quod declarat primo, illud in quo quicq̃ aptum est moueri est diuiduũ, id quod quiescit, quiescit in eo in quo quicq̃ est aptum moueri, igitur omne quiescens quiescit in re diuidua. Propterea ait: tũc enim quiescere dicimus aliquid quando & in quo est aptum vt moueatur, & sic aptum moueri non mouetur. Secundo idem probat, prius & posterius non sunt in indiuiduo, quiescere est se habere eodem modo nunc & prius, igitur non in indiuiduo quicquam quiescit, hoc probat, quia nam vno quodam instanti, sed duobus minimis & paucissimis quietem dijudicamus, non enim quia similiter se habet in vno instanti, dicimus quicquam quiescere, sed quia se habet eodẽ modo in duobus ad minus, & ita in tempore, cum inter quaelibet duo instantia tempus sit.

An stare differat a quiescere. Vide Egidi. t.167.

DILVC. *Quare id in quo quiescit non erit impartibile, at si diuisibile sit, tempus erit, profecto, atq; in quolibet illius quiescet, eodem enim modo ostendetur quo in prioribus ostensum est, quo fit ut nihil sit primum in illo.*

ANT. *Quare non erit in quo quiescit, impartibile, si uero partibile, tempus utiq; erit, & in quolibet illius partium quiescet, eodem enim modo demõstrabitur, quo & in prioribus, quare nullum primum erit.*

Expositio. Tunc arguit tempus in quo quicquam quiescit est diuisibile, sed quoniam quiescit in illo primo, oportet vt in quolibet illius quiescat, sed pars est ante totum, igitur prius quiescit in medietate illius, quam in toto illo, & sic de secunda medietate, qđ fit vt nihil sit primum in illo, cũ semper pars sit ante partẽ in infinitũ.

DILVCI. *Est autem huius causa, quia omne quod quiescit & mouetur, in tempore quiescit & mouetur. Tempus autem nullum est primum, neq; magnitudo, nec omnino continuum ullum. Cum omne sit in infinitum diuisibile.*

ANT. *Haec autem causa est quia quiescit quidem, & mouetur omne in tempore. Tempus autem non est primum, neq; magnitudo, neque omnino ullum continuum, omne enim in infinita partibile est.*

Nunc vero generalem causam eius quod probauerat, tradit, & inquit, quia non datur primũ tempus, neque prima magnitudo, neq; vniuersaliter primum continuum, cum omne continuum sit diuisibile in infinitum, cum igitur quiescere sit in tempore, igitur nun datur primum quiescere.

A

Commen. 57.

{Haec est secũda.} Commẽtum quo ad partem expositiuam patet, ibi vero, & sciendum est, mouet dubitationem, & inquit, & sciendum est ꝙ tempus quae ponuntur causa in quiescente non est vera causa, nam diuisibilitas temporis non est causa vt quiescens non habeat primam partem, quod probat, quia tempus non illius causa in motu ipso de quo magis videtur. igitur neque in quiete.

{Et causa in hoc est.} Respondet ꝙ iste est ordo ꝙ diuisibilitas in infinitum primo reperitur in magnitudine siue in qua est motus, siue supra quam fit motus, & per magnitudinẽ inuenitur in motu, & per motũ in tempore, quare magnitudo caret prima parte propter se, motus propter magnitudinem, tempus propter motum. Haec quo ad materiam, sed dices quid ad formã? B Aristo. enim ait, tempus esse causam non dari primum in magnitudine, potest suppleri ꝙ tempus nec est causa quietis, nec effectus illius, cũ quies sit priuatio, quae non fit per aliquid positiuum, sed per aliquid defectiuum, & ita tempus neq; est quietis causa, neque quies temporis. Similiter non dari primum in tempore non est causa non dari primum in ipso quiescere, est tamen signum, nam tempus est effectus motus, & ita est veluti signum positiuum motus, ipsius quietis vero pro quanto est priuatio motus. Et ita Arist. per causam intelligit rationem à signo. Sed dubitatur, videtur. n. quietis esse primam partem siue primum principium, nam motus desinit aut in motum, aut in quietem, nó in motum, quia tunc non desineret, igitur in quietem, vel igitur in totam quietem vel in primum quietis, non in totam quietem, igitur in primum quietis, & ita quietis C erit primum. Secũdo mutatum esse in actu, est finis motus, vel igitur est aliquid quietis vel nihil, si nihil quietis, & nihil motus, igitur nec motus habet finem, nec quies habet principium. Dici potest ꝙ motus nec desinit in motũ. Sed desinit motus in mutatũ esse, quod est primum non esse motus, & primum extrinsecũ quietis, ex hoc non sequitur dari primam partem quietis, sed bene primum principiũ indiuisibile quietis, vt de motu dixit Themi. Ad secundum dico ꝙ illud mutatũ esse nec est motus, nec quies, sed est finis motus extrinsecus, & principiũ quietis, non tñ prima pars quietis.

An in ipso stare contingat dare primum statum ex parte ante. Vide Gratiadeum Escu. le. 10. huius.

Pulchra dubitatio.

DILVC. *Cum autem omne quod mouetur, in tempore moueatur, & ex quodam in quoddam mutetur, in quo tempore aliquid secundum se mouetur, & non in aliquo illius, impossibile est aliquid esse primum quo mouetur. Insuper quiescere aliquod* D *est penes idem in eodem tẽpore esse ipsum & partem quãq;, sic enim quiescere dicimus, cum in alio nunc atq; alio uerũ sit dicere ipsum atq; partes penes idem esse. Quod si id est quiescere, non contingit ut ipsum totum in aliquo eodem tempore primo sit penes idem. Est enim tẽpus diuiduum omne, quare in alia atque alia ipsius parte uerum erit dicere penes idem esse, & ipsum, & partes ipsius.*

ANT. *Quoniam autem omne, quod mouetur, in tempore mouetur, & ex quodam in quoddam mutatur, in quo tempore mouetur per se, & non in illius eorum aliquo, impossibile est, tunc penes aliquid esse primo, per quod mouetur, quiescere enim est in eodem esse tempore quodam & ipsum, & partium unamquãq; sic enim dicimus quiescere, cum in alio, & alio nunc uerum dicere sit, in eodem et ipsum, et partes sunt. Si itaq; hoc est quiescere, non contingit quod mutatur, penes*

itaq; autẽ eodem idem.

nes aliquid esse totum in eodem primo tempore. Tempus enim diuisibile est omne, quare in alia & in alia ipsius partes erit uerum dicere q penes idem sit & ipsum & partes.

Cupiens Arist. satisfacere ad cauillos Zenonis sophistæ præmittit suppositionem quãdam pro solutione ad omnes, quiq; per modum conclusionis declarat, Et est omne quod mouetur in aliquo toto tempore primo & secundum se, impossibile est id esse penes idem numero in aliqua parte illius temporis. Verbi causa, moueatur equus in hora primo, hoc est in quahbet parte horæ non plus, nec minus, & secundum se, non per partem aliquam, dico q equus non potest esse penes eandem numero spatij partem in aliqua parte illius horæ, sed continuo erit in qualibet parte illius in alia atq; alia, hoc est penes aliam atq; aliam partem. Hæc est conclusio declaranda, vtrum vero sit vniuersalis in omnibus alijs motibus dicemus. Sat sit nobis nunc eam in motu locali intelligere. Hæc autem conclusio continet duas conditiones, prima est q tale mobile moueatur secundum se, & nõ secundum partem, potest enim equus moueri secũdum pedem, & esse in eadem præcise stabuli parte in tota hora, & qualibet partæ horæ. Secunda est vt moueatur in aliquo tempore primo & adæquate, videlicet in hora tota, & qualibet horæ parte, & non in quadã parte horæ sic, in quadam non, quia tunc posset esse in eadem & aliqua parte horæ penes eandem spatij partem, vtpote tunc cum non mouetur. Ad huius conclusionis declarationem vult esse intelligendas quatuor suppositiones, duę sunt per se, tertia ex duabus sequens, quarta accessoria. Inquit. Cum autem omne quod mouetur, in tẽpore moueatur, hæc est prima, & ex quodam in quoddam mouetur, hæc est secunda. In quo tempore aliquid secundum se mouetur, & non in aliquo illius, impossibile est aliquid esse primum quo mouetur, declarauimus enim nec esse primam partem spatij, nec primã partẽ quantitatis, nec primam partẽ qualitatis. Hæc est tertia suppositio sequens. Deinde ponit quartam accessoriam, & inquit. Insuper quiescere aliquid est penes idem numero spatium in eodem tempore ipsum & partes omnes esse, sic enim quiescere dicimus, cum in alio nunc atq; alio verum sit dicere ipsum atq; partes penes idem esse. Hæc est quarta suppositio accessoria. Ex ijs quatuor arguit conclusionem, & inquit, quod si id est quiescere, vt dicit quarta suppositio, nõ contingit vt ipsum totum in aliquo eodẽ tempore primo sit penes idem, probat per locum ab ipso impossibili, nam detur contradictorium, videlicet q idẽ mobile ipsum & partes in aliqua eadem parte temporis sit penes vnam numero partem spatij, est enim tempus diuiduũ omne, quare in alia atq; alia illius temporis dati parte, verum erit dicere penes idem esse & ipsum & partes ipsius, igitur quiescet, & ponebatur moueri, igitur idem mouebitur, & non mouebitur.

DILVC. *Quod si non sit hac ratione penes idem, sed in uno temporis nunc, non erit in aliquo tempore ullo, sed in temporis fine. In ipso uero nunc est quidem semper penes aliquid manens, non tamen quiescit, nam in ipso nunc neq; moueri quicquam, neque quiescere potest. Sed uerum quidem est in ipso nunc non moueri, atq; penes aliquid esse, in tẽpore aũt nihil ut quiescẽs esse põt, eueniret. n. ut id qđ fertur, quiescat.*

ANTI. *Si uero non sic est, sed in uno solo est nunc, non erit in tempore ullo penes aliquid, sed in termino temporis, in ipso autem nunc est quidem semper penes aliquid manens, non tamen quiescit, neq; enim moueri, neq; quiescere est in ipso nũc. Sed non moueri quidem uerum est in ipso nunc, & esse penes aliquid, tempore autem non contingit esse penes aliquid quiescens, accideret enim quod fertur, quiescere.*

Obijciet quispiam aduersus Arist. si res quæ mouetur nullo tempore est penes aliquid spatij, super quod mouetur, neq; æqualem sibi locum obsidet, quo pacto videtur vniuersum illud spatium posse conficere. Soluit Aristo. penes aliquid spatij non tempore, sed momento res ipsa quæ mouetur adest, momẽtum porro extremum & finis est temporis. Item momento tãtum æqualem sibi locum in spatio obsidet, momento autẽ neq; moueri potest, neq; quiescere, & ita Arist. concedit duo, primum nihil quod mouetur in aliqua parte temporis est penes aliquid vnũ & idem spatij, sed continuo in alia atq; alia parte temporis penes aliam atq; aliam spatij partem. secundum est q in quolibet momento temporis illius, in quo mouetur continuo est penes aliquam partem spatij sibi æqualem, in quo videlicet momẽto nihil mouetur aut quiescit, sed potius nõ mouetur, non tamen sequitur, igitur quiescit, & negatiua enim non sequitur affirmatiua. Et ita patet solutio ad argumentum, q illud mobile peragrat vniuersum non per hoc q in qualibet parte tẽporis sit semper penes aliquam spatij partẽ sibi æqualẽ, sed quia in quolibet illius temporis momento est penes aliquam partẽ spatij æqualem. Hoc autem exponit Themistius, q res quæ moueť in quolibet temporis momento est penes aliquam partẽ spatij æqualem, potestate videlicet & fictione nostra, non actu, alioquin res cõsisteret, & tempus in momenta infinita divideretur actu.


An in quiete sit dare ex parte ante primum quietatum. Vide Gratiadeũ esco. lec. 10. q. 3. latius.

Commen. 74.

{Vult declarare.} Commentum patet, verum insine addit hanc declarationem esse communem omnibus speciebus motus, nihil enim quod augetur potest habere eandem numero quantitatem in aliqua temporis parte, nihil quoq; quod alteratur, & in omnibus similiter. Ait tamen in motu locali esse rem perspicuã, at in alijs motibus non est clarum. In latione enim & continuatio, & successio patent. In alijs licet successio pateat, continuatio latet, quia fortasse fiunt per minima, quorum quodlibet fit subito, & promittit hoc disputare diligentius. vt in 8. huius. commen. 23.

DILVC. *Zeno uero paralogizat. Si enim inquit quiescit omne aut mouetur, quod semper est penes aliquid sibi æquale. Id autẽ quod fertur est semper in ipso nunc penes aliquid sibi æquale. Immobilem eam ait esse sagittam, quæ fertur.*

ANT. *Zeno aũt paralogizat, si. n. semp, dicit, quiescit oẽ aut mouetur, cũ sit penes æquale, est aũt semp qđ fertur, in ipso nũc penes æquale, immobilem esse sagittam, quæ fertur.*



Hæc

Quõ debeat solui hæc ratio Zenonis secundum veritatẽ. Vide Egid. n. 77.

Hac conclusione declarata componit sophisma Zenonis sic, omne qd semper est in loco sibi æquali, quiescit, omne quod mouetur, semper est in loco sibi æquali, igitur omne quod mouetur, semper quiescit, & ita sagitta quiesceret. Maior patet, quia cum nõ possit dum est in loco sibi æquali moueri, quiescit, propterea proponit maiorem sub disiunctione ad concludendum, q cum non possit moueri, quiescat.

DILVCI.

Hoc autem est falsum. Tempus enim non ex ipsis nũc indiuiduis constat, quemadmodum nec ulla alia magnitudo.

ANTI.

Hoc aũt est falsum, nõ enim cõponitur tẽpus ex ipsis nũc existẽtibus indiuisibilibus, sicut neq; alia magnitudo ulla.

Peccatum sophismatis est super verbo semper, potest enim exponi semper pro quolibet momẽto, & tũc sensus maioris est, omne quod in quolibet momento temporis est penes aliquam partem spatij sibi æqualẽ, quiescit, quo quidem in sensu negatur maior, quia ex momentis non constat tempus, & conceditur sub hoc sensu minor. Aut potest exponi pro qualibet parte temporis, & tunc erit sensus, omne quod in qualibet temporis parte est penes aliquid sibi æquale, quiescit, qua ratione maior conceditur, minor vero negatur, vt proxime in conclusione probauimus, & ita patet deliquiũ esse propter multiplicitatem verbi semper. Auer. vero vult deliquium committi penes actum & potentiam: nam si intelligitur, omne quod est in loco sibi æquali semper in actu, quiescit, maior est vera & minor falsa, at si intelligat omne quod est in loco sibi æquali semper, hoc est in potentia, quiescit, maior est falsa, minor vero est vera, quæ ratio docet sophisma peccare penes multiplicitatem sumptam ab actu & potentia. Hæc est solutio deliquij Zenonis Eleatis sophistæ.

DILVC. *Zenonis cauilli. Primus.*


Quatuor vero sunt Zenonis rationes de motu ipso, quæ difficultatem soluentibus afferunt. Prima quidem ea est qua motus ipse interimitur, quia prius in medium quã ad finem id quod fertur deuenire oportet, de qua in rationibus quæ prius dictæ sunt distinximus.

ANT.

Quatuor autem sunt rationes de motu Zenonis habentes difficultates soluentibus. prima quidem est, de eo, quod est nihil moueri propter hoc q, prius immedietatem oportet accedere, quod fertur, quam ad finem, de qua diuisus in prioribus rationibus.

Pertransiens oĩa cõtinui dimidia.

Pertrãsit infinita. Qd mouet.



De motu paralogismis.

Reducit rationes Zenonis ad quatuor. prima sic componitur, omnia continui dimidia sunt infinita, omne quod mouetur pertransit omnia dimidia alicuius continui, igitur omne quod mouetur pertransit infinita. Hæc conclusio sequitur ex hoc q aliquid mouetur, igif nihil mouet. sed dices hęc ratio fuit facta alias et soluta, igif nõ repetẽda. Rñdet Auer. q fuit soluta ẽm vocem, nunc soluitur secundum rem, & propterea replicatur.

A *Secunda uero ea quæ est Achilles appellatur, qua profecto eo motus ipse refellitur, quia nunquam id quod uelocissime currit, id assequeretur quod tardissime mouetur. Nam quod assequitur eo deueniat antea necesse est, unde aufugiẽs fugam arripuit. Quo fit ut tardius ipsum semper aliquo spatio præcedat necesse est.*

DILVC. *Secundus.*

Secunda autem est uocata Achilles, est autem hæc quoniam tardius currens nequaquã iũgetur à uelocissimo, prius enim necesse est ire assequens, unde motum erit fugiẽs, quare semper secundum aliquid præcedere necesse est tardius.

ANT.

Ratio in textu patet, & eam iuxta textum Auerro. & Themist. formant, potest tamen cauillosius sic formari. Si motus est, nunq̃ velox assequeretur vt æquus tortucam siue limacem. Cõsequentia deducitur, si motus est, contingit inter assequens & aufugiens intercipi certum datum spatium, igitur contingit tardum ipsum B aufugiens infinities anteferri ad æquum, quoniã non totiens quin pluries, & sic in infinitum, contingit infinities anteferri, igitur contingit semper anteferri, quod enim infinities fertur ante aliud, semper ferf ante ipsum: sed quod fertur semper ante aliud, nunq̃ ab illo attingif, & ita nunq̃ tortuca ab equo attingeretur.

Est autẽ ratio hæc illi eadem, quatenus dimidiatione utitur. Differt tamen in diuisionis modo, quia magnitudinem quam accipit, non in duo diuidit. Accidit tamen ut tardius ipsum non attingatur ex ratione, quæ fit propter diuisionem in duo. In utrisq; enim accidit, ut non perueniatur in finem, diuisa aliquo modo magnitudine ipsa. Sed in hac additur tãq tragice decantatum uelocissimum nunquam assequi tardissimum. Quare solutionem utriusq; esse eandem necesse est, itaq; id quod putat nunquam id attingi, quod antecedit, fal-C sum est. nam licet eum antecedat, nunquam attingetur, attingetur tamen tandem si dabit finitum transire id quod mouetur, rationes quidem igitur duæ sunt.

DILVCI *Solutiones duorum cauillorum*

Est autem & hæc eadem ratio in diuidendo in duo, differt autem in diuidendo non in duo acceptam magnitudinem, nõ quidem igitur comungi tardius, accidit ex ratione, fit autem in duo decisio, in utrisq; enim accidit non attingere ad terminum, diuisa quodã modo magnitudine, sed apponitur in hoc, quia neq; uelocissimum, quod tragice dictum est, est in prosequendo tardius, quare solutionem necesse est & eandem esse. Velle igitur q, præcedens non iungatur, falsum est, cum enim præcedit non coniungetur, sed tamen coniungetur, si quidem indigebit transire finitum, hæ quidẽ igitur rationes duæ sunt.

ANT.

Litera hæc difficillima habetur gręcis ipsis in verbis, D q̃ volens latinam facere, nonnulla verba satis minima ad sensum mutaui, aliter enim summa fuisset obscuritas, quam percipere potes ex veteri translatione. Arist. igitur soluit illas duas rationes, & sumit primo q ambæ illæ rationes sunt vna in re, licet differant modo. Re quidem non differunt, quia ambæ procedunt ex diuisione spatij. Modo vero differunt, primo, quia ratio prima vtebatur diuisione spatij per dimidia, secunda vero vtetur diuisione spatij per portionem excessus velocis ad tardum. Secundo differunt quo ad illationem, nam prima ducitad hoc q nunquam mobile veniret ad finem spatij, secunda vero ad hoc q nunquam velox attingeret tardum. Addens rationem esse Achillẽ ad tragicam siue faustosam efficaciam. Ex quibus vult habere esse vtriusq; vnam solutionem, cum radix earum sit vna. Tũc respondet & negat cõsequentiam, bene enim concedit

Quõ soluatur ratio Zenonis designata supra te. 76. p hoc q, tẽpus non cõponitur ex nũc indiuisibilibus nec linea ex punctis. vide Gra. Psu. lec. 2. huius.

An punctus sit in linea, & an punctus sit aliquod ens positiuum. vide Iand. q. 2. & 3. huius.

Quare est inconueniens transire infinita in

actu, non alit in potentia. Vide Egid. te. 77. bonus. concedit ipſum tardum dum antecedit, nunq̃ attingi, E ſed negat, ipſum ſemper antecedere, quia cũ ſpatium interceptum ſit finitum, aliquando velox attinget tardum. Ad formam tamen non reſpondet. Auerroes tamen reſpondet tardum antecedere ad velox infinities in potentia, non autem in actu, ſorticolæ concedunt tardum antecedere ad velox infinities, & cum inferſ. igitur ſemper, negant conſequentiam. Sicut non valet infinities comedi panẽ, igitur ſemper, cauſa vero eſt, quia fortaſſe infinities poteſt teneri in actu & in potentia, at ipſum ſemper non niſi in actu.

DILVC. *Tertius.* *Tertia uero ea eſt quæ pauloante dicta eſt quod uidelicet ſagitta quæ fertur, quieſceret, accidit autem ex eo, quia tempus ſumit ex momentis conſtare. Quo ſane non conceſſo, ſyllogiſmus nullus erit.*

ANT. *Tertia autem eſt, quæ nunc dicta eſt, quoniam ſagitta, quæ fertur, ſtetit. Accidit autem ſecundum quod accipit tempus componi ex ipſis nunc, non dato enim hoc, non erit ſyllogiſmus.* F


Hæc ratio fuit in modo & figura compoſita, fuit quoque ſoluta per fallaciam æquiuocationis. quare nunc ſilentio digna ſit.

DILVC. *Quartus.* *Quarta uero eſt ea quæ de ijs eſt æqualibus magnitudinibus, quæ ſuper æquales alias alicuius ſtadij magnitudines æquali uelocitate partim è calce ſtadij, partim è medio econtra mouentur, ubi fieri putat ut duplo tempori dimidium ſit æquale.*

ANT. *Quarta autem ratiocinatio eſt ex his, quæ in ſtadio mouentur ex contrarietate æqualium magnitudinum per æqualia, horum quidem à fine ſtadij, illorum à medio æquali uelocitate, in quo accidere opinatur æquale duplo dimidium eſſe.* G

Quarta ratio ſupponit duo, primum q̃ pertrãſitiones æquales ab æque velocibus arguant tẽpora æqualia. Suppoſitio ſecunda eſt caſus, in quo ſupponit ſtadium quadrupedũ ſectum in quatuor cubita ſiue moles ſiue magnitudines, vtpote A, quod ſtadium, ſupra quod fit motus appellat. accipit ſecundo duo mobilia etiã quadrupeda ſecta in quatuor moles, quarũ quelibet vocatur B in vna, in altera C, vult quoq; mobile B moueri è medio ſtadij, C vero è calce econtra primo ſibi ipſis obuiando. Accipit vltimo quòd ſtadiũ contraferatur verſus C mobile hac videlicet proportione, quòd quantum peragret B de illo, tantum contraferatur ad C, quo in caſu in fine temporis videlicet. tunc cum primum B eſt cum vltimo C, & econtra: ipſum B H in hora egit dimidium ſtadij, & ipſum C totum, quia licet ſint æque velocia, illud quod habet B ipſius ſtadij, lucratur C per contra lationẽ ſtadij ad ipſum. Hæc omnia ſupponebat Zeno, vt ſolum concluderet ipſum C mobile in hora peragrare totum ſtadium, B vero dimidium, & cum hæc ſint æque velocia vult habere dimidiũ horæ eſſe æquale toti horæ, quod per caſum ſic probabat, nam B ipſum mobile peragrat dimidium ſtadij, igitur in dimidio horæ cum ſit æque velox, ſicut C ipſum. C vero totum ſtadium in hora, igitur dimidium horæ, quo fit peragratio facta ab ipſo B, erit æquale toti horę, qua fit peragratio ſtadij facta ab ipſo C. & ita dimidium temporis erit æquale duplo tempori. Quibus breuibus patet textus abbreuiatio, & melius adhuc patebit proximo in textu.

Magnitudo ſtans.



Eſt autem fallacia q̃ illorum alterum quidem propter id quod mouetur, alterum uero propter id quod quieſcit æqualem magnitudinem æquali uelocitate tranſire inæquali tempore autumat. Hoc autem falſum eſt. DILVCI.

Eſt autem deceptio in eo, quod hoc quidem ſupra moto, illud autem ſupra quieſcente mouetur ſupra æqualẽ magnitudinem uolens æquali uelocitate ſecundum æquale ferri tempus, hoc autem falſum eſt. ANT.

Reſpondet Ariſt. & vult fallaciam, quæ græce eſt paralogiſmus committi in ſyllogiſmo, & Auer. explicat eam, & vult eſſe à, ſecundum quid ad ſimpliciter, vt in fine commenti exponit. putabat enim Zeno, q̃ ſicut mobilia ęque velocia ſupra ſpatijs fixis mouenẽ ęquali tempore, ſic vniuerſaliter & ſimpliciter ſupra omnibus ſpatijs, quomodolibet ſumptis. Illud igiẽ valet cæteris paribus ex parte mobilium & ſpatiorũ. Sicut non eſt hic, vbi ſtadium reſpectu vnius promouet ad motum, reſpectu alterius promouet ad cõtrarium. Inquit, eſt autem fallacia in hoc conſiſtens, q̃ illorum alterũ, vtpote C mobile per id quod ſtadium mouetur verſus ipſum, alterum vero, vtpote B per id quod quieſcit, hoc eſt non mouetur verſus ipſum, ſed potius aufugit ab eo æqualem magnitudinem æquali velocitate tranſire in ęquali tempore autumat, hoc autem falſum eſt, & cum deceptione, quoniam non ſunt cætera paria. Hæc eſt ſolutio ad paralogiſmum.


Vt ſint æquales ſtadij magnitudines A A A A. Supra uero moueantur magnitudines, B B B B, incipienda à medio ipſarum magnitudinum à numero & magnitudine illis æquales. C C C C uero his æquales & numero & magnitudine, atque æque ueloces ipſis B, quæ motum incipiant à calce econtrario, accidit igitur primam B, atque C magnitudinem ſimul in ipſis eſſe extremis illarum ſupra quas mouentur, & etiam accidit C, uniuerſas A magnitudines, B uero dimidiũ ipſarũ peragraſſe. Quare fit ut ſit dimidiũ tempus, utraq; enim æquali in tempore per unamquamq; ſtadij magnitudinem tranſiuit, & inſuper accidit B per omnes magnitudines C tranſiuiſſe, prima nãque C magnitudo, & prima B magnitudo in contrarijs extremis ſtadij ſimul erunt conſtitutæ, tãto in tempore per unamquãq; B magnitudinum mota, quanto per unamquamq; magnitudinum A tranſiuit, ut inquit. Propterea q, utraque æquali in tempore, per A magnitudines eſt mota. Ratio quidem igitur hæc eſt, cõmittitur uero in illa dicta fallacia. DILVCI. (H beside the line "ce econtrario")

Vt ſint ſtantes æquales magnitudines, in quibus ſunt A A A A, aliæ autem ſint, in quibus ſunt ipſa B B B B, incipientes ANT.

pientes à medio ipsorum A secundum æqualē numerum bis existentes, & secundū magnitudinē, aliæ autem sint, in quibus sunt ipsa C C C C, ab extremo, æquales his numero & magnitudine, & æque ueloces ipsis B. contingit igitur primum B, simul in ultimo esse, & primum C paralella eorum, supra quæ mouentur, accidit igitur ipsum C, super omnia A transire ipsum B super media A, quare & mediū erit tempus, æquale enim utrunq; erit ad unumquodq;. Simul autem accidit ipsa B ad omnia C transisse, simul enim est primum C, & primum B in contrarijs ultimis, æquali tempore per unumquodq; ipsorum B factum, quanto de ipsis A, ut inquit, Qua utraq; æquali tempore supra ipsa A fiunt, ratio quidem igitur hæc est, sed accidit dicta falsitas.

Demonstratio q, si magnitudo moueatur in oppositum mobilis: mobile in minori tempore eam pertransibit.

Magnitudo stans.



Vt vero deceptio pateat Arist. vult sophisma Zenonis cōponere, & inquit, vt sint æquales stadij magnitudines A A A A. Hæc casus prima pars. verbū illud stadij, & si in græco sonet stantes, ad latinū sensum transtuli stadij, quod intelligit esse spatium, supra quo sit motus, sup has vero stadij quatuor magnitudines moueantur magnitudines B B B B. Incipiendo à medio ipsarum magnitudinum A, quæ numero & magnitudine sunt æquales illis quatuor stadij, numero videlicet, quia quatuor. Magnitudine vero, quia sit vnaquæque vnipes, hæc est secunda casus pars. C C C C vero sint aliæ æquales etiā ijs quatuor stadij & numero, quia quatuor & magnitudine, qa qualibet vnipes, sint etiā æquæ veloces ipsis B, quæ motum incipiāt à calce stadij ecōtrario ipsis B, hæc est tertia pars casus. Ex ijs infert duo, & inquit, accidit igitur primam B, atq; primā C magnitudinem simul in ipsis esse extremis illarū supra quas mouētur, vt vnam ad finē stadij. Alteram ad principium contraposite vt dixit, & accidit C, vniuersas A magnitudines, B vero dimidiū earū peragrasse, ex ijs duobus infert propositum. d. quare sit vt sit dimidium temporis, quo B peragrauit dimidium ipsorum A. & hoc dimidium est æquale ei tempori, quo C peragrauit omnia, A igitur dimidium erit æquale duplo tem poris, vtraq; enim, vtpotè B & C æquali in tempore per vnamquāq; stadij magnitudinem transiuit. Infert secundo, cum ijs vnum aliud quasi cōsequens, & inquit, & insuper accidit B, per omnes magnitudines, C per contactum trāsinisse. Prima nāq; C magnitudo, & prima B magnitudo in cōtrarijs stadij extremis sunt constitutæ, tanto in tpe per vnamquāq; B magnitudinum

A mota per contactum vel alio modo, quāto ipsa prima magnitudo C per vnamquāq; magnitudinum A transiuit, vt inquit, propterea q vtraq; æquali in tempore, per A magnitudines est mota, vna videlicet per dimidium, altera vero omnia, tale aūt consequens subiecit Arist. non q faciat ad rationem, sed vt ostendat qua ratione atq; regula æque velociter ambæ magnitudines mobiles mouētur, vt inde prædictū impossibile sequatur, tunc epilogat rationem & responsionem, vt osten dat syllogismum hunc peccare per fallaciam secundū quid & simpliciter, credendo esse in omnibus magnitudinibus, quod in fixis est, hæc expositio huius loci, vbi nolo te ignorare me multa adiecisse, quæ græca series exposcit, nihilque omisisse, nihil quoq; mutasse, quod non sonet seriei græce, quod facile cognosces ex veteri nostra translatione, quæ vt seruet verbū, prætermittit sensum, tu vero habes vtrāq;, & ideo cōsidera, quæ

B Auer. ait. ex expositione literæ patent.


Neq; rursus in ea mutatione quæ est inter contradictoria impossibile aliquod nobis erit, ut si ex non albo in albū aliquid mutetur atq; in neutro est, tanquam itaq; neq; albū sit, neq; non album. Non enim si non totum in utrouis sit, non dicetur album, aut non album esse. Album enim dicimus aut non album, non quia totum, sed quia plurimis partibus, aut principalissimis sit tale. Non est autem idem non esse in hoc, & non esse in hoc totum, similiter autem res sese habet, & in eo quod est, & in eo quod non est, atq; in cæteris quæ secundum contradictionem dicuntur erit, etenim in oppositorum altero erit ne! Totum autem in neutro semper erit. DI LVC. *Quintus cauillus, & non est Zeno. et sol.*

Neq; igitur secundum mutationem in contradictionem aliquod nobis erit impossibile, ut si ex albo mutaretur in non album, & in neutro est, tanquam ergo neq; album sit. non ANT.

C *enim si non totum in quolibet est, non dicetur album, aut nō album, album enim aut non album dicimus: non quo totum sit tale, sed aut quo plures, aut principalissimæ partes, non idem autem est & non esse in hoc, & non esse in hoc totum. Similiter autem inesse, & in non esse, & in alijs, quæ secundum contradictionem sunt, etenim ex necessitate in altero oppositorum erit, in neutro autem totum semper.*

Quinta ratio quæ est extra illas dictas à Zenone, est quæ destruit subitam mutationē, & sic cōponit. Nihil quod mutat, est in altero extremorū: Omne qd' subito mutat est in altero extremorū, aliter inter contradictoria daret mediū, igit quod subito mutatur, non mutat. huius rationis tāgit vim, & primo proponit initium solutionis, & inquit, neq; rursus in ea mutatione, quæ est secundum contradictionem, impossibile aliquod no- *Cauillum.*

D bis erit, vt si ex non albo in album aliquid mutetur atque in neutro sit, tanquam itaque neq; album sit, neq; non album, hæc est cauilli materia siue vis.



Cui respondet & (vt mihi videt) ipse vult illam maiorē intelligi solū in mutatione successiua, in illa. n. qđ *Solutio.*

moueř nō eſt in altero extremorum. At inter album & non albū non eſt mutatio ſucceſsiua quādo accipiunť ſimpliciter & cōiter, quia ſemper eſt alterum horum. Omne.n.qđ eſt, eſt album, vel non eſt albū. Sed bene eſt mutatio ſucceſsiua inter eſſe totū album,& eſſe totum non album, quia inter hæc pōt dari mediū, poteſt enim eſſe aliquid, quod nec ſit totū album, nec totum non album. vt ſcutum, cuius vna medietas eſt alba, alia vero non, ſed nigra, vel id genus. igitur inter eſſe album & non eſſe album non cadit mutatio ſucceſsiua, ſed bene inter eſſe album totum,& eſſe totum nō album, qm̄ vt ſic nō ſunt contraria, ſed poſſunt ſimul ſtare. inquit, non enim ſi non totum in vtrouis ſit, non dicetur albū aut non album eſſe, quia poteſt eſſe aliquid, quod neç eſt totum album, neq; totum nō album, vt ſcutum. Album enim dicimus aut non album, non quia totū eſt tale, ſed quia in plurimis partibus, aut in principaliſsimis ſit tale. quæ ratio docet, ꝙ cū albū aliquod incipit fieri non albū, nō ita cito ſicut remittitur, erit non album, ſed tam diu erit album quādiu plures partes erūt tales, vel principaliores, qua ratione ſit vt inter album & non album fiat mutatio ſubita, inter album totum, & totum non album ſucceſsiua, ſimiliter inter albū & nigrum ſucceſsiua ſit motio. Sed dices, idem eſt non eſſe totum album,& non eſſe albū, igiť quā cito remittitur, tam cito non eſt totum albū, igitur ſubito erit non album. Reſpondet,& inquit, non eſt aūt idem nō eſſe in hoc,& non eſſe, in hoc totum, pōt.n. aliquid eſſe in hoc, vt in albo,& nō eſſe in albo totū, vt diximus in caſu, in quo incipit remitti album, erit.n. lignū in albo, non tamen in albo totum, quia illius quicq̃ amiſit. ſimiliter ſe habet & in eo quod eſt, & in eo qđ non eſt, atq; in cæteris, quæ ſm contradictionē dicunť, etenim in oppoſitorum altero erit, ne quod mutať, q.d. erit neceſſario ſub altero oppoſitorū, totū aūt in neutro ſemper erit, eſt enim in ſubiectis ſucceſsio extenſiua ſicut in accidentibus, verum in accidentibus quibuſdā erit ſucceſsio penes gradus formæ,& penes extenſionē formæ. Animaduerſione dignū eſſe duplex totum, quod mutatur, aut ſimilare vt lignū, cuius quælibet pars eſt lignum, aut diſsimilare, vt animal, cuius non quælibet pars eſt aīal ſimilare totum erit tale, vtpote album, aut non album, qñ illius plures partes erūt tales, vt ſi lignū ſit plus, quam per dimidiū albū dicif albū. diſsimilare dicitur tale, quādo principaliores partes ſunt tales, etenim in ſimilaribus nulla eſt pars principalis, ſed bene in diſsimilaribus. Propterea Ariſ. in litera ſubiecit, ſed quia plurimis partibus, aut principaliſsimis ſit tale, innuens vtrūq; totum. Inter hæc tamen talis ponif dr̄ia, ꝙ nullū ſimilare incipit eſſe tale, vt albū, per poſitionem de præſenti ſiue alteratio ſit ab intrinſeco, hoc eſt per gradus, ſiue ab extrinſeco, hoc per extēſionē ſubiecti, vbi.n. alteratio ſit per gradus, nunq̃ erit album, niſi habeat gradū vltra mediū, nihil aut incipit habere gradum vltra medium per poſitionē de præſenti, vbi vero alteratio ſit ab extrinſeco, illud non erit albū, niſi habeat plus q̃ dimidium album, nihil autem incipit habere plus q̃ dimidiū tale per poſitionē de præſenti, ſed bene per remotionem, corpus vero diſsimilare poteſt incipere eſſe tale per poſitionem de præſenti, quia incipit eſſe tale per hoc, ꝙ partes principales ſunt tales, hoc autem incipere pōt per poſitionē, vt patet. Dubitat nouus expoſitor, quia videť ꝙ Ariſto. non poteſt euitare impoſsibile propoſitum, nā incipiat aliquod non al-

An Ariſt. conuenienter ſoluat rōnē Zenonis de mutatione qua eſt ſecūdū contradictionem. Vide Egi. hic & Gratiad. Eſcu. le. 2. q. 2. & 3. ar. 4.

Nota hæc.

Egi. hic. Dubi noui expoſitoris.

E bum. vt lignum fieri albū ſm partes. Sumus tūc in medio inſtanti, in quo erit ſm vnū dimidiū albū, ſm aliud non album, ſed nigrū, patet tunc in hoc medio inſtanti nec eſſe album, nec non album, quia non magis dignum denominari ab vno quam ab altero, igitur inter contradictoria dabitur medium. Reſpondet, ꝙ tale lignum non debet dici album, ſed non albū, veluti vna cuius vna pars eſt vera,& altera falſa, tota dicitur falſa,& ita eſt dicendum non album. Sed contra hoc pōt dubitari, quoniam illud lignum eſt coloratum, & nihil eſt in genere, quin ſit ſub aliqua ſpecie, igitur oportet ꝙ ſit aut albuni, aut nigrū, aut vtrunq;, & ita albū & non album. Dicunt quidā ꝙ tale ſine lignū ſiue ſcutum non eſt coloratum, quia nec hoc coloratum, nec illud coloratum, igitur non eſt coloratum,& per conſequens, nec album nec nigrum. Argumentū enim ſup

F ponit falſum. Sed hæc reſponſio videtur falſa, nam ſcutum eſt viſibile, igitur coloratum, coloratum, igiť aliquo colore,& ita ſtabit argumētū, ꝙ aūt ſit vile, probatur, quia per viſum iudicamus illud eſſe bicolorerū, igitur eſt viſile. Propterea melius dico cōcedendo illud eſſe coloratum,& denominari à genere colorum, non tamen denominatur à genere colorum, nō tamen denominať ab aliqua ſpecie. Ad regulā Ariſ. dici pōt, ꝙ oē qđ denominať à gñe, denominať à ſpē aliqua illius, aut habet ſpeciem aliquam illius, quæ ſibi ineſt, nā pōt aliquod accidēs ineſſe alicui,& illud nō denominare.

Solutio.

Replica.

Solutio.

Replica.

Solu. vltima.

Animaduerte in cōmēto ibi, pōt intelligi. ꝙ Auer. textū illum, qm̄ neceſſe eſt, tribus modis exponit, quæ expoſitiones ſunt fortaſſe. quia textus græcus eſt negatiuus. Prima expoſitio ſumit oppoſitas pro cōtrarijs,& tunc ſenſus eſt ꝙ res quæ mouet eſt ſub ambobus ſm

G partem, quia in neutro eſt ſecundum totum, & iuxta hoc dictio illa altero, ſuperfluit, & loco eius legi debet ſub ambobus. Secunda vero expoſitio ſumit oppoſita pro contradictorijs, & tunc ſenſus eſt, ꝙ res quæ mouetur neceſſario eſt ſub altero contradictoriorum, qm̄ neutrum eſt in ea totaliter,& tunc deficit negatio. Vltimo dat tertiam expoſitionem qno ad textus tranſpoſitionem,& ita patet per ea quæ dicit, tu vero ſcias hæc eſſe ſuperflua, quoniam nihil ad ſenſum græcum, vt patet in noſtra tranſlatione.

Que Auer. co. 83.

Rurſus in circulo & in ſphæra, et oīno, in his quæ in ſe ipſis mouētur accidit ipſa quieſcere, in eodē.n. loco ipſe quodā & ipſa & ptes ſunt. Quod ſit ut quieſcāt ac moueantur.

Rurſum in circulo, & ſphæra, & oīo in his, quæ mouentur, quia accideret ipſa qeſcere. In eodē.n. loco ſecūdū tēpus

H *quodā ſunt, et ipſa, & ptes, quare quieſcēt ſil', et mouebūtur.*

DILVCL. *Sextus cauillus.*


ANTI. *Quilibet quaus illorum.*

Quintus cauillus deſtruit motū circularē,& cōponitur ſic, quæcunq; ſunt ſemper in eodē loco, ſemper quieſcunt. circulus ſphæra,& quæcūq; moueně in ſe ipſis ſunt in eodē loco ſemper, igiť ſemper quieſcunt. Debes ſcire, ꝙ circulus à ſphæra: nā circulus in linea eſt ſphæra in corpore, vt dicūt Mathematici. Vlterius animaduerſione dignū naturales imaginari aliquod moueri ſm oēs partes, totūq; exiſtere in eodē loco, vt ſi eſſet vnum corpus cuius vna pars rareſieret, altera condenſaretur in eodē loco exiſtēs. Ariſt. igitur amplexus eſt tria per hunc cauillū, ꝙ videlicet circulus non moueať cōtra imaginationē geometrarū, q̃ imaginanť circulū moueri circulariter, ꝙ ſphæra nō moueaſ cōtra Aſtronomos,& Naturales, ꝙ ēt corpus in ſeipſo motū nō moueaf,& hæc oīa, qa ſemp ſunt in eodem loco.

Tex.85. *Primo quidem enim partes nullo tempore in eodem sunt loco, deinceps etiam totus in alium semper locum mutatur. non enim est eadem circũferentia, quæ ab A, & B & C. sumitur cæterorũq; quolibet puncto, nisi ut musicus homo, & homo, cui accidit, quare in aliam alia semper mutatur, & nũquam quiescet, eodem uero modo, & in sphæra atq; in cæteris quæ in seipsis mouentur.*

Primo quidem enim partes nõ sunt in eodem tempore ullo, postea & totum semper mutatur in alterum, nõ enim eadem est ab ipso A accepta circulatio, & quæ ab ipso B, & quæ à C, & ab aliorum uno quoq; signorum, nisi sicut musicus homo, & homo, quia accidit, quare mutatur semper al tera in alteram, & nequaquã quiescit, eodem autem modo, et in sphæra, & in alijs, quæ in seipsis mouentur.

Demonstratio, quòd totum ex circulo transfertur, sicut transferuntur partes.



Respondet ad cauillum & concedit semper circulũ & sphæram, & quod mouetur in seipso semper esse in eodem loco secundum subiectum, non aũt semper secundum partes, nec f̃m formam, partes.n.cõtinue mu tant locum, totum vero mutat formã siue figurã, possum.n.imaginari in sphæra tot figuras, quot sunt puncta imaginaria, & f̃m has possum dicere ipsam moueri, iuxta quem calum astrologi sentiunt cœlum mutare figuram omni hora diei. Ideo diuerſæ fiunt hoĩum geniture propter dr̃iam cœlestiũ figurarũ, est.n. vna figura nunc, cuius linea à centro ducta terminatur in A punctũ ortus immobile, alia ab eodem centro termina ta in B culmen meridiei: Alia ab eodem terminata in C occasum, alia in D imum noctis, & ista cœli constitutione nancifcitur aliquis, hinc ad horã linea quæ terminabatur in A, erit eleuata aliquantulum, linea quæ terminabatur in B erit declinans etiam aliquantulũ, & cæteræ similiter, quæ ideo docet circulum mutare periferiam, hoc est circunferentiam, & ita patet etiam de sphæ ra, & de eo quod in seipso mouetur, mouentur.n. f̃m partes, & f̃m totum mutãdo formam siue constitutionem, vt Astronomi aiunt, inquit, primo quidem enim partes ipſæ nullo tẽpore in eodẽ sunt loco, & hic est primus cauilli defectus, deinceps totũ etiã in aliũ semp locum mutatur, & primo declarat hoc in circulo ipso.d. non.n. est eadẽ circũferẽtia, quæ ab A, & B & C, sumitur, & quæ sumit̃ à cæterorũ quolibet pũcto, nisi vt musicus homo, & homo, cui accidit. q.d. q circũferẽtię illæ sunt spẽ diuerſæ, subiecto tamen eædem. Quare in aliã alia semper mutatur, & nunquã quiescet, hæc de circulo, idem & de sphæra vult esse intelligendũ, & de his quæ mouent̃ à seipsis, & inquit, eodẽ vero mõ, & in sphæra atq; cæteris quæ in seipsis mouent̃. Hæc ad cauillum.

Commen. 88.

{Cũ induxit.} Cõmẽtum istud põt habere tres partes. In prima exponit vnã textus partẽ. Secũda, ibi & circulus quẽ diuidit partim digrediẽdo, partim exponen A do multa vtilia ait, sed in vltima ibi. Deinde dicit ergo. complet expositionem textus, & prima & vltima pars patet per expositionem textus.

{Et circulus quem.} Hæc est secunda pars, vbi declarat qualis est motus in sphæra, & circulo. & dicit primo q circuli concepti in sphæra ẽ diuersis pũctis producti, sunt idem numero per accidens, quia differunt forma, & cõueniunt subiecto, vt musicus homo, & homo, dicit secũdo q vera identitas est f̃m formã, ea vero quæ est f̃m subiectũ est per accñs, nã idem in rei veritate est idem f̃m formam, qua ratione vt omnes circuli designati in sphæra, quos puncta diuersa diuidunt sunt in subiecto idẽ per accñs, in forma vero differentes. Animaduerte q eadẽ numero dupliciter sunt, aut f̃m essentiam & esse, qua ratione homo hic, & Socrates sunt idem numero, idem omnino, & hæc identitas B est maior illa, quæ est f̃m formã & spẽm. Alia sunt eadem numero subiectiue, qũo musicũ & grammaticum sunt eadẽ numero pro quanto accidunt eidẽ subiecto numero, & idẽtitas numeralis hac rõne est minor illa quæ ẽ f̃m formã & spẽm, & de hac intelligit Auer. {Si igit̃ illud.} Respõdet nunc, q dũmodo sphæra ipsa mo uetur, põt intelligi vno modo q ipsa mutet̃ de vno circulo in alium f̃m formã, & subiectũ, qũo ea quæ mouentur recte mutant̃, & hoc modo sphæra non mouetur. Alio modo, q mutet̃ de vno circulo in alium f̃m formam tantum, & sic sphęra mouet̃. Ex his patet cauillum Zenonis esse nullum, vidit.n. sphæram non mutare locum per accidens, per hoc extimauit ipsam non mutare loca per se simpliciter, sed simpliciter quiescere, & ita commisit peccatum fallaciæ à secũdũ quid ad simpliciter, nam credit, q quia non mutat locũ per ac- C cidens, hoc est ratione subiecti, q nec simpliciter mutet locum. hoc aũt non valet, quia licet ratione subiecti non mutet loca, rõne formæ mutat loca, quia transit per diuersas circũferentias. Ex his concludũt quidã motum cœli esse de loco ad locũ f̃m formam, quia de vna circũferẽtia in aliã. Secundũ vero subiectũ motus eius est circa locum. Propterea quiescit f̃m materiam. *An motus sphæra sit in eodem loco vel non. Vide Egi. hic etiã Bur.*

{Auicenna vero.} Sed ambiges, istæ formæ siue figuræ, siue circuli qui sunt in cœlo, per quos mutat loca f̃m formam, sunt reales vel intentionales. Siquidẽ reales, an situs, vel loca, aut positiones. Respõdet Auic. & vult q eiusmodi formæ sunt situs, & hoc quia credit ad situm esse motum, argumento, quia omne qđ mouetur mutat situm, igitur in situm est motus. Contra obijcit Auer. primo, quia Auic. mutauit per accñs in per se, motus enim primo & per se est in locũ, per acci D deus vero in situm siue positionẽ, q̃ consequitur mobile in ordine ad vniuersum, veluti rarefactio per se est in qualitatem, vtpote in raritatem, per accidẽs vero in locũ. Auic. igitur, quia vidit omne quod mouetur mutare situm, credit ad situm esse per se motum, vt in terminum primũ. Declaratũ est.n. Deinde arguit contra positionem Auic. sic, ad relationem non est per se motus per se, situs est relatio, igitur ad situm nõ est per se motus, maior declaratur, nã ad indiuisibile non est mo tus, relatio indiuisibilis, igitur ad eam non est motus.

{Si igitur.} Soluit pro se, & pro Auic. & vult hũc mo tum esse ad positionem siue situm, & ad locũ. in locũ quidem per se, in positionem per accidens, ceu rarefactio ad qualitatem per se: in locum per accidens.

{Et hoc inuenitur. Quod vero motus ipse sit in sitũ per accidens saltem, probat, nã motus rectus est primo

in locum secundario & per accidens in situm, igitur sphæricos per se primo in locum. Secundario & per accidens in situm siue positionem.

{Quid igitur.} Concludit nunc rationem Auic. esse inutilem, nam si in situm non est motus nisi per accidens, nihil vtilitatis affert, nisi velit ꝙ illud quod mouetur hoc moto, non diuersatur in situm per se, sed secundum formam imaginãdo in situm esse per se motum, quod est falsum, vt probauimus, quare aut Auic. vult sphæricum motum esse per se in situm, aut per accidens, non per se, quia in relationem non est per se motus, non per accidens, quia tunc adhuc remanet quæstio de eo ad quod est motus ille per se, & sic nihil vtilitatis affert.

{Sed tamen.} Respondet tandem ad argumentum Auic, arguebat enim cœlũ mutare situm. Igitur in situm est motus per se, Respondet Auer. ꝙ hæc ratio est sophistica, quia bene ipsum cœlum mutat situm, sed hoc est per accidens, ideo non sequitur, igitur in situm

Bene dubitationes. est p se motus. Sed circa hæc ambiges, primo an eiusmodi formæ quos cœlũ mutat per se & primo sint reales, an intentionales, & si reales, an situs siue positiones, an loca. Auic. vt visum est, voluit has esse reales & vocauit eas situs siue positiones, has Astronomi considerant. dum dicunt planetam esse orientalem occiduum, dextrum, sinistrum & id genus. Auer. ꝙ sint loca, quod stare non videtur, nam circunscripta imaginatione mathematica hæc nulla sunt, cũ lineæ & puncta sint solum imaginaria. Amplius hæc videntur figuræ cœlestes, tales sunt qualitates in quarta specie qualitatis, siue relationes. Amplius dubitant, quia Arist. ait partes mutare locum secundum subiectum, & totum non, quod videtur falsum, quoniam partes simul sumptæ non sunt aliud à toto, tu vero declarationẽ horum omniũ perquire in lib. Destru. Destruct. dispu. 14. in solutione primi dubij. Nunc vero sat sit mõstrasse locũ.

Tex. 86. *His uero demonstratis, impers dicimus moueri non posse, nisi per accidens, ueluti si corpus, aut magnitudo in qua est moueatur, quemadmodum si id quod est in naui latione nauis, aut pars motu totius moueatur. impers autem appello, quod quantitate indiuiduum est, etenim partium motus, & per se alij sunt, & quatenus etiam partes ipsæ motu totius mouentur, uidebit autem quispiam & in sphæra maxime differentiam ipsam, non enim erit ueloc tas eadem earũ partium, quæ centro propinquæ sunt, & earum quæ procul sunt, atq; totius, cum non unus sit motus, ut igitur diximus, sic quidem impers moueri potest, quẽadmodum is qui sedet in naui currente mouetur, per se autem moueri non potest.*

ANTI. *Ostensis autem his dicimus q, impartibile non cõtigit moueri, nisi secundum accidens, ut in corpore moto, aut magnitudine, in qua est, sicut si in naui moueretur à nauis motu, aut pars totius motu, Impartibile autem dico, quod est secundum quantitatem indiuisibile. Et nãq; partium motus alij sunt, & secũdũ ipsas partes, & totius motus, uidebit aũt aliquis & in sphæra maxime differentiam, nõ enim eadem uelocitas erit ipsorum, quæ sunt iuxta centrum, & quæ extra, & quæ totius sunt, sicut non uno semper existente motu, sicut igitur dicebamus sic quidem contingit moueri impartibile, sicut in naui sedẽs naui eunte, per se enim nõ cõtingit.*

Responsio. Ad introductionẽ textus, primo debes scire ꝙ moueri per accñs est vno mõ ad motum eius in quo est. Alio modo ad motũ eius, cuius est pars. At moueri per E accidẽs ad motũ eius in quo est, non vna rõne fit, quia aut in quo est vt forma vel accidens, quõ accidentia & formæ mouentur ad motũ materiæ & subiecti, aut ad motum eius, in quo est, vt pfectio vel modo alio, qua ratione nauta mouetur ad motum nauis. secundo debes scire ꝙ differunt motus partiũ esse per accidens, & motũ accidentis, siue formæ, siue pũcti esse per accñs, quia si partes à toto præcederis moueri per se pñt. Tũ ꝙ cum totius vnimoda vniformisq; volucritas sit, partium varia & difformis habetur. nam diuersa est concitatio partium, quæ sub polos sunt, & partiũ quæ sub maximum illum æquinoctij diuisorem circulum agitantur. At puncta & formæ, & accidẽtia nunq̃ ratione vlla nisi per accidẽs mouentur, eo ꝙ cõtinentur in rebus quibus per se accidit motus, his notatis Arist. vult probare indiuisibile & impers nullo mõ moueri posse F nisi per accñs. Causa aũt est, quia Plato voluit indiuisibile simpliciter moueri & per se, vt Deum & aĩam & huiusmodi, nam Deus est numerus seipsum mouẽs vt anima etiã, fortasse hæc cõtra Platonem. vult constituere, cõtra quem in. 7. arguit, Mathematici quoq; volũt puncta moueri, disputans igitur & contra Platonẽ, & contra Mathematicos hæc proponit, & inquit, his vero demonstratis, contra Zenonem, & alios, impertium siue indiuiduum dicimus moueri non posse, nisi per accidens, veluti si corpus, aut magnitudo in qua est moueatur, quemadmodum si id quod est in naui latione nauis, aut pars motu totius moueat͂, & qm̃ multiplex est impertiũ & magnitudine sicut pũctus & animus, & Deus, & id genus, & multitudine vt vnitas, & forma siue specie, vt ignis & id genus, quid per impertiũ, qđ græce est ameres, velit, exponit & inquit, impers autẽ G appello, quod quantitate indiuiduũ est vt punctũ, animus, Deus, & quilibet intellectus, & id genus, deinde quõ non eodẽ mõ per accñs moueant͂ pũcta, & partes, subiecit. d. etenim partium motus & per se alij sunt, & quatenus etiã partes ipsæ motu totius mouent͂, hoc est differunt inter se, & à toto. Cuius declarationẽ subiungit, d. videbit aũt quispiam & in sphæra maxime differentiam ipsam, nõ. n. est velocitas eadẽ earũ partiũ quæ centrum, hoc est polo propinquæ sunt, & earũ quæ procul sunt à polis. Stella. n. quæ est in corde vrsæ septentrionalis in. 24. horis, paruum describit circulũ, quæ vero in capite arietis iuxta æquinoctium maiorẽ describit eodẽ in tpe, igitur illa tardius, hæc velocius mouebitur, & ita in partibus nõ seruat͂ vnimoda volucritas, nec inter se, nec respectu totius, cũ nõ vnus sit motus vnimodus, atq; vniformis. Ex his cõcludit sensum conclusionis demonstrandæ, & inquit, vt igitur diximus, H siquidem impers moueri põt, quẽadmodum is qui sedet in naui currente moueť, per se aũt moueri nõ põt. Est igitur sensus, impertium per se moueri non potest.

Quæ de his quæ mouentur per accidens. 4. huius tex. com. 42. An partes moueantur p se. vide Aur. loc.

Commen. 86.

{Cũ induxit} Quo ad partes expositiuas commentum istud patet. Quo vero ad digressionẽ mouet quæstionem, dictum est enim partes per accidẽs moueri, sed & inter se, & à toto seruant differentiam quandã, quæret igitur quis, verũ sit hoc tãtum verum in motu sphærico, vt exemplificauit, an quoq; & in recto etiam.

{Sed fore} Rñdet non ad formã, sed ad materiã (vt mihi vř) ꝙ partes sphæræ videnť per se moueri, & non ad motum totius, quia seruant in motu differentiam quandã & inter se & à toto, non tamẽ moueni p se, sed solum


solũ ad motũ totius, at ptes rei motæ motu recto, nec A videnť per se moueri alio motu à motu totius, nec p se mouenť, & hoc declarat per locũ à maiori negatiue sic, partes sphæræ videnť per se moueri, & non mouentur per se, igitur partes rei motæ motu recto nõ mouentur per se. Ad formam autem non respondet, dici tamen potest φ tam in sphæra, quam in motu recto partes non vnimodo motu mouentur, in sphera patuit per ea quæ Arist. ipse dixit, in recto motu patet, quia homo qui mouetur recte motũ in partibus non habet vnimodum, nã caput velocius mouetur, quam pedes, quia in æquali tempore spatium aeris, quod describit caput continet spatium peragratũ à pedibus, igitur in æquali tpe peragrat maius. Similiter in lepore velocius deorsum moueť q̃ vnguis ipse propter eandem causam.

{Et quasi intendit} resumit sensum quem Arist. voluit per hæc, & vult φ nõ eodem modo partes mouentur per accidens ad motum totius, & punctũ ad motũ corporis, in quo est, nam partes nec mouẽtur pure per accidens, nec pure per se, per accidens quidẽ pure nõ, quia id quod pure per accidens mouetur, penitus eodem modo mouetur, sicut id ad cuius motum mouetur, cum omnem motum & modum motus nanciscatur ab illo, pure per se vero minime, quia mouentur ad motum totius, vt accidentia & formæ mouẽtur motu materiæ & subiecti.

{Et cum declaratũ.} Probat φ partes mouẽtur per accidens, quicquid mouetur ad motum alterius, mouetur per accidens, vt patet in formis & accidentibus, quæ mouentur motu materiæ, & motu subiecti, partes mouentur ad motum alterius, igitur per accidens, inquit; & hoc apparet ex verbis Aristote. & ideo excepit istum modũ motus, quo videlicet, ipsæ partes mouentur ab illo quo mouent puncta, & sic induxit exemplum extraneum ab vnoquoq; illorum, nã exemplum de natura, nec competit motui quo mouentur puncta ad motum magnitudinis, nec motui quo mouẽtur partes ad motũ totius. Sed dubitatur primo, quia non videtur φ partes in motu differunt, nec inter se, nec à toto, à toto quidem patet, quia illius motu mouentur, igitur modo illius motus, inter se vero, quia nihil habent per se, sed solum in toto. Dicitur secundum Themi. & Auer. cæterosq; expositores, partes non moueri pure per accidens, quia etiam in potentia possunt per se moueri, vt si essent è toto separata, & quoniam non penitus per accidens habent non nihil perfectatis motus an nexum, quo possint habere aliquã motus differentiã. Quod quidem inter se & non vnimodo moueãtur motu, eo patet, quia vna celerius, alia tardius ferť: φ vero è toto, declaratur; quia totũ motu totius inuariabiliter fertur, partes vero nõ eo mõ quo totũ, huius ratio est, quia esse possunt per se, & ita non pure per accidens.

Tex. 87. *Mutetur enim ex A B, in B C, siue in magnitudinem ex magnitudine, siue in formam ex forma, siue secundum contradictionem de opposito in opposito. Tempus autem in quo primo mutetur, sit D: igitur ipsum eo in tempore quo mutatur, aut in A B, aut in B C, aut partim in hoc, partim in altero esse necesse est, omne nãque quod mutatur sic se habet, in vtroq; quidem igitur aliquid ipsius non erit, erit enim partibile, neq; erit in B C, esset enim mutatum. Supponebatur autem mutari, restat igitur ipsum in A B esse eo in tẽpore quo mutatur, quiescet ergo, quod enim in eodem est quodam tempore, id quiescere dicebam ys.*

Demõstratio, q̃ impos̃e est impartibile per se moueri.



Quod punctũ & vniuersaliter nullum indiuisibile per se moueatur, declarat, quia vel est totaliter in termino è quo, vel totaliter in termino ad quem, vel partim & partim in vtroq;, nõ partim & partim in vtroq;, quia tũc esset diuisibile, nõ totaliter in termino ad quẽ, quia esset motũ, & ita non moueť contra casum, si totaliter in termino ad quẽ, quiesceret, p definitionẽ quietis, & ita nõ moueretť, hanc rationem vt facilius capia- B tur per terminos disponit, & res translatione constat.

Quare fieri non potest ut impers moueatur, aut omnino mutetur, esset enim dũtaxat ipsius motus hoc pacto, si tempus suis ex nunc constaret. Semper enim in ipso nunc motũ est atq; mutatũ ita, ut moueatur nunq̃, motũ uero sit semp, at hoc esse impos̃e, ostẽsum est & prius, neq;.n. tẽpus ex nũc ipsis, neq; linea ex pũctis, neq; motus ex momẽtis cõstat, nã nihil aliud asserit q ita ait, nisi motũ ex imptibus cõstare, pinde ac si tẽpus ex ipsis nũc assereret, aut magnitudinẽ ex pũctis. Tex. 88.

Quidam vt nouus expositor) faciunt hic secũdam rationem, & nõ placet, cum quasi procedat Arist. illatiue. Alij φ Arist. reddat causam cur impertia moueri non possint, & hoc modo Auer. introducere videtur, quod nec etiam cõsonat, nã reddere rei causam est demonstrare, & non demonstrat vt dixit in prima ratio- C ne, nec vt ait post, igitur erit noua ratio, quod Auer. negat in sequenti cõm. 89. vbi notat ipse secũdam rationem. Melius igitur cũ Themistio videtur mihi esse dicendum, φ Arist. vult declarare secundum quam positionẽ potest saluari imperitia ipsa moueri, & sm quã non, & declarat φ apud dicentes tempus & vniuersaliter omne continuũ cõstare ex impertibus saluari potest impers moueri, at apud tenẽtes tempus nullum, atq; continuum nullum ex indiuiduis cõponi id defendi non potest, inquit, quare fieri non potest, vt impers moueatur, aut omnino mutetur, esset enim tempus motus hoc pacto dũtaxat, si tempus suis ex nunc constaret, cuius rationem subscribit, d. semper enim in ipso nunc motum est atq; mutatum, ita vt moueatur nunq̃, motũ vero sit semper. Tenẽdo igiť tẽpus ex ipsis nũc, & motũ ex momentis & nõ ex partibus diuisibili- D bus cõstare, id defendi põt, hoc aũt esse impos̃e ostensum est & prius, neq;.n. tempus ex ipsis nũc, neq; linea ex punctis, neq; motus ex momẽtis cõstat, nõ igiť sm veritatem defendi potest, nã nihil aliud asserit, qui ita ait, nisi motũ ex impertibus cõstare, perinde ac si tempus ex ipsis nunc assereret, aut magnitudinem ex punctis, iuxta igiť tenentes tempus ex ipsis nunc constare defendi põt impers moueri. Sed oportet dicere consequenter motũ cõponi non ex motibus, sed ex momentis, iuxta vero tenentes tempus & continuum nullum ex indiuiduis cnnstare, id defendi nõ põt, declarat autem Auer. φ qui dicit tempus ex ipsis nunc constare, dicere cogatur motum ex momentis fieri, & inquit, & hoc quod dixit manifestum est, quoniam causa in continuatione motus est, quia motus est de genere continuorum, & hæc cõtinuitas motus est causa cõtinui-

tatis temporis,& conuertibilis cum illa, vt fuit plures ostensum,quæ ratio docet per viam signi & demonstrationis,quia posset argui tempus est ex ipsis nũc, igitur & motus ex momentis,ab effectu ad causam.

Insuper etiam ex ijs perspicuum neq; punctũ neq; indiuiduum ullum moueri posse,omne nãq, quod mouetur,impossibile est maius seipso transeat prius quam aut per æquale, aut per minus se moueatur. Quod si ita sit,perspicuum et punctum seipso minus aut æquale prius transire, at cum sit indiuiduum,impossibile est per minus se moueatur prius, per æquale ergo. Quare ex punctis linea constabit, punctum.n. æquale sibi semper peragrando, uniuersam lineam metitur. Sed hoc eẽ nõ põt, igitur indiuiduũ moueri fieri nõ poterit.

Nunc secundo arguit & sumit primo punctũ si mouetur,non posse moueri nisi semper æquale sibi, hoc deducit,quia omne quod mouetur prius transit minus,vel æquale sibi,quam maius se vt sensu patet, at punctus mouetur,igiẽ antea transibit minus vel æquale sibi. Sed minus se trãsire non põt,quia est indiuiduũ quo nihil est minus,igitur semper mouebitur per æquale sibi. Ex hac suppositione concludit, quare ex pũctis linea siue longitudo siue spatium constabit,cuius probationem subscribit.d.pũctum enim æquale sibi peragrando semper vniuersam lineam metietur. arguatur igitur sic,mensuratum ab indiuiduo componitur ex indiuiduis,spatium per hæc quæ diximus mensuratur ab iudiuiduo. Igitur constat ex indiuiduis.

Si hæc rõ valet videtur sequi q, indiuisibile nõ posset moueri per accidens, nisi magnitudo cõponatur ex indiuisibilibus. Vide Bur. hic.

{Hæc est alia declaratio.} Auerroes præmittit differentiam inter hanc demõstrationem & primam, nam prima fuit quasi eadem illi,quę facta fuit textu cõmen. 32. videlicet, omne quod mouet partim est, & reliqua, solum hoc differens,quia illa fuit ostensiua, prima ratiu nunc facta est ad impossibile.

{Et si apparet.} Dubitabit fortasse iunior,quia videtur superflua hæc pertractatio, nam demõstratum est omne mobile esse diuisibile,& sequitur per cõuersionem,per contrapositionem,igitur omne non diuisibile est non mobile, ad quid igiẽ nunc pertractatio hæc?

{Intendit.} Respondet ꝙ Arist. in suis libris intendit naturam rei,& non res accidentales, q.d.ꝙ Aris. declarat hoc nunc per se,quia illud fuisset scitũ & pertractatum tantum per accidens,tanquam sequens.

{Auempace vero} Auempace soluit aliter & vult,ꝙ textu.32.probatũ sit oẽ mobile esse diuisibile diuisione accepta penes cõtrarietates terminorũ,hic vero probatione mobile esse diuisibile diuisione accepta ab ipso mobili,quæ vocaẽ dimensio,& ita Arist.nõ superfluus est.

{Et iam.} Contradicit huic Auer. dicens cõtra hoc argutum esse superius,& ita tenenda est prima solutio.

{Hæc autem.} Nunc docet vires syllogismi, & sm ipsum Aristo.petit primo nihil posse pertransire maius se,nisi prius aut minus aut æquale pertrãseat, petit secundo punctum nõ posse pertransire minus seipso, ex ijs infertur tertia ꝙ punctum transeat æquale sibi antea,quam maius,his sumptis pro antecedente, sequitur lineam & spatium constare ex punctis. consequentiã deducit,omne ex puncto mensuratum ex punctis constat,linea,si punctum mouetur mensuratur puncto,igitur ex punctis constabit.

{Et hoc quod.} Cõfirmat hanc rationẽ sic, nã dato ꝙ hæc ratio nõ valeat,valebit illa Zenonis ꝙ nihil contingit pertransiri,nam pũctum semper erit in puncto, & ita transit actu pũcta infinita. Dicit vltimo Auer.ꝙ

E hæc cõsequentia est alio modo ab illa Zenonis,ꝙ est verum,nã illa fuit de mobili diuiduo, hæc de indiuiduo.

Præterea si omne q, mouetur, in tempore mouetur ut in ipso nunc nihil moueatur, omneq; tempus diuiduum sit, erit utiq; aliquod tempus minus quolibet eorum quibus quæ mouentur per æquale sibi mouentur, in quo mouetur illud, id enim in quo mouetur tempus erit ipsum. Propterea q, omne q, mouetur in tempore mouetur, tempus autem omne esse diuiduum, prius demonstratum est, si igitur punctũ mouetur, erit aliquod tempus eo tempore in quo aliquid mouetur per æquale,hoc aũt est impossibile,nã in minori per minus moueatur necesse est,quare erit diuisibile, quod indiuisibile est, in minora,quemadmodũ & tẽpus in tempus. Impers.n.atq; indiuiduũ moueretur duntaxat,si in indiuiduo nunc motus ipse fieri posset, eiusdẽ.n.rationis est in ipso nunc moueri, & F *aliquid indiuiduum moueri.* Tex. 90.

Expositores nostri propter malas translationis rationem hanc euertũt in sensum extraneũ, quia habet quæstionis non paruũ locum. Propterea iuxta sensum doctissimi Them compono syllogismum ostensiue,licet ipse arguat per impossibile, omne quod mouetur in aliquo tpe per æquale sibi,in minori tpe mouebitur per spatium minus se, vt si scorpius in hora peragret spatium æquale sibi,idem scorpius non variatus spatium minus se in minori tempore peragrabit. Sed impers & vniuersaliter nullum indiuiduum põt in minori tempore pertransire spatium minus seipso, igitur nõ potest moueri,minor patet, quia tunc indiuiduũ esset diuisibile in minora. Ad probationem maioris sumit quædam,d.præterea si omne ꝙ mouetur in tempore mouet vt in ipsu nunc nihil moueatur, hoc est primũ. G omneq; tempus diuiduum sit,hoc est secundũ, dat tertium.d.erit vtiq; aliquod tempus minus quolibet eorum quibus quæ mouentur per æquale sibi mouentur in quo mouetur,illud, vtpotẽ id tempus in quo mouetur per minus seipso, in quo.n.mouetur punctum erit tempus ipsum. Propterea ꝙ omne ꝙ mouetur, in tempore mouetur,tempus aũt omne esse diuiduum,prius ostensum est. Ex his vult hanc maiorem, omne qđ mouetur in aliquo tempore per ęquale sibi, in minori tempore mouebitur per minus se,addit minorem, non modo quo diximus, sed vt demonstret per impossibile.d. si igitur punctum mouetur, dat conclusionem. d. erit aliquod tempus minus & tempore in quo aliquid mouetur per æquale vtpotẽ cum mouetur per minus se, hoc autẽ est,nã in minori per minus moueatur necesse est,quare quod indiuiduum est, erit in minora diuisi H bile:quemadmodum & tempus in tempus minus, erit igitur syllis, omne quod mouetur per æquale in certo tempore potest moueri in minori tempore per minus, punctũ mouetur per æquale in certo tpe, vt dicere coguur aduersarius,igitur per minus in minori tempore hæc conclusio est impossibilis,& non maior, igitur minor,& ita nullo modo moueri poterit. Declarat demũ, iuxta cuius positionem id saluari potest, & inquit, impers enim atq; indiuiduũ moueret duntaxat, si indiuiduo nunc motus ipse fieri posset,quia non esse tempus diuisibile in minora, & ita nec motus in minora,imino æquali tpe transiret maius æquale, & minus, quia oĩa in ipso nũc,nã eiusdẽ rationis est in ipso nunc moueri, & aliquid indiuiduum moueri propter rationes datas. Hæc est expositio partis, vt mihi videtur, Auerroes autem hoc modo literam intelligit, & rectè ait, accepit enim

Fundatur demonstratio in illa suppositione q, oẽ mobile prius pertrãsit minus se, quã sibi æquale & in transeundo maius se transeat in maiori tẽpore.

An si indiuisibile moueretur sequeretur q, magnitudo esset composita ex indiuisibilibus,et q, tempus esset compositum ex ip̃s nunc & q, motus eẽt compositus ex momentis, & q, linea componeretur ex punctis. vide Egid. l. 80. bene.

Dubitatio. enim(vt mihi videtur)à Them. Dubitant propter qđ punctũ si moueretur per se, oportet esse in spatio sibi æquali, & nõ si moueretur per accñs, etiã dato q mobile solũ spatium tangeret in puncto, vt de sphæra dicitur. Dici pòt(quicquid velint alij,)q quãdo punctũ mouetur per se, occupat per se locũ, qñ per accñs occupat locũ ad occupationẽ mobilis in quo est, & sic non oportet esse in loco aliquo equali sibi nec minori, cum nõ per se, sed ratione mobilis sit in loco. Quærũt vtrũ id qđ mouetur semper sit in loco sibi æquali, captiũculatores ne prætereãt vnguẽ logices asserunt, omne quod mouetur esse semper in spatio, siue loco maiori se. Arguũt istud, quia vel in spatio minori se, vel æquali sibi, vel maiori, non minori vt patet, q non in æquali declarant vel in tpe vel in momento, non in tpe, quia tunc quiesceret vt superius est dictũ nec in momento, quia momenta & instantia & nunc ipsa nulla sunt, quare conclusio vera erit. Sed hæc positio est cõtra Arist. Them. & Auer. nã demonstratũ est superius, omne q mouetur in aliquo tpe primo sm se totũ in ipsius tpis nulla parte esse penes idem spatij, quia tũc quiesceret, tamen dictũ est q in quolibet momento tpis est penes idẽ & æquale spatij, & rationẽ adiecit Them. quia tunc vniuersum spatium cõmensurari cõficiq; nõ posset à mobili. Propterea soluit penes æquale spatium esse id quod mouetur continuo, nõ tpe, sed momento. Tenendum igitur est omne quod mouetur continuo in momento esse penes aliquid spatij sibi æquale. Ad rationẽ patet solutio, momenta enim & si non sunt actu separationis in tempore, sunt in actu existẽtiæ in illo. Et hoc satis est, & omnes rationes eius soluuntur illo interempto vt patet.

Quæstio. vide Alber. de sano q. 10. huius.

Põ prima.

Tex. 91. *Mutatio autem nulla est infinita, e quodã enim in quoddam est omnis, & ea quæ in contradictorijs, & ea quæ in cõtrarijs est, quare mutationũ quidem earum quæ in contradictorijs sunt, affirmatio & negatio finis est, generationis quidẽ id quod est, corruptionis uero id q non est. Mutationum uero quæ inter contraria sunt, ipsa contraria termini erunt. Nã hæc mutationis ultima sunt, quare & alterationis omni. Alteratio nãq; ex contrarijs quibusdam est. Simili ratione auctionis etiam & imminutionis, nã auctionis quidem id finis est quod secundum propriam naturam completæ est magnitudinis imminutionis uero huius remotio.*

Vltimo Aristo. de finitate & infinitate mutationis pertractat & declarat primo q generatio & alteratio & auctio sunt finitæ duratione, & vtitur hac ratione, omnis mutatio inter contraria & terminos finitos est finita, generatio, auctio, & alteratio, inter terminos sunt finitos, igitur hæ omnes sunt finitæ. verba Aristo. translatione ipsa patent. Auerroes in commento probat cuiuslibet rei naturalis esse maximum & minimũ in quantitate suæ auctionis, & hoc per exemplum tam in similaribus, q̃ in dissimilaribus. In similaribus quidẽ probat per exemplũ embrionis, cuius quantitas est minima in initio generationis, maxima vero in fine, dissimilaribus vero id declarat per exemplum hominum, & in quibus est maximus & minimus & medius homo rem hanc probat ratione, & potest esse hæc, cuilibet speciei est constituta certa actio, igitur erat magnitudo, qua expletur actio illa, & certa qualitas siue dispositio, non enim actio speciei proficisci potest à specie sub quacũq; quantitate & qualitate cõstituta, quia frustra esset auctio & cremẽtum. Cum igitur nulla res sit absq; actione speciei eius, nulla erit absq; propria &

Confutatio.

De minimo.

A constituta quãtitate. Quare nullũ ens naturale potest diuidi in infinitũ, quia sub quacunq; quantitate posset exercere actionẽ suæ speciei. Erit igitur omnis res naturalis sub certa quantitate. Et hæc ratio est pulchra & in primo disputata est.

Latio uero ipsa hoc quidẽ mõ finita non erit. Non. n. oĩs est in cõtrarijs: Sed quoniã qđ rõne ista impossibile est diuisum esse, id ut diuidatur nõ est possibile, multifariã. n. impossibile ipsum dicitur quod quidẽ ita est impossibile, diuidi, & omnino quod factũ esse, id est impossibile fieri, & id mutatũ esse impoße, in id utiq; mutari nequit, in qđ mutatũ eẽ est impoße. Tex. 92.

Nũc probat lationẽ finitã esse. proponit tñ differentiam inter rationẽ factã, & eã q̃ vult facere, & inquit, latio vero ipsa hoc quidẽ mõ finita nõ erit, vt dictæ mutationes finitæ sunt, nõ. n. oĩs est in cõtrarijs, quia non illa cœlorũ, illa aĩalium, illa violenter latorum, sed solũ B motio elementorũ naturalis, quæ ratio docet finitatẽ de latione ea demonstratione probari non posse, qua & de dictis mutationibus probauit. probat igit sic, impossibile factũ est impossibile fieri, mutatum esse, vbi latio sit infinita est impossibile factũ: igitur mutari latione infinita est impossibile fieri. inquit, sed qm quod ratione, ista impossibile est diuisum esse, id vt diuidatur non est possibile, & hoc altius exponens distinguit vlterius dicẽs, multifariam. n. impossibile ipsum dicitur. Vno modo qđ non est poẽ diuidi simpliciter vt cœlũ dicit impoẽ diuidi & impoẽ esse diuisum, quia nec diuidi neq; diuisum esse pòt. Alio modo quod fieri posset, hoc est incipi posset, sed dicit impoẽ fieri, qm est impoẽ factũ. vt diametrũ costæ cõmensurari est impossibile, quia nõ pòt esse cõmensuratũ, posset tamen C incipi cõmensuratio, est igit distinctio hæc, q impoẽ fieri est duobus modis, aut ratione fieri, vt cœlum dicitur impossibile diuidi, quia id fieri nequit p se rõne fieri, aut ratione facti, vt quando esset posibile factũ, iam esset possibile fieri, vt si diametrũ cõmensuratum esse costæ esse posset, iã cõmensurari posset. deinde apponit minorẽ. d. & id subaudi qđ fert mutatũ esse est impoẽ, vtiq; est igit in id mutari nequit, in quod mutatum esse est impoẽ, est igit rabo qđ fert latione infinita nõ pòt esse latũ, qđ nõ potest esse latũ non pòt ferri igitur quod fert nõ pòt ferri latione infinita. Animaduersione dignũ vt ex Themi. & Commen. colligit, qđ motus ẽ, aut aĩalis aut naturalis, & aĩalis aut rectus aut circularis, naturalis. n. motus nõ est nisi rectus, aĩalis rectus est motus processiuus, circularis vero vt cœlestis, vterq;. n. aĩalis motus sm positionem peripateticorũ. Tunc videt velle Auer. q in omni latione siue natura-D li siue aĩali, motus est de contrario in contrariũ, sed in naturali res ipsa patet vt in motu elementorũ naturali, in motu vero aĩali siue recto, siue circulari illud nõ patet, & quia demonstratio est ex notioribus, propterea Arist. transtulit se ad aliam demonstrationem euidentiorẽ. per hæc tollit cõtradictio. nã Quinto huius Aris. vniuersaliter voluit oẽm motũ esse inter contraria, hic videtur excludere lationẽ, tollitur itaq; contradictio, qm in Quinto loquitur secundum rei naturam, hic vero excludit lationem, quia in illa non apparet ista terminorum contrarietas. Notat Auer. in cõmen. isto, q aliquid dicit indiuisibile dupliciter. Vno modo cuius genus est diuisibile, ipsum tamen non est aptum diuidi, vt cœlum. genus enim cœli videlicet corpus est natũ diuidi, cœlũ vero non. Alio modo cuius nec genus nec spe-

Auer. Thē.

Auer.

cies est apta diuidi, vt vox, quia nec sonus, nec ipsa vox est apta diuidi, vult igitur Aristot. hanc distinctionē tetigisse, vt æquiuocationem ac multiplicitatē tolleret. E

Tex. 93. *Si igitur id quod fertur in aliquid mutatur, & erit possibile mutari, fit ut motus non sit infinitus, neq; ut quicquā per infinitum feratur, nunquam enim id pertransibit. Quod quidem igitur sic non sit infinita mutatio, ut finibus non sit terminata, perspicuum.*

Arguebat à parte facti Arist. lationis finitudinē, nūc à parte fieri, quasi ex dictis inferendo arguit dicens. Si igitur id qđ ferť in aliquid mutať vt in finē, ita vt suapte natura sit poſſe mutari in illud vti in finē, fit vt motus nō sit infinitus, & fit vt neq; quicq̄ p infinitū ferať, quia tale infinitū nunq̄ tale mobile pertransibit. Ex his concludit ꝙ in rei veritate oīs mutatio tam naturalis, q̄ aīalis, quā etiā cœlestis, vt Them. addit duobus terminis claudať, & inquit, ꝙ quidem igiť sic non sit infinita mutatio, vt finibus non sit terminata perspicuū, cū F enim oīs mutatio sit ad aliquid, etiam esse debet ab aliquo, & ita finibus clausa, licet nō appareat, vt diximus.

Dubitatio. Solutio. Themi. Sed dices contra, q̄m motus cœli est infinitus duratione, igiť nō pōt finibus claudi. Innuit Themi. solutionē & inquit, motū cœlestē esse finitū si ad magnitudinem respicias: si vero ad tēpus respicias, poterit vnus idēq; specie motus infinitus, atq; ęternus institui, qui superfinitam nihilominus magnitudinē alterando cōmeandoq; digerať, et rursus incipiat, & ita vult cœlestē motū claudi sine magnitudine ipsa, & esse æternū spē nō numero, qđ quo pacto sit exponendū, in. 8. explorabiť.

Tex. 94. *Vtrum uero sic esse possit ut una & eadē infinita sit tempore, considerandum est. Vbi enim una quidem non fiat, prohibebit fortasse nihil, ueluti si post lationem alteratio sit, & post alterationem auctio, & generatio rursus post hanc. Sic* G *enim semper quidem tempore motus erit. Sed non unus, quia ex uniuersis unus non est, ut autē unus infinitus tpe fiat præter unum non pōt. hæc autem una, ipsa uidelicet conuersio.*

Vltimo Aristo. disputat an modo aliquo motus ipse esse possit tempore infinitus, & hoc inquit, vtrum vero sic, esse possit vt vna & eadem mutatio infinita sit tempore, considerandum est, hæc est dubitatio. Respōdet ꝙ motus dici potest vnus aggregatione, qua ratione latio, alteratio, gñatio, & auctio sunt vnus motus, quia quodam successu cōnectuntur. Alio modo vnus specie & formaliter secūdum numerū, quo diceremus motu ignis esse vnum quia vnius mobilis, in vno tempore, & reliquis modis. tunc respondent ꝙ capiendo motum vnum primo modo. hoc est vnitate aggregationis, sic motus vnus esse potest tempore infinitus, sed sumēdo motum vnū simpliciter, sic nullus esse potest nisi conuersio cœlestis, inquit, vbi enim mutatio vna quidem non fiat simpliciter. prohibebit fortasse nihil motum esse tempore infinitum, veluti si post lationem sit alteratio, postq́; alterationem auctio, & generatio rursus post hanc, sic quidem tēpore semper motus erit quia conuertetur è generatione in lationem, è latione in alterationem, ab alteratione in auctionem, ex hac in generationem, & hoc infinities, sed non vnus simpliciter, quia ex vniuersis vnus nō est, vt autem vnus infinitus tempore fiat, præter vnum non potest, hæc autē vna est, videlicet cōuersio ipsa. Quare vnitate aggregationis illud esse potest, vnitate simpliciter non nisi in circulo, de his tamen latius in Octauo disputabitur.

Et sic est finis Sexti Libri ad laudem Dei.

ARISTOTELIS PHYSICAE AVSCVLTATIONIS LIBER VII.

Cum Augustini Niphi Suessani Tralatione, Commentariis, ac Recognitionibus.



MNE qđ mouetur, ab aliquo moueri necesse est. Si quidem enim in se motus principiū non habeat, ab alio patet ipsum moueri. Sed si in se habeat, accipiatur ipsum in quo sit A B, quod quidem moueatur nō ex eo quia quid sui mouetur, primum igitur ipsum A B, putare à se moueri, quia & totum mouetur & à nullo externo, simile est ac si quis putet ipsum D E Z, moueri à se, per hoc quod dum D E, mouet E Z, simul mouetur totum D E Z quia nō discernitur utrum ab utro mouetur, ut utrum ipsum D E, ab ipso E Z, aut ipsum E Z, ab ipso D E. DILVC.

Septimi Libri expositio cum recognitionibus.



MNE quod mouetur, necesse est ab aliquo moueri. Siquidem enim in se ipso non habet principium motus, manifestum est, q. ab altero mouetur. Si autē in seipso, accipiatur A B, q. mouetur, non quo horum hoc aliquid mouetur, primum quidem igitur opinari A B, à seipso moueri, propter id quod totum mouetur, & à nullo exteriorum, simile est, sicut utiq; aliquis de mouente E Z, & ipso moto, opinetur D E Z, à seipso moueri, propter id quod non uidetur utrum ab utro moueatur, utrum ipsum D E, ab E Z, aut E Z, ab ipso D E. ANTI.

Animal.

D	E	Z
A	Cœlum.	B

OMnes expositores sentiunt Aristo. hoc in Septimo velle pertractare de motu ipso ratione habita ad motorem, & mobile, è quibus proficiscitur. Nam ex hoc declarabitur motū æternum esse, motoremq́; & mobile æterna. Qua ratione primum mobile esse, & primum motorem immobilem. Incipit autem à comparatione motus ad motorem, & ponit talem cōclusionem. Omne quod mouetur ab aliquo moueri necesse est. Circa quam primo declarat, in quibus conclusio patet, & in quibus latet, deinde demonstrat illam per rationes. Conclusio itaq; patet in his quæ ab extrinseco mouentur, vt mota violenter, hæc enim moueri ab alio, manifestum est per se, latet vero in motis ab intrinseco, vt animalia. Omne enim animal moueť à se, quo fit vt primo aspectu videatur à nullo alio moueri. Sed ostendit, ꝙ licet animal non videatur moueri ab alio, non propter hoc valebit, igitur de facto ita est ꝙ non mouetur ab alio, hoc declarat exemplo, inquit, sed si in se habeat principium motus, vt animal: accipiatur ipsum in quo sit A B, quod quidem moueatur (H; margin: Expositio intentio lib.; Conclusio.)

non

non quidem quia quid sui mouetur, tűc ostendit consequentiam non valere, videlicet non apparet moueri ab alio, igitur non mouetur ab alio, & inquit. primum igitur ipsum A B, putare moueri à se, quia & totű mouetur & à nullo extraneo, simile est ac siquis putet ipsum D E Z, moueri à se per hoc ꝙ dum D E, mouet E Z, simul mouetur totum D E Z. quia non discernitur vtrum ab vtro mouetur, vt vtrum ipsum D E, ab ipso E Z, an ipsum E Z, ab ipso D E. *Declaratio expositoris noui.* Hæc deceptio potest declarari in animali, vt nouus expositor exponit, anima.n. mouet corpus per se, & corpore moto mouetur anima, vt mota naui nauta mouetur, qua ratione fit vt anima mouente, corpus etiam animal totum moueatur, cum etiam anima ipsa moueatur, saltem per accidens. Ignorantes itaq; quæ pars animalis quam partẽ moueat, & videntes animal totum moueri, animal se moueri secundum totum autumant, erit igitur deceptio quatenus ignoramus quæ pars quam partem moueat. Quod si sciremus animam per se mouere corpus, ad cuius motum totum animal per se mouetur, sciremus totű ipsum moueri à parte, vt est aliquo modo alia à toto, & sic sciremus motű ab intrinseco moueri etiam ab alio.

Commen. 1.

{In hoc tractatu Auer.} Primo præponit partis intentionem, videlicet vtrum omne motum habeat motorem, cuius intentionis causa est, quia sensui apparet aliquid moueri absq; sensibili dña inter motum & motorem, vt quatuor elementa, in quibus sensu nõ discernimus differentiam inter motorem, & rem motã, quare hinc credidere ita esse in veritate.

{Et quidam vident,} circa hanc demonstrationẽ expositores differẽter loquuntur. nam quidam demõstrationem hanc infirmant, vt Galenus in libro cõtra demonstrationem Aristot. alij (vt Themistius) hanc demonstrationem superfluere contendunt. cű in octauo huius res hæc latius declaretur.

{Et quia rerum.} Motorum alia mouentur ab extrinseco, vt proiecta, alia ab intrinseco vt animalia, iterum eorum quæ mouentur ab intrinseco, quædã mouentur ratione partis, vt Quinto huius diximus, vt qñ ægrotat homo ob ophthalmiã, aut podagram, totus .n. homo ægrotat propter partis ægrotationem, quædam mouentur per se & primo, vt animalia, animal.n. mouetur ſm totum, quia pars eius mouet totum per se, & seipsam per accidens, vnde ait ꝙ motum primum in animalibus est corpus, quod non mouetur secundű totum, eo quia pars eius mouendo se mouet totű, igitur anima mouet corpus primo, & in corpore mouetur, & ita corpus est primum motum se ſm ordinem, & compositum ex anima & corpore primum motum secundum æquationem Arist. igitur per A B primum motum, intelligit motum secundum totum, & non secundum ordinem.

{Quoniam hoc intellectum.} Ex ijs affert causam erroris Galeni & aliorum. Gal. enim credit esse aliqđ motum ex se, & non ab extrinseco vt etiam Plato sentit. & per hoc credit demonstrationem Arist. esse falsam. Deceptus est Gal. nam vult Arist. aliquod moueri à se, & illud moueri ab alio, à se quidẽ, quatenus nõ ab aliquo extrinseco, ab alio vero quatenus à parte mouet, quæ seipsam mouet. Cætera commenti patẽt. *Prima dubi.* Sed circa dicta Aris. & Auer. quærunt primo vtrum sit per se notum omne motum ab extrinseco moueri ab alio.


A Et videtur ꝙ non, quia proiectum est motum ab extrinseco, & non est manifestű è quo mouetur, nã alij volunt ipsum moueri à virtute impressa, alij è continẽte, alij aliter. Respondent recentiores per regulam secundi Priorum, & septimi Topicorű aliquod esse notum in vniuersali, & ignorari in particulari, vt de mula constat, est.n. notum per se omnem mulam sterilem esse, & tamen ignotum an hæc mula quæ in vtero est sit sterilis. *Replica.* Sed dices contra, omne motum ab extrinseco ab alio mouetur de per se scito, omne proiectű est motum ab extrinseco, igitur omne proiectű mutetur ab alio de per se scito, & sic vt per se scitur in vniuersali, ita scitur in particulari. *Defensio.* Defendi possunt recentiores isti quia logicè loquuntur, ꝙ ex maiori de necessario vel per se scito, conclusio est necessaria cum reduplicatione medij, vt Philoponus & Auerro. volunt primo priorum. B Qua ratione erit conclusio hæc, igitur omne proiectű mouetur ab alio de per se scito in quantum motum ab extrinseco. *Secunda dubi.* Secundo dubitãt, quia nõ videtur simile de toto A B, & de toto D E Z, nam A B, mouebitur, quia ipsum A, mouet B. Sed D E Z, mouetur quia D mouet E, & F, mouet Z, igitur non sunt similia. *Expositio. An idem possit mouere se, Vide Sco. 9. met. q. 14. ar. 3. d. 1. q. 8. ad argumenta principalia.* Animaduertendum ꝙ Arist. per A B, intelligit aliquod motum, quod mouetur è parte sua qualitatiua vt ab anima, qua ratione cœlum fortasse mouetur. Anima.n. cœli mouet corpus cœleste primum ad cuius motum totum cœlum mouetur, per ipsum vero D E Z, intelligit animal, cuius sunt tres partes, anima videlicet, cor, & reliquum corporis, modo anima primo mouet cor, & mediante corde mouet reliqua membra, totumq; corpus, sunt igitur similia, & dissimilia. Quantum quidem ad modum mouendi similia sunt, C quia vtraq; è parte mouenter, intrinsecoq; motore. Quantum verò ad motorem differunt, nam A B, mouetur primo è sua parte qualitatiua vt ab anima, qua ratione diximus cœlum ipsum moueri D, vero E Z, sic mouetur è parte quantitatiua, quia corpus mouetur è corde moto, & ita totum mouetur eo ꝙ vna pars q̃titatiua mouet aliam, & ita differunt, ꝙ totum A B, mouetur, quia vna pars qualitatiua mouet alteram, totum verò D E Z mouetur, quia vna pars quantitatiua mouet alteram. Et quantum ad hoc non intelligit Aristo. *Tertia dubi.* Tertio dubitant, quia dicit Auer. calorem moueri per accidẽs, & intelligit, quia calor mouet corpus ad cuius motum mouetur, vt natura in naui, & idem de aĩa ipsa vult intelligere. Modo hoc vr̃ dubium, quia oẽ mobile per se est diuisibile per se. 6. Physi. & mobile per accidens diuisibile per accidens, vt in libro de substantia D orbis. igitur si aĩa & calor sunt per accidens mobiles, erunt etiam per accidens diuisibiles, quod negatur de anima, est.n. ipsa (vt cõiter dr̃) tota in toto & tota in qualibet parte. *Responsio.* Rñdendum apud Auer. ꝙ aĩa est in duplici differentia, quia quædam est è qua dependet subiectum. & ipsa nullatenus è subiecto, vt animæ cœlorű primo Physi. cõmen. 63. quædam è qua dependent subiectum, & ipsa è subiecto, vt animę animalium. Hę.n. dicuntur formæ constitutæ per subiecta, hoc est dependentes in esse & in conseruari à subiectis, animæ primæ & animæ secundæ ambæ mouentur per accidẽs ad motum corporum, animæ quidem cœlorum ſm esse reale mouentur per accidens ad motum cœlorum, per hoc ꝙ earű subiecta mouẽtur, vt Octauo Physi. cõmen. 52. & ideo cum sint independentes sunt indiuisibiles, at aĩę animalium cum sint constitutæ per subiecta mouentur

tur per accidens, & constituuntur à subiectis inesse diuisibili, quemadmodum ipse constituuntur inesse, cum enim in esse collocentur & existant e subiectis, etiam in esse diuisibili constituuntur. Et in hoc Auer. dissentit à latinis. Illi enim generatim omnes animas indiuisibiles, autumant. Auerro. verò cœlestes indiuisibiles animales diuisibiles.

DILVCI. *Amplius quod à seipso mouetur, id nunquam ex eo moueri desinet, quia aliquid aliud moueri cessauit, igitur si quid ex eo moueri desinit, quia aliud quoddam stetit, id ab alio moueatur necesse est. Hoc enim patefacto, omne quod mouetur ab aliquo moueatur necesse est.*

ANTI. *Amplius quod à se ipso mouetur, nullo modo pausabit, cum mouetur, instando aliquid alterum quod mouetur. Necesse est ergo, si aliquid pausat quod mouetur instando aliquod alterum, hoc ab altero moueri. Hoc autem manifesto facto necesse est, omne quod mouetur, moueri ab aliquo.*

Non quiescens ad quietē alterius. Per se ipsum motum.



Expositio Intentio Syllogismus. Hactenus in quibus conclusio pateat, in quibusue lateat, declaraui. Nunc verò probat virtutem cōclusionis simpliciter per rationem. Vnde potest ratio ex textu lecto, & præsenti ita componi, omne qđ ab extremo mouetur ab alio mouetur, & omne quod ab intrinseco mouetur ab alio mouetur, sed omne qđ mouetur ab extremo, aut intrinseco mouetur, igitur omne quod mouetur ab alio mouetur. minor est manifesta per se, maior verò quantum ad primam partē sensu patet. Secunda autem in qua erat quæstio, sic hypothetice declaratur, si aliquid quod mouetur, quiescit ad quietem alterius, ab alio mouetur. Sed omne quod mouetur quiescit ad quietem alterius, igit omne quod mouetur ab alio mouetur. Syllogismus est hypotheticus continuus à positione antecedentis ad positionem consequentis. maior declaratur per conuersionem per contrapositionem sic, quod per se ipsum mouetur, non quiescit ad quietem alterius, igitur per conuersionem, per contrapositionē, si aliquid desinit moueri alio quiescente, ab alio mouebitur, q́ fuit maior, inquit. Amplius quod à seipso mouetur, id nūquā ex eo moueri desinet, quia aliud moueri cessauit, hanc petit ex quidnominis moueri per se, igitur per conuersionem per contrapositionē si quid ex eo moueri desinit, quia aliud quoddam stetit, id ab alio moueatur necesse est, hæc est hypothetica & maior, deinde ponit antecedens quæ fuit minor, & inquit, hoc.n. patefacto, hæc est positio antecedentis, infert pōnem consequentis, qua fuit conclusio, & inquit, omne qđ mouetur, ab aliquo moueatur necesse est. Hæc positio antecedentis, & conclusio.

Pro syllogismo.

DILVC. *Cum enim ipsum A B moueri sit sumptū, diuisibile erit, omne nanq; quod mouetur diuisibile est, sit igitur diuisum in G. igitur G, quiescente & A B quiescat necesse est.*

E *Quoniam enim si sumptum est A B esse quod mouetur, diuisibile erit, omne enim diuisibile erat, diuidatur igitur in G, necesse est igitur B C, quiescente, quiescere, & A B,* ANT.

A G B

Nō quiescēs ad quietē alterius quiescētis ad quietem alterius. Per seipsū motū nō ꝑ seipsum mouet.



Erat minor prosyllogismi, sed omne ꝙ mouetur, F quiescit ad quietem alterius. Hanc nunc sic prosyllogizat, omne diuisibile ꝙ mouetur, quiescit ad quietē alterius, omne ꝙ mouetur est diuisibile, igitur omne ꝙ mouetur quiescit ad quietem alterius. De rōne accipit minorem tantum primo in exemplo.d.' cū enim ipsum A B, moueri sit sumptum diuisibile erit, hæc est minor in exemplo, sed vniuersalis minor est, oē nãq; ꝙ mouetur, diuisibile est, deinde adiicit casum, & inquit, sit igitur ipsum A B, diuisum in G, quo quidē stante in textu proximo, probabit maiorem huius prosyllogismi: deinde infert conclusionem. Et sermo patet.

Quod si non quiescat, sumatur igitur ipsum B C, moueri. Si enim quiescente ipsum A G, mouetur, non igitur per se mouetur ipsum A B, at per se primo moueri supponebatur, patet igitur ipso C B, quiescente & ipsum B A, quiescere, at tunc cessare moueri. Sed si quid ex eo moueri desinit, quia G *quiescit aliud, id ab alio mouetur, patet igitur propter hoc omne quod mouetur ab aliquo moueri, omne enim quod mouetur diuisibile est. parteq; quiescente totū ipsum quiescere.* DILVC.

C

A G A

Si enim non, accipiatur moueri, igitur A B, si enim quiescente, mouetur utiq; A B, non ergo per seipsum mouetur A B, sed concessum est per se moueri primum. manifestum igitur ꝙ C B, quiescente, quiescet B A, & tūc pausabit, quod mouetur, sed si aliquid in quiescēdo aliud, stat & pausat moueri, hoc ab altero mouetur, manifestū igitur ꝙ omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur, diuisibile enim est omne, quod mouetur, & parte quiescente, quiescit & totum. ANT.

Maior proximi syllogismi erat, omne mobile diui- H sibile quiescit ad quietem partis, quam non expressit, nunc probat istam per impossibile, & vult ipsam esse expressam, & primo arguo sic non in terminis, si totū motum diuisibile non quiescit ad quietem partis, igitur potest moueri altera parte quiescēte: sed quod mouetur altera parte quiescente, mouetur altera parte mota, igitur mouetur secundum partem, & secundum partem quiescit, igitur nō mouetur per se primo, quia moueri per se primo est moueri secundum totum, & sic ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis. Ari. tamen vtitur terminis ignotis. d. Quod si non quiescat ipsum motum diuisibile quiescente parte, sumatur igitur ipsum B G, quod erat altera pars moueri propter cuius motum totum ipsum A B moueri dicatur per se primo, accipit cōuersam, vt inferat intētum, & in-

An aliquid moueatur & per se & primo. V ide Iā. magi. q. 1 Iotus & cursus Parisi. q. 1 Ioan. Vide & Iādu. q. 2 Ioan.

& inquit. si enim ipsa B G parte quiescéte ipsum A G mouetur quod est altera pars, ad cuius forte motũ mouetur ipsum totum A B, non igitur per se mouetur ipsum A B, at moueri per se primo sumebatur, & ita patet ipso G B, quiescente, & ipsum B A quiescere, deinde repetit totam rationem & patet. Animaduerte ꝙ Aristo. ponit primo B G moueri, post mutat casum & ponit ipsum quiescere, mota altera parte G A. Et hoc ideo vt ostendat pluribus modis, & variis rationibus sequi idem.

Commen. 2.

{Quia manifestum.} Primo Auerro. format rationem literæ. Secunda ibi {declaratum est igitur} Digreditur circa speciem demonstrationis Arist. Quantum ad primum format rationem dupliciter. Secunda ibi {Et necesse est hic esse} De prima forma accipit primo, omne quod non mouetur ab alio non cessat per cessationem alicuius, quoniam non quiescit nisi à se, & per se.

{Sequitur.} Ex hac propositione infert conuertentem. d. igitur per conuersionem per contrapositioné, omne quod cessat per cessationé alterius à motu, mouetur ab alio, est igitur vna pars antecedentis, oé quod cessat per cessationé alterius à motu, mouetur ab alio.

{Et cum posuit.} Secunda propositio antecedentis est, omne quod mouetur est diuisibile, verum antequã hanc ponat, intercipit vnum per modum parẽtesis, ꝙ videlicet illud per cuius quietem motum ipsum cessat moueri est non vna ratione, quia aut est ipse motor, vt animal cessat moueri quotiens cessat moueri cor, qđ est animalis motor, aut pars, vt cessat podagrizare homo, cum pes non podagrizat, aut fuerit corruptio motoris vel partis. Quod si nullo horum fit modorũ, erit cessatio à motu per accidens, quibus sumptis, accipit secundam partem antecedentis, videlicet omne quod mouetur est diuisibile. Tunc illis sumptis in antecedẽte infert consequens ꝙ apparet ex hoc omne motum moueri ab alio. Formetur igitur ratio per modũ enthymematis, omne quod quiescit ad quieté alterius, mouetur ab alio, omne motum est diuisibile, igitur omne quod mouetur mouetur ab alio.

{Deinde incipit narrare.} Nunc declarat consequẽtiam primo in terminis, deinde per impossibile, q̃ res ex declaratione textus patent.

{Et hoc quod dixit.} Auer. hic refellit opinionem Galeni. volut enim Gal. esse motum per se, & illud nõ cessare à motu cessante parte, immo hæc stant simul ꝙ sit motum per se, & pars quiescat, quia potest moueri per se ratione alterius partis. Causa huius expõnis est, quia ipse intelligit per motũ per se illud quod non mouetur per accidens, siue moueatur per partem, siue vniuersaliter per totum. Contra hoc sumit Auerro. & Arist. intelligere motum per se, motum primum secundum se & quodlibet sui, non illud quod mouetur per partem, ideo errat Gale. in expositione huius loci. Sed ambiges contra responsionem Auer. nam totum mobile incipit moueri cum aliqua eius pars incipit moueri, quia non alio incipit totum moueri quã pars, igitur si pars mouetur totum mouetur, sed pars potest moueri altera parte quiescente, igitur totum potest moueri, altera parte quiescente. Et hæc erat mens Gale. Respondetur pro Auer. ꝙ parte quiescente totum potest moueri categorice tentum, & hoc non negasset Auer. sed Aristot. & Auer. volunt parte quiescente non mo-

Dubi.
An sit verum quod quiescẽte parte dicatur totũ quiescere.
Vide. Egi. hic
Responsio.

A ueri totum per se. Modo ratio debet sic formari, totum mobile incipit moueri per se, cum aliqua pars incipit moueri per se, & hoc negatur, quia ad hoc ꝙ aliquid per se moueat, oportet vt per se totũ moueatur.

{Et necesse est hic.} Secundo format rationem alio modo & petit primo ꝙ cuiuslibet rei naturalis est dare aliquod motum primum intelligendo per motum primum, minimum illius, vt in igne minima pars quæ põt esse in actu, & in motu animalis, minima pars quæ potest mouere animal, vt minimum cordis.

{Et manifestum est.} Petit secundo primũ esse minimum motum quiescere cum pars illius quieuerit, nam si non, tunc non esset minimum, quia haberet partem per quã posset moueri, & alteram quam posset quiescere, & ita haberet duas partes actuales, quarum quęlibet esset de se alicuius operatiua, quare non esset minimum, vt supponebatur.

B {Cum igitur.} Nunc ex hac secunda suppositione concludit tertiam ꝙ videlicet tale primum motum ab alio mouetur, & syllogizat sic, omne quod quiescit ad quietem alterius mouetur ab alio, vt in alia ratione est demonstratum, primum motum quiescit ad quietem alterius, vt in secunda suppositione est demonstratũ, igitur primum motum mouetur ab alio.


An rõ philosophie nõ plus probet quod aliquid non moueatur à seipso primo quã quód non moueatur ab alio primo.
Vide. Egi. hic.

{Et quia omne motum.} His tribus stantibus Auerro. intendit talem rationem, omne motum primũ mouetur ab alio, vt per suppositiones has patet, omne habens primum motum mouetur ab alio, quia saltem ab eo à quo mouetur primum motum, sed omne quod mouetur per se, aut est primum motum, aut habens primum motum, igitur omne motum per se, ab alio mouetur.

C {Et in hoc erat.} Tangit vtilitatem rationis, quasi volens de animalibus rationes hasce esse perspicuas, nam animalia moueri ab alio patet, sed quia dubium erat in elementis, hæ rationes de elemẽtis efficaces sunt ad hoc vtiles. Sed dices, prima suppositio videtur superflua, quia absq; illa demonstratio fieri potest. Dicendum ꝙ illa suppositio superfluit ad syllogismum literæ, sed est vtilis ad terminos, quia quis posset dicere qđ est primum motum, ideo petit dari prima mota, & illa esse minima mota.

{Declaratum est igitur.} Ex iis concludit Auer. qualis est demonstratio Arist. & vult esse demonstrationẽ signi. Animaduerte ꝙ omnis demonstratio resoluitur in duas propositiones & tres terminos Primo Priorũ, termini igitur sunt, ab alio moueri, quiescẽs quiete alterius, motum vel quod mouetur, vtpote ab alio mo-

D uetur, quiescens quiete alterius, quod mouetur.



Vult modo Auer. demonstrationem hanc esse signi. Hoc autem exponunt recentiores ꝙ est signi, quia ab effectu. nã B, hoc est quiescere ad quietem alterius est effectus

Respon. recentiorum.

effectus ipsius A, hoc est eius quod mouetur ab alio. Ideo enim aliquid quiescit ad quietē alterius, quia ab alio mouetur. Sed hoc stare non potest, quia nec motus est causa quietis, nec quies motus, vt nec cęcitas est causa visus, nec visus est causa cęcitatis, melius igit͡ est dicenda demōstratio signi, quæ in plus est apud Auer. q̄ demonstratio ab effectu. Habere enim lac, est signum partus, non autem effectus, vt Philoponus inquit, in primo de Anima, modo nos concludimus peperisse propter lac, si in proposito quiescere ad quietē alterius est signum ꝙ quoddam moueatur ab alio, nō tamen illius effectus, nec illius causa, & hoc ignorarunt iuniores.

Confutatio.

{Et potest quis dicere.} Mouet quæstionē contra Aristot, erat enim syllogismus, omne quod quiescit ad quietem alterius, mouetur ab alio, omne quod mouetur potest quiescere ad quietem alterius, igitur omne quod mouetur, ab alio mouetur. Contra minorem instat dupliciter, primo de cœlo ipso, nam cœlum ipsum mouetur, & non potest quiescere ad quietē partis, q̄m nulla illius pars potest quiescere cum totum necessario mouetur. Secundo anima Platonis quæ est anima mundi mouetur, & tamē non potest quiescere ad quietē partis, cum non habet partem.

Quæstiones.

{Ad hoc dicendum.} Respondet ꝙ illa propositio, omne quod mouetur potest quiescere ad quietē partis, est vno modo vera, & alio modo falsa, vera quidem de moto in eo ꝙ corp⁹, falsa de moto in eo ꝙ tale motum, vtpote cœlū & id genus, & q̄m consideratio hæc est de corpore in eo ꝙ corpus, ideo est vera. Vult igitur Auerro. ꝙ ratio formetur sic, omne quod quiescit ad quietem alterius, ab alio mouetur, omne quod mouetur in eo ꝙ mouetur, & est corpus, potest quiescere ad quietem alterius, igitur omne quod mouetur in eo ꝙ mouetur & est corpus, ab alio mouetur.

Prima respō. *Qualiter formetur ro.*

{Et est sciendum.} Contra hanc responsionem potest argui, quia est posibilibus non sequitur necessarium, modo minor est possibilis, igitur non sequitur conclusio necessaria. Respondet Auer. ꝙ in demonstrationibus signi potest conclusio necessaria sequi ex posibili, dummodo sit aliqua propositionum necessaria. Tunc ad formam vult ex maiori necessaria & minori possibili conclusionem esse necessariam & demōstratiuam, demonstratione signi, & ita est hic, maior est necessaria, & minor possibilis.

Solu. replic.

{Sed dissolutio.} Forte quia responsio hæc est falsa, nunc aliter respondent, & accipit primo ꝙ propositionum sylli ducētis ad impo͡e aliquæ sunt categoricæ, aliquæ hypotheticæ, & hypotheticæ non vna rōne, q̄dam.n. sunt, vbi accidens est posibile, aut in esse, aut necessarium & consequentia necessaria, vt si sol exoritur dies est, & in huiusmodi semper ponit͡ antecedens, & infert consequens, aliæ sunt in quibus semper añs est impossibile, & in talibus destruitur consequens, vt habeatur oppositum antecedentis, & talibus simp vtimur in syllogismis ad impossibile, nam in illis arguitur ab opposito conclusionis cum altera propositione ad oppositum alterius.

Sc̄da solutio.

{Cum igitur dixerimus.} Nunc respondet ad formam & vt possum capere vult rationem Arist. esse sic formandam, omne mobile cuius si pars quiescit ipsum totum quiescit ab alio mouetur, omne quod mouetur est mobile, cuius si pars quiescit ipsum totū quiescit, igitur omne mobile ab alio mouetur, modo cōtra

Ad formam. Syllogismus.

E minorem non potest instari cœlo, quia cœlum est mobile, cuius si pars quiescit, ipsum cęlum totum quiescit, nam hæc hypothetica est necessaria, licet antecedēs & consequens sint impossibilia, nam vbi ponatur hanc conditionem esse falsam, tunc staret parte quiescente, totum moueri, quod est impossibile. Sed hic dubitatur primo contra vtrasq; solutiones, contra primam quidem arguunt. Auicenna & expositor, pnmo quia simili ratione totum cœlum quatenus corpus potest quiescere, & sic superfluit assumere diuisionem mobilis, & quietem partis. Secundo omnis propositio est simpliciter impossibilis quādo prædicatum repugnat subiecto ratione differentiæ specificæ quāuis non repugnet ratione generis, est.n. impossibile simpliciter ꝙ homo sit irrationalis quis sibi non repugnet in eo ꝙ animal, F igitur impossibile est partem cœli quiescere, quia hoc est contra ratione specificam talis corporis. Tertio, oē possibile quandoque est in actu vel erit in esse, Primo Priorum, sed hoc nunquā erit in esse, quare est impossibile. Hæc argumenta possunt solui, & supponamus propositiones possibiles taliter esse ponendas in esse, qualiter sunt possibiles, ideo potest talpa videre in eo ꝙ animal & non debet poni in esse in talpa, sed in animali, ponitur autem in esse in animali, quotiés in æquo verificatur. Et ita patet solutio ad quæstionem, cœlum .n. potest quiescere & totum & illius pars. Arist. autem de parte meminit, quia de parte facilius intelligitur rō, potest tn̄ de toto etiam formari per hāc rationem. Ad secundam dicitur, ꝙ illa propositio est simpliciter & absolute falsa, sed possibilis sub ratione generis & reduplicatiue. Ad tertiam patet solutio ex declaratione præmissa. G Animaduerte tn̄, ꝙ hæc responsio videtur ambigua ac ratione tantum, quia per hoc non haberetur plus nisi ꝙ omne quod mouetur in eo ꝙ corpus ab alio mouetur, modo Arist. conclusio est absoluta, propter hæc non mihi placet. Contra secundam dubitant propter multas causas, potissimum, quia per idem probaretur risibile nō in esse homini primo, quia remouebitur ab ipso si remouetur ab animali. Dici potest, ꝙ demonstratio Arist. debet intelligi, si remouetur ab altero, quod sit aliquid illius quod mouetur, modo licet risibilē remoueatur, ab homine, si remouetur ab animali, animal non est pars integralis hominis, licet genus sit & pars quidditatiua, per alterū igitur Aristo. vult partem integralem. Tertio dubitant, vtrum demonstratio Arist. sit signi, aut propter quid Auer. tenet esse demonstrationem signi. Expositor vult esse de H monstrationem propter quid. Nam demonstratio Ari. est, ꝙ omne quod mouetur ab alio mouetur, propterea quia motus totius depēdet à motibus partium, modo vt partes ad totum, ita motus partium ad motū totius, sed partes sunt causæ totius, igitur motus partium causa est motus totius. Ego vero dico ꝙ demonstratio Aristo. potest dupliciter considerari. Vno modo q̄tum ad id quod est, & sic est demonstratio signi. nam Arist. probat omne motum moueri ab alio, & per hoc ꝙ quiescit ad quietem alterius, modo hoc est signū & non causa. Est.n. regula cuius meminit Ioannes, cum aliqua affirmatio est causa negationis, eiusdem negatio nō semper est causa illius affirmationis, vt licet esse risibile sit causa non esse hinnibile, esse hinnibile non est causa non esse risibile, cum negatio nullius sit causa, & sic in proposito moueri, est causa non quiescēdi, at quiescere non est causa non mouendi, sed signum.

Dubium. Prima do. S. Thom. Prima rō. *Sc̄da.* *Tertia. Solutio.* *Propter quid sol. Auer. videtur falsa.* *Sec̄ūda dubi.* *Responsio* *Tertiu du.* *Diuersæ pcnīs.* *Respō ppria.*

Alio modo potest considerari quãtum ad id quod potest significare, & sic potest esse demonstratio simpliciter vel demonstratio causæ, quia vt eam exponit expositor, est propter quid. Animaduerte tamen ꝙ Ioañes & alij non declarant quomodo hæc demonstratio est signi, ideo recurre supra vbi hoc exposui. Animaduerte etiam ꝙ iuxta primã Auer. responsionẽ syllogismus est mixtus ex minori possibili, maiorique necessaria, itéq; minori reduplicatiua, hoc modo de necessitate, omne motum quod quiescit ad quietem alterius, mouetur ab alio, de contingenti, omne quod mouetur in eo ꝙ motum vel corpus quiescit ad quietem alterius, igitur de necessitate, omne quod mouetur quatenus mouetur, ab alio mouetur. Iuxta vero secundam responsionem demonstratio erit, omne motum cuius si pars quiescit ipsum totum quiescit, ab alio mouetur: omne quod mouetur est motum, cuius si pars quiescit, totũ quiescit, igitur omne quod mouetur ab alio mouetur. Et hoc modo patet solutio ad omnia obiecta.

Demõstrationum forma. An demonstratio hæc Arist. sit ꝓp quid vel signi. Vide Egid. hic & Iã. q. 2. huius & Burl. hic. & Gratia. Esc. hic. 1. q. 2. 3 & 4.

RECOGNITIONES.

Debes scire, ꝙ verba in principio huius textus sunt obscura, & in græcis codicibus reperiuntur corrupta, propterea lege sic, si quiescit B C quiescit & A B, intelligẽdo per B C, partem, per A B totum, si. n. non, accipiatur moueri igitur A B, idest si. n. quiescẽte B C, nõ quiescit A B accipiatur igitur moueri A B. si. n. quiescente. s. B C mouetur vtique A B, tunc non per se primo mouebitur A B contra suppositum, erat. n. cõcessum A B, à seipso moueri primo, hoc est ſm se totum, consequentiam non probat, quia patet, eo. n. ipso qđ ponitur A B, ſm aliquid quiescere, & secundũ aliquid moueri, sequitur A B non moueri à seipso primo. Ex his verbis patet ꝙ verba græca, & latina sunt corrupta, & vbi legitur B C legi debet A B, & vbi legitur A C, debet legi A B. verba autem sic corrupta patent. Animaduerte, ꝙ teneri potest demonstrationem hãc esse signi, quia medium est quiescere quiete alterius, maior vero est moueri ab alio, modo quiescere est effectus motus, agens. n. quod mouetur ab alio, quiescit ab illo, quatenus seipsum mouebat. Præterea aiaduerte ꝙ prima demõstrationis Aristotelis forma hæc est, omne quiescens quiete alterius ab alio mouetur: omne quod mouetur à se ſm se totum, in eo ꝙ corpus, quiescit quiete alterius, ergo omne quod mouetur à se ſm se totum in eo ꝙ corpus, mouetur ab alio, hæc forma in commentariis optime reprehenditur, quia tunc non posset proficisci ad species eius, quod mouetur per se, tenenda igitur est secunda forma.

DILVCI. *Cum autem omne quod mouetur ab alio moueatur, necesse est ut id omne quod in loco mouetur, ab alio moueatur: & id igitur quod mouet ab altero, nam ipsum etiã iam mouetur, & rursus hoc ab alio, at nõ ad infinitum hoc proficiscitur sed stabitur alicubi, atq; erit aliquid quod primo causa erit ut omnia moueantur.*

ANT. *Quoniam autem omne, quod mouetur, ab aliquo mouetur, necesse est & omne, qđ mouetur in loco, moueri ab alio, & mouens igitur ab altero, quoniam & ipsum mouetur, & iterum hoc ab altero, neq; in infinitum abibit, sed stabit alicubi, & erit aliquid quod primo causa erit motus.*

Hactenus demonstratum est, ꝙ omne quod mouetur ab alio moueatur. Nunc vult ostendere esse primũ motum in loco, quod videlicet mouetur à motore in

An grauia & leuia moueant ... Vide Scot.

A ipso primo, tamen concludit, ꝙ omne quod mouetur in loco moueatur ab alio, & vult hanc rõnem, omne quod mouetur, mouetur ab alio, omne quod mouetur in loco, mouetur, igitur omne quod mouetur in loco, mouetur ab alio. de ratione tangit maiorem & cõclusionem vt patet, hoc accepto, declarat ꝙ est deueniread primũ motum ex se in loco, & arguit sic, ex quo motũ in loco ab alio mouetur, accipio illud è quo mouetur, cum illud etiam moueatur, quia omne mouens in mouendo mouetur, vt nunc supponimus, vel illud mouens mouetur, vel non, si non, cum ipsum moueat, erit primum motum ex se, quod erat propositũ, si mouetur adhuc ab alio, quæramus de illo, & cum non sit processus in infinitum, tandem oportet stare ad primum mouens, quod est primum motum, & causa omnium eorum, quæ mouentur.

2. dist. secũda. q. 10.

An aliquid posit moueri à seipso primo. Vide grat. ad. Esc. le. 3. huius.

An idẽ possit agere in seipsum. Vide Albe. de sa. q. 2. huius.

B

Commen. 3.

{Cum declarauit.} Auerroes in præsenti cõmento primo repetit rationem, qua probatum est, omne motum moueri ab alio. Secunda ibi {Deinde accepit} ꝓcedit ad expositionem literæ. Quantum ad primũ hæc propositio, omne quod mouetur ab alio mouetur, declaratur, primo de motis ab extrinseco, vt quæ generãtur siue corrumpuntur, quæ augentur, atq; alterantur, omnia hæc patet ab alio moueri. Item etiam in translatione de motis ab extrinseco patet, vt violẽter mota. Hæc omnia sensu patent, ratione vero tacta, patet etiam in motis ab intrinseco, ꝙ ab alio mouentur, igitur vñr patet, omne quod mouetur ab alio moueri.

{Deinde accepit.} Nunc exponit textum, & vult ꝙ Arist. accepit hanc propositionem, omne quod mouetur ab alio mouetur tanq̃ maiorem ad declarandũ ꝙ, C omne motum in loco, ab alio mouetur.

{Licet hoc sit.} Sed obiicies, nam omne motum in loco moueri ab alio', est declaratum, qñ declarata est illa vniuersalis, omne quod mouetur ab alio mouef, nam qui de omni genere declarat aliquid, & de omni specie idem declarare videtur, cum igitur de omni moto sit declaratum moueri ab alio, & de moto in loco idem relinquetur.

An in omni motu mouens & motũ sint simul. Vide Albe. de. sa. q. 2. huius.

{Et dixit.} Anteq̃ soluat, componit syllogismum literæ sic, omne quod mouetur ab alio mouetur, omne motum in loco mouetur, igitur omne motum in loco ab alio mouetur.

{Sed ista declaratio.} Hoc præaccepto, soluit ad dubium, & hæc ratio non est de per se, sed confirmatiua. probatum est. n. de omni moto moueri ab alio, igitur de moto in loco, verum hæc ratio est logica accepta potius ad confirmandum.

D {Et potest intelligi.} Rationem Aris. aliter exponit, vult maiorem esse sic intelligendam, omne primũ motum ex se in loco mouetur ab alio, igitur necesse est vt omne motum in loco moueatur ab alio, & tunc ex hoc vult habere aliam solutionẽ ad dubium, ꝙ licet in conclusione dicta sit etiam pñs conclusio subintellecta de moto in loco, tñ est eadem probata nunc noua rõne. Ad formam igitur dicendum ꝙ non superfluit, tum quia ratio illa est confirmatiua, vt prima ait respõsio, tum ꝙ est noua ratio, vt dicit secunda rñsio, & idẽ potest pluribus modis probari.

{Et cũ declarauit,} Animaduertendum ꝙ Auer. rationem Arist. vult consistere in duobus fundamentis. Primum ꝙ omnis motor extrinsecus à moto in mouendo mouef. Nã oĩs motor extrinsecus est corpus, & omne

Primum fundamentum.

Secundum.

& omne corpus in mouendo mouetur. Secundam fundamentum, omne motum à se, hoc est à principio intrinseco est primum motum ex se, aut continens primum motum ex se, ideo si deuenitur ad ipsum motũ ex se, deuenitur ad primum motum ex se. Cætera quæ Auerro. ait ex textu patent. Sed dubitabis primo, quõ hæc ratio sit logica, vt dicit prima responsio. Hæc ratio est necessaria, igitur non logica. Circa secundam respõsionem dubitatur circa illam consequentiam, quõ valet, omne primũ motum in loco mouetur ab alio, igitur omne, quod mouetur in loco mouetur ab alio. Tertio dubitatur, quia nõ videtur quod omnis motor extrinsecus in mouendo mouetur, nam cœlum alterat, & non alteratur. Quarto dubitatur, quia per hanc rõnem non habetur ꝙ detur primum motum ex se vniuersaliter in toto mundo, sed tñ in vnoquoq; ordine, vt in motis animalium ad cor, in proiectis ad manũ. Ad primam recentiores aiunt rõnem illam esse logicam, quia in ea arguitur per regulam logicæ à superiori distributiue ad inferius affirmatiue. Melius dico ꝙ hæc ratio est logica, quia non concludit aliquid per se ignotum, vt exponit Auer. 2. huius, cõmento. 3. Ad secundam patet solutio per proximũ cõmentum, nã omne motum in loco est primum motum aut habens primũ, hoc est minimum motum, ideo sequitur si primũ hoc est minimũ motum mouetur ab alio, igitur omne motum in loco, quia oẽ vel est primum motum, aut continens primum motum. Ad tertium. verbum Auer. est intelligendum in motu locali, nam primũ alterans est corpus & alterat & non alteratur, vt in fine Secũdi capi. de Substantia orbis. Ad quartum dicendum, ꝙ Aristo. non vult habere aliud secundum omnes, nisi ꝙ in omnibus motis & mouentibus est deuenire ad primum motũ ex se in ordine illorum tñ, vt in mouentibus & motis animalium est deuenire ad cor, in proiectis ad manus, sed ꝙ sit deuenire ad cõe primũ motũ ex se, quod dicitur cœlum, non hic, sed in Octauo declarabitur, & in libro dicetur Cœli.

An in moto à tali mouens sit similiter cum moto. *Vide Iand. q. 4. huius.* *Sol. prima.* *Vid. Burl. hic.* *Solutio sc̃da.* *Solutio tertia.* *Sol. quarta.*

RECOGNITIONES.

PRocedit nunc ad propositum, & intendit ex propositione declarata deducere esse deueniendũ ad primũ corpus, quod mouetur à seipso, & à nullo alio exteriori corpore. & debes scire Aristotelẽ intelligere per primũ corpus, quod mouetur à seipso, illud quod mouetur, & non ab alio exteriori corpore. dico nõ ab exteriori corpore, quia si moueaẽ ab aliquo sui, vt ab anima, nõ propterea non esset primũ corpus, quod mouetur à se, hoc exposito, Arist. procedens ad intẽtum, & ex propositione deducta infert duo. primum, quod omne, quod mouetur in loco, mouetur ab alio, sm̃ ꝙ mouens rem in loco, si fuerit externũ, ipsum etiam est corpus adhuc motum ab alio, vnde inquit, qm̃ autem omne, quod mouẽ, ab aliquo mouetur, necesse est et omne, quod mouetur in loco, moueri ab alio, hoc est primũ, & necesse est igitur etiam, mouens externum, à quo mouetur, quod mouetur in loco, ab altero moueri, cuius causam affert, quia ipsum mouens externũ etiã mouetur, non. n. potest externum mouens esse corporis, nisi corpus, & omne corpus in mouendo mouetur. Quare si mouens corpus quod mouetur in loco, moueatur ab altero, oportet illud alterum vel esse externum, vel internum, & cum non procedatur in infinitũ, oportet venire ad aliquod primum corpus, cuius mouens E non sit corpus externũ, sed internum & à nullo motũ.

Circa demonstrationem hanc multæ dubitationes in commentariis soluuntur, sed vna occurrit, quia videtur Arist. sibi contrarius, primo. n. probauit oẽ, quod mouetur, moueri ab alio, nunc probat esse deueniendũ ad aliquid, quod mouetur à se, quæ videntur repugnare, & dicendum, ꝙ probauit omne quod mouẽ, moueri ab alio, siue illud, à quo mouẽ, sit aliquid eius, siue non, nunc probat esse deueniendũ ad aliquid corpus, quod mouetur à se, hoc est non alio corpore externo, cum quo tñ stat ipsum moueri posse ab aliquo sui, quodlibet sit aliud ab eo aliquo modo, non tamen est corpus externum ab illo, & sic non aduersantur.

Si enim non in infinitum erit proficiscendum, moueatur tunc A quidem ipsum ab ipso B, ipsum uero B ab ipso C, atque C ipsum ab ipso D modo, uidelicet tali ut in infinitum F sit profectio. DILVC.

A————B————C————D————

Si enim non, in infinitum procedet, sit A quidem quod ab ipso B mouetur, B uero ab ipso C, C autem ab ipso D, & hoc modo in infinitum descendat. ANTI.

Hactenus declarauit esse deueniendũ ad primũ motum ex se. Nũc demõstratione ducente ad impossibile idẽ ostendit. Et arguit hypothetice sic, si non est standum ad primũ motũ ex se, igitur in infinitum erit proficiscẽdum, destruet consequens, vt inferret oppositum antecedẽtis. Pro destructione itaq; consequentis primo sumit casum. & inquit. Moueatur tunc A quidẽ ipsum ab ipso B, ipsum vero B ab ipso C, atq; ipsum C ab ipso D, modo videlicet tali vt in infinitum sit profectio, G est igitur hic casus vt sint mobilia infinita, quorum alterum ab altero moueatur in infinitum. *Syllogismum.*

Quoniam itaq; mouens ipsum & id quod mouetur sunt simul, patet ipsum A & ipsum B simul moueri, nam B ipso moto A etiam mouetur, itemq; B ipso moto, ipsum C mouetur, ipso quoq; C D, etiam ipsum mouebitur, erunt igitur ipsius A, & ipsius B, & ipsius C atq; cæterorum cuiusq; motus ipsi simul. DILVC.

Quoniam igitur simul mouens est, & ipsum quod mouetur, manifestum est, q. simul mouebuntur & A, & E: cum enim mouebitur B mouetur & A, & cum mouetur A ipsum C & cum C ipsum D: erit igitur simul & motus qui est A, & B, & C & reliquorum uniuscuiusq;. ANT.

Casu igitur posito, constituit suppositiones. Prima suppositio, concessis infinitis mouẽtibus & motis, hec H omnia simul mouentur & mouent, & syllogismus est, omnia mouentia & mota sunt simul, mouentia & mobilia si essent infinita, sunt mobilia & mouentia, igitur mouentia & mobilia si essent infinita, essent simul. primo sumit maiorem, & inquit. Quoniam itaq; mouens ipsum & id quod mouetur sunt simul, hæc est maior prætermittens minorem, dat conclusionem partẽ per partem inferendo, & inquit, patet ipsum A & ipsum B simul moueri, nam B ipso moto, ipsum C mouetur, ipso quoq; C, D etiam ipsum mouebitur, tunc dat cõclusionem totam, & inquit. Erunt igitur ipsius A & ipsius B & ipsius C atq; cæterorũ cuiusq; motus ipsi simul. Hæc est prima suppositio Arist.

Prima supp. *Syllogismus.* *An mouẽs simul moueatur. Vide Gra. trad. Esen. le. 2 huius.* *Et si nõ est vt dicit Arist. sic procedere i infinitum. Vide ibidem.*

Poterimus præterea unumquodq; sumere, nam etsi à singulis singula moueantur, nihilominus tamen uniuscuiusque motus unus est numero & non infinitus extremis. DILVC.

ANT. *Et accipere igitur ipsorum unumquodq; poterimus, etenim si unumquodq; ab uno quoq; simul mouetur, nihil minus unus numero uniuscuiusque motus est, & non ultimis infinitus.*

Secũda suppositio.

Secunda suppositio est, ꝙ licet motientia & mota sint infinita ſm numerum, tamen cuilibet mobili secundum se competit aliquis motus vnus numero, finitus quo ad extrema, cum omnis motus sit de quodã in quoddam Sexto huius, inquit. Poterimus præterea vnumquodq; sumere, nam etsi à singulis singula moueantur, nihilominus tñ vniuscuiusque motus vnus est numero, & non infinitns qno ad extrema ipsa inter q̃ constituitur, cum omne quod mouetur, è quoddam proficiscatur in quoddam. 6. huius.

Commen. 4.

{Idest ponamns.} Auer. primo constituit casum in motis & mouẽtibus per literas in expositione textus, & patent eius verba.

{Et cum posuit.} Nunc vult sumere petitiones & sumit primo ꝙ vbi darentur mota & mouentia infinita, omnia simul mouerent & mouerentur. Hæc fuit in textu declarata ad longum.

{Et notandum.} Digreditur contra Galenum, & primo sumit expositionem propositionis Aristo. & ꝙ in motu propositio sit vera, itaq; si vnum mouet, oportet omnia moueri, in quiete vero non tenet, quia stat vnum quiescere, & alia moueri, hic est intellectus ꝓpositionis Arist. & vult Auerro. ipse.

{Et quia Galenus.} Nunc narrat positionem Galeni circa propositionem tactam, voluit. n. Galenus vniuersaliter & de motu & quiete propositionem Aristo. esse intelligendam, & ita apud ipsum, vt sequitur, hoc mouetur, igitur omnia mouentur, sic etiam sequetur, vnum quiescit, igitur omnia vsq; ad vltimum. Et Galenus credens hanc propositionem esse vniuersalem de motu & quiete, conclusit contra Aristote. non cor esse principium motus in animalibns, sed cerebrũ, & vtebatur syllogismo tali, id est principium motus animalis, quo moto mouetur animal, & quo quiescẽte quiescit animal: sed moto cerebro sine capite mouetur animal, eoq; quiescente quiescit, igitur cerebrum est motus animalis principium. minorem obseruatione probauit, quia ipse vidit ab animali extractum cor, & ambulasse per duos passus, nunquam autem vidit caput abscissum, & moueri animal.

Quid ex propositione.

Syllogismus Gal.

Reprehensio Gal.

{Ego autem.} Contra arguit Auerro. per experientiam, quia ipse etiam vidit arietem è quo abscissum caput fuit & ambulasse, igitur non cerebrum, sed cor est motus animalis principium per eandem rationem.

{Et ista mota.} Secunda suppositio est ꝙ licet mouẽtia & mota sint infinita vniuscuiusq; motus est quo ad extrema finitus.

{Et dixit hoc.} Remouet dubium Auer. cur, videlicet adiecit suppositionem hanc, hec. n. videtur inutilis ac rationem. Respondet hanc addidisse ad refellendum tacitam quæstionem, posit. n. quis dicere casum esse impossibilem, nam cum ponis ipsa mota & mobilia simul moueri & esse infinita, tunc ponere cogeris motum rectum infinitum, cuius contrarium in. 6. est determinatum. Ideo philosophus huic occurrit, ꝙ licet ipsa mota & mouẽtia sint infinita, motus tamẽ vniuscuiusq; rectas finitus est & terminatus.

Dubitões.

{Hæc igitur est suppositionis vtilitas.} Sed circa A hæc sunt dubitationes non paucæ, nam Auer. dno voluit contra Galenum, quorum primum est de motu valere hypotheticam Aristo. si A mouetur, igitur omnia, & vniuersaliter valet vno moto oĩa moueri. De quiete vero minime, quia stat primum quiescere alijs motis. Secundum contra Galenum est, ꝙ non caput: siue cerebrum est motus aĩalis principium: sed cor, quia se vidisse asserit decapitatum arietem moueri: non tamen sine corde. Tunc contra hæc dubitatur, quia videtur in dictis suis contradictio: nam non possunt stare hæc, ꝙ aliquod moueatur, & primũ quiescat, quia si aliquod mouetur: oportet omnia moueri insimul. Contra secũdum dubitatur, quia motus aĩalis & sensus coordinantur, igitur quicquid est principium sensus, erit etiam principium motus: cũ itaq; cerebrum sit oĩum sensuũ principium, quia sensoria oĩa sunt in eo, videtur etiam B & motus, qui à sensu regulatur principiũ. Ad primam solent dari innumeræ solutiones, & oẽs cõueniunt dictum Auer. esse intelligendũ in motu locali & puro, & tunc super hoc multas afferuut responsiones, quæ certe bene ad illam dubitationem satisfaciunt. Sed qm̃ dictum illud facilius intelligi potest, & non cum tot confusionibus. Ideo animaduertendũ ꝙ motor est in duplici differentia respectu motæ rei vnus quidẽ est, qui per sui motum est causa per se motionis rei motæ, & ꝑ sui quietem ẽt causa est quieris rei motæ: qũo fortasse cœlũ respectu mobilium hic inferius. cœlo enim moto: necesse est hæc moueri, et ipso quiescẽte, oĩa ẽt quiescere, vt secundo cœli hẽtur. Et tunc de tali motore hypothetica valet de motu & quiete tã à priori q̃ à posteriori: bene. n. valet A. mouet, & motus ipsius A est cã motus ipsius B. & quies quietis. igitur moto. A mouetur C B. & quiescente quiescit, & econtra ẽt, & hoc modo fortasse intellexit Gale. quodq; etiã Auer. cõcederet. Alius est motor, qui quidem sui motu causa est motionis rei motæ: sui vero quiete: non illius quietis causa, vt motus manus est causa motus baculi: motus baculi causa motus pilæ, igitur manu mota omnia mouentur, quomodo valet procedendo à primo, hoc est processu à cãde motu, non aũt de quiete, valet enim, manus mouetur, igitur baculus & pila, de quiete vero non valet, quia non sequitur, quiescit manus, igitur baculus & pila, & sic intelligit Auer. nam sic est propositum suũ cõtra Gal. in processu vero ab effectu, de quiete valet, de motu non, quia valet quiescit pila, igitur baculus, & manns, de motu non valet, quia potest pila moueri baculo, & manu quiescentibus, & hoc modo non intelligit Auer. Sic igitur dictum Auerro. contra Gal. duabus D obseruatis conditionibus est necessarium, prima vt in sit in motoribus, qui per suos motus sint motuum causæ totales in rebus motis, secunda vt procedatur à causa, & à priori, nõ ab effectu, & à posteriori. Quibus fit, vt si manus mouetur, baculus & pila moueantur, positis illis duobus ꝙ sin per se causæ totales, & procedatur à priori, non tamẽ valet econtra, manus quiescit, igitur baculus & pila quiescũt. Per hoc ad rõnem concedo baculum & pilam moueri, & nego igitur manus mouetur. Et cum dicitur contra vno moto mouentur omnia, verum est processu à causa qnia processu ab effectu valet de quiete, & non de motu. Sed dubitabis acerrime, quia Arist. arguit à posteriori, vt si A mouetur, igitur omnia mouentur vsq; ad vltimum. Dicendũ ꝙ Aristo. supposuit A moueri ab ipso B, & nõ alio, nec à se, quia si à se esset primũ motum, & sic haberet propositum,

Primũ contra Gal.

Secundum.

Prima du.

Sc̃da.

Responsiones.

Aliorũ quales Vide. Bur. hic.

Motor duplex

Conditiones dcti Auerro. Solutio.

Vide ẽt Burle. hic.

Replica fortissima.

Responsio optima.

An ex omnibus mobilibus

possit fieri unu continuũ. Vide.Id. q. 3. huius. Solutio. Ad secundũ.

positum, & B ipsum moueri ab ipso C non à se nec ab alio, C etiam ipsum moueri ab ipso D nec à se, nec ab alio, & tunc hypothetica sua valet A mouetur. igitur omnia mouentur. Auer. autem contra Gal. absolutius loquitur, vt in processu propter quid à causa, & non ab effectu. Et hæc est vera mens Auer. Ad secundam dici potest multis modis quoniã de principatu mẽbrorum Arist. multa dicit in lib. de Animalibus, & medici & Gal. in libris Medicinæ addunt etiam multa, nũc vero tenemus omnes sensus esse in corde, quod ab Arist. dicitur primum sensorium, esse vero in cerebro veluti in quodam manifestatiuo, propterea cor est & motus & sensuum & principale principiũ. Sed ambiges, quia ratio Auer. contra Gal. eodem soluitur, quo per sensum propositionis datum, soluere vult illam Galeni, arguebat. n. Gal. sic. Illud quo quiescente membra animalis moueri possunt, non est principium motus mẽbrorum animalis, sed quiescente corde potest animal moueri, vt per obseruationem testatur, igitur cor non est principium motus animalis. Contra hanc rõnem voluit esse arguendum Auer. eadẽ forma, id quo quiescente membra mouẽtur animalis non est motus principium, sed quiescente capite & cerebro animal potest moueri, vt de ariete testatur, igitur non caput est principium motus. videtur igitur ratio Auer. solui eodem sensu, quia in processu propter quid valet de motu, & non de quiete, ideo dicerem possibile esse vt cor quiescat per abscisionem, & membra moueantur à spiritibus, qui per musculos remanserunt, & sic rõ eius solui tur eodem modo vt illa Galeni. Dici potest ꝙ Auerro. non arguit contra Galenum, sed torquet argumentũ contra eum, vt Galenus cogatur soluere pro se & pro Auer. & hoc per sensum propositionis Aristo. datum. Et hæc est intentio Auerrois.

DILVC. *Quoniam omne quod mouetur ẽ quodam proficiscitur in quoddam, sit sane, ut aut numero, aut genere, aut specie sit idem motus, numero quidem eundem motum esse dico, qui in eodem in numero tempore ex eodem in idem numero fit, ut ex hoc albo quod unum numero est, in hoc nigrum eodem tempore, quod est unum numero. Nam ubi alio tempore, nõ unus numero, sed specie erit, genere uero idem est motus, qui in eodem prædicamento, aut in substantia, aut in alio genere fit. Specie autem unus, qui ex eodem specie in codẽ specie existit, ut qui ex albo in nigrum, aut ex bono in malum, specie non differt. Hæc autẽ & in prioribus dicta sunt.*

ANTI. *Quoniam quidem omne, quod mouetur, ex quodam in quidam mouetur, aut enim numero accidit eundem motum esse, aut genere, aut specie, nunc quidem igitur dico eundem motum, qui ex eodem in idem numero, & in tempore eodem numero fit, ut ex hoc albo, quod est unum numero, in hoc nigrum secundum hoc tempus, quod est unum numero, si enim secundum aliud est, non erit adhuc unus numero, sed specie, genere autem idem motus est, qui in eodem prædicamento substantiæ aut alterius generis est, specie autem, qui ex eadem specie in idem specie, ut ex albo in nigrum, aut ex bono in malũ specie non differt, hæc autẽ sunt dicta in prioribus.*

In secunda suppositione accepit vniuscuiusq; mobilis esse vnum numero motũ, propterea occasione huius declarat quot modis motus dicatur vnus, vt intelligas quid ipse velit per vnum numero, & vult motum dici vnum tribus modis, numero, specie, & genere. Numero is ille est qui est eiusdem mobilis de principio in

E finem in eodem tempore non variatis terminis è quo & ad quem, vt vna numero, nigrefactio quæ est vnius mobilis in vno tempore numero, & non variatis terminis. Dixit seruata vnitate temporis, quoniam vbi tẽpus esset aliud, etiam seruatis vnitate mobilis, & termi norum, non numero sed Specie esset idem. Genere vero vnus est qñ termini ad quos numero & specie differunt & in genere conueniunt, siue sit idem siue aliud mobile, siue idem, siue aliud tempus, qua ratione gñatio aeris & generatio lapidis genere vnus est motus, quia termini specie differunt, genere conueniunt, specie vnus est quando termini ad quos specie non differunt, sed numero, vt duæ albationes siue mobile sit idẽ, siue aliud, siue eodem, siue alio tempore. Sed quoniã de his longius dixit, qua si excusans se ad quintum physicorum remittit se.

F

Commen. 5.

{Hoc totum.} Auer. exponit has tres motus vnitates, quæ cum sint manifestæ, etiam commentum eius manifestum est per se.

DILVC. *Accipiatur igitur ipsius A motus & sit E ipsius uero B sit Z ipsius autem C sit I ipsius D sit T, sumatur præterea tempus in quo ipsum A mouetur, & sit K, atq; cum finitus sit ipsius A motus, finitum erit & K tempus, & non infinitum, at A, & B, & cæterorum unumquodq; eodẽ in tempore mouebantur. Accidet igitur ut motus E Z I T infinitus existens in K finito tempore fiat, nam quo in tempore A ipsum mouebatur, & ea omnia quæ ad ipsum A deinceps sunt, mouebantur, quare tempore eodem mouentur.*


ANT. *Accipiatur igitur qui est ipsius A motus, & sit in quo est E, & qui est ipsius B, in quo est Z: & qui est C D, in quo*

G *est G T, & tempus in quo mouetur A sit K. Determinato igitur motu ipsius A, determinatum erit, & tempus, & non erit infinitum K. Sed in eodem tempore motum est A, & B, & reliquorum unumquodq;, Accidit igitur motum, qui est E Z G T, cum sit infinitus, in tempore finito fieri K: in quo .n. A motum est, & quæ sunt ipsi consequenter omnia infinita mota erunt, quare in eodem mouentur.*

Demonstratio ostendens per deductionẽ ad impossibile quòd non proceditur in infinitũ in mouentibus, & motis, scilicet quia infinitum moueretur in finito tempore.

Figura hæc deseruit etiam textui octauo.

K.G.Tempus.



H

A Mobile	B Mobile	C Mobile	D Mobile
E.H Motus	F.Z Motus	G.Q. Motus	H. T. Motus

His modo sumptis, Aris. deducit consequens, & probat ꝙ non sit proficiscendum in infinitum, qm̃ tunc motus infiniti, qui essent vnus motus specie, essent in tpe finito, & arguit (vt mihi videt) expositorie sic, A B C D mouẽtur tempore finito per primam A B C D, & sic de aliis, mouentur infinitis motibus, qui sunt plures numero & infiniti, & vnus specie per secundã suppositionem, igitur motus infiniti numero qui vnus specie sunt, erunt tpe finito, qđ habet pro impoſi, inquit. Accipia-

An motus ... sint si possit ... maior aut ... nor quã ... tus ipsi A ... videtur dicere ... hoc Arist. Vide Ego. ...

Accipiatur igitur ipsius A motus, & sit E, ipsius vero B sit Z, ipsius autem C sit G, ipsius autem D sit T: hic est casus, græce tamẽ sic legitur, & ipsius C D sint I T sed ego sic transtuli, vt sermo sit clarior, quia idem est, deinde accipit secundam partem casus, & inquit. Sumatur pterea tps in quo ipsum A mouetur, & sit K in quibus voluit esse intelligendas illas duas suppões. Tunc addit tertiã partẽ casus ex his sequentẽ, & inquit. Atq; cũ finitus sit ipsius A motus finitũ erit, & K tps, & non infinitum, per oĩa hæc vult habere secundam exponẽtẽ, videlicet ꝙ A B C D, & deinceps moueantur infinitis motibus, qui sunt infiniti numero, sed specie vnus, accipit primam exponentẽ, & inquit. At A & B, & cæterorum vnũquodq; eodem in tempore mouebãtur p primã suppõnem. Ex his exponentibus dat consequẽs, & inquit. Accidet igitur vt motus E Z G T Infinitus, s. numero specie vnus existẽs in K tẽpore finito tpe fiat, repetit vim probationis breuibus, nam quo in tempore A ipsum mouebatur, & ea omnia quæ ad ipsum A deincepitia sunt, mouebãtur. Quare tempore eodem mouentur cuncta. Ecce quomodo virtus rationis potest reduci ad syllogisinum expositorium.

DILVC. *Etenim siue motus ipsius A motui ipsius B cæterisq; cæterorũ æqualis sit, aut maior, differt sane nihil, accidit. n. omnino ut infinitus motus, tẽpore fiat finito, qđ impossibile est.*

ANT. *Etenim siue æqualis motus erit qui est ipsius A ei, qui est ipsius B, & aliorũ, siue maior, differt nihil. penitus. n. infinitũ motũ finito in tempore accidit fieri, hoc aũt impossibile est.*

Posset Arist. quis obijcere non posse reperiri tot motus esse æquales motui ipsius A cum duo motus æquales raro sint, quãto minus infiniti. Soluit obiectionem hanc propositum nõ tollere, nam siue sint omnes æquales motui ipsius A pariliter, & quasi adamussim, siue parum differunt, dummodo omnes alij sint finiti, sequitur vt infinitus motus tempore fiat finito, quando ex illis potest fieri vnus motus specie, verum de hoc erit magna quæstio, quæ postea disputabitur.

Commen. 6.

Primum. Auer. dictũ. {Cum posuit.} Cõmentum pter textũ duo continet annotatione digna. Primũ, ꝙ non põt motus. rei motæ esse minor & breuior motu rei mouentis, vt si baculus mouet pilã, non põt motus pilæ esse breuior motu baculi, licet possit esse lõgior vt sensu patet. Secundum. Scđm qđ cõtinet, est ꝙ, per deductionem Arist. nõ habet plus, nisi ꝙ motus infiniti sint tẽpore finito, nõ ꝙ motus infinitus vnus numero sit tpe finito, ideo apponit textũ sequentẽ ipse Arist. vt declaret simplr motum infinitum numero esse tpe finito. Dubitatio. ide Bur. hic. Dubitant contra primum recẽtiores, quia põt cœlũ mouere vnã ignis molem, q̃ postea illa desinet moueri, aut p corruptionem, aut p aliũ modum cœlo ipso adhuc perpetuo moto. Ad hoc dicunt suo modo & satisfaciũt. Propria solu. Ego vero non recedens ab eo quod dixit ipse in proximo cõmento, dico dictũ Auer. hẽre duas conditiones. Prima est ꝙ motor & motũ sint coæua, & nõ mobile corruptibile & motor æternus, quia tunc mobile posset desinere moueri per corruptionẽ ipso motore adhuc existente in motu. Scđa ꝙ motor per sui motum sit cã motionis rei motæ. Tũc patet solo ad argumentũ, cœlum. n. est æternum, ignis corruptibilis, sed vbi ignis ille esset æternus, vt cœlũ, & cœlum p sui motũ moueret necessario ignẽ, non posset cœlum moueri non moto igne, quia per corruptionẽ non posset desinere per alium modum minime, quia A cœlum per sui motum mouet necessario ignẽ, igitur vt prius Auer. dixit non posse motũ rei mouẽtis esse maiorẽ motu rei motæ ab illa. In cõmentarijs fecimus qõnem, quia cœlum põt mouere vnam glebam ignis quę postea põt desinere moueri aut per corruptionem, aut per aliã causam, cœlo adhuc moto. Et licet in cõmentarijs subtiliter sit dictum, tñ facilius dici potest, verbũ Auer. esse verum de mouente particulari, proximo, ac proprio. Cœlum autem erit mouens vniuersale & remotum & sic defendi potest verbum Auerrois.

Ita quidem igitur, quod ex principio erat demonstrari uidebitur, sed non demonstratur, qñ nullum inconueniens inde proficiscitur. Potest. n. finito in tempore motus esse infinitus, non tñ idem, sed alius atq; alius, si ea quæ mouentur multa sint & infinita, quod quidem & his, quæ nunc sunt accidit. DILVC.

Sic quidem igitur uidetur demonstrari, quod est à princi ANT. B *pio, non tñ & demonstratur, propter id quod nullum inconueniens accidit, contingit. n. finito in tempore infinitum motũ esse, non eundem aũt, sed alterum, et alterum multis, et infinitis motis existentibus, sicut accidit, et in his, quæ sunt nũc.*

Aduersarij cauillum nunc ponit, posset. n. dici non esse inconueniẽs motus infinitos in tẽpore fieri finito, quorum quilibet est determinati moti, quod finito mouetur tpe. Cauilli fortasse rõ est, quia vt plures põt esse in vno eodemq; æquato tempore, ita infiniti, inquit. Ita quidẽ igitur quod ex principio erat sumptum, demonstrari videbatur, sed non demonstratur, cuius causam ait, qñ nullum inconueniens contingit, si ponatur vt diximus. Põt. n. finito in tempore motus esse infinitus, non tñ idem, sed alius atq; alius, si ea quæ mouẽtur multa sunt & infinita, quod quidem & his, quæ nunc sunt à nobis sumpta accidit, sunt. n. illa plura & infinita, C quorum cuiuslibet alius atq; alius motus.

Commen. 7.

{Quia ex hoc.} Illud quod Auer. ait hic: totũ patet.

Verum si quod primo secundum locum atq; corporalem motionem mouetur tangere, aut ipsi mouenti continuum esse necesse est, quẽadmodum illud in omnibus accidere uidemus, erit ex omnibus unum, quod uniuersum continuum erit, id igitur quod est contingens, sumatur esse, & sit magnitudo, uel continuum illud A B G D, cuius motus sit E Z I T. Differt aũt nihil, siue finitũ, siue infinitũ id sit, nam silr finito in tpe K mouetur, horum uero utroq; modo est impossibile. DILVCI.

Sed si quod mouetur primum secundum locum & secundum corporalem motum, necesse est tangi, et continuum esse mouenti, sicut uidemus in omnibus hoc contingere, erit. n. ex omnibus unum ipsum omne, aut continuum esse, hoc igi- ANT. D *tur contingens accipiatur, & sit magnitudo quidem, aut continuum, in quo est A B C D, huius autem motus est E Z G T, differt autem nihil, aut finitam, aut infinitam esse magnitudinem, similiter enim finito in tempore K mouebitur finitum aut infinitum, horum autem utrumq; est impossibile.*

Cauillum hunc Arist. refellit & supponit ex oĩbus illis mouentibus & motis esse factũ de inesse vnũ vniuersum infinitum, quod probat per regulam prioristicã, possibile est quo posito inesse, nullum sequitur impossibile, quia vt dicunt Alex. Phylon, & philoponus Primo priorum, posse est ipsum inesse positum in potẽtia, inesse vero est ipsum posse positum in actu. Sed illa infinita cũ sint contigua, possibile est continuari, igitur de inesse aliquando continuantur & sic patet suppõ, tunc quasi expositoriè, arguo hoc mouetur tempore finito

per iam declarata, demonstrato vniuerso, ex omnibus illis aggregato, hoc mouetur motu infinito, quoniam mobile infinitum non potest, nisi motu infinito moueri, nam moueri non potest nisi in spatio, aut æquali sibi, aut maiori se, vt in Sexto patet, & cum ipsum sit infinitum, spatium quoque infinitum erit, spatium autem infinitum non potest pertransiri, nisi motu infinito, sic igitur patet se cunda exponens, videlicet quod hoc moueatur motu infinito, igitur motum motu infinito mouetur tempore finito, inquit. Verum si quod primo secundum locum atque corpoream motionem mouetur tangere, aut ipsi mouenti continuum esse necesse est, quemadmodum illud in omnibus quæ localiter mouentur accidere videmus, oportet.n. mouens & motum esse simul, vt sumpsit iam. Infert tunc possibile, & inquit, erit subaudi possibile esse ex omnibus vnum, quod vniuersum continuum erit, id igitur quod est contingens, sumatur esse, & sit magnitudo vel continuum illud A B C D, cuius motus sit (vt dixit) E Z G T, hæc litera non est completa, & debet legi suspensiue vsque ad textum sequentem, aut forte litera est completa, & quasi voluit habere contra cauillum mobile & motum esse vnum, per hoc quod possibile positum est inesse.

Sed dices contra Aristo. quia ipse in exemplo accepit partes quatuor finitas, ex quibus non fit nisi magnitudo finita, igitur mobile erit finitum. Respondet, & inquit. Differt autem nihil, siue finitum, siue infinitum id sit subaudi sumptum in exemplo, dummodo bis sit vna, hæc videlicet, vt vtrunque motu infinito moueatur. q. d. quod licet acceperim rem factam ex finitis, volui intelligere illa pro re infinita, & propterea, quod motu mouetur infinito, ideo subdit, nam similiter finito in tempore K mouetur, horum vero vtroque modo est impossibile, hoc est, tam si illud sit acceptum infinitum, quam si sit acceptum finitum, dummodo motus sit infinitus, sic igitur his verbis patet cauilli confutatio.

Commen. 8.

{Nititur addere.} Aiaduerte in commenti fine, quod ipse vult soluere dubitationem Arist. ait, nihil differre, siue id ponatur finitum: siue infinitum: hoc videtur falsum, quia, ad ipsum positum finitum non sequitur impossibile, ad ipsum vero positum infinitum sequitur impossibile, igitur differt sic vel aliter dicere, innuit (vt mihi videtur) responsionem, & vult quod differt nihil quo ad consecutionem, nam posita magnitudine finita, sequitur motum illius esse in tempore finito, & posita magnitudine infinita, sequitur motum eiusdem esse in tempore finito, igitur vtroque modo sequitur motum esse in tempore finito, verum vbi ponitur magnitudo illa infinita, sequitur & motum infinitum esse in tempore finito, quod non sequitur, vbi ponatur magnitudo finita. Sed dices. Aris. asserit vtroque modo esse impossibile. Rndet vtroque modo, siue illud infinitum positum sit vnum contiguatione, siue continuatione. Hæc est expositio Auer. nostra vero expositio fuit magis ad verba Arist. vt patuit. Cætera dicta sua sunt per se nota.

An sit necesse ex mouentibus et motus infinitis fieri vnum mobile infinitum. Et an sit possibile quod motus infinitus secundum quantitatem quam habet à mobili fiat in tẽpore finito. Vide Burl. hic & Egid. hic.

DILVC. *Patet igitur esse standum tandem, neque in ipso ab altero esse proficiscendum esse in infinitum sed aliquid fore, quod primum mouetur.*

ANT. *Manifestum igitur, quoniam stabit aliquando, & non in infinitum, abibit, quod semper est ab altero, sed erit aliquid quod primo mouebitur.*

His habitis concludit propositum, & inquit. Patet igitur quod sit standum tandem, & quod neque in ipso esse ab altero sit proficiscendum in infinitum, patet etiam esse aliquid, quod primum mouetur à parte vel aliquo existente in eo, & non semper ab altero, quæ res erat conclusio proposita.

E *Differt autem nihil, aliquo supposito id demonstrari. Nam contingenti posito, nullum inconueniens oportebit accidere.*

Differt autem nihil aliquo supposito id demonstrari, nam contingenti posito, nullum inconueniens oportet accidere.

Positio cauillatoris erat quod in mouentibus & motis sit proficiscendum in infinitum, accepit Aristo. vnum suppositum quod ex omnibus illis fiat vna magnitudo, quo acceptio inferebat, igitur motus infinitus esset tempore finito, vt longioribus verbis fuit per multa media deductum. contra hæc ambiget cauillator, & dicet quod istud impossibile non sequitur ad positionem meam, sed ad tuum suppositum, videlicet quod ex omnibus illis fiat, vna magnitudo, & sic non mea positio, sed tua suppositio est impossibilis, contra obijcit Aristo. & inquit. Differt autem nihil aliquo supposito, id demonstrari, nam contingenti posito, nullum inconueniens oportebit accidere,
F & ita non à meo posito id accidit, sed è tua positione, & cum impossibile sit id ad quod sequitur impossibile, iure tua positio est impossibilis.

Id autem quod primum mouet, non ut cuius gratia, sed ut id unde est principium motus, simul cum re ipsa mota est. Dico autem simul, quia nihil est inter ipsa, hoc enim omni mouenti atque rei motæ commune est. DILVC.

Primum autem mouens, non ut cuius gratia, sed unde est principium motus, est simul cum eo, quod mouetur, simul autem dico, quia nihil ipsorum medium est, hoc.n. commune in omni moto, & mouente est. ANT.

Hæc litera potest esse principium noui capituli. cum .n. Aristo. declaraturus sit quod mouens & motum sint simul, oportebat declarare duo, quid per mouens & motum intelligit, & quid pro esse simul, & hæc duo declarat,
G vult.n. per mouens agens motum, & per motum subiectum motus, per esse vero simul intelligit, quando inter mouens & motum non mediat aliquid. Esse.n. simul vno modo potest intelligi physice, & sic ea sunt simul quæ se tangunt, & ita non accipitur hic. Alio modo negatiue pro eis inter quæ nihil mediat, & sic anima & corpus sunt simul, motor & cœlum sunt simul, quia in ter ea nihil mediat, inquit. Id autem quod primum mouet non vt cuius gratia, sed vt id vnde est principium motus, simul cum re ipsa mota est, quasi per mouens & motum esse simul, volo non finem, sed agens motum, & sic intelligo quod agens motum, & res mota sint simul. Hæc de primo. De secundo inquit. Dico autem simul non physice & affirmatiue, sed quia nihil est inter ipsa, nam hoc modo ipsum esse simul commune est omni mouenti tam corporeo quam incorporeo, omnique
H rei remotæ, sic igitur patet sensus propositionis, siue conclusionis probandæ.

Commen. 9.

{Cum declarauit.} Auer. vero vult quod prima litera concludat conclusionem vt nos facimus. Et hæc prima pars patet.

{Et non accidit.} Hæc est secunda pars commenti supra secunda litera, in qua Auer. etiam nobiscum conuenit, vult.n. quod Arist. remoueat cauillum dictum per nos. Et fermo etiam patet.

{Ita inuenitur.} Sed in hac tertia literæ parte Auer. differt ab expositione nostra, ipse enim vult quod Aristo. remoueat secundum cauillum, cauillus est talis, quoniam motor vt finis mouet rem motam, & tamen nec est simul cum re mota, nec in eodem loco cum illa, igitur non bene sumptum est mouens & motum esse simul, & quoniam sua litera erat falsa, & vbi debebat scribi motor, erat scriptum motum,

An sit verũ in principio nihil esse mediũ inter mouẽs et motum. Vide Gratia. Escu. lect. 3.

motum, ideo literam exponit quantum ad rem. vno modo, sed quantum ad modum videtur dupliciter exponere. Quantum quidem ad rem vult ꝙ Arist. intelligat per motum motorem, vnde principiom motus, dr. n. motor effectiue respectu sui mobilis, & mota res respectu finis, & tunc sensus est, ꝙ motor effectiue & res mota sunt simul, & non finis cum re mota, sunt dico simul, quia non in alio loco est motor, & in alio res mota, inquit, & non accidit huic declarationi diminutio, qm̃ motor ad quem induxit est primus secũdum illud ex quo motus, hoc est in genere causæ efficientis, non in genere causæ finalis, quod dicitur primum ad quod est motus, vt patet, & tale primum vt finis non contingit vt sit in loco vna cum primo moto, vt contingit de primo motore in genere agentis, ille. n. in eodem loco est in re mota. Huius expositionis affert signum, quia post non loquitur de primo moto, sed de motore, quia ait in sua trãslatione, sed illud quod est primus motor & reliqua. Ecce qũo accepit motum pro motore.

{Et forte.} Aliter exponit non quãtum ad rem, quia idem vult, sed solum corrigit literam, asserens illud esse ex errore scriptoris, quia vbi scriptum est motum, debebat scribi motor, & in translatione nostra, hæc confusio non accidit, græca enim litera patet.

{Et tunc intentio.} Affert vtilitatem huius expositionis, & inquit, & tunc intentio istius sermonis est notificare ꝙ in ista demõstratione non vult habere plus, nisi ꝙ detur primum motum & primus motor, vtrũ vero primus hic motor sit idem quod primus finis vel alius à primo fine, hæc quæstio est impertinens, & non ad propositum.

{Et dixit.} Quod hæ qõ sit huic considerationi impertinens, probat. Tum quia in. 8. hæc qõ declarabitur circa finem, igitur superfluit hic tractari, secundo quia in. 8. supponit ex. 7. esse primum motum & primũ motorem, deinde declarat an ambo sint æterna vel ne?

{Et ideo.} Ex his infert errorẽ Themistij, nam Themistius voluit in. 8. idem considerari quod hic. Hic. n. declaratur esse deueniẽdum ad primum motorem, & primum motum, ibi etiam hoc idem, ideo demonstratio hæc superfluet. Respondet Auer. ꝙ differt hæc consideratio ab illa. Primo quia declaratio hæc est vt suppositio ad declarationem illam, nam hic probat primũ motum, & primum motorem esse, ibi vero hoc supposito, probat talem motorem, & tale motum esse eterna, Secundo differunt, quia illud quod dixit in. 8. est quasi dispositio, hoc est prima passio primi motoris, quia ipse probauit illic ęternitatem de primo motore, hic vero non passionem, sed quasi primitatem probauit.

{Et ideo.} Huius solutionis dat signum, quia ibi probat motum ęternum esse dupliciter. Vno mõ per viá. 7. videlicet ex ordine motorũ & motus. Alio mõ ex distinctione eorum quæ mouentur, & ambæ sunt bonę, licet scd̃a sit firmior. Et ita differunt considerationes.

An ĩ motu locali mouẽs sit cum moto. Vide Land. q. 4. huius. Vide ẽt Albe. de saxo. q. 2. huius.

{Et non intelligo.} Vltimo declarat quid Arist. vult per esse simul, & vult ꝙ per esse simul intelligit ea quæ sunt in vno loco, & hoc modo est cõmune omnibus, & maxime motori & moto, motor. n. vt dicitur est in eodem loco in quo est res mota, & forma in eodem loco cum sua materia, & sic velle videtur motores cœlestes esse in loco per accidens quatenus mota ab eis sunt in loco per se. Alij vero dicunt ꝙ sunt in loco per operationes, & forte idem est. Hæc est expositio Auer. quæ re vera non consonat literæ, vt patet, imo Arist. videA tur facere nouum caput, transferens sed ad nouam conclusionem. Sed circa hæc accidunt duæ dubitationes, prima vtrum ex omnibus mouẽtibus & mobilibus fieri possit vnum continuum, videtur ꝙ non, quia corpus cum intelligentia non potest continuari. Secundo, quę sunt specie diuersa & genere non possunt continuari. Secunda dubitatio est, vtrum si mobile illud esset infinitum moueretur motu infinito, imo videtur ꝙ moueretur in non tempore, quia eius virtus est infinita.

Circa primam dubitationem multa Ioannes cõcitat, tandem reducit se ad duo. Primum est ꝙ demonstratio Arist. est disputatiua, quia solum est ad hominem, qui habet concedere omnia posse continuari, & esse infinita, tunc. n. sequitur quod ait. Secundum vero supponit ꝙ hęc sit vna hypothetica falsa & impossibilis, videlicet si ex infinitis mobilibus & motis fit vnum con B tinuum, tũc motus infinitus in tempore est finito, hoc patet, quia hæc hypothetica est non necessaria, imo oppositum consequentis stat cum antecedente. secundo petit, ꝙ omne id ad quod sequitur hypothetica aliqua impossibilis, est impossibile. Exẽplum. Vt qm̃ hæc hypothetica, si homo est equus, homo est risibilis, est impossibilis, & sequitur ad illud, ꝙ omne animal est risibile, ideo omne animal esse risibilem impossibile, sic in proposito hæc hypothetica, si ex omnibus fiat vnum, motus infinitus est in tempore finito, sequitur ex illo videlicet, ꝙ mobilia & mouẽtia sunt infinita, & ita hoc est falsum, & ita Arist. habet intentũ. Sed re vera vtraq; expositio est contra textum, prima quidem, quia Aris. assertiuè & non disputatiuè concludit propositum, & Auer. in præsenti cõmen. hanc demonstrationem differre ab illa Octaui dicit, & clare ponit hunc sermonẽ C esse demonstrationem, secunda vero est contra textũ: expresse. n. Arist. ait in litera, Differt autem nihil aliquo supposito id demonstrari, nam contingenti posito, nullum inconueniẽs oportet accidere, ecce quomodo nõ per hanc fictam hypotheticam rẽ suam approbat, sed expositione possibilis. Propterea expositor vult illud esse possibile secundum genus, quod videlicet ex mobilibus omnibus fiat vnum continuum, quod m̃ est impossibile secundum speciem. Contra arguit Ioannes. Primo quia hic expositor contradicit sibi, supra nã dedit Auer. solutionem hanc, & ipse confutauit asserens propositionem esse simplr impossibilem qñ prædicatũ repugnat subiecto ratione differentiæ specificæ, cum igitur alicui per propriam naturã repugnat cõtinuari alteri, igitur est simpliciter impossibile. Secũdo arguit, ex oĩbus mobilibus ratione qua mobilia pñt fieri vnũ, vel igitur hęc potentia quandoque attinget suum finẽ D vel nunq̃, si nunq̃, erit vana, si aliquando, tunc ex diuersis genere fiet vnum. Tertio, si aliquid ratione generis est in potentia ad aliquod, cum illud nunquam erit, potentia erit ociosa. Quarto si sic, tunc posset poni inesse, & ita homo inquantũ animal est irrationalis. Et ita Ioãnes vult omne impossibile secundum speciem esse impossibile simpliciter. Sed re vera iste delirat, nam Aris. & Auer. quinto Metaphysi. commen. 27. expresse vult talpam esse priuatam visu secundum genus, quia sibi est possibile secundum ꝙ animal, & Auer. idem sentit, commen. 2. huius. 7. & in. 15. huius. 6. & alibi. Ideo animaduertendum, ꝙ aliquod poni inesse est dupliciter, per se, quia. s. sua natura qñq; erit, vt hominẽ currere.

Alio modo per accidens, quia sua natura non ponitur, sed ex concessione, quia aliqua rõne nõ repugnat.

Confutatio. — *Responsio. Thome.* — *Contradict. Ioan.* — *Secunda rõ.* — *Tertia.* — *Quarta.* — *Confutatio. Ioan.* — *Prima suppõ.* — *Secunda.*

Vlterius accipiendum possibile debere poni inesse sub ea ratione qua possibile, vt si est possibile in specie, debet poni inesse in specie, si in genere debet poni inesse in indiuiduis generis, verbi causa, quoniam possibile est ex omnibus mobilibus fieri vnum continuum secundum rationem mobilis, debet poni inesse in indiuiduis generis, videlicet mobilis, & non in igne vel terra. His respondeo ad contradictionem nõ curo. quia Thomas posuit illam probabiliter & non assertiue. Tamen ad rationem concedo ꝙ hoc est simpliciter impossibilis, homo est irrationalis tamen secundũ quid est possibilis hoc est sub ratione generis. Ad secundum dico ꝙ illa potentia attingit quandoq; suum finem in aliquibus indiuiduis generis, vt videre in quibusdam animalibus, & hoc sufficit vt ne frustretur, ideo concedo talpam posse videre in eo ꝙ animal nunq̃ tamen erit, ita ꝙ videat in eo ꝙ animal, sed satis est ꝙ aliquando erit, ita ꝙ animal videat, Per idem ad tertium dico, ꝙ illud erit in aliquo simili in genere, & hoc satis. Ad quartũ dico ꝙ potest poni inesse in indiuiduis generis, quia ratione generis est possibile, nec oportet poni inesse per se, sed satis est ꝙ ponatur ex concessione, & ita omnia mobilia esse vnum poni, in esse, non est aliud q̃ concedere ipsa esse vnum. Hæc Ioannes ignorat. Ad secundam dubitationem, quicquid velint alij, dico, ꝙ mobile infinitum moueri est impossibile, & ideo sequitur vtrunq; scilicet moueri. Item moueri tempore finito, & moueri subito, ꝙ facile patet, vbi.n. ponitur vnũ mobile infinitum, illud quocunq; modo mouetur, in spatio infinito oportet moueri, & sic mouetur in finito tempore. Ex alio, quia ex ijs factum est quæ mouebantur tempore finito, & quoniam in infinito quanto est virtus infinita in vigore, igitur mouebit se in non tẽpore, & omnia hæc sunt quia impossibili posito sequitur quodlibet hoc est ipsum, & quicquid sequitur ad ipsum, & contradictorium, & quicquid sequitur ad cõtradictorium. Hæc de ista demonstratione.

DILVC. *Quoniam autem motus tres sunt, & qui secundum locũ, & qui secundum qualitatem, & qui secundum quantitatem; necesse est etiam mobilia tria esse, qui quidem igitur secundũ locum est, latio dicitur, qui uero secũdum qualitatem alteratio, qui secundum quantitatem auctio & imminutio est. Primum quidem igitur de latione transigamus. Nam ipsa est mutationum prima.*

ANT. *Quoniam autem tres sunt motus, quiq; secundum locum & secundum qualitatem & secundum quantitatem, necesse est & ea quæ mouentur tria esse qui quidem igitur est secundum locum, loci mutatio, qui uero secundum qualitatem alteratio, qui autem secundum qualitatem, augumentum et decrementum. Primum quidem igitur de loci mutatione dicamus. Hæc enim prima motuum est.*

Expositio. Proposuit Aris. examinare problema, videlicet vtrũ mouens & motum debent esse simul secũdum sensum expositum, volens exequi de ipso primo præponit distinctionem, secundo eligit ordinem. Diuisio hæc est, ꝙ motus sunt tres & qui secundũ locum, & qui secundum qualitatem, & qui secundum quantitatẽ, propterea tria oportet esse mobilia, quæ bis motibus mouentur. Exponit autem hos per nominum distributionẽ, ꝙ vult motum qui secundum locum nuncupari lationem, qui verò secundum qualitatem nuncupari alterationem, qui secundum quantitatem auctionem & imminutionem. Ordo autem hic sit, vt primo quo-

E modo mouens, & motum in latione sint simul tractemus, oportet, nam latio est prima mutationum vt dicetur in Octauo. Hæc est diuisio, hæc est illorum nuncupatio, & hic ordo. Sed dices, vnum est mobile quod omnibus his tribus bonis motus potest moueri vt Socra. quidem qualitate alteratur, quantitate crescit, pedibus fertur, nõ igitur tria mobilia propter tres motus. Dici potest quòd oportet esse tria secundum definitionem, non autem secundum numerum siue subiectum, vt Quinto huius dictum est.

DILVC. *Omne itaq; quod fertur aut ipsum à semet mouetur, aut ab alio, si quidem à seipso, patet itaq; cum in ipso sit id quod mouet, simul esse, & id quod mouet, & id quod mouetur, nihilq; inter ipsa medium esse.*

ANT. *Omne igitur quod fertur aut certe ipsum à seipso mouetur aut ab altero, siquidem igitur à seipso, manifestum est,*
F *q. in se ipso mouente existentis, simul mouens, & quod mouetur, & nullum ipsorum medium.*

Expositio. Proposuit intentionem. nunc vult exequi, & procedit sic, primo faciens syllogismum principalem, secundum subsyllogismus, primus est. Omne quod à seipso mouetur simul est cũ suo motore, omne quod ab alio mouetur, simul est cum suo motore, sed omne quod mouetur aut à seipso, aut ab alio mouetur, igitur omne ꝙ mouetur simul est cum suo motore, primo tangit minorem dicens. Omne itaq; ꝙ fertur, aut ipsum à semet mouetur, aut ab alio. Hæc est minor, deinde tangit maiorem dicens. Si quidem à seipso mouetur, patet itaque (cum in ipso sit id ꝙ mouet) simul esse & id quod mouet, & id quod mouetur, nihilq; inter ip-
G sa medium esse, pretermisit aliam maioris partem, quia per sequentia declarabit.

Aliquid moueri à seipso primo pōt dupliciter intelligi. Vide Sco. dist. 2. secundo. q. 10.

DILVCI. *Sin ab alio mouetur, quadrifariam mouebitur, motus.n. qui ab alio proficiscuntur, quatuor sunt, pulsus, tractio, uectio, uolutio, cæteros nanq; omnes in hos redigere contingit.*

ANT. *Quod autem ab alio mouetur quadrifariam mouetur, qui enim ab altero motus sunt, quatuor sunt, pulsio, tractio, uectio, uertigo, etenim alios oẽs in hos reduci contigit.*

δίνησις Vertigo uolutio.

Expositio. Quod vero omne quod ab alio mouetur, simul sit cũ suo motore syllogizat sic, omne quod pellitur, aut trahitur, aut vehitur, aut voluitur, simul est cum suo motore: oẽ quod ab altero mouetur, pellitur, aut trahitur, aut vehitur, aut voluitur, igitur omne quod ab alio mouetur, simul est cum suo motore. de ratione tangit solam minorem, maiorem vero inductione pro-
H babit in sequentibus.

DILVC. *Pulsionis igitur alia est impulsio, alia expulsio quidem ea est, cum id quod mouet non deserit id quod mouetur, expulsio uero, cum deserit.*

ANT. *Pulsionis quidẽ igitur, alia quidẽ impulsio, alia aũt expulsio est. impulsio quidem igitur est, mouens ei quod mouetur non deficit. expulsio autem cum expellens deficit.*

Expositio. Per ordinem quatuor illos motus declarat, & primo pulsionem ipsam, quam in duas vlterius diuidit, quatenus ipsum pellens, aut simul fertur cum re mota à principio in finem vsq; veluti dum exhalatio mouet lapidem è bõbarda ipsa, itemq; & lapis in ægis flumine motus est à vento, exhalatio.n. simul cum lapide ipso fertur. Aut ipsum pellens deserit ipsum motum, vt in proiectis fit. Hæc de pulsione.

Vectio

DILVCI. *Vectio uero in tribus erit motibus, non enim per se, sed p accidens mouetur, quod uehitur, ex eo nanq; mouetur, quia est in eo, aut super id, quod mouetur, ad id quod uehit, aut pellitur, aut trahitur, aut uoluitur, perspicuum itaq; uectionem ipsam tribus in motibus esse.*

ANT. *Vectio aūt in tribus erit motibus, hoc.n.quod uehitur nō p se mouetur, sed per accñs, hoc enim in eo quod mouetur, est, aut supra motum mouetur, uehens autē mouetur aut pulsum aut tractum, aut uertigine ductum. manifestum igitur quoniam uectio, in tribus erit motibus.*

δινουμενον uolutum.

Expositio. An ʃp vehens et portans mouetur pulsum aut tractum aut vertigine ductum. Vide Egidi. t. 9. huius.

Pro declaratione vectionis supponit duo. primum. ꝙ id quod vehit altero trium modorum mouetur, vt aut quia pellitur, quō sagitta vehens pennam pellitur, aut quia trahitur, qua ratione carrus sine rotis vehens messes trahit à bobus, aut quia voluitur, quo in modo dolium vehens vinū voluitur. omne vehens igitur mouetur violenter ab extrinseco, aut pulsione, aut tactu, aut volutione, & hoc est primū, scd̄m est ꝙ vectū mouetur motu vehentis, declarat quia vectū mouetur per accidens, vt penna ad motum sagittæ. Messes ad motū curri, vinū ad motū dolij. Ex ijs in prima figura cōcluditur vectum altero triū modorū moueri. Sed dices, cū vectio sit altero trium modorum, cur enumerauit hāc speciem inter species motus violenti, videtur enim ꝙ non ponat in numero. Dici potest ꝙ posuit in numero, pro quanto est per accidens ab aliquo illorū & hoc Aristo. sufficit.

DILVC. *Tractio uero est, cum motus trahentis aut ad se, aut ad aliud, uelocior eius est motu, quod trahitur, modo non seiungatur ab eodem, etenim & ad seipsum est tractio, & ad aliud.*

ANT. *Tractio autem est, aut animi ad ipsum, uel ad laterum uelocior sit motus trahentis non separatus ab eo quod trahitur, & nanq; ad ipsum est tractio & ad alterum.*

Expositio. An in attractiõis motu trahentis sit velocior naturali motu attracti. Vide Gratia. Esculr. 3 huius.

Tria requiruntur ad tractionem. Primum vt trahēs non deserat rem tractam, & per hoc differt ab expulsione. Secundo velocior sit eius motus q̄ motus tracti, & per hoc differt à vectionem. Tertio, vt trahat versus se ita vt videtur esse ceu terminus ad quē motus, qua rōne differt à pulsione ſm omnē speciem & à vectione. Sed dices cum trahens sit veluti terminus ad quē tractionis, videtur ꝙ nō possit trahere, nisi ad se. Amplius cum nunquam separetur à re tracta, videtur etiam non ad aliud trahere. Dici potest ꝙ trahens dicitur trahere ad se semper, sed hoc est bifariam vel ad se propter se & suum finem. quomodo Aristo. vocat trahens ad se; qua ratione Socra: trahit rhetia ad se. aut ad se propter socium vel sibi coniunctum, quomodo trahit nauem ad portum, & hoc vocat ad aliud Aristo.

DILVC. *Cæteræ uero tractiones quæ etiam specie ijs eædem sunt, in has recidūt, ut inspiratio & expiratio, & sputatio, & eæ quibus aut emittuntur corpora, aut recipiuntur, insuper & dilaceratio atq; radiatio, quarum aliæ sunt congregationes aliæ segregationes, omnis igitur motus secundum locum est & congregatio & segregatio.*

ANT. *Et reliqui tractus, ydem specie, in hos reducuntur, ut inspiratio, & expiratio, & sputio, & quicunq; corporum aut emissiua aut receptiua sunt, & dilaceratio autem & radiatio aliud quidem ipsorum congregatio, aliud uero disgregatio, & omnis igitur motus qui est secundum locum, congregatio, & disgregatio est.*

A Docet nunc cæteras ad dictas species reducere & inquit, ceterę vero tractiones, quæ etiā specie ij eædem sunt, in has recidunt, vt inspiratio, quæ est aeris attractio refrigerandi causa facta, & expiratio, quæ est expulsio aeris attracti, & sputatio, quæ græce est ptysis, hæc autem est pulsio quædā humoris fluidi, & eæ quibus aut emittuntur corpora vt profectiones, aut accipiuntur vt tractiones, insuper & dilaceratio, quæ fit cū ense quæ græce est spathisis. Hæc autem in expulsionē reducitur, & radiatio, quæ græce est cercisis, quæ est textoris attractio facta ab eo ab instrumēto illo quod latine radius dicitur, hæc autem in speciem attractionis recidit, quarum omnium, aut sunt congregationes quæ pertinent ad attractionem, aut segregationes quę pertinent ad pulsionem, ideo concludit ꝙ omnis motus localis ab extrinseco est, aut aggregatio, aut segre- B gatió, cū omne aut moueat ad se, aut moueat ad aliud, igitur omnes species reducuntur ad pulsionem vel tractionem. Dubitares, quia Aristo. vocat omnia hæc tractiones, cum dicat: Cæteræ vero tractiones, ac si residuæ dicendæ sint omnes tractiones. Dici potest ꝙ litera est legenda sic. Cæteræ vero tractiones, quæ sunt verè tractiones, aut ijs similes reducuntur in dictas species, vel dic aliter, quia in idem venis.

Dubitatio. Solutio.

DILVC. *Volutio uero ex tractione pulsioneq; cōstat: mouens enim partim pellit, partim trahit.*

ANT. *Vertigo autem componitur, ex tractione et pulsione, hoc quidem enim pellit mouens, illud uero trahit.*

Expositio. Vltimo volutiones, quæ græce est dinesis, latine versio, qua rotæ voluuntur, describit, & vult ipsam constare tractione quatenus partes inferiores trahuntur sursum, pulsione, quatenus tractæ pelluntur deorsum, C vt sensu patet.

DILVC. *Perspicuum igitur est, si pellens ac trahens est cum eo q. pellitur atq; trahitur, nihil esse inter mouens et motum. Sed hoc ex dictis patet nam pulsio quidē est, aut à se, aut ab alio in aliud motus, tractio autem ex alio uel ad se, uel ad aliud rursus compulsio atq; depulsio.*

ANT. *Manifestum igitur q, siquidem simul pelles & trahens cum eo quod pellitur & omni eo quod trahitur est, nullum medium mouentis, & eius quod mouetur est. hoc autem manifestum est ex dictis, pulsio enim aut à se ipsa aut ab alio ad aliud motus est, tractio autem ab alio ad ipsam, uel ad aliud, amplius compulsio & depulsio.*

His examinatis syllogizat sic hypothetice, si pellens ac trahens est cum eo quod pellitur atque trahitur, nihil est inter mouens, & motum, immo sunt simul, po- D nit antecedens dicens. Sed hoc ex dictis patet, nam pulsio (vt definiuimus) est aut à se, aut ab alio in aliud motus. A se quidem cum aliquis è turri se eijcit, ab alio vero. cum proijcitur ab alio vt sagitta. Tractio autem ex alio vel ad se vel ad aliud motus est. in expulsione quidem patet mouens & motum esse simul in principio. In tractione vero in principio & fine, rursus idem p̄bat per alios motus in hos reductos qui dicuntur compulsio & depulsio. In prima enim motor & motū sunt simul per totum. In secunda in principio, quæ ratio docet antecedens esse bene positum. Sed dices, ex ijs non sequitur vniuersaliter omnē motum ab extrinseco habere motum & motorem simul. Dici potest ꝙ Arist. reduxit omnes illos quatuor in duos, & ita nūc probauit de his duobus, vt habeat vniuersaliter idem in oībus.

Dubitatio. Solutio.

DILVC. *Proiectio vero est cum motus velocior naturali motu corporis eius quod fertur, pulsione vehemẽtiore facta, quod quidem eo usq; fertur quousq; motus is vehementior est illo motu, patet igitur cur simul sint id quod mouet, & id quod mouetur & nihil inter ipsa medium sit.*

ANT. *Proiectio autem quod velocior motus fit, eo qui secundũ naturam lati est, fortiori facta impulsione, & usq; ad hoc facta, accidit ferri quousq; utiq; fortior fit motus eius quod fertur, manifestum enim quoniam quod mouetur & mouens simul: & nullum ipsorum est medium.*

Definit proiectioné, q̃ est vna pulsionis species, q̃ dicta est expulsio. vbi debes scire, proiectũ ferri in aere vel aqua, tãdiu quandiu aqua vel aer cũ proiecto mouet̃ celerius quã aptus sit moueri ipse aer vel aqua. Ex hoc habere vult motoré esse simul cũ moto, vt aeré & aquã simul cũ proiecto esse dicimus simul, aqua vero & aer simul sunt vel fuere cũ eo qui proiecit, ex ijs patet mouens & motũ simul esse. Et syllogismus totius literæ est vt format Auer. inter expellens & expulsum, attrahens & attractũ nullum est medium, omnis motor in loco est expellens, aut attrahens, igitur inter motoré & motũ nullũ est medium. Hæc ex textu colliguntur.

Commen. 10.

{Intendit.} Istud cõmentum licet ꝑ maiori sui parte pp malas trãslationes sit inutile ad textus expõnem, tñ quia continet nõnullas vtilitates, volo illas colligere. Circa principium igitur cõmenti declarat tria. Primũ est necessitas intentionis in generali. Secundum est necessitas intentionis in speciali. Tertiũ est excusatio Aristo. Intentio igr̃ partis est probare inter motoré & motũ nullum esse mediũ, causa intentionis est. Primo quia hoc est plurimũ fundamentũ necessariũ multis in sciẽ- G tia naturali, vt ad tractatum de Agere & pati, & ad tractatũ de Contactu, vt patet in lib. de gñatione. Ad tractatum de Causalitate cœli erga nos, vt patet Secundo Cœli. Secundo, quia est necessarium in dicta demonstratione. nã impoẽ est intelligere ex illis magnitudinibus fieri vnã magnitudiné infinitam fm contactũ, nisi concedatur inter motorem & motũ nihil esse medium. intentio in speciali est narrare species motus oẽs, huius causa est, quia intẽdit verificare conclusioné in oĩbus, iõ distinguit motus species. Excusatio Aris. vero est, ꝙ ipse omisit, gñationem & corruptioné, qm̃ in ea motoré & motum esse simul est manifestũ p se, in alteratione & motu locali nõ est ita, vt de proiectis, & motu ferri ad magneté põt instari. Aut forte p̃terijt gñationem, qm̃ gñatio est finis alterationis, mõ ea q̃ de alteratione dicunt̃, & de fine dici vident̃. Hęc sunt vtilitates in principio cõmenti, vt patet, deinceps multa interponit pro declaratione textus, q̃ partim quia infructuosa, partim quia ex declaratione nostra circa textũ patẽt, omitto.

An in omni motu mouens et motũ sint simul. Vide Bur. hic. & Alb. de sa. mo. q. 2. huius.

{Ad hoc autem quod quæritur.} Hæc est digressiuncula quædã, vbi mouet qõnem contra Arist. qm̃, Arist. dixit, attrahens esse simul cum attracto, & contra põt obijci. Primo quia ambra attrahit paleã, & non mouetur cum palea. Secundo, magnes attrahit ferrum, & nõ mouetur cũ ferro. Tertio, mẽbra attrahũt nutrimentũ, & non mouentur cum nutrimento. Rñdet ꝙ duplex est attractio, vna proprie, alia æquiuoce, attractio propria est qñ attrahẽs mouetur cũ attracto, & velociori motu q̃ moueri sit aptũ ipsum attractum, donec attractum quiescat. & hæc attractionis species inuenitur in virtutibus voluntarijs aĩatis, vt coxa attrahit tibiã sur- E sum, non coxam, & id genus, pluribus etiam virtutibus naturalibus, vt venter nonnunq̃ aquam attrahit, & simul cum ea mouetur, signum aũt, ꝙ natura dedit mẽbris attrahentibus fila, & villos, quibus attrahere possint, & esse cum re attracta: hęc est vna attractionis species, & proprie dicta. Alia est, attractio in qua attrahẽs non mouetur cum attracto, sed quiescit attractum ad se attrahens. veluti lapis attrahitur deorsum, ignis sursum, ferrum ad magnetem, & nutrimentum ad suum membrum, & sanguis ad superiora animalis, & alimonia ad inferiora, plantarum. Et hæc dicitur attractio æquiuoce, & non propria.

{Sed est differentia.} Quia dixerat ignem attrahi sursum, lapidem deorsum, sanguinem & nutrimentum ad membra; declarat differentiam, quoniam ignis & lapis & vniuersaliter omnia quæ mouentur ad locum, mo- F uentur in locum non alterata à loco, nihil enim locus præbet ei ꝙ mouetur ad ipsum vt illud moueatur ad ipsum. At nutrimentum & ferrum non mouentur, nisi hoc à magnete, illud à membris sit alteratum. huius ponit tria signa, vnum est ꝙ hæc non mouentur ad illa ad quãcunq; distantiam, non enim ferrum mouetur ad magnetem in quocũq; loco distanti sit, eo quia nõ in quocũq; loco sufficit ferrum alterare. Secundum signum est, quia si magnes aleo fricetur perdit virtutem alteratiuam, igitur est signum ferrum moueri, vt alteratum. Tertio ambra non attrahit paleam nisi calefiat ipsa, quæ calefacta attrahit, per omnia hæc dat intelligere Auer. ꝙ ferrum & nutrimentum non mouentur ad sua attrahentia, vt ad locum, quia tunc mouerentur vbicunq; illa essent, similiter in quacunq; dispositione, quia tunc mouerentur siue magnes fricetur, siue non G fricetur aleo. Ex ijs vult habere hæc moueri ad illa vt ad suas perfectiones, non motu attractionis, & hoc cõcludit ꝙ si iste modus motionis dicatur attractio, non erat intellectus ab Arist. qm̃ Aris. loquitur in motu violento, hic motus est naturalis, cũ sit à principio intrinseco, vt à virtute impressa. Hæc Auerro. in defensione Arist. Quanq; multa dicant iuniores de moto & motore localibus vtrum sint simul, vel ne, tamen de motu ferri ad magnetem multa solebam ambigere. An videlicet ferrum moueatur per se localiter ad magnetem, an per accidens. Iuniores tenent ꝙ ferrum per se mouetur ad magnetem motu alterationis vt perficiatur ab illo, per accidens autem mouetur motu locali, & ita motus ferri per se est alteratiuus, per accidẽs vero localis, quatenus alteratio illa ad finem non venit, nisi ferrum tangatur à magnete; & ita per accidens mouetur H localiter. Alij volunt ꝙ motus ferri ad magnetem per se competat ferro, sed per accidens sursum aut deorsum fertur. Blacterones aiunt ferrum per se moueri localiter ad magnetem, & diuersis motibus per se, pp diuersos aspectus, quos magnes habet cum ferro harum põnem vltima est penitus derisibilis, qm̃ si ferrum p se localiter mouetur ad magnetem, tũc vbi esset magnes moueretur ad ipsam, & in quacũq; quantitate, & qũocũq;. Quod si mouetur vt alteratum, tũc non per se, sed per additum deforis. Secunda etiam est penitus falsa, quia nõ est intelligibile esse motum localem per se ad aliquid, & non esse per se sursum neq; deorsum. Teneo igitur primam positionem ꝙ motus ferri ad magneté per se est alteratio quædam intentionalis, quæ non perficitur, nisi veniat ferrum ad magnetem, sed qm̃ accidens ipsum distaret ab magnete, ideo per accidens mouetur

uetur in loco. Et si dicas quod Auer. comparat motũ ferri ad ipsum magnetem motui lapidis deorsum, & ignis sursum, igitur vt illi sunt locales per se, ita iste. Solutio patet, quia statim subscribit differentiã, & declarat motum ferri esse per se alteratiuum, per accidens locale, at motum leuiũ sursum, aut grauium deorsum esse per se localem. Hæc videntur mihi nunc probabilia, si aliter alias occurret, aliter dicam.

DILVC. *At uero nec inter alterans & alteratum medium cadit. Hoc uero inductione perspicuum est, omnibus. n. accidit ultimum alterans & primum alteratum simul esse, quale, nanque eo alteratur, quia sensile est. Sensilia uero sunt ea, quibus inter se corpora differunt, ut grauitas, leuitas, duritiez, mollities, sonus, silentiũ, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, siccitas, densitudo, raritudo, media quoq; horum. Similiter & cætera quæ sensui subyciuntur quorum sunt et calliditas, & frigiditas, et leuitas, & asperitas, hæc. n. affectiones sunt eorum, quæ qualitati subyciuntur. Et ijs inter se sensilia corpora differunt, aut magis & minus per horum aliquid, et in patiendo aliquid, nam calefiunt, aut frigefiunt, aut dulcescunt, aut amara fiunt, aut aliquo alio id genus efficiũtur, similiter & animata corpora, & inanimata, & animatorum partes quæcunq; inanimæ sunt.*

ANT. *At uero nec alterati & nec alterantis est aliquid mediũ. Hoc autem ex inductione manifestum, in omnibus. n. accedit simul esse alterans ultimum et primum quod alteratur, quale. n. alteratur in eo qđ sensibile est, sensibilia sunt quibus differunt corpora ad inuicem, ut grauitas, leuitas, durities, mollities, sonus, non sonus, albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, siccitas, densitas, raritas, & horum media, similiter autem & alia quæ sub sensibus sunt, quorum est, calor, & frigus, & leuitas, & asperitas, hæc. n. sunt subiectis qualitatis passiones, his. n. differunt sensibilia corporum aut secundum aliquid horum maius et minus, et in patiendo aliud eorum, calefacta. n. aut frigefacta, aut dulcefacta, aut amaricata, aut secundum aliud aliquod prædictorum similiter, & animata corporum, & inanimata & animatorum quæcunq; partium inanimata sunt.*

Hæc quæ nunc dicit de motu alterationis sunt, probat igitur per inductionem in omni alteratione alterãs & alteratum esse simul, & hoc proponit. d. At vero nec inter alterans & alteratum medium cadit, hoc vero inductione perspicuum est, omnibus. n. accidit vltimum siue proximum alterans & primũ alteratum esse simul, & notanter de proximo alterante, & primo alterato loquitur, quia de alijs non habet locũ quod ait, pôt. n. esse alterans remotum non simul cum alterato, siue primo, siue vltimo. pro inductione perficiẽda sumit duo. Primũ quod quale non alteretur nisi vt sensile, hoc est corpora physica non alterantur, nisi vt sensilia; hoc est nisi actiua & passiua, & nisi affecta sensilibus qualitatibus. Secunda est quod sint qualitates sensiles, quibus enumeratis quasi describẽs eas inquit. Hæc. n. affectiones sunt eorum, q̃ qualitati subijciuntur, hoc est corporum actiuorũ & passiuorũ, & sunt eę qualitates quibus sensilia corpora differunt aut simplr̃, aut differunt magis & minus p horũ aliquid, non simplr̃, sed in patiẽdo aliquid. q. d. qualitates sensiles sunt eæ quibus corpora sensilia differunt, aut simplr̃, aut vt actiua & passiua p magis, vel minus, & hoc notat Arist. non voluisse p has qualitates corpora naturalia simplr̃ differre, sed quatenus agunt & patiuntur, nam subaudi per horũ aliquid

An alterãs sit simul cum alterato. Vide Laud. q. 5. huius.

A calefiunt, aut frigefiunt, aut dulcescunt, aut amara fiũt, aut aliquo alio id genus afficiunt, sit̃r siue sint aĩata corpora, siue inaĩata, & aĩatorũ partes quæcũq; inanimæ sunt. Sed ex ijs suppõibus non hr̃ ratio, pôt tñ haberi. Arist. n. oĩa hęc supposuit, vt haberemus oĩa alterabilia esse actiua & passiua, ex hac pôt ratio formari, patiens & agens sunt simul, alterans est agens, patiẽs est alteratum, igr̃ alterans & alteratum sunt simul. maior inducitur. in oĩbus patiens albedinem est simul cum albante, patiẽs dulcẽdinem est simul cum agente dulcedinem, & in oĩbus similiter, & ita maior patet per inductionẽ. Sed dubitatur, quia dealbans non differt ab agente p primam qualitatem, vel sic quid est dealbans? Optime suppleuit Auer. volens quod eiusmodi secundæ qualitates fiunt ex primarũ mixtura, quare illud erit dealbãs, quod agit mixturã ẽ qua proficiscitur albedo. Similiter illud erit denigrans, quod agit mixturam ex qua resultat B nigredo. Tunc pôt argui oẽ agens & patiens secundũ primas qualitates sunt simul: sed omne agens & patiẽs siue per primas siue per cæteras secundas qualitates, agunt & patiuntur per primas, vt declarauit Auer. igitur vniuersaliter in omnibus sunt simul, sic igitur est Aristo. ratio supplenda.

Syllogismus.

An illud quod mouetur motu alterationis sit in loco. Vi. de Sco. dist. 11. q. 3. versus finem.

An omne alterans sit simul cum alterato. Vid Burl. tex. 13. huius.

DILVC. *Sensus uero ipsi alterantur etiam, patiuntur. n. nam ipsorum actio motus est per corpus sensu ipso aliquid patiente, quibus igitur inanimantia alterantur, uniuersis ijs animantia etiam alterabuntur, quibus autem animantia alterantur, ijs non alterantur inanimantia, per sensus. n. non alterantur neq; sentiunt inanimata cum alterantur, nihil tamen prohibet ut & animantia non sentiant cum alterantur, quando nõ per sensus ipsis alteratio contigerit.*

ANT. *Et ipsi aũt sensus alterantur, patiuntur enim. actus. n. ipsorum motus est per corpus, patiente aliquid sensu, secundũ* C *quæcunq; quidem igitur alterantur inanimata & animata, secundũ oĩa hæc alterantur, secundum quæcunq; autem alterantur animata, secundum hæc non alterantur.*

Quod alterans & alteratũ in alteratione intẽtionali sint simul, nũc declarat, & primo supponit duo, quorũ secũm sequitur ex primo. Primũ est, quod sensatio sit alteratio quędã, hoc probat, quia est passio, & quod sit passio, probat, quia actio sensiliũ in sensus est motus p corpus mediũ sensu ipso aliquid patiente, igr̃ sensatio est passio. Ex hoc infert secundum, videlicet quod à quibus alterãtur inaĩantia, ijs ab oĩbus alterantur animantia. Contra aũt non oportet, nam inaĩantia alterari non pôt per sensus, cum sint in aĩa. Quod vero animantia alterẽtur ab oĩbus ijs, ẽ quibus alterantur inanimantia, declarat, D quia nihil prohibet animatũ alterari non sentiendo alterationẽ, vt si fiat albus dormiens, Animata igitur alterantur omnibus ab ijs, ẽ quibus inanima alterantur, qm̃ inanima alterantur per corpus, & animantia etiã corpus habent, Contra aũt non oportet qm̃ animantia alterantur per sensus, & per corpus, inanima autem non nisi per corpus, hęc autem secunda suppositio sequitur ad primam, nam si datur alteratio quædam per sensus, sequitur animantia pluribus modis alterari posse, q̃ inanimantia, vt ex ijs modo patet.

Si igitur sensilia passiones sint, p hæc autẽ alteratio fiat, perspicuum simul esse patiens ipsum atq; passionem, nihilq; inter ipsa medium esse.

His suppositis arguit enthymematice sumens duo p antecedente, & intentum pro consequente & inquit. Si igitur sensilia passiones sint, hoc est primum, per hæc

hęc autē alteratio fiat, hoc est secūdūm, quod fuit prima suppositio, perspicuum simul esse patiens ipsum atque passionem, nihilq; inter ipsa medium esse.

RECOGNITIONES.

Loci autem mutatio sic quidem non erit in finita, non.n. omnis in cōtrarijs, sed quā hoc impossibile diuisum esse sic, eo q; non contingit diuisum esse, multipliciter.n. dicitur impossibile, quod nō contingit sic impossibile diuidi, neq; omnino impossibile factum esse fieri, neq; mutari impossibile contingere vtiq; mutari in quod impossibile est mutari. Si igitur quod fertur mutatur in aliquid, & possibile erit mutari. Quare nō infinitus motus, neque fertur in infinitum impossibile est pertransire ipsum, quod quidē igitur sic non sit infinita mutatio, vt neq, finiatur terminis manifestum.

Sed si sic contigit, vt tempore sit finitus, eundem existentem & vnum considerandum est, non vno quidem .n. facto nihil fortassis prohibet, vt si post loci mutationem, alteratio sit, & post alterationem augmentum, & iterum generatio, sic.n. semper quidem erit tēpore motus, sed nō vnus, propter, id quod non est vnnus ex omnibus, vt autem fiat vnus, non contingit infinitum esse tēpore, præter vnum, hic autem vnus est circulatio.

Nam huic quidem aer continuus est. Aeri uero attiguū est corpus, & superficies quidem lumini, uisui uero lumen attiguum erit. Similiter & auditus & odoratus, ei qui primo ipsos mouet, coniunguntur, eodem autem modo, & sapor, & gustus simul sunt.

Nunc probat consequentiam per inductionem, & inquit. Nam huic quidem aer continuū est, vtpote oculo, Aeri vero attiguum est corpus visile, quod declarat dicens, nam & superficies quidem visilis corporis lumini, hoc est illuminato aeri contigua est. visui vero lumē siue illuminatus aer attiguum erit. Similiter & auditus & odoratus, ei qui primo ipsos mouet, coniunguntur, vt aeri sonoro, & aeri odorifero, eodem autem modo & sapor & gustus simul sunt, per medium intrinsecum. Prætermisit tactum, quia quasi tactus alteratur ad modum eorum quæ alteratione reali alterātur. Debes scire q; syllogismus Arist. potest esse iste, sentiens & sensile sunt simul, alterans & alteratum intentionaliter sunt sentiens & sensile, igitur sunt simul, & ita in alteratione intentionali patet mouens & motū simul esse. Multa alia accepit Arist. non vtilia quidem ad syllogismū, sed ad syllogisticam rationem, pro quanto aliqua faciunt ad terminos, aliqua ad cauillos, vt consideranti patet. Quærunt hic primo, vtrum alterans & alteratū sint simul, prætermissis rationibus Alexander aphrodisius defendit alterans non semper esse simul cum alterato, nisi qñ alterans alteraret in mouendo alterabile motu locali. Signum affert de stupore pisce, qui alterat & stupefacit manus piscatoris, qui non stupefacit rhetia. Secundo idem declarat de sole, qui nos ipsos calefacit, orbes vero interpositos minime. Tertio de magnete, qui ferrum alterat, & non aerem. Them. in Secundo Cœli voluit, omne alterans per medium plus medium alterare, quod alteratum alterat vltimum, ait tñ alterationem medij, & alterationem vltimi non semper esse eius dem speciei. Nam Sol alterat sphæras lumine, nos vero calore, stupor alterat rhetia intentionaliter manus realiter, & de cæteris eodem modo.

Quæstio. Vide laud. q. 5. huius. Positio Alex. Pō Them.

Auer. autem. 2. Cœli comen. 42. parum addens vult Arist. propositionem esse veram de alterante totali, & alterabili totali, & q; debeant esse īmediata, hoc est nō distantia per aliquod medium, erit igitur sensus, alterans totale & alterabile totale sunt simul, hoc est inter quorum vltima nihil mediat. Tunc dicit non stuporē manus alterare, sed rhetia ipsa affecta à stupore manus stupefaciūt, ipsa autem non stupida sunt, quia nō apta stupefieri, q̃ affecta sint qualitate apta stupefacere materiam aptam stupefactioni. De Sole ait, ipsum non alterare nos, sed totum cœlum esse alterans, totūq; hunc modum esse alteratum, modo sufficit q; cœlum tangat mundum. De magnete simili modo ait vt de stupore.

Hæc in Secundo de Cœlo, diligentius consideranda sunt. Quærunt consequenter iuniores, vtrum alterans aliquod totale quod alterat vltimum per medium, alteret ipsum vltimum. Respondet q; alterans primū vna cum medio alterant vltimum alterabile, vt si magnes mediante aere alterat ferrū, magnes & ipse aer alterāt, nonq; tantum aer ipse. hoc probat primo, quia si non, tunc absente magnete potest aer adhuc ferrum alterare, quia possibile est imaginari medium remanere alteratum absente magnete. Secundo aliquis existens in aqua calefacta à Sole magis alteratur ab aqua præsente Sole, q̃ absente, igitur Sol aliquid facit. Tertio pars directe aspecta à Sole etiā remotior fortius alteratur, q̃ pars propinqua non aspecta. Ex ijs concludunt primum alterans vna cum medio alterare vltimum alterabile. Sed hæc positio stare nnn potest, quia aut ex medio, & primo alterante fit vnum alterans totale, vel remanent duo deorsum distincta. Si ex ijs fit vnum, tunc non esset possibile dare alterans per medium, imo oē alterans esset imediatum, qm̄ semper ex primo alterante & medio fiet vnum alterans imediatum. Hoc autem est contra Aristo. in litera, qui facit differentiam inter primum alterans & medium, & vult quòd primum alterat medium, medium vero vltimum. Si vero non fit vnum, sed remanent duo, & ambo agunt in vltimum, tunc cum primū habeat actionem per se aliā ab actione medij, ageret in distās & non esset simul, Propterea teneo cum Arist. q; primum alterat medium, medium vero vltimum, non autem q; primum & mediū simul alterent vltimū. Ad rationes dico, q; licet aer remaneat infectus & inficiat ferrum, non tñ ferrū mouetur, quia deest finis, gratia cuius moueretur. Vel dici potest q; non est imaginabile aerem remanere alteratum, qm̄ illa alteratio dependet inesse, & in conseruatione à magnete, modo effectus non potest esse vel intelligi esse sine causa à qua dependet in conseruatione. Ad secundum dico, q; ideo aqua calefacit magis præsente Sole, quia Sol etiam concurrit vt conseruans caliditatem illam, cuius signum est, quia absente in paruo tempore frigescit aqua, quia tamen non est totale conseruans, ideo potest per tempus remanere, saltem sub remissiori gradu. Ad tertium dici potest, q; Sol per radios calefacit concurrente reflexione, quia radij multiplicati recte reflectuntur per pendiculariter, ideo pars remotior quam Sol recte aspicit propter reflexionem maiorem magis calefit, q̃ proxima Soli, in qua non fit reflexio. Hæc dicerent philosophi.

Vide Bur. hic

Similiter autem in his quæ sunt animæ, atq; sensus experti & id quod augetur, & id quod auget sese habent, auctio nanq; ipsa quædam est additio, quare simul sunt & quod auget, & quod augetur & in diminutione similiter, nam diminutionis causa ablatio est quædam, perspicuum igitur inter Tex. c. 13.

id

id quod est ultimum mouens, & id quod est primum motum, in motione ipsa nihil esse medium secundum rationem eius medij, quod est mouentis, & moti.

Vltimo idem probat in auctione & diminutione, & syllogismus est, inter id quod additur, & id cui additur nullum est medium, auctio est additio quædam, igitur inter auctum & augens nullum est medium. De diminutione syllogizatur similiter, inter id quod diminuitur, & id è quo fit diminutio nihil mediat, decrementũ est diminutio, igitur nihil mediat, demum epilogat, & sermo patet. Dubitant recentiores, quia addens non est mouens, sine id quod additur non est mouens, nec id cui fit additio est motum, similiter de imminutione potest obijci. igitur ratio falsa. Respondet ꝙ in auctione id quod additur alteratur ab eo, cui additur. Similiter in decremento id quod demitur alteratur. Sed hęc rñsio est contra literã, nam Philosophus loquitur tã in auctione animatorum, ꝗ inanimatorũ. Ait. n. similiter autẽ in ijs quę sunt aĩæ atq; sensus expertia, & id quod augetur, et id quod auget sese habent. Ecce quomodo generatim loquitur in omnibus, modo constat auctionem in rebus inanimis non fieri per alterationem, igitur responsio illa non valet. Amplius talis auctio nõ differt ab alteratione, & ita nihil noui diceret. Melius igitur dicerem ꝙ Arist. donec rationem auctionis & diminutionis non definiuerit, loquitur vt plures, qui credunt additum esse mouens, & id cui additur esse motum, & hoc sufficit.

Tex. 14. *Cum autem alterabilia ipsa, & alterentur cuncta è sensilibus ipsis, & eorum solum fit alteratio, quæ per se pati à talibus dicuntur, per hæc contemplabimur.*

Proponit disputare de alterabilibus, quæ videlicet sunt, quæ per se alterantur, & à quibus alterari dicũtur, & ratione quorum. Et licet istud ad propositum nõ multum facere videtur, nec ad dicenda, pro tanto tñ ad ꝓpositum facere videtur, pro quanto Arist. supposuerat ꝙ alteratio omnis ſm sensilia fiat. non tñ per quæ sensilia, nec quorum sit, exposuit, & ita nunc proponit duo de his dicere, & inquit. Cum autem alterabilia ipsa & alterentur ipsa cũcta à sensilibus ipsis, & eorum solum sensilium sit alteratio, & per ea solum, quæ per se pati à talibus dicũtur, de his duobus per hæc quę dicemus, contemplabimur. Sunt igitur duo consideranda Primum, ꝙ omne quod alteratur, alteratur propter qualitates sensiles. Secundum solum ea alterantur quæ agũt & patiuntur ab his sensilibus.

Qua Auerro. comen. 83. Auer. in præsenti cõmento declarat in quibus primo & in quibus secundo, & quibus est dubia alteratio, & vult ꝙ alteratio primo & per se sit in sensilibus sensu tactus, qm̃ hæc proprie sunt actiua & passiua, per se vero secundo est in sensilibus reliquorum sensuum, vt duritie, mollitie, odorabilibus, gustabilibus, visibilibus & id genus, & hoc mediantibus primis illis tactilibus. Sed vt dicit dubium est de sonis, quæ sensu auditus sentiuntur, ea. n. ratione qua in illis est contrarietas vt graue & acutum, videtur alteratio possibilis ea ex parte, qua soni in aere recipiuntur, vt nulla videtur fieri eorum alteratio. Propterea vult esse in illis alterationẽ æquiuoce dictã cũ alteratione cæterorũ sensiliũ, nã hæc sonorũ alteratio nõ fit ꝑ expulsionẽ cõtrarij circa idẽ subtum, ita vt sonus grauis expellat acutũ, aut cõtra acutus grauẽ, noc fit ꝑ expulsionem factã in primis qualitatib', sed tm̃ per motum aeris fractiuũ, ideo æquiuoce fit.

An in actione vidẽdi debeãt alterans et alteratum coniũcta esse abijgimõ. Vide Grandadeum Escu. lect. 4. huius.

Tex. 15. *Potissimum nanq; quispiam inter alia & in figuris & formis & habitibus atq; alijs id genus de perditionem et acquisitionem alterationem esse putabit, uidetur enim esse in talibus alteratio, non tamen est. Sed cum alterantur quædã, hæc fiunt, ut cum condensatur, aut rarefit, aut calefit, aut frigesit materia ipsa.*

Ante igitur ꝗ ad rem veniat, primo declaratur ab Aristo. in quibus videtur alteratio primo aspectu, & quomodo ſm veritatem non est, & inquit, ꝙ primo aspectu ea deperditio vel acquisitio, qua qualitates de prima, & de quarta specie generis qualitatis acquiruntur, videtur esse alteratio, ſm tñ veritatem non est. Sed cum alterantur quædam hæc fiunt, hæc. n. acquiruntur ad acquisitionem & deperditionem alterius, vt raritudinis vel densitudinis apud Democriticos, aut caliditatis & frigiditatis ſm peripateticos. Sic igr̃ ea quæ primo aspectu videntur alterationes & alterabilia, non ſm veritatem sunt talia. Videntur autem deperditiones & acquisitiones taliũ alterationes primo aspectu, quoniam abijciunt & addunt subiecto qualitates, non aũt sunt, qm̃ non sunt primi alterationum termini, sed secundarij, vt dictum est in Quinto huius. Iuniores volunt, ꝙ Arist. velit in textu, & in toto capitulo hanc cõclusionem, tm̃ in qualitatibus tertiæ speciei est alteratio. Cuius apud ipsos probatio est expolitoria sic, in qualitatibus tertiæ speciei, est alteratio, & in nullis non qualitatibus tertiæ speciei est alteratio, igitur tãtum in qualitatibus tertiæ speciei est alteratio, præiacentem aiunt Arist. supponere tanꝗ per se notam. Secunda vero exponens patet de qualitatibus secundæ speciei, cuiusmodi est naturalis potentia aut impotẽtis, restat sola declaratio de his quæ sunt in prima specie, vt habitus. & in quarta vt forma siue figura. Hęc est illorũ ordinatio, quæ licet à remotis literæ competat, subtilis est, & curiosa.

Sed non est alteratio, non. n. statue formam nomine quidẽ eius dicimus, ex quo exoritur, nec id etiam ex quo ex pyramidis, aut lectieæ figuram, pyramidem, aut lecticam, sed denominantes, aliud æneum, aliud cæreum, aliud ligneum appellamus. At id quod alteratur dicimus, nam æs ipsum humidum, aut calidum, aut durum esse nuncupamus, & non modo sic, sed etiam ipsum humidum, atq; calidum esse dicimus, es affectionis nomine materiam nuncupantes. Cum igitur id quidem ex quo est forma atq; figura, & id quod est ortũ nomine figurarum non dicãtur, quæ ex illo sunt, id uero quod alteratur nomine dicatur affectionum, patet alterationem esse in solis sensilibus.

Nunc probat prędictam conclusionem per rõnem primo sumptam à modo loquendi, & sic componi potest, oẽ id ad quod est alteratio denominat subiectum, ea quæ sunt in quarta specie non possunt denominare subiectum, igitur ad illa non est alteratio. Circa hanc rationem primo ponit minorem, cum illius declaratione, & inquit, non. n. statuę formam nomine quidẽ eius dicimus, ex quo exoritur, hoc est de forma non prædicatur subiectum, hæc. n. est falsa, lectica est lignum, nec ẽt cõtra ei', ex quo est pyramidis, aut lecticæ figura, pyramidẽ aut lecticã dicimus, hæc. n. est falsa, lignũ est lectica, aut pyramis. Sic igr̃ patet minor, deinde sumit qũo figura de subiecto ꝓdicabitur, & inquit. Sed denominãte aliud opus figurę ęneũ, aliud cęreũ, aliud ligneũ appellamus, deinceps sumit maiorẽ, & inqt. At id qđ alteratur

An ratio hæc sit bona, quia similiter videtur, quod homo non est albedo. Vid Grana. Escu. lect. 5. huius.

alteratur dicimus, hoc est subiectum in alteratione denominamus à forma. nam a s ipsum humidum, aut calidum, aut durum esse nuncupamus, & non modo sic, sed etiam econuerso dicimus humidum ipsum atq; calidum esse ex affectionis nomine materiam nuncupantes, & affectionem nomine materiæ. Hæc est maior. Tūc epilogat rōnem, & inquit. Cum igitur id quidem ex quo est forma, quod dr̄ subiectum, & id quod est ortum ex illo subiecto, quod est figura, non dicantur vno figurarum noīe, earum videlicet quæ ex illo sunt, id vero quod alteratur nomine dicatur affectionum, patet alterationem esse in solis sensilibus de tertia specie qualitatis. Sed dubitant iuniores, quonam mō maior intelligitur de alterabili in abstracto, aut in concreto, si in abstracto, illa est falsa, nam hæc est falsa, lignum est caliditas, si in concreto, maior erit vera, sed minor falsa, nam etiam figura in concreto prædicatur F de subiecto, hæc.n.est vera. lignum est lecticatum, & id genus. Quicquid velint recentiores, debes scire q lectica, domus, & arca, & id genus oīa sunt concreta ex subiecto & forma, nam lectica est lignum & figura, & in cæteris similiter. Albedo vero non concretum, cū sit sola forma, sed album, quod est lignum & albedo, lecticatum vero & id genus sunt concreta remota, & non prima, velut albatum, & id genus, erit igitur ratio Arist. sic, omne alterabile denominat subiectū in concreto prima concretione, figura, & vniuersaliter id qđ est in quarta specie qualitatis non denominat subiectum in concreto prima concretione, quia hæc est falsa, lignum est lectica, igitur non sunt alterabilia, & cessant omnia obiecta in hac re.

De prædicatione concretis de abstracto. vid Sco.d.5.q.prima primi.

An ad qualitates de quarta specie sit alteratio. vide Iand.q.6.huius.

Tex. 16.

G *Præterea & alio modo id absurdum est. dicere.n. hominem alterari, atq; domum ipsam, cum finem accipit, ridiculum est. Nam si perfectionem domus parietes & tegulam alterationem esse dixerimus, alterari dicemus cum parietibus domus clauditur, aut tegitur, patet igitur alterationem in ijs non esse, quæ generantur.*

Secunda ratio hic ponitur, sed primo eius virtus tangitur, & inquit. Præterea & alio modo id absurdum est, dicere.n. hoiem alterari atq; domum ipsam similiter, alterari, cum finem accipit, est ridiculum. Ex hoc intelligit hanc rationem, nihil alteratur cum finem accipit. Sed qualitates de quarta specie nō possunt induci nisi dum finem accipiunt, igitur non sunt alterabiles. Cuius quidem rōnis solum accepit maiorem, probat maiorem, videlicet q nihil cum finem accipit alteratur, & hanc probat in exemplo, & inquit. Nam si perfectionem domus parietes & tegulam esse dixerimus, quæ H in fine sunt, alterari dicemus cum parietibus domus clauditur aut tegitur. Modo istud consequens est falsum, vt tanquam impossibile omittit, igitur & antecedens, & per consequens res ipsa cum fine perficitur, alterari non debet, sed potius alterata esse.

Qua Auerro. tex. 16.

Auer. vero format rōnem dupliciter. Prima rō est in alteratione manet idem subiectum actu à principio in finem: sed in acquisitione figuræ nō manet idem subiectum actu, igitur non est alteratio. Secundo format sic, si quod generatur alteratur, generatio erit in capitulo alterationis, modo destruit antecedens, nā quod generatur non alteratur, & ita gñatio non erit alteratio, etsi obijcitur contra, quia tunc argumentum esset à destructione antecedentis. Rñdet illud fieri posse in terminis conuertibilibus, vt in fit in proposito. Hæ expositiones sunt vt mihi vr̄ dubiæ. Primo, quia textui non conueniunt. Secundo, quia minor primæ est falsa, subiectum.n.est lignum ipsius lecticæ, ipsius figuræ domus, lapides modo hæc permanent semper à principio ad finem. Secunda vero est contra textum, qm̄ nihil meminit Aristo. gñationis, vt per nostras translationes patet, nisi extorquendo verba. Propter hæc teneatur nostra expositio, quæ plus literæ consonat.

Confutatio contra Auer.

Tex. 17.

At qui neq; in habitibus alteratio est, habitus.n. uirtutes ac uitia sunt, uirtus uero & uitium ad aliquid sunt, quemadmodum sanitas quidem calidorum atq; frigidorum commensuratio est quædā, aut eorum quæ sunt intus, aut ad continens. Similiter & pulchritudo, & robur ad aliquid sunt, sunt.n. dispositiones quædam eius quod præstantissimum est ad id quod est optimum. Dico autem præstantissimum quod conseruat, ac circa ipsam naturam disponit. Cum igitur uirtutes quidem ac uitia ex ijs sint, quæ sunt ad aliquid hæc autem nec generationes sunt, nec ipsorum est generatio, neque alteratio ulla prorsus, perspicuum circa habitus nullam penitus alterationem esse.

Nunc q nec ad corporis dispositiones, nec ad animi habitus sit alteratio, sic syllogizat, ad relationes nō est gñatio vel alteratio, habitus animi, & corporis dispositiones sunt relationes, igitur ad habitus animi & ad corporis dispositiones non erit alteratio. maior patet.5.huius. Minor prosyllogizatur, virtus & vitiū sunt relationes, animi habitus & corporis dispositiones sunt, virtus, & vitium, igitur relationes. de rōne primo proponit prosyllm, & inquit. At qui neq; in habitibus alteratio est, hæc est conclusio principalis, deinde facit prosyllogismum, & inquit, habitus.n. siue animi corporis virtutes & vitia sunt, hæc est minor: virtus vero & vitium ad aliquid sunt, hæc est maior: conclusio prosyllogismi erit, q habitus animi & corporis sint relationes. Quod vero virtus & vitium sint relationes probat exemplis dicens, quemadmodum sanitas quidem calidorum atq; frigidorum commensuratio est quædam, dico calidorum & frigidorum aut corū quæ sunt intus, qui humores dicuntur, aut eorum quæ sunt ad continens ipsum. Similiter & pulchritudo & robur ad aliquid sunt, sunt.n. dispositiones eius, quod præstantissimum est ad id quod est optimum, Dico autē præstantissimum quod conseruat, ac circa ipsam naturam disponit. Is probatis vniuersum syllm epilogat dicens. Cū igitur virtutes quidem ac vitia ex ijs sint, quæ sunt ad aliquid, hæc autem nec gñationes sunt, nec ipsorū est gñatio, neq; alteratio vlla prorsus, perspicuum circa habitus animi & corporis nullam penitus alterationem esse. Quantum vero ad verba græca attinet, difficultas accidit quid Arist. per continens intelligat.

Expositio verborum.

Expo Auerro.

Auerro. per continens aerem ambientem respectu animalium, quæ viuūt in aere, aut aquam respectu viuentium in aqua intelligit, & tunc sensus est q sanitas est commensuratio quædam eorum calidorum & frigidorum, quæ sunt intra, & quæ sunt in ipso continente. Sed contra obijcit expositor, quia sanitas non attenditur comparatione ad aerem, sed potius econuerso dispositio ipsius aeris dr̄ sana respectu corporis, ideo per continens intelligit corpus continens humores.

Replica. Thoma.

Sed pace expositoris melius partē hanc intelligit Auer. nam græce verbum illud continens, quod est, periechō vbiq; Aristo. in.4.huius pro ambiente nos aere sumpsit. Expositionem hanc verbum illud entos græce, latine

Defensio.

tine

tine intus cõfirmat, nam est sensus, ꝙ duplex est sanitas, vna quæ est contentorum intus calidorum & frigidorum, & hæc proprie est sanitas formaliter, qua aĩal dr̃ formaliter sanum. Alia est eorum calidorum & frigidorum, quæ sunt extra in ipso ambiente, & hac aĩal non dr̃ sanum, sed aer dr̃ sanus, quia efficit sanitatem, vtraq; autem est relatio vt patet, & sic argumentũ expositoris nullum est. Verbum illud optimũ quod græce est aniston. Auer. exponit extrinsecum illud, quod per excessum dr̃ pulcherrimum, & sanũ per excessum sanissimum, & tunc sensus est quod pulchrum per cõparationem ad optimum hoc est pulcherrimum, & sanum per comparationem ad sanissimum. Sed hæc expositio (vt recte expositor inquit) stare non potest, nã Arist. vbiq; aniston pro optimo fine sumit, modo pulchritudo quę est sanitas in compositione, & robur quę est sanitas in temperatione relationes sunt per habitudinem ad opera, quia rõne sana optima ad iustitiam ea vocat Gale. erit igiť sensus, sunt.n. dispositiones quædam eius, quod est præstantissimum, hoc est temperamenti in complexione aut compositione ad id quod est optimum, hoc est finem, & quia præstantissimum, quod græce est Beltiston nonnũquam pro optimo fine, nonnũquam pro optimo naturali, quod est ipsa bona aut cõpositio, aut temperatio, sumitur, ideo subdit, dico autem Beltiston · suæ præstantissimum non pro fine optimo, sed id quod conseruat, hoc est optimam complexionem, quæ aĩal ipsum conseruat, & id quod disponit aĩal circa ipsam ipsius naturam. Hæc expositio est pulchra. Sed ambigunt Iuniores quonam modo habitus animi & corporis, maxime habitus corporis sint ad aliquid cũ sint in gñe qualitatis. Iuniores aiunt Arist. per ad aliquid intelligere aggregata ex qualitate & relatione, vt longis verbis demonstrant, ad tale.n. aggregatum declarat Arist. non esse motum, siue alterationem. Sed hæc positio friuola est, nisi aliter intelligatur, quia à pari possem probare ꝙ ad caliditatẽ non est motus, capiendo pro aggregato ex qualitate & similitudine vnius calidi cum altero, & si non magis id quod ait Arist. esset verum de qualitatibus primis, quã de qualitatibus tertiæ speciei, Expositor optime rñdet. vbi debes scire ꝙ sanitas & gñatim corporis habitus non fit nisi supposita relatione vti dispositione ad illius esse, nisi.n. in calidis & frigidis præesset aliqua ꝓportio, non posset sanitas euenire, igitur fundamẽtum harum est relatio, nec est inconueniens absoluta fundari in relatione vt in dispositiuo, dũmodo præsit aliquod absolutum. Vlterius debes scire ꝙ ad relationem non est motus, nec ad illud quod sequitur relationem per se, hæc patet, quia aliter esse posset fundamentum sine fundato, tunc patet ratio Arist. vult.n. ea quæ sunt ad aliquid siue formaliter, siue fundamentaliter per alterationem non acquiri. Alij non imperiti aiunt habitus corporis & gñatim dispositiones esse formaliter relationes, & sanitatem nihil aliud esse quã habitum corporis, sed de his hactenus, sat.n. est hæc explicasse.

Quõ sanitas et pulchritudo et similia sũt ad aliquid vide Gratiad. Ef. 3. le. 5. q. 4. huius.

Vid Burl. hic.

Confutatio. Vide & Gratiad. Esc. lec. 5. huius.

Responsio expositoris & ꝓpria.

S. Tho. hic.

An illa q̃ sunt in. 3. spẽ qualitatis sint ad aliquid. Et an ex commixtione qualitatũ primarũ resultet aliqua qualitas ex qua q̃ dicatur sanitas vel immediatum fundamẽtum relationis, vid Burl. hic.

Neq; itaq; circa uirtutes animi uitiaq; alteratio esse uidetur, uirtus nanq; perfectio quædam est, unũquodq;.n. maxime tum est perfectum, cum propriam uirtutem obtinuit, & maxime secundum naturam, ueluti circulus, tum maxime secundum naturam existit, cum maxime circulus existit, uitium uero horum est corruptela atq; labes.

Hactenus ꝙ ad corporis dispositiones non fit alte-

A ratio, probatum est. Nunc vero ꝙ ad animi habitus nõ sit alteratio demonstrat, & primo quo ad eos qui ad appetitum attinẽt, cuiusmodi sunt virtutes & vitia, quę græce harete atq; caciæ dicuntur, est igitur conclusio, ad virtutes atq; vitia non est alteratio. Ad hanc cõclusionem probandam (vt expositor sentit) sumit ꝙ virtus sit quędam perfectio quã probat rõne & exemplo, rõne quidem primo, quia vnũquodq; tum maxime est perfectum, cum propriam virtutem obtinuit, donec.n. deficit sibi propria virtus, imperfectum est, vt planta quãdiu deficit sibi virtus qua posit sibi simile gñare, imperfecta est, & animal etiam imperfectum est: cum sibi deest virtus generãdi, igitur animus etiam imperfectus erit, cum sibi deest virtus, qua agere posit sm̃ virtutes hoĩs, quæ rõ docet virtutem esse perfectionem quãdam. Secundo idem probat ex eo, quia cum vnũ-

B quodq;, tum est maxime sm̃ naturam, cum obtinuit propriam virtutem, est.n. rei naturalis virtus sua propria forma. Propterea tum res sm̃ sui naturam, cum obtinuit suam propriam formã, quæ rei virtus est atq; perfectio, quæ rõ docet virtutem rei esse perfectionẽ. Exemplo vero idem testatur ex geometricis dicens veluti circulus, tum maxime sm̃ naturam, cum maxime circulus existit, hoc est cum formam circuli consecutus est. Ex ijs oĩbus patet illa propositio, videlicet ꝙ virtus sit quædam perfectio. Sed quonam modo sit syllogizandum, Auer. sic complet rõnem, ad nullam perfectionem rei est alteratio, propositio declarata est, ꝙ virtus sit animi perfectio, vt rõnibus & exemplo patuit, igitur ad virtutem non est alteratio. prosyllogizat maiorem sic, ad nullum indiuisibile sm̃ magis & minus est alteratio, perfectio est indiuisibilis sm̃ magis & mi-

C nus, igitur ad perfectionem rei nõ est alteratio, minorẽ rursus prosyllogizat sic, oĩs finis est indiuisibilis sm̃ magis, & minus, perfectio est finis, igitur est indiuisibilis sm̃ magis & minus. Minorẽ rursus prosyllogizat, simile perfectioni circuli est finis, perfectio est similis perfectioni circuli, igitur perfectio est finis. Hæc oĩa ex commenti processu colliguntur. Obijcit autem contra hoc expositor, quia Aristo. proponit vno medio probare ad virtutes & vitia non esse alterationem, modo iste processus licet accommodari posit ad virtutes, non autem ad vitia, quia ipsa vitia non perfectiones, sed corruptelæ atq; labes virtutũ sunt. Propterea expositor sentit cum doctissimo Themist. quem non vidit, sed impetu boni dæmonis cum eo cõuenit, & vult rõnem esse persimilem hic de virtutibus, veluti superius de figura, nam quemadmodum id quod perfici-

D tur, non alteratur, absurdum est.n. domum quæ integitur, dicere alterari potius q̃ integri & culmẽ accipere, eadem rõne neque qñ corrũpitur, vt igitur virtus est perfectio, & vitium corruptio, ita nec virtus nec vitiũ per alterationem fiunt, & ita vna & eadem rõ vtrique parti deseruit. Hæc expositor & Them. Sed Auer. defendi potest, supponit.n. expositor ambo illa vno syllo probari, & cum ille vnus syll's non posit vtrique parti competere, ideo non recte Auer. sentit. Diceret forte Auer. duas illas partes non vna vi persuaderi. Prima.n. pars persuadetur modo dicto. Secunda vero hoc mõ, ad indiuisibile non est alteratio, vitium est indiuisibile, igitur non est alteratio, persuadetur minor, quod maxime distat à perfectione, est indiuisibile, vitiũ distat à perfectione & maxime, igitur indiuisibile. minor patet, quia vitiũ est corruptela & labes perfectionis.

Quare Arist. non fecit mentionem de. 2. specie qualitatis. s. de naturali potentia vel ĩpotentia, sicut mentionẽ fecit de. 1. & quarta. vide Gratiad. Esc. lec. 5. huius.

nis. Sic igitur falsum supponit expositor videlicet, quod vna rōne ambo ī la persuadeamur. Sed huic adhuc replicari potest per ea quæ dicit expositor, nam quauis perfectio sit simpliciter indiuisibilis, tñ recedere à perfectione non est simpliciter indiuisibile, quia multipliciter contingit recedere à medio, quod vult esse indiuisibile. Secundo arguit nouus expositor, quod virtus consistit in indiuisibili, nam licet consistat in medio, illud tñ medium non est quid punctuale, vt de sanitate patet, propter hæc expositor antiquis vult rōnem esse vnam, & per simile, vt diximus. Verum contra expositionem hanc instat nouus expositor, quia non vr simile de figura & virtute, quia cum domus fit, tunc domus non est. At cum animus effcitur studiosus, animus est, ideo rō hæc non est? per simile. Ego vero tum authoritate Themist. tum propter verba Aristo. teneo cum Thoma. Aristo. n. inquit, neq; itaq; circa virtutes animi, vitiaq; esse vr, sup. alteratio, verbum. o. illud græce ... latine sonat igitur, vel itaq;, & ita vr litera esse illatiua. quæ illatio docet hanc rem inferri ex tactu de figura, & prima qualitatis specie, & ita sapide Thomas dixit hanc rem persuaderi per simile argumentum de figura, & dispositionibus, cui etiam animaduertens Themist. exposuit eodem modo, propterea rō Egidij contra Thomā nulla est, nam licet domus non sit quo ad rōnem domus, ipsa tñ est quo ad substātiam rōnem entis in actu, ceu animus est quo ad substantiam & rōnem entis in actu. Sed quicquid sit de expositionibus, Auer. defendi potest. Primo quidem, quia licet recede re à medio in specie sit multipliciter, verbi cā, à liberalitate per prodigalitatem, & per auaritiam, tñ in gñe est vno modo, quia quocunq; modo receditur à liberalitate, vitium est. & hac rōne est indiuisibile. Secundo, quia licet medium non sit punctuale, est tñ indiuisibile sm acquisitionē, quia est finis rei. & ita replicæ contra Auerro. nullæ sunt, hæc dici possunt.

Quãuis igitur cum alteratur aliquid uirtutis acceptio, uitijq; deiectio fiant, neutrum tñ horum est alteratio. Quod uero aliquid alteretur, perspicuum est ex eo, quia uirtus quidem aut affectionum est uacuitas, aut ratiūdem mediocritas quædam, uitium uero aut affectionum concitatio, aut perturbatio uirtuti contraria.

Sed quia probauit virtutem non effici per alterationem, ita vt ipsa sit per se terminus alterationis. Nūc quanam rōne acquiratur, docet, & ponit primo intentum dicens. Quãuis igitur cum alterat aliquid fiant & virtutis acceptio, & vitij deiectio, neutrum tñ horū est alteratio, vult igitur virtutum & vitij acceptionem fieri alteratione facta in alio. Et per hoc apparet quod imperite exponãt qui hanc esse secundam rōnem cōmentantur, vt iuniores exponūt, persuadet tñ primo quod aliquo alterato virtus & vitium fiant, nam siue sit virtus affectionū vacuitas, quam Stoici apatheiam vocant, siue earundem mediocritas quædam, quæ à peripateticis μεσότης appellatur. Vitiū vero aut affectionum cōcitatio vt Stoici, aut perturbatio virtuti contraria vt peripatetici, patet hic non fieri, nisi aliqd alteretur vtputa corpus & appetitus in suis passionibus, quibus aut sedatis, aut moderatis, virtus in animo relucet, virtus igitur & vitium fiunt aliquo alterato.

Contrà Iuniores.

Præterea moralis uirtus omnino in uoluptatibus, doloribusue consistit. Nam uoluptas aut cum agimus, aut cum recordamur, aut cum speramus, effici solet, siquidem igitur cū agimus, prouenit, sensus ipse causa est. Si vero cum recordamur, aut speramus, ab ipso rursus emergit. Voluptate.n. afficimur aut recordantes ea quæ nos oblectarunt, aut sperantes ea euenire, quæ nos oblectabunt.

Secundo idem persuadet per hoc, quia virtus & vitium in voluptatibus oīno doloribusue consistit, quod quidem ex eo patet, quia voluptas efficitur aut cum agimus, aut cum recordamur egisse, aut cum speramus agere, modo si agimus, ipse sensus qui nunc alteratur causa est voluptatis, si vero recordamur aut speramus ab ipso rursus emergit, nam voluptate afficimur, aut recordantes ea quæ nos oblectarunt, aut sperantes euenire, quæ nos oblectabunt, modo siue sic siue sic, sensus causa est, qui aut alteratus est iam, aut alterabitur postea, non igitur fit virtus vel vitium nisi aliquo alterato, quod erat probandum. Hæc est Aristo. probatio. Et licet hic multæ dubitationes fieri solent, ego breuibus vnam tm tangam, nam ex ea cæteræ patebunt. Aristo. itaq; ponit ad virtutes morales non esse per se alterationem, primo, quia sunt perfectiones, & qua libet talis est indiuisibilis, modo ad nullum tale est per se alteratio. Secundo, quia acquiritur solum per alterationem factam in sensu. Dubitant igitur contra primam dubitationibus multis, sed primo, quia perfectiones accidentales vt calor & frigus sunt perfectiones, & tñ ad eas est alteratio. Secundo, quia virtus non est indiuisibilis, quia vnus homo est altero studiosior. Tertio, quia tunc ad intensissimū gradum formæ non esset motus. Secundo dubitant contra secundam rōnem, nam tunc ad raritatem & densitatem & albedinē non esset alteratio, quia acquiritur per transmutationem factam in primis qualitatibus. Rñdent iuniores ad primum, dictum Arist. & Auer. esse intelligēdum de perfectione determinata, quæ in indiuisibili consistit. Secunda etiam tollitur, quia virtus quæ mediū est simpliciter, est quid indiuisibile, quæ vero est medium proportione, est diuidua, & sm hæc dr vnus altero studiosior. Tertia demum demitur, quia licet summus gradus sit indiuiduus, præcesserunt alij, qui sunt eiusdem speciei cum eo. Hæc quo ad primam ronem. Ad secūdam dubonem negant rarefactionē fieri nō posse nisi præcedente alteratione in primis, quia pōt quicq; rarefieri nullo alio motu concurrente, & sic de albedine aiunt. Alij iuniores cōtra hæc multipliciter obiiciunt primo, quia virtus habet gradus, igif ipsa nō est indiuidua sm magis & minus. Scđo tunc demōstratio Aris. non esset vlis, quia nōn nisi de virtute simplr, & non de virtute quæ proportione dr. Tertio non vr recte dictum quod ad hoc vt ad aliquid fit motus sufficiat aliquid præfuisse eiusdem speci, nam tunc ad formam circuli esset motus, dato quod plures alij antea fuissent. Sed hæc non valent, nam virtus simplr, de qua Aristot. loquitur, non habet gradus, hæc.n. (vt dr. 2. Ethi co.) consistit in puncto. Amplius demonstratio Arist. est particularis solum de virtute simpliciter, effici tñ potest vniuersalis per hoc, quia virtuti nihil est contrariū, rursus licet præcessissent circuli, quilibet tñ illorum fieri in nō tpe. Et licet hinc inde fieri possint defensiones, & replicæ, hęc non sunt, quę faciant hoīem philosophum, sed sophistam, sunt. n. apparitiones scientiæ, non veritates. Propterea si in nostris expositionibus animaduertatur, hæc omnia sunt confutata. Aristote. n. non eam rationem facit, vt intelligunt iuniores, nam sic accidunt dubitationes dictæ.

Defensio.

Prima ratio. Vid Burl. hic.

Secunda rō.

Vid Burl. hic.

Replica.

Vid Goet. hic.

Defensio.

Propria expō.

Vide alias quæstiones l Anal. hic.

ctæ, sed syllogismus Arist. est à simili de figuris, nam vt figura est perfectio indiuidua, ita virtus est indiuidua perfectio, de hac. n. virtute modo loquitur Arist. non de illa quæ proportione fit, cum non sit virtus, nisi vt supplementum quoddam, vt dicitur. 2. Ethi. & sic cessat prima dubitatio. Secunda etiam cessat, quia Arist. non fecit ibi rationem secundam vt iuniores putant, sed dedit modũ, quo virtus acquiratur, vt exposuimus, & ita multę harum dubitationum ex malo intellectu textus emergunt. Hæc mihi videntur, licet recentiores multa fabulentur, quæ bona sunt pro modo.

Tex. 20.

At uero neq; intellectualis animæ partis alteratio est. Nã sciens maxime ad aliquid dicitur. Quod quidem hac ratione patet, quia per nullam potentiam motis fit in nobis scientia, sed prius exorto aliquo. Experimento enim particularium scientiam uniuersalium colligimus.

Hactenus ꝙ ad animæ appetitum non sit alteratio declaratum est. Nunc vero de parte animæ intellectuali vult disputare, & vt videtur Them. duo declarat. Primum est ꝙ partis intellectualis habitus & adeptiones habituum non sunt alterationes, secundum est ꝙ nec omnino generationes censeri possunt. primum probat, ꝙ syllogismus sic componitur, ad relationem vel relatiuum non est alteratio, sciens est relatiuum, scientia vero relatio. igitur ad sciens & sciam non est alteratio. Quòd sciens sit relatiuum, & sciẽtia relatio, probat sic, id quod nobis acquiritur per nullam potẽtiam, sed aliquo exorto, relatiuum vel relatio est, sciens vel scientia aliquo exorto & per nullam potentiam in nobis fit, igitur sunt ad aliquid Minor patet per hoc, quia experimẽto particularium sciẽtiam vniuersaliũ colligimus, & ita nobis acquiritur facta mutatione in sensibus, velut efficimur similes mutatione facta in alio, vt in albo, & æquales mutatione alterius in quantitate. Them. vero sic rationem intelligit, ꝙ scientiæ de vniuersalibus constent, vniuersalia ex particularibus colliguntur, quare non per alterationem habentur.

Qua Them.

Itemq; neq; actus ipse generatio est, nisi uisionem tactionemúe generationes aliquis dicat. Tale est enim ipse actus.

Secundum erat ꝙ habituũ adeptiones nec sint generationes. ipse tñ sub hac forma intentionẽ ꝓponit, d. Itemq; neq; actus ipse gñatio est, & in græco illatiue legitur hoc mõ, videlicet neque igitur actus ipse, supple. qui pertinet ad scientiam partemq; animæ intellectualem gñatio est, quod ideo illatiue legitur, quia ex modo dictis patet. Ad relationem enim nõ est alteratio, neq; ad id quod sequitur relationem per se. Modo cũ actus scientificus ab ipsa scientia proficiscatur, quæ relatio est, iure actus ipse non est generatio. Verum debes scire ꝙ actus scientificus bifarius est, alius præcedens generationem scientię, é quo scientia ipsa in intellectu fit. Alius sequens scientiæ generationem, potest itaq; ratio esse de vtroq;, quam subscribit dicens, nisi visionẽ tactionemúe generationes aliquis dicat. Tale est. n. ipse actus pertinens ad ipsum intellectum. ipsę. n. vt Themistius dicit tale est, hoc est similis visioni & tactioni, quia est momentarius. velut visio & tactio, & propterea non põt esse alteratio, quia momentarius, nec generatio, quia licet generatio sit momentaria, ipsa tñ cõsequitur alterationẽ, igitur si adeptio scientiæ non est alteratio, actus scientificus qui à scientia proficiscitur, non erit generatio, & sic patet secundum.

An ad qualitates de prima specie qualitatis sit alteratio. Vid Iand. q. 7. huius.

Acceptio autẽ scientiæ à principio non est generatio neq; alteratio. Sedatione nãq; & tranquillitate animæ sciens quispiam euadit, atq; prudens. Quemadmodum itaq; cum experrectus est quispiam dormiens, aut cum ab ebrietate sese recipit, aut cum à morbo conualuit, non factus est tunc sciẽs, & si antea non uti scientia poterat, operariq; per eam, sed se data perturbatione, menteq; iam inde ad tranquillitatem reuocata, aptus ac idoneus ad usum scientiæ euasit, sic etiam cum è principio in nobis scientia exoritur, aliquid simile fieri solet, fit enim perturbationis sedatio, atq; trãquillitas quædam. Qua ratione euenit ut pueri nec discere, nec sensibus discernere possint, perinde atque seniores est enim in ipsis turbatio atque motus uehemens, sedantur autem nonnunquam à natura ipsa, nonnunquam ab alijs. Verum in his utrisque fit ut quippiam alteretur, perinde atque cum quispiam ex perrectus factusque sobrius aptus ad actionem euadit. Perspicuum igitur in sensilibus parteque animæ sensitiua, et in nullis alijs nisi per accidens alterationem esse.

Duo sunt in sciente ipso, vnum quidem vt antecedens habitus ipse adeptioq; scientiæ. Alterum vt consequens vsus atq; operatio per illum habitum, probauit hactenus ꝙ habitus intellectus qui se habet vt antecedens, nõ per alterationem habeatur, & hoc quia est ad aliquid, & ꝙ vsus illius habitus non sit generatio, quia est quid simile visioni atque tactioni, sed quia adeptio scientiæ bifariam fit, aut inuentione, quæ disciplina dicitur, aut à præceptore, q̃ doctrina nuncupatur, postq̃ in generali probauit ad scientiã siue per doctrinam siue per disciplinã acquiratur, non esse alterationẽ, nunc speciatim probat ad scientiam, quã inuentione siue disciplina per nosipsos nanciscimur, non esse alterationẽ, nec generationẽ, & hoc proponit, & inquit. Acceptio autem scientiæ, quæ inuentione fit per nosmetipsos è principio, non est generatio nec alteratio. Hæc est intẽtio. Probat hoc, & syllogismus sic cõponitur, qđ emergit in nobis motu & alteratione sedata, non est generatio nec alteratio, sed inuentio in nobis fit cessante motu & alteratio, igitur non est motus nec alteratio. De ratione tangit minorem dicens. sedatione nanq; & tranquillitate animæ sciens quispiam euadit quo ad scientiam speculatiuam, atq; prudẽs, quo ad practicam, hæc est minor. Deinde idem persuadet exemplo in ebrio, dormiente, atq; ægroto, qui antea erat sciens, qui. n. detentus est, aut ebrietate, aut somno, aut morbo vti sciẽtia non potest, etsi erat antea sciens, at sedatis his, mox est agere aptus. Sic in nobis se data perturbatione, animæq; titubatione, fit scientia atq; prudentia. Hinc soluit problema propter quid pueri nec discere, nec sensibus discernere possunt vt senes. Respondet quia in pueris vehemens turbatio sensuum fit propter pituitam, q̃ in eis abundat, atq; vehemens motus crementi, hęc. n. sciẽtiam & prudentiã impediunt, vt dicit Plato, at cum in eis sedantur hæc, mox apti fiunt & scientiæ & prudẽtiæ, fit autem sedatio aut natura, vt quia ætas imminet, & ad consistentiam perueniunt, aut ab alijs causis, vt per assuetudines bonas, à bonis præceptoribus, quia vt inquit Arist. 2. Ethic. non parum refert sic, vel aliter assuescere iuuenes. Sed vt inquit siue sedatio è natura proficiscatur, siue ab assuetudine, semper sciã in nobis emergit aliquo in nobis alterato, vt sensorio & corpore, demum epilogat, & sermo patet. Sed circa hæc duo sunt quæ quęstionem faciunt, vnum quia videtur falsum ꝙ Arist. adducit ad probandum inuentionẽ fieri in nobis per cessationem turbationis, quia tunc inuentio esset reminisci,

An ad sciẽtiã sit per se motus, et p quem modum acquiratur sciẽtia. Vide cano. q. 2. huius. 7.

An ad virtutes morales sit per se alteratio. Vide Gae. tex. 38. & Bar. & Gratiad. Esu. loc. 7. huius.

Prima q̃.

reminisci, cuius contrarium in posterioribus est probatum. *Secūda ratio.* Secundum est, dato ꝙ scire non sit reminisci, quonā modo rō Arist. valet, & exēplum sit ad propositum, quod de ægroto, ebrio, & dormiente est datū. Iuniores vero dubitāt tertio quonam mō sciā est ad aliquid, cum sit in prima qualitatis spē. Et ita summatim tres sunt quaestiones, quæ accidunt ijs, quæ Aristo. ait.

Tertia quæstio. vide Marl. Ioc. & Egid.

Quæ Auerro. comen. 20.

Solu. tertiæ.

Auer. vero in cō. 20. vr̄ soluere hæc, & primo soluit tertiam, & inquit, & intendit per sciam esse ad aliquid, quia nō fit in se, sed rōne habita ad nos, quia qn̄ anima fuerit præparata ad recipiendum illas comprehensiones, vt ferrú præparatur per tersitudinem ad recipiendum lucem & alios colores, non recipit comprehensiones in se ita vt antea non fuerint, sed nos efficimur modo sciētes, qui antea non dicebamur. Et paucis interpositis dicit, qm̄ cognitio nō fit in cognoscente, Ita ꝙ pars cognoscens sit transmutata, sed fit qn̄ aliquid F aliud mutatur, vt in oībus relatiuis, verbi cā, in colūna, colūna. n. non transmutatur in se, qn̄ de sinistro posita est in dextro, sed aliud vt Socrates, & ita est de cognitione, qm̄ illa non fit, ita vt pars cognoscens transmutetur, sed ꝙ aliud transmutatur, & est illud, in respectu cuius dr̄ illa cognitio, videlicet particularis rei. Et paucis interpositis reddit cām. d. qm̄ cognitio fit in nobis, qn̄ transmutamur per cognitionem particularium & considerationem eorum, nam cum particularia consideramus per sensus interiores, fit propter hoc cognitio rei vl̄is in nobis per habitudinem ad illa. & ꝙ cum in nobis fit plus quam vnum particulare, statim fit in nobis species vl̄is sine transmutatione. Hæc Auer. ad tertiam, in quibus vt declaraui in libro de Intellectu Auer. tria innuit. Primo quonā modo scibilia sunt in intellectu. Secundo quonam modo nos scientiam cōsequamur. G Tertio quid sit scire. Sunt quidem. n. scientię siue scibilia in intellectu ipso vt formæ in perfectibili, non quidē de nouo, nam cum apud ipsum intellectus sit æternus & vnum numero in vniuersa hoīs specie, scibilia sunt æterna, cum species sit æterna. vt. 3. dicit de Aīa. cō. 5. & non sunt in ipso, vt accidens, quia puro intellectui nihil accidit, nec vt forma materialis in materia, quia forma materialis est singularis, at scibilia sunt vniuersalia, est igitur perfectus ipse intellectus oībus scibilibus in maiori parte sui subiecti. Hæc de primo. Cōsequimur vero nos scientiam per copulationem intellectus nobiscum, nam cum intellectus sit plenus formis, cum copulatur nobis aliqua illarum formarum, intellectus ipse nobis copulatur, non quidem naturali copulatione, quia illa per gn̄ationem nobis fit, nam generatione dianoeam nanciscimur, quæ cogitatiua dicitur apud H Auer. mediante vero naturali copulatione cum dianoea fit copulatio naturalis cum intellectu, sed voluntaria copulatione, quæ quidem fit per hoc, ꝙ sensibus interioribus particulare discimus, mediante quo vniuersale illius nobis copulatur. Causa autem huius copulationis est, quia vniuersale & singulare illius vniuersalis idem est, vt homo & hic homo, qua ratione fit, vt si nos consideremus hunc hominem sensibus, intellectus nobis copuletur pro illo vniuersali hominis, & dianoea & intellectus non modo vna res fiunt naturali copulatione, sed accidentali atque voluntaria. Hæc de secundo. Hinc patet tertium quid videlicet, sit scire, est. n. scire nihil aliud q̄ copulatio ipsius intellectus accidentalis cum vniuersalibus, quæ sunt illius pfectiones, facta per considerationem particularium, &

An ad solas qualitates tertiæ spēi qualitatis sit per se alteratio. vide Ioan. de mag. q. 2. huius. et Gaet. tex. 34. huius. & Egi. & Alb. de saxo. q. 3. huius.

An verum sit quod dia sedēdo & quiescēdo fiat prudēs. Vide Gra pud. Esr. de. 7. huius.

E hanc scientiam dicit esse ad aliquid, non ꝙ formaliter sit relatio, nec qualitas, sed modo sit relationum, quæ non insunt per se, sed quia aliud inest. Hæc de tertio, & per consequens patet ad tertiam qōnem, verum de his in libro de Intellectu multa & ꝓ Auer. & contra Auer. dixi, quæ nunc omittantur, cum extra propositū hæc sint tacta. Primam vero qōnem soluit expositor, & Auer. similiter, ea quæ dixit Airst. de rōne, & de exemplo fuisse dicta more Platonico, vt ostenderet id quod Aristo. dixit, etiam esse verum ſm Platonem. Verum pro intellectu verborum Auer. qui obscure loquitur, forte errore translationis, debes scire ꝙ de intellectu possunt esse duæ positiones, aut ꝙ generetur, vt dixit Alexander, aut ꝙ sit æternus & vnus, vt dixit Auer. & si loquimur de ipso vt est æternus & vt vnus, adhuc possumus loqui, aut de intellectu in se, aut quo ad esse, F quod habet in nobis. Si tenetur ꝙ sit factus, tunc esse eius essentialiter, sequitur alterationem, nam generatio est finis alterationis. Si vero teneatur ipsum non esse factum, oportet dicere ipsum esse in nobis per alterationem, copulatur. n. nobiscum per generationem dianoeæ, quę alterationem sequitur, vt dictum est, qua ratione intellectus aīę rationalis, nec per se, nec quo ad esse in nobis fit per se, sed consequitur factionem alterius, propterea vt recte inquit, tria sunt quęstione digna. Primū est, vtrum intellectus sit alteratio siue motus, & hoc nemo dicit. Secundum est, vtrum ad substantiam intellectus in se sit alteratio. Tertium, vtrum ad esse intellectus in nobis sit alteratio, & hæc breuiter sunt in libro de Anima soluta. Prima. n. quæstio soluta est, quia nullus dixit, intellectum esse motum, secunda etiam soluitur, quia intellectus est de nouo per G accidens in nobis non per se. Tertium soluitur, quia intellectus fit per transmutationem factam in alio, colligit tamen hæc quæ dixit de scientia esse dicta ad Platonis mentem, vt ostendat vim suæ positionis. Hæc Auer. verum multum obscure, & infructuose. Secundam vero quæstionē soluere possumus breuibus, quia scientiæ nihil est contrarium per se, qua ratione euenit vt intellectus sit summe aptus receptioni scientiæ, recte igitur sequitur ꝙ remotis impedimentis fit scientia, hoc est summa aptitudo ad scientiam. Licet. n. ignorantia sit scientiæ contraria, tamen propter illam non saluatur ratio motus in scientia, quia si est ignorantia negationis, est priuatio, si dispositionis, est scientiæ per accidens contraria. non. n. oportet vt vadens ad scientiam semper ex hac moueatur, puer enim ad scientiam vadit, & non ex hac mouetur. Ex quo patet non ad omnem qualitatem intentionalem esse motum, quia non H ad scientiam vel virtutem, quæ est intentionalis. Expositor autem alio modo rem exponit, & non imperite. Hæc de secunda quæstione.

Solu. primæ quæstionis.

Sol. 2. qōnis.

Sed Auer. in calce commenti quærit, quare tacuit secundam qualitatis speciem, quæ potentia aut impotentia dicitur naturalis, & respondet per verba Alexandri, quia potentia naturalis non est qualitas, quod dupliciter exponit. Vno modo ꝙ potentia naturalis non sit qualitas, quia actiua est forma, passiua est materia, modo hæ sunt substātiæ, agit. n. vel patitur vnūquodq; sua vel forma, vel materia. Alio modo potest intelligi ꝙ potentia naturalis non sit qualitas alterabilis, quia est forma, hoc est, quia est aptitudo propria formæ, modo forma sequitur alterationem, & nō est ad ipsam alteratio. Et sic recte præteriit illam.

Quarta qō. Auer. expo.

Ambige

Tex. 21. *Ambiget autem quispiam utrum sit oı̃s motus oı̃ motui comparabilis nec ne? Si igitur sit oı̃s cōparabilis, & æque uelox est, quod æquali in tpe spatium peragrat æquale, erit aliqđ orbiculare alicui recto æquale, et maius ẽt atq; minus.* A

Quatuor (vt inquit Auerro.) sunt qõnes, quas in hoc. 7. vult disputare. Prima, vtrum oẽ quod mouetur habeat motorem, è quo mouetur. Secunda, vtrum oı̃a quę mouentur in loco, reducantur ad primum motum quod mouetur à motore in seipso. Tertia, vtrum mouens & motum sint simul. Quarta demum est, quam nunc exposcit vtrum sit oı̃s motus oı̃ motui cóparabilis nec ne. Est autem hæc quarta qõ (vt inquit expositor) necessaria. Nam postquam Aristote. ostendit in mobilibus & motoribus esse aliquod primum necessario, & ea quæ sunt vnius ordinis comparabilia sunt, nam prius & posterius comparationem important, sapide vltimo de comparatione motuum qõnem proponit. Arguit igiť ad qõnem primo in motibus eiusdem gñis, & inquit. Si igitur sit oı̃s cōparabilis, & æque velox est (vt dictũ est in Sexto) qđ æquali in tpe ęquale peragrat spaciũ, erit aliquod orbiculare alicui recto æquale, & eõam maius & minus, tenet consequenõa (vt sapide dicit Themist.) quia ea comparabilia sunt, quibus omnibus vna mensura communis est.

Vide etiam Egid. hoc.

Qua Themist.

Qua Auer. Auer. vero hoc idem deducit alijs verbis, sed idẽ est dicens ea esse comparabilia, quæ superposita sunt, hoc est quæ in vna communi mensura conueniunt.

Præterea erit alteratio alicui lationi æqualis, cum æquali in tempore aliud alteratum, aliud latum fuerit, affectio ergo longitudini erit æqualis, at esse non potest.

Nunc arguit in motibus diuersorum generum, & inquit, Præterea erit alteratio alicui lationi æqualis, & supple etiam maior & minor, cum æquali in tempore aliud alteratum, aliud latum fuerit. Hoc autem est impossibile, quia tunc affectio, siue qualitas passibilis longitudini erit æqualis, at esse non potest, quia non conueniunt in vna communi mensura. C

Verum cum æque uelox id sit, quod æquali in tempore æquale pertransit, affectio autem nulla longitudini est æqualis, fit ut nec alteratio lationi sit æqualis, nec minor. Quare non omnis motus comparandus erit.

Epilogat quasi rõnes sub breuiori & neruosiori forma & primo rõnem, quæ procedebat in diuersis gñe motibus, & inquit. Verum cum æque velox id sit, quod æquali in tempore æquale pertransierit, affectio autem nulla longitudini est æqualis, cum non habeant cõem mensuram, fit vt nec alteratio lationi sit æqualis, nec minor, quare non oı̃s motus comparandus erit. Hæc erat secunda rõ. Debes scire ꝙ affectio & longitudo possunt dupliciter accipi. Vno modo ſm id quod sunt, & sic possunt esse æquales, quia tanta est albedo quãta superficies, vt dř in prædicamentis. Alio modo vt sunt media motuum, & sic affectio accipitur vt est qualitas variabilis per gradus, longitudo vt est magnitudo variabilis per partes & dimensiones, & hunc in modum non sunt comparabiles, cum extensio & intensio conferri non possint, & hoc modo intelligit Arist. & ratio eius habet vim, vt perspicuum est. Iuniores autem & si multa dicant, nisi sic intelligant, nihil est quod dicunt. D


An habeatur p inconueniens si quòd qualitas sit æqualis longitudini. Vid Burl. hic

Tex. 22. *Insuper etiam quonam modo in orbiculari, rectoq; id accidet? erit. n. absurdum, si non similiter super orbiculari atq; recto motus fiat, sed continuo uel uelocius uel tardius moueri necesse sit, quasi hoc sit deorsum, id sursum.*

A Epilogat rõnem in motibus eiusdem gñis, & inquit. Insuper etiam quonam modo in orbiculari, rectoq; id accidet, videlicet vt vnum alteri conferri possit? erit. n. absurdum, si non aliqñ similiter super orbiculari atq; recto motus fiat, sed semper fiat dissimiliter, ita vt vnus velocior, alter tardior sit, eo modo quo dissimiliter fiunt, ea quorum vnum sursum, alterum deorsum mouetur, est igitur absurdum dicere rectum & circularẽ motum esse comparabiles, & semper dissimili proportione se habere, modo quo se habent sursum motum, & deorsum motum, quare si sint comparabiles, oportet vt aliqñ sint æque veloces, quod est impossibile, cũ motus cœli sit velocissimus, cui nullus in velocitate conferri potest. Hic est epilogus secundæ rationis.

Præterea nihil ad rõnem refert, si quis necessariũ esse dixerit ut continuo uelocius aut tardius moueatur, erit. n. orbiculare maius ac minus recto, quare & æquale. Nã si et in eodem A tempore, hoc quidem B orbem, illud uero C rectum pertransierit, maior profecto orbis B, erit ipso C recto, hoc . n. pacto uelocius definiebatur, ergo si in minore æquale etiã peragrauerit, uelocius erit. Quare pars quædam erit temporis A, in qua uelocius mobile partem aliquam trãsibit ipsius orbis B & G. mobile in toto A tempore ipsum C rectum. Tex. 23. B

Ostensio q. si motus circularis sit maior uel minor in uelocitate q̃ rectus, q. possit etiam æqualis esse.



Cauillabant quidam dicentes id quod mouetur super orbẽ posse moueri continuo velocius aut tardius eo qđ in recto mouetur, & nunq̃ æque velociter. propterea esse non possunt æqualia, & hoc ꝓponit dicẽs. Præterea nihil ad rõnem refert, si quis necessarium esse dixerit, vt continuo velocius aut tardius moueatur id quod supra orbem fertur, eo quod super rectum, & nunq̃ in æquo, hic est cauillus. & ꝙ nihil referat ad rõnem, declarat dicens, erit. n. orbiculare maius ac minus recto, quare & æquale, per illam regulam, quæcũq; ſm magis & minus comparabilia sunt, etiam ſm ęquale comparabilia erunt. sed non contentus regula, probat

An sit verum quod ubi inuenitur magis et minus ibi reperitur æquale. Vide Gratiad. Esc. lect. 7. hunc.

bat rem hanc ratione, & inquit. Nam & si in eodem A tempore hoc quidem mobile B orbem, illud vero C rectum pertransierit, maior profecto erit orbis B ipso C recto, nã velocius definiebatur esse quod in æquali tpe pertransit maius. Sic igitur patet orbem B esse maiorẽ linea recta C: tũc vltra infert, & inquit. ergo & si aliqđ mobile in minore tẽpore peragrauerit ęquale de orbe, æquale dicó ipsi recto C, adhuc velocius erit, per aliã velocioribus definitionem. Et vlterius infert esse aliq̃ partem ipsius tẽporis A, in qua ipsum mobile pertransit aliquam partem ipsius orbis B, & G mobile in toto

Vis rationis.

A tẽpore ipsum C rectum æquale illi parti orbis. Est igitur processus hic G mobile, & M mobile pertranseunt æqualia, licet G in toto A, M vero in parte ipsius A, sed illorum æqualium aliud est orbiculare, aliud rectum, igitur orbiculare & rectũ pñt esse æqualia: sed oĩa spatia ęqualia pñt peragrari ęqualibus motibus, igitur mo F tus rectus & circularis possunt esse æquales, & æque veloces, & sic cauillus nullus est. Animaduersione dignũ regulam hanc, videlicet vbi est dare maius & minus, ibi est dare æquale fundaẽ in illo principio, si ab æqualibus æqualia demas, cætera quæ remanent sunt æqualia, propterea non tantum ratione naturali regula patet, sed etiã suppositione geometrica.

Obiectiones cõtra regulã. Prima obiectio. Secunda. Tertia.

Tres sunt obiectiones contra regulam Arist. prima est noui expositoris, quia angulo portionis circuli põt dari angulus maior vt obtusus, & minor vt acutus, & non æqualis, igitur regula falsa. Secunda, circulo potest dari quadratus maior, & quadratus minor, & nunq̃ æqualis, igitur regula falsa. Tertia, elemento aeris põt dari elementũ maius, vt ignis, & elementum minus vt aqua vel terra, & non tamen elementum æquale, igitur regula falsa,

Solutio. Conditio generalis.

Ad oẽs has obiectiones & similes, vt intelligit nouus expositor, vna tantum conditio est obseruãda vt id quod G comparatur ẽm magis & minus, sit eiusdem rationis in specie, proptera tollitur prima obiectio, nã angulus obtusus qui maior est angulo portionis, & angulus acutus qui illo eodem est minor, sunt alterius speciei. Sed vbi ambo essent eiusdem speciei, esset dare angulum æqualem. Similiter tollitur tertia, nam elementum maius aere & minus aere sunt diuersarum specierum, ꝓpterea non potest dari elementum æquale, & ideo si datur ignis maior aere & ignis minor aere, põt dari ignis æqualis, quia ignis maior & ignis minor sunt eiusdem spẽi. Secunda conceditur, potest. n. dari quadratus maior & minor circulo, & quia maior & minor quadratus sunt eiusdem speciei, ideo põt dari quadratus ęqualis circulo, & æqualitate continentiæ, & cõmensurationis, quia æqualitas continentiæ est æqualitas mensurę,

Expõ aliorum

vt mathematici sentiunt, quanquam nonnulli velint re H gulam teneri de æqualitate continentiæ tñ, & non de æqualitate mensuræ, & ita volũt quadratum esse æqualem vel minorem, aut maiorem circulo ẽm continentiam, & non ẽm mensuram.

Replica. Prĩa Replica.

Sed nonnulli alij Blacterones obijciunt. Primo, A quadratum tantum continet, quantum B circulus vt supponitur, igitur contenta amborum sunt æqualia æqualitate continentiæ, aliter iretur in infinitum. igitur sunt æqualia æqualitate cõmensurationis: vltra, sed illorum contentorum alterum est quadratum, alterũ circulare, igitur quadratũ est ęquale circulo ęqualitate cõmensurationis.

Secunda.

Secundo, omnia quanta sunt æqualia vel inæqualia ẽm commensurationem, quadratum & circulare sunt quanta, igitur æqualia vel inæqualia ẽm commensurationem.

Tertia.

Tertio, qualibet linea pedalis cuilibet lineæ pedali æqualis est ẽm E commensurationem sed aliqua linea recta est pedalis, & aliqua quadrata est pedalis, & aliqua circularis est pedalis, igitur omnes istæ sunt æquales ẽm commensurationem. Hæ sunt obiectiones.

Defensio.

Sed reuera modus ille potest defendi. Ad primã concederem A & B esse æqualia ẽm continentiam, & contentã illorum etiam esse æqualia ẽm contineri, & negarem ea esse æqualia ẽm commensurationem ea ratione, qua continentur ab A & B, licet ea ratione qua efficiuntur contentiua aliorum, possunt effici ęqualia ẽm cõmensurationem, sed vt sic non continentur ab A & B. Ad secundam dicere regulam non esse verã, nisi de continentia, & non de commensuratione, non enim quadratum & circulus sunt æquales vel inæquales ẽm commensurationẽ, & tamen sunt quanti. Ad tertium dici potest omnem pedalem esse æqualem omni pedali ẽm continentiam, & non ẽm mensuram, & sic cessant obiectiones. Hęc dicerem pro illorum defensione. Animaduerte tamen ꝙ fortasse regula illa est vera ẽm censionem mathematicam, vtpote considerando maius & minus sub ratione generis, nã si considerentur sub rõne speciei, fallere põt in multis per accidens, & sic cessant oẽs dubõnes.

Sic itaq; si comparabilia sint, id accidit quod nuper dictum est, rectum uidelicet orbiculari æquale esse. Sed hæc cõparabilia non sunt, ergo nec motus ipsi comparabiles erũt. DILVC.

Aristoteles igitur vim questionis reducit, & inquit. Sic aitq; si comparabilia sint, hoc est si motus rectus & circularis comparabiles sint, id accidit quod nuper dictum est, rectũ videlicet orbiculari æquale esse, destruit consequens, & inquit. Sed hæc comparabilia non sunt, ergo nec motus ipsi comparabiles erunt, & ita patet vis quæstionis.

Verũ ea cuncta cõparabilia sunt, quæ non æquiuoca sunt ueluti cur comparabilia non sunt stilus, & uinũ, aut ultima fidiũ utrũ acutius sit, quia nanq; æquiuoca sunt, ideo cõferri non põt, sed ultima fidiũ atq; penultima comparabiles sunt, quia acutũ in utrisq; idẽ significat, igitur non idem uelox est hic & ibi, & multo etiam minus in alteratione ac latione.

An inter æquiuoca possit esse comparatio. Vide Egi. hic.

Aristoteles nunc soluit quæstionem, & primo nanciscitur conditiones quæ requiruntur ad comparationem, & sunt tres. Prima est ꝙ illud in quo aliqua comparantur, non conuenit comparatis æquiuoce, seu vniuoce, quod eo exemplo testatur, quia stilus & vinum vtq; vltima fidium non comparabiles sunt in acutie, quia acuties est quid æquiuocum illis, sed bene vltima fidium, & penultima in acutie comparabiles sunt quia H acuties eis vniuoce competit. Tunc ad propositum, cum velocitas non vniuoce competat circulari motui & recto, nec lationi & alterationi, ideo penes velocitatem conferri non potest.

An id primo uerũ nõ est, si nõ æquiuoca sint, cõparabilia esse. Multum. n. idem in aere, atq; aqua significat, & tñ in illo comparabilia non sunt. Quòd si hoc non sit duplum idem significabit in illis, est enim id quod rationem habet duorum ad unum, non tamen in illo comparabilia sunt. Tex. 25.

An omnia non æquiuoca sint comparabilia. Vide Egi. hic.

Obijcit primæ conditioni dando instantiã, quia multum est quid vniuocum aeri atq; aquæ, & tamen aer & aqua in multo comparabiles non erunt, non enim dici potest aer multior, vel magis multus aqua. Quòd si quis cauillando dicat multum esse vtrisq; æquiuocũ, obijciendũ est per aliam instantiam, ꝙ duplũ est vniuocum,

uocum, cum id sit quod rationem habet duorum ad vnum, quod illis vniuoce competit, & tamen nec in duplo comparabiles sunt, quia non dicimus aerē dupliorem aut magis duplum esse ipsa aqua, & ita prima conditio, videlicet ꝙ omnia comparari possint, quæ in vniuoco conueniunt, habet instantiam.

Tex. 26.

An & in his eadem est ratio. Nam & ipsum multū æquiuocum est, sunt enim ea & quorum rationes æquiuocæ sunt, ueluti si quis dicat multum id esse, quod est tantum, & adhuc ultra. At æquale æquiuocum est, etiam si forte fuerit cōtinuo unum, q. si hoc est æquiuocum, & ipsa etiam duo æquiuoca erunt.

An multū & duplū sint cōparabilia.

Respondet, negando assumptum, suppositum est.n. multum & duplum esse vniuoca, modo hoc est falsum, sunt enim ea quorum rōnes æquiuocæ sunt, vt si quis definierit multum, dicet multum id esse, quod est tantum, & adhuc vltra, & duplum id esse quod rationem habet duorum ad vnum, modo æquale & vnum sunt æquiuoca, vt omnibus patet. At si vnum est æquiuocū, duo etiam æquiuoca erunt, & ita rationes nominū sunt æquiuocæ, & per consequēs sumptum est falsum. Sed ambigunt, quia vnum videtur esse vniuocum, cum sit principium numeri. Modo numerus est species prædicamenti quantitatis, igitur vniuocum, quicquid sit de differentia inter positionem Auerrois de vno, & illam Auicennæ, de qua nunc, non est ad propositum loqui.

Dubi.

Solutio. Dicerem aliqua posse esse vniuoca in ratione metaphysica, quæ sunt æquiuoca in ratione physica, vt potentia in ratione metaphysica vniuocum quid est, sed in rōne physica æquiuocum, & ita concederem vnum duplū, tantum æquale, duo, & cætera id genus in ratione quidem metaphysica esse vniuoca, quæ ratio est vnitas conceptus, non tamen in ratione physicā, quæ est vnitas naturæ.

Tex. 27.

Postea cur alia quidem comparabilia sunt, alia uero nō, si natura sit una, an quia in alio primo sunt susceptiuo, quo fit ut equus quidem ac canis comparabiles sint, utrū albior sit, quippe cum superficies in qua primo est albedo ipsa, eandem in utrisq; sit. Simili modo & magnitudo eadem. Aqua uero & uox minime conferri possunt, in alio enim est susceptiuo.

An verum sit q ad verā comparationem exigatur vnitas naturæ. Vide Gratiad. lec. 7 huius. Quæ nouus expositor. Egid. hic.

Ponit secundam cōditionem, quæ ad comparationem requiritur, & vult ꝙ id in quo comparabilia comparantur, idem habeant susceptiuum primum. verbi causa, equus & canis in albo conferri possunt, qm̄ albedo ipsa in qua comparantur, habet idem subiectum primum & immediatum, videlicet superficiem vel magnitudinem ipsam, quæ in vtrisq; est eiusdem speciei, at aqua & vox in magnitudine conferri non possunt, qm̄ in vtrisq; ipsa magnitudo non habet idem subiectum primum. Hæc est secunda conditio. Reddit autem nouus expositor causam, cur id in quo fit comparatio debet habere idem subiectum proximum, & non remotum, & ait hoc esse, propterea quia id, in quo fit comparatio debet esse vniuocum, at vnitas vniuocationis est vnitas rationis, modo cum subiectum remotū non diuersificet rationem, cum non ponatur in definitione, nec requireretur ad vnitatem eius in quo res comparantur. Sed obiter occurrit hæc dubitatio, nam albedo est eiusdem rationis, quia superficies est eiusdem rationis. Superficies vero cū sit accidens, quare est eiusdem rationis, subiectum enim proximū superficiei est mixtura, modo mixtura in vtrisq; est alterius rationis.

Dubiū obiter occurrens.

Solutio. Et de hoc fortasse dicemus postea, pro nunc ad rationem dici potest ꝙ superficies est vnius rationis ab vnitate materiæ, quæ est primum subiectum dimensionū, & forte ab vnitate formæ corporis, quæ est vnius rōnis in cane & equo, mediante qua dimensiones insunt materiæ. Et forte ꝑ alias causas, quas postea dicemus.

Tex. 28.

An hoc pacto perspicuum est omnia fore unum facere, tametsi in alio atq; alio unumquodq; esse dicatur. Eruntq; idem æquale & dulce & album, quamuis in alio atq; alio sint.

Debes scire ꝙ aliqua distingui possunt apud peripateticos duplici ratione, aut penes formas, siue differētias formales, qua ratione dulce & album differunt in lacte, tametsi subiectū sit idem, aliqua penes subiecta, B vt magnitudo in voce, & in aqua, & potest addi aliqua differre penes vtrunque vt albedo & lux, peripatetici itaq; rerum distinctiones nanciscebantur aliquādo penes subiecta, aliquando penes formas, aliquando penes vtrunq;. Plato vero solum penes materiam & subiectum, cum dualitatem posuit ex parte materiæ, vnitatem vero ex parte formæ. Ex iis sequitur ꝙ qui rerū differentias nanciscuntur tantum ex parte subiecti & materiæ, vt Plato fecit, omnia vnū coguntur facere ex parte formæ, propterea Arist. volens venari tertiā conditionem requisitam ad comparationem, videlicet vnitatem naturæ, Primo ostendit causam distinctionis rerum non solum proficisci à subiecto & materia, sed etiam ex parte formæ & naturę. Secundo rem suam concludit, & inquit.

An hoc pacto vt Plato ponit videlicet, omnem differentiam esse ex parte materiæ, est omnia fere vnum C facere, saltem ex parte formæ, quia si sola distinctio est à materia, ex parte formæ erit identitas, & ita hoc modo opinari est omnia facere vnum, saltem ex parte formæ, tametsi in alio atq; alio vnumquodq; esse dicatur, qua ratione sequitur æquale, & dulce, & album vnum sint ex parte speciei & forma, postquam penes formā nulla sumitur differentia, quamuis in alio atq; alio sint subiecto, sic igitur causa differentiæ & vnitatis nō sola est dualitas vel vnitas materiæ, vt Plato autumat. Hæc est prima ratio Arist.

Tex. 29.

Insuper etiam susceptiuum non est quoduis, sed unum unius primum.

Secūdo obiicit contra Platonem, quia adhuc in subiectis est vnitas ac differentia, quoniam susceptiuum formæ non est quoduis, sed est vnum vnius primū, & D determinatæ formæ determinatum subiectum, igitur etiam in subiectis est differentia & vnitas, ergo oportet adhuc expetere causam distinctionis & vnitatis subiectorum, & ita causa Platonis non sufficit. Melius itaq; peripaterici asserunt subiecta differre propter formas, & formas propter materias, nam vt materia & forma sunt sibi mutuo causæ essendi, etiam erunt causæ differendi.

Quare itaq; non solum ea quæ comparantur, non æquiuoca esse, sed etiam nec id quod inest, nec id in quo inest, differentiam habere oportet. Dico autem hoc modo, color habet differentiam aut diuisionem, non igitur hoc ipso comparatio fiet, ceu utrum magis sit coloratum, non itaq; in colore quatenus color, comparatio fit sed quatenus album.

An genus sit vna natura. Vide Iadu. q. 9. huius.

An ad hoc quod aliqua sint comparabilia requiratur quod sint eiusdē speciei specialissime. V de Albe de saxo. q. 4 huius. Et Bur. q. 3 huius.

Ex iis concludit nunc tertiam conditionem, quod videlicet, id in quo aliqua comparantur, esse debet, eiusdem naturæ specificæ in vtroque comparatorum, & hoc inquit. Quare itaque non solum ea quæ cōparantur nō æquiuoca esse, & hoc quo ad primam conditionē, sed etiam nec id quod inest, quo ad tertiam, nec id in quo inest quo ad secundam differentiam habere oportet. Huius rei exemplum subscribit dicens. Dico autē hoc modo, color habet differentiam aut diuisionem, quia genus est multarum specierum, non igitur hoc ipso cōparatio fiet, ceu vtrum magis sit coloratum album quā nigrum, non itaq; in colore quatenus color, comparatio fit, sed quatenus album, & ita in colore nulla fit cōparatio, sed in albo, quod est coloris species, sunt igitur tres conditiones ordine quodā vt nonus expositor inquit. Prima vt id in quo fit comparatio non sit æquiuocum. Secunda vt id non in subiectis differentibus speciei insit. Tertia vt sit vnius naturæ specificæ. Sunt autē hæ seriæ sibi mutuo, nam ex tertia proficiscitur secunda, quia sequitur, est vnius speciei, igitur subiectum est vnius rationis primū & proximum, ex secunda & tertia sequitur prima, quia sequitur, subiectum est vnius rationis, & ipsum est vnius naturæ specificæ, igitur nō est æquiuocum. Hæ sunt conditiones comparabilium.

Dubitationes. Prima quo. Sed hic sunt quæstiones nō paruæ. Prima, quia, hæc est bona comparatio. Plato est albior quā Socrates sit niger, & tamen non est vnitas speciei in eo in quo fit cōparatio. *Secunda.* Secunda dubitant penes quid comparātur rerum perfectiones, vt propter quid homo æquo est perfectior, vtrum ab vnitate naturæ, vel in aliquo tali, hæc enim non parua est quæstio.

Tertia. Tertia dubitatio est, quia Aristo. vult non quoduis subiectum esse cuiuscunq; formæ, sed vnum vnū atq; primum, hoc autē falsum videtur, quia tunc omne accidens esset proprium & nullum commune. *Quarta.* Quarta, si ab vnitate naturæ sequitur vnitas subiecti, vt dicebatur, tunc vna esset materia ac eiusdem rationis in cœlo, & generabilibus, quoniam dimensio in cœlo & generabilibus vnius est rationis. *Quinta.* Quinta est, quia tunc grauitas esset eiusdem speciei in aqua, & terra, quia dicitur terra est aqua grauior. Similiter, & leuitas in aere, & igne. Hæ sunt dubitationes, quas iuniores concitare solent. *Solu. primæ.* Ad primam itaq; quicquid velint alij, ego solitus sum dicere bifariam esse comparationem, aut simplicem, aut compositam, simplex comparatio sit (vt dixit Arist.) quando id in quo fit comparatio sit nō æquiuocum, in vno subiecto, & vnius speciei. Composita vero fieri potest immediate in duobus. Modo sit aliquod vnum mediate, verbi causa, in argumento dicto Plato & Socrates comparātur immediate in duobus, videlicet albedine & nigredine, sed mediate in vno, videlicet in intensione, quia cum dicitur Plato est albior quā Socrates niger, est dicere quod albedo est intēsior nigredine, & ita mediate comparantur in intensione, & vna natura. Hæc ad primam.

Solu. secundæ. Prima positio de rerum perfectione. Vide et Albe. de saxo. q. 5. huius. Ad secundam nonnulli calculatores imaginantur totam rerum naturalium latitudinem perfectionalem terminari duobus extremis exclusiue. Vno tanquā summo vtpote deo. Altero tanquā non grado, vtpote materia prima, fingunt enim hanc rerum latitudinem esse vt circulum, cuius quidem cētrum est materia prima, orbis vero ac circunferētia est deus, & tunc sicut circa omne centrum & infra omnē circunferentiam infiniti describi possunt circuli, quo- E rum vnus est altero maior, ita inter deum & primā materiā intelligi possunt species infinitæ, quarum vna est perfectior altera, atque vt ille circulus minor est, qui à centro minus distat, ita illa species minoris erit perfectionis, quæ minus à materia distat. *Tertia positio. Confutatio.* Sed hæc nō est vera positio, nec habet bonum colorem. vera quidē non est, quia nihil potest terminari eo extremo, quod terminum nō habet, nihil enim interminatum est aptū terminare aliud, at deus est quid interminatum, igitur nihil potest terminare. Colorem vero bonum non habet, quia potius deus comparari debet centro, quā circunferentiæ, nam circunferentia proficiscitur à cētro & non econtra, modo è deo ipso omnia exeūt, propterea Empedocles ita deum descripsit, deus est centrum, è quo lineæ exeunt vndique. Alij dixerunt rerū perfectiones attendi penes propinquitatem vel remotionem à non gradu perfectionis, quæ est prima mate- F ria, & ita penes recessum à materia volunt latitudinem perfectionum rerum mensurari. Contra hanc positionem solet instari, quia tunc materia prima esset infinitæ modicæ perfectionis, & ita imperfectior accidente quouis, quod non recipiunt peripatetici, nam oē accidens ponunt imperfectius omni substantia. Alij propter hoc tenent rerum latitudinem attendi penes accessum atque recessum à summo, vtpote à deo. Sed hoc stare non potest. Primo quia omnes res essent eiusdem perfectionis, quoniam omnes in infinitū distarent ab ipso deo, qui est infinitæ perfectus. Secundo quia tunc consimiliter esset in latitudine qualitatiua, modo hoc est falsum, quia dato quod summus caliditatis gradus sit vt decem, non propter hoc illa caliditas est in duplo intensior alia, quæ illi summo est in duplo propinquior. Nā caliditas vt nouem est in duplo illi propinquior quam G caliditas vt octo, distante, n. octo à decem per duo nouem vero per vnum, modo duorum ad vnum est dupla proportio, & tñ non propter hoc est in duplo intēsior, & ita de hac re non parua est quæstio. *Propria pō.* Videtur igitur mihi esse dicendum latitudinem perfectionum rerū esse attendendam penes recessum à non gradu cū positione secūda, in qua omnes calculatores ferè concordāt. *Quid non gradus. cap. q.* Sed quid sit ille non gradus, non parum est leue, potest igitur non gradus vno modo sumi priuatiue, sicut punctus priuatiue est non quantus, sed aptus vt ab illo proficiscatur quantitas, & positiue est infinita modica q̃titas. *Vide ca. q. 3. quam bonus, & vbi multa.* Dico igitur quod non gradus rerū priuatiue sumptus est rerū priuatio, quæ est non res, sed id vnde res fluūt, non gradus vero positiue dubius est, & aliqui volunt accidens, & aliqui materiam, quicquid sit, dici potest res mēsurari per recessum à non grado priuatiue sum- H pto. Sed si materia sit non gradus positiue acceptus, penes recessum à materia, igitur penes non gradū quicquid sit ille. *Solutio tertiæ.* Ad tertiam concedunt omne accidens habere aliquod primum subiectum, sine quo inueniri nō potest, & ita esse proprium saltem primo modo, nō autem tale subiectum determinare tale accidens, qua rōne sit, vt licet albedo esse non possit nisi in superficie, tamen superficies esse potest sine albedine. *Solutio quartæ.* Ad quartam, aliqui volūt dimensiones cœli & generabiliū esse eiusdē rōnis ab vnitate subiecti primi, quod est potētia ad vbi, quæ est vnius rōnis in cœlo & rebus gñabilibus. Auer. autem vult dimensiones cœli esse alterius rationis, quoniam dimensiones generabilium sunt secundum sui speciem interminatæ. Illæ vero suapte natura terminatæ,

sed

fed de his alibi. Ad quintam, alibi concedunt totū vt nos aliquando. Alij respondent ad rationem, ꝙ illa cō paratio est impropria, non quidem in specie specialissima, sed subalterna. sed hæc res spectat ad librū Cœli. Hæc de quæstionibus his satis.

An genus sit æquiuocum. Vide Grauad. Ysen. le. 8 huius.

Igitur hac ratione circa motum id æque uelox est, quod per tantundem æquale motum est.

His expositis. Nunc concludit intentum, & vult ꝙ vt in aliis ea comparabilia sint, quæ non sunt æquiuoca, & ꝙ sit idem primum susceptiuum illius, in quo fit comparatio & eiusdem speciei, hac ratione & his tribus conditionibus seruatis, id æque velox est, qđ per tantūdem æquale motum est. Hæc est solutione quæstionis in generali.

De Auerro. com. 29.

Auer. vero circa calcem. cōmenti. 29. primo reddit causam, quare recta linea & circularis non sint cōparabiles secundum æquale vel magis & minus, & ait causam esse, quia non est possibile vt vna alteri supponatur. Sed tātum eæ lineæ comparari possunt, quæ vel sunt curuæ circularis figuræ, aut rectæ, quia hæ possunt inuicem superponi secundum mensuram, & hæ sunt eiusdem speciei. Obiicit autem sibi ex modis loquendi mathematicorum, nam mathematici solent dicere lineam rectam esse breuissimam, quæ potest duci inter duo puncta, cum igitur inter duo puncta non tantum recta linea duci possit, sed etiam curua, sequitur lineā rectam esse breuiorem linea curua, & ita comparabiles esse. Secundo solent dicere circunferentiam circuli æqualem esse figuræ poligoniæ, hoc est plurium angulorum. videlicet, illæ quæ est quatuor rectorum angulorum, vt dicitur in de Quadratura circuli, igitur aliqua pars lineæ circularis alicui parti lineæ quadratæ æqualis esse potest, & ita linea curua æqualis erit lineæ rectæ, & ita comparabiles.

Obiectiones. Pria obiectio.

Respondet Auer. has comparationes esse large dictas, quia large dicitur lineam rectam esse breuissimā vel breuiorem curua, itemq; neque æqualitas sumitur vniuoce, cum dicitur lineam rectam æqualem esse lineæ rectæ, & lineæ curuæ, sed diuersis rationibus, dicūtur nanq; rectæ æquales, quia earum vna alteri superponi potest. Sed recta æqualis curuæ dicitur, quatenus intelligi potest rectam effici curuam, & econtra, & ita inuicem superponi. Verum in hoc, vt dicit geometræ decipiuntur, quia credunt in re ita esse vt mente concipiunt, modo hoc non verum est, quia impossibile est lineam rectam incuruari fieriq; circularem, & etiam impossibile est contra fieri. Hæc Auerro. Sed ambigunt contra hæc, quia corpus rectum fieri potest circulare vt de ipsa virga videtur, igitur linea recta potest effici circularis, quia non potest corpus incuruari, nisi linea recta incuruetur. Secundo eadē materia est curui & recti, igitur rectum effici potest curuum, & ecōtra, quia potentia materiæ est ad vtrunque. Soluunt sorticolæ lineam rectam effici posse curuam in suppositione personali, non autem in suppositione simplici, & hoc modo tolluntur rationes. Sed hoc est friuolū, quoniam nulla linea recta potest fieri circularis, qm̄ vnam contrarium vno potest effici aliud. Propterea melius dicerem quòd vt album potest fieri nigrū, quia id quod nūc est album potest fieri nigrum, & nunquā albedo potest fieri nigredo, sic rectum effici potest curuum, & nunquam rectitudo fieri potest curuitas, & ita linearum rectum effici potest linearum curuum, linea tamen recta nunquam potest fieri linea curua. Et hæc est melior solutio.

Secunda.

Dubiū contra Auer.

Solutio sorticolarum. Confutatio. Propria solu.

At si per huius magnitudinis æquale, hoc quidem alteratum sit, illud uero latum, erit ne ergo æqualis hæc alteratio lationi, atq; uelocitatis eiusdem? An absurdum est, cuius rei causa, quia motus species habet. Tex. 30.

Hactenus de solutione generali. Nunc in speciali loquitur de comparatione motuum diuersorum generū, & inquit. At si ꝑ huius magnitudinis æquale, æquale dico aut longitudinis, aut latitudinis, hoc quidē alteratum sit, illud vero latum, erit ne ergo æqualis hæc alteratio lationi, atq; velocitatis eiusdem? Respondet an absurdum est. cuius rei causa est, quia motus species habet, & ita est genus, modo in genere cōparationes non fiunt, vt dictum est. Debes scire ꝙ spatium per quod fit alteratio, est latitudo graduum qualitatis, per quod vero fit latio, est longitudo, propterea petit si per æquale hoc alterum sit, illud latum, sumit. n. æquale cōmune ad longitudinem, & latitudinem.

Quare si ea quæ æquali in tempore æqualem per longitudinem lata sunt æque uelocia erunt: linea recta circunferentiæ erit æqualis.

Secundo nunc solutionem facit in motibus eiusdē generis, & vult motus eiusdem generis non esse comparabiles, quia tūc linea recta, & linea circularis, super quas fierent, essent comparabiles, & hoc inquit. Quare si ea quæ æquali in tempore æqualem per longitudinem lata sunt, æque velocia erunt linea recta circunferentiæ erit æqualis, est igitur veritas, ꝙ non omnis latio omni lationi comparabilis est, quia tunc omni linea omni lineæ comparabilis erit.

Vtrum igitur huius causa est, quia latio est genus an quia linea genus, nam tempus quidem semper est idem, ac indiuiduum specie, an simul illa specie differunt, etenim latio species habet, si id supra quod fit motus, species habet.

Hactenus de solutione motuum eiusdem generis diuersarumq; specierum. At nunc quærit de causa, quare motus rectus, & circularis non sunt comparabiles. Potest enim dubitari an causa sit ex parte motus, an ex parte magnitudinis, & inquit. Vtrum igitur huius causa est, quia latio est genus, & hoc ex parte motus, an q̄a linea genus est, & hoc ex parte magnitudinis, est enim motus genus ad rectum & circulare, similiter & linea genus ad rectam circularem. Propterea dubitatio esse potest, ex parte cuius, nam hi conferri non possunt, at ex parte temporis non potest esse dubitatio, nam tempus quidem semper est idem, ac indiuiduum specie. Respondet illos conferri non posse propter vtrasque causas, & hoc inquit. An simul illa specie differunt, igitur causa est ex parte vtriusq;, etenim latio species habet, videlicet rectā & circularem, si pro quia id supra quo fit motus species habet, igitur causa incomparabilitatis illorum est ex parte vtriusq;.

Præterea utrum si id per quod fit motus specie differat, latio quoque differat specie, ceu si pedes sint ambulatio est, si alæ, uolatio, an non, sed figuris alia est latio. Quare quæ in æquali tempore magnitudinem eandem transeunt, ea æque uelocia sunt. Eandem autem non differentē specie quæ si est, motus etiam specie non diuersus erit.

An res vnius speciei sit comparabilis rei alterius speciei in perfectione. Vide Albe. de sa. q. 5 huius.

An magnitudo recta et magnitudo circularis sint eiusdem speciei.

Obiter mouet dubitationem. vtrum ex differentia specifica instrumentorum motus differant specie. vt ambulatio quæ pedibus fit, differat specie à volatione: quæ alijs perficitur. Respondet. & inquit, an non sed figuris alia est latio: quæ responsio potest dupliciter intelligi. Vno modo iuxta expositorem: quòd motus qui diuersis fiunt instrumentis, non differunt specie propter instrumenta, sed figuris: supple magnitudinum: super quas aguntur. Aut iuxta Auerro. differunt figuris hoc est qualitatibus motuum & accidentaliter, quatenus auis p alas motũ efficit alterius figuræ. & animal per pedes alterius, & ita vult tales motus nõ differre specie essentialiter, sed accidentaliter. Qua ratione aliqui dicunt ad veram comparationem etiã requiri vt nec ipsa comparabilia specie differant accidẽtali, ita vt nec volans ambulatione, nec ambulatio natationi comparabiles sint nisi forsitan communiter ac quadam crassa minerua. Nouus expositor ideo instrumenta non variare motus speciem asserit, quia instrumentum non variat definitionem motus, cum motus definitionem non ingrediatur. Sed hoc nihil est, quia licet non variet definitionem motus in genere, variat tamen illam in specie, & in illius definitionem digreditur, dicitur. n. volatus motus auis, qui per alas in aere fit. Melius igitur dicerem vt Auer. dixit, instrumẽtum esse quid accidentale motui recto, cum esse possit rectus motus sine instrumento, vt motus ignis sursum vel terræ deorsum. non aũt esse põt sine magnitudine.

Et an motus rectus & motus circulares sint coparabiles adinuicem in velocitate. Vide Burl. te. 31 huius. Po propria.

Tex. 31.

Quare hoc considerandum est, quæ uidelicet sit motus differentia, atq; ratio hæc significat genus ipsũ non esse ũnũ quid, sed in ipso multa latere. Aequiuocationum autem aliæ quidem nimium distant. Aliæ uero similitudinem quandam habent. Aliæ propinquæ aut genere, aut proportione: quocirca quãuis æquiuocationes sint, non tamen uidentur esse.

Proponit nunc quæstionem, & anteq̃ soluat ipsam, declarat qualis est generis, & speciei vnitas, & inquit. Quare hoc considerandum est, quæ videlicet sit motus differentia, hæc est quæstio, quid vero hinc eliciatur, subdit atque ratio hæc significat genus ipsum nõ esse vnum quid, sed in ipso multa latere, & quia ea quæ in genere latẽt sunt æquiuocationes, subdiuidit æquiuocationes, & inquit. Aequiuocationum autem aliæ quidẽ nimium distãt, vt illæ in quibus solum nomẽ cõe est, ceu canis de dere & latrabili. Aliæ vero similitudinem quandam habent, vt homo de marmoreo, & de animali rationali, quatenus habent similitudinẽ veri hominis. Aliæ propinquæ, & hæ bifariam, aut genere, aut corpus de cœlo dicitur & elemento, cum non sit materia vna. Aut proportione, vt magister, & de doctore, & de sartore, aut maiordomo, his. n. modis æquiuocationes sunt. subdit q̃ licet æquiuocationes ꝓpinquæ non videãtur æquiuocationes propter genus, vel proportionem, tñ sunt, rectæ igitur de motus differentia est considerandum, qm̃ in genere latent æquiuocationes. Vtrũ cũ æquiuocationes generis stet vnitas formæ genericæ, vt vtrum animal esse possit æquiuocum dato q̃ vnica sit sensibilis anima in equo, & homine. Thomas noster tenet cũ æquiuocatione generis non stare vnicã formam genericam in speciebus. Mouetur autem quia vnitas formæ est vnitas naturæ. Modo si generi responderet vna natura esset vniuocum, & non æquiuocum, propterea tenet speciem esse quid vnum à forma vna in rerũ natura existente, at genus esse vnũ

An æquiuocũ numeretur in æquiuocatis. Vide Sco. d. 25. prim. & de vniuocis denominatione. Vide. 5. me. q. 4. Et de vniuoco & vniuoce. d. 7. tertiu. q. 1.

Vide & Grat. Ascu. le 8. huius.

An genus sit æquiuocũ vel vniuocum. Vide Bur hic. Vide et. Egid. hic. Propria põ.

E ab vnitate cõceptus, quatenus in sola consideratione accipitur forma generis per abstractionem intellectus à differentijs. Hæc quæstio spectat ad librũ de Anima. Attamen pro nunc dicerem formã generis inesse speciebus aut vt perficiens, aut vt disponens. Si. n. vnica esset forma generica materias omnium specierũ animalis perficiens, proculdubio animal esset vnius naturæ, & acceptum ab vnica natura, at vbi illa forma disponeret illas materias pro forma vltima specifica, ꝓculdubio genus ab illa non acciperetur, sed ab vnitate conceptus per abstractionem à differentiis vltimis, vt recte Thomas. causa esset, quia non potest genus sumi à forma, quæ non constituit rem in genere, & hac rõne patet cum æquiuocatione generis stare vnitatem formæ genericæ, formæ dico non perficientis, sed disponentis, quia vnitas disponentis formæ non ponit vni-
F tatem naturæ in dispositis.

Quando igitur nam diuersa est species, utrum cum idem in alio, an cum aliud in alio est.

Propósuit considerare motuum differentiam, quærit quonam modo differentia speciei accipi possit generatim, tam vt deseruiat motibus, q̃ vt deseruiat alijs. & inquit. Quando igitur nam diuersa est species, vtrũ cum idem in alio, vt plato tenet, qui differentiam omnem ex parte materiæ & subiecti nanciscitur. Respondet an cum aliud in alio est. igitur differentia est ex parte subiecti & naturę. & hoc est peripatetice dictum. dulce enim & album differũt specie: quia natura alia sunt. acuties in voce, & stilo etiam specie differunt, quia subiecto differunt.

Quomodo diuersitas magnitudinũ & diuersitas subiectorum impedit comparationem. Et diuersitas subiectorũ remotorum impediat comparationem. Vide Egid. te. 30. huius.

Et quæ nam est definitio, an qua dijudicamus uel idẽ esse
G *album & dulce, uel aliud, & hoc uel quia in alio uidetur aliud, uel quia omnino non idem est.*

Quia dixit differentiam specificam nancisci tam ex parte naturæ: q̃ ex parte susceptiui, & ex parte naturæ nancisci non possumus, nisi propter definitionem, idcirco quærit & quæ nam est definitio. Rñdet an qua diiudicamus vel idem esse album & dulce, vel aliud. dicõ aliud vel secundum apparentiam, vel existẽtiam, & hoc inquit. Et hoc vel quia in alio videtur aliud, vel quia omnino non idem est. igitur ea est rei definitio, qua cõgnoscitur, quo res differt, & cum quo conuenit. Hæc de latione ab Arist. habentur.

Tex. 32.

At de alteratione quonam modo una alteri est æque uelox. Si igitur est sanari alterari, & unus uelocius, alter tardius sanari potest, atq; aliqui simul, fit ut alterationes esse
H *possint æque ueloces, quippe cum in æquali tpe sint alterati.*

Hactenus de comparatione lationum egit. Nunc ambiguitatem proponit de comparatione alterationũ. & inquit. At de alteratione quonam modo vna alteri est æque velox? Hæc est dubitatio. Respondet si igitur est sanari alterari, & vnus quidem velocius, alter vero tardius sanari potest, atq; aliq simul, fit vt alterationes esse possint quippe cum in æquali tempore sint ambo alterati. Hæc est solutio. Quod vero ad verba attinet. Arist. dixit. si igitur est sanari, & non dixit absolute sanari esse alterari, quia superius id confutauit: ideo hic loco exempli id accepit.

An in differentibus spe. possit esse vel accidens specie. Vide Egid. te. 30. huius.

Tex. 29.

Declaratio verborum.

Sed quid nam in alteratione est æquale, non. n. hic æquale dicitur. Sed ut æqualitas in quantitate, sic similitudo hic. An æque uelox est quod in quali tpe, ipsum est mutatum.

Dictum

An omnis mo tus cuilibet motui sit comparabilis. Vide Albe de Sax. q. 6. huius.

Dictum est vnam alterationem æque velocem alteri esse. igitur æqualis vna alteri, propterea quærit. Sed quidnam in alteratione est æquale? non. n. hic, hoc est in genere qualitatis, ad quod est alteratio, æquale dicitur, sed vt æqualitas in quãtitate, sic similitudo hic, igitur alterationes non æquales dicendæ sunt, sed similes. Respondet, an æque velox est, quod in æquali tempore est mutatum, hoc est penes tempus tñ, vnde in latione æqualitas motuũ emergit propter duo, tũ propter temporum æqualitatẽ, tum propter magnitudinũ paritatem, propterea æque velocia sunt, quæ æquis tẽporibus pertranseũt æqualia spatia. In alteratione vero attenditur æqualitas solum propter tempus, vt hæ sint æque veloces alterationes quibus similes qualitates acquiruntur, dico similes in gradu, in æquali tempore. Qua ratione non imperite dicunt, qui tria esse necessaria ad æque veloces alterationes asserunt, videlicet temporum æqualitatem, qualitatum vnitatem specificam, atque similitudinem in gradibus. Nõnulli vero æqualitatem asserunt euenire in qualitatibus, quatenus qualitas est latitudo quædã per gradus variabilis.

Verum igitur eo in quo est affectio, an affectione ipsa alterationes conferre oportet. An igitur hic quidem eandem sanitatem, quæ neq; magis neq; minus. Sed similiter inest, sumere decet, nam si affectio alia sit, ut si hoc dealbetur, id uero sanetur, ijs nihil idem est, nihil æquale, nihil deniq; simile, immo hæc alterationis species efficiunt, ut nec una sit alteratio, quemadmodum nec una latio. Quare sumendum est quot nam sint alterationis species, quotq; lationis, nam si ea ad quæ motus sunt, specie differunt, quorum motus per se sunt, & non per accidens, & motus profecto specie differũt, si genere, genere, si numero, numero.

Petit vlterius qua rõne alterationes similes sint, cum. n. esse possint similes ex parte subiectorum, & ex parte naturæ specificæ, ideo inquit. Vtrum igitur eo in quo est affectio hoc est subiecto, an affectione ipsa alterationes conferre oporteat? Rñdet esse respiciendũ ad naturam, & non tñ ad naturam, sed ad gradus naturæ, quia ad hoc vt comparabiles sint, oportet qualitates esse similes natura, & gradu, Inquit. An igitur hic quidem eandem sanitatem, quæ neq; magis nec minus, sed similiter inest, sumere decet cuius. cãm subdit. d. nam si affectio alia sit, vt si hoc dealbetur, id vero sanetur, iis nihil idem est quo ad substantiam, nihil æquale quo ad quantitatem, nihil deniq; simile quo ad qualitatem. Qua ratione euenit vt nullæ esse possint penes has qualitates comparationes. Immo, vt inquit, hæc sine subiecta diuersa, sine naturæ diuersæ alterationis species diuersas efficiunt, vt nec vna sit alteratio specie, propterea subdit. Quare ad comparandum tam alterationes quã loci mutationes, sumendũ est quot nam sint species alterationis, quotq; lationis, & hoc ẽt ex parte terminorum ad quos, nam si ea quæ per motũ acquiruntur specie differunt, quorũ motus per se sunt, & non per accidens, & motus profecto speciei differunt. Si genere, genere, Si numero, numero. Vt Quinto huius patet hinc perspicuum eas alterationes æque veloces esse, quarum qualitates sunt eiusdem speciei, intensione consimiles, tempore. Quod vero ad verba attinet, dixit, quorum motus per se sunt, & nõ per accidens, quia distinctio specifica, motuum non ex differentia terminorum per accidens colligitur, sed terminorum per se, possunt. n. duæ alterationes per se esse

A ad terminos eiusdẽ speciei, vt ad duas caliditates, per accidens vero ad terminos diuersarum specierũ vt ad ophthalmiam, & emicraneam. Debes scire aliquas formas esse consimilis intensionis, quæ non sunt consimilis latitudinis. Vt si A forma intẽderet à gradu vt quatuor vsque ad gradum vt octo, & B à gradu vt vnũ ad gradum vt quatuor, intensiones harum erunt cõsimiles, & tamen latitudines dissimiles, quia latitudo ipsius A, cum correspondeat suo gradui medio, erit vt sex, latitudo ipsius B per idẽ erit vt duo, propterea ad hoc vt comparationes fiant, requiritur consimilis intensio, & non consimilis latitudo. *Intensio latitudo.*

Sed si uel alterationes sint æque ueloces, utrum igitur ad affectionẽ si sit eadem, uel similis, an id quod alteratur, respicere oportet, si huius quidem tantum, illius uero tantum B *dealbatum sit. An ad utrunq;, eruntq; eadem quidem uel aliæ, si eadem uel alia sit affectio. æquales uero uel inæquales, si æquale uel inæquale sit illud.* *Tex. 33.*

Monet consequenter quæstionẽ penes quid æque velocitas in alteratione attẽdatur, & inquit. Sed si vel alterationes sint æque veloces, vtrũ igitur ad affectionem si sit eadẽ, vel similis, an ad id quod alteratur, hoc est ad subiectum respicere oporteat, est igitur quæstio an penes affectionum æqualitatem, an penes subiectorum attendatur æque velocitas alterationũ. verbi causa, si huius quidem subiecti tñ, illius vero tantundem albatum sit, erunt alterationes æque veloces. Respõdet an ad vtrunq;, hoc est tam ad subiectum, quàm ad affectionem esse respiciendum, Sed aliter & aliter, nam erunt alterationes eædem in tẽsione, & specie, vel aliæ, si eadem vel alia sit affectio specie & intensione, æquales C vero vel inæquales, si æquale vel inæquale sit illud supple quod alteratur, igitur similitudo alterationum attenditur penes similitudinem formarum in specie & intensione, æqualitas vero penes æqualitatem subiectorum, quæ alterantur. Huius causa est, quia affectio à subiecto habet quantitatem. à specie vero habet gradus & intensionem, quare penes speciea attenditur cõparatio velocitatis, penes vero subiectum comparatio æqualitatis. Auerroes vero. inquit, & debes scire q̃ cõsideratio coniunctionis in alteratione si fuerit secundum subiectum tantum, erit per accidens, & si fuerit secundum solam passionem, non erit illic æqualitas perfecta, sed solum modo similitudo, ergo in consideratione æqualitatis perfectæ hæc duo exiguntur, scilicet similitudo passionis, & æqualitas subiecti. Ex quibus sequitur q̃ si duæ alterationes sint forma dissimiles D & subiecto æquales, erunt comparabiles, saltẽ quo ad æqualitatem tantum. Si vero sint forma similes, subiecto differentes, erunt comparabiles saltem quo ad velocitatem; at vbi subiecto æquales & passione similes sint, erunt perfectum comparabiles quo ad vtrũq;. *Qua Auerro. com. 33. An alteratio possit dici simil is eadem & æqualis. Vid Egid. hic.*

At in generatione etiam neq; corruptione idem considerandum est, ut quonammodo æque uelox sit generatio. An æque uelox est, si æquali in tẽpore idem ac specie indiuiduũ generetur, ut homo, sed non animal, uelocior autem si inæquali diuersum.

Consequenter de gñationum cõparatione loquens penes quid attendatur æque velocitas gñationũ disputat, & inquit. At in gñatione ẽt atq; corruptione idem considerandum est, vt quonãmodo æque velox sit generatio. Respõdet an æque velox est, si æquali in tempore

pore idē ac ſpecie indiuiduum generetur, vt duo homines eiuſdem ſpeciei, quando æquali in tempore generantur, æque veloces erūt generationes, ſed non qñ animal, vel indiuidua ſpecie differentia, genere eadem generantur, velocior autem ſi tempore æquali generetur diuerſum, vt maius animal, vtpote ſi quo tempore generatur canis generetur æquus, æqui generatio velocior erit.

Non enim habemus quæ nā duo ſint, in quibus eſt diuerſitas, quemadmodum ea duo, in quibus diſsimilitudo eſt.

Remouet tacitam quæſtionem. dicebatur. n. in alteratione attendi ſubiectum & affectionē, hoc eſt ꝙ affectio ſit eadem, & ſubiectum idē, at in generatione vult eſſe attendendū ſubiectum tm̄, quod ſit ſpecie indiuiduum, quæret modo quiſpiam ꝑꝑ quid in alteratione vtrūq; ſit reſpiciendum, in generatione ſubiectum tm̄. Reſpondet. non. n. habemus quæ nā ea duo ſint, in quibus eſt diuerſitas, quemadmodum ea duo, in quibus eſt ſimilitudo. & huius cauſa eſt quia in quo eſt ſimilitudo variatur ſm magis & minus, at ſubſtantia cuius eſt generatio non recipit magis & minus, igitur in cōparatione generationum ſufficit reſpicere ſubiectum penes quod poteſt eſſe variatio in ſpecie, & non affectionem, cum penes eam non eſt intenſio & remiſsio.

Quod ſi ſubſtantia numerus ſit, plus uel minus numerus erit in eadē ſpecie, licet ipſum cōe nomine careat. Et utrūq; ut plus uel excedēs magis affectio eſt, ut uero maius, q̄tū eſt.

Nunc recte expoſitores dicunt Ariſt. loqui de cōparatione generationem ſm Platonem & Pythagorā, vbi debes ſcire Platonem & Pythagoram poſuiſſe numerum eſſe rerum ſubſtantiam. Qua ratione cogebantur dicere ea quæ ſunt in eadem ſpecie differre numero, aut maiori, aut minori. Sed hæc erat differentia ꝙ in quantitatibus numerus cōis habet nomen, vt trinarium, quaternarium, & id genus, in ſubſtantia vero nō habet nomen illud cōe, & licet ita ſit ꝙ non habeat nomen, tñ vtrunq; contentorū in illo cōi generatim, aut quale dicitur, ſi varietur ſm intēſum & remiſſum, aut quantum ſi varietur ſm maius & minus, & hoc inquit. Quod ſi ſubſtantia numerus ſit, vt Pythagoras & Plato ſentiunt, plus vel minus numerus erit in eadem ſpecie, hoc eſt, ea quæ ſub eadem ſpecie ſunt, differūt numero maiori vel minori licet ipſum cōe ad illa nomine careat, quia neq; trinarius, neq; binarius dicitur, vt in quantitatibus, verum vtrunq; illorum contentorum ſub eadem ſpecie, quatenus plus vel excedens magis, affectio eſt, & qualitas, quatenus vero maius & extenſum, quantum eſt, ſic igitur patet apud Platonē & Pythagoram generationes comparari tam penes ſubiecta, q̄ penes affectionem, quia apud eos affectio communis variatur ſecundum magis & minus.

Quæ Auer. com. 34. An ſit numerus eſſet ſubſtantia rerum maior & minor numerus eēt ſimilis ſpeciei. Vide Egi. hic & Gra. Eſcu. le. 8. huius.

Auer. vero aliquantulum aliter intelligens textū, inquit, ꝙ diſconuenientia vel conuenientia in quanto & quali habent nomen, in ſubſtantia autem non, verbi cauſa, conuenientia in q̄to æqualitas dicitur, diſconuenientia inæqualitas. In quali vero conuenientia eſt ſimilitudo, diſconueniētia vero diſsimilitudo, & in quali ēt diſconueniens dicitur fortius & debile, in quanto maius & minus, at conuenientibus & diſconuenientibus in ſubſtantia nullū nomen cōe eſt, quia licet æque perfectum vel inæqualiter perfectum competeret illis, hoc non modo ſubſtantiis conuenit, ſed rebus omnium prædicamentorum. Hæc ex commento.

E Ex iis ſequitur ꝙ ideo conuenientibus & diſconuenientibus in ſubſtantia, ſiue maioritati & minoritati ſubſtantiæ non eſt nomen proprium impoſitum, penes cuius ſignificationem attenditur velocitas vel tarditas in gñatione, quia ſubſtantia non eſt per ſe æqualis vel inæqualis, magna vel parua, intenſa vel remiſſa, ſed ſolum per accidens, at apud Platonem & Pythagoram tale cōe variabile quidem eſt penes maius & minus, cū ſit numerus, & ſm æquale & inæquale, non tñ nomen habet, propterea apud eos poteſt eſſe aliquid, penes quod attenditur velocitas vel tarditas generationū, & non ſolum ex parte ſubiecti vt dicit Ariſt. Quidā iuniores aiunt non eſſe impoſitum nomen illi communi penes quod attenditur velocitas & tarditas in gñatione, quia velocitas & tarditas in genere poteſt eſſe aliquando ex parte agentis, aliquando ex parte materiæ, F aliquando ex parte applicationis agētis ad paſſum. Cū igitur omnibus iis cauſis velocitatis & tarditatis generationis non ſit vnum nomen commune impoſitum, ideo non eſt aliquid penes quod attenditur velocitas ac tarditas generationis.

Pō iuniorum.

Sed huic expoſitioni obiiciunt Blacterones, quoniā per idem, nec in alteratione eſſet aliquid penes quod attēderetur velocitas vel tarditas, qm̄ pluribus de cauſis eſſe poteſt velocitas vel tarditas alterationis etiā in generatione, velut ex parte agentis materiæ, & applicationis. Sed illi bene defendi poſſunt, qm̄ omnes hæ cauſæ in alteratione reducuntur ad vnam cōem qualitatem, quæ intenditur & remittitur, at in gñatione nō poſſunt illæ cauſæ reduci ad cōem formam quæ intēdatur vel remittatur, propterea in alteratione nulla illarum cauſarū eſt cauſa prima velocitatis motus, niſi G quia eſt cauſa variationis qualitatis, at in generatione qualibet eſt cauſa prima velocitatis ſine intenſione vel remiſsione formæ.

Confutatio aliquorum.

Defenſio.

Cum autem omne quod mouet aliquid ſemper moueat, & in aliquo, & uſq; ad aliquid. Atq; in aliquo dico, quia in tempore uſq; ad aliquid, quia per quantitatem aliquam longitudinis mouet. Semper. n. ſimul mouet ac mouit, quare q̄titas quædam erit per quam motum eſt atq; in quanto.

Tex. 35.


Hactenus ꝙ motus ſint comparabiles, Nunc quonā modo comparentur docet, & qm̄ latio eſt primus motuū, primo docet comparationes in latione, deinde in cæteris motibus, pro executione primi præmittit duo vti ſuppoſitiones, primum eſt, ea ſecundum quæ oportet cōparare lationes, & inquit. Cū autem oē qđ mouet, aliquid ſemꝑ moueat, & in aliquo, & vſque ad aliquid, & exponit ſe dicēs. Atq; in aliquo, dico, quia in H tpe vſq; ad aliquid, quia per q̄titatem aliquā longitudinis mouet, cuius cā ēſt, quia motor ſemꝑ ſimul mouet ac mouit, quia vt diſputatū eſt in Sexto, omne qđ mouet, motum eſt, & ita oē quod mouet, mouit, ꝑpea concludit, quare q̄titas quædam erit, per quam iā motum eſt mobile, & ſemper adhuc in quāto, per qđ mouetur. Eſt igitur primum ꝙ quatuor ſunt neceſſaria ad motum mouens, mobile, tempus, & ſpatium, & penes hæc dabuntur regulæ comparationum.

Vide Egi. hic. & Gra. Eſcu. le. 9. huius.

Si igitur A quidē ſit mouēs, B uero id quod mouetur, C longitudo per q̄ mouetur. Tempus deniq; in quo eſt motū ſit D, Potentia profecto æqualis quæ eſt A æquali in tpe quod erat D dimidium, eius quod mouetur, quod erat B per duplū ad ipſam C longitudinem mouebit, per ipſam autem C in dimidio ipſius temporis D, nam ſic erit proportio.

Demon-

Demonstratio ostendens, q, si aliqua potentia mouet aliquod mobile per aliquod spatiũ, in aliquo tempore, medietatem illius mobilis mouebit eadẽ, uel æqualis potentia per duplũ spatiũ in eodem tpe: uel per idem spatium in medietate temporis.



An sicut augetur potentia, sic diminuatur tps. Vid Egid hic. tex. 36.

Secundũ quod supponit est casus, videlicet q A sit mouens, B vero mobile, C spatium, D tẽpus. Quibus suppositis, ponit primam regulã bipartitã, videlicet q, si aliqua potentia mouet aliquã resistentiam in aliquo tẽpore per aliquod spatium, eadẽ vel æqualis mouebit dimidiũ illius resistentiæ in eodem vel æquali tẽpore ꝑ duplũ ad illud spatiũ, hæc est prima pars regulę. Sed per idẽ spatiũ mouebit illud dimidiũ in dimidio tẽporis, hæc est secunda pars, huius rei causam reddit dicẽs, quia sic seruabitur semper proportio tẽporis ad spatiũ & mouentis ad mobile, vt.n. dicebatur in Sexto per q̃tum proportionabiliter potentia excedit resistentiam per tm̃ velocius mouetur, per quantũ id velocius mouetur per tm̃ super æquale spatium diminuitur de tpe, vel æquali tpe crescit de spatio, quare si dimidiatur resistentia tpe existẽte æquali, crescit spatiũ ad duplum, & sic habetur prima pars, si vero spatium non crescet, tps dimidiabitur, & sic habetur secunda, recte igitur ait, si debeat seruari inter illa proportio, regulæ illæ vere sunt. Hæc de prima regula.

Quo Auerro. com. 35.

Auer. autem aliquantulum aliter continuat capitulum, vult enim q cum Arist. compleuit comparationes motuum, vult declarare aliqua propria motori & moto, & sic apud ipsum Arist. nõ dabit regulas cõparationũ, vt expositores sentiunt, sed dabit nonnulla propria motori & rei motæ, primum igitur propriũ moto ri est, q si aliquis motor mouet aliqđ mobile per aliqđ spatiũ in aliquo tpe, idẽ motor vel æqualis mouebit dimidiũ illius moti in illo vel æquali tpe per duplũ illius spatij, & per illud vel æquale spatiũ in dimidio illius tẽporis. Hæc prima proprietas motoris apud Auer.

Quantum ad verba.

Quod vero ad verba attinet. Auer. hic per motorẽ vult Arist. intelligere corpus, quod est mouens extrin-

A secum, non autem virtutẽ in corpore, vel motorẽ separatum, qui est motor intrinsecus, & quod ita intelligat, probat quia Aristot. in suis translationibus, inquit. Semper.n. simul mouet, & mouetur. Modo motor qui in mouendo mouetur, est corpus. Hæc ipse quo ab verba, & (vt mihi videtur) errauit propter malas quas habet translationes. In codicibus.n. græcis habetur sic, semper.n. simul mouet & mouit, & per motorẽ videtur intelligere potentiã actiuam, ac omne id qđ se tenet ex parte agente, siue sit extrinsecum siue intrinsecũ, & per mobile potentiam resistitiuã, & oẽ quod sit tenet ex parte resistentis, vt medium & alia concurrẽtia, vlterius. Auerro. rõnem regulæ vigorans, inquit, & hoc est ita, quia velocitas propria vnicuiq; motui sequtur excessum potentiæ motoris super resistentiã moti, ideo cũ dimidiauerimus mobile, rõtinget oĩno vt ꝓ-

B portio potentiæ mouẽtis ad resistentiã rei motæ sit dupla, & ita velocitas dupla ad velocitatẽ, igit in illo tpe mouebit dimidiũ rei motæ per duplũ spatiũ, & in dimidio temporis per illudmet spatium. Hæc est expositio regulæ, & declaratio rationis. Sed digressionem mouet Auer. ibi.

Et hoc cõe est in omni motore. Vbi Auer. colligit primo in quibus regula locum habet, & inquit, illam habere locum in omni motore, cuius potentia est finita in tempore, vt sunt motores corporei quanti & diuisibiles, nã in his effici potest motoris diuisio ad duplũ & auctio, & similiter ipsius mobilis, quia sunt quanti. *Digressio Auerro in commen. 35.* Deinde mouet qõnem vtrum datis motoribus incorporeis, de quibus in Octauo videbitur, hæc regula habeat locum in illis, vt si potentia moueat resistentiam *Quæstio Auer.*

C per certũ tps, & super tm̃ spatium, eadẽ moueat dimidiũ resistentiæ per idem spatiũ in dimidio tẽporis. Auer dupla moueat eandẽ in eodem tpe per duplum spatiũ, hanc quæstionẽ dicit esse difficilẽ, & primo arguit pro parte affirmatiua sic, in quibus est motus, in illis oportet intelligere resistentiam inter motorem & rem motam, & ita regula habet locũ, & hoc siue motus sit naturalis, siue violentus. Sed in corporibus cœlestibus est motus, igitur inter motorẽ cœli, & mobile illius est resistentia, & ita regula habet locum. Secũdo arguit, inter omne agens & omne patiens est resistẽtia, est.n. resistentia cõius agenti & patienti, quatenus agẽs est alterum, & patiens alterum. Sed in corporibus cœlestibus est agens vt motor, & patiens vt mobile, igitur ẽt reperitur resistentia, & ita regula habebit locũ. Tertio arguit, omne illud quod mouet mobile proprium velocitate propria, habet ad suũ mobile certam resisten-

D tiã. Modo motor cœli mouet propriũ cœlum propria velocitate, igitur suũ mobile habet ad ipsum certã resistentiã, & ita vt prius regula habebit locum. Cõfirmat hoc auctoritate oĩum, nam omnes conueniunt in hoc q motores cœlorũ mouent tempore infinito, & q hoc modo non est proportio inter motorem & mobile, at quatenus quilibet motor proprius mouet mobile ꝓpriũ velocitate ꝓpria, habet proportionẽ, & ita regula habet locũ. Hæc pro parte affirmatiua. Deinde ibi, sed ista ꝓportio videtur indiuisibilis, arguit ad partem negatiuã, quia ꝓportio motorũ cœlestiũ est indiuisibilis, igit nullus alio velocius mouet ꝓportione diuisibili & ita in illis regula nulla ẽ. Deinde ibi, & forte hoc accidit. Rñdet Auer. ad qõnem, & cõcedit motorẽ cęlestẽ eẽ indiuisibilẽ, & non habere ad mobile ꝓportionẽ aliquã, quia diuisibilis ad diuisibile nulla est proportio q-

titatiua, & tñ vnus alio velocius mouet suum mobile, quatenus vnus aliũ excedit ſm maiorem vel minorem nobilitatem, & quatenus vnum cœlum est aptum naturaliter velocius moueri altero, & ita q vnus cœli motus sit velocior altero non est à proportione q̃titatiua motoris ad mobile, sed ex parte diuersitatis naturarũ motorum & mobilium. Sed dices, si motoris cœlestis ad cœlum nulla est proportio, tunc motus esset in nõ tpe. Hinc Auer. solutionẽ innuit hoc prouenire ex parte naturæ motus cœli, quia vt cœlo repugnat moueri in non tpe, ita motui esse in nõ tpe, vbi tñ esset aliquis motor infinitus in tpe, & materialis, & hic moueret in non tpe, quia non potest esse infinitus in tpe & materialis, nisi sit infinitus in vigore, vt in Octauo dicetur. cõmen. 79. nã talis motor ex quo esset in materia debilitaretur, & esset corruptibilis, ergo vt moueat tẽpore infinito, oportet sit infiniti vigoris, modo talis est q mouet in non tpe. Sed dices, si inter motores proportio est indiuidua, inter cœlos proportio est diuidua, & inter motores & cœlos nulla sit proportio, quonã modo regula habet locum in motoribus cęlestibus ad sua mobilia, vt si potentia mouet mobile per aliquod tps in aliquo spatio dupla mouet illud idem in duplo velocius. vbi. n. nulla est proportio, non erit dupla & subdupla. Respondere videtur Auer. concedendo totũ, videlicet q regula hæc non habet locum in motoribus cœlestibus respectu suorum mobilium, quia illorũ ad sua mobilia nulla est ꝓportio, vt recte dictũ est, quatenus indiuisibilis ad diuisibile nulla est proportio, ꝓpterea regula Arist. locum habet solum in motoribus materialibus, & ratio est, quia hæc erit vti præambulũ ad immateriales motores. Hæc Auer. in digressione.

An proportio velocitatis in motibus sequatur proportionum potentiarum mouentiũ ad suas resistentias.

Vide Albe. de sa. q. 7. huius.

Vbi apparet primo motorum cœlestium inter se proportionem esse indiuisibilem, quia indiuisibilis ad indiuisibilem non potest esse proportio nisi ſm magis & minus nobile, modo magis & minus in substantiis, variat speciem vt in numeris. Ergo proportio est indiuisibilis in eadem specie. Secundo apparet inter corpora cœlestia proportionem esse diuisibilem, qm corpus ad corpus est aliquantulum & maius & minus geometricè, & arithmeticè. Tertio apparet inter motores & corpora cœlestia nullam esse proportionem, quia nec diuisibilis, cum motores sint indiuisibiles, nec indiuisibilis, cũ mobilia sint quanta. Hæc ex digressione. Sed dubitant satis rõnabiliter, quia vbi motores cœlestes essent indiuidui non sese excellerent in nobilitate, excedens. n. diuiditur in duo, in id per quod excellit, & in id quod est æquale excesso. Rñdent recentiores q excessus est duplex videlicet q̃titatiuus, & virtualis. Tunc volunt omne excedens excessu quãtitatiuo esse diuisibile in partẽ qua excedit, & partem æqualẽ excesso, at in excessu virtuali sufficit q effectus quãtitatiue se excedãt, & hoc modo motus cœlestes sese excedũt, quorum quidẽ excessu motores dicũtur sese excedere. Sed hoc stare non potest. Primo, quia cremẽtum & decrementum effectus prouenit à cremento vel decremẽto suæ causæ, igitur si effectus sese excellunt quãtitatiue, causæ saltẽ sese virtualiter excellent. Secundo motor lunæ aut est æqualis motori solis, aut minor, aut maior, aut nullus, si nullus tunc nulla erit ꝓportio nec diuisibilis, nec indiuisibilis, cuius contrarium dictum est inter eos esse proportionem indiuisibilem, si æqualis minor vel maior, inter eos est ꝓportio diuisibilis. Propterea videtur mihi defendendum esse Auer. aliter, q

Dubi.

Responsio iuniorum

Vide Bur. hic.

Confutatio.

Propria resp.


E inter motores est proportio diuisibilis ac quantitatiua vno modo. Alio modo proportio indiuisibilis non q̃titatiua. Ex parte quidem effectuũ proportio est quãtitatiua, quia effectus sunt quanti formalr, causæ vero quantæ attributiuè, ex parte cãrum proportio est indiuisibilis in specie, in gñe vero diuisibilis, vt. n. quatuor ad vnũ ꝓportio est diuisibilis in gñe, quia quadrupla, q̃ diuiditur in proportionẽ quatuor ad tria, q̃ est sexquitertia, & triũ ad vnũ, quæ est tripla, & ita diuisibilis in partes eiusdẽ speciei, sic vnus motor excessit alium per magis & minus non sub eadẽ specie, sed sub eodẽ gñe, nã in substantia magis & minus variant spẽm, & non genus, & ita proportio vnius ad aliũ est in specie indiuisibilis, in gñe vero diuisibilis. Animaduerte tamẽ q si verba Auerro. considerentur, motor cœli excedit suũ mobile, & certo excessu, non tñ in aliqua proporF tione nec in aliquo gradu & sic triplex põt esse excessus, quo potentia excedit resistentiã, quia aut proportionalis, aut gradualis, aut naturalis: excessus proportionalis est inter q̃ta, gradualis inter qualia: modo cũ intelligentia non sit quanta nec intensibilis, nõ potest proportione aut gradu excedere resistentiam, at quia est natura quædã, potest excedere in natura, & sic excessu naturali, quare vnus motor mouet suum mobile velocius, quia excedit maiori excessu naturali suam resistentiam suum mobile. Ex his apparet pͥmo motorem excedere mobile, & in nullo gradu vel proportione excedere illud. Secundo apparet excessum quo vnus motor excedit alterum in illis esse maiorẽ, & nõ in gradu vel proportione esse talẽ. Tertio apparet motus stellarũ esse cõparabiles in ꝓportione & gradu, & tñ potẽtię motiuę nec in gradu nec ꝓportione sunt cõG parabiles, sed in natura. Quarto apparet proportionem velocitatũ non esse ſm proportionẽ proportionũ potentiarũ ad suas resistentias, fallit. n. in cœlestibus, & si est verũ, solũ in gñabilib' potẽtiis tenet, vt dicit Auer. & multa alia colligi posśũt cõtra calculatores, q cõsidr.

Et si potentia eadem hoc ipsum in eodem tpe per tantum spatiũ moueat, dimidiũ quoq; in ipsius dimidio per æquale mouebit. Et dimidium potentiæ dimidium, per æquale spatium æquali in tempore mouebit. ut ipsius A potentiæ sit dimidium E, & ipsius B mobilis sit dimidium F potentiæ: igitur ad pon tera eum similiter etiam sese habeant, sit ut per æquale æquali in tempore moueant illa. Tex. 36.


Demonstratio, ostendens q si aliqua potentia mouet aliquo mobile, per aliquod spatiũ in aliquo tẽpore: dimidia ei potentia medietatem mobilis mouebit, per idem spatium in eodem tempore.

H

D Tempus.



E Medi. pñæ ipsius. F Medietas.



Secũda regula siue proprietas est, si aliqua potentia moueat

moueat aliquod mobile in aliquo tẽpore per aliquod spatium, eadem potentia mouebit medietatem illius mobilis in medietate illius temporis per æquale spatiũ, & dimidium. Tertia siue proprietas siue regula est, si aliqua potentia moueat aliquod mobile in aliquo tempore per aliquod spatium, dimidium potentiæ mouebit dimidium mobilis in eodem tempore per idem spatium. Et hæc intelligitur (vt dicũt) tenendo ea quæ faciunt ad motum ex parte motoris, & quæ faciũt ad resistentiam, ex parte mobilis, exemplificat, & innuit rationem, & sermo patet. Contra has regulas Captiuncu latores solent multifariam instare. Primo quia non videtur ꝙ velocitas in motu sequetur excessum potentiæ supra resistentiã, vt omnes regulæ supponunt, quia tunc potentia vt quatuor velocius moueret resistentiã vt duo, quam potentia vt duo resistẽtiam vt vnum. patet, quia maior est excessus quo quatuor excellũt duo, ꝙ sit excessus quo duo excellũt vnũ, nam quatuor excedunt duo per duo, duo vero vnum per vnum. Secundo, non oportet vt si totus Plato moueat B pondus, dimidium Platonis moueat dimidiũ illius, igitur omnes regulæ falsæ. Tertio obijciunt & supponunt primo ꝙ proportio composita ex duabus proportionibus æqualibus est præcise dupla ad quamlibet illarum. Composita vero ex duabus in æqualibus est magis ꝙ dupla ad minorem, minus vero ꝙ dupla ad maiorem illarũ componentium. Verbi causa, quatuor ad vnum est proportio quadrupla, modo hæc componitur ex duabus duplis æqualibus, vtpote quatuor ad duo, & duorum ad vnum, idcirco est præcise dupla ad illarũ quamlibet, & quia etiam componitur ex proportione quatuor ad tria, & proportione trium ad vnũ, quarũ prima est minor, secũda vero maior, quia prima est sexquitertia secunda vero tripla, sit vt ipsa tota quadrupla proportio ad primam sit maior ꝙ dupla, ad secundã vero minor.

An regula Arist. de comparatione. mobilium & mouentium in hoc. 7. sint vera. Vide Aub. de sex. q. 8. huius.

Prima.

Secunda.

Tertia.

4ta
sexqter.
3ra
1 2 3 4
2la
2la
4ta

Hanc suppositionem patere dicunt per communẽ animi conceptionem, quæ ait, omne quantum compositum ex partibus æqualibus esse præcise duplum ad quamlibet illarum, compositum vero ex inæqualibus esse magis ꝙ duplum ad partem minorem, minus ꝙ duplum ad maiorem. Secundo supponunt velocitatẽ motus sequi proportionem potentiæ mouentis ad suam resistentiam, & proportionem velocitatum sequi proportionem proportionum potentiarum mouentium

A ad suas resistentias. Tertio petunt datis duobus extremis, quorum vnius ad alterum est aliquam proportio aliquo vel aliquibus interpositis, cuius vel quorum ad vtrunque extremorum est aliqua proportio, erit proportio primi ad vltimum composita ex proportione primi ad secundum, & secundi ad tertium, & si plura essent inter media, etiam ex pluribus proportionibus, hanc ex Quinto Euclidis patere aiunt. Ex ijs tribus omnes regulas Aristo. calumniantur, & primam quidem, quia non oportet si A mouet B, ꝙ moueat medietatem illius in duplo velocius, vel si A, sit vt octo B, vero vt duo, & illius mobilis medietas sit vt vnum, qđ sit C: dico ꝙ A, non mouet C, in duplo velocius quam moueat B, sed minus quam in duplo, quia proportio ipsius A, ad ipsum C, non est præcise dupli ad proportionem ipsius A, ad ipsum B, quia per supposita est minus quam dupla igitur A, ipsum non mouet C, in duplo, & eodem modo possunt aliæ regulæ refelli.

B

An prima est possit producere effectum sibi proportionatum. Vide Egi hic.

A B C
8 2 1

Proportio contentiue tota.

4la
8la
2

Aggregatiue tota

Hæc proportio aggregatiue tota. æquiualet proportioni cõtentiue toti. Et ita 8 la potest 4 la æquipollere.

C Ego vero ad has responderem, ad primam innuit responsionem Auerro. in cõmento. 36. & inquit & est necesse sicut dixit vt moueatur medietas moti per illud spatium in illo tempore, quoniam velocitas motus ꝙ habebat totum motum ad totum motorem est secundum proportionem excessus potentiæ motoris supra potentiam moti, & cum diuiserimus motum in duas medietates, similiter & motorem, tunc proportio motoris quæ est medietas ad motum quod est medietas, erit sicut proportio totius motoris ad totum motum. vt videt, declarauerunt geometræ hoc est excessu geometrico, & nõ arithmetico, & ita licet arithmetice quatuor plus excedant duo, quã duo vnum, nõ autem geometrice, quia vtrobiq; est similis proportio. per idẽ ad secundum. Auerro. enim per medietatem non intelligit id quod est pars totius motoris vel mobilis, sed per

D medietatem mobilis vult potentiã subduplæ resistentiæ, per medietatem vero motoris potentiam subduplæ actiuitatis, itaq; quanta velocitate mouet Plato B, pondus, tanta velocitate mouebit dimidium resistentiæ ipsius B, Cato dimidij actionis. Ad tertiam respondent varijs modis, sorticolæ fere omnes volunt regulas Arist. intelligi in mouentibus habentibus proportionem duplam ad suas resistentias, quoniã in talibus solum subduplata resistentia, duplatur proportio potentiæ ad resistentiam. Sed hæc solutio friuola est, quia tunc Aristote. non essent vniuersales omnibus motoribus. Cuius contrarium intendit in hoc libro, vbi vult tradere regulas vniuersales omnibus. Alij Blacterones ignari logicæ, & geometriæ, respondent tertium suppositum est falsum, quia cum proportio sit relatio, & omnis

Responsiones soluit prima.

Solutio secũda.

Solutio. ad tertiam.


Prima solu. Confutatio.

omnis relatio sit simplex non ex relationibus compo- E sita, in re nulla proportio ex proportionibus componeretur. Nec hæc responsio valet, nam Euclides Quinto geometriæ vtit̃ proportionibus simplicibus & compositis, modo siue illæ sint compositæ formaliter, siue virtualiter, eo modo suppositio valebit, quō compositione vtitur Euclides, quare istud puerile est. Alij crassi & rudes aiunt regulas Aristo. esse veras quo ad sensum, modo licet quo ad rationem proportio octo ad vnum non sit præcise dupla ad quamlibet illarum, tamen quo ad sensum est præcise dupla. Nec hæc valet, quoniam Arist. vtitur ratione in litera & non sensu. Amplius regulæ essent apparentes, & non existentes. Rursus adhuc adeo posset esse dissimilitudo partium, vt etiam sensu videretur. Propter hæc dicerem nunc saluo meliori iudicio regulas Aristo. esse intelligendas seruata vndiq; eadem proportione, ita vt tanta sit mo- F toris ad mobile proportio, quanta mobilis ad suā partem, Debet igitur pro regula Aristo. sumi ea pars potentiæ vt duo, ad quam ipsa potentia vt duo tātam habeat proportionem, quantam habet potentia vt octo ad potentiam vt duo. Et ita vniuersaliter regulæ intelliguntur quando extremi ad extremum proportio sumitur componi ex æqualibus, ita vt intermedia ad extremum habeant proportiones æquales. Et quia hæc solutio est obscura, declaro illā, vbi debes scire q̄ aliqua proportio dici potest tota duplici totalitate continentiæ, & sic quadrupla proportio est tota ad duplā contentam, & totalitate aggregationis, & sic proportio octupla est tota ad quadruplā, & duplā, quia componitur ex quadrupla & dupla per regulam Euclidis. Regula igitur Aristo. intelligitur q̄ si aliqua potentia mouet aliquam resistentiam certa velocitate & certo G tempore, eodem mouebit medietatem illius resistentiæ ad quam tota resistentia habet medietatem proportionis contentiue quæ erat primæ potentiæ ad illā, verbi gratia, medietatem quadruplæ, & ita A, mouet C, ad duplum velocius, quam mouebat B, quoniam proportio ipsius A, ad B, est dupla ad proportionem ipsius B ad C. Et cum dicis aqua proportione A mouet C, dicere nō potes nisi à proportione octupla, vt patet. Sed octupla non est præcise dupla ad quamlibet illarum, quia nec ad quadrupla, nec ad dupla, igitur nō mouet in duplo velocius præcise. Sed dico q̄ mouet ad duplū velocius, quia licet proportio octupla non sit præcise dupla ad quamlibet illam, sed formaliter penes illā non attenditur crementum velocitatis, sed penes crementum potentiæ secundum proportionem contentiuā, & sic sufficit q̄ ipsius B, ad C, sit proportio quæ est di- H midium contentiue, & ita cōcedo q̄ octupla proportio est præcisa dupla ad quālibet illarum contentiue, non autem aggregatiue, quoniam æquipollet duabus illarum contentiue, non autem aggregatiue. nam si A, mouet B A, proportione quadrupla, mouebit C, medietatem à proportione contentiue duas duplas, non autem à proportione aggregante duas duplas. Ex his patet aliquam totam proportionem cōponi ex duabus inæqualibus per aggregationem, quæ tamen sunt æqualia per continentiam, vt quadrupla & dupla sunt inæquales per aggregationem, quæ contentiue sunt æquales, quia dupla est medietas quadruplæ.

Tex. 34. *Et si E, ipsum Z, moueat in D, tempore per spatium C, non necessarium est æquali in tempore duplum ipsius Z, moueat per dimidium ipsius C, spatij.*

Quarta regula siue proprietas est, nō si aliqua potētia mouet aliquod mobile in aliquo tempore per aliquā

E	Z	
8	6	12
Potentia	Resistentia	Duplum
	C spatium	



D Tempus.


lōgitudinem, eadē mouebit duplū ad illud in eodē tpe per medietatē illius longitudinis. Patet quia potētia vt octo mouere sufficit resistentiā vt sex in hora, p bipedale, causa verbi, & tñ eadē non sufficeret mouere resistentiā vt. 12. qa à proportione minoris inequalitatis nō prouenit actio, disponit terminos, & qđ dicit, patet.

Et si A, ipsum B, in D, tempore per C, spatium totum mouet, dimidium ipsius A, quod est B, non mouebit idem B, totū in D, tpe, aut eius aliqua parte per aliq̃ ipsius C, spatij partem, quæ rationē eandē ad totū C, seruet, quā E, pars ad totam A, omnino. n. sic id continget. per nullā mouebit partē. Non. n. si totæ uires aliquid per tantum mouerint, dimidium ipsarum per quantūuis longitudinis, quouis in tpe idem mo- G uebit. unus enim eam traheret nauem quā quoq; omnes mouerant, si uires eorum tam in ipsorum numerum, quam in spatij distribuerentur partes.


Demonstratio probans q., si aliqua potentia mouet aliquod mobile per aliquod spatiū, in aliquo tempore, dimidium illius, potētiæ non mouebit duplū illius mobilis, per medietatē illius spatij, in eodē tpe, neq; in aliqua parte illius tpis, per aliquam pertem illius spatij.

Figura hæc, ambas designat disproportiones.

D Tempus.



A Potentia mouēs. E Dimidiū pōæ. C Longitudo, seu spatium.



Quinta, siue regula, siue proprietas est, nō si potentia aliquo mouet aliqđ mobile in aliquo tpe p aliqđ spatium, medietas potentiæ mouebit totum mobile in eodem tpe per medietatē spatij, potētia. n. vt octo mouet resistentiā vt sex, quā potentia motiua vt quatuor non

non posset mouere, nec in aliquo tẽpore, nec in aliquo spatio. Ponit exemplum de naui, & sermo patet.

Quo circa Zenonis ratio non est uera, quæ milij quãuis partem sonum facere persuasit. Prohibet enim nihil ut nullo in tempore eum moueat aerem, quem unus totus modius mouit, cum cecidisset, quippe cum neq; pars si per se fuerit, id mouebit, quod una cum toto mouere poterat, quando non sit pars nisi dum potestate est in toto.

Qua Auer. com. 37. Zeno eleates probabat granum milij omne facere sonum, sic totus modius facit sonum, igitur quodlibet milij granum facit partẽ soni. Ex dictis regulis respondet Aristote. nihil esse, non enim sequitur, si totus modius sonum facit, vt quodlibet granum partem soni faciat, & verba translatione patent.

Auerroes autem hunc in modum componit cauillum Zenonis, omnes partes simul per se faciunt sonũ, igitur quælibet pars per se facit sonum, quia si nulla per se facit sonum, igitur nec omnes partes simul per se facerent sonum, vt valet, omnes guttæ per se cauant lapidem, igitur quælibet gutta per se cauat lapidẽ. Respondet Auerroes, q sermo est sophisticus, qm vna pars nõ agit in actu, sed tantum in potẽtia, nõ enim vnus homo de. 30. mouet ipsam nauim, vt igiť omnes triginta per se trahũt nauim, & nullus per se illam, ita totus modius per se frangit aerem efficiendo sonum, & nullum granum per se, & vt totus motus nauis p se est à 30. & per accidens à quolibet illorum, ita sonus est per se à toto modio, & per accidens à quolibet grano. Sed debes scire (vt innuit Auerroes hic. & in. 8. commẽ. 23.) q exemplum de guttis non est omnino simile, quia guttæ præcedentes saltem potestate cauant lapidem disponẽdo, vltima vero virtute dispositionis præcedentis cauat actu, & nullum granum facit sonum actu, nec dispositiue, nec effectiue, sed omnes partes modij simul, & ita non est omnino simile. Secundo debes scire, q plures causas concurrere ad eundem effectum potest multifariam esse, aut secundum idem genus, aut secundum diuersa genera. Si secundũ diuersa genera, omnes suis rationibus causandi effectũ causant, vt in libro Secundo dictum est, si vero secundum idem genus, vel ordine quodam, vel sine ordine, si ordine quodam, sic plures causæ possunt concurrere æqualiter suis ordinibus causando, vt sol & homo generat hominẽ, si sine ordine, aut quatenus aliæ disponũt, alię causant, & sic est de cauatione lapidis, oẽs. n. agunt saltẽ disponẽdo, vltima facit, aut quatenus sunt partes totius, nihil nisi vt sunt in toto agẽtes, & sic ẽ de modio, & granis, & de tractu.

Nota.

Nota.

Tex. 38. *Et si duo quædam seorsum per tãtam longitudinem tanto in tẽpore duo seorsum pondera mouent compositũ quoq; ex illis æqualem per longitudinem æquali in tempore compositũ ex põderibus utriſq; mouebit, est. n. in illis ratio eadẽ.*

Vltima regula est, si duæ potentiæ mouent seorsum duo mobilia in aliquo tpe & per aliquod spatium, compositum ex illis potentijs mouebit compositum ex illis mobilibus in eodem tempore per idem spatium.

Qua Auer. com. 38. Auerroes in commẽto declarat tria, primo quonã modo valeat à diuisis ad coniuncta, & inquit. Cum autem diuersatur in spatio, verbi gratia, q altera moueat vnam libram in vna hora per dimidium leucæ, & alteram duas libras per vnam leucam in eadem hora, nõ sequitur, cum duo motores fuerint congregati, & pondera similiter, vt moueant illa simul aut per vnam aut per dimidium leucæ in illa hora, quoniam (vt ait) pro-

A portio eius quod congregatur ex duabus potentijs ad illa duo pondera insimul, non est sicut proportio alterius potentiæ seorsum sumptæ ad alterum ponderum seorsum sumptum. Sed dubitatur contra hoc, quia si Socrates potest portare libram per dimidium leucæ, & Plato duas per vnam leucam in eadem hora, videť q ambo simul possunt portare ambo illa saltem p medium leucæ in illa hora, & hoc etiam docet experientia. Dici potest q casus Auerrois est in potentijs inuicẽ cõparatis in proportione dupla, ita vt Socrates sit subduplæ virtutis ad Platonem, quemadmodum spatia, & pondera inter sese habent in proportione dupla, & q agunt secundum vltimum posse cum nota exclusionis, & ita vult q cũ virtutes se habent in proportione dupla vt pondera & spatia, & agant secundum vltimum potentiæ exclusiue, non valet à diuisorum proportio-

D hi. Vide Bur hic.

Solutio.

B ne dupla. ita vt Socrates sit subduplæ virtutis ad Platonem, quemadmodum spatia, & pondera inter sese habent in proportione dupla, & agant secundum vltimũ posse cum nota exclusionis, & ita vult q cum virtutes se habent in proportione dupla vt pondera & spatia, & agant secundum vltimum potentiæ exclusiue, non valet à diuisorum proportione ad cõiunctorum proportionem, hoc est non valet à diuisis ad cõiuncta seruata eadem vel consimili proportione, quia nõ valet, Socrates potest portare libram vnam per dimidiũ leucæ, Plato duas per leucam, & ambo in eadem hora, & agunt secundum vltimum de potentia, igiť ambo possunt præcise portare tres libros per vnam leucam vel dimidiam in eadem hora, nã Socrates nõ põt portare vltra dimidium quia illud erat vltimũ posse. Plato poterat vltra dimidium, quia agit secundum vltimũ vsq; ad leucam, & ita ambo præcise in eadem hora illa ambo nec per vnam leucam, nec per dimidiũ possunt portare. Quo quidem modo non valeat, perspicuũ. Dein de ibi. {cum autem spatium.} declarat quãdo valet, & vult valere à diuisis ad coniuncta seruatis duobus. Primo q tam tempus q̃ spatium sit idem, quia vbi spatia erunt diuersa, non valebit per dicta antea. Secundo q proportiones potentiarum diuersarum ad pondera sint consimiles, quia vbi sint diuersæ, & non sequitur potentias congregatas æque proportionabiliter mouere coniunctum, vt quælibet diuisa mouebat, verbi causa, potentia vt quatuor mouet resistentiam vt tria à proportione sesquitertia. Potentia vero vt duo resistentiam vt vnum à proportione dupla, ideo non sequitur aggregatũ quod est vt sex mouere resistẽtiam, aggregatam quæ est vt quatuor æque proportionaliter, nam illa potentia vt sex mouet resistẽtiam vt quatuor à proportione sesquialtera, & non duplã, neque sesquiterna, at vbi indiuisis seruentur similes proportiones, ita vt ambæ sint eiusdem rationis, in coniunctis etiam seruabitur idem, vt quia octo mouent quatuor, & quatuor duo eadem proportione, videlicet dupla, ideo. 12. mouebunt sex æque proportionaliter, vt octo mouent quatuor, & quatuor duo. Deinde ibi {& intendit cum duo motores} declarat quonam modo valet à coniunctis ad diuisa, & vult q valeat quando partes potentiæ seruant ad partes resistentiæ similem proportionem, quam tota potentia seruabat ad totã resistentiam, vbi vero non seruetur consimilis proportio non oportet valere. Verbi causa. Si Socrates & Plato simul moueant pondus aliquod à proportione dupla, dico q quilibet illorum per se mouebit partem ad quam habet

An potẽtia in finita per modũ motũe Aristot. possit mouere tpe finito. Vide Sco. q 7. quolib.

C

D

bet similem proportionẽ, vbi vero totum diuidatur, ita vt partes sint resistentiæ vt duo, non erit motus à partibus potentiæ. Hæc Auerroes. Iuniorum aliqui addunt duas alias conditiones, videlicet ꝙ motores & motus sint eiusdem rationis, propterea non valet vbi A sursum & B deorsum esset aptum mouere, & ꝙ sint cætera paria, nam virtus coniuncta per accidẽs est fortior seipsa dispersa, propterea hoc accidẽs debet considerari in diuisis & coniunctis. Hæc de regulis lationũ ab Aristote. & Auerro.

Additiones iuniorum.

Tex. 39. *Sunt igitur hæc eadem & in alteratione, & auctione, nã est aliquid id quod auget, & id etiam quod augetur, atq; in tempore tanto, & tantum aliud auget, aliud augetur, & id quod alterat, & quod alteratur, similiter etiam est aliquid, & tantum per magis & minus est alteratum, atq; tanto in tempore, in duplo quidem duplum, & duplum in duplo, dimidium autem in dimidio temporis, aut in dimidio dimidiũ, aut in æquali duplum.*

Ex dictis infert in cæteris motibus vt in auctione & alteratione similes regulas habere locum. Nam in auctione & alteratione sunt illa oĩa, quæ in latione sunt, vt alterans, alterabile, tempus, & latitudo, quæ est loco spatij, similiter hæc quatuor sunt in auctione, videlicet augens, augmentabile, tempus, & spatium siue dimensio, vt igitur in latione regulæ illæ erant veræ penes illa quatuor, sic & in his, & vt magis rei explicatur pateat. Prima regula est si aliquod alterans aliquod alterabile, seu augmentans auget aliquod augmentabile in aliquo tempore, in duplo tempore duplum aut alterabit aut augebit. Secunda regula, & duplum in duplo, hoc est dupla virtus æquali in tempore efficiet aut qualitatem aut quãtitatem duplam. Tertia, dimidium autem G in dimidio temporis, hoc est aliqua virtus causat qualitatem vel quantitatem aliquam in aliquo tempore, eadem virtus dimidium efficiet in dimidio temporis. Quarta regula, & in dimidio dimidiũ, vt in æquali duplum, hoc est si aliqua virtus causat qualitatẽ vel quantitatem aliquam in aliquo tempore, medium virtutis causabit medietatem qualitatis vel quantitatis in eodẽ tempore, velut dicebatur in prima regula, duplã causare duplam in eodem tempore.

Quæ Auer. com. 69. Auerroes autem probat omnes has regulas simili ratione, quia probauit priores, ꝙ velocitas in alteratione & auctione quo ad causam attenditur penes proportionem potentiæ motiuæ super suam resistentiam, ita ꝙ vbi est maior proportio, ibi maior est velocitas & minus tempus, & contra, & tu intellige proportione geometrica, & ita per hanc rationem omnes hę regulæ patent. Captiunculatores vero verificant regulas has H conditionibus seruatis, vt primam & tertiam in actione vniformi. Secũdam & quartam seruata semper vniformi proportione & maioris inæqualitatis. Quæ omnia ex quæstionibus factis in declaratione patent.

Si uero id quod alterat aut auget tantũ in tãto aut auget aut alterat, non necesse est ut dimidium in dimidio & dimidium alteret, uel augeat, sed nihil (si id contingit) alterabit uel augebit, quemadmodum etiam de pondere dicebatur.

Vltima regula negatiua est ꝙ nõ oportet si aliqua virtus augmentet vel alteret aliquod totum in aliquo tempore, vt illius dimidium in dimidio temporis, vel in dimidio dimidium alteret vel augeat, immo vbi fieri potest hæc virtutis diuisio, non augebit vel alterabit illud vel aliquid illius, hoc patet vt de pondere, & tractu na-

E uis dicebatur. Potest enim hæc regula probari vt illa de tractu ponderis. Alij vero intelligunt sic, ꝙ si aliqua virtus alterat vel augeat aliquid, non oportet vt illius medietas augeat illud idem in illo tempore vel aliqua parte temporis, aut in duplo temporis, & huius licet plures assignentur causæ, illa quæ assignabatur de tractu ponderis satis est in exemplo, Potest tamen esse ratio, quia à proportione minoris inæqualitatis nõ prouenit actio, litera vero videtur magis cõsonare primæ expositioni. Sed quicquid sit, ambæ suo loco verificatę sunt. Multa captiunculatores & sorticolæ concitant in fine huius Septimi, quæ potius impediunt animũ quam ipsum ad scientiam concitant, non enim puto satis conferens ad inuentionem & iudicium tantam rerum confusionem. Quare hæc de Septimo libro putamus sat sufficere, græci enim aut parum aut nihil circa F hæc elaborarunt, quia quæ dicũtur, sunt apparitiones, & non veritates. Si enim studuissent in Aristote. codicibus: vt debuissent, fortasse philosophia non fuisset captum. Hæc igitur satis.

Finis Septimi Libri.

ARISTOTELIS
PHYSICAE AVSCVLTATIONIS
LIBER VIII.
Cum Augustini Niphi Suessani Tralatione, Commentariis, ac Recognitionibus.



TRVM uero factus sit aliquando motus quum ante non fuisset, proindeque & consumetur ita, ut nihil moueatur ultra: An neque factus, neque consumptus unquam, sed fuerit semper, & semper sit futurus, immortalisq; ipse, atq; incessabilis, qui pro uita sit rebus omnibus natura constitutis. *Tex. 1.*



ROPONENS Arist. quæstionem ponit intentionem Libri. Verum debes scire (vt Sorticolæ tradunt & nõ imperitæ,) ꝙ hæc verba incipit & desinit bifariam possunt exponi. Vno modo affirmatiue, vt dicatur illud incipere affirmatiue, quod nunc est, & antea non erat, quo quidem modo fortasse permanentia incipiunt. Illud vero desinere, quod nunc est, & postea non erit, & sub hoc sensu (vt mihi videtur) quæstio non intelligitur, nam in. 6. declaratum est, motum non incipere, nec desinere per affirmationem, si quidem ante omnem motum sit motus, & post omnem motum sit motus. Alio vero modo exponi possunt per negationem, vt illud dicatur incipere, quod non est nunc, & immediate post hoc erit, illud desinere, quod non est nunc, & immediate antea erat. quo quidem modo motum incipere aut desinere ambigit. d. Vtrum vero factus sit aliquando motus, ita vt cœperit esse, cum antea non fuisset, vt sit sensus. nunc non est motus, & immediate post hoc est motus, proindeq; & consumetur, ita vt nihil moueatur vltra, vt sit sensus nunc non est motus. & immediate ante hoc erat motus, an neq;

factus

factus neq; consumptus vnquam, sed fuerit semper, & semper sit futurus, immortalisq; ipse atq; incessabilis & immensus, qui pro vita sit omnibus rebus natura constitutis. Hic est quæstionis sensus, licet sit nō parua ambiguitas in hac quæstione, pro quo supponat verbum motus, vtrū pro motu primo cœlesti, an pro motu communi secundum genus ad primum, & ad alios cæterorum corporum, ita vt quæstio intelligatur de factura motus primi, an de facturæ motus communiter accepti. Quæ res postea pertractabitur.

Motum quidem igitur esse fatentur omnes, & quidem natura aliquid agunt, cum mundum generent, & qui de ortu rerum & interitu commutantur, quos impossibile est ipsis inesse, nisi motus sit.

Excusat se, posset enim Arist. obijci, nā quæstio de æternitate motus supponit quæstionem an sit motus. Mundum enim esse primo sumimus, postea vero vtrū sit perpetuus, Respondet quasi sese excusans. d. motū quidē igit̃ esse fatētur omnes, & qui de natura aliquid agunt vt Physici cum mundum generent, & qui de ortu rerum & interitu, qui de omnibus istis, commentantur, vt Chaldei, qui mundum faciunt perpetuum, sed res generant, & ita quæstio an sit motus non est pertractatu digna, cum tam secundum dicētes mundū fieri, q̄ sm dicētes mundū esse sempiternum, sit supposita.

Verum qui quidem mundos infinitos esse dicunt, & horum mundorum alios quidem oriri, alios uero occidi, motū quoq; arbitrantur esse perpetuum, nam ortus & obitus cū illorum motu necesse est, qui uero unum sed non semper, de motu simili ratione contendunt.

Reddit excusationis rationem, dictū est enim motum esse supponi, qđ declarat tam sm tenētes mūdorum reciprocā generationē atq; corruptionē, q̄ apud tenentes mundum vnum & factū, vtriq;.n. supponūt motū esse. Sūt qui volūt Arist. de proposita quæstione nūc exequi, narrando positiones duas, quæ res vtroq; modo patet. Hæc quo ad crassam textus expositionē:

Commēto. 1. De quo motu quærit Aristo. an de motu in cō an de motu cœlesti. Vide Egi. hic et Bur. & Gant. q. 1. huius.

{Quia prima} Vt vero textus facilius intelligatur, nunc circa cōmentū est insistēdū, vbi Auer. duo facit. Primo exponit textum sm Arabes. Secundo ibi {& in hac.} mouet quæstionē cōtra illam expositionem. Dicit igitur primo ꝙ subiectum quæstionis vtpote motus supponit pro motu accepto secundū genus, & non supponit pro aliquo motu speciei alicuius mobilis.

{Et qđ est añ.} Scđo remouet dubiū, nā dicet qs ea quæ in. 7. dnt superfluere, rñdet ea nō esse superflua, qa aut sunt huic tractatui necessaria, aut dicta ꝑꝑ melius.

{Et cū dixit.} Tertio declarat sensum quæstionis. vbi debes scire ꝙ si motus in qōne supponit ꝓ aliquo vno motu alicuius spēi, mobilis nō est ambigua, nemo enim ambigit aliquē vnū motū alicuius mobilis incipere vel desinere. adeo oportet quærere vt motus supponit generatim pro omni motu, vt sit, sensus vtrū motus fiat, ita vt nullus p̃sit, an desinat, vt nullus succedat.

{Ista autem} Quarto reddit quæstionis necessitatē & vult ꝙ in mundo sunt duæ motus species, altera rectorum, vtpote generabilium, altera sphæricorum, vt cœlorum, proptcrea quæstio debet intelligi in genere, amplectendo vtrosq; motus.

Quō motus sit vita quædam. Vide Egi. hic & Grati. Esc. loc. 1. huius.

{Et innuit ꝑ hoc.} His præmissis, nū · Arist. in textu ait motū esse quasi vitā, quod exponēs Auer. intelligit motum esse rebus naturalibus necessarium vti vitam viuentibus. Solet. n. vita, vt dicitur in. 2. de Aīa, aliquan A do accipi pro actu primo, qūo anima vita est aīati, & ita forma rei naturalis est vti vita rei naturalis, aliquando pro operatione, qūo intelligere, moueri & nutriri vita dicuntur, & sic motus est vti vita omnibus rebus naturalibus, quatenus est operatio illarum.

{Et hæc perscrutatio.} Nunc quæstionis tangit fructum, videtur enim quæstio hæc de motus æternitate vtilis, tū ad sciam primi motoris, vt videbitur postea, tum ad sciam de æternitate mundi, nam quæstio de mundi æternitate solui nō pōt, nisi soluta quæstione de æternitate motus, nam vna videtur quæstio de æternitate motus, ac mundi, cuius signum est, quia loquentes de mundo & de motu conformiter agunt.

{Dico ꝙ expositio.} Nunc resumit quæstionis vim iuxta nunc dictam expositionem, est enim quæstionis sensus, vtrum motus incipit sm genus, ita vt non ante B omnem motum sit motus, an sit æternus secūdum genus, vt ante oēm motum sit motus, hanc expositionē ait esse oīum arabū vt Alpharabij, Auicēnæ, & Auempaces Hispani. Nam ex hac quæstione procedet Arist. ad declarandum aliquem esse motū primū & æternū, qui continet omnes. Hæc est expositio Arabum.

An qō de æternitate motus pertineat ad naturalē. Vid. Io. q. 1 huius.

{Et in hac declaratione.} Debes scire ꝙ ea propositio ante omnem motum est motus, pōt multipliciter intelligi vel ante oēm nouū sit motus nouus, aut ante omnem motū æternū sit motus æternus, aut ante oēm motū nouū sit motus ætenus, aut ante omnem motū æternū est motus nouus, vult mō Auer. ꝙ illa propositio pōt multipliciter intelligi, & ꝙ Alpharabius in lib. de entibus transmutatis distinxit sensus illius, & voluit illam esse verā in tertio sensu tm̃, videlicet ꝙ ante oēm motū nouū sit motus æternus, & ita inuoluta ē eius con C sideratio. & debuit primo quærere de moto æterno & cœlesti, vtrū deī, & postmodū de alijs sensibus. Alpharabius igit̃ noluit Arist. qōnem esse diminutā, cū nō distinxit quot modis intellr̃ ꝓpositio, nec elegit sensum qōnis, qua rōne Alpharabius gloriat̃ de supplemēto.

{Ego aūt.} Auer. volens aliter exponere. primo corrigit se, & ait, primo se interdum esse secutum arabum expositionē, & ꝙ credidit quæstionē Aristo. esse mancam, & quantū ad hoc corrigit se adinueniens nouam expositionē, ad q̄ verba Arist. sunt concordia, licet expositio prima sit primo aspectu ad verba, erit igitur expositio Auerrois verbum motus in quæstione supponere pro specie motus, vtpote pro primo motu cœlesti, vtrū videlicet primus motus sit factus vel æternus.

An motus sit perpetuus & æternus. Vide Ioā. de magis. q. 1. huius.

{Et induxit.} Soluit nunc motiua pro expositione Alpharabij, primum erit Arist. ad soluendā quæstionē D induxit definitionem motus vt videbitur, sed illa definitio, videlicet motus est actus entis & reliqua, cōpetit motui secundum genus, igit̃ in quæstione intelligit de motu sm genus. Rñdet Arist. definitionē sumpsisse nō ad solōnē qōnis principalis, sed ad illā vtrū motus sit, ꝓ definitionē motus vult esse satisfactū, & sic rō nulla.

{Perscrutatio enim.} Reddens causam solutionis addit fundamētū suæ expositionis hoc modo, hæc quæstio est cōis toti mundo & omnibus partibus mundi. Sed principalior pars est primū mobile ac primus motus, igitur de illo quæstio est principaliter, qua ratione fit vt quæstio nō vniuersalis sit, sed particularis de motu primo, qui continet motus particulares. Hæc est expositionis causa.

{Non quia.} Rñdet ad secundum argumentum, arguebat enim, æternitas. n. inest primo motui inquantum

tum motus, igitur quæstio est de motu inquātum motus. Respondet negando assumptum, quia inest æternitas principaliter primo motui, & ratione illius inest cæteris, & ita quæstio erit primo de primo motu.

{Non igitur.} Ad tertium respondet, arguebant.n. ab effectu proficiscimur in causas, sed hi motus sunt effectus primi motus, igitur hi sunt vt signum ad illum, respondet hoc esse falsum, quia nondum declaratū est an hi sunt effectus, ille vero causa, & ita argumentum esset ab ignotis, patent igitur duæ expositiones. Et licet pro vtraq; parte sint cōmuniter rationes, videtur mihi φ potest concordari. Nā subiectum quæstionis potest esse duplex, cōtentiuū, & principale, Motus simpliciter acceptus fm genus est subiectū quæstionis cōtentiuum: sed primus motus est subiectū principale. Tūc dicerē φ quæstio quærit de motu in cōi tanq̃ de subiecto contentiuo & adæquato, & hoc volunt Arabes & expositor, quærit vero de subiecto primo tanq̃ de subiecto principali, & sic sentit Auer. vbi vero vis eos discordes, solue rōnes pro vtraq; parte, vt cōiter soluit.

An primus motus sit æternus. Gaet. circa principium huius.

Tex. 2. *Si igitur contingerit aliquando nihil moueri, dupliciter id accidere necesse est, aut enim ut Anaxagoras arbitratur, inquit enim ille, cum omnia simul essent atq; quiescerent, tempore infinito, mentem motum cœpisse ac segregasse: aut ut Empedocles, interdum quidem moueri, interdū uero quiescere. Moueri quidem, cum aut unum ex multis concordia, aut ex uno multa discordia facit, quiescere uero temporibus medijs, dicens hoc modo.*

Interpretatio carminū Empedo.

Inquantum quidem unum ex multis dicit aptum fieri.
Inquātum uero rursus ex uno geminato plura perficiūtur.
Sic quidē, fiuntq;, & nullo modo ipsius est unum seculū.
Sic autem permutantur, neq; simul perficiuntur.
Sic aūt semper fiunt immobiles secundum circulum. Illud.n. sic autē permutātur, ab hinc illuc dicere ipsum opinandū est.

In hoc secundo textu non nisi hæc Empedoclis carmina duplicata reperies, in reliquo autem huius Octaui Libri vnum tantūmodo textum.

DILVC. *Sic dicens, quatenus unum quidem ex pluribus consueuit nasci, et iterū quatenus ex uno generato plura perficiuntur, eatenus quidem & fiunt, & non est ipsis firmum æuū. Quatenus uero permutantur omnino, neq; simul desinunt eatenus semper sunt immobiles secundum circulum: hoc.n. quatenus permutātur, hinc, illuc, dicere ipsum opinandū est.*

His præmissis de intentione, & excusatione, & causa excusationis. Nunc ad rem ipsam, solutionēq; quæstionis accedit, & primo narrat positiones antiquorum de motus genitura, secundo veritatem quæsiti determinat. De motu igitur duæ existere pro nunc positiones. Altera quidem Anaxagoræ, videlicet φ motus semel initus sit, semperq; perduraturus, quemadmodū mundus videtur. Altera Empedoclis φ motus quemadmodum & mundus alternat vicibus, interpellatq;, aliquando vt sit, aliquando vt non sit. Sed quia narrat verba Empedoclis ad formā, quæ in græcis codicibus sunt metrice scripta, ego vt fidelius loquerer ad verbū transtuli, propterea difficilia sunt, propter hoc debes scire φ ipse Empedocles ijs in carminibus primo declarat quot modis res fiunt, & vult res bifariam fieri, congregatione, vt fiunt aīalia, & partes mundi; segregatione vt totus ipse mundus, inquit. Inquantum quidem vnū ex multis aliquod esse aptum fieri, Empedocles dicit, & hic est primus modus, quo fiunt animalia. Inquantum vero rursus ex vno geminato plura perficiuntur,

Pōnes de motu Anaxag. Empedo.

An possibile sit Deum producere aliquid aliud à se sine princi pio duraturū. Vide Scot.d. 1. scd.q 3. Vide ēt Cap. q. 1. huius & an de facto fuerit aliqua creatura ab æterno ibidem.

E hoc est secūdo modo res fiunt segregatione ex vno in plura, vt vniuersus editur mundus, & ita patet res bifariam fieri apud Empedoclem, propterea subscribit. Sic quidē fiūtq;, q.d. ijs duobus modis ea quæ sunt fiūt, vniuersus quidem segregatione, partes vero singulæ congregatione. Deinde declarat qūo mundus fit non semel, sed vicibus alternis. vbi debes scire φ mundus ipse duo habet secula siue status. Alterū quidem, quo persistit in sui distinctione atq; ornatu, quem videlicet facit discordia rerum. Alterum vero, quo constituitur in confusione rerum. Tempus vero quo mundus ipse transit de ornatu ad chaos, non momentarium est, nec tempus quo contra migrat de chaos in ornatum subitarium habetur, Inquit, & nullo modo ipsius est vnum seculum siue status. Cuius causam subdit, nā sic alterna vice res ipsæ permutantur, neq; simul & momenta-

F riæ permutationes illæ perficiuntur, sed in tpe, vt diximus. Quo fit vt vnum sit mundi seculum, quo mundus in confusione perdurat. Deinde declarat alium.d. Sic autem semper fiunt, hoc est secūdus status est quo fiunt & sunt in ornatu, & quia quis credere posset res totaliter in nihil redigi, subiecit immobiles fm circulum hoc est non sic vt penitus desinant, & penitus incipiant, sed secundum circularem generationem immobiles, & ita patent duo mundi status, & quia verba illa Empedoclis videlicet, Sic autem permutantur, erāt non facilia. Arist. exponit illa.d. hoc enim, idest verbū illud, sic autem permutātur, ab hinc illud dicere ipsum opinādum est per alternas vices, qua ratione fit vt motus rerū sit vno seculo vtpotè in ornatu. Altero quies, videlicet in confusione, hæc sunt quæ ab Anaxagora, & Empedocle habentur de motus genitura, obituq;.

G

Commen. 2.

{Quia natura.} Hoc commētum inutile est, non tamen prætereundum. Dicit igitur primo de mundo fuisse duas positiones propter naturā diuisionis, quæ semper est bimēbris, quod debet intelligi reductiue, qm̄ de genitura motus & mūdi sunt vel esse possunt quatuor positiones, vt recitatur in Primo Cœli, vt φ inceperit & desinit, aut φ neq; incœperit, neq; desinet, aut φ incœperit & non desinet, Aut φ nō cœperit, sed desinet, & ita sunt vel possunt esse quatuor, licet reduci posint in duas. Auer. tñ narrat tres positiones. Prima est Anaxagoræ, qui voluit res finito tēpore in chaos quieuisse, deinde mētem similiter in finito tempore segregasse ornasseq;. Positio Empedoclis hæc eadem est, nisi φ non mentem effectricē autumat causam, sed litem &

Pōnes de generat. motus & mundi quot.

Pō Anaxa.

Pō Empedo.

H amorem. Plato vero voluit mundum semel fieri, nunq̃ tamen corrumpendū fore, excusat tamen Auer. Arist. videlicet cur Platonis omisit positionē, volēs omisisse illam, quia ante mundi generationem Plato motū præfuisse autumat, non quidē ordinatum, sed sine ordine. Propterea omisit ipsum, quia nō similiter de mundo & motu loquit. Animaduersione tamen dignū φ Auer. non recte ait, nā Anaxagoras non ita sentit de mundi & motus genitura, vt narrat Auer. veluti ex textu patet. Propterea ex errore translationis illud euenisse arbitrandum est. Deinde Auer. has positiones exponit, & ad mētem Empedoclis colligit cœlū haberi pro Deo, siquidem immortale est ob partium conformitatē atq; simplicitatem, & φ solum hic inferior mundus lite fit & amore, non autem mundus superior, quem perpetuum ponit, reliqua commenti patent.

Pō Plat.

An mundus sit æternus. Vide etiam de nomine Lunar. de sanguinis. in tract. de æternitate mundi.

Reco-

RECOGNITIONES.

Hic textus in commentarijs bene expositus est, & maxime secundum græcum codicem, quem túc habebam, in alijs auté, carmina Empedoclis sic interpretatus sum, ideo lege verba. {Sic dices}. q. d. Emped. opinatus est ea quæ diximus, sic dicens, {quatenus vnú quidem ex pluribus consueuit nasci, }vt chaos, & confuse, ex elemẽtis. {& iterum quatenus ex vno generato plura perficiuntur} elementa in esse distincto, {eatenus quidem & fiunt}. s. res mundi nunc in confusione, nunc in distinctione, {& non est ipsis}. s. rebus mundi, quæ in cõfusione, nunc in ornatu fiunt, {firmú æuú.} nec perpetuitas firma earum in eodem statu. {Quatenus vero permutantur omnino} nunc de distinctione in confusionem, & è contrario, {nec simul desinunt} scilicet confusio, & distinctio, quia cum est distinctio, & sic vicissim semper, {eatenus semper} confusio & distinctio {sunt immobiles} & perpetuæ {secundum circulum, } est enim alterna mutatio sempiterna, tunc interpretando verba Empedo. dicit {hoc enim} quo diximus, verbum illud videlicet { permittantur hinc illuc, } quod Emped. metrice scribit, {dicere ipsum opinandum est, } vt quasi velit res permutari perpetuo de confusione in distinctioné & è contrario semper, hæc de recognitione verborum Aristotelis.

Tex. 3. *De his itaq; quonam modo se habeant, cõsiderandum est, ueritatem enim hanc perspicere, non modo utile est ad eam contemplationem, quæ de natura est, sed etiam ad eam quæ est de primo principio, doctrinam.*

Nunc contẽplationis siue quæstionis propositæ tradit fructum, & vult quæstionem illã conferre ad scientiam de natura, & ad scienitiam de primo omnium rerum principio. Ad scientiam quidem de natura, quatenus hæc ptractatio est vna pars sciæ naturalis. Ad scientiam vero de primo principio, quatenus per solutioné eiusmodi quæstionis primi principij colligetur definitio & natura, vt suo loco videbit. Auer. vero vult quæstionem hanc conferre ad Naturalem & ad Metaphysicum. ad Naturalem quidem, vt dictum est, ad Metaphysicum vero primo, quia Metaphysicus sumit à Naturali principia sui subiecti esse. Secundo quia sumit principalem parté sui subiecti esse, cum nullam habeat viam, præter hãc motus æterni. Signum huius est quia Auic. positio, quæ dicit oppositum, est falsa, & via qua processit in illud est friuola. via etiam Algazelis est similiter pertenuis. Huius rei pertractationem transmittit in librum Destruct. destructionum, contra Alga. tu vero lege in dispu. 8. in solutione primi dubij, & licet in 7. huius & in fine Primi res hæc sit diligenter pertractata, vnum tantum volo quærere an æque bene ex motu nouo vt ex motu æterno possit probari motorem primum esse separatum. Thomas putat primú motorem separatum posse probari tam è motu ipso æterno quã à motu nouo. Secundo ꝙ pollentius & certius è motu nouo. Nam nouum habere principium manifestú est per se, & cũ non sit processus infinitus in mouẽtibus, tandem oportet deuenire in motorem æternum. Sed stare non potest, quia aut Ipse supponit esse statum in causis, aut non. Si non, tunc dicerem nouú habere principium nouú, rursus & illud aliud, & sic ad infinitú. Si supponit esse statú in causis, túc petit principiú, quia supponit primam causam inter omnes causas. quod Auer. vbiq; exclamat ꝙ non potest probari primú motorem esse, nisi sumpto statu in causis. Propterea ratio

Quæ ex commen. 3.

Dub. vtil.

Pō Tho.

Confutatio.

A Thomæ nulla est quia licet omne nouum habeat principium, tamen nouum habet principium nouum, & illud habet aliud, & sic rursus in infinitum. Alij volũt nõ ex motu nouo probari motoré primum esse, sed ex motu qui est vel potest esse æternus, quia enim Deus potest facere motum æternum, ideo est primus motor separatus. Sed nec hæc positio placet. nam Deum posse agere motum æternú est creditum, & non demõstratione acceptum. Propterea Philosophi credidere ex motu qui est æternus nancisci primum motorem esse. Nam ex æternitate effectus colligitur causæ æternitas, res vero æterna est virtus separata è materia & è corpore, & per consequens separatum ens à materia, vbi tamen secundum theologos teneamus motú nõ esse æternum, creditum est primum motorem separatum esse, & statum esse in causis.

Confutatio. Pō ꝓpria. An deus sit naturaliter cognoscibilis à nobis. Vide Scot. d. 3. primi & Grego. et alios theo.

B *Ex his uero primo initium faciemus, quæ à nobis antea in naturalibus definita sunt. Dicimus itaq; motum actum esse mobilis, quatenus mobile est. Necesse ergo res esse quæ unoquoq; motu moueri possunt.* Tex 4.

His narratis, nunc de quæstione prosequitur, & primo inre Mathematicorum constituit suppositionem, ꝙ ante videlicet motum omnem sunt mobile & motiuum, probat primo hoc syllogismo, motus motiui & mobilis supponit motiuum & mobile, sed motus est actus motiui & mobilis, vt in. 3. huius ex definitione motus, patet igitur ꝙ motus supponit motiuum & mobile, verba sua translatione constant.

An substantia immateriales possit intelligi à nobis. Vide Sco. 2. meta. q. 2. & an possit probari prias substãtias separatas esse. Vide Ant. trõbet. 2. meta. q. 2.

Adhuc etiam sine ipsius motus definitione unusquisq; id moueri necessario fatebitur, quod moueri unaquaque motus specie potest, ueluti alterari quidẽ id quod est alterabile, ferri uero id quod loco mutabile est, quare sit antea ustibile quã
C *uratur, ustiuum quoq; antea q̃ urat oportet.*

Secundo idẽ persuadet sine ipsius motus definitione vtpote inductione in omnibus, nam alteratio supponit alterabile & alteratiuum. Moueri de loco ad locum motiuum & mobile, & sic de singulis, igitur oportet sit antea vstibile q̃ vratur, vstiuum quoq; antea q̃ vrat, & vsus est specie loco generis, vt patet.

{Incipiamus igit.} Auer. in hoc cõmẽ. ordinat literã, & dicit prĩo, ꝙ mos in artibus ẽ prĩo facere suppõnes, deinde ex illis inferre cõcl̃ones, & húc ordiné Arist. seruat, moré (vt dicit Philop.) imitatus geometrarum. accipit. n. suppositioné, quæ ex dictis in. 3. huius declarat.

{Et incepit. } Petitio est hæc, oé ꝙ mouet prius fuit in potentia moueri, q̃ moueatur. Probatur, omne qđ est postq̃ non fuit, prius fuit in potẽtia q̃ in actu, omne
D quod mouetur est in motu postq̃ non fuit in motu, igitur prius fuit in potentia ad motú q̃ moueretur, deinde applicat sententiã verbis asserens hãc suppositioné esse ꝓbatã syllõ & inductione, & res patet intelligẽti.

An deus potuerit producere mundú ab æterno Vide & Gaet. hoc. An cõsideratio ꝑpetuitatis motus sit necessaria ad intelligendú primú principium esse. Vide Ian. q. 2. huius.

{Et intelligendum} Refellit quæstiones contra dicta, accepit. n. mobile præcedere motú, quod falsum videtur. Primo quia generatio est motus aliquis, & tamen generabile non præcedit tempore generationem, similiter & de corruptione. Secundo motus leuium sursum est motus, & tamẽ mobile leue non est prius tempore illo, cum ita cito sicut leue est, sursum feratur, nisi sit prohibens. Respondet mobile in potentia esse bifariam aut simile in tempore & numero moto in actu, vt Socrates sedens, & ipse motus, aut differens specie vt lignum de quo ignis sit vel oleum. lignú. n. est mobile in potentia cum ex eo ignis generetur, ignis vero actu

actu motus,& genitus. Sili olcũ eſt potẽtia mobile ſurſum,quatenus ex eo fieri põt ignis. q actu ſurſum ferſ. Tunc propoſitio Ariſ.intelligitur, ꝙ ante oẽm motũ actu aũt añ oẽ mobile actu ꝑcedit mobile potẽtia eiuſdem aut alterius ſpẽi.Hæc eſt reſponſio Auerrois.

{Primus aũt.}Hãc diſtinctionẽ declarat Auer. & primo accipit q̃ño mobile potẽtia differẽs ſpẽ ꝑcedit mobile actu in gñatione,& inquit, ꝙ ſubiectũ gñationis eſt illud ex quo eſt gñatio vt lignũ eſt ſubiectũ gñationis ignis,ſilr & in corruptione dicaſ.

Dubi. Sed dubitãt, eiuſdem eſt actus cuius eſt potẽtia,cũ igiſ lignũ nõ ſit actu ſubiectũ ignet alterationis,igiſ nõ eſt ſubiectũ potentiæ.

Reſponſio. Quicquid velint iuniores dici põt lignũ eſſe materiam & ſubiectũ ignis,videlicet pro materia alterationis,at materia ligni eſt ſubiectũ receptionis. Tũc dico ꝙ lignũ reducitur ad actũ illius ſm ſe aut aliquid ſui, quia ſaltem ſm materiam,quæ eſt vna vtriuſque.

{Subiectũ vero}Idẽ nũc declarat in motu locali,& dicit duo.Primũ ꝙ ſubiectũ ſiue mobile in potẽtia in motu elementorum eſt corpus ipſum, ex quo generaſ elementum,vt oleũ reſpectu ignis in motu ſurſum.Secundum eſt ꝙ mobile in actu eſt ipſum elementũ genitũ vt ignis ex oleo genitus,qui ſurſum fertur actu.

An ſubſtantia præcedat ſuũ combuſtere & vt an oẽ mobile præcedat ſuum moueri. Vide Egi. hu. et Gratia. Eſſ. le. 1. huius.

{Verbi gratia.}Hæc duo exponit, & primo ſecũdũ, nã illud eſt mobile actu,quo poſito poniſ motus , nõ poſito igne actu,mox mot' poniſ ſurſum, nã cũ ignis eſt ſm totũ,ipſe ſurſum ferſ ſm totũ,cũ ſm partẽ ſurſum ferſ ſm pt̃e,igĩ actu ignis eſt actu ſurſum mobile.

{Potẽtia igiſ.} Nũc declarat primũ videlicet ꝙ mobile in potentia ſit illud, ex quo generaſ elementum, nã vel eſt ipſum elementũ,vtpote ignis actu,& hoc non,

Dubitatio. Solutio. quia tũc idem ſimul eſſet ſubiectũ potẽtiæ & actus, vel corpus ex quo ſit,& habeſ intentũ. Sed ambiges, nam poſito ꝙ ignis generẽ in centro terræ patet ꝙ nõ ita cito ſicut eſt genitus.habet vbi ſurſum, quia tũc, cum generatio ſit in inſtanti,vel non tpe, motus illius eſſet in non tempore.Dici põt vno mõ ꝙ Auer, loquiſ remoto prohibente,ita.n.ſicut ignis eſt,ſurſum erit, niſi aliquid prohibeat,modo eſt prohibens, vt medij reſiſtentia,vbi.n.nulla eſſet medij reſiſtẽtia,ſubito ignis penitus eſſet ſurſum,tũc.n.nõ motu,ſed ſubita mutatione mutareſ,vt generatio ſit.Vnde primũ eẽ generationis,ſeu geniti eſſe,eẽt primũ inſtãs mutati eſſe ſurſum.

Solutio alia. Hæc declaratio colligiſ.4.huius.cõ.71. Solebã quoq; dicere ꝙ ignis q̃diu eſt extra locũ propriũ, ſemper eſt ignis imꝑfecte cõtinue tẽdens ad ꝑfectionẽ, ſed ita cito ſicut eſt in propria regione,eſt ignis,& ẽ cõtra q̃ primum aſt ignis,tam cito eſt in propria regione.

{Et hoc}Narrat errorẽ Ioan. grãmatici,ipſe.n.opinatur ꝙ inueniſ quædã potentia in ipſo igne actuali ad motum,quæ tpe præcedit motũ.Hæc eſt eius poſitio.

{Et decipit.}Ponit motiuũ illi'.Nã videmus ignẽ detentum in aula eſſe prius ignẽ quam moueatur, igitur ignis ipſe prios eſt in potentia quam ſit in actu motus.

{Et iſta potẽtia.}Soluit argumentum Ioannis,& vult ꝙ potẽtia ad motũ ſit duplex,vna violẽta,ſiue accidentalis,alia naturalis,ſiue eſſentialis, velt igiſ in igne detento non eſſe ad motũ naturalẽ potentiã, ſed violentam,& ita cõcedit duo.Primũ ꝙ potentia violẽta ſimul eſſe põt cũ mobile actu. Secundũ ꝙ potẽtia naturalis nõ põt cũ igne,aut actu mobile,prima pars patet ꝑ caſum Ioannis,ſecunda vero declarat,quia ſi potentia naturalis ad motũ,& motus poſſent ſil' eidem ineſſe,tunc duo cõtraria eſſent in eodẽ,vt potentia & motus, quæ

E ſunt contraria , vt ſupponit , quod tanq̃ manifeſtum omittit.Sed contra dubitaſ. Dubitatio.

Primo ſi potentia illa eſſet violenta,ignis violẽter ſurſum moucreſ, quia eo mobile mouetur quo eſt potẽtia poſſe moueri.Secũdo, oẽ qd' moueſ cõtingit moueri. Cõtingit moueri, igiſ põt moueri,põt moueri igiſ potentia & actus ſunt ſimul.

Solutio. An actus & potentia opponantur et quomodo opponãtur. Vide Sc. 9. met. q. 1. et Io. 2. d. 11 quarto. q. 2.

Pro ſolutione debes ſcire ꝙ actus & potentia præcedẽs actum ſunt vt cõtraria.Primo,quia circa idẽ mutuo ſe expellũt.Secundo, quia apta fieri circa idem ſucceſſiue.Vlterius debes ſcire ꝙ eſt regula topica , ꝙ duorum cõtrariorũ,ſi alterũ eſt naturale vni, alterũ illi erit violentũ,vel nõ naturale.Ex his colligiſ ꝙ quia forma & motus & vbi ſurſum ſunt ignis affectiones naturales; potentia præcedẽs hæc eſt idẽ violẽta, cõtra etiam cui potentia eſt naturalis,actus erit violentus , vt qñ oleo igneitas & motus ſurſum ſunt violenta,potẽtia ad hęc

F erit illi naturalis.Tũc ad formã dico ꝙ motus eſt naturalis,licet potentia ſit violenta , nam potẽtia eſt violenta mobili,cui motus eſt naturalis,non tamen ita naturalis,vt quies.Cauſa autem eſt,quia potentia ineſt mobili ab extrinſecus prohibente,motus vero ratione formæ naturalis,& ita ſtat motum eſſe naturalẽ,potentia vero ad illum eſſe violẽtam,vt poſterius dicemus. Ad ſecundũ dici põt ꝙ poſſe ſeu contingens vno modo accipiſ,vt ſequiſ ab ineſſe,& hoc mõ valet argumentum. Alio modo pro eo qd' nõ eſt,& põt eſſe,vel pro eo qd' eſt, & poteſt non eſſe,& ſic opponiſ ad ineſſe,& ſic argumentum non tenet.Sed contra adhuc obijcies. quia cuicũq; repugnat antecedens eidẽ repugnat & conſequẽs.Sed valet ignis moueſ,igitur poteſt moueri, potentia moueri repugnat igni, quia violenta, igitur & motus. Replic. Reſponſio. Põt dici ꝙ potentia ſequens ad ineſſe non repu

G gnat mobili in actu,ſed potentia naturalis , quæ quidẽ non ſequitur ad motum,vt patet intelligenti.

{Et ex hac}Nũc digrediſ cõtra loquẽtes ſuæ legis, & prio oñdit nõ poſſe aliquid ex nihilo gñari, qd' putat eſſe purã priuationẽ.Primo,motus nõ põt eſſe ex nihilo gñatio eſt motus,aut comitaſ motũ, igiſ nõ ex nihilo, & ita nihil eẽ põt ex pura materia,nulla in illa ꝑcedente forma,fieret enim aliquid ex pura illius priuatione.

{Etiã appet.} Scdo,oẽ qd' ſit ex ſuo ſit cõtrario,quare tũc intelligereſ,aut ꝙ vnũ cõtrariũ mutareſ in ſuum cõtrariũ,qd' eſt impoſſe,vt inductione patet, aut ꝙ ſiat ex ſuo cõtrario,vt ex termino à quo, ſed ſubtum ẽ vnũ amborũ,ex quo genitũ ſit,& hoc volo,& ſic nõ põt aliquid gñari ex priuatione,niſi ꝑ accñs,ꝑ ſe vero ex materia ſuppoſita priuatione,vt Primo huius ſatis.

{Ideo diciſ}Probat hoc exẽplo,& inductione,nã di-

H cimus ex die noctẽ,& ẽ cõtra,ſilr ex nocte diẽ fieri, & ex calido ſrigidũ,& ẽ cõtra, & ꝑ verbũ ex, intelligitur poſt,igiſ ſemp neceſſe eſt ꝑeſſe materiã,cui terminus à quo & ipſa priuatio inſint,& ꝙ ſiunt oĩno generatio ex aliquo ſuppoſito,& non ex nihilo,probat idem auctoritate & conſenſu oĩum antiquorum,& ſermo patet.

{Loquentes aũt.}Nunc narrat poſitionẽ ſaracenorũ. hi.n.volunt eſſe poſsibile ex nihilo generari aliquid, & inde negãt hoc principiũ, oẽ qd' ſit,ſit ex aliquo, cauſa erroris eſt,quia aqua ens ſit ex igne , vel aere nõ entibus,nam apud eos,quod non videſ nõ eſt, boc.n.putãt vulgares.hoc itaq; dicẽtes incidũt in duo errata. Primo quia accipiũt ſimile pro vero,nã non viſile videtur non ens,& ita accipiunt pro non ente.Secũdo,quia impoſsibile reputant poſsibile,putant enim ex nihilo poſſe fieri aliquid,quod eſt impoſsibile.

{Et

{Et nituntur.} Secundo probant idem, nam materia præsupponitur propter agentis imbecillitatẽ, videmus .n. ꝙ natura minus præsupponat q̃ ars, igiẽ agens supra naturam nihil supponit, & hoc est argumentũ nostrorum theologorum, & bonum satis. {Et oia ista.} Rñdet ad rõnes has, & primo supponit hæc oia esse populariter dicta, tunc concedit deum posse facere oẽ posse, quod verò est impłe, facere non potest, non quidẽ defectu potentiæ in agente, sed quia non est factibile, & ita dicere ꝙ deus non potest facere aliquid ex nihilo, non est imbecillitas agentis, cum impossibile non sit factibile, dicere verò ꝙ sit factibile, est deceptio.

{Et ideo oẽ agens.} Multis verbis interpositis sumit Auer. ex dictis vnam maximam, videlicet ꝙ omne agens, quod quandoq; agit, quandoq; non, necessario inuenitur quandoque in potentia quandoq; non.

{Et hoc qđ.} Ex hoc ꝓcedit contra loquentes suæ legis, qui dixerũt aliqđ agens æternum, vt deus infinito tpe stetisse in quiete, deinde agere immediate aliquod nouum absq; media cã in mouente, & absq; aliqua dispõne noua, & magis in vna hora quã alia, ait .n. hunc sermonem esse sophisticũ, quia ꝓcedit cõtra principia naturalia, q̃ ipsi credit esse vera. Quorũ vnum ꝓxime dictum est, quia oẽ agens nouũ in agẽdo extrahitur de potentia ad actum. Secũdum fuit ꝙ ex nihilo nihil fit.

{Dico fm hanc.} Corrigit se, quia exponens textũ dixit mobile præcedere motum. Rñdet ꝙ hoc est dictũ ad mentem Alexandri, qui voluit definitionem hanc esse inductam ad ostendendum ꝙ mobile ꝑcedit motũ, & ait ꝙ si sic intelligeretur, debet intelligi de nouo motu & non de æterno, mobile .n. tpe præcedit motũ nouum, nullum autem mobile præcedit motum æternũ, nisi forte fm naturã, at fm suam expõnem hæc definitio est iducta ad ñndũ ꝙ motus insit mobili, & hoc quia ꝑfectio inest perfectibili, & motus est ꝑfectio, qđ auctoritate Alex. cõfirmat, & eius sermo patet oĩbus.

{Et hoc qđ.} Rñdet argumẽto, quia Arist. i inductione ꝓbat ꝙ ante motum ꝑcessit mobile potentia, igitur hæc est intentio sua, & non ꝙ motus insit mobili. Rñdet ꝙ Aristo. voluit nihil moueri, nisi posse moueri, mõ tale est corpus, & ita voluit ꝙ subm motus sit corpus. Sed dices quõ habeẽ ex hoc ꝙ motus insit mobili. Rñdet ꝙ accñtis esse est inesse, & ita motũ inesse est ipsum esse, & ita vult Arist. hře ꝙ motus sit aliquid in rerũ natura exñs, quia inest mobili, & sic terminauit p hæc q̃õnem an motus sit, vt dixit in primo cõmento. Hæc ex cõmento. Diuus Thomas acerrimis rõnibus contra Auer. certat, ꝓbans tribus rõnibus, ꝙ deus põt ex nihilo aliqd facere, primo, quia agens vłe. Secũdo, quia cã materiæ est. Tertio, ex ꝓductione antiqua. Ad primã rõnem ꝓcedit, quia agens vłe & particulare dñt, nam agens particulare semp supponit actionem agẽtis vlis; vłe etiam simul mõ differt ab vłiori, ita vt semp agens minus vłe supponit actionẽ agentis magis vlis, vt dr. 2. Physi. igiẽ agens vlissimum nihil ꝑsupponit, & ita ex nihilo põt aliquid facere. Pro secunda rõne arguiẽ, nullũ agens supponit suũ effectum, sed deus est cã materiæ, quia prima entitas ac veritas, quæ cã est oĩs entitatis, ac oĩs veritatis, & ita materiæ, vt dr. 2. Meta. igitur deus non supponit in subiectione materiam. Ad tertiam arguitur, deus est æquipotens in actione æterna & noua: sed in actione æterna nihil supponit, igiẽ nec in noua. Tunc ad rõnes Auer. Ad primam dr, ꝙ agens vniuersale ꝓducit per simplicẽ emanationẽ, agens verò particulare per motum, & ita definitio motus nihil contra nos. Ad scđm dicendum ꝙ agens particulare ex materia agit per se, ex priuatione verò per accidens, secus .n. est in agente vli, agit .n. nullo præsupposito. Ad auctoritatem antiquorũ dicẽdum ꝙ antiqui non peruenerunt ad veritatem primi principij, vt Aristo. & Plato peruenerunt, Apud .n. Arist. deus ex nihilo vniuersum produxit, hic tñ ipse loquitur de actione agentis particularis. Hæc ex Thoma colliguntur. Sed circa hæc est non parua dubiũ, quia aut ipse vult creationi esse assentiendum ex puris naturalibus, aut ex creditis: non ex puris naturalibus, qm̃ intellectus sensibus coniunctus non potest creationi assentire. Cui .n. oẽs sensus cõcorditer contradicunt intellectus sensibus coniunctus nõ põt naturaliter assentire: mõ creationi oẽs sensus contradicunt, visus quidem, quia visu ꝑcipimus album ex ente fieri, vt ex nigro, auditu graue ex acuto, tactu calidum ex frigido, gustu dulce ex amaro, olfactu suaue ex austero, similiter & sensilibus cõibus, magnum ex paruo, circulare ex recto, motũ ex quiete. Amplius & in sensilibus per accidens, nã ignis ex aqua, mixtum ex simplicibus. Et vľiter patet, oẽ qđ fit fieri ex contrario aut medio. Intellectus igitur sensibus coniunctus non põt creationi assentire, signũ est, quia alij theologi idẽ affirmant. Si verò ex creditis, conclusio erit credita, & ita aliquid ex nihilo fieri erit inter credita reponendũ. Dicendũ igiẽ cũ alijs theologis ꝙ deus agere aliqd ex nihilo est mere creditũ. Sed dices, articulus fidei nõ contradicit rõni naturali, similiter si ita esset crederemus contra rõnem naturalẽ. Dicendũ ꝙ aliud est esse cõtra rõnem naturalẽ, aliud supra rõnem naturalẽ, vel nõ fm rõnem naturalẽ. Dico igiẽ hoc creditũ non esse fm rõnem naturalẽ, nec contra rõnem naturalẽ, qm̃ qđ non potest sentiri aliquo sensu non põt cõtrariari sensatis, contraria .n. sunt eiusdem gñis, igitur tale creditum est supra rõne naturali, assentimus .n. illi in virtute primi luminis, qđ transcendit ipsos sensus, rõnes verò Thomæ sunt ꝑsuasiuæ, & de illis in Primo huius diximus.

An motus sit æternus. Vide Iand. q. 1. huius.

Digressio.

Dubiũ contra Thomam.

Vide etiã Sco. 2. d. scđi. q. 2. et alios theologos.

Replica.

Responsio.

RECOGNITIONES.

Circa hanc definitionẽ motus, disputat Auer. cum Alfarabio ad qđ sit inducta ab Arist. Alfarabius voluit ꝙ sit inducta ad supponendũ ꝙ potentia in motore & mobili ꝑcedat tpe ipsum motum. Auer. aũt dicit, ꝙ sit inducta ad supponendum, ꝙ motus sit in ipso mobili, qđ habet naturam, vt moueaẽ. mouetur argumento eo quia si esset inducta ad supponendum potẽtiam præcedere in motore & mobili tẽpore ipsam motionem, tunc solũ hæc ꝓpositio esset vera de motu nouo, & sic esset particularis. Nunc vr mihi, ꝙ Arist. vtaẽ ea vt exposuit Alfarabius, accipit .n. sequenti textu in illo priori in quo præcedunt motum, & quærit an facta an perpetua sint, ergo supponit mobile & motorẽ præcedere tẽpore motum, & ita supponit potẽtiam ꝑcedere tpe actũ in motore & mobili, & cũ dicit Auer. ꝙ tunc non esset vera nisi de motu nouo dicendum ꝙ verũ dicit, qm̃ est in parte argumentatiua, contra eos, qui dixerunt motum esse factũ, & sic erit nouus & tũc cum potentia in motore & mobili sit prior motu, accipit mobile & motorem in illo priori, in quo potentia præcedit motum, & quærit an perpetua, an facta, & reliqua, Siquis autem vult põt concordare Alfarabiũ & Auer. & dicere ꝙ hæc propositio, motus est actus mobilis, potest intelligi vt ea vtitur Aristo. & sic bñ dicit Alfarabius, ꝙ sit posita ad supponendũ potentiã ꝑcedere

dero in motore & mobili tempore ipsum motum,& potest intelligi simpliciter,& sic non est vniuersalis,& hoc pacto bene dicit Auerro.

Tex. 3. Tex. 8. *Igitur et hæc ipsa, aut gñentur interdum cũ non sint; aut sint sempiterna, necesse est. Si igitur mobilium unumquodq; atq; motiuorum genitum est, ante acceptam mutationem aliã mutationem atq; motum factum esse necesse est, cuius procuratione id quod aptum est aut mouere aut moueri gñaretur, sin uerò semper præerant ea quæ erant etiam motu nullo existente, absurdum quidem illud uidetur etiam ab insciis.*

Constituta suppositione, nunc hypothetico syllogismo arguit, cum an motum rerum præcesserint res, illę res quæ pręsunt, necesse est aut vt gñarentur cũ non sint, aut sint sempiternæ: si illæ res interdum genitæ fuerint, necesse est, vt præsit his ille motus, quo res illæ in lucem promerentur atq; factæ sint, cum gñatio oĩs aut motus aut cũ motu est. Si vero semp præerant ea quæ præerant, vtpote res illæ mobiles & motiue, etiam nullo illarum existente motu, absurdum quidem illud vr̃ etiam ab insciis, nam essent sempiternæ res aptæ mouere & moueri, quæ nunquam essent motę, aut mouerẽt. Quare motum illarũ sempiternum etiã esse necesse est. Hic est syllĩs Arist. hæc est expõ Them. in hoc loco,

Qua Auer. tam. 5. Auerro. autem aliter exponit,& vult q̃ per illud pronomen & hæc ipsa, quod græce tanta est, non res præexistentes motui, videlicet mobiles & motiuas Aristo. intelligat, sed res mũdi constitutas vt iacent. vbi debes scire q̃ rerum sensilium, ex quibus mundus conficitur quædam nunq̃ quiescunt, vt cœli, quædam nunq̃ mouentur vt centrum terræ, & terra atq; & mundi vertices, qui poli dñr, quædam vero mouentur interdum & quiescunt interdum, vt elemẽta & mixta. vult igitur q̃ Aristo. per verbum illud & hæc ipsa, demonstraret hæc sensilia in hac triplici dispõne constituta, de quibus q̃rit an sint aliqñ facta sub his dispõnibus, an semp sint sub his dispõnibus,& iuxta hoc vult syllm̃ esse intelligendum. Sed tunc est dubium contra hæc, nã tunc Arist. peteret principium, vtpote dari motum primum, cum supponat aliqđ semper moueri. Rñdet Auer. q̃ supponit primum mobile, & primum motũ ex demr̃one facta in. 7. huius, quia si non in mouentibus & motis esset processus in infinitum, peŭt aũt vtrũ tale primũ mobile, qđ mouetur tali primo motu semp sit tale, an aliqñ sit factum tale, & ita non esset petitio principij. Hæc est expõ Auer. Sed pace sua hæc est fictio. Arist. n. (vt in græca serie patet) suppõsuit præesse mobile & motiuũ ante motum, vt subm̃ & agens. Si igitur nunc illas res p̃iacentes non sumeret in rõne, suppõ non est ad p̃positum, & inutilis esset. nec valet dicere q̃ illam suppõnem accepit ad supponendum motum esse, quia Arist. in Primo huius semel supposuit motum & plura mobilia esse, dicens, supponatur. n. nobis oĩa, aut quædã moueri, igitur cum semel sit suppositum non debet toties supponi. Melius igitur cum Themist. exponendum, vt diximus, consonat. n. plus verbis & rationi.

An Arist. probet motum nõ incepisse. Vide Egid. hic.

Confu. expositionis Auer.

Commen. 6.

{Si igitur.} Hoc cõmentum sextum licet nõ ad p̃positum volo exponere totum, accipit igitur loco antecedentis duas suppositiones, videlicet ante mouere & moueri in actu præcedit mouere & moueri in potẽtia. Secunda, & posuerimus q̃ hæc potentia, & posse sint noua, tunc infert ante primum motum esse motum: quo videlicet & posse & potentia fierent.

E Debes scire q̃ Auer. imaginatur motum ipsum & posse moueri vel mouere esse contraria hoc modo, q̃ mutuo sibi succedant in eodem, videlicet q̃ cum potentia ad motum sit in aliquo cesset motus in illo, contra etiam, cum motus sit in illo, cessabit potentia. Tunc quasi arguit, si posse præcedens ipsum motum fieret, ante primum motũ pręesset motus, videlicet is ille, quo posse illud esse factum, nã tale posse præcedẽs motum nõ potest de nouo fieri, nisi p motum, cum igitur posse moueri præcedat motum, & tale posse fit per motum, ante primũ motum erit motus prior, videlicet ille quo posse edebatur, quod est contrapositum, nam motum illum posuimus oĩum motuum primum simpliciter.

{Et similiter.} Dices forte standum esse in motu quo posse ipsum fiebat, talem. n. dicendo primum nõ sequitur impossibile. Contra arguit, quia pari ratione F ante illud moueri præfuit adhuc posse suum, & tunc (vt supra) aut nouum, aut æternum, & si nouum, igitur adhuc ante illud præfuit motus quo fieret, & ita ante primum motum erit alius prior motus, & sic potest argui in infinitum, q̃ si dicatur posse illud esse æternum, dicemus postea ea quæ sequuntur aduersus hæc.

{Et quod} Fortasse dices ea quæ Arist. dixit in textu non esse impossibilia, cum procedere in infinitum, nõ videatur impossibile. huic quasi occurrens, vult q̃ ex Septimo habeatur dari primum motum, ac primum mobile, nũc vult habere q̃ ante primum motum primumq; mobile esset motus, quod est impossibile.

An semp fuerit motus, & an semp erit. Vide Albe. de saxo q. 1. huius.

{Sed non sequitur.} Mouet contra rõnem hanc dubitationem, aliquis. n. concedet ante primum motum præcedere motum. Sed non immediate, sed mediate, ita vt tempus mediet inter illos, quo forsitã modo aduersarius non habebit illud pro impossibili, nam erit G primus motuum, suo. s. tempore, non autem absolute.

{Quem autem diximus.} Contra obijcit, & ostendit ante primum motum esse motum immediate, nam illud posse (ex quo est nouum) extrahitur de non esse ad esse per aliquod in actu, oẽ. n. quod extrahitur de potentia in actum non extrahitur, nisi per aliquod existens in actu, tale autem in actu oportet semper esse mouens semperq; moueri. nullum. n. tempus est extra motum, etiam infinite paruum, quare cum mediet inter illos tempus, oportet illud tempus esse alicuius motus, qua ratione fit vt illud extrahens semper moueat, moueaturq; semper aliquid.

{Motor. n. non} Idẽ confirmat. & supponit, q̃ mouens qñ non mouet & potest mouere, non est ob aliud, nisi quia non habebat dispositionem, qua mouere poterat, vt patet in omnibus quæ ex tempore mouent.

H {Et ista dispositio.} Tunc arguit, cum tale mouens non moueat propter defectum dispositionis, vt suppositio dixit, aut illa dispositio deficit ex parte agentis, aut ex parte recipientis passiq;, aut vtriusq;. Si igitur illud agens quod potest agere illud tale posse, non agit illud ob defectum dispositionis, restabit locus inuestigandi talem dispositionem cuius sit.

{Et est.} Dicetur fortasse q̃ neutro illorum modorum sit, ideo explicatius arguit illud esse, aut quia motor illius posse non fuit, & tempus fuit, aut quia fuit, sed dispositio agendi deficiebat, non potest autem aliud fingi, at tunc illa dispositio, aut est ex parte agentis, aut patientis, aut vtriusq;, vt amborum distantia, dicit, q̃ harum dispõnum forte oẽs, forte plures, forte solum vna deest, ob quã cãm motor nõ mouet.

uet. Cum igitur hæc sint impossibilia, necessario fit vt primus motus succedat mox ei motui quo ipsum posse fiet, ita vt principium primi motus sit finis illius præcedentis.

{Et mouere istud.} Ostẽdit ꝙ motus ille præcedẽs primum semper fuit vnus & continuus, quasi repetẽs rationem nunc dictam, & patet.

{Et forte.} Fecit diuisionem, videlicet ꝙ aut illud posse est nouum, aut antiquum, siue æternum, & fecit rationem cõtra illius nouitatem, excusans modo se, ait ꝙ illud non esse æternum apparebit ex secundo condi uidente, quod subscribet textu proximo, aut tacuit illius probationẽ, quia non indiget illa, vt patet, hæc omnia quæ dixit Auer. sunt vtilia, sed non ad propositum literæ tu vero sequere expositionem nostram.

At uero si ulterius magis proficiscamur, idẽ eueniat necesse est. Nam si quædam sunt mobilia, quædam motiua, & interdum est actu quid mouens ipsum primam, et id quod mouetur, interdum uero horum nihil, sed quiescant, hoc prius mutetur necesse est, nam quietis aliqua præerat causa, cum quies ipsa sit motus priuatio. Quare ante primam mutationem erit mutatio prior.

Potest quis contra Arist. obijcere ꝙ mobilia & motiua præsint, & ꝙ interdum antea erant in motu, interdum in quiete. ideo obijcit nunc, non ex suppositis, sed ex necessarijs, & inquit. At vero si vlterius magis proficiscamur arguendo, videlicet ex necessarijs, & non ex suppositis, idem eueniat necesse est, nam si quædã sunt mobilia, quædam motiua, sintq; hoc modo, ꝙ interdũ sint in actu hoc mouens illud motum, interdum nullũ horum sed quiescant penitus hoc à mouere, illud à moueri, sequitur tunc vt hæc prius mutentur, nam quietis aliqua præfuit causa, cum quies ipsa sit motus priuatio, & ita oportet vt hæc ex quiete ad motum mutẽtur ablata causa illius quietis, quare ante primam mutationem erit mutatio prior, videlicet illa, qua aufertur causa quietis, vnde põt syllogismus esse iste, aut illa q̃ præfuerunt, præfuerunt semper in motu, aut in quiete interdũ. si semper in motu, tunc motus semper erit, si sp. vel interdum in quiete, nõ potuerunt deduci in motũ, nisi quietis causa auferatur, & cũm illa ablatio sit motus, ante motum erit motus. Hic est sensus literæ.

An motor æternus intrãsmutabilis qui mouet per intellectũ & uoluntatẽ possit imediate causare motũ nouũ nulla trãsmutatiõe præcedente. Vide Iãd. q. 4. huius.

{Quia hoc} Auer. propriam sibi constituens rationẽ quam de intentione Arist. credit esse, primo ordinẽ in demonstrationibus cõponit, & vult ꝙ Arist. vnum primo supponat, aliud vero quærat. Supponit. n. ex. 7. huius, ꝙ detur primus motus vt cœlestis. primum mobile vt cœlum primũ mouens vt id quod primo mouet cœlum. Quærit vero vtrum talis motus sit natura & tempore prior, hoc est dignitate & separabilitate, an solũ natura & dignitate prior, non tamen prior tempore & æternitate. Et ex his soluitur contradictio, posset. n. qs cauillare, si Arist. supponit primum motum, & omnis primus motus, siue omne primum motum est æternũ, igit̃ superflue quærit an is motus sit æternus, patet modo solutio. Aristo. enim esse primum motum natura & dignitate supponit, sed quærit an etiam tempore, hoc est æternitate sit prior.

{Deinde posuit.} His præmissis, arguit syllogismo hypothetico disiũctiuo destructiue, videlicet accipio primũ mobile quod mouetur tali primo motu, & quæro aut illud est genitum, aut æternum. Si genitum, cũ omnis generatio fit aut motus, aut cũ motu, tunc ante

A eum, quem posuimus primum motũ, erit motus prior, qua rõne illius primus dici nõ poterit natura nec tẽpore. Si vero ponat illud æternum, aut semper fuit in motu, aut exiuit de quiete, tẽpore infinito præcedente ad motum, siue tempore finito, (idem. n. est) non est dicẽdum ꝙ exiuit de quiete ad motum. Primo quia ab æterno fuit agens vt primus motor ab æterno fuit mobile, igitur & motus. Secundo, si exit ad motum post quietẽ, oportet autem vt remoueatur impediens, aut vt eueniret dispositio & cõmodum, qđ ad motũ exiuit. Siue illud impediẽs, aut dispõ fit ex parte agẽtis, siue ex parte mobilis, siue ex parte vtriusq;, semper sequitur vt añ motum primũ præcesserit motus, quo videlicet impedimentum, aut dispõ sit inducta, cum hæc oĩa sint impossibilia, oportet vt sit primum mobile, quod semper moueat, primum quoq; mouens quod semper mouet,

B & primus motus, qui nunq̃ cesset, hanc aũt expõnem dicit esse mentem Arist. quod sanè nõ credo. Est. n. hęc expositio satis difficilis, & non conueniens verbis, vt patet omnibus, propterea prima est melior.

{Et non debet} Remouet obiectionẽ, quia dici posset ꝙ motus cœli non est primus, sed alteratio, aut gñatio, qua cœlum ipsum, aut primum mobile fuisset primo genitum, est motus primus. cauillum hunc refellit, & declarat primo, ꝙ generatio non potest esse primus motus, qm̃ generatio non motus est, sed est motus finis. Secundo declarat, ꝙ nec alteratio, quia motus primus vult esse æternus, alteratio est finita, quia desinit in generationem. Tertio, contra ambo hæc facit, quia Sexto huius dictum est solum motum circularem esse primum, quia ille solus potest esse æternus.

RECOGNITIONES.

C Aristoteles vr̃ habere pro impossibili, ꝙ tpe infinito præterito steterint mobile, & motor semper in quiete, qm̃ fuissent ociosa, qm̃ potuit motor efficere motum in ipso mobili, & nõ fecit, igitur ociosa, & vult hoc videri irrationabile ab insciẽtibus. Sed contra, nã in materia prima præcessit potentia tempore infinito ad formam hodie inductam, vt Auer. ait Primo de Cœlo, quæ quieuit à receptione, & à generatione illius formæ tempore infinito, igitur non est absurdum mobile & motorem quieuisse tpe infinito à motu, quo potuerunt moueri tempore infinito. dicendum de potentia materia esse aliter, q̃ de potentia motus, quæ est in motore & mobili, qm̃ illa potentia continuo reducebatur ad actum in suo simili in specie, at potentia in motore & mobili nec in specie, nec in indiuiduo reducebaẽ ad actum, ideo erat simpliciter ociosa, at potentia mate-

D riæ est ociosa sm̃ indiuiduum, quod non est absurdum.

Super cõm. 7.

Comm. 120.

Nam alia quidem unice, alia uero contrarijs mouent, ceu ignis quidem calefacit, frigefacit uero minime, at scientia una uidetur contrariorum. Tex. 8.

Plato in Timeo distinguit de duplici agẽte, aliud. n. est agens per naturam, atq; formam propriã, quod naturale dicitur, & hoc determinaẽ ad vnum, vt dictum est. Secundo huius, & Primo de Cœlo. Aliud agit à sciẽtia & à ratione, quod agere à proposito dicitur, tunc vult ꝙ agens non per naturam egerit, sed per artem & scientiam, qua ratione nihil prohibebat agere contraria absq; suipsius mutatione.

Quare potẽtia rationales dicuntur esse ad cõtraria, naturales vero ad vnum.

Vide Egi. hic.

Videtur quidem igitur etiam illic aliquid per simile esse, nam frigidum ipsum cum conuertitur atq; circumuolutur calefacit, quẽadmodũ & sciens sponte sua peccabit, cũ con-

tra scientiam abutetur. Praeterea, etiam ea quae agere aut mouere, & ea quae pati aut moueri possunt, non omnino haec possunt, nisi ut propinqua se habeant etiam inuicem. Quare cum illa proxima sint, & cum id fuerit ut hoc quidem motiuum, illud uero mobile sit, aliud quidem mouebit, aliud uero mouebitur.

Contra hunc cauillum arguit Arist.& supponit (vt mihi videtur) duo. Primum, q tam agens naturale quã agens à proposito, non agit nisi vnum per se & principaliter, aliud per accidens & secundario, vt frigidum conuersum per antiperistasim circũuolutum ad radicẽ calefacit, vt patet in aquis putealibus in hyeme. Similiter artifex cum sciẽtia recte vtitur, est causa sanitatis, cum vero sponte sua praue vtitur, est causa contrarij, vt mortis. Secunda suppositio, ea quae agere aut moue re, & ea quae pati aut moueri possunt non omnino ad actum haec possunt, nisi vt propinqua, aut aliquo alio modo affecta se habeant de nouo inuicem, à possibilibus enim quatenus possibilia non potest nouũ quicq̃ proficisci, nisi aliqua quauis noua affectione surgente afficiantur. Haec enim duo satis constant.

Commen. 8.

{Cum posuit.} Istud commentum diuiditur in expositionem textus, & digressionem. Secunda ibi. {Sed adhuc remanet} Prima pars patet, verum duo sunt attentione digna. Primum, q Auer. vult q differẽtis inter virtutes rationales & naturales sit haec, q rationalis agit vtrunq; contrariorum per se, naturalis vero virtus alterum per se, alterum per accidens. Sed dices, hoc vr contra textum, ait. n. Aristo. q in vtroq; est simile, qm̃ tam naturalis q̃ rationalis virtus agunt vnum per se, alterum per accidens. Dici potest q per accidens, accipitur vno modo pro secundario, & sic accipit Arist. in litera. Alio modo vt distinguitur contra per se, & sic accipit Auer. in cõmento, nam secundarium dr per se hoc modo, vt distinguitur contra per accidens, pprie. Secundum attentione dignum est, q Auer. vult q det responsionem Platonis Arist. & confutet. Responsio vero est (vt dictum est in litera) q ratio Aristot. habet locum solum in virtutibus naturalibus. Confutatio vero (vt intelligit Auer. ex textu) est, q tunc expositio Plato. non est vniuersalis, sed particularis. Et haec replica (vt dicit) nunc sufficit, quia postmodum eam fortiter & diligentius confutabit. Haec est expositio Auer. Sed licet haec expositio sit vtilis, tñ (vt mihi vr) textui non consonat. Aristot. n. in refellendo cauillum illum Platonis siue cuiusuis alterius, duas sibi constituit suppositiones, & ita non arguit, sed supponit.

An sit simile de agente naturali, & de agente apposito. vide Egi. hoc & Gratiad. Ef. dec. ã huius.

{Sed adhuc.} Nunc digredit, & obiicit primo contradicta, ostendens q adhuc stat expositio Platonis, qm̃ licet expositio non sit vniuersalis, tñ diceret Plato Deum esse agentem rationalem: siue à proposito per scientiam rei agẽdae: tale autem agens esse potest causa immediata effectrix contrariorum absq; sui mutatione, & ita nullo concurrente sufficit.

{Secundum igitur hanc.} Rñdet primo q Aristot. cõfutabit postea talem rõnem complete. Nunc vero tm̃ habere vult rõnem Platonis non esse vniuersalem, propterea verbum illud in translatione barbara, sed non omnia quae possunt & reliqua, est propositio particularis negatiua, nam negatio praeposita facit aequipollere suae contradictoriae. Illud vero verbum, sed qñ fuerit talis est particularis affirmatiua, & ita pa-

E tet responsionem esse particularem & non vniuersalem. Haec est prima confutatio.

{Secunda autẽ expõ.} Soluit aliter, videlicet q vñ ter nulla agẽtia quae vis possunt agere de nouo sine sui mutatione, siue rõnalia, siue naturalia. Et sic propositio prima est vñis negatiua. Secunda vero vñis affirmatiua.

{Et hoc est manifestum.} Probat vniuersaliter nullum agens agere de nouo effectum aliquem sine sui mutatione, siue sit rõnale, siue naturale. Primo oẽ agens naturale quod agit de nouo, agit cum sui mutatione, & oẽ agens rationale similiter, igitur omne agens. Prima pars patet per omnes. Secũda declaratur, quoniam agens rationale non agit de nouo, nisi de nouo aut intelligat, aut appetat, & vtcunq; sit, saltem appetitus aut cognitio erit mutatio interior.

An ex parte agentis per intellectum possit probari nõ diuo aeternum et motum non incepisse. vide Egid. hoc.

{Si autem poluerimus.} Secundo ab vno eodemq; F agere manente penitus simili sm eandem proportionem, non prouenit nisi vnum & idem, igitur agens rationale non potest agere nouum, nisi mutet proportionem ad effectum, & mutabitur.

{Et qđ dicunt.} Sarraceni dixerũt q aliquod agens voluntate antiqua potest agere nouum, vt qñ praefixit tempus suae actionis in sua voluntate, & ita Deus voluntate aeterna potest agere mundum de nouo, quia in illa praestituit tempus suae actionis. Contra obijcit, qm̃ adueniente suae actionis hora, aut est illam voluntas, quae praeerat, aut alia. Si eadem, igitur vt ab aeterno nihil fecit, ita tunc nihil faciet, si alia voluntas, igitur mutatio saltem interior.

{Et cã.} Secundo noua hora sequit nouum tps, vt. n. tps sequitur motum, ita nouum tps, nouũ motum, non . n. tps est absq; motu, nec nouum tps absq; nouo mo- G tu, igit si adueniat noua hora, aduenit nouus motus, & p consequens ante primũ motũ erit motus ille de nouo adueniens. An vero rõnes hae valeãt, posterius dicetur.

Si igitur non semper mouebatur, patet non ita sese habere, ut alterum mouere, alterum moueri possit, sed ipsorum alterum mutari oportebat. In his. n. quae sunt ad aliquid, id euenire necesse est, ueluti si duplũ non erat, nunc duplum eua serit, si non utrunq;, alterum mutari necesse erat, erit ergo quaedam mutatio prior primã. Tex. 9.

Ex his suppositis arguit, & facit tale enthymema. Si ea quae erant possibilia mouere & moueri antea sempiterno tempore non mouebantur, igitur non coeperũt moueri & mouere sine noua mutatione, hoc enthymema patet per suppositiones, qm̃ ex prima & secunda colligitur q nihil agit, aut patitur de nouo vniuersaliter, nisi aut per se aut p accidens, accidente aliqua eua H riatione siue mutatione. Non contentus tñ Arist. probatione hac ex suppositis, idem persuadet, sic non potest noua relatio surgere inter relatiua, nisi furgat noua mutatio in fundamento, aut in vtrisq;, aut in altero relatiuorum, vt exẽplo docet, relatio. n. & si non per se terminet motum aduenire non põt alicui, nisi consequatur aliquid per motũ acquisitum, & ita his stantibus patet esse mutationem priorem prima, vt illã qua motiuum & mobile coepit, & ductum est ad motum.

Commen. 9.

{Si igitur.} Cõmentum istud diuidi potest in duo, qm̃ primo exponit literam, secunda ibi {Et oportet nos.} digreditur. Prima pars patet, verum in illa parte duo sunt attẽtione digna. Primum, q nulla relatio põt de nouo aduenire alicui sine mutatione alterius extremi,

tremi, aut saltem in aliquo extrinseco ab vtroque extremo, vt iuniores declarant, quia potest fieri relatio quædam de nouo inter denarios & rem venditã, nulla facta in illis mutatione, sed in vendente, & emente, similiter & de visione dici potest, nam potest inter visilem & visum noua effici relatio per solam lapidis impedientis mutationẽ. Secundum est, ꝙ recte in præcedenti textu dictum est contradictionem illã esse particularem, vt dixit prima expó, qm̃ hæc contradictio est vlis. Illa.n. fuit solum de agente naturali, hæc autem est vlis inter oĩa agentia quęcunq;, qua ratione inductus erat ipse (vt dicit) exponere verba illa illo modo dicto in prima expositione. Hæc in expositione continẽtur.

An hæc ratio de relatione ac quæ mundum esse æternum. vide Egid. hic.

{Et oportet.} Digreditur, & mouet qõnem, vtrum videlicet, hæc demonstratio probet motum non incipere fm genus. Aut ꝙ primus motus non incæpit tñ, habet.n. (vt dicit) quæstio hæc, difficultatem. Debes scire ꝙ incipere fm genitus est incipere sic, ꝙ nihil sui generis incepit, veluti Adã incepit fm genus, qm̃ ante ipsum nihil sui generis incepit, nec homo, nec aĩalium vllum, qua ratione fit, vt non incipere fm genus fit ꝙ ita res aliqua incipit, quod præfuerit aliquid sui generis, veluti Caius tunc non incipit fm genus, licet de nouo in lucem edatur, qm̃ præfuit aliquid sui generis, vt homo, aut leo, vel tale id genus, est igitur quæstio, vtrum demonstratio Aristo. demonstret motum non incepisse fm genus, quoniam semper præcessit motus, an quòd primus ipse motus non incepit. Hæc enim quæstio est difficilis.

{Qm̃ si intendit.} Tangit quæstionis difficultatem, nam motũ non incipere fm genus est dicere ante motum esse semper motum, modo hoc potest intelligi qua drifariam, vt dictũ est in primo cõmento, vbi sunt põtes possibiles & impossibiles, & ita hæc propositio nõ potest aut absolute concedi, aut negari, cum sint in illa sensus possibiles & impossibiles. Dicit secundo, ꝙ sensus possibilis is est qui ex suppositionibus sequitur, videlicet ille ꝙ motus sequitur post ipsum mobile tempore, quod verum est de motu nouo & de æterno respectu noui motus. Dicit tertio, ꝙ iuxta hoc oportet dicere Aristo. in hac intentione esse diminutum, cum multiplex nõ distinxit, & sensus non verificauit, vt fieri solet in multiplicibus. Signum affert, quia Alpharabius distinxit illud, & declarauit sensus possibiles & impossibiles, asserens ab Aristot. id esse derelictum, & ita Aristote. est mancus.

{Licet Arist.} Respondet, ꝙ Arist. prætermisit hæc tanquam posterius declaranda, vt in libro de Generatione Secundo, ideo non est diminutus, cum in loco debito illud perfecerit, & complete.

{Aut dicamus.} Secundo soluit ꝙ istæ sunt duę qõnes impertinentes, quarum prima est, vtrum mundus possit stare sine motu, ita vt sit, & nullus motus fm genus sit, alia est quot modis motus est ante motum, hæ enim sunt quæstiones impertinentes. Propterea Arist. soluit illas in locis diuersis, vt primam hic, secundam vero in. 2. de Generatione.

{Et forte.} Tertia responsio est ꝙ Aristo. intendit probare, ꝙ mundus semper stat, & stetit sub hac triplici dispositione, sub qua modo stat, cumq; simili ordine, & his motibus, ita vt sit in mundo naturalis ordo, nec aliter possibile.

{Scilicet ꝙ oẽs.} Explicat ordinem, ꝙ videlicet sit talis semper mundi ordo vt oẽs motus reducantur ad

A cœlum cœlestemq; illius motũm, veluti ad causam cæterorum. Secundo, ꝙ quædam semper moueantur vt ea quæ cœlo proxima sunt, vt ignis quædam vero qnie scant semper, veluti quæ remota, vt ipsa terra. Tertio, vt quædam alternatim interdum moueantur, nunc quiescant. Modo ad talem declarationem quæstio illa de motu inuicem præcedentia impertinens est.

{Ergo manifestum.} Probat tertiam intentionem, videlicet ꝙ mundus semper illa triplici dispositione permaneat, qm̃ si non stabit semper in tali constitutione, aut quiescet, aut ad alium mutabitur statum, non potest quiescere, quoniam omne quod quiescit, quiescit vt diximus propter remotionem à cœlo, nec potest mutari ad aliam dispositionem, quoniam moueretur propter appropinquationem ad cœlum.

B {Si igitur possibile.} Ex his vult inferre ꝙ si mundus quiesceret, mundus esset pars alterius mundi, dictum est.n. ꝙ si quiescit, non quiescit nisi quia remotus est à cœlo, vt dixit de terra, igitur si quiescit, oportet esse aliquem mundum ipsum continentem, & ita erit pars alterius mundi. Debes scire ꝙ in hoc processu supponit Auer. ꝙ motus cœli sit primus motus fm cãm saltem, & ita est causa oium cæterorum motuum & quietum, sed non potest esse fm eandem rationem causa motus & quietis, igitur erit causa motus per approximationem, quietis vero per remotionem. Tũc hoc sumpto enthymema patet, videlicet ꝙ si hic mundus quiesceret, esset pars alterius mundi, quia non quiesceret nisi per remotionem ab illo, quod esse non potest, nisi sit illius pars, aut ab illo contentus. Sed an hæc quicquam valeant, posterius disputabimus.

C {Et quod apparuit.} Nunc tandem declarat positionem suam, & vult ꝙ Arist. probet motum primum esse æternum, partim ex. 7. libro, partim ex his quæ hic dicit, ex Septimo.n. sumit esse aliquem motum primũ, primum mobile, atq; motorem primum, hic vero probat talem motum primum non esse factum, atque de nouo. Non.n. esset primus fm causam, vbi nanq; esset nouus, non incepisset nisi aliqua alia mutatione præcedente per declarata, cum autem illa mutatio præcedens esset prior, non posset esse causata, aut dependẽs ab illo primo motu, & ita non esset ille primus saltem causaliter. Quare si est primus, omnium oportet vt sit æternus & ante omnes.

{Et cum hoc fuerit.} Tũc vlterius arguit, si est motor mouetur, semper mouẽs, igr̃ est mobile aliquid qđ semper mouet, hoc statim patet, quia mouens & motũ sunt relatiua, potest tñ probari etiam, quia si id quod D mouetur à primo motore non esset æternum, sed gñatum, tunc motor primus non esset primus. Nam si primum mobile gñaretur, aut gñaretur à primo ipso motore, aut ab alio, nõ ab alio, quia tunc nõ esset primus, cum nõ esset oĩum cã. Si vero à primo motore, hoc esse non potest, nisi ille primus motor efficeretur particulare mouens fm locum & tempus, & ita non esset primus, quare si primus motor est æternus, etiam primum mobile erit æternus, & si sic, igitur ipse motus primus erit æternus, nam motore primo & mobili primo existẽtibus æternis, motus primus necessario erit æternus.

An motus eter nus depẽdeat à mouente, sicut ab agente seu efficiente. vide Lib. 4. q. 5. huius.

{Et maxime cum.} Huius rei tandem dat signum ex hoc, quia sensu constat oẽs motus hic inferius reduci ad motũ cœlestem, vt generatio & corruptio. & oẽs alij ad motum circuli obliqui. Cum igitur omnes motus reducantur in illum, erit ille oĩum primus, & causa omnium

omnium cæterorum, & ita nullus est eo prior, & sic æternus, contra etiam, quia æternus est causa omnium aliorum, & ita causa ꝙ post motum sit motus in infinitum, de his dicemus postea.

Tex. 10.

Ad hæc quonam modo prius atq; posterius erunt, si non sit tempus, aut tempus, si non sit motus. Quod si tempus numerus motus, aut quidam sit motus. Siquidem semper tempus est, & motum sempiternum esse necesse est, sed de tempore omnes, præter unum solum, consentire uidentur, nam ingenitum esse asserunt, atq; per hoc Democritus esse impossibile demonstrat oīa esse facta, quia uidelicet tempus dicit non esse genitum. Plato uero solus ipsum gñat, etenim una cum cœlo ipsum ortum esse inquit, cœlūq; factū asserit esse.

Secundo principaliter arguit Arist. sic, si tēpus semper est, motus est perpetuus, sed tempus est semper, igitur motus est perpetuus. Circa hanc rōnem primo sumit duo. Primum, nec temporis differentiæ sine tempore, nec tempus sine motu esse potest, & hoc inquit. Quonam modo prius atq; posterius erunt, si non sit ipsum tempus, aut tempus si non sit motus. Sumit secundo, ꝙ tempus sit aut motus, aut motus ipsius numerus, vt Quarto huius declaratum est, inquit. Quod si tempus uumerus motus, aut quidam sit motus, hæc est secunda suppositio, quæ est declaratio primæ, vt patet. Ex his dat syllogismum, siquidem tempus est, & motum sempiternum esse necesse est. Deinde ponit antecedens tanquam minorem di. Sed de tempore omnes præter vnum solum consentire videntur, nam ingenitum esse asserūt, atq; per hoc Democritus esse impossibile demonstrat omnia esse facta, quia, videlicet tēps dicit non esse ortum, & sic per consensum omnium patet positio antecedentis. Deinde declarat quis ille est solus qui huic dissentit di. Plato vero solus ipsum generat, etenim vna cum cœlo ipsum esse ortum Inquit, cœlumq; factum asserit esse, & ita syllogismus totus patet, est enim hypotheticus à positione antecedentis ad positionem consequentis. Themist. vero vult illum esse contradictorium, quatenus videtur Aristo. reducere veteres ad contradictionem.

An perpetuo fuerit tempus. vide Alb. d. fa vo. q. 3. huius. Qualis expositio Themistii.

Auer. autem quid velit, aut nescinit, aut occultauit. primo. n. intuitu vr̄ velle Arist. declarasse ex principali intento id idem in tempore, quod de motu ipso declarauit, vt ꝙ tempus sit æternum, & hæc expositio est propria, sed textui græco nō consonat vt ibi patet. Deinde vult ꝙ ex hac declaratione Arist. inferat motum ipsum esse perpetuum. Hęc ex commento colligi possunt, quæ non multum literæ conueniunt.

Que Auerro. timen. 10.

Tex. 11.

Rursus si impossibile est, et esse, et intelligi tempus absq; ipso nunc. Nūc uero ipsum est medium quoddam principij simul atque finis rōnem subiens, principij quidem futuri, finis uero præteriti, tempus sit semper necesse est. Vltimum nanq; temporis finiti eius quod sumptum est, in aliquo ipsorum nunc erit. nihil. n. in tempore præter ipsum nunc contingit accipere. Quare cum ipsum nunc sit & principium & finis, citra & ultra ipsum esse tempus semper necesse est. Sed si tempus sit semper, patet etiā motum necessario semper esse, siquidem tempus sit motus affectio quædam.

Accepit positionem antecedentis, videlicet ꝙ semper sit tempus per consensum hoīum. Nunc eam probat simpliciter per rōnem, & ratio est à primo ad vltimum sic, si tempus incepit, illius fuit aliquod primum, igitur illud primū fuit aliquod nunc. Vltra ipsum nunc est finis præteriti, igitur præfuit tempus, præfuit, igitur E non incepit, non incepit, igitur tempus perpetuum est, perpetuum est tempus, igitur & motus, qm̄ tempus est motus ipsius affectio siue passio. Circa hanc rōnem primo sumuntur duo loca antecedentis, deinde ex illis infertur consequens. Inquit. Rursus si impossibile est & esse & intelligi tempus absq; ipso nunc. Hæc est prima suppositio. Nunc vero ipsum est medium quoddam principij simul atq; finis rōnem subiens, principij quidem futuri, finis vero præteriti. Hæc est secunda suppositio. Ex his infert consequens, & inquit, tempus sit semper necesse est. Consequentiam deducit, & inquit. Vltimum nāq; temporis finiti eius quod præteriit, in aliquo ipsorum, nunc erit per suppositiones. Nihil. n. (vt dictum est) in tempore præter ipsum nunc contingit accipere. Deinde quasi rōnem epilogando, inquit. Quare cum ipsum nunc sit & principium & finis, circa F vltra ipsum esse tempus semper necesse est. Ex his vult habere positionem antecedentis: q̄ per consensum sapientum acceperat, deinde redit ad argumentum, & inquit. Sed si tempus sit semper, patet etiam motū necessario semper esse, siquidem tempus sit motus affectio quædam, aut ipse motus, vt in libro Quarto dixit.

An quodlibet nunc in tēpore sit simul principium & finis. vide Egid. hic.

Et an rationes philosophi & cōmē hoc concludant ibidē. & Grati ad. Esca. lec. 2. huius.

Debes scire ꝙ contra hanc rōnem Arist. obiici potest hoc modo, sic ipsum nunc se habet ad tempus, vt punctum ad lineam, sed non est de ratione puncti vt sit medium, est. n. aliquod punctum principium lineæ tm̄, aliquod vero finis solū, ꝙ si idem & oē punctum est medium finis ac principij rationem subiens, erit qm̄ linea est infinita, igitur cum ita sit de ipso nunc, aut petit qđ est in principio, aut oportet dare primum nunc, vt primum lineæ punctum. Huic rn̄det Auer. in cōmento verificando rationem ꝙ differt tempus à linea, nam G tempus semper fluit, linea vero permanet. Propterea, non est dare primum nunc in tempore, vt primum datur punctum in linea, quia tunc tempus esset permanens, & actu demonstratum vti linea. Obiicit autem cōtra hāc rn̄sionem expositor, quia adhuc ratio Arist. est leuis, nam ex hoc ꝙ tempus est fluens, non habetur plus nisi ꝙ idem nunc non potest bis ostendi, sed non habetur ꝙ ante ipsum præcesserit tempus, & sic stant simul ipsum nunc non bis ostendi, & esse primum.

Que Auer. com. 11 Dubitatio.

Respon. Auer.

Confutatio Thomæ.

Ideo aliter defendit Arist. & tu vide eum. Pace tanti viri hæc obiectio non cogit, nam Auerro. supponit non posse esse ipsum nunc, nisi in motu, hoc est nisi in ipso motu sibi correspondeat momentum, siue mutatum esse. Modo in Sexto demonstrauit hæc vicissim se habere, videlicet motum & mutatum esse, qm̄ ante oēm motum pręcessit mutatum esse, & è contra, ante oē mu H tatum esse præcessit motus. Ex his rō Arist. habet vim, si. n. in tempore est primum nunc, oportet in aliquo motu sibi correspondere aliquod mutatum esse, vt. n. tempus est in motu, ita ipsum nunc im mutatum esse. Modo ante oē mutatum esse est motus, & oīs motus est in tempore, igitur ante nūc illud præcessit tempus, Qūo etiam Themist. rōnem hanc Auer. intelligit, sed de re hac in his quæ dicemus, & disputabitur. Vlterius Auer. in calce commenti ex textu sumit signum, ꝙ demonstratio intelligitur de primo motu, ex hoc quia tempus est passio primi motus, videlicet diurni.

Defensio.

Tex. 12.

Eadem uero ratio erit de ipsius motus interemptu. Nam quemadmodum in ipsius motus ortu fit ut prima mutatione sit aliqua prior, sic hic ultima mutatione aliqua fiet posterior, non enim moueri & esse mobile simul desinent, ut comburi & esse combustibile, nam po-

test

Tex.13.

test esse combustibile & non comburi, nec item simul desinent mutatiuum & mouens esse. At tale corruptibile corruptum fore oportebit, cum corruptibile sit, & post hoc rursus id quod huius est corruptiuum, etenim corruptio ipsa mutatio quædam est, q. si hæc impossibilia sint, perspicuum motum sempiternum esse & non interdum esse, interdum non esse, ita nanq; dicere figmento per simile uidentur.

Cum declarauit motum ipsum non incepisse, nunc nõ esse interempturum vnquam simili ratione persuadere entitur. & arguit sic, si motus aliquando interibit, tunc vltima mutatione, dabitur posterior. Modo consequens est impossibile, ideo & antecedens. pro deductione consequentiæ præsupponit nõ simul ipsum moueri desinere & ipsum mobile, nec simul desinere corrumpi, & ipsum corruptiuum. Tũc arguit si motus desinet, per suppositionem mobile ipse restabit, & cum illud simili ratione sit corruptibile, igitur aliquando corrũpetur, igitur corruptio erit post vltimum motum, & cum corruptio & corruptiuum non simul desinent, remanebit adhuc corruptiuum, tale autem corruptibile est cum sit aut contrariũ aut ex contrarijs, igitur adhuc post corruptionem relinquetur corruptio, & sic in infinitum, hoc modo Arist. rationem format. Sed dices, videtur Arist. diminutus, quia dici potest simul moueri & ipsum mobile desinere. Rñdetur vt ex Them. colligitur ꝙ Arist vnum supponit, alterum probat, supponit enim ipsum moueri & mobile non posse desinere, qđ eo supponit, quia si omnis motus, & omne mobile penitus desinerent, in nihilum redigerentur, & ita vnius corruptio esse nõ poterit alterius generatio. Probat vero ꝙ si remaneat mobile, post vltimam mutationem detur vlterior. Et ita ratio sine cauillo tota põt sic formari, si motus desinet, aut simul cũ vniuerso mobili desinet aut desinet motus, adhuc ipso mobili superstite, non potest motus desinere simul cum mobili, qm̃ tunc oĩa in nihilum redigerentur, nec potest desinere, mobili ipso superstite per rõnem textus, igr̃ motus est sempiternus vtraq; ex parte. Auer. vero rõnem tex. sic format, vel desinente motu simul condesinit mobile, vel superstabit: si condesinit, tunc habebit aliquod corrũpens, non. n. potest esse corruptio sine corrũpente, & q̃ratur de corrumpente, aut est corruptibile, aut perpetuũ, si corruptibile, rursus habebit corrumpens, & ita in infinitum, sed si tale corrumpens sit perpetuũ, Auer. nõ confutat, quia ex Quinto huius patet, omne. n. corrumpens est aut contrarium, aut ex contrarijs, tale vero omne est corruptibile, sic igitur dici non potest ꝙ simul motus & mobile desinant, nec dici potest ꝙ mobile remaneat ꝑpetuo post motus ipsius corruptionẽ, quia p añ habita motor est perpetuus: & mobile simĩr igr̃ & adhuc põt esse motus, & cũ potentia non sit frustra, oportet vt iterum inter ea surgat motus, & sic postrema mutatione esset adhuc alia posterior. Hæc est Auer. deductio, q̃ quantum literæ conueniat, dijudica. Sed dices, Arist. accepit solum illud membrum, ꝙ mobile remaneat, & motus desinat, cum posit obijci ꝙ ambo possunt simul desinere, igitur est diminutus. Respondet Auer. ꝙ prætermisit illud membrum tanquã declaratum in syllogismo de generatione motus, ideo vt breuitatis amator præterijt.

An si mobile corrũpatur oportet quo corrumpatur post corruptionem motus.

Vide Bur. hic.

Obiectio aduersus Aristo.

Defensio.

Vis rõnis tota.

Qua Auer. com. 13.

An simul possit desinere motus et mobile. Vide Gratia. Escu. lectio. 2. huius. et Egi. hic.

Respon. Auer.

Tex.14.

Similiter etiam dicere sic esse aptum, atq; hoc oportere principium esse putare, quod quidem Empedocles dicere uidetur rebus dicere competere necessario, ut nunc amici- A *tia, nũc lite uincat ac eas moueat in medio uero tpe quiescãt.*

Animaduersione dignum Empedo. dicere motum esse aliqñ, & aliqñ non esse propter litem & amicitiam. Dicit vlterius Emped. ꝙ esse aptum motũ in tãto tpe, & quietem in tanto alio, est principium, cum hęc ẽ lite & amcitia proficiscantur, quę ꝙ sic agant, nulla est alia cã, nisi quia principia sunt, & principiorũ non est principium. Dicit mõ Arist. hęc dicta sunt similia figmẽto, qm̃ figmentum quod græce est plasma, est id cui nulla rñdet rõ. Cum igitur hæc sint dicta sine rõne, recte ait esse similia plasmati, inquit. Similiter etiam dicere sic esse aptum vt in tanto tempore sic, & in tanto non, atque hoc oportere principium esse putare, est simile figmento, quod quidem Emped. dicere vr̃, cuius verba ponit, & ex translatione ipsa perspicua sunt.

An rõnes philosophi sufficienter arguant motum nõ deficere. vid Egi. te. 13. huius.

Tex.15.

Forsitan uero et hi qui unum principium faciunt quem- B *admodum Anaxagoras modo isto dixerunt. At eorum quæ natura aut per naturã sunt, nihil inordinatũ est, uniuersis. n. natura ipsa ordinis est cã: Sed infinitum ad infinitum rõnem habet nullam, oĩs nãq; ordo rõ est. Infinito igitur quiescere tempore, deinde moueri aliqñ, huiusq; differentiam nullam esse, cur nunc magis quam prius, nec ullum ordinem habere, naturæ profecto non erit opus. Nam id quod natura est: aut simpliciter sese habere oportet, & non interdum sic, interdum aliter, ceu ignis sursum natura fertur, & non interdum sursum, interdum non sursum. Aut rationem habere oportet id quod non est simpliciter eodem modo.*

Confutauit antea Empedoclis positionem, Nunc & illam Anaxagoræ confutare vult, & primo narrat eam, & inquit. Forsitan vero & hi qui vnum principium faciunt, vt Anaxagoras modo isto dixerũt, quo, C videlicet dixit Empedocles, ꝙ mundus certo & constituto tempore sit in motu. Alio vero in quiete, & ita quo ad hoc Anaxagoras non differt ab Empedocle. Animaduertendum tñ ꝙ licet nõ differat quo ad illud, differt quo ad aliud, nam Anaxagoras vult tempus quietis fuisse infinitum. Tempus vero motus in quo mens mouet fore etiam infinitum. Empedocles vero ambo tempora statuit finita, nam tempus quo mundus est in motu spatium annotum triginta sex milia constituit, totidem & spatium quietis, deinde confutat positionem Anaxagoræ, & ostendit ꝙ non sit naturalis sic. Nihil à natura aut per naturam constitutum est inordinatum: infinito tempore quiescere & infinito moueri est inordinatum: igitur nec à natura, nec ſm naturam est. Inquit. At eorum quæ natura sunt, vt composita naturalia, aut per naturam vt accidentia D naturalia, nihil in ordinatũ est, hęc est maior, quã probat dicens, vniuersis. n. natura ipsa ordinis causa est. Sed infiniti ad infinitum rationem habet nullam, hæc est minoris vis, quam exponit dicens, oĩs. n. ordo ratio est, & ita cum inter infinitum & infinitum non sit ordo, nec ratio esse potest, & ita patet minor. Ex his infert conclusionem, & inquit. Infinito igitur quiescerẽ tempore, deinde moueri aliqñ, huiusq; dr̃iam nullãm esse, cur nunc magis quam prius, nec vllum ordinem habere, naturæ profecto non erit opus, hæc est conclusio, cuius probationem sub aliis verbis epilogat, & inquit. Nam id quod natura est aut simpliciter eodem modo sese habere oportet, & non interdum, sic interdum aliter, ceu ignis sursum natura fertur, & non interdum sursum, interdum non sursum, aut rõnem ha-

An infinitum ad infinitũ habeat proportionẽ vel rõnem. vid Egi. hic, et Grati ad. Escu. lec. 3. & litera tex. ibidẽ.

bere oportet id quod non eſt ſimpliciter ſemper eodẽ E modo, quod addit propter monſtra, quæ quidem è natura ſunt aliquo modo, ſed eueniũt propter rationem aliq̃, vt propter materiæ impedimentum, aut cœleſtis conſtitutionis obſtaculum. Quare diceret ꝙ mundus quieuit tempore infinito, & non ſemper oportet vt per rationem aliquam tradatur, aliter tradens eſt voluntarius. Sic igitur patet poſitionem Anaxagoræ eſſe naturalitatis expertem penitus.

An pō Anaxa.uocidat cū pōne fidei. Vid Egid. hic.

Quo circa præſtabilibus eſt dicere uniuerſum ipſum in parte quieſcere, in parte rurſus moueri, ut Empedocles & ſi quis alius ita dixit. Tale. n. ordinem iam quendam ſeruat.

Confutata Anaxagoræ poſitione, declarat quãrum ad aliquid Empedocles eſt Anaxagorę præponendus, & vult eſſe Empedoclem Anaxagoræ præponendum, quia inter tempora põt ordinem ſeruare, nam tempus quietis eſt in parte finitum, & tempus motus ſimiliter, F ſed cum inter finitum & finitum ſi certa ratio, iure Empedocles quo ad hoc præſtabilius ait. Debes ſcire, ꝙ Empedoclis poſitionẽ varijs modis varij auctores interpretantur, ita vt quidam auſerit dicere Ariſt. non recte Empedoclis rationem atq; poſitionem intellexiſſe, ad hoc itaq; tollẽdum ſubiecit, & ſiquis alius ita dixit, q. d. ſiue illud dicat ipſe Empedocles, ſiue alius quicũq; fuerit, & ita habendo reſpectum ad ordinem Empedocles præſtabilius dixit q̃ Anaxagoras.

Verum et eum qui hoc aſſerit, non ſolum id oportet affirmare, ſed etiam ipſius cauſam afferre: & non ponere, neq; cenſere ſine ratione proloquium. Sed aut inductionem, aut demonſtrationem afferre. ea enim quæ ſupponuntur, cauſæ non ſunt, neq; hoc erat concordiæ, aut diſcordiæ eſſe: ſed illius quidem congregare, huius diſgregare onus.

Duo erant in ipſius Anaxagoræ poſitione per quæ G illa poſitio videbatur innaturalis, videlicet quia abſq; ordine, & quia dicta ſiue ratione. Empedocles vero ſaluat ordinem, quia tempora cõſtituit finita, cauſam vero ordinis aſſignare non poteſt, propter hæc oſtendit etiam ipſum erraſſe, quia & ſi ordinem ſeruauerit, cauſam ordinis afferre non potuit. Animaduerſione tamẽ dignum, ꝙ enuntiationes ſunt in triplici differentia, q̃dam quæ dicuntur ſuppoſitiones ſiue petitiones, quædam definitiones, quædam quæ græce dicuntur axiomata, latine dignitates, ſiue ſententiæ, ſiue proloquia, oſtendit igitur Ariſt. ꝙ dicere mundum eſſe in motu finito tempore, eſſe vero in quiete tantũdem eſt irrationaliter dictũ. qm̃ nec hæc ſunt ſuppoſitioones, nec concluſiones, nec definitiones, petitiones ſiue ſuppoſitiones quidem non, quia non ſunt primæ cauſæ, concluſiones vero minime, quia ſiue inductione & demonſtra- H tione ſunt dictæ, definitiones demum nequaquam, qm̃ definitio concordiæ eſt cõgregare, diſcordię vero diſgregare, & ita patet etiam Expedoclis error. Quæ ait tranſlatione patent.

Quod ſi aſſignetur ipſum quod eſt in parte, dicendum in quibus ſic fit, ut eſſe aliquid quod homines congregat, uidelicet amicitiam, & aliquid quod eos ſeiungit, uidelicet inimicitiam, hoc enim & in ipſo uniuerſo eſſe ſupponitur, quia in aliquibus uidetur ſic, uerum per æqualia tempora id fieri opus eſt ratione aliqua.

Refellit cauillum, dicet. n. quiſpiam ita eſſe in parte, vt in vniuerſo, modo in aliqua mundi parte, vt in hominibus amicitia illos congregare videtur, inimicitia vero ſeiungere, igr̃ in vniuerſo mundo ſimiliter. Contra obijcit Ariſ. quia licet illud fingi poſſit, non tamen cauſa aliqua reddi poteſt, cur interuallorũ tẽpora ſint æqualia. In hominibus cauſæ æqualitatis eſſe poteſt ratio & appetitus, in elementis vero minime, inquit. Quod ſi aſſignetur à cauillatore ipſum ſimile quod eſt in parte, vt in hominibus pro rñſione. Reſtat dicẽdum in quibus ſic fit. Rñdet illud eſſe quod dicam, videlicet amicitiã, q̃ homines cõgregat, inimicitiam q̃ homines ſaparat, hoc. n. & in ipſo vniuerſo eſſe ſupponitur, quia in aliquibus vr̃ ſic, vt in hominibus. Contra obijcit verum per æqualia tempora id fieri, opus eſt ratione aliqua, & banc neſcit aſſignare Empedocles.

Omnino uero hoc principium ſufficiens eſſe putare ſemp aut ſic eſſe, aut fieri non recte eſt ſumere: ad quod Democritus cauſas naturales reducit: quoniam & ſic id prius fiebat, ipſius uero ſemper non quærere principium cenſet, in qui- F *buſdam recte dicens: in omnibus uero non recte, etenim triãgulum ſuos angulos duobus rectis ſemper æquales habet: cuius tamen æternitatis eſt aliqua alia cauſa: principiorum uero quæ ſunt perpetua, non eſt alia cauſa. Quod quidem igitur nunquam fuit aut erit tempus: quando non erat, aut non erit: motus, tot à nobis dicta ſint.*

Secũdus cauillus eſſe poteſt pro Empedocle, ꝙ ſempiternorum nulla eſt cauſa, modo concordiam & diſcordiam æqualibus temporibus mouere eſt ſempiternum, igitur illius nulla alia cauſa eſt, niſi quia ſempiternum. Confirmatur per Democritum, qui cauſas omnium rerum naturalium reduxit ad ſempiternas, & ad illas ſtetit, inquit. Omnino vero hoc principium ſufficiens eſſe putare ſemper, aut ſic eſſe, aut ſic fieri, non recte eſt ſumere, ad quod Democritus cauſas naturales reducit eius quod ſic prius fiebat, eius vero qđ eſt ſem- G per non quærere principium cenſet, ſic itaq; nulla alia eſt quærenda cauſa præter æternitatem. Cõtra obijcit, quia licet illud in quibuſdam ſit verum, non tamen vniuerſaliter in omnibus eſt verum, & hoc inquit, in quibuſdam recte dicens, in omnibus vero non recte. Cuius exemplum apponit, & inquit, etenim triangulum ſuos angulos duobus rectis ſemper æquales habet, cuius tñ æternitatis eſt aliqua alia cauſa extra illud principiorum vero, quæ ſunt perpetua, non eſt alia cauſa, & quantum ad id quod vniuerſaliter dicunt, errant, non poteſt aliquod ſempiternum habere cauſam. Quantũ vero ac aliqua, ſaltem ea quæ ſunt principia, recte dicunt, deinde epilogat & ſermo patet.

Commen. 13.

{Cum deſtruxit} Licet maior pars huius commenti declaratione literæ pateat, tñ bonum & digreſſiones, H quas facit exponere. Prima itaq; digreſſio incipit ibi, & iſta poſitio eſt ſimilis, alia digreſſiuncula patebit locis proprijs. Ante tñ primam illã digreſſionem colligenda ſunt duo in expoſitione. Primum ꝙ ordo naturalis eſt duplex, aut quia vno modo ſemper & vniformiter, vt ex homine hõ ſemp generetur, aut quia diuerſis modis, temporibus tñ determinatis: ordo naturalis primo modo ab vna cauſa proficiſcitur, id vero quod pluribus modis è pluribus cauſis, quæ tñ circulo reuoluuntur vt quatuor anni tempora. Secundum eſt ꝙ in opinione Anaxagoræ ſunt duæ innaturalitates. Prima ꝙ aliquod poſſibile infinito tempore antea reducatur ad actũ, quod ideo eſt cõtra naturam, quia aut hæc quies eſt naturalis, aut violenta, ſi naturalis, igitur generatio & motus erunt violenti, quod eſt cõtra eos, ſi violen-

ta,

ta, igitur non poteſt tempus eius eſſe æquale tempori motus. Tempus.n.rei naturalis debet eſſe maius. Sed dices, à pari inſtabo de forma hodie in materia inducta, aut eius quies fuit naturalis, aut violenta, non naturalis, quia tunc gñatio eſſet violenta, ſi violenta, igitur hæc forma deberet diutius durare in eſſe. Dici poteſt ꝙ in accidentaliter ordinatis non eſt inconueniens per accidens tempus quietis eſſe maius tempore motus, in ordinatis eſſentialiter non eſt poſsibile. Modo motus mundi & quies præcedens apud illos ſunt eſſentialiter ordinata, vt patet. Secundum vero contra naturam in poſitione Anaxagoræ eſt, ꝙ motor æternus præceſſerit tempore infinito antea, & mobile abſq; actione, & ꝙ motor cœperit de nouo mouere nulla præcedente mutatione: quod eſſe impoſsibile oſtendimus. Hæc duo notat contra Anaxagoram.

{Et iſta poſitio} Hæc eſt prima digreſsiuncula, vbi narrat conuenientiam & dĩam inter poſitionem ſuæ legis, & illam Anaxagoræ, & dicit ꝙ ſunt ſimiles quo ad temporis ordinem, nam vtraq; ponit res quieuiſſe antea tempore infinito, & quod motor deinceps cœperit reducere res ad motum abſq; noua diſpoſitione media. Differunt tñ, quia eius lex ponit motorem reduxiſſe eas in motum per voluntatem. Anaxagoras verò per naturam. Qua ratione fit, vt melius dixerint loquentes ſuæ legis, qm̃ ſaluare poſſunt diuerſitatem, cum voluntas ſit diuerſitatis principium, natura vero non quidem diuerſitatis, ſed vniformitatis cauſa, & ſic rectius theologi ſuæ legis.

{Sed ſicut diximus.} Obijcit theologis. Primo quia omne quod nunc mouet, quod prius non mouebat, neceſſario habet nouam proportionem nunc ad motum, q̃ prius non habebat, aut ſaltem nouam imaginationem, qua nunc concepit, & prius non, aliter non magis in hoc tempore ageret quàm alio.

{Et nos dicimus.} Secundo arguit, ſicut voluntas noua non eſt cauſa & principium effectus antiqui æterni, ita antiqua eſſe non poteſt principium effectus noui, quare à voluntate æterna nihil noui proficiſcetur.

{Et nos dicimus ꝙ apparet.} Tertio arguit, impoſsibile eſt nouum aliquid ab antiqua proficiſci voluntate, niſi mediante actione antiqua difformiter ſe habente, quia ſi cauſa eſt potens agere, & effectus poſsibilis fieri, & nulla defecerit diſpoſitio, de neceſsitate illi voluntati antiquæ actio erit coæua, & dixit notanter mediante antiqua difformi, nam è Deo ipſo cuncta efficiuntur, mediante tamen motu cœli vario modo ſe habente, vt dicemus.

{In quo igitur.} Epilogat fundamenta contra loquentes. Primum eſt, quia dato ꝙ motus incœperit, & volitum poſtponatur voluntati, tunc de neceſsitate deficiet aliquid, aut ex parte voluntatis, aut ex parte rei volitæ, vt ſaltem temporis præſentia, quod nemo itiquit negare poteſt niſi ore, non corde. Secundum eſt ꝙ ante voluntatem illam, quæ poſuit mundum ineſſe nulla præfuit mutatio, quæ præeſſe deberet, ſi de nouo illum motum cœperit.

{Si igitur fuerit.} Rñdet pro loquentibus ſuæ legis ꝙ hæc fundamenta locum habent in voluntate noua aĩalium, quæ ſubiecta eſt mutationi, antiqua autem & æterna ex præconceptione iam conſtitutam agere poteſt nouum aliquid, nihil aut expectando, aut præparando. Et ita argumenta nulla.

{Dicemus interroganda.} Contra obijcit & petit,

A nonne tempus aut temporis præſentia requiritur ſaltem ex parte effectus, videtur.n.ꝙ ſic, qm̃ ille eſſe non poteſt niſi in tempore, & ita ſaltem tempus præexigitur in tali noua actione.

{Si igitur dixerint.} Rurſus ſoluit pro illis ꝙ voluntas antiqua agit rem & ſimul cum re fecit tempus, ſecus in voluntate noua. Contra obijcit, quia tunc pari ratione tempus fieret, & ita fieret in tempore, cum oẽ quod fit, in tempore fiat, qua ratione de tempore ipſo erit arguendum, vt de re illa arguebatur.

{Et ſi fuerit dictum.} Mouet contra ſe q̃onem, videlicet quonam modo poteſt ab antiqua voluntate ꝓficiſci nouum quicq̃. Rñdet & imaginatur primum motorem eſſe oĩum rerum quæ fiũt hic cauſam vlem, nam Sol hoc eſt Deus, & homo generant hoĩem. Tunc vult ꝙ à voluntate primi proficiſcuntur euentus noui me-

B diante cœlo, quod perpetuo difformiter moueur, nam à motu Solis & ſtellarum in circulo obliquo proficiſcuntur ea quæ hic & generantur & corrumpuntur, vt dictum eſt in libro de Generatione.

{Et etiam.} Declarat ſolutionem per rõnem, nam ſi euentus temporarius eueniret à voluntate æterna non mediante cœlo perpetuo difformiter moto, cum illius motor fuiſſet æternus, effectus quoq; nouus, talis effectus volitus fuiſſet poſt tempus infinitum, & ita deſineret infinitum eſſentialiter, & non per accidens, qđ tanquam impoſsibile putat ipſe nunc.

{Qm̃ qui ponit.} Soluit q̃onem contra hæc. Socra. hodie generatur à Deo, Deus præceſsit Soc. infinito antea tempore, igitur Soc. eſt factus poſt temporis infiniti conſumptionem. Rñdet, & vt mihi vř, innuit talẽ diſtinctionem, ꝙ ante aliquid præceſsiſſe tempus infi-

C nitum eſt dupliciter, aut per ſe aut per accidẽs, per accidens quidem præceſsiſſe erit qñ propter infinitam ſucceſsionem genitorum infinitum pr̃fuit tempus, accidit.n.Socrati, ꝙ nunc fuit pro quanto per accidens præceſſerunt infinita indiuidua facta, per ſe vero præceſsiſſe eſt, vbi Deus eſſet immediata cauſa Socratis, & non merito ſucceſsionis infinitæ præcedentis produceretur, hoc.n.modo tempus non præcedit, niſi per ſe gñationem Socratis, cum nullam ob aliam cauſam. Tunc ad formam concederet Auerro. non eſſe inconueniens præceſsiſſe tp̃s infinitum per accidens, bñ autem eſt impoſsibile præceſsiſſe per ſe, & addit ꝙ ſi hæc diſtinctio nõ fieret, hic ſermo eſſet ſophiſticus, hoc eſt peccans per fallaciam accidentis ſiue æquiuocationis.

{Et ex hoc.} Narrat argumentum loquentium ſuæ legis. Arguebant.n.ſic. Caius fuit à patre, pater ab auo,

D auus à proauo, proauus ab attauo, & ſic in infinitum, igitur in materia viciſsim ſucceſſerunt formæ infinitę, igitur infinitum eſſet pertranſitum, quare oportet concedere primum hoĩem. Rñdet ꝙ hæc pertranſitio eſt per accidens, & prima cauſa huius accidentalitatis eſt ex parte agentis, cum.n.agens ſit æternum, oportet vt illius actiones non habuerint initium, ita vt ante quãuis actionem fuerit actio, & cum ante quãuis actionem præſint actiones infinitæ, iure hoc per accidens eſſe oportet. Hæc eſt prima accidentalitatis cauſa.

{Non quia quædam.} Secunda accidentalitatis cã eſt ex parte effectuum, qui præcedunt, illi.n.præcedũt, & non ſunt cauſæ per ſe atq; neceſſariæ ſequentium. Soc.n.non de neceſsitate eſt ab hoc patre, nam poteſt fuiſſe ortus ex infinitis partibus, qua rõne illæ quæ præcedunt cauſæ appellantur accidentaliter ordinatæ, vbi vero

vero præcedentes essent necessariæ & perse requisitæ ad effectus sequentes, nihil fieri posset nisi post desitionem infinitorum, quod impossibile putat, sic igitur ad formam concedit ante quemlibet effectum datũ præcessisse infinita per accidens & propter actionem infinitam agentis, & propter ordinem accidentalem, non autem per se, vtrum vero idem filius numero, vt Iacobus meus potuisset à diuersis patribus numero ꝓcreari, vt theologi tenent nostri, quæstio est magna, & de hac disputaui in libro de Generatione diligenter, & in libro Destructio Destructio. cum.n. res hæc hic obiter inciderit, non debet nisi obiter declarari. Hæc ad hãc declarationem nunc sufficiant, quæ Auer. hic raptim transit, & eius confirmatio per Aristot. in libro huius Quinto, & in libro Secundo de Generatio. vbi aperte protulit idem numero effectum proficisci posse à diuersis numero efficientibus.

{Et verificatio sermonis.} Nunc ea quæ dixit, vult rursus alio principio declarare contra theologus, & petit sibi quatuor. Primo ꝙ mouens est principiũ, vnde motus & mouere proficiscitur, sic.n. agẽs definitur Secundo huius. Secundo petit ꝙ duplex est agens, naturale videlicet & voluntariũ agens naturale est è quo motus & actio proficiscitur nullo præcedente desiderio, voluntarium vero quod agit per appetitum & præcõceptionem rei agendæ. Tertio petit ꝙ agens voluntarium non agit nisi motum ab appetibili, aut saltẽ à præsentia illius, cuius motus est. 3. de Anima, dicitur appetere & velle. Quarto ex dictis concludens petit, ꝙ omnis motor per appetitum, vno modo agit atq; mouet, vt videlicet effectum agit, quem præconceperat. Modo alio mouetur ab appetibili.

{Et cum hoc sit positum.} His quatuor suppositis arguit, omnis effectus proficiscens à volũtate noua est nouus, & omnis effectus proficiscens à voluntate antiqua est antiquus, igitur nihil de nouo à voluntate antiqua exoriri potest. Primum tanq̃ per se notum sumit. Declarat vero scd̃m, quoniã si à voluntate antiqua ꝓficiscitur effectus nouus, igitur infinitum ante hoc in agente antiquo processit appetitus, tenet consequentia per secundam & tertiam suppositionem, vltra igitur hic appetitus æternus nõ magis erit præsentis actionis exequutiuus, quã antea, qm̃ est consimilis nunc, & in æternum ante hoc, igitur est necesse aut vt à tali appetitu nullus proficiscat motus penitus, aut vt ab illo ꝓficiscatur semper, aut de nouo addatur appetitus alius nouus, qui sit causa illius nouæ actionis, tenet cõsequẽtia, quia motus sequitur appetitum agentis per voluntatẽ, quibus fit vt sit voluntas antiqua, appetitus quoq; sit antiquus, appetibile, & ita omnia erunt æterna.

{Quoniam si voluntatum.} Quod dixerat confirmat sic, ꝙ definit, & incipit alio desinente & incipiente est coæuum illi, sed voluntas desinit & incipit desinẽte & incipiente volito, igitur volitum & voluntas sunt coæuæ. Ex his concludit ꝙ demonstratio Arist. est vniuersalis, tam de agente naturali, q̃ de agente voluntario, hoc est ꝙ si æternum est agens, effectus quoq;, aliter agens mutaretur, vt dixit.

{Et quod dicunt.} Respondent loquentes suæ legis ꝙ actio Dei est noua, quia voluntas Dei præconcepit effectum, ita in A, tempore producendum, ꝙ non antea, qua ratione fieri potest vt à voluntate antiqua proficiscatur nouum quicq̃. Cõtra obijcit, primo quia adueniente tempore illo præconstituto surgit illius noua E cognitio, quæ non præfuit, & nouus appetitus, & per consequens mutabitur.

{Aut dicamus.} Secundo arguit, aut appetitus præcessit illam actionem ab æterno, licet eam nõ exequutus fuerit, aut vna cum mobili de nouo surrexit. Secundum (cum nemo ponat) omittitur. Primum destruitur quia appetitus antiquus pro tanto non exequutus est, quia sibi aliquid defecit per tertiam suppositionem igitur indiget motore aliquo extrahente ipsum de potentia ad actum, & sic daretur motor prior primo motore. Et vlterius arguatur de illo, aut agit volũtate aut natura, & reddetur argumentum quod prius. Reliquũ cõmenti est ex literæ expositione manifestum. transeamus ad alias digressiunculas.

{Et intendebat declarare.} Hęc est secunda digressiuncula, vbi primo soluit obiecta antiquorum & sumit F duas sub contrarias simul veras. Prima est, quædam necessaria non habent causas. Hæc patet de principijs. Secunda est, quædam necessaria habent causas. Hæc vero constat de cõclusionibus. Auer. etiam verificat hãc in rebus æternis, quarum actiones sunt nouę, vt corpora cœlestia. Quæ vero sunt æterna, & non habent actiones nouas, hæc non habent principia, cum ipsa sint rerum omnium principia.

{Et ideo antiqui.} Tangit argumentum quo antiqui deliquerunt, petebant enim aut principia & causæ effectrices rerum generabilium sunt corruptibilia, aut æterna, si corruptibilia, igitur non sunt prima omnium principia, si æterna, igitur omnes effectus erunt illis coæui, quem cauillum nescientes soluere, in errorem traduntur dictum.

{Cum autem.} Soluit Auer. ꝙ inuenitur ens quod-G dam medium vt cœlum, quod quidem substantia est æternum, actione & motu est generabile, qua ratione dici potest ꝙ generabilium principia sunt simili modo substãtia æterna, motu vero & actione generabilia. via quoq; eadem illa alia quæstio tollitur si potest ab æterno nouum quicq̃ proficisci. Nam ab æterno simplici proficiscitur nouum nõ absolute, sed mediante cœlo, quod vna ex parte est generabile & nouum, alia ex parte est æternum. Quo fit vt omnes quæstiones tollantur hac in re. Multa hic essent quæstione & dubitatione digna, sed qm̃ in libro de substan. Orbis multa tãgũtur. Eam quæstionem decreui disputare breuibus, quæ nostram religionem penitus euertit, vtrum, videlicet motus ipse semper fuerit, aut vt captiunculatores seruant, vtrum semper fuit motus atq; semper erit. Animaduersione itaq; dignum (vt sorticolæ tradunt & non imperite.) ꝙ semper esse, è quo venit sempiternum, solet ex-H poni vno modo pro esse in omni differentia temporis, & similiter pro futuro fore in omni differentia temporis. Secũdo pro continuo, quod idem est ꝙ perpetuo, quod quidem exponitur non vno tempore sic, & alio tempore non. Qua ratione dici solet ꝙ Socrates semꝑ, & perpetuo fuit studiosus, quia nõ vno die sic, alio vero non, sed dum vixit, continuo studiosus fuit. Tertio exponitur ꝙ quocunq; dato ante illud fuit hoc, & hoc æquiualet æterno, qua ratione dicimus ꝙ æternus fuit homo, quia quocũq; homine dato ante ipsum fuit hõ, in infinitũ, sic.n. tribus modis solet à Sorticolis ipsum sempiternum exponi. Tunc Philosophi & Theologi cõueniunt in duobus, & differunt in tertio, conueniũt quidem primo, qm̃ ambo concedunt sempiternũ esse motum primo modo & secundo. Primo quidem modo,

Quæstio in religione.

Semper esse quot modis. Vide Albe. de sans. q. 1 ... & alios Nominales.

Inter philosophos & theologos conuenientia.

do, quia ambo concedunt in omni differentia temporis fuisse, & fore motum, cum nūq̃ fuerit tempus, quin fuerit motus. Secundo vero, quia non die quodam fuit motus, die vero alio non fuit. Similiter nō die quodam erit, de alio non erit, sed sumendo semper esse siue semper *Differentia.* non pro æterno differunt. Theologus.n. affirmat q̄ non semper ante omnem motum fuit motus, nam Deus creauit cœlum motum & tempus simul, non etiā in æternum erit motus, quum quandoq; desinet motus & tempus, cœlo ipso & motore remanentibus. Communiter tñ de possibili concedunt, potuisse esse motum, tēpus & cœlum æternum à parte ante, posse & fore omnia esse hæc æterna à parte post. Licet multi alij Theologi illud negauerunt etiam de posse Dei, quæ res nūc transeat. Philosophi autem & maxime peripatetici tenent de facto motum tempus & cœlū à parte ante fuisse æterna, à parte post etiam fore æterna. *Arist. positio. Pō Auer.* Huius positionis Aristo. inter græcos fuit primus publicator, cuius postmodum sententiæ multi posteriores extitere. Auer. vero omnium legum depravator non dubitauit inter superstitiosos Arabas positionē hanc acerrimis rationibus defendere, & in hoc lib. & in lib. de Cœlo, & cōtra Alga. in lib. Destructio. Destructio. Vt vero veritas religionis magis elucescat, bonum putaui rationes quibus *Responsiones Arist.* Arist. in hunc errorem truditur, explanare, addere quoq; illas acerrimi Auer. deinde quanti sint momenti subiungemus. Duę itaq; in isto Octauo rationes potissimæ ab Arist. ipso colliguntur. Prima quidem ex parte motoris & mobilis. Secunda ex parte temporis. Prima fuit q̄ motum incipere potest esse, aut quia motor incœpit esse, aut q̄a præfuit motor, & incepit mobile, aut quia præfuerunt ambo & defecit dispositio, aut quia nihil horum defecit, sed motor de nouo incœpit mouere, & mobile moueri. sed q̄m Theologus ait, sicut & Plato ipse etiam, q̄ motus eo incœpit, quia Deus de nouo egit mundum siue cœlum, & simul cum cœlo fecit motum & tempus, ideo disputabitur solum membrū hoc, ne conteramus tempus in sermonibus fictis, vt multi faciunt. Contra igitur hoc obiecit Arist. nam aut motor primus hæc per naturā incœpit, aut per voluntatē, si per naturam, igitur stetit æterno tempore antea impeditus, nec de hoc est bonum disputare, nam nos tenemus q̄ incœpit per voluntatem & intellectum, & ita dicimus q̄ hæc fecit per scientiam. Cōtra obiecit Aris. q̄m scientia est vna cōtrariorū, igitur Deus potuit hæc facere, & ijs contraria. Quare si magis hæc fecit, nō ob aliud hæc fecit, nisi quia hæc magis optauit & amauit atq; desiderauit, non potuit autem magis hæc exoptare sine sui mutatione, vt syllogismus de relatione noua factus declarat. *Auer. ratio.* Auer. vero hanc rationem rudē altina excoluit, & multis illam confirmauit rationibus. Arist. enim temporibus hæc sufficiebat, cum in contrarium *Prima rō.* non erat tanta famositas. Arguit igitur primo, à voluntate antiqua non prouenit nouus effectus sine motu a sine mutatione media, nec à volūtate noua, igitur motus non incœpit. Secunda pars transeat, quia sumus secum. Prima declaratur, omne agens quod nunc agit aliquem effectum & prius non, habet aliq̃ proportionem ad effectum, quam prius non habebat, aliter non magis nunc q̃ prius produceret: sed huiusmodi proportio fieri non potest sine mutatione, igitur ante primam mu- *Secunda rō.* tationem præfuit mutatio. Secundo, omne agens p̄ voluntatem & intellectum in agendo effectum nouū apprehendit diuersa tempora, videlicet tempus exequu-

A tionis, & tps p̄ordinationis, sed diuersitas temporum non est sine motu, igitur nihil ab illa sine motu profici sci potest. Tertio, à voluntate noua nihil æternum est, *Tertia rō.* igitur ab æterno nihil noui. Quarto, posita causa totali *Quarta.* cum omnibus requisitis alicuius effectus, ponitur esse ctus ille. Sed voluntas antiqua dei requiritur, & sufficit pro motus productione, igitur motum fecit ab æterno. Quinto si voluntas antiqua non producit effectū, *Quinta.* quem potest, est, quia sibi aliquid defecit. Modo voluntati diuinæ nihil defecit vnq̃. Sexto, sumus in ipso pro- *Sexta.* ductionis nunc, cū ante illud potuit, arguitur, aut sem- *Fortissima ratio.* per potuit, & semper voluit, aut semper potuit, & non semper ipse voluit, si semper antea potuit & semper voluit, igitur semp fecit, si vero semper potuit & nō semper voluit, igitur q̄n produxit mutatur de non velle ad velle. Septimo, cum Deus illa fecit aut nouit eadem co- *Septima.* B gnitione illud instās tunc, qua nouit ab æterno, vel alia. si eadem, igitur vt ab æterno fuit, sic ab æterno fecit. Si verò alia, mutabitur. Octauo, deus & natura de possi- *Octaua.* bilibus semper eligunt, quod melius, sed mundū semper esse est melius & possibile, q̃ quandoq; esse, veluti esse est melius ipso non esse, igitur æternus. Nono, aut *Nona.* ante mundum voluit deus eum facere, vel non, si voluit, & nihil potuit impedire, igitur fecit, si non, & postea voluit, igitur mutatur. Decimo, ab æterno deus ste- *Decima.* tit in statu nobilissimo, igitur ab æterno fuit causa in actu, nā esse causam in actu est melius esse causa in potentia, ex ijs potest haberi vis primæ rationis Arist. Se- *2. ratio Vide etiam Bur. hic diffuse. Et Egi di. hic.* cunda verò ratio ex parte temporis procedit, & supponit q̄ omne nunc sm̄ sui essentiam est principium futuri, & finis præteriti. Tunc arguitur, si tempus incepit, aut in ipso nunc, aut in tempore, si in tempore, tunc an- C te tempus esset tempus, si in ipso nunc, sed cum ipsum nunc sit finis præteriti, & futuri initio, erit ante tempus ipsum aliud tempus. Dictum est q̄ vt punctus est bifa- *Solutio. Thomæ.* riam, initiatiuum, & continuatiuū, sic quoq; nunc ipsum duplex, initiatiuum & continuatiuum. Dictum est q̄ omne nunc continuatiuum est finis præteriti & principium futuri, at nunc initiatiuum non est ita. Sed repli- *Replicata.* catur contra primo, quia punctum est in permanentibus, ipsum verò nunc in successiuis, successiua verò dicuntur, quia alija succedunt. Tunc arguebat Auer. si tēpus aliquo nūc primo esset, hoc tēpus esset successiuū, omne verò successiuum alteri succedit, igitur illud alteri succedit, & ita ipsum nunc initiatiuum non tantū initiat, sed succedit & terminat aliud tempus, cui aliud tempus succedit, id videlicet cuius ipsum nunc est initium. Secundo, cuilibet momento in tempore corre- *Secunda.* D spondet aliquod mutatum esse in motu, nam vt tps in motu, ita momentum ad mutatū esse, omne verò mutatū esse est post ipsum moueri, igitur ante primū momentum temporis præfuit motus, & ita oportet aut añ tempus ponere tempus, aut ponere motus aliquā partem sine tempore, quod est inopinabile. Tertio arguūt *Tertia.* capriunculatores, si tempus incipit, igitur verum esset dicere nunc est, & imediate ante non erat. Sed cum an- *Solutio.* te sit temporis differentia, tunc oportet ante tps ponere aliud tempus. Sorticolę dicunt q̄ illæ exponētes debent esse sic, si tempus incipit, igitur nunc est, non immediate ante hoc erat, ex quo non sequit vt sit aliqua differentia temporis, quia ex negatiua non sequitur affir- *Replicatio* matiua. Contra sumus in primo temporatum esse, hoc est in primo momento, cum oē temporatum esse præcedat tempus, vt omne mutatū, esse motus, igitur ante illud

illud primum præcesſit adhuc tempus. Hæ ſunt duæ rationes Ariſt. hic. Tertia habetur in Secũdo. de Genera. Supponit.n. ꝙ oẽ quod incœpit, aut deſinit per generationem, incœpit, aut deſinit per corruptionem. Tunc arguit, ſi mũdus incœpit. igitur per generationem, oĩs aũt generatio eſt ex ente, igitur ante mundum præfuit ens, ex quo vti ex materia fiet, ſed cum materia non ſit abſq; forma, præfuiſſet materia cum forma, & ita poſſet dici ante mundum eſſe mundum. Multæ rõnes aliæ fieri pñt, ſed hæc pro Philoſophorum parte ſatis ſint.

Pro parte religionis. Pro parte verò religionis arguunt nonnulli. Primo quodlibet inſtans præteritum aliquando fuit futurum, igitur vniuerſum tempus incœpit, tenet conſequentia, nam ſi quodlibet inſtans præteritum aliquando fuit futurum, quodlibet inſtans præteritũ aliquando nõ fuit, & ita tempus incipit. *Secunda.* Secundo quodlibet inſtans præteritum aliqñ fuit futurum, igitur tunc fuit falſa, aliquod inſtans eſt, igitur ſua contradictoria tunc fuit vera, videlicet nullum inſtans eſt, & ita tũc nullũ tempus eſt, & ſic tempus cœpit. *Tertia.* Tertio deus eſt cauſa rerum ꝑ intellectum & voluntatem, igitur poteſt mundum facere per imperium voluntatis, & ita de nouo ſi vellet, poſſet inſuper diſputari ſi poſſet effectus eſſe æternus, vt in litera dr̃, ſed qm̃ res hæc in lib. Deſtru. Deſtru. non ſemel dicta eſt, nunc tranſeat.

Determinatio quæſiti. Vide & Sco. d. 1. ſecundi. q. 2. 3. & ſequentes & Grego. de Ari min. d. eadem & alios Theo. ſuppoſitiones pro ſolutione. De quæſito igitur noſtro vr̃ mihi eſſe dicendum (vt Ariſt. exemplariter tãgit in Primo Topicorum. capite. 8.) ꝙ q̃ſ de mundo an ſit perpetuus eſt problema neutrum: q̃q̃ ſenſus magis conueniant illius perpetuitati. Teſtimonia vero magis nouitati. nam Ariſto. ſolus inter græcos cœpit problema de mundo contorquere ad perpetuitatem, fortaſſe à Chaldæis accipiens. Cæteris autem alijs omnibus, & Aegyptijs placuit nouitas. Pro ſolutione tamen debes ſcire ꝙ primus motor Deus ſimul fecit mũdum motum & tp̃s ſimplici creatione ex nihilo, non gñatione vt credit Ariſt. Mundum quidem per ſe, motũ vero & tp̃s ꝑ accidens, vt accidentia cœlo. Hæc aũt ſimul incœperunt, non quidem affirmatiue, hoc eſt in eodem tempore, aut eodem nunc, ſed ſimul negatiue, hoc eſt non vnũ prius altero. *Secunda.* Vlterius ſecundo accipiendum deum mũdum feciſſe & hæc per voluntatẽ & intellectum non ꝑ naturam, per voluntatem quidem non nouam, ſed æternã. Per intellm̃ verò, quia ꝑ præconceptionẽ. *Tertia.* Vlterius, 3. ſumimus, ꝙ licet abſolutum in cauſa præceſſit abſolutũ in effectu, relatio tñ in effectu ꝑcedit relationẽ in cã. Verbi cã, pater prior eſt quo ad eius abſolutum, q̃ filius, non aũt quo ad relationem. *Quarta.* Vlterius. 4. accipimus ꝙ in deo idem eſt agere, egiſſe & actum eſſe, nám illius actio eſt ſimplex emanatio, Tunc ad rõnem Ariſto. primã patet ſolutio, nam licet Deus per eius ſcientiã potuit facere & nõ facere, voluit volũtate æterna id magis, nec ꝑꝑ hoc mutatur, cũ id non per electionẽ & nouum appetitũ elegerit. Tunc rõnes Auer. Ad primã dicimus ꝙ ſi per proportionẽ intelligit abſolutũ vt illius potentiã productiuam, Deus eandẽ proportionem habet ad effectũ nunc, quã ob æterno. Si vero intelligit relationẽ, tunc dico ꝙ hæc relatio in ideo eſt rõnis, & nõ prius ſibi, conueniẽs, niſi res aliqua ſit producta, prius ſaltem ſcundã naturam, & ita talis relatio non mutationẽ ſequitur, ſed ſimplicem emanationem, q̃ nec eſt motus, nec gñatio, quare non ſequitur vt añ primũ motũ ſit motus. Ad ſcd̃m dicendum illud eſſe verũ in agẽte, cuius actio eſt in tp̃e, mõ Deus ab æterno vno ſimplici actu apprehendit mundũ fieri de nouo, nõ tñ pro æterno, iõ illa apprehenſio nõ eſt ꝑꝑ diuerſa tempora, vel dicendũ Deũ apprehenſione ſuæ eſſentiæ apprehendere diuerſa illa tẽpora, & ſic vna apprehẽſione, & ſine ſui mutatione, & hoc loquẽdo de vero, aut imaginatio tẽpore. Ad tertiũ negatur ſimilitudo, volũtas.n. antiqua eſt perfectior, & ita põt agere quicquid non aget, non aũt è contra. Ad quartum dici põt illud añs eſſe verum de cauſa agente ꝑ naturam, põt. n. voluntas alicuius effectus eſſe cauſa totalis, quæ tñ cũ ſit contingẽs, põt ipſum non producere. Ad quintũ dico ꝙ eſt deriſibile, Deus.n. ideo de nouo produxit, quia ſic ꝑconceperat, ita vero præconceperat, quia voluit, eſt.n. prima volũtas & cã prima oĩs contingentiæ. Ad. 6. dici põt ꝙ ante primũ nunc ſemper potuit, & ſemper voluit, non tñ ꝑ duxi, quia & ſi ſemper voluit, non tñ voluit pro ſemꝑ. Ad ſeptimũ dico ꝙ añ mundi productionem non fuit aliquod inſtans, nec tp̃s, ideo ſ̃m rem non in alio inſtanti ordinauerat, & in alio fecerat, ſed ſcd̃m modum intelligendi noſtrum. Ad octauũ dico ꝙ añs eſt ſcitum à nobis ꝑ maiori, ſed vtrum mundũ ſemper eſſe ſit melius, eſt dubitatum, & in mente dei recõditum. Ad nonum dico vt dixi ad. 6. ꝙ añ voluit, non tñ pro ante. Ad decimũ dico ꝙ ab æterno fuit cauſa in actu quo ad abſolutum, non autem quo ad relationem, ſed tunc cum produxit. Ad rõnes pro ſecunda via dicendum ꝙ aliqui opinantur ꝙ Deus nec tempore, nec aliqua menſura ſucceſſiua præceſſit mundum, ſed æternitate, quæ vt Boetius ait, eſt tota ſimul indiuidua, & perfecta poſſeſſio, alij dicunt ꝙ nec per tp̃s verum nec imaginariũ Deus præceſſit mundum, verum quidẽ non, quia non ꝑfuit. Imaginarium vero minime, quia nulla fuit imaginatio, ſed hæc ſunt friuola, nam licet æternitas ſit indiuidua poſſeſſio, tñ põt coexiſtere infinito tẽpori, igr̃ præceſſit Deus mundũ infinito tẽpore ſaltẽ poſſibili. Tunc ad primã dico ꝙ illa tria incœperunt, ſiue coincœperunt, nõ in nũc vero nec alio, ſed ad hunc ſenſum, quia antea non fuerunt, & nunc ſunt, ſi eſſet nunc. Ad rõnes Auer. dico vt dixi, ꝙ tp̃s incœpit à nunc initiatiuo, & concedo ꝙ tp̃s eſt ſucceſſiuum, non ꝙ illud nũc à quo incœpit ſuccedat alteri, ſed quia ab eo tp̃s ſuccedit. Ad ſcd̃m dicendum ꝙ verum eſt de momento cõtinuatiuo, momẽtum. n. initiatiuum in motu eſt vt terminus vltra quem non eſt amplius motus. Ad tertium dici poteſt ꝙ expoſitio debet eſſe ſic, nunc hæc ſunt, ſi ipſum nunc eſt, & non ĩmediate añ hoc fuit, ſi illud eſſet igitur incipiunt. Ex quo patet ꝙ licet primum nũc ſit in tp̃e, non tñ primum temporatum eſſe, cum huic correſpondeat mutatum eſſe. Ad tertiam rõnem patet ſolutio, nõ.n. verum eſt ꝙ oẽ quod incœpit aut deſinit, incœpit aut deſinit per gñationem, ſed ꝑ ſimplicẽ emanationem. Ad rõnes vero contra Philoſophos rñdent Sorticolæ concedendo quodlibet. inſtans præteritũ aliquando fuiſſe futurum, vt ille terminus aliquando ſupponit cõfuſe, nõ aũt valebit, igitur aliqñ quodlibet inſtans præteritũ fuit futurum, cum nũc ſtet determinate, & ſi dicatur quodlibet inſtans præteritum aliqñ fuit futurum, igitur nullum inſtans præteritũ tunc fuit, cõcedunt, ſed negant, igitur tunc nullũ fuit ꝑꝑ ſimilẽ cauſam. Et ſi dr̃ ille terminus tunc ſupponit diſtributiue in illa nullum inſtans præteritũ tunc fuit, quia ſycategorema negatiuum diſtribuit tã mediatum q̃ ĩmediatum, ſed à termino ſtante diſtributiue ad illud determinate valet, dici põt eſſe verũ qñ terminus ille tunc nunc eſſet pars alicuius, propterea vis ſyncategorematis non

tranſit

transit ad illum. Per idem ad secundum dici pōt, vel magis peripatetice dici pōt, ꝙ hæc propō, quodlibet instans præteritum aliter fuit futurum, habet duos sensus. Alterum ꝙ non fuit præteritum aliquod instans, quin illud fuerit futurū, & hoc pacto concedo, quia infinita fuerunt præterita instantia, quorum quodlibet fuit præteritum & futurum, & sic non est venire ad primum, Alterum ꝙ quodlibet instans præteritum in aliquo tempore vel nunc fuit futurum, & sic nego, quia esset deuenire ad primum, quia esset deuenire ad illud nunc ante quod nullum præfuit. Ad tertium dicerent Philosophi, ꝙ licet Deus agat libere & voluntate, agit tñ necessario, nec hæc repugnant, vt in lib. Destructio Destructionum patet. Multa alia dici possunt, quæ in libro Destructio Destructionum habentur. Hæc nunc satis. Multa quoq; alia tangunt iuniores, quæ et bona sunt, & si placent videatis.

B *Contraria uero ijs non est difficile soluere. Nam ex ijs contemplantibus uidebitur posse maxime motum aliquando esse ortum, cum antea nunquam fuisset primo, quia nulla mutatio sempiterna est, omnis nanq; mutatio suapte natura è quodam est in quoddam, quare mutationis omnis finis sint ea cōtraria, inter quæ fit, et nihil in infinitū moueatur necesse est.*

Contra se arguit & primo sic. Omnis mutatio inter contraria est finita, omnis motus est inter contraria, igitur oīs motus est finitus, primo præponit intentionē & inquit. Cōtraria vero ijs non est difficile soluere. Nam ex ijs contemplantibus vr posse maxime motum aliqñ esse ortum, cum antea nunquam fuisset, quæ est cōclusio opposita determinationi dictæ. Deinde accipit conclusionem, & inquit. Primo quia nulla mutatio sempiterna est, hæc est conclusio, omnis nanq; mutatio suapte natura est de quodam in quoddam, hęc est minor, ex qua infert conclusionem, & inquit. Quare mutationis oīs finis sint ea cōtraria inter quæ fit, & nihil in infinitum moueatur necesse est, tacuit maiorem pp breuitatem. Auer. vero eam partem. & nihil in infinitū moueatur necesse est, quæ in eius translatione est, & nihil mouetur sine fine, tripliciter exponit. Primo vt illud sit quasi conclusio consequens ad dicta, q. d. cum omnis motus sit inter contraria; igitur oīa motus est cum fine, & ad finem, aliter non esset de contrario in contrarium. Secundo vt illud non sit conclusio, sed premissa, ita vt probet ꝙ omne quod mouetur vertatur inter cōtraria, aliter esset sine fine, & ita ociosus, & tūc est quasi alia rō siue confirmatio. Tertio vr velle illud esse inductum pp motum localem, q. d. vtr motus localis debet esse finitus. Signum huius expositionis est, quia in 6. huius vsus est ratione accepta à contrarijs, & vtitur hac ratione, s. ꝙ omnis motus desinat, qm̃ si non, tunc non inciperet. Hæ expositiones sunt superfluæ, & satis est dicere verbum illud esse conclusionem, vt dictum est in expositione nostra.

Qua Auerro. tim. 26.

[illegible] cœlū agat [illegible] intellectum [illegible] volūtatem omninis. [illegible]ide 1and. q. [illegible] huius.

Tex. 17. *Adhuc autem uidemus id posse moueri, quod neq; mouetur, neq; in se ullum motum habet. Veluti in rebus inanimis, duorum neq; pars ulla, neq; totum mouetur, sed quiescentia interdum mouentur, oporteret autem aut semper, aut nunquam moueri, si quidem non oriretur motus, sed semper erat.*

Secundo arguit, si motus primus esset æternus, omnia aut semper mouerentur, aut semper quiescerent, primo huius præmittit consequentis impossibilitatem, & inquit. Adhuc aūt videmus id posse moueri, quod neq; mouetur, neq; in se vllum motū habet, veluti in rebus

A inanimis videlicet elementis. quarū neq; pars vlla, neq; totum mouetur, sic igitur patet non oīa semper moueri. Tunc facit enthymema, & inquit, oportet aūt aut semper aut nunquam moueri, siquidem non oriretur motus, sed semper esset, est igitur enthymema, si motus semper esset, omnia aut semper mouerentur, aut semp quiescerent. Consequentia patet, quia si motus prius sit sempiternus, oportet vt omnis illius effectus sit sempiternus. quū autem ipse non possit esse causa duorū, erit motus hic inferius sempiternus, aut quies, & omnia aut semper mouerentur, aut semper quiescerent.

Multo præterea magis hoc in ipsis animantibus esse patet, nam etsi nullus interdum in nobis sit motus, sed quiescimus, tñ mouemur aliquando, & fit in nobis ex nobis ipsis principium motus interdum, etiam si nihil extrinsecus moueret, hoc enim in animæ expertibus fieri simile non uidemus, sed semper aliquid aliud eorum quæ sunt extra mouet ipsa, animal uero ipsum dicimus seipsum mouere, quare si aliquando omnino quiescat, fiet in ipso sane imobili motus à se ipso, & non ab ullo externo. Quod si id in animali fieri pōt, quid prohibet ut in uniuerso id idem fiat, nā si in paruo mūdo, & in magno ēt fiet, & si in isto mundo in infinito ēt fiet, si modo fieri possit ut infinitū totū moueatur atq; quiescat.

Tertia ratio breuibus si componitur, sicut in paruo mundo, ita in magno, sed paruus mundus vt homo potest incipere motū postq̃ non mouebatur, igitur & in magno mūdo potest motus de nouo incipere. Immo addit ꝙ sicut in isto mūdo magno potest incipere motus, ita in mūdo infinito, si modo fieri possit vt infinitū totum moueatur atq; quiescat, & hoc ſm positionem eorum qui tenent mundum ex parte conuexi esse in-

C finitum, vt patet primo Cœli.

Auer. vero disputat primo de differentia rationum. Prima. n. fuit motum esse finitum, quia est inter contraria. Secunda vero primum motum esse finitum, quia tunc omnia semper aut mouerentur, aut quiescerent. Tertia fuit, quia videmus animal incipere motum. Dubitaret igitur aliquis quomodo Aristo. disputat de inceptione motus. Per hanc tertiam rationem, vtrum præsupposita æternitate motoris. Respondet ꝙ in hac tertia ratione solum vult habere ꝙ motus primus incipiat per simile in animali nihil de motore afferendo, & tūc iuxta hoc ait rationem esse intelligendam in motu naturali non violento, nam in motu violento patet ipsum incipere, quia præcedit motus mouentis. Hæc est vna expositio. aliter exponit, ꝙ forte in hac tertia rōne supponit motorem & mobile, & quærit vtrū illis præ-

Qua Auer. ōimen. 17. An sicut ī maiori mundo est deuenire ad motorem immobilē, sic in minori, videlicet in hōie. Vid Gae. hic, & Egidi. hic. & Gratiad. Esc. lect. 4. huius.

D suppositis, motor possit nūc mouere, nūc non. Conueniunt. n. omnes in hoc ꝙ motor & mobile sint ęterna, sed dubitant an motor possit mouere interdum, aliqñ vero non. Concordat ambos sensus, & vult ꝙ in principio præsentis textus, hoc est in secūda ratione, voluerit primū sensum, in fine vero, hoc est in tertia ratione voluerit ſcdm sensum. Hæc non multū faciunt ad intellectū literæ, vt patet. Vlterius declarat q̃ magis videntur à se incipere motū, & ait ꝙ inceptio motus magis patet in animalibus, q̃ in rebus naturalibus, nam aut inanimata mouentur violenter, aut naturaliter, si violēter, patet ipsa non incipere motum à se, sed de foris, si vero naturaliter, cū hoc non moueantur nisi à remouente, ꝓhibens, aut à generante, patet ēt non moueri à se, quare magis motum incipere à motore à se in animalibus patet. Vlterius colligit similitudinem inter paruum mundum,

Qua à se motum incipiūt.

dum & magnum, prima est, quia ambo ex se moueri videntur, secunda quia omnes motus reducuntur ad primum motorem īmobilem, vt in animalibus ad animā vel cor, aut voluntatem. In vniuerso vero ad deū. Animaduerte (vt dicit) q̄ hæc tertia ratio peccat, primo q̄a rhetorica, & ita non conueniens scientiæ demonstratiuæ, secundo quia sumit falsum, nam motus animalis non est primus, cum antea præcedat saltem motus spirituum. tertio, quia hæc ratio non probat de facto, sed de possibili motū cœli posse incipere, mō de facto est falsum. Hæc sunt quæ in cōmento continentur.

Tex. 18. *Horum igitur, id quod primo est dictum, cum uidelicet nō eundem semper unūq; numero motum esse, quo itur ad opposita, recte dicitur, hoc. n. fortasse necessarium est, siquidem fieri nequeat ut semper his unus idemq; sit motus numero, qui eiusdē uniusq; mobilis sit, dico aūt ut utrū unus idemq; sonus sit unius chordæ quæ similiter se habet, atq; mouetur, an alius semper. Verum tn̄ utrouis modo id forsitan se habeat, prohibet nihil, ut motus aliquis unus & idem sit cōtinuus atq; perpetuus, atq; hoc per ea quæ posterius dicentur, erit magis perspicuum.*

Nunc respondet ad rationes per ordinem, concedit igitur ad primam maiorem, videlicet q̄ nullus motus inter contraria sit perpetuus, negat tn̄ minorem, nā motus primus non est inter cōtraria, īmo vt cœlo nihil est contrarium, ita motui eius sed quia vnum motū vnius mobilis esse perpetuum inter contraria, pōt bifariā intelligi, aut per replicationem, aut absolute, inquit. Hoc .n. fortasse necessariū est, si quidē fieri nequeat vt semꝑ his vnus idēq; sit motus numero, qui eiusdem vniusq; mobilis sit, dico autem vt vtrum vnus idēq; sonus sit vnius chordæ, quæ similis se habet, atq; mouet̃. q. d. dico maiorem esse veram, omissa ea quæstione tanq̄ impertinenti, an motus possit esse sempiternus vnius mobilis vel ne, verumtamen vtrouis modo id forsitan se habeat, prohibet nihil quo ad rationē vt motus aliquis vnus & idem sit continuus atq; perpetuus, nā siue quęstio illa sit ad vnam siue ad aliā partem, minor ipsa est, falsa, motus enim primus nullum habet contrarium, iō non est de contrario in contrarium, vt posterius dicetur diligentius. Hęc ad formam.

An cœ̄ corpus moueatur. Vide Al. de sen. q. 4. huius.

Tex. 19. *Moueri uero aliquid quod prius non mouebatur, absurdum non erit, si nunc quidem adsit, nunc uero non adsit id qd̄ extrinsecus mouet, hoc tn̄ quonam sit modo quærendum est, dico aūt ut idē ab eodem motiuo, nunc quidē moueatur, nunc uero non, nihil. n. aliud dubitat, qui id dicit q̄ cur non semper rerum aliæ semper quiescant, aliæ moueantur.*

Ad scd̄m respondet, & cócedit motum primū semper esse, negat tn̄ hæc semper moueri, aut semꝑ quiescere, nā motus, & quies, qui hic fiunt, nō sunt præcise à cœlo, sed à motu cœli vt à causa vli, è propinquis motoribus vti ab instrumētis. Sed cū interdū ꝓximus motor appropinquat, interdū recedit, iō hæc nunc mouētur, nunc quiescunt, & ita consequentia nulla erit. Verum illud (vt dicit) vr̃ qōne dignū cur motiuo exn̄te eodē, nō semꝑ fit appropinquatio instr̄i ad motū, aut ad quietē, q̄ tāq̄ in posterum considerandum trāsmittit.

An aliqua sit æterna sim. habentia cām aliam à se sua æternitatis. Vide Gratiad. Efca. lsl. 3. huius.

Tex. 20. *Maxime uero tertium dubitationem habere uidetur, id uidelicet quod in animalibus accidit. Propterea q̄ motus in his fit nullo alio præcedēte, nā quiescens prius postea inābulat nullo, ut uidetur, externo motore concitante, uerum hoc falsum est, cernimus. n. aliquid eorum quæ natura insunt, semper moueri, cuius quidē motus non animal ipsum causa est.*

E *Sed id quod ipsum ambit fortasse, ipsum tn̄ uidemus seipsum mouere non omni motu, sed eo qui secundum locum est, nihil igitur prohibet, quin potius fortasse necessarium est complures motiones fieri in corpore ab eo quod ipsum ambit, quarum aliquæ quidem mentem aut appetitum mouent, quæ uniuersum animal postea mouebūt. quale circa somnos accidit, nam quāq̄ nullus tunc sensitiuus præfuerit motus inest tamē aliquis, quo surgant animalia rursus, uerum & de his, ex ijs quæ subsequentur erit perspicuum.*

Ad tertium nunc rn̄det negando minorē, qm̄ nullus pōt motus localis esse primus in aīali, quin antea alius fuerit. è quo ille proficiscatur, repetit igr̃ rursus rationis vim, & inquit. Maxime vero tertiū dubiōnem habere vr̃, id videlicet qđ in aīalibus accidit, propterea q̄ motus in his fit, nullo alio præcedēte, nā quiescēs prius ani- F mal ipsum, postea inābulat nullo (vt vr̃) externo motore concitāte. Hæc argumenti tacti vis. Rn̄det negando minorē, nam motus ille proficiscitur ex alio motu. Imaginar̃. n. aerē qui nos ambit è cœlestibus potestatibus alterari, non tm̄ ad sensiles qualitates, sed ad insensiles atq; occultas, hunc vero alteratum vlterius alterare aliquod eorū q̄ è natura nobis insunt, vtpote aut spiritus, aut mēbra, aut humores, quæq; alterata iterum cā aīæ partem q̄ græce est dianoea, latine rōnalis alterare, quę rursus alterata appętitū mouet, vn̄ tandē ad motū aīal surgat, huius rei exēplum est somnus, nā q̄q̄ nullus tūc sensitiuus præfuerit motus, inest tn̄ aliquis s̄m rei veritatē, videlicet vaporum resolutio, quo videlicet motu surgant aīalia rursus, quā rem transmittit ad tp̄s. Auer. vero declarat ambulatione non esse absosolute primū aīalis motum, ante quē nullus prorsus fuerit, primo q̄a G antea præcessit motus alteratiuus, quo aīa nutritiua viuifica per calorē naturalem resoluit continue humidū naturale. Cuius rei ordo est vt pulchre declarat Them. q̄ calor naturalis agens in humores arescit atq; exiccat illos, qua ratione mouet ad sitim, vnde cogatur aīal inambulare ad potū, consumit ēt nutrimentū atq; mēbra, quo excitat ad famē, vnde ad mensam cogit̃. Rursus calor ille aliquātulū extraneatus atq; mutatus diuersas in aīali cōcitat affectiones, vnde interdū ad mictură, interdū ad excretionē, nunc ad somnū, nunc ad sputū, nunc ad cętera id genus vrget, sic igr̃ ex parte intrinseca patet ambulationē nō esse primū aīalis motū. Ex parte vero extrinseca est (vt dixit) quia aer alteratus è cœlo, alterat in aīali aliqđ eorū, q̄ illi insunt ꝑ naturā, vt mēbrū, aut spiritus, aut humores, aut oēs, aut plures, quiq; alterat. dianoeā mouent, quæq; mota cōcitat ap- H petitū, qui tādē mēbra mouet ꝑ debitā spirituū sensiliū administrationē. Sed dices. cur exēplū de somno Arist. accepit, cū illud dissimilium videatur. Respōdet Auer. q̄ hoc iō accepit, quia in nullo alio opere aīal penitus quiescere vr̃, nisi in somno, atq; in nullo ita moueri ex se magis q̄ in expergefactione. Mō quasi ꝑ argm̄ à maiori vr̃ q̄ nō sit ita, nam motus expergefactiuus sequit̃ alterationē intrinsecā, qm̄. n. somnus fit (vt dici) è cibo ipso, vapores exhalāt, qui sua leuitate cerebrum petūt, & inde cerebrū ipsum infrigidāt, è quo postea infrigidati redeunt, & meatus obturāt, & inde redeūt ad cor ipsum, ipsum infrigidādo, quo calor hebefit, vt demū cessent sensuum actiones, q̄ cessatio somnus est, vaporibus postea resolutis rursus ad expergefactionem aīal surgit, q̄ rō docet ambulationem nō esse primum aīalis motum. Ex ijs patet quonā modo stellæ suis viribus

Quo Auer. com. 20.

An aīal moueatur ex se. Vide Albertū de somn. q. 5. huius.

Quod stellæ

in nos

agant in nos. Vide et Iand. q.6 huius, & Grand. Esc. lect.4. huius.

in nos agāt,& in intellectum,ꝙ res ꝑastronomis multum facit,& si expositores vt Them. Thomas, & Auer. rē hanc manifestā alteratione aptē,res vero est vtr intelligēda,tum ad occultas, tū ad manifestas motiones, vero in lib. Destru. Destru. disputatione.14.& in libro de interpretatione, & in secundo huius satis.

Tex.21.

Principiū uero considerationis id erit quidē, quod fuit & dictæ dubōnis. Cur nā aliqua eorū quæ sunt interdū quidem mouentur, interdū uero rursus quiescunt. Necesse itaq; aut uniuersa sp quiescere, aut uniuersa sp moueri, aut quædā moueri, quædā quiescere. Et horū rursus, aut ea quæ quiescūt sp quiescere. Aut uniuersa esse apta simul ut moueantur atque quiescant. Aut reliquū & adhuc tertiū, eorum uidelicet quæ sunt, alia sp immobilia esse, alia sp moueri, alia sēdm utrūq; moueri atq; quiescere posse, quod quidem à nobis asserendū est, habet.n. hoc eorum omnium quæ dubitantur solutionem, & huius nostræ tractationis finis est.

Repetit qōnem quę impertinēter fuit mota,& vtilitatē illius addit,& inquit. Principium vero cōsiderationis id erit quidem, qđ fuit,& dictæ dubōnis, quā mox repetit,& inquit. Cur nā aliqua eorum ꝙ sunt interdum quidē mouenť, interdum vero rursus quiescāt. Hæc fuit interposita, prosequēdo de dubōne. diuidit(vt Them. ait)& subdiuidit vniuersam naturam, & ſm pōnes hominis,& ſm rei possibilitatē,& inquit. Necesse itaque est aut vniuersa semper quiescere, vt Zeno autumat, aut vniuersa semp moueri, vt Hæraclitus, aut quædam moueri, quædam quiescere, vt Emped. huius tertij sub diuisionē subscribit,& inquit. Et horum rursus, aut ea quæ mouentur, sp moueri, aut eaꝙ quiescunt sp quiescere, aut vniuersa esse apta simul vt moueātur atq; qescāt, & quia nullus ponit neutra semper moueri & sp quiescere, hoc ꝓtermittens, dat vltimum, dicens. Aut reliquū & adhuc tertium, eorū videlicet quæ sunt, alia sp īmobilia esse, vt Deus & intelligentiæ, alia sp moueri vt cœli. Alia vtrūq; moueri, atq; quiescere posse, tunc addens cōsiderationis fructū, inquit, qđ quidem à nobis asserendum est pp duo, tum quia ꝑ hoc soluuntur oēs dubōnes, tum quia est finis nostrę ꝑtractationis. Auer. declarat ꝙ debeat esse aliquid sp quiescens, & hoc partim ꝑ declarata in.7. partim ꝑ declarata in hoc. 8. partim per sensum. per declarata quidem in. 7. nā ibi demonstratum est esse veniendū ad primū motum ex seipso, per sensum vero patet oēs reduci ad illū motū primum, in hoc.8. vero qua probatū est talē primum motum esse æternū. Et cum sit motū ꝑ se oē quod moueť egere quiescente. circa quod aut super qđ mouetur restat esse aliquod sp quiescens, qđ quidē esse nō pōt cœli, cum sensu patet moueri, erit igř terra, ꝙ sensu patet sp quiescere,& non tm̄ terra, sed aliud qđ rōne patet sp quiescere, videlicet primum motorē, qui non quiescit quiete propria dicta, sed æquiuoce, quia īmobilis est. Sed dices contra, qm̄ remotio motus cœli à quibusdā vt à terra est cā vt quiescat, appropinquatio est cā motus vt in igne. Sed declaratū est cœlū aliquibus esse ꝓpinquū, aliquibus remotū in.4.huius, igř qō fuit soluta igř nō est opus noua cōsideratione. Rńdet Auer. ꝙ ipse vult rē cōplete declarare, qm̄ quasi in semine & gñali quodā mō est expositū,& ita distinguere oīa vt cœpit.

An ex parte rerum factarum possit ostēdi mundū nūquā incepisse & an ex parte agētiū quorūcunq; probari possit mūdū æternū esse & an ex parte agētium per volūtatē possit hoc probari. Vide Egi.text. 20. huius.

Qua Auer. comen. 21.

Dubitatio. Vnde est quod aliqua semper mouentur, & aliqua sp quiescunt. Vide Egid.hic.

Tex.22.

Vniuersa igitur putare quiescere, & huius rationem ex quiescere, sensum ipsum postponendo, mentis est quædā imbecillitas. Insuperq; non de parte, sed de toto quodam est controuersia, quæ non solum aduersus naturalem, sed aduersus omnes sciētias, ut ita dicā, omnesq; opiniones proficiscitur, propterea ꝙ omnes motu utuntur. Amplius ut inficiationes principiorum in rationibus mathematicis, non ad ipsum pertinēt mathematicum, similiter & in cæteris id genus, sic id quod nunc dictum est refellere ad naturalē non attinebit, nā apud ipsum suppō est, naturam principium motus esse.

Nūc prosequitur de dicta diuisione siue subdiuisione vltimo facta,& excludit tria membra,& primo pōnem Zenonis,& ipsam excludit propter tria, tum primo, quia contra sensum, tum.2. quia non pertinet ad naturalem tm̄, sed ad omnes artes & scientias, tum tertio, quia est contra principia naturalis scientiæ, ad quę naturalis nihil debet dicere. De primo inquit. Vniuersa igitur putare quiescere,& huius rationem sophisticam exquirere(vt Zeno fecit) postponendo sensum ipsum, mentis est quædam imbecillitas, quæ pro tanto est, qa sophystica rationes dissoluere non valet, ꝙ hoc inquit. Arist. Topicorum Primo capite. 9. ꝙ non est dignum contra quascunq; opiniones aut problemata disputare, de quibus aliquis dubitans sensu aut pœna indiget. verbum illud putare, non est in græco codice, sed more attico prætermisit. De secundo inquit. Insuperq; nō de parte rerum, sed de toto quoddam ente & vniuersa amplectente est controuersia si ita dicatur, quæ nō solum aduersus naturalē Philosophum, sed aduersus oēs scientias(vt ita dicā)omnesq; opiniones siue artes proficiscitur, propterea ꝙ omnes motu vtūtur, artes quidē vt dirigentes motum aliquem, scientiæ vero, vt Philosophia naturalis considerando motum & mobilia, Mathematica, vtitur motu imaginario, dicens punctū motum facere lineam. Metaph. vero, quatenus de primis motus principijs tractat, quare destruere motum omnes turbat scientias, atq; artes, error vero cōis non est pertractandus à naturali. De tertio inquit, vt infectiones principiorum quæ græce dicuntur enstaseis, latine inficiationes siue importunitates in rationibus Mathematicis modo ad ipsum pertinent Mathematicum, similiter & in cæteris scientijs id genus, sic id quod nunc dictum est, refellere, ad naturalem non attinebit, nam apud ipsum suppositio est, naturam principium motus esse. Quare ad naturalem illius redargutio non attinebit. Circa hæc tria Auerro. declarat duo,& illorum affert rationes, quòd igitur negare sensus sit imbecillitas, eo probat, quia conclusiones ex principijs deducūtur, principia vero ex experimentis, experimenta aūt è sensibus proficiscuntur.2. Posteriorum, signum autem quia sermonum verorum experimentum atq; periculū est vt sensibus cōueniāt. Quod vero motū esse sit principium in scientia naturali, probat quia qui negat motum, naturam quoq; negat, nam natura per motū definitur. Qui vero negat naturam, negat naturalia, cū naturalia sint ob naturam, qui negat naturalia, negat subiectum scientiæ naturalis,& qui negat subiectum alicuius artis, contra eum non est disputandum ea in arte, cū principia non habeat, quibus disputare posit.

An verum sit quod dubitās de motu dubitet de toto ente. Vide Gratiadeū Escul. lect. 5. huius.

An omnes sciētiæ vtātur motu Vide Gratiadeum Escu. lect. 5. huius.

Qua Auer. comen. 22.

Quæstio. Prima positio. Vide Albe de sax.4. huius. quæstionis.

Asserere aūt uniuersa moueri est ēt ferræ falsum minus tamen doctrinæ fines egreditur, nā in naturalibus positum est naturam principium esse pari modo motus & quietis, tamen motus naturale magis esse uidetur.

Excludit secundum membrum quod Heracliti est positio, videlicet ꝙ oīa moueantur, per hoc ꝙ est contra scientiam naturalem, licet minus erronea. Contra quidem naturalem scientiam, quia destruit quietem, cu ius

ius natura est pari modo principiũ, veluti ipsius motus. Minus vero erronea, aut vt dicit expositor, quia negat qnietem, q̃ est prima priuatio quædã vix perceptibilis, aut quia suppõnis naturalis cõcedit partẽ, videlicet motũ, partẽ vero negat. Sed ea pars quã cõcedit potior est. Quærunt hic iuniores, vtrũ oĩa corpora mundi sp̃ moueanť localiter. Sine argumentis rñdent, ꝙ de posse oẽ corpus naturale mundi moueť. De inesse vero q̃dã nõ mouenť, tũ de terra, tũ de aĩalibus, q̃ quiescũt vt sensu patet. Sed hæc põ stare nõ põt, & ꝓbo ꝙ oĩa mũdi corpora naturalia sp̃ localiter mouenť, de cœlis quidẽ nemo dubitat. De igne vero & aere patet, tũ ꝑ altissimos mõtes, vbi aer & ignis moueanť raptu cœli, cęteræ aeris ꝑtes vẽtis agitanť, rursus continuo est alteratio aeris & corruptio ex vna parte, igr̃ rarefit versus illã, ex alia gñatio, igr̃ condensatio, & ita sp̃ in motu. De terra vero & aqua probať, de terra quidẽ, qa ex vna ꝑte iminuiť ꝑp actiones solis & stellarũ circa eã, & cũ centrũ terræ debeat esse centrũ mundi, terra mouebit se, faciẽdo se versus centrũ vt æqualiter sit in medio. Sed qm̃ ad motũ terrę sequitur motus aquæ, quæ supra ipsa est, & ipsam insequiť, ẽt aqua vẽtis agitať, rursus aqua moueť motu lunæ, vt patet ad motũ aquæ insequẽtis terrã, sequitur motus pisciũ veluti vehãtur, ad motũ terrę mouẽtur vecta aĩalia cũcta, igr̃ nihil est latione penitus ĩmobile aliqua hora. Pro rõne Aris. dicendum ꝙ Aris. vult esse contra naturã oĩa moueri ꝑ se, nam aĩalia per se quiescere patet, licet motu vectionis per accñs moueri possint. Et sic saluatur definitio naturæ. Similiter ad sensum apparet quædã quiescere per se, licet stet ipsa moueri motu imperceptibili, & fortasse si hunc in modum intellexit Heraclitus bene dixit. Aristo. n. non contra sensum, sed contra verba processit.

Tex. 23. *Insuper asserunt ẽt aliqui nõ eorũ quæ sunt aliqua nõ moueri sed uniuersa, atq; sp̃. Latere tñ illud nostrũ sensum, quibus et si non distinguunt, quonã motu an omnibus dicant, nõ est difficile occurrere, non. n. fieri potest ut continue quicquã increscat, & decrescat. Sed est & interstitium.*

Ponit cauillũ Heraclitanorũ, dictum. n. est oĩa in motu esse, occurrit Arist. contra, quia hæc contra sensum sunt. Soluit ꝑm Heraclitanos, & inquit. Insuper ẽt asserunt aliqui nõ eorum q̃ sunt aliqua nõ moueri, sed vniuersa atq; sp̃, latere tñ illud nostrum sensum, & sic non contradicit sensui põ illa, sed latet illum. Cõtra obijcit Arist. vbi debes scire ꝙ oĩa esse in motu semper põt intelligi dupliciter, aut oĩa esse in motu sp̃ sc̃dm oẽs motus species, vt sit dicere quodlibet moueri qualibet motus specie. verbi cã, Socrates moueať gñatione & corruptione, auctione, ĩminutione, latione, & alteratione, hoc sp̃. Auer. oĩa esse in motu non oĩbus spẽbus motus sed vna sola, vtpote, aut auctione, aut latione, aut talia tali. duo igr̃ facit Aris. nã primo cõtradicit prĩo sensui, & inquit, quibus & si nõ distinguunt, quonã motu, an oĩbus dicant, nõ difficile occurrere. Occurrit igr̃ prĩo sensui, & declarat nihil posse simul & semel increscere & decrescere, & inquit, non. n. fieri põt vt continue quicquam simul increscat & decrescat, sed inter decrementum & accrementum est interstitium, vbi corpus consistit neq; accrescẽs, neq; decrescens. Hęc contra primum sensum, & hunc in modum exponit Them.

An physicus debeat supponere motũ esse Vide Egi. hic.

Insuper etiam sermo iste per similis est ei qui est de formatione lapidis à gutta, et discussura saxorum è stirpibus, quæ inde pullulant, non. n. si tantum discuteat stirps, aut fodiat

E *guttæ, & dimidium in dimidio temporis forauit aut discussit prius. Sed uelut in nauis tractu, ita quoq; tantum tot guttæ terebrant, licet pars illarum nulla in aliquo tempore identidem minuat. Nam q̃q̃ id quod diminuitur in plures diuiditur partes, in nulla ipsarum adempta est seorsum, sed in totum id abijt, perspicuum igitur non necessarium esse semper quicquam demi ex eo, quia imminutio in infinita sectilis sit, sed interdum totum minui.*

Consutauit primum sensum, quo quis dicere posset quolibet moueri semp qualibet motus specie, nũc confutat secundũ, videlicet ꝙ non omnia moueanť continue aliqua motus specie. Et syllogismus est, non oĩa moueanť cõtinue auctione, aut alteratione, aut latione, moueť. Sed oẽ quod mouetur auctione, aut alteratione, aut latione, igitur non oĩa mouentur, aliqua motus specie continuo. De ratione primo probat ꝙ non oĩa
F continuo augenť, deinde ꝙ non oĩa continuo alterentur, demũ ꝙ nec continuo ferantur. Primum probat sic, sicut est deformatione lapidis è gutta, & diuisione saxorum è planetis, quæ inde pullulant, ita de auctione. Sed cauatio lapidis à guttis, & diuisio saxorũ à planetis non fit continue, igr̃ nec auctio. Minor declaratur qa ita est de cauatione saxi & diuisione, vti de nauis tractu, modo pñr plures applicare se naui, & nõ trahẽt, accessu tñ vnius fit tractus, igitur & de cauatione identidem est asserendum. Litera patet translatione.

Similiter ẽt & in quauis alteratione, non. n. si id quod alteratur in infinitum diuisibile sit, propterea & alteratio. Sed persæpe subitaria est ut congelatio. Amplius cum ægrotauerit quispiam, tempus fieri necesse est, in quo cum conualebit, non amplius in temporis fine mutabitur, nam in sanitatem mutari necesse erat, & ad aliud nihil. Rursus censeres con
G *tinuo alterari, ijs quæ perspicua sunt admodum est aduersari, nam alteratio in contrarium est transitio. Demum lapis nullus aut durior aut mollior unq̃ factus est.*

Quod non oĩa continuo alterenť probat primo, qa cõgelatio interdum subitaria est, q̃ tñ alteratio. 2. quia ęger qui in sanitatẽ it, donec it, vr̃ alterascere, sed postq̃ conualuit apertissime ab eo motu quiescit. 3. oĩs alteratio contrarijs arcetur, non igitur in infinitum proficiscit. 4. nemo vidit tanto præsertim tp̃e lapides duriores molliores ue fieri, sed ęquales sp̃. Ex ijs patet nõ oĩa sp̃ alterari, qđ est ꝑm ꝓpositũ. Aris. probãdo ꝙ nõ oĩa sp̃ moueanť vna aliqua spẽ motus cœpit ab auctione, huius cãm affert Auer. qa hæc dubõ est facta ab aduersarijs in motu auctionis & diminutionis. Credebãt. n. ꝙ sit cõtinua auctio in aĩalibus, & ita inferebãt in oĩbus alijs motibus, ꝑpca Arist. cœpit ab auctione. Vlterius
H accepit Arist. ꝙ non oportet si quid augeatur in anno vt in quolibet tẽpore augeatur, & non dedit rationem.

Qua Auerr. cãm. 23.

Primum dictũ Auerrois.

{Auer. affert cãm} quia tunc diuideretur digitus auctus in anno in tot partes actu, quot sunt anni partes actu, qđ pro impoñ omittir. Et vr̃ ꝙ in hac rõne supponat Auer. auctionẽ fieri per minima, quia vt dictũ est in lib. de Gñatione auctio est gñatio quædã, quælibet aũt gñatio est per minima, igiť ꝙ auctio. Scđo supponit minimum in instanti fieri, tunc arguit, si minima aucti responderẽt instãtibus tp̃is, tunc tot minima aucti essent in parte digiti, quot instãtia in anno, quod est aperte falsum. Tertio accepit Aristo. ꝙ cauatio facta à guttis, non oportet vt fiat partialiter ꝑ vnãq̃q; guttã, sed tota simul ab vltima in virtute cęterarũ hoc Auer. probat, quia si in qualibet parte tẽporis guttationis fieret

An in alteratione sit dare

quietem ergo interpolatamoto mediam. Vide Egi.hic.

ret aliqua partiũ diminutio, & continua & successiua, tunc cauatum esse non fieret nisi post desitionem infinitorum in actu, hoc etiã p idẽ declarari pôt, supponendo nihil posse minui plus & minimum, neq; augeri plus q̃ ad maximũ. Secũdo quodlibet minimũ nõ pos se fieri nisi i instãti, tũc arguit. si igit cuilibet parti temporis rñdet aliqua diminutio, cũ illa non possit esse minor minimo. tunc cuilibet parti tpis rñderet minimũ, igit cũ partes temporis sint infinitæ, erunt & minima infinita quæ fuerunt diminuta, & quã minimum sit res actu, igitur erit diminutio lapidis post diminutionem infinitorũ in actu. Sed monet Auer. dubitationẽ Ioannis, oam. 6. huius cuiuslibet motus negauit primũ. Hic vero cuiuslibet motus videtur dare primum. Rñdet q motus potest dupliciter cõsiderari. Vno modo vt exit ad actũ, & sic habet primũ. Alio modo vt in potentia & sic nõ habet primũ. Iuniores exponũt q motus pôt accipi vt exit atq; desinit in quietem. Alio mõ vt continuus est in se, Primo mõ in omni motu daĩ prima pars, quæ pars erit illa, quæ desinit in primam quietem, quæ pars pro tanto dicit subitaria, pro quanto quietis acquisitio est subitaria, & vt continuus non habet primã partem neq; vltimam. Sed hoc stare nõ pôt, nã motus exolutus in quietem est quies & non motus. igit hoc Auer. dictum esset de quiete. Ioãnes dixit in. 6. q motus pôt accipi dupliciter. vno modo pro forma fluẽte. alio modo pro fluxu. primo modo motus est prima pars vt minimum de quolibet gñato. 2. modo non est dare. Qđ etiam stare nõ pôt, qm fluxus tam cito est quã cito forma est. igit si forma est subito, & eius fluxus etiã. Aliter dixi etiã q motus pôt considerari sub ratione generis, & sic illius nihil est primũ, aut sub ratione spẽi, & sic solus localis est successiuus & cõtinuus vt dicet ipse. Hæc in. 6. dicta sunt non semel. Vlterius Philosophus probauit contra antiquos alteratioñẽ esse continuã contradicere per se notis, vbi Auer. ait hãc rationem esse dialecticã: oam per ipsam declaraĩ id quod non per se patet, videlicet an omnis motus sit continuus, nam fm rei veritatẽ solus localis est continuus: & nullus alius. hoc probat: quia si quid augeaĩ per digitum in anno: nõ videlicet augeri in qualibet parte temporis sensibili atq; possibili demõstrari: vt accidit in motu locali. Prĩo, quia tunc in vno essent infinita minima actu. Cõtra casum, vbi diximus fieri per digitũ auctionem. Deduco consequentiam supponendo non posse fieri auctionẽ nisi per minima, secũdo minimum nõ posse fieri nisi in instanti, tũc arguo, si auctio fieret cõtinue in toto anno, oportet vt fiat per minima minimum nõ pôt nisi vno instanti fieri, igitur si debet esse continua, debet fieri in oĩbus anni instantibus. Sed instantia sunt infinita, igitur minima erunt actu infinita. Secundo arguit. si auctio esset cõtinua in anno, quot partes sensibiles essent in anno, tot essent in aucto, & vocat vt ait partẽ sensibilem quæ potest sensu aut tactu apprehendi. Cõsequentia hæc patet, consequens est impossibile, quia pôt augeri aliquid in dccc annis per digitũ, vbi patet sensibiles partes tẽporis esse plures q̃ illas digiti. Ex ijs infert contra Alpharabiũ non esse de definitione motus cõtinuitatẽ vñter, hoc est vt quilibet motus sit continuus, nã hoc nõ conuenit nisi motibus localibus. In cæteris vero non est continuitas nisi fm apparẽtiã pro quãto sensus nõ discernit inter primũ & secundũ minimũ cũ tps inter acquisitiones illorũ sit imperceptibile. Secdo cõtra Alpharabiũ infert nõ oẽm actionẽ & passionẽ esse

Vide Bur.hic.

An sequatur q alteratio est in continuum nõ qd iteratur non super alteratur. Vide Egi. &c.

A se cõtinuã, sed solũ eã qua motus agiĩ aut recipiĩ localis, vtrũ vero hęc quę Auer. hic dixit, sint vera, & pp qd sunt vera, in. 6. nõ semel disputauimus, nũc vero id non ignores velim, ea quę Auerro. ait esse vera ex suppositionibus suis, quibus positis illa sequuntur. Verum est vna contradictio, nã Auer. Tertio huius cõmen. 6. ait, q ex definitione motus apparet continuatio motus, motus. n. qñ quiescit, erit psectio eius qđ est in actu. Hic aũt ait cõtra Alpharabiũ oppositũ. Ioãnes in qõne glossat de auctione totali, cũ. n. aliquod augeri incipit, non augeĩ continuo vsq; ad finem totalem auctionis. Hæc Ioannis rñsio est contra textum, nã Auer. vult q auctio fiat non continua, quia fit per minima, quorum quodlibet fit in instanti, quia vbi fieret per minima, & minimũ in instãti, tũc esset aliqđ infinitũ actu, vnde in oĩbus dictis suis Auer. sumpsit vt suppositiones oẽs motus præter localẽ fieri p minima, & quodlibet minimũ B fieri in instanti, & per hæc duo oẽs cõsequẽtiæ suæ patent. Rñdet aliter q auctio fit in instãti, & nõ est cõtinua quo ad gñonem quæ antecedit illã. Nec hoc valet, qm si gñatio fit in instãti, cũ illa fiat p minima, & quodlibet minimũ sit quantũ, generabiĩ quãtitas cuiusq; minimi subito, & ita auctio erit etiã subita. Propterea tolli pôt contradictio p verba sua met, nã in Tertio huius vult vt appareat continuitas non quidem vniuersaliter oĩbus motibus, sed indefinite loquiĩ. Hic aũt ait illã indefinitam verificari pro locali tm̃, & ita nõ est cõtradictio, & si cõsideres verba, non inuenies contradictionem. Quærit Ioannes an alteratio sit motus continuus licet hæc quæstio in libro de generatione sit tacta, & in Sexto huius, propter Ioannis perfidiam, breuibus tanquã. Tenet igitur Ioan. q alterario est cõtinua & diuisibilis in infinitum quo ad partes formæ siue qualitatis quæ per ipsam acquiritur, quo vero ad partes subiecti est finita, & nõ continua. Sed hæc stare nõ possunt, C & suppono primo q omnis generatio siue secundum quid siue simpliciter fit ad esse aut simpliciter, aut secundum quid. Secundo suppono de mente Auerrois, omne ens naturale esse determinatum ad maximũ & minimum vt probat Auer. 6. huius. cõmen. 91. Tũc argno sub tãta quantitate siue gradu qualitas est producibilis, sub quanta est nata esse, patet hæc per primam, quia gñatio est ad esse, igiĩ sicut est apta esse, est apta generari. Sed per secundã quælibet res nõ pôt esse sub minori minimo, igiĩ nec produci qnare & quo ad subiectũ, & quo ad qualitatis partes, oportet dicere q fiat per minima. Secundo suppono q sicut nullũ agens pôt agere quantũlibet minus, sic nec quãtũlibet minus patiens pôt pati, & sic dicatur oppositum, est volũtariũ, D nam ita agit ipsum agens per suã formam, vt patiens etiã per suã patitur, & hoc maxime in passione accidentali. Tunc arguo quotiens agens & patiens sunt determinata ad primũ, effectus erit determinatus ad minimum. Sed agẽs nõ pôt agere quantũlibet minus, igiĩ nec patiens pati, igitur effectus erit certæ quantitatis gradualis. Quod vero agẽs nõ possit agere quantumlibet minus graduater arguiĩ, quia si posset agere quantũlibet minus gradualiter, posset diminui ad quantũlibet minus, nam ad minorationem potentiæ seqniĩ minoratio magnitudinis, nã in minori quanto est continuo minor virtus. Tertio si aliqua qualitas potest produci quantũlibet gradualiter minor, aliquod agẽs posset eã producere, nã cuilibet virtuti passiuæ correspondet actiua. Sed nullũ esse pôt agens cuius actio posset

Contradictio

Responsiones Ioan.

Prima Confutatio.

Propria responsio. Confutatio.

Respõ. propria

Quæstio Ioan. And. q. 7. hu. Pro Ioan.

Confutatio.

An alteratio sit diuisibilis in infinitum. Vide Iand. q. 8. huius.

esse quantumlibet minor vt Auer.probat in.6.commen. 91.& alibi,quia sic actiones nõ essent fines virtutum, igitur nulla potest esse qualitas quantumlibet minor. Propterea oportet dici ꝙ si alteratio est finita & subita ria ex pte subiecti quãti,ita ex parte gradus erit finita huius rõnes ꝑquirere in.6.& longas declarationes,

ANT. *Insuper etiam de ipsa delatione mirum est, si lapis latuit deorsum deferri,aut in ipsa tellure manere, Praeterea ipsa tellus, & caetera id genus necessario manent proprijs in locis, & ab his violenter mouentur. Quod si quędã ipsorum proprijs sint in locis,necesse erit non omnia loco moueri. Quod igitur fieri non possit aut ut omnia semper moueantur: aut oia semp quiescãt,ex his,& caeteris id genus credet aliquis.*

Quod nõ oĩa semper delatione siue motu locali mo tu moueantur,astipulante sensu,atq; ratione declarat. Sensu quidem,quia mirum esset latere sensus nostros lapides montes,atq; saxa immensae vastaeq; magnitudi nis moueri, quae aduertẽtibus nobis in ipsa tellure ma nere cernimus.Ratione vero,nam si quaedã naturaliũ corporum proprijs in locis naturaliter manent, non oĩa necesse est moueri,modo tellus ipsa & caetera id ge nus necessario manent proprijs in locis,& violenter ab illis mouentur,igitur nõ omnia necessario semper mo uentur.Huius primo accepit minorem,quae fuit antecedentis positio,& inquit.Praeterea ipsa tellus & caete ra id genus,& aqua & aer & ignis necessario per naturam eorum manent in proprijs locis,& violenter inde mouẽtur. Deinde accipit maiorẽ:inquit.Quod sit quędam ipsorũ proprijs sint in locis, infert conclusionẽ & epilogat rem,& sermo ipsa translatione patet.

At uero neq; fieri potest ut alia semper moueantur, alia semper quiescant, & nihil interdum quiescat,& interdum moueatur. Nã ut antea dicta dicendũ est fieri non posse & haec nequaq̃,uidemus enim in eisdem dictas mutationes fieri.

Erant & qui ista statua credebant esse corpora , vt quae mouentur,semper motum pati,quae quiescebant, sine motu esse contendebant,ita vt nihil processus idẽ interdum moueretur,interdum quiescere,quae positio tertio in membro dictae diuisionis erat: & attributa Empedocli.Aduersus quos Arist.à stipulatione sensus inuehit,cum visus doceat violentos quosdam,& contra naturam motus haberi à quibus nonnunquam capiuntur corpora, nonnunquam absoluuntur.

Insuper etiam is qui contendit,apertissimis rebus aduersatur, nam auctio non erit,neq; uiolentus motus, si non praeter naturam mouebitur prius quiescens. Praeterea generationem tollit & corruptionem sententia haec,penè quoq; etiã ipsum moueri,nam fieri quoddam & corrumpi uniuersis ui detur. Ad quod enim aliquid mutatur,hoc fit aut in hoc. Ex quo uero mutatur,hoc corrumpitur,aut hinc: Quare perspicuum rerum esse nonnullas quae mouentur interdum, & quae quiescunt.

Secũdo obijcit per rationem etiam sensatã, nã is qui ita dicit aduersatur eis quae sunt manifesta naturae, primo quia tolletur auctio & diminutio, secundo tolletur violentus motus, tertio tolletur generatio & corruptio. Demum & quarto tolletur oĩs motus. Auctionẽ quidem, nam qui dicit augmentabile semper augeri, motum auctionis proficisci in infinitum contendit, talis autem nullus esse potest, quare auctio nulla erit. Simili ratione,& de diminutione. Violẽtum vero mo tum,quia violentus motus esse non potest,nisi sit ali-

An qui negat quietem de get generatio-

E quid extra naturam motũ,quod prius naturaliter quie uerat,quare si nullum quiescens potest moueri, motus demetur violentus.Generationẽ vero atq; corruptionem,qm̃ nihil generatur quod prius non quieuit sub non esse,nihil corrumpitur,ꝙ etiam subesse non quieuit,quare si ꝙ quiescit,non moueri potest,haec tollentur. Demumq; tolletur omnis motus, deducit, nã oĩs motus est generatio simpliciter in qua hoc fit simpliciter.aut generatio secundum quid, in qua hoc fit in hoc vt album in corpore.Similiter omnis est corruptio aut simpliciter,aut secũdum quid,igitur si tolletur generatio,omnis etiam motus tolletur. Propterea concludit esse rerum nonnullas quae mouentur interdum, quaeq; quiescunt.

an & corruptionem. Vide Egidium.

Auer.vero declarat fundamentum dictarum positionum.Fuerunt.n.tres.Heraclitus enim dixit oĩa sem F per moueri.Zeno omnia semper quiescere. Epicurus rerum mundi quasdam moueri ,& semper moueri, quasdam quiescere & semper quiescere, & nihil esse quod idem secundum rem moueatur & quiescat, oẽs autem sustentantur in hoc ꝙ apparẽtiae sensibiles sunt falsae,& si videant verae,quod est principium omnium suarum sophisticarum captionum. Per hoc enim Heraclitus ait omnia moueri secundum rem, apparere vero non omnia,ꝙ cum apparentia sit falsa, veritas est,vt omnia moueantur. Zeno omnia quiescere secundum rem,apparere vero non omnia quiescere,& quia apud ipsum apparentia est falsa, restat vt nihil moueatur secundum rem.Epicurus ait, quae quiescunt secundum rem quiescere,apparere vero moueri quae mouentur secundum rem,apparere quiescere.Sed quia apparentiae sunt falsae,restat vt quae quiescant, secundum rem semper quiescant,quae vero mouentur similiter. Sed di G ces quis sit modus cõtradicẽdi his positionibus. Auer. respondet, ꝙ omnes istae positiones sunt vniuersales, illa quidem Heracliti ꝙ omnia semper moueantur, & illa Zenonis ꝙ omnia semper quiescant, vniuersales sunt de tẽpore,& de suppositis.Illa vero Epicuri vniuersalis est de tempore tantum, quia eorum quae sunt quaedam ait semper moueri,alia omnia semper quiescere quae sunt propositiones quo ad supposita particulares,quo vero ad tempora, vniuersales.Modus igitur contradicẽdi est per particularem. vniuersali enim de suppositis cõtradicit particularis de suppositis, vniuersali de tempore,particularis de tempore,quare positionibus Zenonis & Heracliti cõtradicere possumus per particularem suppositorum,si quaedam aut nõ mo ueantur aut non quiescant, & per particularẽ de tempore si interdum sic, interdum non omnia quiescant, H aut moueantur.Epicuro vero solum per particularẽ de tempore est opponere, vt si non semper quae mouentur,moueantur,& quae quiescunt,quiescant, at tenentibus quaedam interdum moueri, quaedam interdũ quiescere,per particulares non cõtradictoriae sunt,sed subcontrariae,sed contradicendum est per vniuersalẽ. Haec Auer.confuse & in mala lingua dixit. Cur vero ablata generatione & corruptione omnis motus tollatur.Auer.vltra vires textus aliquantulum euagatus tamẽ affert rationẽ, quia generatio est finis omnium motuum alterationis quidem nemo dubitat,auctionis vero pro tanto, vt augmentabile ad tantam veniant quantitatem, vt generare possit. Delationis vero, quia coelestis motus finis est secundus, animalis vero terreni finis est nõnunq̃ primus, vt dicetur. Qua rõne fit

Quae Auer. commen. 24.

Dubitatio. Auer Responsio.

An quia concedant quod quaedam quiescant semp quiescit tollãt generatio. & corruptio. an tollãt oĩm motum. Vide Contra. Escu.lo.3. bona.

fit vt ablata generatione omnes demantur motus, si quidem ablato fine, cætera in finem auferri necesse fit.

Tex.25. *Arbitrari uero cuncta interdum quiescere, atq; interdũ moueri, hoc iam adiungẽdum est ad olim dictas rationes. Verum principium rursus identidẽ quod cœpimus prius agendum est à modo determinatis.*

De quarto membro, remittit se ad dictas iã rationes, non erat hoc membrum. Emp. positio, qui tenuit omnia moueri interdum, & interdum rursus omnia quiescere. Propterea nonnm principium facturus, intentionem proponit, & inquit. Verũ principiũ rursus idenndem quod cœpimus prius. videlicet per diuisionẽ rerum, agendum est à modo determinantis.

Tex 26. *Aut enim uniuersa quiescunt, aut uniuersa mouentur, aut eorum quæ sunt, hæc quidem mouentur, illa uero quiescunt, & sic hæc, aut cuncta nunc quiescunt, nunc mouentur, aut ipsorum alia semper quiescunt, alia semper mouentur, alia uero interdum quiescant, interdum moueantur necesse est.*

Hæc diuisio potest fieri s̃m oĩa membra facta iam in textu, tamen inueni eam sub his mẽbris, ꝙ autem omnia mundi corpora & res quiescant, vt dicit Zeno, aut vniuersæ res mundi mouentur, vt dicit Heraclitus, aut eorum quæ sunt in mundo hæc quidem mouenꝰ, illa quiescunt, quod esse potest pro nunc bisariam, aut modo Empedoclis, ꝙ nunc quiescant omnia, nũc moueãtur omnia, aut modo Epicuri, ꝙ ipsorum vna pars sit in motu semper, alia semper in quiete. Alia membra non inueni in codicibus græcis. Tu vero potes supplere per ante dictã. Et verbum illud, & si hæc, adie ci in verbis græcis, & fortasse in lib. meo litera est corrupta. sed q̃a hęc sunt falsa, nõ ẽ hoc dignũ multa curiositate.

Quod quidem igitur fieri nõ possit ut uniuersa quiescãt, dictum quidem est, & prius, dicamus autem & nunc. Nam si reuera ita se habeat, quemadmodum quidam dicũt id quod est infinitum esse & immobile, modo sensu ipso eorum quæ sunt quædam non moueri, quædam & plura moueri uideantur. Sitq; aut opinio falsa, aut opinio saltẽ, motus quoq; erit. Insuper si apparentia etiam aliquando uidetur esse ita, aliquando aliter (apparentia enim est & opinio) motus aliqui uidebuntur esse.

Obijcit contra Parmenidem & Melissum, & eos qui sectantur illos, & primo narrat positionem eorum, & inquit. Quod quidem igitur fieri non possit vt vniuersa quiescant, dictum quidem est & prius, dicamus autẽ & nunc. Deinde arguit contra eos ex dictis suis, quia aliter argui non potest cootra negantes prima principia, & inquit. Nam si reuera, ita se habeat, quemadmodum quidam dicunt, id ꝙ est esse infinitum & immobile vt Melissus dummodo sensu ipso eorum quæ sunt quædã videntur non moueri. quædam & in maiori numero videntur moueri. Sitq; etiam de mente eorũ aliqua opinio falsa, concedenda, aut saltem sic concedenda opinio, quod negare non põt, quia se opinari vt opinantur de quæsito nõ negabunt, sequitur ex oĩbus bis ꝙ motus erit. Confirmat istud dicens. Insuper si apparentia videtur aliquando esse ita, aliquãdo aliter, cum apparentia sit opinio, motus, aliqui videbuntur esse saltem in opinionibus, & apparentijs constituti. Motiuũ itaq; Aristote. est ad opinantem, qui concedit se opinari, aut apparitionem se uariam habere.

Sed de hoc quidem considerare, & eorũ rationem quærere, quæ melius habemus quam si ratione egeremus, hominis est id quod est melius, & id quod est deterius, & id quod

A *est credibile, & id quod non est credibile, deniq; principium & non principium male discernentis.*

Quia ratio fuit ad hominem, & posset dici ꝙ petit motus esse in ratione, quasi sese excusans, inquit. Sed de hoc quidem considerare, & eorum rationem quærere quæ melius habemus quam si ratione egeremus, qua id probari posset, hoc est quæ sunt per se nota, hominis est id quod est melius, & id quod est deterius quo ad actus morales, & id quod est credibile, & id qđ nõ est credibile, quo ad dialecticos syllogismos, denique principium, & non principium quo ad demonstrationes male discernentis. Quare contra hos non opus est consideratione vlteriori.

Similiter autem impossibile est & uniuersa moueri, aut alia moueri semper, alia quiescere semper. Ad hæc enim oĩs una est sufficiens fides, quia uidemus quædam interdum moueri, interdum quiescere, quare perspicuum similiter fieri nõ posse, ut omnia quiescant & omniã moueantur cõtinue, propterea quia quæ mouentur semper moueantur, & quæ quiescunt, semper quiescant.

B

Quæ ipse dicit, translatione patent, verum in conclusione quam epilogat, inquit, quare perspicuum similiter fieri nõ posse, vt omnia vnius medietatis rerũ quiescant, alia omnia alterius medietatis moueantur continue, propterea quia quæ mouẽtur, semper mouenꝰ, & quæ quiescunt, semper quiescunt. Hæc de his mẽbris.

Debes scire ꝙ sensibilium quædã apparent & sunt vera, vt motus est & res mobiles sunt, quædã apparẽt & non sunt vt fractio baculi in aqua, & colores in hitride. Quædam non apparent & sunt, vt solem esse vniuersa terra maiorem. Hæc Auerro. modo patet ea quæ dicit, Melissus esse cõtra sensibilia quę apparẽt & sunt. Propterea fides optima est per sensum, Quæ Auer. cõmen.26.

C

Reliquum igitur cõsiderãdum est, utrum uniuersa eiusmodi & moueri & quiescere possint. An quædam sic quidẽ, aliqua uero quiescunt semper, quædam autem mouentur semper. Hoc enim nobis demonstrandum est. Tex 27.

Mouet quæstionem circa reliquum, & veritatẽ statim determinat, & inquit. Reliquum igitur cõsiderandum est, vtrum vniuersa eiusmodi quæ in mũdo sunt, & moueri & quiescere possint, vt Empe. soluit, & inquit. An quædam de quidem indifferenter possunt moueri & quiescere, vt elementa & mixta. Alia vero quiescunt semper vt substantiæ separatæ siue cẽtrum & poli, quædã aũt semper mouentur vt cœli. Hoc enim pro determinatione quæstionis nobis demonstrandũ est.

Eorum itaq; quæ mouent, & quæ mouentur, alia quidem per accidens, alia uero per se mouent, & mouentur. Per accidens quidem, ut ea quæ in his sunt quæ mouent, aut mouentur, & quæ per partem, per se uero non, quia insunt ei quod mouet aut mouetur, mouent aut mouentur, neq; quia pars aliqua sui mouet uel mouetur. Eorũ aũt quæ per se mouentur, alia quidẽ à seipsis, alia uero ab alio mouẽtur, itẽq; alia quidẽ natura, alia aũt uiolẽta, atq; præter naturã mouẽtur.

D

Pro declaratione solutionis factæ præmittit diuisionem eorum quæ mouent & mouenꝰ, & vult ꝙ mouentium & mobiliũ, q̃dã per se, quædã per accñs sunt talia. Ea quæ mouent vel mouenꝰ per accñs, subdiuidit in ea quæ mouent vel mouentur, vt in alijs contenta, vt acc idẽtia propter subiecta, & nauclerus propter nauem. Aut in ea quæ mouẽt per partem, vt sanatur Callias quia oculus sanatur. Erat autem Quarto huius, ipsum

An omne quod mouet aliquid per se moueat, & quod est in eo per accidens. Vide Scot. de. 3. q. quarti. q. 6.

ipsum per accidēs in alijs contentū adhuc subdiuisum, in id videlicet, qđ pōt esse deorsum vt nauta in naui, & pars siue mēbrum in toto, & in id quod seorsum esse non poterat vt accidentia. Per se vero ea moueri vel mouere dicuntur propter duplicem priuationem, quia videlicet non mouentur in alijs contenta, nec propter aliquam eorum partem. Quęq; vlterius possunt diui di, quia aut mouent & mouētur à seipsis, hoc est & inchoatiue, & executiue, vt animalia, quæ & à seipsis incipiunt, & motum continuant. Alia vero per se mouentur, quia non in alio, neq; per partem, sed ab alio motū habere incipiunt, Et hæc subdiuidi possunt, quia si ab alio motum sumunt, possunt illum sumere ipsis per naturam conferentibus, & hæc dicuntur mota per se natura, vel non conferentibus per naturam, & violenter mota dicuntur. Hæc est omnis diuisio.

Id enim q̃ à seipso mouetur, natura mouetur, ceu animalium unumquodq;, nam animal à seipso mouetur. Ea uero in quibus principium motus inest, ipsa natura moueri dicimus. Quocirca uniuersum quidē animal natura seipsum mouet, corpus tamen & natura & præter naturam moueri potest, interest enim quali motu moueri contingit, atq; ex quali elemento constat. F

An corpus animalis moueatur naturaliter dum seipsum mouet animal. Vide Egid. hic & Aue.

Dubitabis an in his quæ à seipsis mouentur possit inueniri motus natura & præter naturam. Respondet ꝙ in his quæ mouentur à seipsis, vt animalia, inuenitur motus secundum naturam ꝙ præter naturam. Habendo respectum quidē ad animal totum, secundū quod animal, natura mouetur. Probatur, ea quæ mouentur à principio in ipsis, natura mouentur, animalia mouenť à principio in ipsis, igitur natura. Habendo vero respectum ad corpus, potest animal secundum naturam & contra naturam moueri, secundum naturam quidem si motus sit secundum naturam elemēti prædominantis, vt in animalibus grauia corpora habētibus motus, deorsum est secundum naturam, in animalibus habentibus corpora leuia, vt dęmones, motus naturalis est sursum. Contra naturam vero, si contra naturam elementi prædominātis moueať. Interest enim quali motu moueri contingat, & ex quali corpore constat, nam pro ratione corporis elementi prædominantis est motus naturalis, contra rationem illius est præter naturā. Et ita patet ꝙ in his quæ à seipsis mouentur, est motus naturalis & contra naturam. G

Insuper etiam eorum quæ ab alio mouentur, quædam natura, quædam præter naturam mouentur. Præter naturam quidem, ut terra sursum, & ignis deorsum. Adhuc & partes animalium persæpe præter naturam mouentur propter positutas ipsius q; motionis modos. H

Secundo penes, an in his, quæ ab alio mouentur, sit dare motum secundū naturā & præter naturā. Respondet & declarat ꝙ sic, & inquit. Insuper etiam eorū quæ ab alio mouentur, quædā natura, quædā præter naturā mouenť, pra tet naturā quidē vt terra sursum, & ignis deorsum, ꝙ si terra deorsum, ignis sursum moueātur, motus erit ſm naturā, Addit etiā idē reperiri in partibus siue mēbris aīalium, vt Secundo de Historia aīalium dicit circa principiū, cum. n. brachia humana flectuntur ad anterius, motus est ſm naturam positionis brachij & speciē motus. Cū cōtra fit vt in tortura, motus est violentus, similiter & in cæteris partibus.

Quæ Auer. comm. 27.

Auerroes vult ꝙ Arist. nunc velit facere aliud principium, quo ad aliquod motū à seipso primū deuenien dum esse probeť. Et vult omnem declarationē sustentari in duabus propositionibus. Prima est ꝙ oē quod moueť habetur motorē. Secunda, ꝙ oīa quæ mouenť reducuntur ad aliquod quod mouetur à principio in ipso, qđ est penitus immobile. Ex his enim ad primum mobile & primū motorē nos deducet. Et si dices istud declaratum est in. 7. iam responsionem innuit, quòd in septimo deductū est ad pͥ mū mobile, primū motorem & primum motum, in Octauo probatū est antea primum motum esse perpetuum, nunc quasi congregando oīa per alias diuisiones & subdiuisiones simul idem conducet. Et ita non superfluit Septimus, vt Themist. credit. Vlterius quæri pōt cur in diuidēdo ea quę mouent & mouentur, incepit declarare ea quæ per accidens mouentur. Et reddit causam Auer. quia per se mota describūtur per duplicem negationē eius ꝙ est per accidens. Dicūtur enim per se moueri ea quæ nec in alijs contenta, nec per partes mouentur. Ecce quō per duplicem negationem describuntur. Et ita ipsum per accidens est notius ipso per se, vt multotiens priuatio est notior habitui. Vlterius Auer. declarat differentiam inter motum cœli, & animalis mortalis, & vult ꝙ motus cœli sit naturalis ratione animæ & ratione corporis, quoniam cœlum non habet in suo corpore principium contrarium motum, quo ipsa anima est apta mouere, est. n. omnis anima. vt anima mouere apta circulatione. Cœlum aūt cum ad cōtrarium non trahat, iure motus ille naturalis, tum ratione partis mouentis, tum ratione partis motæ, vtrū vero de ratione aīæ sit mouere circūlatiue, & an alio modo, et vtrū corpus cœleste habeat aliud principium aīæ, ipsi repugnans, in libro de Substantia orbis est dictū, nūc vero sit dictum intantū. Sed circa hæc quærunt primo vtrum animalia moueantur à seipsis, & videtur ꝙ non, quia aīal moueť à sua anima, anima non est animal, igitur animal non moueť à seipso. Hic primo videamus quid sit mouēs & quid sit motum in aīali. Deinde de quæsito. Quantum ad primum Ioannes vult ꝙ mouens per se & id quod mouet, & id ꝙ per se mouet, est anima ipsa. Motum vero per se, & quod per se mouetur, est corpus mixtum atq; in actu actualitate alterius formæ præter animam. Hęc asserit ꝓpter multas Auer. auctoritates, vt in isto Octauo cōmē. 27. & 28. & 30. & alibi pluries. Sed istud est delirare, primo si anima per se mouet, & est ꝙ mouet, igitur est completa in specie. Deducitur cōsequentia, omne illud cui debetur aliqua operatio p se & specifica, est completum in specie apud omnes Philosophos, cuiussuis opinionis, vt in lib. de intellectu dictum est. Similiter per idem sequitur, corpus præter animam consideratum esse completum in specie, quoniam sibi debetur aliqua operatio propria & specifica, vt potē te cipere certum motum. Hæc omnia sunt falsa, quia tūc anima corpori non vniretur, nec corpus animæ. Secundo quæcunq; nō differunt in esse specifico, nec differunt in specie operationis, nam esse antecedit operationem, & operatio est sequēs ad esse, modo aīa & corpus in esse specifico nō differūt, cū vnū esse habeant in specie ad constitutionē cōpositi, vt oēs sentiunt, igitur vnam operationē, quare nō pōt anima esse per se mouens, & corpus per se motum. Tertio videť ꝙ nec corpus sit per se motū præter aiam, quia auferať aīa p intellectum à corpore, corpus aut est in actu aut in potentia. Si in potentia, igitur non moueť, omne enim ꝙ mouet est, vt dicit Quinto huius. Si in actu, aut p formam specificam,

Differentia inter motū cœli & animalis.

Prima. q. de motu aīalis.

Pō Io. and. q. 9. Ioan.

Confutatio potis Ioan.

ſpecificam,aut per genericam,non per ſpecificã, quia etiam apud ipſum duæ formæ ſpecificæ, & vltimæ eſſe non poſſunt in eodem compoſito, igitur in actu generico, Tunc arguo, actus genericus non reſiſtit motui, quoniam poteſt eſſe indifferens omnibus indifferentijs motus, igitur motus animalis eſſet ſine reſiſtẽtia intrinſeca, contra Auer.in.4.huius.cõmen.71.

Pō propria.

Multa alia dici poſſunt contra Ioannem, quæ robur habent ex ipſa veritatis declaratione. Propterea dicamus ꝙ in motu aĩalis aliud eſt ꝙ mouet ſiue mouetur, & aliud quo mouet vel mouetur. Id enim ꝙ mouet & ꝙ mouetur eſt animal, ipſum totum, vt dixit Ariſt.in litera, & Themi. quoniam ipſum eſt completũ in ſpecie, & qđ eſt perfectum & vniuerſum. Quo vero ipſum ſeipſum moueat, eſt anima, nã ipſa eſt actus & animalis perfectio. Sed de eo quo ipſum à ſeipſo moueatur differendum eſt non vna ratione. Remotiſsimum enim quo vnumquodq; mouetur eſt materia, quæ eſt prima receptionis cauſa, vt in.9.Meta. cõmen.2.ab Auer.colligitur, vbi propter hoc ait formas liberatas à materia nullatenus pati. Proprior adhuc ratio recipiendi motum erit corpus mixtum in actu mixtionis apud Auerroẽ. Sed ratio proxima recipiendi motum eſt anima ſpecifica, & vltima. nam oportet id quod mouet eſſe in actu, igitur id quo res eſt in actu eſt illud quo mouet, aĩa igitur erit quo animal ſeipſum mouet, & quo à ſeipſo mouetur.

Dubitatio. Reſponſio.

Sed dices non eſt idem ratio mouendi & recipiendi motum. Dico ꝙ aĩa ea ratione qua forma eſt, principiũ eſt quo animal ſeipſum mouet. Et vero ratione, qua eſt in materia, eſt principium quo animal à ſe mouetur. Hæc de principijs motus aĩalis.

Poſitio Ioan. de ſecundo.

De ſecundo reſpondet Ioannes ꝙ animal mouere ſe à ſe poteſt intelligi, aut vt à principio proximo, & ſic eſt verũ, quia mouetur ab anima, quod eſt principium proximum quo mouet ſeipſum, aut vt à principio quomodolibet, & hoc modo non mouet ſe ab intrinſeco, ſed concurrit appetibile, quod eſt motor remotus.

Confutatio.

Sed nec hoc eſt bene dictũ, nã vt.12. dicitur Meta. cõm.36. appetibile in anima mouet affectiue vt forma balnei in aĩa mouet vt dicit Auer. igitur cum ipſum appetibile ſit in aĩa eadem propinquitate anima erit principium & forma appetibilis rei.

Pō aliorum. Vid Alber. de ſom.qō.5 ...

Sorticolæ autem dicunt ꝙ aĩal dicit̃ mouere ſe, quia mouere poteſt ſe ad aliquod abſq; motore extrinſeco ipſum mouẽte, licet bene ante habuerit, vt patet in expergefactione animalis, vbi animal mouetur non per nouam ſpeciem appetibilis, ſed ante ſomnum fortaſſe antiquitus ſeruatam. At grauia & leuia nunq̃ moueri poſſunt ſine motore extrinſeco.

Confutatio.

Hæc poſito non placet, quia eſſet differentia inter motum animalis & rerum naturalium ſolum de raro contingenti, ꝙ credo Ariſt. non voluiſſe.

...propria reſpõ.

Melius igitur dico ꝙ animal dicitur moueri à ſeipſo, quia à forma vel contento in ſui ipſius forma, & licet moueatur ab appetibili, non mouet̃ ab illo vt eſt extra animal ipſum atq; ipſius animam, ſed vt eſt in anima, nam balneum extra animã mouet vt finis, ſed in anima vt afficiens, & ita animal dicetur moueri à ſeipſo per excluſionem principij motiui externi. Tunc patet ad rationem.

...ecunda qō ...ã.lãd.q 10 ...nimę. ...eſponſio no... ...expoſitoris ...gid. hoc.

Quærunt ſecundo, vtrum motus animalis ſit naturalis, & videt̃ ꝙ nõ. Primo, quia contra Auerroem, qui in libro de Subſtantia orbis, animalis motum ait eſſe voluntarium. Secundo, quia tunc graue naturaliter fertur ſurſum, quonã animal naturaliter mouetur ſurſum ſaltãdo, igit̃ quodlibet illius, et ita corpus graue. Nouus expoſitor à quo A accepit Ioan. ait animalis motum eſſe naturalem in propoſito, vt naturale diſtinguitur contra violentum. Tunc ait ꝙ motus naturalis eſt naturalis toti animalĩ, & in eo ꝙ animal eſt, & corpori etiã quatenus corpus perficitur per animam.

Secũda pō. vide ĩ Bur. hic.

Eſt tamen violentus corpori quatenus graue. Alij dicunt vnum motum eſſe naturalem vni & violentum alteri, vt in propoſito motus animalis ſurſum eſt naturalis animali, violentus corpori naturalis.

Vide & Gratiad. Eſcu. le. 7 huius.

Nec repugnare videtur aliquid eſſe toti naturali, ꝙ parti eſt violentum, vt in caſu in quo poneretur terra perforata ab vna parte ad aliam, & molare per foramen deſcenderet, vbi patet totũ naturaliter ferri ad centrũ, licet nonnullæ partes in caſu poſſunt aſcẽdere.

Pō Auer.

Auerro. autem in libro de Subſtantia orbis, & in cõmento innuit, ꝙ motus animalis eſt duplex, vnus qui eſt animæ tm̃, cui corpus non cõtra operatur, & hic di B citur ſimpliciter animalis, vt ipſius cœli motus. Alius eſt mixtus ex naturali & violento. vt motus aĩalis progreſsiui. Hic enim nõ poteſt eſſe pure naturalis animali, quia tunc in motu ſuo non defatigaretur, igitur eſt naturalis per admixtionem violenti, dicitur tamen naturalis à prædominio, quoniam in animali omni plus eſt de anima, quam de corpore, & ſic intelligit Ariſto. ſi recte percipis. Hæc de motu animalium.

Tex.28.

Maxime itaq; id quod mouetur, ab aliquo moueri in his quæ præter naturam mouentur, perſpicuum eſt. Propterea q. ab alio ipſa moueri patet. Poſt uero hæc quæ præter naturam mouentur, in his perſpicitur, quæ natura quidem mouentur, ſed à ſeipſis, ut animalia ſunt, non enim in his obſcurum eſt, an ab aliquo moueantur, ſed quoniam modo diſtinguere oportet id quod mouet, & id quod mouetur, ut enim C *in nauigijs & his quæ non natura conſtant, ſic & in animalibus id quod mouet, & id quod mouetur diuiſum eſſe uidetur, atq; hac ratione uniuerſum ipſum aĩal ſeipſum mouere.*

Procedit nunc ad probandum ꝙ omne quod mouetur ab alio mouetur. Et primo rẽ ipſam patere in rebus quæ violentia mouentur aſſerit, nã vt aſſerit Themiſt. nihil ſe contra naturam moueret, niſi externa vis cogeret, & alienus impulſus. Sed de his quæ naturaliter mouentur, ſolet quæri an ab alio moueãtur, at animalia quidem ſine dubio ab aliquo moueri neceſſe eſt, quia q̃uis neq; ab alio, neq; extrinſecus moueantur, diſcretio tamen quædam mouentis & moti ratione deprehenditur, neq; in hoc vt ait eſt vis, an animalia moueantur ab aliquo, cum conſtet illa moueri ab aĩa, Sed de eo eſt quæſtio, quonam pacto aſſerri ſeorſum poſsit in animalibus id qđ mouet, & id quod mouetur. cui D Ariſt. obiter facile occurrit, nam quemadmodũ in naui, & his quæ nõ naturæ ſunt opera, ita in animalibus partes, quæ mouent ab his quæ mouent̃ diuiſiuæ ſunt. In hunc itaq; modum dici poteſt totum animal ipſum ſe mouere, tam & ſi habeat intra ſe id quod mouet, vel fortaſſe intellige ſic, ꝙ in violenter motis patet primo moueãtur ab aliquo, & patet quid illuc ſit, quia eſt motor intrinſecus, ſcilicet anima. In his vero quæ ab alio mouentur, non eſt dubium ipſa moueri ab aliquo, ſed eſt dubitatio quis ſit in illis motor, & hoc ſubdit ſtatim. Quæ ait tranſlatione patent.

RECOGNITIOENS.

ARiſt. cum dubitaſſet de aĩalibus parte illa, videtur enim quaſi ſoluens, ſoluit ſm̃ opinionẽ Platonis, & dicit duo. Primum ꝙ aĩalia moueri ab aliquo patet, quoniam mouent̃ ab anima, ſecundum ꝙ ſit dubium,

quo mõ oportet accipere id qđ mouet.f.ipſam aĩam id quod mouetur. An, vt perficiens corpus, vt Ariſ. an vt appropriata corpori veluti nauta naui, & velle videt an materia è qua mouetur corpus animalq́; ipſum eſſe in corpore per appropriationem ſicut eſt nauta in naui, dicit.n. hoc dicto {videt enim vt in nauibus, & his quæ nõ natura conſtãt} id eſt arte confectis, {ſic, & in animalibus eſſe diuiſum id quod mouet,} {& id quod mouetur, & ſit totũ ipſum} aĩal {ſeipſum mouere,} ecce q̃ vult aĩam eſſe ſecundum appropriationem modo quo motor eſt in naui. At in. 2. de Anima reprehendit rem hãc aſſerens aĩam eſſe in corpore, vt perficiẽs quid, non autem vt mouens tantum. Dicendum Ariſ. hic tranſiſſe ſecundum cõiter loquentes, qm̃ vtroq; modo poteſt ſtare, & cum non expoſcit materia propriam opinionem, Ariſt. loquitur vt plures.

Tex. 29. *Maxime autem ambiguum eſt reliquum membrorum diuiſionis ultimo dictæ, nam cum eorum quæ ab alio mouẽtur, quædam præter naturam diximus moueri, quædam derelinquuntur contraponi, quia mouentur natura, hæc ſunt quæ dubitationem afferunt à quonam mouentur, ut leuia et grauia. Hæc enim ad oppoſita quidem loca ui mouentur, ad propria uero, leue ſuapte natura ſurſum. ad graue deorſum fertur. Sed à quonam moueantur, non eſt perſpicuum adhuc, quẽadmodum ſi mouerentur præter naturam.*

F Erat vna quæſtionis pars in animalibus, quo nã modo id quod mouet & id quod mouetur erant diuiſa, altera vero quæſtionis pars, à quonam inanima mouentur, cum naturaliter mouentur. Quod vero ad verba attinet, illa pars, quædam derelinquãtur cõtraponi, quia mouent natura, ſuperflua eſt, & quo ad ſenſum tranſlationis debet ſic dici, nã cum eorum quæ ab alio mouentur, quædam præter naturam diximus moueri, quædã
G natura, hæc ſunt quæ dubitationẽ afferunt à quonam mouentur. Verum vt fidelior eſſem, illa etiã verba nolui prætermittere.

Que Auer. comen. 28. Auer. vero duas affert rationes, quare Ariſt. repetit demonſtrationẽ. 7. Lib. in qua probauit q̃ oẽ qđ mouetur, ab aliquo mouet. Prima eſt, quia remanſit in illa dubitatio de elemẽtis, vt igit q̃onem in elemẽtis diluat, cogit demonſtrationẽ omnẽ è principio repetere. Secundo, quia diſperſim in. 7. &. 8. de illa demonſtratione multa dixit, nũc vult illa congregare. Iuniores vero addunt tertiam, quia in ſeptimo de ea dictũ eſt vtendo motu in cõi. Hic vero deſcẽdendo ad ſpẽs, motu vtet.

An graue & leue moueantur à ſe. vide Scot. di. 2. ſecundi. q. 10.

Et nãq; dicere hæc à ſeipſis moueri impoſsibile eſt, uitale enim eſt illud & animantium proprium.

Quod hæc in anima à ſeipſis nõ moueantur, arguit primo, quæ mouentur à ſeipſis, viuunt, inaĩa nõ viuũt,
H igitur non mouentur à ſeipſis. Maior, eſt declarata in libro de Anima, ibi enim dictum eſt viuum à non viuente, & animal ab inanimis ſenſu & motu diſcerni.

Conſiſtere etiam ipſam à ſeipſis poſſent, dico aũt ut ſi ambulandi idem ſibypſi cauſa ſit, etiã nõ ambulandi cauſa erit.

Secũdo arguit, omne q̃ mouet à ſeipſo põt ambulare & conſiſtere à ſe: ſed inanima non poſſunt ambulare & conſiſtere à ſe: igitur non mouentur à ſeipſis.

Rurſus ſi in ipſo igne ſtatutum eſſet ſurſum ferri, patet in eodem etiã ſtatutũ eſſe deorſum ferri. Abſurdũ. n. eſt uno duntaxat à ſeipſis moueri motu, ſi ipſa ſeipſa mouent.

Tertio ſi inanima, vt ignis, à ſeipſis mouerent, poſſent moueri ſurſum & deorſum. Abſurdum enim eſt vno duntaxat à ſeipſis moueri motu, ſi ipſa ſeipſa mouent,
E veluti aĩalia, quæ nunc ſaltant, nũc currunt, nunc tripudiunt, ſurſum deorſum, progreſſum, ceſsim in latus incedunt.

RECOGNITIONES.

Hic poteſt ſignari quarta ratio, & erit hæc, ſi inanimata mouentur à ſeipſis, tunc irrationabile erit ea moueri vno motu ſolum à ſeipſis, quoniam oẽ qđ mouetur à ſeipſo, pluribus motibus moueri poteſt.

Tex. 30. *Rurſum quonam modo fieri poteſt ut continuum aliquid atq; copulatum ipſum ſeipſum moueat, nam quo aliquid unũ & continuum eſt non per tactionem, eo paſsionis eſt expers, quo uero diſſeparatum eſt, eo aliud agere, aliud pati aptum eſt, neq; ergo ipſorum aliquid ipſum ſeipſum mouet, quando id copulatũ ſit, neq; aliud continuũ ullũ. Sed in unoquoq; diſtinctum ſit mouẽs ad motũ neceſſe eſt. Ceu in rebus inanimis intuemur, cum aliquid animantium illas mouerit.*

F Quarto arguit, nullum continuum quod in ſuis partibus eſt copulatum mouet ſeipſum: quod probat, nã quo aliquid vnũ & cõtinuum eſt non per tactionẽ, ſed per veram continuationem eſt vnum & cõtinuum, eo paſsionis eſt expers, quo vero diſſeparatũ eſt, eo aliud agere, aliud pati aptum eſt. dixit nõ per tactionẽ, quia aĩal poteſt ſeipſum mouere, quia non eſt cõtinuum vera vnione, ſed membrorum tactione, ſumit igitur maiorẽ, & inquit, neq; ergo ipſorũ aliquid ipſum ſeipſum mouet, quando copulatum ſit, & penitus continuum, neq; vniuerſaliter aliud continuum vllum ſeipſum mouere poteſt. Sed in vnoquoque diſtinctum ſit mouens ad motum neceſſe eſt. Cuius ſignum affert dicens. Ceu in rebus inanimis intuemur, cum aliquid animantium, vt homo illa mouerit vt lapidem & id genus, eſt igitur maior, nullum continuum vera continuatione
G ſeipſum mouet. Cui poteſt addi minor, ſed elementa ſunt continua, igitur ipſa ſeipſa non mouebunt.

An quo ratione Ariſt habent rebus q. grauia et leuia nõ mouẽt ſeipſa. Vide Egi. hoc. et Grana. Eſc. le. 7. hum.

Que Auer. comen. 30. Auer. vero ex textu videtur colligere tres rationes. Prima in omni eo q̃ mouetur à ſeipſo oportet vt motor ſit diuerſus à re mota aut definitione, aut eſſe. Definitione quidem, vt in animalibus, vbi animá quæ eſt motrix non quidem diuerſa eſt à corpore, ſed definitione atque ratione, ſiquidem eſſe non poſsit ſine corpore, ſed bene definiri. Eſſe vero quomodo in motu violento motor differt à re mota. Sed in rebus inanimis neq; diffinitione, neq; eſſe motor à re mota diuidi poteſt, igitur illa à ſeipſis moueri non poſſunt. Sed obijcit Auer. nam elementa componunt ex materia & forma, vbi patet materiam diſtingui definitione à forma. Et ita poteſt elementum ſeipſum mouere, quia ratione formæ poterit eſſe mouens ratione materiæ poteſt eſ-
H ſe motum. Reſpondet Auer. q̃ non tantum motor debet ratione diſtingui à re mota, ſed actu, ita videlicet vt id quod à ſe mouetur, diuidatur in motorẽ, & rem motam in actu. Modo ipſa materia nõ poteſt eſſe mota in actu, cum ſit ens in potentia pura. Ex hoc (vt inquit) ſequitur q̃ ſi elementum moueret ſe idẽ eſſet mouens & motum eodẽ modo vt ſecundũ formã, nã non exiſtens in actu niſi ſecũdum formã, quare ſm̃ formã erit actu mobile, & actu motor. Sed hæc quã ratione debeant intelligi in quæſtione de motu grauium diſputabitur. Secundo arguit ex litera, omne quod mouet à ſeipſo, eſt contiguũ compoſitũ ex partibus cõtiguis: At ipſa inanima non ſunt contigua, igit non mouent à ſeipſis. Tertio nihil cõſimiliũ partiũ mouet ſe. Elementa ſunt conſimilium partiũ, igitur nõ mouẽt ſe, & omnes

Dubitatio Auer.

Reſponſio Auer.

nes istæ rationes vim habet vnã, nec in textu est nisi vna ratio, vt vidistis. Hæc tamẽ sunt fortasse additæ.

Tex. 31. *Sed contingit etiam hæc ab aliquo semper moueri, quod quidẽ pspicuũ fiet nobis diuidentibus causas, si in mouẽtibus liceat sumere quæ dicta sunt. Horum itaq; alia præter naturã motiua sunt, ceu claua ferrea põderis motiua est nõ natura. Alia uero natura, ut actu calidũ eius motiuum est, quod est potestate calidum. Similiter autem et in cæteris id genus. Mobile quoq; id natura est, quod potestate est, aut quale, aut quantum, aut ubi, cum in seipso principium tale habuerit, & non per accidens. Erit enim idem & quale & quantum, sed accidit alterum alteri, & non per se inest.*

Soluit quæstionem, & primo proponit solutionem, & inquit. Sed cõtingit etiã hæc ab aliquo semper moueri, est igiť cõclusio, vt aĩalia & violẽter mota ab aliquo mouenť, ita etiã hæc semper contingit ab aliquo moueri. ꝙ quidem ait fieri notũ diuidentibus causas, si in mouentibus ipsis liceat sumere diuisiones quæ dictæ de ipso mobili sunt. Est igiť diuisio pro solutione quæstionis ꝙ motiuũ bifariam ẽ, Aliud qđ sua natura mouet. Aliud qđ præter naturã, aut non s̃m naturã. Verbi causa, claua ferrea, quæ græce est omocbla, latine etiã vectis, siue ferreũ instrumentũ, põdus vt saxũ mouet, non tamen suapte natura, nã mouere põt illud sursum contra naturam ferri, actu vero calidum vt ignis natura mouet lignum, ꝙ est potestate calidũ. Et vt de ipso motiuo dictum est, & de ipso mobili idem dici põt, nã id diceť mobile natura, cum in seipso est potentia aut quale aut q̃tum, aut vbi, aut aliquod aliorũ generũ, ita videlicet vt in seipso tale principiũ habuerit per se, & non per accidẽs, põt.n. idẽ numero esse sua natura quale & quantum, sed s̃m diuersas rationes, & quatenus vnum alteri accidit, similiter põt aliquid esse potentia quale, vt calefactibile, cui accidit vt sic, vt sit potentia vbi, similiter esse potest aliquid potentia vbi, vt graue deorsum, cui accidit vt sic esse potestate calefactibile. Sic igitur id est natura mobile, ꝙ quatenus tale hẽt in seipso principiũ recipiendi illud. Ex hoc haberi põt qd est mobile nõ natura, nã erit illud quod in se quatenus tale principiũ nullũ habet, quo sit aptum esse tale.

Ignis igitur & terra aliquo mouentur, ui quidẽ cũ præter naturã, natura uero cũ sua ptãte suos ad actus uergunt.

Hac distinctione facta declarat intẽtum, & syl͂s est, inanima cum moueať vi ab aliquo moueť, cum mouentur natura, ab aliquo mouentur. Sed hæc non possunt nisi vi, aut natura moueri, igitur semper ab aliquo ipsa mouebuntur. Ideo ait. ignis igitur & terra ab aliquo mouentur, vi quidem, cum præter naturam ab aliquo traduneť, natura vero cũ sub ptãte quã in se hñt suos ad actus vergunt per motorẽ etiam exterum.

Que Auer. cõmen. 11. Auer. in commen. declarat pulchre quare aliquid ꝙ moueť ad vnũ nõ põt per se moueri ad aliud, vt si aer mouetur ad qualitatem per se, non põt p se ad quantitatem moueri. causam affert, quia tale est p se mobile, quale est in actu mouens, sed agens siue mouẽs nõ põt per se largiri nisi vnũ, vt secũdo de generatione dr̃, igitur mobile nõ põt moueri nisi ad vnũ, qua rõne fit vt aer si mouetur ad frigiditatẽ ab ipsa aqua, non p se mouebitur ad q̃titatem minorẽ, sed solũ per accidẽs, quatenus ad infrigidationem sequiť condensatio. Vlterius colligit Auer. in textu grauia & leuia in rei veritate moueri à generãte, ceu cętera accidẽtia illis propria, dãs.n. formã, dat accidẽtia consequẽtia formã, & ita vt gene

A rans dat elemẽtis leuitatẽ, & grauitatẽ, ita dat motum. Sed dices contra, quia tunc non moueret naturaliter. Nã oẽ qđ moueť naturaliter, mouetur à principio interno. Innuit Auer. solutionẽ, ꝙ hęc moueť naturaliter naturalitate principij passiui, & nõ principij actiui, veluti plura generabilia, generãtur naturaliter naturalitate principij passiui. & non actiui, vt vnũ elementũ ex alio. Ecce q̃ñ in his duobus cõmentis de motu horum Auer. euariat, de quo postmodum dicemus.

Dubitatio Auer. Solutio.

Tex. 32. *Quoniã aũt potestas multifariam dicitur, hæc est causa ut non pateat à quonam talia moueantur, ceu ignis sursum, terra deorsum, diuerso nãq; modo potestate sciens est, qui discit, & qui iã habet, et nõ contemplatur, at cum actiuum & passiuũ semper simul sint, id quod potestate est, euadit nonnũq̃ actu tale, ceu discens quod potestate est, redditur rursus potestate aliud. Nam qui scientiam habet, & nõ contem B platur, aliqua ex parte potestate sciens est, sed nõ ut erat antea quam disceret, at cum sic se habet, nisi aliquid prohibeat, operabitur atq; cõtemplabitur, aut in contradictione, ignoratione que erit.*

Arist. solutionẽ q̃õnis asseruit, sed quia solũ illa fuit breuis, & obscura, vlterius eam vult declarare. Primo tamẽ præmittit causam suæ latentiæ, & inquit. Q̃m aũt potestas multifariam dr̃, hæc est causa vt nõ pateat à quonam talia moueantur, ceu ignis sursum, terra deorsum, cã igitur obscuritatis solutionis est multiplex significatus verbi ptãs. Qđ declarat dicens diuerso nãq; modo ptãte sciens est, qui discit, & qui iã hẽt, & nõ cõtẽplatur. Et hoc ẽ qđ iuniores aiũt, nã ptãs ad formã, dr̃ essentialis ad actũ primũ, potestas ad opationẽ formæ post formæ receptionẽ est accidentalis ad actũ secundũ. Hanc distinctionẽ explanat, & ideo vr̃ mihi ꝙ C melius, itera legereť cũ vna redditiua causæ, videlicet, q̃m, aut quia, aut enim, aut aliud id genus, q̃ cũ aduersatiua, quã trãstuli, videlicet at, aut, sed, & id genus, lege igitur sic, nã cũ actiuũ & passiuũ semp simul sit, id qđ ptãte est, euadit nonnũquã actu tale. Ceu discẽs quod ptãte est tale à præceptore redditur actu sciẽs, sed postea vlterius redditur, rursus ptãte aliud vt ptãte contẽplãs. Nã qui sciãm hebet, & nõ cõtẽplatur, aliqua ex parte ptãte sciens est, sed non vt erat antea, q̃ disceret, sic igitur illud est ptãte tale primo modo, quod ab actiuo fit actu tale. Deinde declarat quid est ptãte tale secundo modo, & inquit, at cum sic se habet in actu primo, nisi aliquid prohibeat, vt desidia, occupatio, aut voluntas operabitur & cõtemplabitur, aut erit priuatũ actu prĩo, videlicet in cõtradictione, quæ est ignorantia dispositionis, aut in ignoratione negationis, sic igi D tur patet dr̃ia inter ptãtem primo mõ, & ptãtem secundo mõ, quæ differẽtia est causa obscuritatis dictæ.

An graue & leue inaiatum moueat seipsũ. Vide Egi. 1. 30. Vide & Iãd q. 11. huius & Alb. de saxo. q. 6 huius & Gart. t. 28. hu. et Bur. te. 33. huius & Gratia. Es. te. 8. huius.

Simili mõ sese habẽt, hæc & ipsis in rebus naturalibus, frigidũ.n. ptãte calidũ est, cum aũt mutatũ est, iam est ignis, atq; urit, nisi quippiã prohibeat, et impediat, nõ aliter quoq; res sese hẽt & circa graue & leue. Ex graui nãq; ipsum leue fit, ceu aer ex aqua, hoc.n. erat primo ptãte, & iam est leue, atq; continuo operabitur, nisi quid obstet. Est aũt ipsius leuis actus alicubi eẽ, atq; sursum prohibetur uero cũ in cõtrario loco cõstituitur, hẽt ẽt sese res silr, & in q̃to et quali.

Facta distinctione, eã applicat ad res inaĩas vt satisfaciat promisso. & vult ꝙ similiter res ipsa se habeat in naturalibus rebus, ꝙ, videlicet aliquid esse potestate dicatur bifariam. Nã frigidũ potestate calidum est, ante

videlicet ꝗ calefiat, cum autem mutatum est & iam calefactum, est ignis, atq; vrit, nisi quippiã & prohibeat, & impediat, nõ aliter quoq; res sese habet & circa graue & leue, ex graui nãq; ipsum leue fit, ceu aer ex aqua, hoc.n. ipsa aqua erat primo potestate anteꝗ fieret aer, & iam est post hoc actu leue, atq; continuo operabiẽ, nisi quid obstet, sic igitur in rebus naturalibus duplex est potestas, vna quidem ante rem, quę est ad formam, & hæc dicitur essentialis ad actum primũ, alia post rẽ, quæ est ad formam, & hæc dicitur essentialis ad actum primum, alia post rem ad operationẽ illius, quã acquisiuit, formæ, & hæc diciẽ accñtalis, declarat aũt nonnulla, quibus in processu vsus erit, & inquit. Est aũt ipsius leuis actus alicubi esse, videlicet sursum, prohibeẽ vero cum in contrario loco constituitur, nã à medio resistente, vel ipso detinente prohibetur ne sursum fit. Addit ꝙ similiter res hæc se habet in quanto quo ad au-ctionẽ, & in quali quo ad alterationem. Hæc est distinctio & applicatio distinctionis ad res naturales.

Vide & Sco. 9. me q 2. & 4. de diuisione potentia.

Tamen illud quæritur propter aliter quid grauia & leuia in sua loca mouentur, causa est quia ipsa apta sunt aliquo moueri, atq; quia hoc est ipsiur grauir, & leuis esse sursum atq; deorsum loco distinctum.

Interponit solutionem cuiusdã quæstionis, quã nõ vt soluat, interponit, sed vt oñdat quæstionis ruditatẽ atq; irrationabilitatem, solet.n. quæri ab antiquis in. 2. Cœli quare graue deorsum, leue sursum fertur, & multæ erãt solutiones antiquorũ, nunc Arist. ostendit quęstionem esse rudem, nam quæstio eo ipso ꝙ grauis nã perficitur & leuis, soluitur, est aũt grauis esse siue definitio deorsum ferri, leuis vero sursum, vt igitur nihil est quærere quare graue est graue, aut leue, leue sit, ita cur illud sursum, istud deorsum feratur, rude est quærere.

Aliquid itaq; potestate leue aut graue pluribur est modis ut dictum est, nam cum aliquid aqua sit, potestate quodã modo est leue, & cum id aer est, adhuc id potestate est, contingit enim prohiberi, & nõ sursum esse, sed si quod prohibet, amotum sit, operabitur, atq; continuo sursum fiet. Similiter etiã quale ipsum ab actu tale mutatur, mox enim cõtẽplatur qui scientiam habet, nisi aliquid obstet, quantum etiam extendetur, nisi quid impediat, qui uero impedimentum atq; obstat dimouit partim mouet, partim non mouet, ut qui columnam diuellit, aut qui lapidem ab utre, qui est in aqua dimouit, per accideus enim mouet, ceu pila repulsa nou à pariete, sed ab eo qui proiecit, est mota. Quod igitur uihil horum ipsum seipsum moueat, perspicuum, sed motus habet principium, non mouendi tamen atq; agendi sed patiendi,

Ex ijs. Respondet nunc ad formã quæstionis, & verificat demonstrationem, solutio est ꝙ grauia & leuia, & cũcta inaĩa per se, & de potẽtia essentiali, mouentur à generante, per accñs vero & de potẽtia accñtali à remouente prohibens, qua solutione habita patet ꝙ nihil horũ ipsum seipsum mouet, sed solũ sui motus principiũ est pasiuũ, actiuũ vero principiũ extrorsum est, Inquit. Aliquid itaq; ptãte leue est aut graue pluribus modis, vt dictũ est, nam cũ aliquid aqua sit vt pluuia, ipsa quodã mõ ptãte leue est, quia conuerti põt de potentia essentiali in leue. Et cũ id siue ea portio aquæ aer est, adhuc id ptãte est, nõ quidẽ leue, sed ad locum sursum. Cuius causam ait, & inquit. Cõtingit.n. prohiberi & nõ sursum esse. Sed si qđ prohibet, amotũ sit, operabitur statim atq; cõtinuo sursum fiet. Similiter etiam quale ipsum ab actu tali mutaẽ, vt discens à pręceptore.

Qño grauia et leuia et dicuntur moueri à generante. Vid Egi. t. 31. huius. Vide & Bur t. 33. huius & Gratia. Esculo. 8. hu.

E Mox.n. cõtemplaẽ, qui sciam habet, nisi aliquid obstet vt occupatio, desidia, aut voluntas, quantum etiã qđ nũc ab alio est auctũ excedetur, nisi quid impediat. Ex ijs habere vult ꝙ per se eiusmodi à generante moueñ, deinde qũo per accñs & à quo moueantur, declarat, & inquit. Qui vero impedimẽtũ atq; obstaculũ dimouit, partim mouet, partim non mouet, vt qui columnã diuellit à tẽplo, aut qui lapidẽ ab vtre qui in aqua est, dimouit, per accidens.n. mouet ille pondus supra colũnã hic vtrẽ. ceu pila repulsa, nõ à pariete, sed ab eo qui proiecit est mota, sic motus leuiũ & grauium non à remouente prohibens est per se, sed ab eo qui genuit. Tunc verificat demonstrationem & cõclusionem, quæ dicit vnumquodq; moueri ab aliquo, & inquit. Quod igitur nihil horum, ipsum seipsum moueat, perspicuum, sed bene illorum vnumquodq; motus habet principiũ, nõ F mouendi atq; agendi motũ, sed patiendi illum. Hæc est Arist. solutio. Auer. cõ. pñti potentia ad formã, vocat essentialem ac naturalem, & vult talem potentiã esse materiam ipsam. Qua ratione fit vt graue sit in potentia essentiali naturali, & prima ad motum sursum, quatenus per suam materiã est aptũ fieri leue, & mox sursum ferri, potentiam vero ad actũ post formæ acquisitionẽ vocat violentam, atq; accidentalem, violentã quidẽ, quia motus & quies sursum ipsi leui naturalis est, igitur potentia ad illũ violẽtia erit accidentalis, quia non per naturam eius, sed ob impediens, sed hæc res diligẽter est declarata cõ. 4. Et ex hoc potest dari duplex motor vt Auer. plane dicit, essentialis siue per se, vt generans, accidentalis siue per accñs, vt remouens prohibens. Est aũt generans, vt ait, agens quod rei motæ per se tribuit formam, & mediãte forma oĩa accidentia naturalia il-G li, quorum vnum est motus ipse, sua ratione materia ipsa videẽ proprie moueri hoc motu, qñ ipsa proprie est quæ formã recipit, mediãte qua cætera capit accidentia, remouens vero prohibens est illud qđ non dat formã, sed tollit impedimentum. Et si dices, hoc fieri nõ põt, quia si quam cito dat formã, daret motũ, cũ formam det in non tempore, motũ etiam daret in nõ tpe. Iuniores dicunt verbũ Auer. esse intelligendũ de oĩbus accidẽtibus quæ acquiri possunt merito generationis, & ita excludunt motũ. Sed hoc est cõtra Auer. qui hęc verba ponit, vt habeat motũ fieri à generãte. Ad hoc pluribus modis fuit dictũ in cõ. 4. nũc vero dici põt ꝙ dat motum nisi aliud impediat, impedit aũt mediũ resistens, vbi vero medij resistentia esset amota, generans simul daret formã, & sursum locũ, quẽ non per motũ, sed per subitam acquireret mutationẽ, & hoc si extra H locum generaret. De hoc in cõ. 4. satis. Illud vero quod Auer. interloquẽdo ait, videlicet ꝙ aer moueẽ sursum de potẽtia essentiali. nõ absolute est intelligendum, sed hoc mõ ꝙ aer est id de quo fieri põt ignis sursum motus, & ita per aerẽ per se moueri sursum vult ipsum p se conuerti ad aliquid, quod per se sursum ferẽ. Ex litera & cõ. & Themistij paraphrase colligiẽ & expresse habeẽ ꝙ grauia & leuia solum habẽt principiũ per se patiendi motũ, & non agendi. Quare sequiẽ omne principium qđ habent grauia & leuia esse pasiuum, & non actiuum ab exclusiua ad vlem de terminis trãspositis.

Qua Auer. commen. 32.

Replica. Responsio iuniorum. Confutatio. Propria sol.

Quid ex his colligitur.

Si igitur omnia quæ mouentur aut natura, aut ui & præter naturam mouentur, & ea quæ ui præterq; naturam cuncta ab aliquo mouentur, atque alio, et ea rursus quæ natura mouentur, ab aliquo mouentur, siue à seipsis mouentur ut Tex. 33.

animalia,

animalia, siue non à seipsis moueantur, ut leuia & grauia, nam aut ab eo mouentur, quod genuit, aut leue fecit & graue, aut ab eo quod ea quæ prohibent obstantiaq; dimouit, uniuersa igitur quæ mouentur, ab aliquo mouentur.

Nũc epilogat rationem oẽm quæ sic cõponitur, oẽ quod mouetur natura vel præternaturam ab alio mouetur, omne quod mouetur, mouetur natura aut violentia, igitur omne quod mouetur ab alio mouet. Maior patet, quia animalia mouentur natura, & mouentur ab aliquo, grauia & leuia mouentur interdum natura, interdum vi & ab alio mouentur, quare omnia ab aliquo mouentur. Circa istud capitulum exoritur qõ de motu grauium & leuium. Ab Aristo.n. habemus ꝙ de potentia essentiali mouentur à generante, de potentia accidentali à remouente prohibens, sed non habemus à quo motus inceptus continuatur vsq; in finem. In oĩ enim motu actu requiritur motor & mobile actu, est .n. motus actus motiui & mobilis, cum igitur motus grauium & leuium inceptus sit actu motus, quæstio est de motore actu illius motus, hunc.n. non habemus ab Arist. hoc fuit causa expositorum diuersa sentiendi. Est etiam alia quæstio, quia in dictis Arist. est contradictio non parua. Hic.n. clare concludit in ipsis inanimis corporibus nullum esse principium actiuum motus, sed omne esse pasiuum. In. 4. vero huius. tex. cõm. 86. videtur dicere ꝙ leuitas & grauitas secundum contrarietatem sunt actiua motus vt densum & rarum, ecce contradictio non parua. In. 2. etiam de Cœ. tex. cõme. 104. assignans causam sphæricitatis ait, quia minor grauitas pellitur à maiori, non autem pelleretur, nisi maior esset actiua motus, igitur non tantum habent principiũ pasiuum, sed etiam actiuum motus. Amplius à Them. quem tenemus summum in doctrina peripateticorũ, nihil præter textũ habemus. Auerro. etiam in dictis eius videtur varius, & merito, nam in. 2. de Cœ. 28. cõm. in Quartoq; Cœ. cõm. 22. dic. vnum. In huius. 4. cõm. 71. aliud, hic aliud, interdum.n. illam motus continuationẽ ascribit medio moto, interdum tribuit eam formæ, Adeo sane varius est, ꝙ quidam clarissimi viri aiunt nõ esse innitendum dictis suis in hac quæstione, Circa igitur hanc quæstionem primo dicemus positiones veterum expositorum cum suis rationibus. 2. positionem Auer. explicabimus. 3. quid in hac re differendum est, demum difficultates tollentur. Quo ad primũ omnes concordant, ꝙ graue & leue de potentia essentiali remoto impedimento mouentur à generãte. Et hoc per rationem Auer. generans quãtum dat de forma, tantũ dat de accidentibus sequentibus formã, quorum vnũ est motus naturalis. Sed circa hoc est dubitatio, si generans q̃tum dat de forma, tm̃ de motu, cum formã dat in non tempore, motum dabit in non tempore. Amplius aut instans in quo dat formam, est instans, in quo dat motum, aut aliud atque aliud, si est idem, motus erit in instanti, si aliud atq; aliud, in tẽpore medio quiescet, & ita nõ dat motum eo ipso, quo formam dat. Propter hæc videtur mihi ꝙ hæc propositio, agens q̃tum dat de forma, tm̃ dat de motu, potest intelligi vno mõ, ꝙ dando partem formæ, det partem motus, & hoc est falsum, propter argumentum tactum. Alio modo ꝙ instans in quo forma est sit primum instans motus exclusiue, sic ꝙ in illo non sit ipse motus, & immediate post hoc sit motus, & hoc modo concederem ꝙ agens dãdo formã dat motum ad hunc sensum ꝙ immedia-

A te post hoc sit motus. Et si dicitur, istud instans in quo forma est, non est instans in quo motus est, igitur instãs in quo incipit motus erit aliud, & ita in tẽpore medio quiescet. Dici potest iuxta Sorticolarum regulas immediate post hoc instans in quo est forma, esse motum, in nullo tamen instanti immediate post hoc esse motũ, vnde generans incipit motum geniti per remotionem de præsenti, vbi non sequitur instans esse immediatũ instanti propter variationem suppositionis, sed de hoc alibi. Tunc de ipsa motus inanimorum continuatione est prima positio, ꝙ elementa motum incipiunt à generante, aut à remouente prohibens. Continuationem vero nanciscuntur à medio moto, huius exemplum est nauclerus, qui mouet nauim, & ipsum mouẽdo nauim mouet. Huius positionis ratio est, quia oportet mouẽs & motũ esse diuersa, sed applicata, medium autem videtur diuersum & applicatum, igitur mouere põt graue,
B huic fauet Auer. 4. Cœ. cõm. 21. &. 3. Cœ. c. 28. Alij hanc continuationem ascribunt generanti, verum cum duplex sit gñans, vniuersale vt virtus cœli & particulare vt mouens proximum, hanc gñanti vñi tribuunt, huius rationem tradit Escu. quia ab eodem aliquid operationem accipit, & necessitatem operandi, operationem autem vnumquodq; à motu cœli & illius virtute accipit, est enim primus à quo omnes motus dependẽt, igitur & necessitatem operandi. Sed qm̃ virtus hæc vniuersalis generantis non est de se terminata ad hũc effectum aut illum, ideo necessaria est aliqua determinatio. Ad efficiendum determinatam formam, determinatur per agens particulare. Ad determinatũ vero motum, sufficit vt determinetur per formam mobilis naturalem, ad quam certa sequitur inclinatio, & ita per
C grauitatem in grauibus, & leuitatem in leuibus determinatur ad motum cuiusq; illorum, sic igitur virtus cœli ex parte agentis, & qualitas inclinatiua ex parte patientis sufficiunt pro motu illorum. Nouus expositor concedit motum hunc per se reduci in aliquod principium per se illius, quod tamen non est agens, sed principium formale motionis, vt.n. vapor cũ ascendit motum ad leuitatem sibi à sole tributam reducit, quæ nõ efficit motum, sed sol mediante illa, ita graue motum suum reducit in formam mediante qua cœlum mouet ipsum, & ita vult formam esse principiũ formale actionis, quo virtus cœli agit motum non tamen esse agens motum. Sed has positiones confutant nonnulli. Et ꝓpterea per rationes eorum arguitur, primo communiter, deinde speciatim. Primo sic. Illud quod non mouet aliud nisi prius naturaliter ab alio motum, ab eodẽ habet ꝙ mouet & ꝙ sit motum: sed graue cui alligatum
D est leue, cuius leuitas non excedit grauitatem illius, mouet illud leue trahendo illud secum ad centrum, & non mouet nisi quia motum, igitur prius naturaliter est motum anteq̃ moueat, & ab eodem mouetur à quo habet quod mouet illud sibi alligatum, mouet autem illud nõ per aliud quã per grauitatem suam, igitur & seipsum, igitur à principio intrinseco seipsum mouet. Secundo quando aliquid habet potentiam actiuam alicuius formæ, potest eam applicare atque causare in quocunque passo proportionato & approximato: sed graue habet virtutem & potentiam actiuam respectu vbi deorsum vt habet respectu illius quod secum trahit, & ipsummet quando est extra illum locum, est receptiuum illius formę carens ea, & est proportionatum, & approximatum sibijpsi, igitur potest illã causare in seipso. Tertio

Confutationes aliquorum cõmunes rões. An generans graue sit principium actiuũ immediatum motus ipsius grauis dum generatur. Vide laudu q. 12. lunus.

vna

vna est causa quietis,& motus effectiua,modo nihil videtur causa effectiua quietis nisi grauitas, vt.2.Cœ.dicitur,quia est cozua illi & proxima. Quarto,graue nonnunquā remouet prohibens si grauitas eius vincit virtutem illius impedientis,& frangit illud, modo huius fractionis cum sit motus violentus,oportet ponere existentem causam extrinsecam,& non videtur rationabile ponere aliā causam q̄ ipsummet graue. non autē frāgit illud nisi intendat se facere ad centrū, igitur ab eodem principio actiuo habet se ferre in centrum à quo habet illud impediens remouere. Quinto eadem est causa velocitatis effectiua,& motus, sed velocitas est propter grauitatem acquisitam per accidens vt dicetur infra,igitur & motus est ob grauitatem naturalem.

Rões speciales contra primam.

Speciatim contra primam arguitur. Primo quicquid est causa causæ effectiua est causa causati: sed graue est cā motus medij,& medij motus est cā motus ipsius grauis,igitur graue est causa sui motus.Secundo hoc dato motus naturalis non intenderetur in fine, declaratur, quia à causa vniformi, effectus est vniformis,sed medium est causa vniformis à principio vsq; in finem,igitur non causa motus.Tertio aut graue prius mouet medium deinde se, aut prius mouet se deinde mediū, aut simul se & medium,non simul se & medium,quia tunc moueret se,& moueret medium,& ita moueret se, qđ negant, si prius moueret medium q̄ se per mediū,tunc medium posset esse motum, & graue non esset motū, quod non dicerem,neq; ipsi dnt. Si prius se quā medium, igitur mouet se. Vltimo aut motus medij est naturalis,aut violentus,non naturalis,quoniā graue mouetur deorsum, quo non mouetur naturaliter mediū. Si violētus,igitur aliquis motus violentus est causa naturalis motus,quod est impossibile.

Rões contra secundam. Tertiam

Aduersus secundam & tertiam speciatim arguo,primo virtus cœli potest grauius & minus graue generare,& hęc esse pnt in eadem distantia ad centrum,in eadēq; cœli influentia, igitur difformitas motuum in his est ab aliquibus intrinsecis.2.illa inclinatio aut concurrit actiue,aut passiue,si actiue,habeo quod volo,non passiue, quia tunc motus posset esse actu sine motore actu sibi proximo, contra processum.7.huius,similiter potest argui de forma illa.3.impossibile est formam esse principiū formale actionis eius agentis, in quo non est,aut cuius nō est pars, sed forma grauis non est pars cœli, nec in cœlo. igitur non potest esse formale principiū agēdi illius.4. omne instrumentum reducitur ad genus causæ cuius est instrumentū, vt dispositiones materiales ad genus causæ materialis,& instrumētum agentis ad genus cāæ agentis, sed inclinatio siue forma est instrumentū virtutis cœlestis effectiuæ, igitur reducitur ad genus cāæ efficientis.Restat nunc.3.videre positionem Auerroes. Quāq̄ Auer.sit varius,tamen positio magis cōsona dictis suis videtur nunc esse disputanda. Debes igitur scire q̄ potentia trifariam sumitur apud ipsum, prima est quæ præcedit formam & accidentia formæ,& hæc dicitur naturalis siue essentialis propter causas dictas,& hæc est materia elementi contrarij, vt materia grauis rei est potentia ad motum sursum,materia leuis potentia motus deorsum.secunda est præcedens non quidē formā,sed actum formæ,qualis est in philosopho dormiente ad contemplationē,& in graui detento ad motum deorsum,& hæc nihil aliud est quàm forma rei distans vel impedita ab actu, vt scientia vel philosophia impedita ab actu philosophandi, & forma grauis prohibita descendere, tertia est potentia actui coniuncta, qua dicitur aliquod possibile sequens ad inesse,vel necessario inesse,quomodo conceditur,si curris,possibile esse te currere,& hæc ex parte materię est materia remotis impedimentis,& ex parte formæ est ipsa forma libera sine obstaculo.

De diuisione potētia. Vide in Sco. 9. me. q. 3. & 4. & 12. & 13. & 15.

E Hac distīōne accepta, dicendum ad mentem Auer. q̄ motum in actu in motu grauium & leuium,non est materia, quam oportet id quod actu mouetur resistere motori, modo materia non resistit, est.n.potentia ad omnes formas, & ita ad oīa vbi nec motum actu est forma,per idem,qm̄ non resistit,nihil .n.resistit sibi, non est medium solum quod resistit,quia ex quo elementa mouētur à se,oportet mobile esse aliquid rei motæ, erit igitur motum actu vt quod ipsum motum elementum,& medium resistens,ex iis duobus vnum constat mobile actu quod resistit motori, & est

De motu in actu.

F diuisibile,huic enim nihil deficit ad rationem mobilis actu,non actualitas & diuisibilitas,non resistentia,igitur est id quod actu mouetur.Nec est inconueniens ex duobus diuersæ speciei fieri vnum mobile, vt etiā ex pluribus fieri vnus motor, vt in motu nauis, vt ex pluribus fit vnus tractus,ita ex iis fit vnū mobile resistens, non tamen vnum compositum specificum. Mobile vero quo remotum est materia,quæ est radix omnis passionis atq; omnis receptionis vt diximus,quo vero proximum est forma elementi non vt forma,sed vt in materia,vt in quæstione de motu animaliū diximus. Hæc de ipso moto.

De mouente.

Mouens vero quod mouet,est ipsum elementum totum,propter rationes tactas,quo vero mouet, est forma, semper enim existimabitur species mouens,hæc enim vt forma est quo mouet,vt in materia, est quo elementum mouetur,cum sit quo elemen-

Dictorum Auer. consiliā.

G tum est in actu. Ex iis possunt dicta Auerro. concordari,vbi.n.dicit materiam moueri, & formā moueri,tangit rōnes mouendi remotas vbi dicit formam moueri & mouere,tangit rationem mouēdi propinquam. vbi ait elementa moueri à remouente prohibēs: loquitur de potentia accidentali præcedente motum, vbi dicit illa moueri à generante, innuit ea moueri de potentia essentiali præcedente formam. vbi ait ea moueri à formis,tangit motorem de potentia coniuncta actui.vbi ait elementa moueri à medio moto,intelligit medium moto, esse necessarium ad eorum motum,vt id quod rōnem complet ipsius mobilis actu. cum verò ait ipsa moueri se, intelligit de potentia coniuncta actui, & de mouente & moto quæ mouent & mouentur: & non quibus mouent & mouentur.Hæc est positio Auerro. quam Ioannes oīno ignorauit.

Quid videtur authori.

De tertio tandem vi-

H dentur nihil tria. primum q̄ quælibet harum positionum stat cum processu Aristo. Arist.n.probauit q̄ elementa non mouenturà seipsis,& vocauit antea id moueri à seipso,quod nec pro inceptione,nec pro continuatione motus requirit motorē extrinsecum, & hoc modo elementa non mouentur à seipsis. simili etiam ratione negauit in elementis principium actiuum motus,qm̄ non sic agunt motū vt nullus extrinsecus concurrat motor. nam est necessarium pro inceptione aut generans,aut remouens prohibens.2.dico q̄ licet Arist. nihil dicat de motore in continuatione motus, nō est diminutus, nam sermonem hunc dirigit ad inuentionem primi motoris,ille autem potest inueniri, dato q̄ elementa initiatiue moueantur ab alio. hoc.n.sufficit & nihil aliud.nam oē quod mouetur.ab alio mouetur vel cœpit ab alio moueri, & cum nō sit processus infinitum

finitum, oportet venire ad aliquod, quod moueat, & à nullo moueatur. 5. dico ꝙ materia de motu grauiũ & leuium est problema neutrum, & quælibet pó potest probabiliter teneri, & ad meotem Arist. & si quis oppositum sentiat, noscat seipsum, & mox dicet mecum. Et iuxta hæc respondeo ad rationes contra omnes pónes tactas, & primo ad rationes communes. Ad primam dici potest vno modo ꝙ graue mouet leue sibi alligatum, non tamen mouet se, sed iuxta primam positionẽ mouetur à medio, iuxta secũdam à declinatione & virtute cœli, iuxta tertiã illud mouetur à virtute cœli mediante forma grauis. Dici potest etiam ꝙ ex graui & illo leui fit vnum mobile à prædominio graue, quod mouetur secundum alterum trium modorum dictorum. Ad secundum dico ꝙ graue potest mouere omne passiuum deducto omni impedimento, modo licet ipsum sit actiuum, & passiuum, est tamen impedimentũ, quia identitas passiui & actiui, oportet. n. mouens esse contiguum moto, non continuum, aut saltem dissimile vt est anima & corpus resistens. potest etiã dici iuxta primam responsionem, ꝙ graue est tm̃ passiuum motus, & non actiuum, & ꝙ non mouet leue sibi applicatum, sed totum est vnum mobile à prædominio graue. Ad tertium dico iuxta primam positionem ꝙ causa quietis est cessatio impedimenti, quoniam priuatio fit absentia agentis, Primo huius, motus vero est aut à medio moto, aut à virtute cœli & declinatione, aut à virtute cœli mediante forma formaliter. Ad quartũ dici potest vno modo ꝙ graue mouet prohibens, & non se ꝓpterea quod ad illud habet contiguitatem, & diuisionẽ ad se non habet diuisionem, vel dici potest ꝙ mouetur à medio, quo mouet ipsum & prohibens, vel à virtute cœli & declinatione, vel à cœlo & forma grauis formaliter, non autem effectiuè. Ad quintum iam patet solutio, iuxta primam & secũdã & tertiam positiones velocitatur mobile in fine propter grauitatem accidentalem, quæ non addit ad actiuitatem, sed an passibilitatem atq; maiorem declinationem. Ad rationes nostras speciales. Ad primam dico ꝙ graue est causa motus medii, & causa motus sui, sed mediante motu medij, est igitur causa motus medij per se, sui vero per accidens. Et si dicitur, quicquid est causa causæ per se est causa causati per se, negatur hoc, quoniã calor est causa resolutionis humidi per se, sui vero resolutionis per accidens vt philosophi aiunt. Ad secundum dico ꝙ intenditur in fine propter acquisitionem leuitatis vel grauitatis accidentalis, quæ non addit ad actiuitatem, sed ad passibilitatem, mediante qua mediũ magis agit in illo. Ad tertium dico ꝙ remouens prohibens p remotionem de præsenti primo mouet graue & mediũ, quod medium motum continuat actionẽ propter suę naturæ facilitatem aut dispositionem, & capacitatem ipsius mobilis. Ad quartum dici potest ꝙ est non naturalis velut ille ignis in propria sphæra, nec est incõueniens motum non naturalem esse causam motus alicuius naturalis, propter passi inclinationem, motus enim denominatur magis naturalis à principio passiuo. Ad rationes contra alias. Ad primam dico ꝙ licet sit vniformitas ex parte agentis, propter differentiam aptitudinum vel formarum, potest esse dissimilitudo, vt ignis magis calefacit ferrum quàm carbonem, aut aquam. Ad ipsum iuxta primam positionẽ concurrit passiue, quæ vna cum virtute cœli sufficit & ad motum, & ad differẽtiam motuum. Et cum dicis taliter fit effectus & re-

A cipitur qualiter agens agit, negatur istud, quia potest effectus intensius recipi, quã agatur vt patet in exẽplo de ferro & ligno, propter differentiam dispositioonum, Egidius vero diceret ꝙ forma, nec concurrit actiue, cũ non sit apta agere, nec passiue, cum nõ sit apta pati, sed concurrit vt principium formale, quo virtus cœli motum efficit, & ex hoc patet posse esse aliquem effectum sine agẽte proximo in accidentibus, non aũt in substãtiis. Ad tertium dico ꝙ forma bouis non potest esse instrumentum ipsius equi, qm̃ equus & bos non sunt subordinati, potest tamen agens vniuersale esse agens mediante aliqua forma, quæ non est in ipso, quia subordinatur sibi, vt in proposito. Ad vltimum dico ꝙ declinatio apud Esc. & Thomam reducitur ad genus materiæ quia illius est instrumẽtum, forma vero apud Egid. non est instrumẽtũ agendi, nec ratio agẽdi effe-
B ctiua sed principium formale, quo cœlum ageret, ac si illa esset sui forma, & ideo nec ad materiæ, nec agentis genus causæ reducitur. Multa alia argumenta currũt per scholas, quæ hic recitare esset molestum, cum à leui philosopho facile diluerentur. Hæc satis. Et ita patet in his nullã esse necessitatem. Hæc de motu inanimorũ.

Id autem quod mouet duplex est, aut. n. non per seipsum mouet, sed per aliud, quod quidẽ id mouet, quod mouet, aut per se mouet, & hoc aut primum post ultimum, aut per plura media mouet, ut baculus mouet lapidem, & mouetur à manu, quæ quidem mouetur ab homine, qui non mouet, quia ab alio ulterius mouetur.

Determinata quæstione de motu grauium, nunc ad rem proficiscitur, quam antea promiserat, videlicet ꝙ deueniendum sit ad primum motorem immobile, ꝑmittit tñ quædam, primum est ꝙ mouens bifariã mo-
C uet, aut mouet motum aliũde, aut mouet à nullo motum verbi cã, lapis moueri potest ab homine, moueri pōt à claua. cum mouet homo, tunc is originem totius motus intra se possidet, nec agitur extrinsecus, cũ mouet claua, tunc ea & motum lapidi præstat, & ab alio accipit, proinde origo motus non in claua habetur, sed ad virũ refertur, nec tñ abitur in infinitum sed statur in aliquo quod iam alicunde non mouetur, lapidem mouebit claua, clauã manus, manum homo, hominẽ nihil, nisi ipsemet, has igitur distinctiones, inquit. Id autem quod mouet duplex est, aut enim nõ per seipsum mouet, sed motum alicunde mouẽt vt claua, quam mouet id quod primum mouet. Aut per se mouet nõ motum, hoc autem quod mouet non motum bifariã mouere potest non motum, aut primum post vltimũ, hoc est sine medio, vt si homo lapidem moueret, aut pplu
D ra media, vt claua mouet lapidem, & mouetur à manu, quæ quidem mouetur ab homine, qui nõ mouet, quia ab alio vlterius mouetur, sed mouet immotum. Hæ sunt duæ diuisiones.

Ambo itaq; mouere dicimus, & ultimum mouentium, & etiam primum, primum tamen magis, hoc. n. mouet ultimum sed ultimum primum non mouet, insuper sine primo quidem ultimum non mouebit, sine uero hoc primum mouere potest, ut baculus non mouet non motus ab homine.

Præmittit secundo ꝙ primum mouẽs, quod est motus totius origo est potius mouens, quã scdm, qđ mouet ab illo motum, primo quia primum mouet secundum, & non è contra. 2. quia secundũ sine primo mouere non potest, at bene primum sine. 2. igitur primum in quo est origo motus est potius. Primo itaq; concludit in

De immobilitate primi. An graue post remotionẽ ꝓhibẽtis moueatur per se. Vide Albe. de sa 20. q. 2. bonum.

In isto processu intendit ꝓbare esse dandu primũ corpus motum, quod à nullo externo corpo-

vt moueatur, sed a seipso. Qua Auer. com. 33. *An aliquid possit moueri a seipso. Vide. Sco. 9. meta. q. 14.*

dit in quo conueniunt, & inquit. Ambo itaq; mouere dicimus & vltimum mouentium, & primum, deinde discerniculum addit, & verba translatione perspicua sunt. Auer. autem incipit exponere cum digressione, in qua primo narrat motiuum eorum, qui lib. 7. infructuosum faciunt, & inquit, ꝙ existimatur ꝙ Arist. velit quod fecerat iam in. 7. videlicet ꝙ omne motum habet motorem, igitur illa demonstratio. 7. est superflua. Propter hoc narrat positionem Themistij qui dicit primo ꝙ demonstratio Septimi est dimittenda, sed contēti debemus esse in hanc Octaui. 2. dicit ꝙ hæc Octaui est magis certa quã illa Septimi, cuius causam dicit, q̃a illa est demonstratio signi, hæc autem est inductio, modo inductio est ratio magis sensata, obiicit contra hoc ibi {& videtur mihi} primo quia inductio non sufficit in hoc, & hoc fortasse, quia inductio non est demõstratio certa aggenerans scientiam, sed fidem. 2. quia videtur in illa petere, cum.n. velit arguere contra Platonē, qui tenuit primum mouere se, inductio erit cũ petitione principij si sic fiat, animalia mouētur ab aliquo, violenter mota mouentur ab aliquo, grauia & leuia & inanima mouentur ab aliquo, & sic de singulis, igitur omne quod mouetur ab aliquo mouetur, iam hic est petitio principij, quoniam cum dicis sic de singulis, petere est quod vis probare. Respondet autem ad motiuum Themist. ibi {& videtur mihi} & vult ꝙ hęc non est facta per se, nec demonstratio illa replicatur, sed solũ est facta vt tollatur quæstio de grauibus & leuibus, q̃ accidere potest demonstrationi dictæ in. 7. Ego vero non legi hæc in Them. hic. nec in. 7. tu vero considera. Animaduerte ꝙ Auer. circa medium cõm. ait hanc inductionem non sufficere, & hoc declaratum est, quia petit principium, vbi autem in propositionibus quæ accipiuntur perciperetur prædicario per se, procul dubio haberet vim demonstrationis, vt patuit. 2. huius cõm. 80. vltimo Auer. in vltimis verbis cõm. vult ꝙ primũ mouens sit prius secundo mouente & natura & causalitate, natura quidē quia eius actio potest separari ab actione secundi, causalitate vero, quia secundum dependet à primo, non ē contra.

Tex. 34. *Si igitur omne quod mouetur ab aliquo moueri necesse est, & aut ab eo quod mouetur ab alio, aut ab eo quod nõ mouetur ab alio, & si ab eo mouetur, quod ab alio mouetur, necesse est mouens aliquod esse primum, quod non ab alio mouetur, si uero tale est primum, non necesse est alterum esse, impossibile enim est ut in infinitum proficiscatur id quod mouet atq; mouetur ab alio, cum infinitorum nullum sit primũ, si igitur omne quod mouetur ab aliquo mouetur, id autem quod primum mouet, mouetur quidem, sed non ab alio, ipsum à seipso moueri necesse est.*

His constitutis, probat esse veniendum ad primum motum quod mouetur à seipso, & sumit quod supposuit, videlicet ꝙ omne quod mouetur ab aliquo mouetur. Tunc arguit, cum omne quod mouetur ab aliquo mouetur, aliquid est quod ab aliquo mouetur. accipio istud, aut mouetur à motore non moto, aut à motore moto, si à motore non moto, tunc hoc erit primũ motum à se, q̃m mouetur, & à motore non moto vlterius, igitur à motore, qui est eius aliquid, hoc membrum nõ curauit destruere, quia patet esse ad propositum, si vero moueaẽ à motore moto adhuc ab alio motore, hic erit vltimum motum & proximum mouens, igitur erit dare primum, q̃m vbi est vltimum motum & proximũ mouens, cum istud proximum per suppositiones moueat motum, oportet vt detur primum à quo moueatur. Quod si detur tale primum, non necesse est alterũ esse, quia nõ potest procedi in infinitum, quia tunc nõ daretur primum, & ita nec vltimum mouens. Tunc epilogat rationem, & inquit. Si igitur omne quod mouetur ab aliquo mouetur vt supposuimus, id aũt quod primum mouet mouetur quidem, (nam si non moueretur, esset primus motor simplr quem quærimus,) sed non ab alio mouetur, ipsum moueri à seipso necesse est, & sic est primum motum quod à seipso mouetur, quod est propositum. Auer. autem reducit processum Aris. ad duos sylłos. Primus est hypotheticus diuisiuus, vbi arguitur à disiunctiua cum destructione vnius partis supra alteram. Secũdus est hypotheticus cõtinuus, quia procedit ex conditionalibus non destruendo vnã partem, sed vt fit in syllogismo conditionali. Primus est, omnis motor qui mouetur, aut mouetur à se, aut ab alio. Si à se, habetur quod petitur, hoc ait Auer. Aristote. prætermisisse, quia est propositum, quod quærimus. si ab alio, aut ab alio moto, vel ab alio ĩmoto, non potest dici ab alio non moto, quia omne mouens extrinsecum in mouendo mouetur. 7. huius, hoc etiã dimisisse Arist. ait, quia est impossibile per se notum. Habetur igitur vt moueatur à motore moto extrinseco. Secundus est, si non erit primum, non erit vltimum, quare cum sit vltimum, oportet esse primum, sed cum per syllogismum primum motor ille mouetur, & non ab alio, igitur à se, igitur est aliquod primum motum, quod à seipso mouetur. Hic secundus est hypotheticus continuus, vt patet.

Primus syllogismus. *Secundus.*

RECOGNITIONES.

De primitate corporis moti.

PRo intellectu eorum quæ Arist. intendit, Auer. in cõm. dicit, ꝙ Arist. intendit concludere ꝙ mouentia, quæ mouentur in loco, reducãtur necessario ad motum ex se, quod est primum mouentium, quæ mouentur, & tu intelligas ꝙ omnia mouentia reducantur necessario ad aliquod corpus, quod mouetur à se, qđ est omnium eorum, quæ mouentur primum corpus simpliciter, quod à se mouetur vt per quæ patet primo, ꝙ Arist. non probat omnia quæ mouentur, reduci ad primum motorem simpliciter, qui mouet, & à nullo mouetur, qualis esset deus, sed ad primũ corpus, quod inter ea, quæ mouentur siue à se, siue ab alio, est primum omnium, quod à se mouetur, & à nullo exteriore corpore, aut virtute, quæ non sit aliquid eius. Secundo patet hoc primum corpus, quod à se mouetur, ad quod reducit omnia, quæ mouentur quouis modo moueantur, esse primum simpliciter, non autem primum sc̃dm quid in aliquo ordine, veluti esset cor in membris animalis, & nauta in membris nauis. Nam cor est primũ quod mouetur à se, non simpliciter, sed inter membra animalis, & nauta primũ quod mouetur à se inter partes nauis. At primum corpus, quod à se mouetur, ad quod Aris. omnia reducit, est primum simpliciter, q̃m respectu eorum quæ mouentur siue à se, siue ab alio, siue primo secundum quid, siue non primo, est oĩum corporum primum corpus, quod à se mouetur. Tertio sumit pro vero, omne quod mouetur habere motorē alium à se in esse, & hoc Auer. asserit. Sed dices contrarium Auer. dicit. 4. lib. de Cœlo, vbi dicit, ꝙ in motu elementi motor & motum sunt idem s̃m subiectum, & differunt s̃m modum. Dico ꝙ hæc non aduersantur,

nam

nam per esse intelligit rationem, siue modum, & sic intelligit idem hic, & ibi. hic Aristo. accipit pro constanti omne quod mouetur, habere mototē alium à se in esse hoc est in ratione, non enim loquitur hic solum de iis, quæ mouentur per se, vt nonnulli possent intelligere, quoniā tunc Arist. non probaret vniuersaliter illud, ad quod reducuntur omnia, quæ mouentur, esse primū omnium, sed solum inter ea, quæ per se mouentur, & non vniuersaliter tam eorum, quæ per se mouentur, q̃ eorum quę per accidens mouentur. & ꝙ Auer. per esse, intelligit rationem, patet, qm̄ cum accepit, & supposuit omne quod mouetur habere motorem alium in esse, statim subdistinguit talem motorem alium à se in esse, dicens necesse est, vt omnis motor, qui mouetur, moueatur à se, aut à motore extrinseco, ergo per alium in esse, intelligit alium in ratione, qui est cōis tam ad motorem exteriorem, qui distinguitur re, q̃ ad motorem qui distinguitur ratione.

Tex. 35. *Amplius autem & hoc modo hanc eandem rationē aggredi licet. Omne enim quod mouet, & aliquid, & aliquo mouet, insuper, et hoc aut seipso, aut alio mouet, ut homo aut seipso, aut baculo mouet, & uentus aut seipso deijcit, aut lapis quem pepulit, fieri quoq; non potest ut id quo motus agitur, sine eo moueat, quod seipso mouet.*

An primus motor sit immobilis. Vel Alb. de fato q̄ō. 8. huius.

Eandem rationem vult rursus aggredi, verū primo modo processit ascendendo, secundo modo descendendo, ante tamen q̃ arguat resumit tria supposita, primū omne quod mouet, mouet aliquid, & aliquo. Hæc iam suppositio patuit. Fm est, mouens quod mouet aliquid aut seipso sine medio instrumēto, aut alio mouet, vt homo aut seipso, aut baculo, vētus etiam aut seipso deiicit, aut lapis. quo mouet est ille qui deiicit, quem lapidem ipse ventus pepulit, tertium instrumentum siue medium, quo fit motus, non potest agere sine motore principali, vt claua sine manu. Hæc sunt tria quæ iam antea sumpsit.

Si igitur id quod mouet, ipsum seipso mouet, non necesse erit aliud esse quo motur agitur. Si uero aliud sit, quo motus agitur, est aliquid quod quidem non aliquo sed seipso mouebit, aut in infinitum abibitur. si igitur aliquid quod mouetur mouet, stetur, et non in infinitum procedatur, necesse est. Si. n. baculus mouet quia mouetur à manu, manus ipsa baculum mouebit, si autem manum aliquid aliud mouet, aliud erit etiam mouens ipsam. Cum itaq; semper aliquo aliud mouet, esse prius id quod seipso mouet, necesse est. Si igitur mouetur illud, & non ab alio mouetur, ipsum seipso moueri necesse est. Quare & hac ratione aut ab eo statim quod seipsum mouet, id quod, mouetur, mouebitur, aut ad hoc ipsum tandem accedetur.

His tribus sumptis, arguit Arist. syllo diuisiuo modo quo supra sic, si igitur quod mouetur, verbi causa, cœlum mouetur, aut mouetur seipso sine vllo medio instrumentoq;, aut per medium mouet quod mouetur, inquit. Si igitur id quod mouetur & mouet ipsum seipso mouet, non necesse erit aliud esse quo motus agitur, & ita statim habebitur esse primum motum qd' à seipso mouetur. Si vero aliud sit instrumentum quo motus agitur, hoc est, altero duorum modorum, aut est aliqd, quod quidem non ab aliquo, sed seipso mouebit, hoc est aut tale instrumentum præsupponit principale mouens cuius est instrumentum, aut in infinitum abibitur, ita vt vnū instrm̄ moueatur ab alio, & aliud ab alio,

An sit inconueniens quod idem ferat & feratur secūdum eādē ī ori mutationē. Vide Grat.

A & sic in infinitū, destruit scd'm, & inquit. Si igitur aliqd quod mouetur mouet, hoc est si est instrumentum aliquod, & stetur & non in infinitum procedatur, necesse est, hoc autem falsum est, quod declarat exemplo, & inquit. Si. n. claua mouet, quia mouetur à manu, manus ipsa baculū mouebit, si autem manū aliquid aliud mouet, aliud erit ēt mouens, vt homo, cum itaq; semp aliquod aliud mouet, esse prius id qd' seipso mouet necesse est, non. n. est secundum nisi sit primū vt suppositum, si igitur mouetur illud, & nō ab alio mouetur ipsum seipso moueri necesse est. Tunc epilogat rationē, & inquit. Quare & hac ratione aut ab eo statim quod seipsum mouet, id quod mouetur, mouebitur, & sic habetur primum mobile à seipso, aut ad hoc ipsum tandē acceditur, cum scd'm semper præsupponat primum, quod agere potest sine secundū & secundū sine primo.

Escu. lec. 10. huius.

B Et ita licet Arist. multa verba dixerit, summa est, ꝙ aut est aliquod quod seipsum mouet, aut mouet per medium, si per medium, cum media esse non possint sine primo, oportet tandē conferamus ad primū, qd' ipsum seipso mouet, & in mouendo se cætera oīa moueat.

Auer. ostendit primo in hoc cōm. differentiam huius demonstrationis à prædicta, conueniunt. n. ambæ, quia vtræq; sunt ex suppositionibus tribus, verum hæc secunda sumit tres suppositiones modo alio quo eas sumpsit prima, sed in re conueniunt vt explicat, qd' est satis notum. Secundo declarat esse impōe procedere in infinitum in instrīs, qm̄ si proceditur in infinitū in instrumentis, erunt instr̄a infinita, & cum erunt instrumenta, non erit illic motor qui vtitur eis, infinitum. n. nullius actionis, aut motoris potest esse instrumētum, immo demetur omnis primitas, & non erunt instrum̄ēta. Tertio Auer. videtur demonstrationem intelligere

Quæ Auer. com. 35. Primum.

Secundum.

C duobus modis. Vno modo ꝙ ducat ad primum motorem immobilē. Alio modo ꝙ ducat ad primum mobile à seipso, & considerando omnia verba literæ, & examinando illa, inuenit aliqua ad primū sensum conueniētia, aliqua ad secundum sensum, vt patet legendo cōm. Ego vero pace sua dixerim. Dico ipsum non sanè senti re. Arist. n. proposuit in primo textu probare esse aliqd', quod primo mouet seipsum, & hoc demonstrauit prima ratione, deinde ait illud idem velle aggredi eadem ratione, sed alio modo, igitur conclusio præcedētis textus est conclusio sequentis, quare non ad primum motorem immobilē, sed ad primum mobile, quod à seipso mouetur, hæc demonstratio ducit. Nec aliqua verba faciant ad sensum primum, vt patet in expositione nostra. Digreditur autem aliquantulum ibi, & potest aliquis quęrere de motu venti, & ferri ad magneté vtrum

Tertium.

Reprehensio Auer.

D videlicet hæc moueantur à seipsis? Licet prima qōnis pars pertineat ad meteorologiā, secunda fit soluta. 7. huius cō. 10. Rñdet tñ, ꝙ motus venti est à generante, quod intelligo de potentia essentiali, ferrū vero mouetur aliqua ex parte naturaliter, quatenus recipit alterationem à magnete, qua seipsum mouet ad illū, vt restatur ratione ea, ꝙ mutata complexione magnetis, non mouetur ferrū amplius ad illum, quia non amplius alteratur ab illo, hoc etiam testatur exemplo ambæ, quæ nisi calefiat, non mouet paleam, sed de motu venti quē habet post generationem, est difficultas, quæ propositum transcendit, nunc omittatur.

Digreditur.

RECOGNITIONES.

IN cōmento præsentis textus Auer. soluens quæstionem de motu venti asserit ventum esse de numero eorum,

eorum, quæ mouentur naturaliter, cum nõ moueatur nisi à generante ipsum, hæc Auerro. in quibus errauit, q̃m si ventus mouetur naturaliter à generante, hoc esset per regulam, quæ est q̃ dans formam det consequẽtia naturaliter formam, vt patuit superius, quorum vnus est motus. Sed motus venti non consequitur formam venti, igitur generans non dat sibi talem motum naturaliter. q̃ motus venti non consequatur formam venti, patet q̃m ventus est exhalatio terrea à terra eleuata virtute solis & stellarum, quæ habet duas formas, vnã naturalem quæ est terrea exhalatio, & alteram accidentalem, quæ est leuitas sibi tributa à sole & stellis, quæritur igitur motus venti, quo ventus mouetur à meridie in septentrionem, vel è conuerso, est ne consequens formam exhalationis, per quam est terrea, & certũ est q̃ non, q̃m exhalatio ventosa substantialiter est terra rarefacta, cuius formam non consequitur nisi motus deorsum, nec est consequens formam exhalationis accidentalem, videlicet leuitatem, q̃m per leuitatem mouetur sursum, quare generans non potest mouere ventum motu naturali consequente formam. Tu vero require ea, quæ diximus de motu venti in libris Meteorologicis. Quidam colligunt ex verbis Auer. hic ferrũ moueri ad magnetem ab extrinseco, & tunc dicũt oppositum esse dictum. 7. huius ab Auer. nam ibi dicitur ferrum moueri ad magnetem ab intrinseco, & mentiũtur, q̃m Auer. non dicit ferrum moueri ad magnetẽ ab extrinseco, nam hæc sunt verba, & similiter ferrum est quoquo modo de numero eorum quæ naturaliter mouentur à magnete, nisi ab alteratione, quã acquirit mediante aere à magnete, hæc Auer. in quibus innuit ferrum moueri naturaliter, ergo ab intrinseco, sed quia dixit quoquo modo, intellexit ipsum moueri naturaliter, ratione habita ad dispositionem accidentalem acquisitam à magnete, non autem ratione habita ad grauitatem, quæ est naturalis forma fieri saltẽ prædominãter.

Ad hæc quæ dicta sunt, si & rationem hanc animaduertimus, eadem illa accidẽt, nam si omne quod mouetur ab eo mouetur, quod mouetur, aut hoc rebus ipsis per accidens cõpetit, hoc est, ut moueat quidem ipsum mouens & sit motũ, non tamen q̃ semper ipsum moueantur, aut non per accidẽs, sed per se. Primum igitur si per accidens sit, non necesse est ut moueatur mouens, si uero hoc sit, patet posse interdum nihil eorum quæ sunt moueri, non enim quod contingit est necessarium sed potest non esse, si igitur posibile inesse posuerimus, nullum impossibile accidẽt sed forsitan falsum, at motum non esse est impossibile, demonstratum. n. est hoc prius, uidelicet q̃, motus necessario semper sit.

Hoc est directè contra plura. In prædictis rationibus supposuit, non omne mouens in mouendo moueri, ante igitur q̃ rem propositã aggrediatur, probat q̃ non omne mouens in mouẽdo mouetur, aut per accidens in mouendo mouetur, aut per se. non per accidens, & hoc probat primo logice sic, si per accidens in mouẽdo mouetur, potest nõ moueri, q̃m omne per accidens potest non esse, ponatur in esse q̃ non moueatur, nam omne posibile positum in esse, nullum sequitur impossibile, tunc nõ mouebitur, & cum ipsum non moueri ponitur, etiã ipsum nõ mouere ponetur, quare tolletur omnis motus, contra declarata, inquit. Ad hæc autem quæ dicta sunt, si rationem hac animaduertimus, eadem illa accident. Nam si omne quod mouetur, ab eo mouetur, quod mouet, aut hoc, videlicet ipsa quæ mouent moueri rebus ipsis

E per accidens competit. declarat autem quid ipse in ratione velit per ipsum competere per accidens, & inqt. Hoc est vt moueat quidem ipsum mouens & sit motũ, non tamen q̃ semper ipsum moueatur, igitur per accidens intelligit non semper moueri, sed posse interdum non moueri. Aut non per accidens, sed per se, hoc est semper moueatur mouens. Tunc destruit primum, & inquit. Primum igitur si per accidens sit, non necesse est vt moueatur mouens, si autem hoc erit, patet posse interdum nihil eorum quæ sunt moueri, non. n. quod contingit, est necessarium, sed potest non esse, si igitur posibile in esse posuerimus, nullum impossibile accidit, sed forsitan falsum posibile, at motum non esse est impossibile. Demonstratum. n. est hoc prius q̃ motus necessario semper sit. Huic rationi possumus primo instare ad illationem, quia non valet, per accis mouens mouetur, igitur potest nullus motus esse. illatio nulla, ex ea. n. non sequitur, nisi q̃ quãdoq; erit ita q̃ moueat mouens & non moueatur. Quare erit adhuc motus in aliis, quæ mouentur ab ipso motore, per hæc. n. sequitur q̃ interdum non mouebitur, qđ potest esse, & adhuc alia mouere. Secundo quia nõ videtur omne per accidens posse non esse, cygnus non. n. albus est p accidens, non tamen potest esse non albus. Similiter & nix, & coruus. Dicendum q̃ consequentia valet, vno supposito, q̃ non moueat motor nisi motus, ita vt cũ non moueatur, non moueat. Vbi. n. potest mouere & non moueri, habebitur statim propositum, videlicet q̃ non omne mouens in mouendo mouetur, hoc. n. probare proposuit, & tunc illatio est optima, si. n. per accidens mouens mouetur, potest non moueri, & si potest non moueri, põt non esse mouens, & poterit nihil mo G uere, vel moueri. Ad secundam dicit, q̃ argumentum Arist. est accipiendo per accidens pro contingenti, qđ quidem distinguitur contra necessariũ esse, & impossibile esse, vnde vis Arist. est hæc, si omne mouens mouetur, aut contingenter, aut per se, hoc est necessario, & tunc ratio sua non habet calumniam. Et debes scire, q̃ Arist. fecit duo membra in syllogismo sm Auer. destruit autem primum. s. q̃ motor mouetur per accidens, cum mouet, sm vero. s. qđ per se necessario moueatur cum mouet non destruit, quia tanquàm manifestũ relinquit, & eius destructio est complementum demonstrationis.

Prima dubi. Scda respon.

Dubitationes.

RECOGNITIONES.

De primo motore immobili.

ANimaduerte q̃ Auer. euidẽter errauit hic, primo quia credidit hanc demonstrationem esse de primo motore, dicit. n. cum iam declarauit q̃ primus mo H torin mundo debet esse motor, per quem mouet motum ex se, primum non motum omnino neq; accidẽtaliter neque essentialiter, incœpit declarare declaratione propria, q̃ impossibile est vt moueatur per accidens, ecce q̃ hic vult Aristo. declarare primum motorem à quo mouetur primum corpus à se motum, esse omnino immobilem, quoniã neq; per se, neq; per accidens, & errat, q̃m Aristo. inquit, iuxta autem hæc dicta, & sic intendentibus contingent eadem hæc, } per quæ patet Arist. eam et, quæ declarauit, videlicet q̃ sit deueniendum ad primum corpus, quod à se mouetur, fecit do' errat, quoniã Aristo. fecit hanc diuisionem, si. n. ab eo quod mouetur, mouetur omne quod mouetur, aut hoc rebus inierit sm accidens, aut non per accidẽs, sed per se inest. Tunc Auer. in fine commenti vult q̃ Aris. probauerit

probauerit id omne quod mouetur non moueri ab eo quod mouetur ꝑ accidens, prætermisit vero aliud mēbrum & errat, quoniā alterum membrū destruit hic, & alterum postea ibi, { at vero si non ſm accidens, } quare vtraq; membra destruit, quæ Auer. ignorauit, ſed dices quō hæc ratio Aristo. reducitur ad artem prioristicam, dicendum ꝙ est syllogismus ducens ad impoſsibilem ex hypotheſi data ab aduerſariis, & altera coaſſumpta, coaſſumpta est, omne per accidens poteſt non eſſe, hypotheſis eſt, omne quod mouetur, mouetur ab eo quod in mouendo mouetur per accidens, tunc ex iis ſequitur tale mouens poſſe non eſſe, & etiam motū poſſe non moueri, quare non erit motus, & cum hoc ſit impoſsibile, ergo hypotheſis, & ſic falſum eſt omne quod mouetur moueri ab eo quod in mouendo mouetur per accidens.

Tex. 37. *Et istud optima ratione eſſe contingit, tria nãq; neceſſe eſt eſſe, id quod mouetur, id quod mouet, atq; id quo mouens mouet. Id quidem igitur quod mouetur, moueri profecto neceſſe eſt. Non tamen mouere neceſſe erit, id uero quo motus agitur, & mouere neceſſe eſt, & moueri. Cum. n. ſimul ſit cum eo quod mouetur, una cum ipſo mutatur, quod quidē in his perſpicuum eſt, quæ loco mouentur, nam ſic ſeſe tangere in motu adusq; tempus aliquod neceſſe eſt, id igitur quod ſic mouet, ut non id quo motus agitur mouet, immobile nimirum erit.*

Secundo idem probat, & facit enthymema, cuius antecedens ſunt duæ propoſitiones, & conſequens eſt noſtrum intentum, hoc modo, in motu ſunt tria, mouens principale, mota res principalis, & inſtrumentum medium quo iſtud mouet, & illud mouetur, & motum principale neceſſario mouetur, non tñ neceſſario mouet, & inſtr̄m neceſſario mouet, & mouetur, mouetur quidem quatenus tangit mobile, omne autem mouēs quod tangendo mouet, mouetur vt. 7. huius dicitur, quare vero eſt inſtrumentū, mouet, hæc eſt vna copulatiua accepta pro antecedente. Tunc infert conſequens, & dicit, igitur quod ſic mouet, & non ſic vt inſtrumentū, ſed vt principale mouens erit penitus immobile. Erit igitur enthymema principale motum neceſſario mouetur, & non neceſſario mouet, Inſtrumentū mouet & mouetur neceſſario, igitur principale mouēs mouebit & non mouebitur. Vis rōnis.

Nam cum ultimum (ut diceruus) ſit, quod moueri pōt, motus autem principium non habet: ſitq; id quod mouetur ab alio, et non ē ſeipſo: rationabile eſt ut neceſſario dicamus etiam tertium eſſe, quod moueat immobile exiſtens.

Fecit enthymema. Nunc probat illius illationem, & ſupponit ꝙ ſi aliqua duo coniunguntur per accidēs, & vnum ſine altero inuenitur, poteſt & alterum ſine illo inueniri, veluti album & dulce per accidens in lacte cōiunguntur, & album inuenitur in niue ſine dulce, & dulce in poculo ſine albo inueniri poteſt. Secūdo ſupponit ꝙ mouere & moueri coniunguntur per accidēs in inſtrumento. Ex his ſequitur, ꝙ ſi moueri poteſt, in vltimo moto inueniri abſq; ipſo mouere, etiam ipſum mouere inueniri poteſt in ipſo mouente primo abſque ipſo moueri, & ſic patet conſequentia, inquit. Nam cū vltimum (vt videmus) ſit quod moueri poteſt Motus autem principium nō habet, ſitq; id quod mouetur ab alio, & non à ſeipſo, hoc eſt inſtrumētum, rationabile eſt vt neceſſario dicamus etiam tertiū eſſe, quod mo-

A ueat immobile exiſtens, cum. n. poſsit in vltimo moto eſſe moueri abſq; ipſo mouere, iure & in primo motore mouere eſſe poteſt, ſine ipſo moueri, debes ſcire ꝙ in græco litera illa eſt negatiua, ait. n. rōnale eſt, vt nō neceſſario dicamus, verum debet legi affirmatiue, ꝓpter verbum illud ακινητον, hoc eſt immobile, nō duæ negationes apud græcos vnam faciunt.

Quocirca & Anaxagoras recte dicit mentem inquiens paſsionis expertem eſſe, atq; impermixtam, nam eam eſſe principium motus cōtendit. hoc. n. modo ſolum mouebit nullum motum ſubſiſtens, & imperabit mixtionis expers.

Hanc rem Anaxagoræ aſtipulatione perſuadet, qui recte mentem primam autumat impaſsibilem & impermixtam, impaſsibilem quidem vt moueat, impermixtam vero vt imperet. Sunt qui rationem Ariſt. intelligunt ſic, ꝙ ſi aliquid fuerit compoſitū ex duobus oppoſitis, ſi vnum eſt repetibile per ſe, & alterum, quare cum mobile ſit repetibile ſine motione, igiẜ & motor ſine ipſo moueri. Contra rationem ſic intellectam ſolent fieri innumeræ obiectiones, prima, ſubſtantia & accidens coniunguntur & tñ accidens eſſe non poteſt ſine ſubſtantia ſecūda, nã materia & forma coniunguntur accidentaliter, & tamen non datur materia abſque forma, tertia intelligens & intellēs per accidens coniūguntur in aliquo, & datur per ſe intellectum non intelligens vt lapis, igitur per ſe intelligens non intelligibile, quod non eſt auditum. Auer. digrediendo ibi { qm cū aliquid fuerit, } primo videtur ſoluere obiectiones has. 2. nonnullas tacitas. Rñdet, & inquit, ꝙ regula debet intelligi de cōpoſito ex duobus oppoſitis, quorum vtrunq; exiſtit per ſe, & alterū ſit ſeparabile à reliquo. Tunc. n. ſi vnum eſt ſeparabile, alterum ēt erit ſeparabile. Hoc modo eſt de primo motore & vltimo mobili, ſunt. n. oppoſita ſaltem diſperata, ſunt ſubſtātiæ per ſe exiſtentes, & mobile poteſt eſſe ſine ipſo mouere. Tunc ad obiectiones patet ſolutio. prima. n. deficit, quia non eſt in ſubſtantijs. ſecunda deficit, quia Ariſ. arguit de ſubſtantijs per ſe exiſtentibus. tertia fortaſſe deficit, quia intelligens & intellectum nō ſunt oppoſita, cum ſint omnino eadem, & non coniuncta. Deinde ibi { media. n. licet ſint } ſoluit tacitas obiectiones, poſſet. n. obijci ad antecedens, quia in motu nō ſemper ſunt tria, imo interdum ſunt plura, vt in motu lapidis, & homo brachium, claua & lapis. & nōnunq̄ ſunt duo tm̄, vt motor & motum, vt homo & lapis. Reſpondet ꝙ omnia illa media & ſi eſſent mille, habent rationem vnius, & ita erunt reductiue. ſecunda tollitur, quia vbi ponitur aliquid imediate moueri ſine inſtrumento, habetur ꝙ ſit mouens motum ſeipſo. Etiam inſtatur, quia videtur ꝙ ratio petat principium, quia ſupponit motorem exiſtere per ſe, hoc aūt videtur petitio principij, quia ſupponit illū eſſe, ſcd̄o ſupponit illū eſſe ſeparatū, igitur petitio. Rñdet ꝙ illud ſupponit ad mētē aduerſarij, vbi. n. non ſupponeretur motorē eſſe, non poſſet eſſe inſtrō nec res mota. Ad ſecundum reſpondet ꝙ licet ſupponat, ipſum eſſe ſeparatum ſecundum eſſe, tñ credi poteſt ipſum eſſe tali modo admixtum mobili, vt moueatur illius motu, vt de nauta cum naui dicitur. Debes ſcire (vt innuit Auer.) ꝙ demonſtratio Ariſto. videtur arguere ab vltimo ad primum hoc modo: vltimū mouetur, & non mouet, igitur primum mouet & non mouetur. Ideo eſt dubitatio vtrum oportet ponere ꝙ motor moueat, quod eſt proprium primo, & ꝙ motū moueatur:

Margin notes: B — Expō aliquorum.; Obiectiones.; C — Quæ Auer. com. 37.; D — Obiectio.

ueatur: quod est proprium vltimo, ad hoc vt demõstratio valeat Them. (vt ait Auer.) voluit ꝙ siue ponatur illud proprium primo siue non ponatur in antecedẽte, demonstratio valet. Dixit ẽt Them. ꝙ Aris. per primũ, medium & tertium, non motorem, medium, & motũ voluit, sed quæsita. Hæc Auer. damnat & vult ꝙ in antecedente demonstrationes assumantur, & proprium, primo videlicet, vt moueat, & vltimo vt moueatur, & tunc valet demonstratio ꝙ si vltimum mouetur, & nõ mouet, primum mouebit & non mouetur, de secundo vult ꝙ per illa tria non quæsita, sed motorem, instrumentum, & motũ velit. Hæc accipi possunt ex hac balba sua commentatione. Ego vero dico primo ꝙ illa nõ inueni apud Themist. vt apparet Them. in hoc tex. nõ scribit, sed raptim transit. De cætero dico ꝙ Arist. bene sumit tria esse in motu mouens & medium & vltimũ, non autem sumit in antecedẽte propria vnicuiq; videlicet moto ꝙ videlicet tm̃ moueat, motori ꝙ tm̃ moueat, qm̃ tunc peteret principium. De principali dubio, videtur mihi ꝙ solutiones illæ non valent, fortasse .n. aut est in eis petitio principij, aut multum extra textum addunt. De illis tñ. 12. Meta. cõm. 35. satis sum locutus. Propterea pace sua melius dici põt (vt dixit) ꝙ Aristo. petit duo ab aduersario sibi concedenda. Primum, ꝙ quotiens duo coniunguntur per accidens, si vnũ potest esse in aliquo sine altero, etiã reliqua sine reliquo in aliquo stare non poterit. Sumit secundo ꝙ moueri & mouere coniunguntur per accidẽs in aliquo vt instrõ medio, vt clare patet. Ex his iam sequitur si moueri põtest inueniri in aliquo, vt ĩ vltimo moto absq; ipso mouere, ẽt ipsum mouere potest esse in aliquo sine moueri, & vbicunq; ponetur, ibi erit mouens & non motũ, quod est propositum, nunc autem sic intelligẽdo, obiectiones nullæ sunt, cessat .n. illa de substantia & accidẽte, qm̃ non per accidens coniungũtur in aliquo tertio, cessat illa de materia, qm̃ non coniunguntur accidentaliter, nec in aliquo tertio inhærenter. cessat illa de intellecto & intelligente, quia non coniunguntur per accidens, nam in angelo idem est ẽm rem intelligens & intellectũ. Et si reperitur alia solutio, dicas ꝙ extra ꝓpositũ est, & non est ad rẽ hanc alia solutio melior hac.

Optima solutio.

An si duo sunt coniuncta & vnũ reperitur sine alio: an reliquum posset reperiri sine alio. Vide Egi. hic.

Tex. 38. *Si uero non per accidens, sed necessario mouetur id quod mouet, ita ut non moueat nisi moueatur necesse est ipsum mouent quatenus mouetur, aut ipsum sic mouetur ut per eandẽ motus speciem moueat, aut per aliam. Dico autem id quod calefacit, aut & ipsum calefieri, & sanans sanari, & deferens deferri. Aut sanans ferri & ferens augeri, sed perspicuum quoniam primum fieri nequit, nam dicere hæc oportet descendendo usq; ad indiuidua, ut si quid Geometriã doceat, id eandem Geometriam discere, & si proijcit eodẽ proiectionis proijci modo, si non sic quidem, sed genere alio, ceu id quod fert augeatur, id autem quod hoc auget, ab alio alteretur, & id quod illud alterat, alio motu quodam rursus moueatur, necesse est nimirũ stare, quinimmo motus finiti sunt.*

Reddit ad aliud membrum, posset .n. dici ꝙ omne quod mouet mouetur necessario ad hunc sensum, ꝙ si non mouetur, non moueat, huic obiicit Arist. nam si omne mouens mouetur, aut eadem specie motus qua mouet mouetur, aut alia atq; alia, verbi causa, eadẽ vt si calefacit, & calefiat, & sanet, & sanetur, & deferat, & deferatur. Alio vero vt sanans feratur, ferens augeatur. Quod non eadem specie motus persuadet, quia descẽdendo ad indiuidua hoc est ad species vltimas, tũc do-

E cens Geometriam Geometriam disceret, atq; doceretur, & proiiciens eadem proiectionis specie proiiceretur, hæc autem absurda sunt. Si vero alia atque alia motus specie siue genere, verbi causa, vt ferens augeať, augens alteretur, alterans quoque rursus alio motu quodam moueatur, necesse est nimirum stare, nam motus species finitæ sunt, & vbi stabitur illud oportet vt moueat eadẽ specie motus, qua mouit motũ sibi ꝓximũ.

Qui uero reflectere asserit, & id quod alterat dicit deferri, idem facit ac si statim id deferri dicat, quod deferat, atque doceri id quod docet, nam omne quod mouetur, perspicuum est moueri etiam à superiore mouente, & magis ab eo quod cætera antecedit. Sed hoc est impossibile, continget .n. ut docens discat, quorum alterum habere scientiam, alterum non habere necesse est.

F Confutat cauillum quendam. dicit .n. potest dictæ rationi ꝙ circulo contingit motus, verbi causa, dicam A, alteratum ab aliquo esse alteratũ, vtpote ab ipso B, B vero ipsum augeri ab ipso C, Ipsum vero C deferri ab ipso D. ipsum autem D alterari rursus circulo, qua ratione mouens mouebit & mouebitur, sed altera motus specie semper propter circularem reditum. Huic obiicit, & supponit vnum, ꝙ omne quod mouetur ab aliquo motore inferiori, mouetur magis à motore superiore, quicquid .n. potest causa inferior potest & superior. Tunc arguo A primum alteratum alteratur ab ipso B aucto, igitur magis ab ipso D, quod erat supremum mouens, sed D ipsum ponebatur redire ad alterationem, igitur A ipsum alteratur ab eo quod alterať, & ita redit rõ quæ prius, Inquit. Qui vero reflectere asserit, & id quod alterat dicit deferri, idem facit ac si G statim id deferri dicat, quod defert, atq; doceri id qđ docet, & quod hoc faciat, declarat & accipit nostrũ suppositum. d. nam omne quod moueť, perspicuũ est moueri ẽt à superiore mouente, & magis ab eo quod cætera antecedit, verbi causa, si lapis mouetur à claua, quæ mouetur à manu, quæ rursus ab homine mouetur, lapis etiam ab homine moueri dicetur, tanto quidẽ magis quanto homo cætera antecedit. Ex hoc supposito sequitur ꝙ A alteratũ alterabitur ab ipso D, sed D ponebatur redire ad alterationem, igitur A ipsum alterabitur ab eo quod alteratur. Hoc autem impoře esse ꝓbat per hoc, quia contingit vt docens doceatur, quorũ alterum habere sciam necesse est vt docens, alterum non habere, vtpote doctum siue discens. Hæc autẽ ad contradictionem reducuntur. Ex his colligi põt apertissime, ꝙ grauia & leuia non mouentur à seipsis, nam H si mouerentur à seipsis, in eo quod mouerent haberent motum, in eo quod mouerentur non haberent, & ita haberent, & non haberent, ꝙ si dicas ꝙ non habent in actu formali, & habent in actu virtuali siue potestatiuo vt nonnulli asserunt, profecto ridiculum est, & contra Arist. expresse. statim .n. dicam primum mouẽs moueri à seipso, quia cauillando asseram esse in actu virtuali, & potentia formali, nam ꝙ habeat virtute, & careat actu formali motu nihil prohibet per te.

Præterea hic absurdius continget, accidet .n. omne motiuum mobile esse, siquidem omne quod mouetur ab eo mouetur, quod mouetur, erit enim mobile. ueluti si quis dicat omne sanatiuum atq; sanans sanabile etiam esse, & ædificatiuum ædificabile esse, aut statim, aut per plura.

Secundo contra idem arguit, sed vniuersaliori rõne.

Arguit

Arguit.n.si omne quod mouet mouetur, omne motiuum erit mobile, & hoc eadem specie motus, quia aut statim si mouet & mouetur eadem motus specie, aut per plura media, vt fuit deductum. Ex hoc colligi pôt contra eos qui ponunt idem posse esse in actu virtuali & potentia formali, omnia enim hæc ruerent.

Dico autem ut si omne motiuum esse mobile, non autem eodem motu, quo sibi propinquum mouet, esset mobile, ut sanatiuum disciplinabile. Sed id ascendens peruenit tandem, ut diximus prius, in eandem motus speciem. Horum itaq; alterum impossibile est, alterum euasio. Absurdum.n.est alteratiuum necessario esse augmentabile.

Exemplificat nũc quasi epilogans rationem, & inquit. Dico autem per plura media, vt si omne motiuũ esset mobile, non autem eodem motu, quo sibi ꝓpinquum mouet, esse mobile, sed alia motus specie, vt sanatiuum disciplinabile. Hoc confutat epilogando rationem, & inquit. Sed id ascendens peruenit tandem, vt diximus prius, in eandem motus speciem, quo erit tunc vt idem eadem specie motus moueat qua mouetur. Tunc inter mẽbra addit differentiam dicunt. Horum itaque alterum, videlicet vt idem moueat & moueatur eadem specie motus & immediate, est impossibile, alterum plasmatodes hoc est figmentũ, melius ad sensum fuga siue euasio. Absurdum.n.est alteratiuum esse augmentabile, si debet alterare. Ex his omnibus colligi potest, illud non esse peripateticum ꝙ idem possit esse in actu virtuali & potentia formali, omnes enim hi processus ruerent.

Tex. 39. *Non ergo necesse est id quod mouetur: ab eo semper moueri: quod ab alio mouetur. erit igitur huius processionis status tandem, quibus efficitur ut quod primo mouetur: aut à quiescente moueatur: aut ipsum seipsum moueat.*

An sit aliquid mouẽs penitus immobile. Vide Iãdu. q. 13. huius.

Epilogat conclusiones declaratas. Prima est, vt non semper quod mouetur ab eo moueatur, quod vlterius mouetur, immo sit totius processionis status tandem ad mouens, quod à nullo alio mouetur. Secunda est, ꝙ id quod primo mouetur, quicquid illud sit, aut à quiescente, hoc est penitus immobili mouetur, & hoc si mouetur à motore extrinseco, aut ipsum seipsum moueat, & hoc si non mouetur à motore extrinseco. Alterum enim horum ex demonstrationibus habitis oportet concedere.

Tex. 40. *At uero si etiam considerare oportet, utrum causa atque principium motus id sit, quod ipsum seipsum mouet, aut id quod ab alio mouetur: illud sane utiq; ponent omnes, id qđ quidẽ per se causa est, semper prius esse ea, uidelicet re, quæ per aliud causa est. Quo fit ut alio principio sumpto, consideremus oportet si quid seipsum mouet, quo nam modo, quaue motus specie moueatur.*

Tractaturus modo Aristot. de primo moto à seipso quid supponendum sit in vniuerso processu proponit, quid vult agere de primo moto à seipso adiungit. Supponẽdum itaq; esse statuit, id quod per se causa est, esse prius eo semper quod est causa per accidens, quia vt. 2. huius dictum est, omne per accidens reducitur ad per se. Id vero quod agere vult est, si aliquid seipsum mouet, vt cœlum & animal, ad hoc vt sit primum quod seipsum mouet, quomodo an circulari, an recto motu moueri debeat. Quaue specie, vtrum latione, an alteratione, an auctione moueri debet, considerandum est. Hæc est omnium eorum quæ dicturus est intentio.

RECOGNITIONES.

ARist. in hoc textu facit hanc consequentiam, si aliquid moueret seipsum, tunc scđm eandem motus speciem feretur & feret, & alterabitur, & alterabile, & sanaret, & sanaretur, hanc non destruit, quoniam relinquit tanquam superius destructam via sensus, & experientiæ.

Omne itaq; quod mouetur in semper diuisibilia sectile esse necesse est. Prius enim in uniuersalibus de natura ostẽsum est, omne quod per se mouetur esse continuum.

An aliquis possit mouere seipsum ad scientiam. Vide Egid. hic.

Exequens Aristo. intentionem propositam, anteq̃ rem ipsam attingat, vnam constituit petitionem, videlicet ꝙ omne quod mouetur sit diuisibile in semper diuisibilia, hanc esse probatam in Sexto asserit, vbi omne quod per se mouetur, esse continuum & corpus longa commentatione est disputatum. Ad quid vero petitio hæc faciat, non explicat. Ideo debes scire, ꝙ Arist. diuisionem constituet quandam, vbi nomine partis & totius vtetur, pars autem & totum nõ sunt nisi in his quæ diuidua sunt atque sectilia, propterea hanc sibi statuit petitionem, aut fortasse in Platonem retulit, qui indiuiduum seipsum mouere autumat, ne igitur in cauillum quis recidat, hanc sibi ex declaratis suppositionem constituit.

Prima demonstratione stãte q ad corpus à se motũ deduxit. nũc ꝓbat intentum

Impossibile igitur est, ut id quod seipsum mouet, se totum penitus moueat. Vnum enim ac indiuiduum specie feretur totum, feretq; latione eadem, & alterabitur & alterabit. Quare docebit simul atq; docebitur, & sanabit atque sanabitur eadem sanitate.

Multifariam (vt ait Themist.) aliquid ipsum seipsum mouere dicitur, vt aut totum à toto, aut totum à parte, aut partem à toto, aut partem à parte, hoc postremum in duo membra diuiditur, nam aut ita pars à parte mouebitur, vt viceuersa mutuoq; altera ab altera moueat, aut ita vt vna pars moueat altera è conuerso non moueat. Et hunc vltimum significatum concludet Arist. Primo igitur probat, ꝙ nihil totum mouetur per se à seipso toto. Et arguit sic, quia tunc vnum & idem indiuiduum specie feretur, & ferret eadem lationis specie, & alterabitur & alterabit, & ita docebit & docebitur, & sanabit atq; sanabitur eadem sanitatis specie, igitur nihil totum se totum mouet. Nec valet quod iuniores aiunt Arist. conclusionem esse intelligendam in motu vniuoco, omnis enim via demõstratiua tolletur, qua ꝓficiscitur ipse in primo motorem penitus immobilem.

Contra iuniores.

Dubiũ.

Sunt qui Arist. occurrunt, primo, quia non videtur inconueniens vt ferens feratur, secũdo, nec inconueniẽs sanans sanari, tertio, nec docens est inconueniens dicere. Aial.n. seipsum fert, inuẽtor quoq; per contemplationem seipsum docet, medicus etiam sese nonnũquã sanat. Sed hæc non ad intellectum Aristo. sunt, animal enim fert se ratione animæ, quæ corpus fert. Humo docet se per animam contemplantem, ac considerationes quæ ab imaginibus proficiscuntur. Medicus etiam sanat se per accidens, Aristoteles igitur vult habere nihil per se primo esse totum mouens, & totum motum. Sic.n. intelligit Them. conclusionem.

Responsio.

Rursus definitũ est id moueri qđ est mobile, hoc aũt est potẽtia mobile non actu. Sed qđ ptãte est, in actũ proficiscitur. Motus.n. actus est mobilis ĩperfectus, at qđ mouet, actu ẽ iã.

Tex. 42. *At uero neq; eius quod primo seipsum mouet una pars seipsam mouet, neq; plures seipsas singulas mouebunt.*

Tertius significatus erat ꝙ totũ à seipso moueri dicitur, quia pars mouet seipsam, aut vnaquæq; mouet vnamquamq;. Hoc nunc proponit confutandum & inquit. At vero neq; eius quod primo seipsum mouet, vna pars seipsam mouet, neque plures seipsas singulas mouebunt.

Totum enim ipsum, si à seipso mouetur, aut ab aliqua sui parte, aut totum à toto mouebitur. Si igitur quia aliqua pars à seipsa mouetur, haec pars erit quod primum seipsum mouet, separata nanq; seipsam illa mouebit, totum autem minime. Si uero totũ à toto mouetur, per accidens ipsæ partes seipsas sane mouebunt. Quare si non necessario seipsas mouent, sumantur non à seipsis moueri, ipsius ergo totius non quædam pars mouebit immobilis, quædam autem moue bitur, hac enim rõne solũ aliquid seipsum mouere cõtingit.

Proposuit vnum confutandum, & omittit illud tanquã manifestæ confutationis, & transit ad alios significatus confutandos, vnde expositores (vt mihi vr̃,) & Auer. locum hunc cum magna difficultate possunt exponere, videtur igitur mihi ꝙ Aristot. hac rõne rursus probet idem à seipso per se moueri non posse, quia aut mouebitur à seipso, per hoc ꝙ aliqua illius pars mouet seipsam, quomodo dicunt aliqui, animal moueri à seipso, per hoc ꝙ cor mouet seipsum, aut per hoc ꝙ vniuersum per se à seipso toto mouetur, vt dicunt alij vniuersum animal per se moueri ab vniuerso animali, nõ quia vna pars mouet aliam vel seipsam. Et hoc proponit dicens. Totum.n.ipsum, si à seipso mouetur, aut ab aliqua sui parte, hoc est, aut ex eo mouetur, quia aliqua sui pars mouet seipsam, aut aliam sibi coniunctam, aut totum à toto mouebitur, & non ratione partiũ, ecce quõ omittit primam diuisionem & trãstulit se ad aliã. Deinde destruit membra, & primum cõfutat hoc modo. Si totũ mouet seipsum totũ, quia vna pars mouet seipsam, non totum erit primum quod mouetur à seipso, sed hæc pars erit primũ quod seipsum mouet. Nã potest hæc pars mouere seipsam, dato ꝙ totum seipsum non moueat, contra vero minime. Inquit, Si igiẽ, quia aliqua pars à seipsa mouetur, hæc pars erit id qđ primum seipsum mouet, separata nãq; seipsam illa mouebit, hoc est, dato ꝙ totum nõ se moueat, illa seipsam mouet, totum vero minime, cum moueatur propter illius motum. Sic igitur patet totum non moueri à seipso toto, quia pars mouet seipsam, quia non totum, sed pars erit primum quod seipsum mouet. Deinde secũdm membrum hoc modo destruit, si totũ per se primo à se ipso toto mouetur, non ratione partium, hoc est, non per hoc ꝙ vna pars mouet aliã aut seipsam, per accidens vnaquæq; pars seipsam aut aliam mouebit, igitur non necessario muuet aliam & alia mouetur, non necessario hæc mouet, illa mouetur, igitur contingit hãc non mouere, illam quoq; non moueri. Sumatur igitur de inesse ꝙ hæc non moueat, illa non moueatur, igitur ipsius totius non erit vna pars mouens immobilis, alia mota non mouens, quod est contra definitionem datam de eo quod primo seipsum mouet. Inquit, Si vero totum à toto mouetur primo & per se, & non ratione partium, per accidẽs ipsæ partes seipsas sane mouebũt, hoc est vna aliam aut vnaquæq; seipsam. Quare si non necessario seipsas mouent, sumatur de ipso inesse seipsas non mouere, hoc est ꝙ nulla moueat, nullaque mo-

A ueatur, ipsius ergo totius non quædam pars mouebit immobilis, quædam autem mouebitur non mouens, quod est contra rõnem eius, quod primo seipsum mo ueri dicitur. Nã hac rõne aliquid seipsum mouere contingit. Quod vero ad verba attinet, debes scire ꝙ in græco quodam codice legitur sic{Sumantur non à seipsis moueri. Ipsius ergo totius quædam pars mouebiẽ immobilis, quædam autem mouebitur.} & sic cum litera sit affirmatiua, cum Arist. dicit{Sumantur nõ à seipsis moueri.} vult esse subintelligendum absurdum.s. totum mouebiẽ nullis partibus motis, hoc subintellecto, quasi infert propositum.s. ꝙ oportet ipsius totius si est primũ seipsum mouẽs, vt altera pars moueat tñ, altera sit mota tñ, quia hac rõne aliquid se ipsum primo mouere contingit. Hic sunt duæ circa rationẽ dubitationes. Prima.n. solum per accidẽs, vt distinguitur **Dubiẽ. Prima.**

B contra necessarium videtur posse non esse, non autem vt distinguitur contra per se primo, vt hic videtur dicere Arist. ait.n. si totum à seipso toto per se primo mouetur, vnaquæq; pars per accidens mouebit aliã, quæ consequentia nulla est, nisi accipiendo per accidens, vt distinguitur cõtra per se primo. Hæc est maxima dubitatio. Secunda dubõ est, ꝙ Arist. petere videẽ principiũ, sumit.n. id primo moueri à seipso, cuius vna pars est mouens immobilis, altera mota tñ. Hoc.n. est qđ quærimus. Dici potest ad primam ꝙ Arist. infert si totum à seipso mouetur, tunc non est de ratione partiũ, vt vna moueat aliam, igitur intelligi potest vnam non mouere aliam, igitur intelligi potest non esse partẽ mouentem immobilem, & motam non mouentẽ. Hoc autem est impossibile sm imaginationem, cum sit cõtra rõnem primi moti à seipso, igitur & antecedẽs erit **Secunda.** **Solutio.**

C impossibile similiter. Alij dicunt (vt videtur Auer. intelligere) ꝙ illud quod est per accidens, potest non esse in suo vniuersali propter illius aliquod indiuiduũ, quia .n. mouẽs mouetur per accidens, ideo aliquid est mouens quod in mouendo nullo modo mouetur, vt primus motor. Hæc tñ responsio indiget consideratione. Melius igitur tertio dici potest, ꝙ si totum mouet seipsum primo, potest seipso mouere, partibus ipsis non motis vel non existentibus, vt homo potest esse risibilis, Socrate non existente risibili, quia quod est tale primo, potest esse circũscriptis omnibus aliis quæ sunt talia non primo, & ita totum seipsum mouere potest nulla parte mouente, quod est impossibile. Secunda dubõ tollitur per hoc, quia supra Arist. supposuit primũ motum esse id cuius vna pars mouet, & alia mouetur, non ꝙ habeat partem mouentem tantum, & partẽ motam

D tantum, sed solum ꝙ diuiditur in duo illa, & non solũ supposuit, sed multis rationibus probauit. Hęc possunt dici in Arist. præsidium.

Rursus si totum seipsum mouet, aliud ipsius mouebit, aliud mouebitur, ipsum igitur A B à se ipso, & ab ipso A mouebitur.

Secundo idem persuadet sic, si totum, vt pote A B à seipso toto mouetur, per definitionem eius quod primo seipsum mouet, aliud ipsius A B mouebit, aliud eiusdem mouebitur, & ita sequetur quòd ipsum A B à seipso mouetur toto, & ab ipso A etiam, à seipso quidem toto, per te, qui dicis ipsum à seipso moueri, ab ipso vero A, quoniam A ipso non moto, totum ipsum non mouebitur, vt dicitur in Septimo huius. Motus .n. totius dependet à motu partium. Nec hunc locum **Contra expositores.**

tiam, sed quicquid sit, videtur velle id quod seipsum mouet diuidi in partes, quarum vna mouet, altera quę mouetur hoc modo, q̃ illa quæ mouet prorsus immobilis sit, illa vero quæ mouetur, aliud interim extrinsecus mouet, interim tm̃ mouetur. Verum ipse vult solũ q̃ constet ex duabus partibus mouente & mota, sed q̃ mouens sit & non moueatur, & mota non mouens est additum non necessario, sed ad bene esse. Inquit, Cum autem eorum quæ mouet, aliud quidem ab alio mouetur, aliud vero immobile sit, insuper etiã eorum quæ mouentur aliud moueat, aliud non moueat, necessario id quod seipsum mouet & per se primo omnibus aliis circũscriptis, & ex eo constabit, quod mouet & non mouetur, & ex eo quod mouetur, & non necessario mouet, sed contingenter aliquando mouet, aliquã non mouet, Hæc res siue sit processus prædicti epilogus, siue sit noui negotij intentio, sic patet. Verum illud scias intentionem esse q̃ mouẽs se ex partibus duabus constas tantum, mouente videlicet & mota, siue mouens sit immobilis, siue nõ, similiter siue mota moueat, siue non.

Sit enim A quidem mouens immobile, B uero id quod ab A mouetur, mouens etiam ipsum C, quod quidem moueatur ab ipso B. sed nihil ulterius moueat. Nam licet per plura media interdum perueniatur in ipsum C. per unum tamen nunc duntaxat esse peruentum sumatur. Vniuersum itaque A B C, seipsum mouet, sed si ipsum C aufero, ipsum quidem A B seipsum mouebit, cum ipsum A moueat. Ipsum uero B moueatur, ipsum uero C, nec seipsum mouebit, nec prorsus mouebitur.

Mouens tm̃.	Motũ mouens.	Motum tm̃.
A	B	C
Anima.	Spiritus.	Corpus.

Aliquibus videtur q̃ Aristo. probet partem motam necessario moueri, non autem necessario mouere, cui multum consonat principium literæ. aliis q̃ velit probare, id quod mouet seipsum primo, componatur solum ex duabus partibus, altera mouente tm̃, altera mota solum, quorum est Auer. Mihi videtur q̃ ipse p̃bet primum quod à seipso mouetur ex duabus partibus solum constare ex motore, ex parte quæ mouetur ab illo motore, non autem rursus ex parte tertia quæ moueatur vlterius à parte mota, & videtur probatio expositoria hoc modo, id quod seipsum mouet ex duabus partibus constat, & non ex pluribus, neq; ex paucioribus, igitur tantum ex duabus, sic.n. exponitur propositio exclusiua numeralis, ceu hæc, sunt mihi tm̃ duo equi, sic exponitur, sunt mihi duo equi, & non plures, neque pauciores, igitur tm̃ duo. Inquit, Sit enim A quidẽ mouens immobile, vt in animali ipso anima, B vero id qđ ab A, ipsa mouetur in animali, spiritus, siue calor naturalis, mouens etiam ipsum C corpus siue musculũ, qđ quidem C musculus moueatur ab ipso B. sed nihil vlterius moueat, cuius quasi rationem indicat, & inquit. Nam licet per plura media interdum perueniatur in ipsum C corpus sine musculum, sumatur nunc per vnũ esse peruentũ in ipsum C. ex his infert. Vniuersum itaq; A B C seipsum mouet per hunc casum. Tunc arguit, & inquit, sed si ipsum C aufero, ipsum quidẽ A B seipsum mouebit, cum ipsũ A moueat, ipsum B moueatur. Ipsum autem C ablatũ, nec mouebit, nec mouebitur, addas & per pauciora his, illud seipsum mouẽs nõ potest seipsum mouere, igitur omne seipsum mouẽs ex duabus partibus ad minus necesse est constare.

Verum ipsum B C sine A ipso non seipsum mouet, quãdo ex eo B mouet, quia mouetur ab alio, & non ex eo, quia à se parte sua mouente mouetur, ipsum igitur A B solum seipsum mouet, necessario itaq; fit ut id quod seipsum mouet, habeat partem mouentem immobilem, & partem motam non necessario mouentem.

Refellit fortasse tacitum cauillum, cuius signum est, quia ipso confutato, rursus conclusionem dictam epilogat. Est autem cauillus, vtrum sicut A B est primum seipsum mouens, sic B C esse possit? Respondet & inquit, q̃ non, nam B mouet vt motum ab A ipso, ideo sine A ipso esse nõ poterit, at ipsum A B esse potest sine C ipso, cum esse possit & A, & B sine C ipso. Demũ epilogat conclusionem, & sermo patet.

B *Hæc autem aut sese mutuo tangunt, aut alterũ, alterum.*

Secundus cauillus esse potest, vtrum partes hæ sint coniunctæ tactione. Respondet & inquit. Hæc autem aut sese mutuo tãgunt, subaudi si motor est corpus velut est res mota, aut alterum, alterum, vtpote motor ipsam rem motam, quatenus virtute sua mouet illã. Sed dices, omne tangens tangitur, vt in Primo de Generatione dictum est. Respondet, q̃ omne tangens tangitur, quando tangit tactu quantitatiuo, at tactu qualitatiuo tangens potest tangere nõ tactum, vt in pluribus casibus patet.

Dubi.

Responsio.

*Quod si id quod mouet continuum sit, nam id quod mouetur necessario continuum est, non per hoc q̃ altera pars alteram tangit, perspicuum uniuersum seipsum mouere, nõ quia ipsum est tale ut ipsum seipsum moueat. Sed mouet idem seip*C *sum & mouetur, eo quia ipsius aliquid mouet, & aliquid mouetur. non. n. totum mouet, nec totum mouetur, sed mouet quidem A, mouetur autem tantummodo B, ipsum uero C, nõ rursus ab A ipso, est enim hoc impossibile.*

Ex dictis cõcludit, qua tõne possit idẽ dici seipsum mouere, & vult idẽ dici seipsum mouere, quia aliquid ipsius mouet, & aliquid ipsius mouetur. accipit aũt vnũ quasi antecedens, licet non multum necessario, & inquit. Quod si id quod mouet continuũ sit & corpus, nã id quod mouetur necessario continuũ est & corpus vt sexto huius dictum est, non per hoc q̃ altera pars alterã tangit, sed vera continuitate, perspicuum vniuersum seipsum mouere. non quia ipsum est tale, vt ipsum seipsum moueat: hoc est vt totum moueat & totũ moueat, sed mouet idẽ seipsum & mouetur eo quia ipsius aliquid mouet, & aliquid mouet. non. n. totũ mouet, & D totũ mouet, sed mouet quidẽ A. Mouetur autem tantummodo B. ipsum vero C. non rursus ab A. ipso mouet, cũ ponat abscissum. hoc. n. est impossibile, ipso abscisso. Sic igit aliquid seipsum mouere dr̃ q̃a ipsius vna pars mouet, & alia mouetur. Animaduertendum autẽ Aristo. dixisse, si id quod mouet continuum sit, quia nondum patet, an primus motor sit corpus vel nẽ donec igitur res declaretur, loquitur sub dubitatione.

Debes scire vt ab Auer. colligitur, cõmen. 43. q̃ motum à seipso est duplex. Primum veluti id quod non est resolubile in prius eo, vt fortasse in animali est minima pars cordis, & secundarium, vt fortasse est totum animal, quod in plura mota à seipsis primo resolui potest, loquendo de ipso moto à seipso primo, sic tale cõstat ex duabus tantummodo partibus, mouente tm̃, & mo-

Quæ Auer. com. 43.

& mota, quæ vlterius aliam nõ mouet, at loquendo de motis à seipsis non primis, non tantum ex duobus constat, sed potest pars mota vlterius aliam mouere.

RECOGNITIONES.

De corpore primo, quod seipsum mouet.

QVid velit hic facere Arist. non planum est, tamẽ dicamus ꝗ cum conclusisset primum mouens esse illud corpus quod seipsum mouet, quodq́; diuiditur in partem mouentem, & partem motam, nũc disputat quot requiruntur ad hoc vt aliquod corpus, quod seipsum mouet, dicatur corpus primum seipsum mouens, nam cum primum mouens diuidatur in duo, in partem motam, & partem mouentem, & posset quis dicere, vtrum id quod est corpus primũ seipsum mouens requirat plura q̃ duo, vt duo quæ moueant, siue plura, & quoq; moueantur siue plura, An duo quæ mouent. & vnus quod mouetur, vel econtrario duo quæ mouẽtur, & vnum quod mouet. Cũ igitur talis sit ambiguitas Arist. talem attulit conclusionẽ, ꝗ videlicet ad hoc, vt aliquod corpus seipsum mouens, sit primũ seipsum mouens, duo requiruntur, alterum vt moueat tãtum, alterum, vt moueatur tñ, ex iis. n. sufficienter constat corpus quod est primum seipsum mouens, & ponens hanc conclusionem diuidit ipsum mouẽs, & ipsum motum, & dicit, {quoniam autem mouet aliud quidẽ, qđ mouetur, aliud autem immobile existẽs, } hoc est qm̃ duplex est mouens, alterum quod mouetur, alterum immobile existens { & mouetur hoc quidem mouẽs, illud autem nihil mouens, } idest, & qm̃ duplex est id qđ mouetur, aliud quod mouetur, & mouet, aliud quod mouetur, & non mouet, cũ itaq; ita sit, {ipsum seipsum mouens necesse est ex immobili esse mouente tamen, & adhuc ex eo quod mouetur, non mouet autẽ ex necessitate, sed qualitercunq; euenit } non tollitur ratio eius, quod est primum seipsum mouens.

Tex. 44. *Habet autem dubitationem si quis partem demat, aut ab ipso A. si id quod mouet & non mouetur continuum sit, aut ab ipso B, quod mouetur, utrum reliquum ipsius A mouet, aut reliquum ipsius B mouetur? Nam si id erit, ipsum A B sane non id erit quod à seipso primo mouetur, quando dempta aliqua parte ab ipso A B, adhuc ipsius A B, reliquũ ipsum seipsum mouet.*

Mouet dubitationem, in qua vnum supponit hypothetice, videlicet dato ꝗ mouens sit corpus siue continuum (nam motum esse corpus & continuum patet) vtrum dempta aliqua parte ab ipso mouente, aut ab ipso moto, reliquum mouentis moueat reliquam moti partem. Et arguit ꝗ non, quia si id erit, videlicet ꝗ reliquum mouentis moueat, reliquum rei motæ moueatur, ipsum A B non erit id quod primo seipsum mouet, quando dempta aliqua parte ab ipso A B, toto adhuc ipsius A B reliquum seipsum mouet, & ita illud nõ fuit primum, cum adhuc detur prius. Proficiscitur autẽ dubitatio (vt recte sentit expositor) ex eo quod dictũ est. Dixit. n. ipsum A B esse id quod primũ mouet seipsum, quia ex duabus partibus tantum constat, quia nec ex pluribus, ne ex paucioribus. Propterea dubitatio exoritur, quia videtur ex paucioribus id constare posse, vt hæc ratio docet.

Cã dubõnis. An aliquid moueatur a se ipso primo. Vide Gratia. Escu. lec. 11. huius.

An potestate quidem nihil probibet utrunq;, aut alterũ uidelicet, quod mouetur diuisibile esse, actu uero indiuiduũ. Nam si diuisim fuerit, non ulterius potestatem habet eandẽ,
E *quare in ipsis potestate diuisibilibus probibet nihil esse primo unum tale.*

Auer. cõm. præsenti. 44. & omnes expositores volunt Arist. intelligere per primum motum à seipso, minimum motum à seipso, quod adeo est minimum, qđ si diuideretur, non remaneret eadem potestas in reliquo, & hoc Auer. expresse ait hic probans esse impossibile vt motum diuidatur actu in infinitum, nã oportet venire ad hoc, vt natura rei tandem corrumpatur, nam minima ignis & cuiusq; rei quãtitas est terminata. Similiter & de animalia anuloso, oportet. n. tãdem venire ad minimum, quod si diuideretur, nõ amplius esset. Tunc ad formam dicunt A B, esse id quod primo seipsum mouet, quia si ab ipso A, vel ipso B, quicquàm dematur, non amplius manebunt. Sed hæc responsio peccat. primo, quia contra rationem. 2. quia literæ non F consonat, contra rationem quidem, quia tunc cœlum ipsum non esset id quod primo seipsum mouet, cuius contrarium habet ab Arist. patet quia cœlum est corpus & non minimum. Contra textum verò, quia Arist. ait, rem motam esse actu indiuiduam, quia si diuideretur, non vlterius potestatem habet eandem, & non dixit, non vlterius est, quæ res docet rem adhuc restare post diuisionem, sed non cum eadẽ quæ prius erat potestate. Ideo mihi videtur esse dicendum ad Arist. mẽtem id primo seipsum mouere, quod actu ex duabus tñ partibus constat, quarum quælibet est actu vna, siue sit potestate diuisibilis, siue non. Dicitur. n. primũ, quia ex iis constat, & non ex paucioribus iis sub eadẽ potestate. Vbi. n. dematur à parte mota, non remanebit eadem præcisa potestas, sed forte motus erit velocior stante potentia ex parte motoris eadem, vbi dematur à parte mouente, motus erit tardior, stante eadẽ potestate à parte rei motæ, vbi dimoueaẽ ab vtroq;, non est idem primum motum à seipso, sed est aliud de nouo existens, sic igitur ad formam dubitationis patet solutio, nam si dematur ab altero vel ab vtroq;, non remanet idem quod primo seipsum mouet, sed aut aliud aut minus vel maius, & hoc inquit. An potestate quidem nihil prohibet vtrũq; diuisibile esse, actu vero nõ diuiduum, & hoc si motor sit continuus veluti res mota, aut alterum videlicet quod mouetur, si id solum est continuum. Cuius causam subdit. Nam si diuisum fuerit, non vlterius potestatẽ habet eandem, quare in iis potestate diuisibilibus, prohibet nihil esse vnũ primo tale. Sufficit. n. ꝗ actu cõstet ex duabus partibus, quarum quælibet est actu vna. Ex his patet animal nõ esse id quod primo mouet se, qm̃ non est actu constans ex H duabus tñ, sed pluribus vt aĩa spiritu musculo & corpore, at cœlum est bene primum seipsum mouens, cum in ipso nihil sit præter animam & corpus quorũ, qđlibet est actu vnum. Est tñ corporis animalis id quod primo seipsum mouet fortasse minimũ cordis vel solũ cor ipsum, quia solũ hoc cõstat ex partibus vnitis actu.

Expõ Auerr. & expositores.

Propria expõ.

Addit tñ Auer. differentiã inter primum motorẽ in animalibus & corpore cœlesti, nam in corpore cœlesti motor est penitus actu & potestate indiuiduus, quia non dependet à materia quanta, sed motores corporũ generabilium sunt actu indiuidui, potestate vero diuisibiles, quia constituuntur in esse per materiam quantam, vt declaratur in libro de Substantia orbis.

An i motu sit dare primum ex parte mobilis & ex parte mouentis. Vide Gratia. Esc. lec. 11 huius. Quæ Auerro. com. 44.

Perspicuum igitur ex iis est, esse primum mouens immobile, nam siue statim id quod mouetur, ab aliquo tamen mouetur,

mouetur, ad primum sistat immobile, siue etiam sistat ad id quod mouetur quidem, sed seipsum mouet utroq; modo accidit id quod primo mouet in omnibus quæ mouentur, esse immobile.

Omnes ferè expositores volunt nunc Arist. ponere vltimam conclusionem omnium dictorũ, quæ est φ sit primum mouens penitus immobile, quibus Them. & Auer. consentiunt, vnde Auer. accipiens Themistij rationẽ sic eam format, motũ ab alio peruenit ad mouens immobile. Motum à seipso peruenit ad mouens immobile, sed omne motum vel à se mouetur, vel ab alio, igitur omne motum peruenit ad mouens immobile. Sed hæc expositio potest dupliciter intelligi (vt recte recentiores accipiunt) aut φ Arist. probauerit esse deueniendum ad primum mouens penitus immobile, hoc est quod nec per se, nec per accidens mouetur, & hoc modo ex dictis id non sequitur, vt satis per ante habita patere potest. Alio modo φ in omni ordine mouentium & motorum primum mouens in suo ordine est immobile per se, cum quo tamẽ stat ipsum posse esse motum per accidens à seipso, veluti anima animalis est primum mouens immobile per se, potest tñ se mouere per accidens mouendo corpus, probabit tamen deinceps per rationes sequentes esse vnum primũ mouẽs in vniuerso penitus immobile quod nec per se, nec per accidens mouetur. Quid igitur hactenus sit deductum, quidue deducendum, ex iis perspicuum, & in hoc apparet differentia processus libri. 7. & præsentis capituli.

Intellectus ex positionis.

RECOGNITIONES.

De corpore seipsum mouente.

CVm probasset quot requirantur ad hoc vt aliquod corpus seipsum mouens, dicitur primum seipsum mouens, nunc concludit quot requiruntur ad hoc, vt aliquod corpus dicatur seipsum mouens, dixit. n. dici corpus seipsum mouens primum seipsum mouens, cum componitur ex duobus tantum. s. parte mouente immobili, & parte mota. Nunc dicit corpus dici seipsum mouens, cum componitur ex parte mouẽte, & parte mota, siue pars mouens moueatur siue non, & {si igitur continuum est id quod mouet,} quod subaudi non affirmo, licet videatur prima facie, quoniam omne mouens mouet per contactum, dico non affirmo, {quod. n. mouetur, continuum esse necessariũ est, nam id quod mouetur est corpus, quod monet, si mouet per contactũ quantitatiuum est corpus, sed vtrũq; sit,} manifestum φ totum ipsum seipsum mouet, nõ eo φ ipsius aliquid huiusmodi sit vt ipsum seipsum moueat, { vt Plato dixit,} Sed totũ mouet ipsum seipsum, & est mouens & motum, eo φ ipsius aliquid est mouens, & aliquid quod mouetur, non. n. totum mouet, & totum mouetur,} vt probatum est, {sed mouet quidem ipsum A, mouetur autem ipsum B, solum, ipsum autem C, ab ipso B, non amplius, impossibile. n. est} patet ergo corpus esse seipsum mouens, quoties diuiditur in duo tantum.

Tex. 45. *Cum autem semper motum esse oporteat, & nunquã deficere, esse quoddam primo mouens perpetuum, quodq; primo moueat immobile, aut unum, aut plura necesse est.*

Quia vt diximus) Aristot. accepit esse in omni ordine aliquod primum mouens per se immobile, vult probare quòd in vniuerso atq; omnibus ordinibus, est

A necesse esse vnum mouens simpliciter primum penitus immobile. Ad hoc autem proponit vnum enthymema, quod in toto hoc processu declarabitur, videlicet motus primus est perpetuus & sempiternus, igitur est vnus primus motor simpliciter, & penitus immobilis, sed quia quæstio de vnitate primi motoris est quæstio separata potius pertinens ad Metaphysicum, ideo addit, aut vnum, aut plura, donec videlicet declaretur illius esse, & vnitas, hoc igitur est enthymema, quo declarato & deducto, patebit propositum.

Vnumquodq; igitur eorum quæ immobilia sunt & mouent, perpetuum esse, nihil ad præsentem rationem pertinet, esse uero aliquid necessario, quod semper omnis quiescat sit mutationis tam absolute φ per accidens expers. Aliud autem moueat, hinc contemplantibus perspicuum. Tex. 46.

B Facto enthymemate, hac in parte proponit id quod facere vult, primo tamẽ excusationem suam circa vnã impertinentem quæstionem apponens, est autem vna impertinens quæstio, vtrum vnumquodque primum mouens, quod in suo ordine est immobile, sit perpetuum. Hanc. n. quæstionem vult ad præsentem rationem esse prætereundam, spectat enim magis ad librũ de Anima, vbi contra Pythagoram disputatum est, nõ omnem animam esse perpetuam, sed humanam, & nõ vniuersam, sed mentem tantummodo. Sed in græco codice sic legitur, vnumquodque igitur perpetuũ esse immobilium quidem, non mouentium autem nihil nunc ad rationem, quare si ita stat, ista quæstio est de ideis quæ sunt immobiles & non mouentes, ideo dicit ad hanc rationem non pertinere, est enim Metaphysi. quæstio, quam contra Platonem disputat ibi. Prætera intelligi potest de Mathematicis, quæ Plato posuit im-

C mobilia non mouentia. Restat igitur per tractare vtrũ sit in vniuerso aliquod primum mouens penitus omnis mutationis expers, quod tamen omnia moueat, verbum illud expers, græce legitur acineton, hoc est immobile, sed ne esset in consonantia, transtuli expers mutationis, quod ad rẽ nihil refert. Hæc igitur est intentio & excusatio.

RECOGNITIONES.

SOlutio dubitationis sic intelligitur, quòd diminutis partibus remanere primum seipsum mouens intelligi potest bifariam, aut simpliciter, aut circunstantionatum. s. tale, quale prius erat, simpliciter quidẽ remanet, quoniam remanet adhuc constans ex altera parte mouente tantum, & altera mota tantum, & sic ratione, qua constat ex duabus partibus, non plu-

D ribus neque paucioribus, remanet simpliciter primum seipsum mouens, non autem remanet tale quale prius erat, quoniam aut est aliud aut seipsum non mouet æquali velocitate, qua prius. Animaduerte tamen hanc dubitationem apud quosdam non habere locũ, vbi mouens pars non fuerit corpus diuisibile, & si videtur mihi quòd habet locum, quatenus potentia motiua erit quanta, & diuisibilis secundum vigorem, est enim duplex quantitas, altera vigoris, altera molis vt Arist. inquit lib. de Animalium motu parte illa, ad hæc oportet virtutem æquare manentis, & sic vtroq; modo habet dubitatio hęc locum, cum vtroq; modo possit intelligi motor ipse diuisibilis, licet non ea specie diuisionis. prætera Auer. in cõm. distinguit, φ duplex sit quantum, siue continuum, aut formaliter, vt motores

animalium generabilium, qui constituũtur in esse per subiectum, aut quia est in continuo, & quanto, hoc est per attributionem ad subiectum quantum, & sic intelligentiæ, & deus possunt dici continua, qm̃ sunt in subiectis qũs, & continuis, quare quæstio & solutio habent locum quouis modo motor est diuisibilis.

Sit uero (si quis uult) in aliquibus possibile, ut aliquando sint aliquando non sint, sine generatione corruptioneúe, forsitan enim necessarium est, si aliquod impers, aliquando est, aliquando non est omne tale sine mutatione, aliquando esse aliquando non esse, insuper etiam si hoc possibile principiorum quæ mouent immobilia nonnulla esse interdum nõ esse.

An principia immobilia cõtingat aliquã do esse aliquã do non esse sine generatione & corruptione sui. Vide Egi. hic.

Aristo. vult declarare hanc conclusionem, impossibile est omnia principia quæ mouẽt immobilia esse corruptibilia, ante tamẽ q̃ hanc rem aggrediatur excludit duo, quæ siue concedantur, siue non, nihil faciunt ad rem primum est aliqua posse desinere, & incipere, & non per generationem & corruptionem, vt impertia, videlicet puncta, & albedo, & id genus, hæc.n. desinũt & incipiunt non per se, sed propter subiectum, secundum est aliqua principia quæ mouent immobilia posse incipere, & desinere per generationem & corruptionem, vt animæ animalium. Animaduerte tamen q̃ nõ temere Arist. hic duo tangit non esse ad rem, quoniam erant duæ rationes famosæ apud veteres, quibus probare enitebantur esse primum mouens perpetuum. Prima erat, omne ingenitum & incorruptibile est perpetuum, sed aliquod primum mouens est ingenitũ & incorruptibile, igitur perpetuum, hanc rationem excludit Arist. per interemptionem maioris, potest.n. concedi aliqua incipere & desinere nõ per generationem & corruptionem, & ita ratio nulla. Secunda ratio erat nullum primum monens generatur & corrumpit, multa sunt prima mouentia, igitur multa sunt ingenita, & incorruptibilia, etiam & hanc excludit, quia concedi potest aliqua prima mouentia esse genita & corruptibilia, vt animæ animalium, propterea Aristo. probabit non omnia prima mouentia generari & corrumpi.

RECOGNITIONES.

SI textus legitur affirmatiuus, vt in commentariis, anteq̃ psequatur de enthymemate opposito abijcit quæstionem impertinẽtem suæ considerationi, dixit.n. Pythagoras, q̃ omnes animæ, q̃ sunt primo mouentes in suis ordinibus sint perpetuæ, qm̃ credidit oẽ primum mouens esse perpetuum. Dicit igitur Aristot. {vnumquodq; igitur mouentium,} quæ in suis ordinibus immobilia sunt, perpetuum esse, nihil ad presentẽ sermonem, sed ad librum de Anima, vbi declaratum est, nõ omne mouens immobile in suo ordine esse perpetuum, sed solum humanam animam. At si textus legitur negatiue, vt in græco habet, Arist. abiicit opinionem Platonis, posuit.n. Plato duo genera immobilium, alia quidem immobilia, quæ mouent, vt animæ cœlorum, alia vero immobilia, quæ non mouent, vt ideas, & Mathematica. Tunc dicit, {vnumquodq; igitur immobilium quidem, non autem mouentium,} vt sunt ideæ, & Mathematica, perpetuum esse, vt Plato dixit, {nihil ad præsentem sermonem} attinet disputare, sed ad Metaphysicum.

Sed non omnia possibile est, nam iis quæ seipsa mouent, causam esse aliquam ut aliquando sint, aliquando non sint, perspicuum est. insuper etiam id quod seipsum mouet, om- E *nem magnitudinem habeat necesse est. Si nihil impers mouetur, id autem quod mouet nulla necessitate est tale, ut per dicta patet.*

His confutatis proponit conclusionem, & inquit. Sed non omnia, subaudi prima mouentia corrũpi & generari possibile est. Ad cuius rei euidentiam sumit duas suppositiones Prima est gñationis & corruptionis earum rerum, quæ seipsas mouent, vt sunt animalia & id genus, oportet esse aliquam causam. Hoc ex.2. huius patet, vbi declaratum est generationem & corruptionem non esse in rebus necessitate naturæ. Secunda est omne seipsum mouens est quantum atq; magnitudinẽ habens, hoc ex.6. patet, omne.n. quod mouetur quantum est: verum id quod mouet, non necessario est q̃tum, cum non sint de necessitate motoris esse quantũ. Hæ sunt duæ suppositiones, ad rõnem proximam ser- F uientes vt videbitur, vel fortasse est vna suppositio, videlicet omne per se generabile & corruptibile, quod seipsum mouet, oportet esse aliquam causam effectricem, probat in textu, quia omne tale est corpus habens magnitudinem finitam in tempore. Quod qũo sit, postea disputabitur. Consonat autem græcis verbis hæc expositio, quia in græco legitur secunda pars textus cũ particula causali.

RECOGNITIONES.

ERat ratio quædam, qua probabatur omne primũ mouens immobile esse perpetuum, hoc pacto, oẽ ingenitum & incorruptibile perpetuum, omne primũ mouens immobile ingenitum, & incorruptibile, igitur omne primum mouens immobile perpetuum. Arist. ergo excludit duo, vt per primum negetur maior, qm̃ G indiuisibilia sunt ingenita, & incorruptibilia, quæ non sunt perpetua, cum aliquando sint, & aliquando non sint, per secundum vero negetur minor, nam animæ animalium sunt prima mouentia immobilia, quæ non sunt ingenitæ.

Vt igitur alia corrumpantur, alia generentur, idq; perpetuo sit, nihil eorum est causa, quæ immobilia quidem sunt tamen non semper sunt, neque rursus eorum aliquid quæ mouent semper hæc, quæ quidem alia mouent, sempiterni enim atque perpetui, nec unum ipsorum est causa, nec uniuersa, nam sic sese quidem habere perpetuum ac necessario est. uniuersa autem sunt infinita, & non simul omnia sunt.

His suppositis, probat primo q̃ perpetuæ generationis & corruptionis causa non est ex parte generatorum & corruptorum, & arguit sic. Si ex parte gene H ratorum & corruptorum esset, illa causa esset, aut vnũ generabilium, aut vniuersa generabilia. Non est dicẽdum vnum, quoniam generatio & corruptio vicissim perpetua est, nullum autem generabilium est perpetuum, nec vniuersa, quoniam vniuersa sunt perpetua successiue & non simul, at generatio est absolute perpetua. Aristo. autem proponit duo membra sunt disiunctione. & inquit. Vt igitur alia corrumpãtur, alia generentur, idque perpetuo sit, nihil eorum est causa, quæ immobilia quidem sunt, tamen non semper sunt, vt sunt formæ rerum generabilium, quæ sunt immobiles suis in ordinibus, sed corruptibiles, neque rursus eorum aliquid quæ mouent semper, hæc, hoc est aliqua intelligentiarum, quæ mouẽt corpora celestia, quæ quidem alia mouent. Primo probat primum, deinceps

inceps secundum,& inquit,sempiterni enim atq; perpetui,nec vnum ipsorum est causa,nec vniuersa. Ratio nem ait dicens,nam sic sese quidem habere perpetuo ac necessario est.Vniuersa autem sunt infinita, & non sunt simul omnia.Sed ambigunt, quia videt ꝙ vniuersa generabilia & corruptibilia sint causa perpetuæ generationis & corruptionis,quoniã generatio est perpetua secundum successionem,igitur non requirit causam nisi perpetuam ſm successionem.Hanc dubitatio nem tractabimus in præsenti commẽ.46. Sed pro nũc dici potest ꝙ vniuersa esse non possunt causæ perpetui tatis generationis,quia aut per se, aut per accidens, si per accidens oportet expetere causam per se,si per se, oportet vt omnes sint simul definitæ, simul quidem, quoniam si generationis perpetuo futuræ causa est omnia generabilia,oportet esse actu, quoniam aliter ipsa haberent adhuc causam,finitę vero,quia non sunt infinitæ causæ effectus finiti.

Dubium. *Responsio.*

Quæ Auer. comm. 9

Auer.autem præsenti commento facit digressionẽ ibi.{Et hoc apparet et.a per se.}Vbi probat ꝙ homo non generatur nisi ab homine,hoc est à semine humano,& non potest generari ex non homine,hoc est à nõ semine humano,& vt de homine loquitur, idẽ vult esse intelligendum de cæteris animalibus,hoc igitur probat primo, quia si homo generaretur ex non semine humano,tunc talis homo esset æquiuoce homo cũ homine genito ab homine,tenet consequentia, quia homo genitus ex semine humano & homo genitus ex nõ semine humano essent ex materiis specię differentibus & ita haberent formas specie differentes. nam cum materia fuerit diuersa,etiam forma est diuersa, aliter non essent materiæ propriæ,neq; formæ propriæ, qua ratione quodlibet esse posset ex quolibet, & tunc omnis materiæ cõtractio esset superflua & inutilis.Deinde ibi. {Quoniam si esset.} Arguit ad idem.Secundo sic, si homo generaretur à nõ semine humano, generaretur igitur à terra, vti fortasse vermis, tunc talis generatio ex terra aut esset necessaria, aut in maiori parte, aut in minori parte, aut casu,non est necessaria, quia tunc non posset fieri ab homine, cuius contrarium sensu patet. Si plerunq;,igitur ab homine esset rarenter, si vero fieret ex terra rarenter,tunc esset casu ab ipsa terra homo genitus. Sed hoc consultat. Primo, quia nulla vna species fieri non potest natura & casu,nã casu fieri est oppositum ei quod fit natura, vt.2.huius dicebatur. Secundo,quia tunc comparatio & respectus causarũ ad causata non esset naturalis,sed accidentalis,& cum talis possint non esse, tolleretur natura,quia natura est determinatus ordo & determinata comparatio causarũ ad causata.2.huius.Tertio quoniã quicquid casu fit, generatur propter impedimentum, & præter intẽtionem.Sed homo,(cum sit nobilissimum animaliũ)non fit per impedimentum & præter intentionem, igitur non fit casu ab aliquo.Quarto,omne quod fit casu,potest fieri ab infinitis causis, sed homo non põt fieri ab infinitis causis,igitur nõ põt casu fieri,maior est Arist. 2.huius minor patet,quia aliter homo esse posset à semine asini,vel alterius animalis,& sic de infinitis. Vlti. nulla species inuenitur casu, sed sola monstra, modo homo secundum rationem speciei nõ est monstrum, igitur fieri non potest casu.Demum Auer. ait totũ hoc esse dictum contra Auic.qui voluit hominem posse generari à terra. sed conuenienti vsã matrice,& ita voluit matricem esse necessariam non simpliciter,sed vtilem

A ad facilẽ generationem hominis.Hæc sunt quæ in prima parte digressionis tangit. Deinde ibi.{Si igitur dicatur}Mouet contra se quæstionem, dictum est enim generationẽ hominis esse perpetuam, quia homo necessario fit,ab homine modo hæc ratio probat tantum esse perpetuam à parte ante,non à parte post. Nam licet homo non generetur nisi ab homine,potest desinere in non hominem, vt in ignem, & terram & id genus, & ita demonstratio Aristote. erit diminuta, nisi probetur generationem hominis esse perpetuam ex parte vtraq;.Respondet Auer. & vult hanc regulam quicquid sua natura est infinitum,non magis est infinitum ex vna parte quam ex alia. Hæc regula declaratur.1.Cœli, quoniam infinitum ex ea parte, qua infinitum est illimitatum ſm tempus,quod autem est illimitatum ſm tempus,aut in neutra parte erit tale, aut in B qualibet.Ex hac regula sequitur solutio,cum.n.probatum est generationem hominis esse infinitam ex parte ante,habetur ꝙ sua natura ipsa generatio est infinita,vbi sua natura est infinita,ꝑ regulã erit vtraq; ex parte talis.Deinde ibi{Si igiẽ aliquis.}Mouet secundã qõnẽ. nã cũ declaratũ sit ipsa gñabilia & corruptibilia non incipere aut desinere secundum genus, quare oportet vt sit aliquis motor illa perpetuans idem numero, nulla enim videtur esse ratio,siquidem illo posito,aut ablato illa genere sint perpetua.3.dato ꝙ egeant tali motore vno perpetuo secundum indiuiduum, quonam modo indigent illo,& quid ab illo capiunt. Ad has duas respondet Auer.ad primam dic, ꝙ illa generabilia & corruptibilia sunt inuicem causæ per accidens, cũ autem omne per accidens possit non esse,tũc illorum generatio & corruptio potuisset nõ esse, ideo necessarius C est motor vnus numero,qui perpetuo illa cõtinuet, ex quo proficiscitur perpetuitas secundum genus. Ad secundam respondet Auer.ꝙ bifariã aliquid fit. vno quidem modo à sibi simili in specie & vniuoco, vt homo ab homine,alio mõ ab æquiuoco, vt vermes & muscę ex putredine. Tunc dicit duo. Primum ꝙ motor perpetuus ad id quod generatur.1.modo necessarius est immediate, quia illa talia animalia fiunt immediate à calore cœli diffuso in aere, aut aqua.12.Meta.cõ.18.qui quidem calor cœlestis per motũ cœli variatur per hoc ꝙ cœlum varijs modis à motore cœlesti perpetuo mouetur.2.vult quod ad generationem eorum quæ fiunt primo modo necessarium est mediate vti causa vniuersalis iuxta illud,sol & homo generant hominẽ. Nã postq̃ semen proiectum est in vulua à calore cœli conseruatur in suo naturali calore habito à patre & matre; D donec generatio completur, vt dictum est in.12.Meta. Deinde ibi{& quia generans extrinsecũ. } Auer. ex dictis infert quatuor, primũ ꝙ alterans illud conseruãs, vtpote cœlũ, siue cœlestis calor, sit temperans, hoc est non corruptiuus, sed generatiuus, declaratur, quia ille est similis calori relicto à patre & matre & illius conseruatiuus, omnis autem conseruatio fit à temperante & non à corrumpẽte. Secundũ infert ibi.{Necesse est} quod est ꝙ tale alterans temperans mouetur secundũ locum,declaratur, quia tale alterans cum ipso alterato non semper est in eodem situ, quia tunc aut nimio calore corrumperet, aut nimia frigiditate mortificaret, igitur oportet vt moueatur ſm appropinquationẽ & recessionem faciendo quatuor anni tẽpora,in quibus fiunt generationes & corruptiones vicissim. Tertia ibi. {Et omne motum in loco.} Infert tertium, ꝙ tale

An omnia generabilia sint causa omnis et totius sempiternæ generationis. Vide Gratiadeum Escu. l. 2 2.huius.

videlicet

videlicet alterans, quod mouetur, oportet vt reducat ad primum mouens, quod seipsum mouet, aut sit primum seipsum mouens, tenet hoc per declarata superius, vbi dictum est omne mouēs seipsum reduci ad primum motum à seipso. Deinde ibi. {Et nō sequitur ex hoc.} Remouet tacitam quæstionem, posset.n. dici si ita est, igitur cœlū simul & semel appropinquaret & recederet. Respondet hoc sequi quando simul & semel per se ageret vtrūq; generationem, videlicet & corruptionem. Quarta ibi. {Cum igitur declaratum} Infert quartum, ꝙ non quælibet species est æterna, quia non species eorum quæ generantur ab æquiuoco, sed solū ea species quæ generatur ab vniuoco. Propterea licet muscæ fortasse & ipsi vermes sint perpetui, non est necessarium ex parte generationis, cum possint omninò deleri & reparari per generationem æquiuocam. Sed circa hæc Auerrois dicta licet multæ sint difficultates, tamen contra positionem Auerrois arguunt quidam acuti doctores.

Rōnes sunt Scoti in primo sen. di. 2. q. 7.

Primo quia non videtur verum nihil idem posse fieri ex putrefactione & per se à generante saltem in specie. Primo de ipsis plantis, nam videmus ipsas æquiuoce generari, postea per semen eorum vniuoce generant plantas eiusdem speciei. Secundo quæcunq; cōueniunt in operationibus, figuris & proprijs accidentibus, specie conuenire videntur. Hæc est manifesta, Primo cœli, cōmen.8. nam ab vnitate motus concluditur vnitas naturæ. Modo mures putri materia, exorti & propagati in omnibus ijs conueniunt. Vlterius probant ꝙ Auer. sibi & magistro suo contradicit, sibi quidem. nam.2. Cœli. cōm.42. concedit in accidentibus nō semper esse generationem ab vniuocō, vt de calore probat, qui motu generatur, & lumine, atq; etiam calore. Secundo, de substantijs idem patet, nā ignis generatur vniuoce & æquiuoce, vt.3. Cœli. 56. vbi ait, exitus ignis à lapide non est de capitulo translationis, sed de capito alterationis, hoc est, nō gñatur p lationē, sed p alterationem, gñatur etiam per motū locale.11. Meta. cō.18 & primo Meteororū, de generatione cometæ. Magistro vero suo contradicit, nā.7. Met. pluribus locis, maxime tex. cōmen.23. inquit. Quædam enim & illic eadem, & ex spermate fiūt, & sine spermate, & hoc declarat per simile in aere. Cui Auer. cōmen: 31. consentire videtur, vbi ait, ea fieri posse sine semine æquiuoce, in quorū materia potest induci virtute cœli aliqua virtus similis virtuti seminis in propagatis. Contra rōnes Auer. dubitant aliqui. Primo, quia vna est omnium materia, igitur non alia alterius formæ. Secundo, contra modum arguendi, quia tunc ignis nō posset fieri à non igne, quia vel semper, vel plerūq;. vel rarenter, & fiat ratio vt facit Auer. Circa hanc quæstionem videntur duæ positiones extremæ.

Pō Auic.

Auicen.n. voluit omnia posse fieri semine & putrefactione, vt homines & cætera animalia, & esse eiusdem speciei. Pro hac positione fiunt rationes, vt colligitur ab eo in codicillo, quem edidit de diluuio.

Rōnes Auicē. Vide etiā Bur. & Gait. hic.

Prima, potest esse diluuiū vniuersale in vniuersa terra, vt semel tenemus fuisse, & tūc constat totū genus aīalium fuisse extinctum, aut igitur aliqua via reparabitur aut perpetuo mundus remanebit corruptus non perpetuo remanebit corruptus, quia tunc mūdus esset imperfectus, igitur reparabitur, & non per semen, igitur per putredinem. Secundo contingenter omnis homo coit, igitur potest ois nō coire, ponatur in esse ꝙ nullus vnq; coeat, tunc potest mundum perire, & cum non deceat perpetuo esse ho-

E mine priuatum, reparabitur tandem homo, & non semine, igitur putredine. Tertio, stellæ secundum aliquē respectū producunt animalia imperfecta, igitur secundum respectum nobilissimum constitutæ possunt nobilissimum aīal sine semine producere. & ita hoīem. Huius pōnis fuit Euripides tragicus Anaxagoræ physici auditor, ait enim in illa mundi cōfusione, cum terra mollis primum solis ardore densior euasisset, in quibus putredines tenui contectæ pellicula sint excitatæ, erupisse tandem ab illa colluuie varias animalium formas, quorum ea quæ maiorem calorē sortita sunt, in superiorem regionem volatilia obierunt, sicciora & grauiora, serpentia ac terrestria euaserunt animantia, terra deinceps tum solis ardore tum ventis arefacta, mutua commixtione sexuum perfectiora generantur. Cuius etiam opinionis Empedoclem extitisse m.2. huius. &

Empedo. Arist.

F isto.8. clarissime constant. Amplius in hanc positionem Arist.2. Politicorū videtur manifestissime incidere, inquit.n. Putandum est priscos illos homines, siue ex terra geniti fuerint, siue ex corruptione aliqua feriati simul fuisse ignaros & imprudentes, quod de terra natis dicitur, Ecce quomodo clare concedit homines fecisse primos, aut à terra ortos, aut à putrefactione. Secunda positio videtur esse in extremo etiam in ipsius Auer. qui vult nullum idem specie animal fieri semine, & æquiuoce propter rationes factas.

Pō Auer.

Pro hac positione videtur Aristo. in libro de Animalibus. in. lib. enim de Generatione animalium primo cap.3. inquit. At vero quæ non ex coitu, sed putri materia oriuntur, ea generāt quidem, sed genus diuersum, quodq; prodit, nec mas ē nec femina, & reddit causam, & inquit. Quia si generarent animalia. quæ vlterius generēt alia

G adhuc generabilia, esset processus in infinitum in speciebus, idem eodem lib. cap.20. ait rursus idem in.3. de Historia cap. vult. & in.5. cap.1. Ex ijs omnibus videtur ꝙ Arist. velit nullum idē animal specie fieri semine & putri materia, vnde videtur ꝙ mus seminatus, & mus putri materia ortus specie differunt, & si coeunt, videntur facere murē, qui est specie tertiæ aliæ ab vtroq; qui vlterius nihil generabit, quia aliter faceret adhuc speciem aliam à se, & sic proficisceretur in infinitum.

Aristo. Quæ videtur. Pō Aristo.

Pro declaratione veritatis debes primo scire ꝙ rerum generabilium aliæ sunt substātiæ, aliæ accidētia. Substantiæ autem generabiles, aliæ sunt imperfectissimæ, & quasi materiæ, vt elementa, aliæ perfectæ vt mixtæ. Mixtarum rursus aliæ viuificæ vt animalia & plantæ, aliæ non viuificæ vt lapides & id genus, viuificarū aliæ sunt animatæ sola anima viuifica vt plātæ, aliæ anima-

Pō propria.

H tæ anima sensiti vt animalia, aliæ perfectissimæ vt hoīes animalium vero alia sunt proxima plantis vt vermes & id genus, alia proxima homini, vt quæ mouentur de loco ad locum per prudentiam animalem vt equus & id genus. Tertia in horum medio, vt mures, & serpentes, & id genus. Vlterius accipiendum fm peripateticos, ꝙ quanto res genita est perfectior, tanto continetur in paucioribus materijs. Nam quanto perfectior, tanto magis à materia est remota, & quanto à prima materia est remotior, tāto determinatiorem exposcit materiā, & ita in paucioribus continetur materijs. Ex ijs sequitur ꝙ homines & ea animalia quæ se tenent cum hominibus, vt equus, & bos, & id genus, fieri nō possunt, nisi ex vna determinata materia, nam si perfectius continetur in paucioribus materijs, perfectissima continebuntur in vna sola materia. Tunc dico ꝙ in accidentibus

Secūda suppō

bus

bus, substantijs simplicibus, mixtis imperfectis, & breuiter in omnibus citra homines, & ea animalia quæ se tenent cum extremo illo hominum eadem specie fieri possunt à putri materia & à semine emisso à sibi simili.

Quid sit pim. Et hæc est intentio Auer. hic nõ enim loquitur expresse nisi de homine & ijs animalibus quæ se tenent cum homine, & hoc probant rationes suæ. Declarat *Qua Auer. in textu.* enim illæ nihil perfectum, cuius materia est vna determinata, & non infinitæ, generari posse ex semine & putri materia, quia vt probat, tunc talis homo esset æquiuoce, hoc est imperfectissimus, & specie differens, quã contineretur pluribus materijs. Ad hoc etiam valet ratio secunda, vbi.n. homo fieret ex non semine humano, tunc illa species perfectissima fieret pluribus materijs, & ita casu per se, quod esse nõ potest in rebus per- *Declaratio rationũ Auer.* fectissimis. Vbi autem generabiles res essent imperfectæ, illæ contineri possunt per se pluribus materijs diuersis alterationis, quæ tamen sunt reducibiles ad vnã generalem materiã omnibus eiusdem speciei cõmunem. Vbi debes scire ꝙ de hoïe & his animalibus quæ sunt proxima hominibus rationes Auer. demõstrant, supponit enim homines & talia aïalia nõ posse fieri per se nisi ab vna materia, hoc patet per secundum præsuppositum, videlicet quia perfectissimum non continetur nisi ab vna sola alterationis materia, & hoc ideo, quia ab omni materia elongatum. Et tunc prima ratio valet, vbi enim homo aliquis fieret ex putri materia, cũ ille posset fieri pluribus è materijs, erit homo imperfectus secundum speciem & ita æquiuoce. Secunda etiã per idẽ tenet, vbi enim homo fieri posset à non semine, tunc ab illo fieret raro, & ita fieret rarenter tam simpliciter, quam respectu suæ causæ, quia de sua naturã non est aptũ fieri nisi ab vna materia, igitur si fiet ab alia, fiet rarẽter tam respectu temporis quam respectu causarum non sic de imperfectis, illa enim cum contineantur potentia in pluribus, si fiant ex semine & ex nõ semine, adhuc fieri possunt per se, quia respectu vtriusque materiæ fit plerũq; respectu suæ causæ, licet pluries respectu temporis à semine.

Qua de mente Auer. Sic igitur tenemus duo de mente Auerro. Primum ꝙ homines & ea animalia quæ sunt hominibus proxima, non fiunt nisi ex semine. Secundum vero ꝙ cætera citra hæc possunt ipsa eadem specie fieri ex semine & putri materia, potest etiam istud aliter declarari, & quidem clarius non materiæ seminales quæ semina dicuntur à patre & à matre densa, bifariam sunt, aliæ quarum similes in specie, virtus cœlestis sine propinquis agentibus efficere potest, vt sunt semina animalium imperfectorum, harum enim quia deciduntur ab imperfectis fieri possunt aliæ in specie similes à Sole sine agentibus propinquis. potest enim Sol aliquam putridam materiã adeo efficere, vt similis fiat semini muris vel alicui alteri, aliæ sunt, quarum similes in specie non potest. Sol efficere sine agente proximo vt semina perfectorum animalium, non.n. Sol potest adeo aliquod putridũ efficere, vt humano semini in specie simile fiat. Ex hoc sequitur perfecta animalia fieri non posse nisi ex seminibus, quia si fiat ab alia materia, cum illa non possit esse facta similis in specie à Sole, erit alterius speciei, ergo animal ortũ ab illa, erit æquiuoce animal, & rarenter ab illa factũ. Imperfecta vero possunt ex putrida, quia illa potest reduci virtute Solis ad speciem seminis, ergo eadem spẽ semine & sine semine fiere possunt, quare animalia imperfecta fiunt à pluribus

A materijs specie distinctis, quatenus illæ virtute cœli reducuntur ad vnam speciem materiæ, homo & animalia perfecta fieri non possunt nisi ab vna materia. s. seminali, quia alia materia per nullum agens reduci potest ad vnam speciem materiæ cum semine. Et hoc non perceperunt iuniores multi antiqui expositores. Animaduerte tamen ꝙ fortasse rationes suæ valent solum de homine, de quo reprehendit Auicen. de cæteris aũt animalibus nihil ait, sed omisit nobis per alias rationes considerare, & hoc forte esset ad mentem suam, tutius dictum. Auctoritates Aristote. acceptæ in lib. de animalibus non sunt ad propositum. Ipse enim loquitur de imperfectis quæ fiũt per multiformem generationem vt papiliones & id genus. In his.n. vult ꝙ eadẽ nõ fiant semina & putri materia propter rationẽ tactam. Ad rationes contra Auer. patet solutio, ipse enim nec sibi,

B nec rationibus, nec magistro suo contradicit, cũ rationes illæ concludant pro Auer. Obiectiones contra rationes Auer. solutæ sunt. Illæ enim rationes valẽt de hominibus & his proximis, non de alijs propter rationes tactas. Ad rationes Auicennæ. Ad primam Auer. negat diluuium vniuersale, illud enim non est possibile nisi per miraculum, in lib. de Nostrarum calamitatum causis est disputatum, & per miraculum etiam genus humanum fuit seruatum. Ad secundum dicẽdum, ꝙ licet cõtingenter omnis homo coeat diuisim tenendo illud signum omnis, necessario tamen homo coit, nec valet, homo coit contingenter coit, igitur non necessario homo, propter mutationẽ suppositionis. Ad tertium patet solutio, non enim virtus stellarum etiam nobilissima potest disponere materiã pro generatione hominis absq; homine propter rationem tactam. Ad

C auctoritatẽ Arist. 2. Politicæ. patet ꝙ ille loquit disiunctiue, ait.n. siue geniti à terra siue seruati à corruptione, modo homines illi primi fuerunt in archa seruati, vt tenemus. Hæc de quæstione hac difficillima dicta satis.

RECOGNITIONES.

NVnc intendit vnam conclusionem quæ est, non omnia principia mouentia sunt corruptibilis nec contra omnia principia mouentia sunt æterna, hæc est conclusio. In commentarijs est dictum pro declaratione huius Arist. accepisse duas suppositiones, nũc possumus dicere quòd accipit vnam, videlicet quòd si ea, quæ seipsa mouent aliquando sunt, aliquãdo non sunt, habent causam suæ generationis, atque corruptionis, probat Aristote. & syllogismus est, omne quantum atque magnitudinem habens, causam habet suæ generationis atq; corruptionis, ipsum se ipsum mouens habet magnitudinem, igitur habet causam suæ genera-

D tionis, vnde in græco legitur cum nota causæ, & dicit, ipsum enim seipsum mouẽs omne, necesse est magnitudinem habere si nullum indiuisibile mouetur. subaudi sed esse magnitudinem habens, habet causam suæ generationis, quoniam ipsam magnitudinem, quæ finita est, & causa, vt sit tale quod ipsam habet finitũ, igitur omne seipsum mouens est habens causam suæ generationis, & quia quis posset dicere, vtrum omne mouens sit magnitudinem habens, quasi soluẽs dicit, id autẽ quod mouet nulla necessitate habet magnitudinẽ vt patet ex dictis. In digressione Auer. Animaduerte ꝙ ipse solum loquitur de homine, & potest sermo ijs amplificari ad cætera aïalia perfecta, quæ se tenẽt cum homine, vt sunt equus, & leo, & id genus, verũ vis suorum argumentorũ vt mihi videt cõtra Auicen- *Modus nouus quo defenditur Auer.*

nam

nam ſtat in vna ſuppoſitione, ꝙ virtus cœli poteſt reducere materiam putridam, ex qua fiunt animalia imperfecta ad tantam perfectionem vt ſit eiuſdem ſpeciei. cum materia ſeminali ex qua fiunt conſimilia animalia à parentibus, verbi cauſa virtus cœli poteſt reducere putridam materiam ad tantam perfectionē, vt ſit eiuſdem ſpeciei cum ſemine ex quo ſit mus, patet quoniam ſemen muris eſt imperfectum, ergo poteſt virtus cœli vſq; adeo perficere atq; reducere putridam materiam aliquam, vt illa ſit eiuſdem ſpeciei cum ſemine muris, & ſic mus poteſt fieri ex ſemine, & ex putrida materia, quæ reducta eſt ad ſpeciem atq; perfectionem ſeminis. Materiam vero putridam nullam poteſt virtus cœli reducere ad perfectionem ſeminis humani, nec cæterorum animalium quæ ſe tenent cum homine, eſt enim ſemen humanum ita perfectum, vt non poſsit à cœlo ſine homine fieri, nec poteſt cœlum ſine homine reducere putridam materiam ad perfectionem ſeminum talium. Tunc rationes Auerrois ſunt demonſtratiuæ, ſi enim homo fieret ex putrida materia, cum illa non ſit eiuſdem ſpeciei cum ſemine, nec poſsit reduci à cœlo ad idē ſpecie cū ſemine humano, homo ex illa factus erit æquiuoce homo, & conſimiliter de cæteris perfectis animalibus. At de animalibus imperfectis non valent, quoniam materia eorum poteſt eſſe cœlo, & à parentibus propter illius imperfectionem, & ſic non erit æquiuoce mus, vel id genus, nec caſu factus ex ea, cum ſit eiuſdem ſpeciei cū ſeminaria. Argumenta igitur Auer. ſunt duo, quorum primum eſt, ſi homo fieret ex putrida materia, igitur eſſet homo æquifice. ſecundū ſi homo fieret ex terra veluti vermis, vel ſemper, & ſic nunꝗ ex humano ſemine, quod eſt cōtra experientiam, aut plerūq;, & ſic raro fieret ex ſemine humano, quod eſt cōtra experientiam. amplius ſi raro ex ſemine humano, tunc fieret caſu, aut raro ex terra, tūc caſu fieret ex terra, & ſic homo fieret caſu, & per ſe à generante, hæc argumenta ergo concludunt de homine, & de his animalibus, ad quorum ſemina cœlum ſine particularibus agentibus reducere non poteſt materiam putridam, vt ſit videlicet eiuſdem ſpeciei cum illis ſeminibus, cum enim cœlum nō poſsit putrem materiam ad perfectionem ſeminum taliū reducere, hæc animalia ſi fierent ex illa materia, cū illa eſſet alterius ſpeciei, homo ex ea genitus eſſet æquiuoce homo, amplius fieret ex ea raro, & ita caſu. At in cæteris animalibus imperfectis argumenta hæc non militant, quoniam cœlum poteſt reducere putrem materiā ad perfectionem ſpecificam eorum ſeminum, & tunc cum fiēt ex illa oō, erunt æquiuoce cum factis ex ſemine, quoniam ſemen, & talis materia ſunt eiuſdem ſpeciei, nec fiēt ex materia putrida raro, quæ ſit alterius ſpeciei, immo nūquam, ſemper enim fiunt ex ſemine, cuius ortus aut eſt à parentibus, aut cœlo, quoniā materia putrida reducta ad ſpecificam perfectionē ſeminis eſt ſemen, non quidem deciſum à parentibus, ſed reductum à calore cœleſti, hic modus ſoluendi eſt optimus, & melior eo qui ponitur in commentarijs, nam in illo adhuc eſt dubium, cur mus non ſit æquiuoce, qui generatur ex putri materia ab eo, qui eſt genitus ex ſemine, ſi materiæ differunt ſpecie, forma enim eſt altera, quoniā materia eſt altera, & hoc eſt verū tam de hoīe, quā de omni generato, Melius igitur eſt dicendum materias eſſe eiuſdem ſpeciei, quoniā cū genitū ſit rei imperfectæ, poteſt materia eius fieri à ſibi ſimili, & à ſibi diſsimili.

E At homo cum ſit res perfectiſsima, ſua materia fieri non poteſt niſi à ſibi ſimili.

Igitur quamuis infinitis nonnulla immobilia mouentia, & multa eorum quæ ſeipſa mouent, partim corrumpantur, partim inſuper generentur, atq; hoc quidem immobile hoc illud uero aliud moueat, perſpicuum nihilominus eſſe aliquid quod hæc continet, idq; præter unūquodq; iſtorum aliud quid eſſe, quod quidē eſt cauſa ut alia ſint, alia non ſint: atq; mutationes perpetuæ, & hoc quidem his, hæc uero alijs motus cauſam eſſe. Tex. 47.

Quod nullum generatorum ſit cauſa perpetuæ generationis & corruptionis, nec oīa ſimul ſint, cauſæ patuit ex dictis. Quod vero nullum vnum numero immobile penitus atq; omnis mutationis expers etiā patet, quoniam ab immobili nō prouenit nouum, ideo F ſequitur cauſam huius eſſe cœlum, quod nos continet ſua ipſius motus perpetuitate, quatenus videlicet quidam motor mouet illa prima corpora, quę vlterius mouent nos, inquit igitur quāuis infinities nōnulla immobilia mouentia vt animæ aīalium, & multa eorum, quę ſeipſa mouent vt animalia ipſa partim corrumpātur, partim generentur per perpetuam ſucceſsionem. Amplius quāuis hoc quidem immobile moueat hoc vt cœlum, illud vero cœlum moueat aliud vt hæc terrena; perſpicuum eſt nihilominus eſſe aliquid quod hęc continet, idq; præter vnūquodq; iſtorum aliud quid eſſe, quod quidem eſt cauſa vt alia ſint, hoc eſt generationis, alia non ſint, hoc eſt corruptionis atq; mutationis perpetuæ. Patet etiam & hoc quidem .i. tale mouēs immobile eſſe cauſam motus in his, .i. corporibus cœleſtibus, hęc vero corpora cœleſtia cauſam eſſe motus in his .i. corporibus cœleſtibus, hæc vero corpora cœle- G ſtia cauſam eſſe motus in alijs terrenis, aut ſic melius, & hoc quidem ſubaudi patet eſſe cauſam motus his, quæ nunc ſunt, animalibus & generabilibus. Hæc verò alijs per ſucceſsionem in infinitum. Quantum vero ad verba græca attinet, animaduerte primo ꝙ verbum illud ἄλλον hoc eſt manifeſtum in græco igitur in principio verborum. Ego autem poſui in cōcluſione, quia ibi vim habet. Vlterius verbum illud ſynechos, quod latine eſt continue, ego tranſtuli, perpetue, nam ſic ſonat, propriæ .n. perpetuum eſt quod nō eſt interruptū.

An cauſas aliorum contingat eſſe infinitas. & an cāā generabiliū oporteat eē ſimul. Vide Egid. tex. 46.

Circa verba.

Auer. autem parte illa, & non dimiſit ipſum non diſtinctum, digreditur aliquantulum, & primo ſoluit dubitationem literalem. Secundo ibi {& ideo ſi poſitū} Infert vnū dictū in .4. Tertia. ibi. Et modus generationis} Declarat quare hæ cauſæ generabiles ſint per accidens. Quarta ibi {ergo illud quod loquentes.} Conclu- H dit ſolutionem argumenti loquentium. Quantū ad primam partem videtur eſſe dubium, nam Philoſophus ſupponit hęc generabilia dependere à motu cœli, & nō probauit, igitur diminutus. Reſpondet ꝙ Ariſt. non curauit hoc diſtinguere, quia eſt per ſe notū. p ſe .n. manifeſtum eſt, ꝙ niſi hæc dependerent à motibus cœleſtibus, nec eſſent, nec continuarētur, huius cauſa eſt, quia ceſſante vniuerſali & prima cauſa, ceſſat ſecunda & particularis cauſa. Hęc tamē res ſpectat ad Secundū librum de Cœlo. Quo vero ad ſecundam partem debes ſcire ꝙ .4. huius Auer. probauit vniuerſum nō generari, quia tūc vnus mūdus eſſet pars alterius mundi, ideo hoc ex dictis vult eſſe probatū, vbi .n. vniuerſus hic mūdus generaret, proculdubio deberet contineri ab vno cōi continente, & ita eſſet pars cuiuſdam alte-

Quæ Auer. comm. 47.

rius

rius mũdi. Quod ad tertiã partẽ Auer. duabus rationibus probat ꝙ hæc agentia hic inferius sint causæ per accidens, primo quia instrumenta. Ad cuius declarationem accipit ex lib. de animalibus, ꝙ corpus cœleste est quasi artifex, pro quãto in seminibus efficit & cõseruat virtutes gignitiuas atq; formatiuas. Hæc aũt inferiora sunt vti instrumẽta illorũ, mõ arguo, instrumentum non agit aut mouet nisi motum. Omne aũt quod mouet motum videtur quasi per accidens agere & mouere, igitur hæc sunt veluti causæ per accidens. Secundo idem persuadet, quia causæ per se agunt virtute primæ causæ, modo filius non agit virtute patris, vel aui, sed propria virtute & voluntate. Cicero enim filius nõ agit Platonẽ virtute Socratis patris nec virtute Virgilij aui, nec virtute Homeri attaui, sed proprio appetitu atq; inclinatione, igitur sunt causæ per accñs. Quantum vero ad quartã partẽ debes scire ꝙ Theologi suæ sectæ arguebãt mũdũ incœpisse, quia nõ est processus in infinitũ in causis generationis, & ita oportet dari primum hoiem. Cui Auer. respondet nõ impoſſe dari processum infinitũ in causis p accñs, cũ illæ nõ simul sint necessariæ pro gñatione vnius, sed p accñs. Et ita fecerunt paralogismũ æquiuocationis. Hæc in digressione continẽtur. Dubitaſ vtrũ alicuius multitudinis infinitæ aliquid existens de illa multitudine esse posit causa omnium illorum. Respondent recentiores ꝙ non est poſſe, quia illud tale aut esset mediũ, aut postremũ & reliqua. Captiunculatores arguunt cõtra hoc. Primo de facto ponaſ ꝙ mundus duret in infinitum, & ab Adamo fuerit vnicus filius, è quo proficiscenſ postea infiniti hoies, igiſ istorũ infinitorũ dabiſ primũ, qđ erit causa oĩum reliquorũ, videlicet filius Adami. Secundo ponatur ꝙ in prima parte proportionali horę deus numeret vnam vnitatem, & in secunda aliam, & sic in infinitum, & cũ nõ sit dare vltimam partẽ proportionalẽ, si nihil vlterius poneresſ, nõ dareſ vltima vnitas, ideo simul & cũ eo ponaſ ꝙ deus in vltimo momẽto horæ illius numeret vnã vnitatẽ & nõ amplius, & patet tunc talis multitudinis infinitæ vnitatũ in illa hora numeratarum à deo dabitur primum & vltimũ, ponaſ igiſ similis casus de hoibus seinuicẽ generare debentibus, & sic habetur intentum. Hæ rationes multipliciter peccant. Primo quia illi loquuntur de causa per se, modo nihil multitudinis esse potest per se causa oium eorum quę sunt in multitudine. Secundo loquuntur de multitudine infinita ex vtroq; latere. dicunt.n. ꝙ causa multitudinis infinitæ esse non potest mediũ aliquid illius, quia non est causa præcedẽtiũ, nec vltimũ per idẽ, ecce quõ loquunſ de infinita multitudine vtroq; latere, rõnes procedunt contra multitudinem ex vna parte. Tertio casus ille est impoſsibilis, quia partes ipsius horæ ꝓportionales aut ponũtur actu infinitæ, aut potestate, non actu vt etiã ipsi concedũt, igiſ potestate, qđ aũt ptãte est infinitũ, est actu finitũ, vt habeſ Sexto huius, ideo captiunculæ illæ non sunt dignæ philosopho.

Dubiũ. Prima respon. Vide Bur. hic. Replicatio.

Defensio. An fortes sit cã essentialis Platonis vel accidẽtali tantũ. Vide Bur. hic.

RECOGNITIONES.

ARisto. supponit vnum ꝙ ab immobili omnino nullũ nouũ proficiscaſ. Tunc accipit duo, primũ ꝙ quædã mouentia immobilia, vt animæ, & ipsa animalia decies milies generentur, corrumpanturq; sm ꝙ sit quoddã immobile mouẽs alterum, & illud adhuc alia. ex ijs cõcludit esse quoddam corpus mediũ quod suo motu est causa generationis & corurptionis perpetuæ, & ꝙ sit quoddã mouẽs tale corpus perpetuo motu, per quæ vult habere secũdũ, videlicet ꝙ nulla substantia immobilis sine medio corpore potest esse generationis & corruptionis perpetuæ eorũ, quæ sunt hic, & dicit {manifestum igitur ꝙ quamuis decies milies} hoc est infinities {aliqua principia} de numero {immobilium quidem, mouentium autem} vt sunt aĩæ animalium {& quãuis multa eorum, quia ipsa seipsa mouẽt,} vt sunt aĩalia, {corrũpanſ, alia vero insuper generenſ,} hoc est primũ eorũ quæ accipit, deinde accipit secundum, & dicit {&} quãuis {hoc quidem immobile existẽs,} vt motor cœlestis {hoc moueat}. s. cœlũ, {alterũ autem hoc,} hoc est & cœlum moueat hanc materiam sublunarẽ, hoc est sm, ex ijs infert esse duo necessaria pro perpetua gñatione, atq; corruptione, & dicit {nihilominus tamen est aliquid quod continet}. s. vt cœlum, {&}. s. cœlũ est {extra vnumquodq;} eorum quæ generanſ, & corrumpunſ, {quod est causa eius quod est} vt puta {alia essendi} hoc est vt fiant, {alia vero nõ essendi} hoc est vt corrumpantur, & continuæ mutationis,} hoc est & ꝑpetuæ generationis & corruptionis, hoc est primũ necessarium, deinde assignat secundum, & dicit, & hoc quidem his, {id est vltra corpora cœlestia, est aliquid aliud qđ est causa his corporibus cœlestibus, vt moueantur, hæc autẽ}. s. corpora cœlestia {causa alijs}. s. his generabilibus motus sunt, patet igitur nullum mouẽs immobile esse causam perpetuæ generationis quoniam nec mouens immobile, quod est aĩa terrena, vt proximo textu probatũ est, nec mouens immobile simpliciter vt præsenti textu deductũ est, quare id quod est causa perpetuæ generationis est cœlũ, quod moueſ à motore huiusmodi immobili.

Igitur si sempiternus est motus, sempiternum erit etiã mouens primum, si unum, at si plura, plura sempiterna erunt. Tex. 48.

Ex ijs concludit mouens primum esse sempiternũ, quoniam sempiternus est motus, adiecit tamen si vnũ si, at plura, plura etiam sempiterna erũt, fortasse verbũ illud si vnũ ad motũ ipsum referſ, & tunc est sensus, primum mouens esse vnum, si vnum, id est vna res est primus motus, aut si plura, hoc est, sed si primi motus sint plures res, plura sempiterna prima mouentia erũt. Alij aliter intelligunt, quorum nulla sit cura.

Vnum uero potius quam plura, & infinita ꝙ finita putandum est esse. eorum enim quæ accidunt, finita potius sumenda sunt. Nam in his quæ sunt natura finitum sit potius, & id quod melius est oportet. si modo esse posit: sufficiens autem est & unum, quod cum primum immobilium sempiternum sit, cæteris erit motus principium.

Nunc persuadet ꝙ tale primum principium sit numero finitum & vnũ, vtitur autem ea ratione, qua contra antiquos vsus est primo huius, quia videlicet sufficit ad omnia. Modo arguiſ, in natura semper melius, est ponendum. Melius autem est ponere principium finitum numero & vnum, quoniam (vt patet) ad oĩa sufficit. Quod vero ad verba græca attinet verbum illud symbenonton transtuli, eorum quæ accidunt.

An melius sit esse vnũ tantũ principiũ mouens quã plura. Vide Gratia Esc. l. 12. huius.

Quæ Auer. commen. 48.

Et Auer. exponit & intendebat per contingentia, siue accidentia, apparentia hic. s. illa quæ cogũt nos ponere principia æterna, hoc est effectus inferiores, nam quando hi effici possunt tam positis principijs æternis infinitis, ꝙ positis illis finitis, melius est ponere illa finita. Debes scire ꝙ hęc ptractatio est hic probabiliter tacta, & quasi per communia, nam in. 12. Met. est pertractanda, vt dicit Auer. ibi enim Arist. & Auer. cõm. 49. declarant

declarant vnitatem primi. Etiam in lib.1.de Cœlo. textu & commento.90.

RECOGNITIONES.

ARistoteles in hoc textu innuit duos syllogismos hypotheticos. quorum primus est, si motus est perpetuus, primum mouens erit perpetuũ, sed motus est perpetuus, igitur primum mouens est perpetuum. De hoc syllogismo tantum innuit maiorem, cætera vt probata relinquit. Secundus syllogismus, si motus perpetuus est vnus, primum mouẽs sempiternũ est, vnum: sed perpetuus motus est vnus, igitur primũ mouẽs sempiternum est vnum. In textu potest innui maior, & probatio minoris quę est hæc, melius semper in natura est ponendum, vnum esse perpetuum motum est melius in natura, quoniam oĩa per eum vnũ saluari possunt; ergo vnum motum perpetuum est ponendum, vel forte ibi {vnũ autem magis,} cõfirmat, ꝙ debeat esse vnũ primum mouens sempiternum supponens syllogismũ hypotheticum totũ ex dictis, & sic verba hæc non ad motum primum, sed ad mouens primum sunt referenda. In cõmen. pñti Auer. vult, ꝙ probare vnum aut plura esse prima mouentia est perscrutatio propria Meta. Ideo quæritur vtrũ sit ita & videtur ꝙ non, qm̃ Primo Cõ.2. de Anima dicit oppositum &.3. de Aia idem. Quidam tenent, ꝙ hæc propositio primũ abstractorũ est vnum quo ad subiectũ, & prædicatũ sit Metaphysica, quo vero Cõ.5. ad mediũ sit Astrologica Physica, & dicunt multas confusiones. quas reduco ad formam, argumẽtantur ꝙ quo ad mediũ sit Physica Astrologica, primo quia primũ abstractũ esse probat̃ in naturali, igitur vnũ esse, qm̃ idẽ est esse & vnũ, secũdo vnũ est esse indiuisum, p Cõ 3. Auer.3. Metaphysi. igitur quodcũq; artifex probat aliquid esse, probat vnum esse. Tertio qm̃ probat species subiecti alicuius sciẽtiæ. probat numerum specierum, Cõ.17. vt Auer. innuit.2. de Anima. Quarto priuationes per habitus intelliguntur.3. de Anima, igitur quidcunq; de Cõ.25. monstrat numerum priuatione, demonstrat numerũ habituũ, igit̃ qui demonstrat numerũ abstractorum, probat abstracta esse, tenent ergo numerum abstractorum esse demonstrabilẽ medio Astrologico. s. numero motuum, & medio physi. s. per intellectum possibilem reperiri. Tunc glossant verba Auerrois, quæ videntur aduersari, ꝙ hæc propositio vnũ primũ abstractũ est, vel plura abstracta sunt, est propositio Metaphysica quo ad subiectũ, & prędicatũ, & sic intelligit Auer. hic & alibi, quo vero ad mediũ est Astrologica, & Physica. Sed q̃ puerilia sint hæc nemo dubitare debet, ideo argumentor contra positionẽ, & quæro vtrum si hæc propositio demõstraretur à priore, esset probatio Metaphysica, vel naturalis, si Metaphysica hæc est positio, quam improbant. Si Physica, cõtra, quoniam demonstratio à priori procedit, aut per definitionẽ subiecti, aut prædicati, & vtraq; est Metaphy. vt patet omnibus rudibus, secundo arguo contra rationes, contra primam quidem, quoniam à pari sequitur de Generatione, supponit elementa esse, igitur præsupponit elementa esse quatuor, patet quoniam idem est elementum, & vnum elementum per eos, quare idem est elementa esse, & esse quatuor, præterea per eos hæc propositio primũ abstractũ est vnum demonstratur medio Physico, igitur in ea sunt tria præcognita. & vnum quæsitum: præcognitum est primum abstractum esse, quæsitum vero, si sit vnum vel plura, igitur stat præcognoscere primum abstractum esse, ignorato si sit vnũ E & tamen sunt idem, igitur non valet, hæc sunt eadem, igitur si vnum demonstratur in Physi. & alterum, vel si vnum præcognoscitur, & alterum, cõtra secundum vero, qm̃ idem est animal esse, & hominem esse, sed aliquis supponit animal esse, igitur hominem esse. Præterea idem est mundum esse, & mundum esse vnum, igitur qui demonstrat mundum esse vnum, demonstrat mundum esse. At liber de Cœlo demõstrat mundum esse vnum, & tamen non demonstrat mundum esse. Tertio contra tertium, si idem est probare numerum specierum, & species esse, cum Animasticus probet numerum sensuum probabit sensus esse, & cœlicus probatur esse quatuor elementa, probaret elementa esse. Contra vltimum argumentor, si esset vt dicunt, vt tũc demonstrans numerum elementorum demonstraret numerum priuationum; quod est falsum, nam elemen F ta vno modo sunt, corrumpuntur autem multis modis. præterea ex argumento sequitur, oppositum, nam si priuatio supponit habitum, igitur vnitas supponit esse, si vnũ esse supponit esse, igitur stat de aliqua re notũ esse ipsum esse, & ignorato ipso vnum esse, propterea dicamus, ꝙ hæc propositio substãtia abstracta prima est vna, est propositio Metaphy. quo ad subiectum, & prædicatum, vt etiam ipsi concedunt, secundo ꝙ hæc hypothetica sit vera, si hæc propositio demonstratur à priore, demonstratio pertinet ad Metaphysicum, patet quoniam esset per definitionem subiecti vel prædicati, & sic esset Metaphysica. Tertio dico ꝙ quia nobis est ignota illa probatio à priori, vel quia non potest assignari, cum nihil sit prius substantia abstracta prima, illa probatur medio physico, & per motus, quos inuenerunt Astrologi. Quæ sunt clara, & solutio ad argumenta patet.

G *Patet etiã ex hoc necessario esse quoddam unum ac sempiternum primum mouens, quoniam demonstratum est necessario semper motum esse, sed si semper est, necesse est etiã continuum esse, etenim quod semper est, continuũ est, at quod est deincepitiũ, non est continuum. Quod si cõtinuus sit, unus nimirum erit, unus autem motus non uno mouẽte, unoq; mobili proficiscitur. Nam si aliud atq; aliud mouebit, uniuersus ipse motus non continuus est, sed Deincepitius. Ex his igi esse aliquod primum immobile quispiam credet, & rursus si ad eorum principia quæ mouent animaduerterit.* Tex.49.

Adducit secundam rationem ad probandum vnitatem primi, & supponit duo, primũ ꝙ primus motus sit vnus. Secundo supponit ad vnitatem motus esse necessarium vnum esse mobile & vnum mouẽs, vt Quinto huius est disputatum, & hoc proponit, & inquit. Pa- H tet etiam ex hoc quod dicam idem, videlicet necessario esse quoddam vnum ac sempiternum primum mouens. Deinde sumit & probat primum, & inquit, qm̃ demonstratũ est necessario semper motum esse, sed si semper est, necesse est etiam esse continuũ, etenim qđ semper est, cõtinuum est. Quod vero est deincepitiũ siue per attactum & per vices non est continuũ. Ex his concludit primam suppositionem, & inquit. Quod si continuus sit, vnus nimirum erit. Deinde sumit secundum, & inquit, vnus autem motus ab vno mouente, vnoq́; mobili proficiscit̃. Cuius causam epilogat, & inquit. Nã si aliud atq; aliud mouebit, vniuersus ipse motus nõ cõtinuus est, sed deincepitius siue vicissitudinarius. Ex his dat conclusionem, & epilogat illam, & sermo patet.

Debes

Virtus rōnis. Debes ſcire ꝙ Ariſt. non temere rationem hanc ſecit, eſt enim ratio & ſolutio cauilli, quidam enim cauillare poteſt ꝙ primus motus eſt perpetuus per vices quoniã hodie eſt ab vno motore, qui in fine huius diei corrumpitur & ſuccedit alius, & ſic deinceps, ideo contra hunc cauillum obiecit, ꝙ tunc non eſſet cõtinuus, & vnus, ſed deincipitius, ſiue viciſsitudinarius. Addit Ariſto. idem eſſe perſpicuũ, ſiquis animaduerterit ad ea principia quæ mouent, cum enim illa intendant vnum primum, videtur eſſe argumentum, quo ipſum primum ſit vnum, vnde videtur hæc tertia quaſi ratio, de qua in. 12. lib. Metaphy.

RECOGNITIONES.

EX his, quę Ariſ. dicit, patet tribus rationibus primũ motorem eſſe vnum. Prima quidem quoniam in his in quibus fieri põt melius eſt finita, ꝙ infinita principia facere, & melius vnum ꝙ plura. Secũda vero, qm̃ motus primus eſt perpetuus, & bonus ſimpliciter, & non per ęquiualentiam, igitur primus motor eſt vnus, & primum mobile vnũ patet. qm̃ ad vnitatem motus neceſſaria eſt vnitas motoris, & mobilis, tertia deniq; qm̃ ea principia quæ mouent, vt intelligentiæ, monẽt propter vnum tãꝙ propter finem, quare illæ vnus motor cuius gratia mouent, eſt vnus & primus.

Tex. 50. *Quod igitur eorum quæ ſunt quædam ſint, quæ aliquando mouentur, & aliquando quieſcunt, perſpicuum eſt. inſuper etiam per hoc idem patet, neq; vniuerſa moueri, neque vniuerſa quieſcere, nec alia ſemper quieſcere, alia ſemper moueri, ea nãque quæ vtrinq; poteſtatem etiam habent ut interdum moueãtur, interdũ quieſcant de his hoc oſtẽdunt.*


Nunc quæſtionem à principio propoſitam determinat, vtrum videlicet omnia moueãtur, vel omnia quieſcant, & vtrum quædam ſemper quieſcunt, quæ quieſcunt, & mouentur, quæ mouentur. Reſpondet & dicit primo eſſe notum ꝙ rerum quædam ſunt, quæ eadem interdum mouentur, interdum quieſcunt. Secundo patet, non vniuerſa interdum moueri, & interdum quieſcere. Tertio patet etiã nõ oĩa quæ mouentur moueri ſemper, & omnia quæ quieſcũt quieſcere ſemper, nam ea quæ vtrũq; poteſtatem habent, vt moueantur interdum, & quieſcant interdum, vt animalia ſunt de his hoc quod nunc ſoluendo diximus oſtendunt.

RECOGNITIONES.


TRia hic innuit, primum, ꝙ ſit duæ naturæ, altera eorum quæ ſunt ſemper immobilia, altera eorum, quæ ſemper mouentur, & hoc innuit in prima parte, ſecunda ibi, {ſemper deueniemus ad hoc accipere,} innuit ſecundo, ea quæ mouentur, aliquando & aliquando quieſcunt moueri ab his, quæ ſemper mouentur, ea autem quæ ſemper mouentur, moueri ab his, quæ ſemper ſunt immobilia, & hoc ait, {procedentes autẽ in hoc & ponẽtes omne, quod mouetur ab aliquo moueri,} vt diximus, {autem} pro & ponẽtes {hoc} à quo mouetur {eſſe} aut {immobile, aut} id {quod mouet, &} ponentes rurſum {quod mouet, aut à ſeipſo, aut ab alio moueri,} cum inquã hæc poſuimus, {ſemper pro} tandem {deuenimus in hoc accipere, quoniã eorum quæ mouentur, eſt principium, quod mouetur quidẽ, quod ipſum ſeipſum mouet, omnium autem} ſimpliciter mouens, eſt {id quod immobile eſt.} Quare ordo eſt, vt quæ mouentur aliquando, aliquando vero quieſcunt: moueantur ab his, quæ ſemper mouẽtur, & hæc quæ ſemper mouentur, moueantur ab his, quę mouet,

A & ſunt per ſe omnino immobilia. Tertium quod dicit eſt, hunc ordinem eſſe acceptum ab animalibus, quæ ſeipſa mouent, nam hæc tandem veniunt ad animas quæ ſunt immobiles per ſe quæ mouent animalia.

Auerro. in cõmento dicit, quædam ex quibus nonnulli accipiunt dari regreſſum hoc eſt circulum in demonſtrationibus, Auerro. enim verba hæc ſunt, hic vult facere rememorationem de illa via, ex qua declaratur etiam, ꝙ totum habeat primũ motorem, qui nõ mouet, & ꝙ motus ſit in moto æterno è contrario primæ viæ. In prima enim probauimus ex motu æterno, motum, qui non mouetur, hic autem probauimus ꝙ motus ſit æternus, ex hoc ꝙ motor qui non mouetur, ſic ex verbis patet circularis demõnſtratio, nam in prima demonſtratione concluſio fuit, aliquis motor eſt, qui non mouet. In ſecunda vero concluſio eſt, aliquis B motus eſt æternus, eſt autem demonſtratio circularis, quando quæ fuit concluſio, conuerſa fit propoſitio, & è contrario quæ propoſitio eſt concluſio. Que Auer. com. 50.



C Sed dices quo modo fiet circulatio, dicendũ in hac circularione primum ſyllogiſmum eſſe, omnis motor cuius proprius eſt æternus, eſt immobilis, aliquis motor eſt motor, cuius proprius motus eſt æternus, igitur aliquis motor eſt immobilis. Secundus vero eſt ex ma-



D iore ſimpliciter conuerſa & concluſione integra, concludens minorem, hoc pacto, omne immobile eſt motor, cuius motus proprius eſt æternus, aliquis motor eſt immobilis, igitur aliquis motor eſt motor, cuius proprius motus eſt æternus, ecce ꝙ minor fuit prima propoſitio, nunc eſt concluſio. Concluſio vero, fuit prima concluſio, nunc autem eſt propoſitio, hoc igitur modo quæ Auer. dicit, poſſunt reduci ad artẽ prioriſticam, Animaduerte tamen ꝙ Them. diceret primũ ſyllogiſmum eſſe ſyllogiſmũ tantum, ſm vero eſſe demonſtrationem, alij dixerunt oppoſitum: nam primũ dixerunt eſſe demonſtrationem, ſecundum vero ſyllogiſmum tantum. Auerro. autem vtrũq; demõſtrationem, aſſerit, quoniam primum dicit demonſtrationem quia,

quia,secũdum vero demonstrationem propter quid, siquis tamen voluerit,poterit dicere, ex verbis Auer. colligi dari regressum non demonstratiuum,sed probatiuum,quoniam Auerrois loquitur per verbum probauimus, At probare dialecticum est.

Tex. 51. *Sed cum talia omnibus pateant, ostendere uolumus & utraq; duorum naturam,uidelicet q, sint quædam immobilia semper,quædam quæ semper mouentur, etq; ad ipsum proficiscentes,assumentes etiam omne quod mouetur ab aliquo moueri,idq; aut immobile esse aut moueri, & quod mouetur,aut à seipso,aut ab alio semper,ad hoc sumendum deuenimus,ut eorum quæ mouentur,principium id mouens sit; quod quidem seipsum mouet,omnium autem id quod immobile est, quod quidem clarissime cernebamus, & per talia quæ seipsa mouent,aut animantium & animalium genus.*

His declaratis,proponit nouum principium,& primo quæ vult facere,& inquit. Sed cum talia omnibus pateant,& ad sensum,ostẽdere volumus & vtrãq; duorum naturam, videlicet quòd sint quædam immobilia semper,vt substantiæ separatæ,quædã quæ semper mouentur,vt corpora cœlestia. Deinde commemorat breuibus totũ processum,quo vtebatur ad hoc, qui translatione perspicuus est.

Hæc uero suspitionem etiam nobis fecerant, utrum motus fieri possit,cum non sit omnino, nam in his id accidere nos cernimus,prius nãq; immobilia cum sint, mouentur (ut uidetur) deinceps.

Repetit quæstionem factam,qua probabatur motũ incipere,erat enim quæstio, q sicut de minori mundo, ita de vniuerso.Sed videmus anima. incipere motum, cum prius quiescebat,igitur & in vniuerso ita erit, hæc fuit quæstio maxima, qua Plato concessit quæstionis conclusionem,textus translatione patet.

Oportet igitur id sumere hæc seipsa uno motu mouere, atq; illo non principaliter,cum illius in ipsis causa non sit, etiam insunt animalibus alij motus naturales, quibus illa per seipsa non mouentur, ut auctio,imminutio, respiratio, quibus animalium unumquodq; mouetur cum quiescit ab eo motu quo seipsum mouet. Horum autem causa ipsum continens est,multaq; eorum quæ corpus ingrediũtur, ut aliquorum alimentum ipsum quo quidem dum concoquitur dormiunt,resoluto autem expergiscuntur. Insuper etiam seipsa mouent primo motus principio externo existente, quocirca non semper perpetuo à seipsis mouentur, nam id quod ipsa mouet,ac ad motum quemque quo seipsa mouent,mutat,ipsum quid aliud est,quod mouetur, etiam in omnibus his primum mouens, & id quod est causa ut ipsa seipsa moueant, mouetur quidem,sed per accidens. Corpus enim locum mutat.quare & id quod in corpore est, & id quod est in serra seipsum mouet,ex quibus credendum est, si est aliquod mouens immobile,quodq; sit eorum quæ mouẽtur per accidẽs; fieri non posse ut perpetuo motu moueatur.

Ad formam dubitationis non respondet,sed ad materiam,& ideo primo declarat duo,deinde infert solutionem ad materiã. Supponit itaq; primo q animalia non mouẽtur à motore interno auctione aut alteratione,secundo supponit q nec mouẽtur à seipsis principaliter latione.Arist.igitur primo sumit secundũ, & inquit. Oportet igit id sumere hic se vno motu mouere vt latione atq; illo nõ principaliter nullo alio cõcurrente vt dicetur,hoc est secũdum cuius causam addit, cum illius in ipsis causa nõ sit vt dicetur. Deinde sumit

E & declarat primum,etiam insunt animalibus alij motus naturales,quibus illa per seipsa non mouentur, vt auctio,imminutio, & alteratio, & inspiratio, quibus animalium vnumquodq; mouetur, cum quiescit ab eo motu,videlicet latione, quo seipsum mouet, assignat horum causam,& inquit.Horum aũt causa ipsum continens est maxime alterationis multoq; eorũ quæ corpus ingrediuntur in aliquibus alimentũ ipsum,quo quidem concocto siue dum concoquitur dormiunt,resoluto autem in partes quæ mittuntur ad membra; expergiscuntur,& ita patet, q horum motuum causa non in ipsis est,sed externa.reddit ad primũ, & inquit. Insuper etiam animalia seipsa mouent,non tota causa motus intus existente,sed primo ipsius,motus principio externo existente,veluti appetibile est, quod Themist. occasionem vocat siue iunitamentum. Ex his dat

F solutionem ad materiã,& concludit causas quare hæc non perpetuo seipsa mouent,& assignare videtur duas causa. prima est,quia id externum è quo hic mouentur,etiam ipsum mouetur, continens enim siue occasio etiam mouetur,& hoc inquit. quocirca nõ semper perpetuo à seipsis mouentur,nam continens quod ipsa mouet ac ad motum quẽuis quo seipsa mouent,mutat,ipsum etiã est res quæ mouetur.Hæc est prima causa, secunda causa est, quia motor qui est intrinsecus vt anima,etiam mouetur per accidens ad motum corporis,inquit etiam in omnibus his animalibus primum mouens,& id quod est causa vt ipsa seipsa moueãt,mouetur quidem,sed per accidens, vt anima ipsa. corpus enim locum mutat,quare,& id quod in corpore est, vt anima, seipsa mouet ad motum corporis, & id qđ in serra est applicatum vt manus etiam seipsum mouet

An motores corporum ex seipsis moueantur p accidẽs. Vide Iand q. 14 huius.

G motu serræ.Epilogat quasi responsionem, & sermo patet.Hæc sunt quæ habentur ad materiam. Ad formam autem respondit,superius.

Auer.vero in commento,præsenti declarat sex.Primum est,quia videtur q vnus sit motor plurium motuum, vt anima est motor motus in loco auctionis, & alterationis.Respondet q anima non est motor oĩum illorum motuum per se,nullo videlicet alio concurrente.nõ enim ab vno prouenit nisi vnum, anima itaq; est prima & per se causa lationis, cæterorũ vero causa est per accidens. Alterationis quidem mediante continente,auctionis vero mediante alimento. Secundum est, vnde valet hæc ratio animal mouetur à motore extrinseco,qui etiam mouetur,igitur non perpetuo mouet, est enim ambigua. Propterea Auer. declarat hanc rationem.Cum enim animal ipsum alteretur à continen-

Quæ Auer. com. 50.

Quod magis moueatur ex se. an cœlum, an animal. Vide Egi. hic.

H te,quod mouetur,& ab alimento quod etiam mouetur,ea necessitate se mouebit qua continens & alimentum mouetur,sed hæc non semper mouẽtur. Et si semper mouẽtur,non ea ratione vt sufficiat mouere aliud quare animal ab eis nõ semper mouetur. Tertium est, cur motor animalis mouetur per accidens. Respondet hoc esse,quia talis motus constituitur per corpus, igitur est diuisibilis & quantus diuisione corporis, quare capax motus.Quartũ est, quomodo anima animalis per accidens mouetur. Respondet & innuit hanc distinctionem, q aliquid potest moueri per accidens dupliciter,aut vt pars & membrum ad motum totius, & sic anima non mouetur per accidens: alio modo vt forma & accidens motu subiecti,& sic anima per accidẽs mouetur. Vlterius debes scire q formam siue animam moueri per accidens motu subiecti,potest intelligi,aut

Nota.

voluit ipsum esse separatum simpliciter à sensilibus tanquã actu ens, substantiam, & rerum principiū: vti mens, anima atq; intellectus est:) & ad huius positionis confutationẽ supponit, in separatis à materia quicquid illius acceperis, si habeat partes, eiusdem rõnis & nominis est cum toto; & hoc probat per hoc, quia in separatis à materia ratio rei & ipsa res est idem. Circa hanc suppositionem sic procedit, quia primò ponit positionem quam intendit refellere: & inquit, Manifestū etiam est infinitum esse non posse, vt actu ens, & vt substantia, atque rerum principium, veluti aius, mens, & idea, vt ponit Plato. Hic enim infinitudinem ab omnibus sensilibus abiunctam ponit, Pythagoras separatam, sed in sensilibus collocatam, vt diximus. Hęc est positio, deinde sumit suppositionem, & inquit, Nam quicquid ipsius acceperis, infinitum erit si partibile sit. hæc est suppositio, quam probat dicens, Si enim substātia sit & non in subiecto, infiniti ratio & ipsum infinitū idem est: quia in abstractis à materia idem est esse, & id cuius est esse. Hæc est suppositionis ratio.

An possibile sit p quãcunq; potentiam aliquã magnitudinem aut substãtiã vel qualitatẽ esse actu infinitam.

Vide Carsum Parisi. q. 2. huius.

Quare aut est indiuisibile, aut in infinita diuisibile: non diuisibile, quia fieri non potest ut multa infinita ratione eadẽ sint. Nam quem admodum aeris pars est aer, sic et infiniti pars infinitum quod est, si substantia sit atq; principium. Impar igitur est atq; indiuisibile, sed impoßibile est ut tale quod est actu ens sit infinitum, quando quantum quid esse necesse est.

Hac suppositione sumpta arguit sic, si substātia separata est infinita, aut est diuisibilis, aut indiuisibilis: nō diuisibilis, quia tunc plura infinita actu essent in rerum ratione, nam per suppositionem quælibet pars rei separatæ est eiusdem rationis cum toto. Neq; indiuisibile, quia tunc non erit quantum. & per consequens nō potest esse infinitū. Quod vero ad verba attinet, orationẽ illam, nō diuisibile, suppleui, quia græca series illam exposcit: reliqua sensu & verbis clarissima sunt. Iuniores ob malas translationes multa fabulantur, & enituntur exponere quod non dicit Aristo. & quod dicit pretermittunt. Propterea obijciunt, quia dies est pars tēporis infiniti, & tamen non est infinitus. Secundo dubitant, quia non videtur verū in substātia idem esse rem ipsam & quidditatem, quia vt dicitur. 3. de Aïa, in substantia aliud est magnitudo & magnitudinis esse. Sed istæ dubitationes non sunt ad propositum. Prima quidem non, quia Arist. loquitur de infinito separato, in illo. n. quicquid acceperis vnam habet rationem cum toto: modo dies & id genus sunt accidentia materialia, & non ad propositum. Secunda minime, quia loquitur non in substantia prædicamentali, sed separata, in qua esse, hoc est, rō, & res, idest, indiuiduum idem est: quod quomodo contingat, in libro de Anima.

Contra iuniores.

Obiectio iuniorum.

Dubitationes non sunt ad propositum.

DILVCI. *Per accidens igitur, id infinitum erit: quod si sic sit, dictum iam est antea non posse ipsum principium dici, sed illud, cui accidit, ceu aerem, aut par. Quare absurde proferunt, qui tale id esse arbitrantur, ut Pythagorei dicunt. Simul enim infinitum ipsum substantiam faciunt, & patiuntur.*

Refellit vnã responsionẽ. Posset. n. dici, quod substātia est infinitum, quatenus sibi accidit infinitudo, quia magnitudo, aut numerus accidit sibi. Contra obijcit, primo quia tunc infinitum non erit per se principium, cum nullum accidens sit substantiarum principiū, sed per accidens ratione eius, cui accidit contra eos. Secūdo, quia tunc hęc positio Platonis coincideret cum illa Pythagoricorum, illi enim substantias rerum ponunt numeros & magnitudines, & ita ipsi facient simul infi-

A nitum ipsum substantiam, & patiuntur ipsum: quod absurdum videtur.

DILVCI. *Verum hæc quidem forsitan inquisitio uniuersalis est magis, utrum uidelicet esse posit infinitū & in mathematicis, & in intellectilibus, & in his quæ nullam prorsus habent magnitudinem. Nos autẽ si sit in sensilibus, & his, de quibus doctrinam facimus, hoc est, utrum in his sit uel ne infinitum corpus, quæ auctione proficiscuntur, perscrutamur.*

Excusat se nunc Arist. & eligit quæstionem propriã huic libro, & quę dicit, sunt manifesta per se. Ex his habes Arist. abstulisse infinitudinem generatiui à toto genere separatorum, & propterea non peripatetice sentiunt, qui Deum asserunt infinitum esse. Propterea animaduersione dignum, vt in codicillo de infinitate primi diximus, Theologum & Peripateticū non posse cōuenire hac in quæstione. Peripatetici. n. quantitatẽ duB plicẽ autumant: molis, quæ prædicamentaria est, iuxta quam res longa, lata, & alta, aut bina, aut terna, & id genus dicitur: alteram vigoris, iuxta quam vna res pōt agere aut pati. Has etiã Theologus concedit, verum Theologus quantitatem vigoris mensurat, aut describit ab eo, in qđ aut agit aut pōt agere: Peripatetici ab eo, in quod agit, si quidẽ quicquid Deus posit agere, agit. Tunc theologus asserere cogitur Deum esse infinitum vigore, quia motum aliquando velocem efficere pōt, & non tñ quin velociorem in infinitū: & propterea dicit Deum esse talẽ. Peripateticus vero quia tenet Deū nō posse velociorẽ motum facere motu cœli, concludit illū esse finitum vigore: Rationes autẽ, quas Arist. aduersus Pythagoricos & Platonem fecit, omnes remouent infinitudinẽ à separatis, quæ est affectio quātitatis prædicamentariæ: eam vero quæ est quantitatis C vigoris tollere nō videtur ex his rationibus, verum de his latius in codicillo, & fortasse in. 8. huius Auer. autẽ ait, q̃ si antiqui vellent infinitudinem esse accidens per se separatæ substantiæ, veluti sunt qualitates primæ elementis, proculdubio possent sustinere infinitudinẽ esse principium, veluti primæ qualitates sunt: & ita vult q̃ rō Arist. nō valeat, nisi tenendo infinitum esse accidēs per accidens. Sed pace Auer. hæc defensio nulla est, quia siue sit accidens per se, siue per accidēs, nunquam pōt esse principium per se, sed solum aut instrumentarium aut dispositorium. modo veteres infinitudinem constituerunt vt principale & per se principium, ideo rō Aristo. est efficax ad homines. Vlterius sumit Auer. cō. 39. infinitum trifariã dici, aut in rebus intellectilibus, & hoc est metaphysicū: aut in rebus sensilibus, & hoc est physicū: aut in reb⁹ mathematicis & medijs, & hoc D est mathematicum & medium. Recte igr̃ Arist. applicat considerationem ad res sensiles, quia hæc est propria Physico. prætermittit vniuersalẽ de infinito contẽplationem, quia transcendit limites nostræ considerationis. Et hæc ex cōmento colligi possunt fructuosa.

Quid Aristo. de infinitate primi. Differẽtia theologi à peripatetico.

Vide Sco. dist. 2. 1. q. 1. & 2. et sequaces.

Quæ Auer. Comen. 38.

Contra Auer.

Quæ Auer. Comen. 39.

DILVC. *Ex ijs igitur logicè consideratis, uidebitur utiq; ipsum non esse. Si nãq; ratio corporis est superficie terminatum esse, neq; intellectile, neq; sensile ullum corpus erit infinitum.*

Nunc de intento exequitur, primo per rōnes cōmunes, quæ logicæ dicuntur, propter rōnes postea dicendas. & textus apud Auer. resoluitur in syllogismos sic, omne corpus quod continetur ab vna superficie aut pluribus est finitū: oẽ corpus continetur vna aut pluribus superficiebus: ergo oẽ corpus est finitū. Minor prosyllogizatur, sic omne rotundū aut non rotundum

Syllogismus Auer.

corpus vna vel pluribus cõtinetur ſuperficiebus, rotũdum quidem vna, non rotundũ vero pluribus: ſed omne corpus eſt rotundum aut non rotundũ: igitur omne corpus eſt vna aut pluribus ſuperficiebus contentum: quæ erat minor. De ratione ſolam minorem principalis ſyllogiſmi tangit dicens: Si nanq; ratio corporis eſt ſuperficie terminatum eſſe, neq; intellectile neq; ſenſile vllum corpus erit infinitum. Quod vero ad verba attinet, rationes hæ dicuntur logicæ, aut quia ſunt per cõmunia pluribus ſcientijs, nam corpus hic cõmuniter accipitur, vt cõmune intellectili, ſenſili, & medio corpori: aut quia rationes hæ ſunt probabiles, quoniam omne corpus ſiue rotundum, ſiue rectum, ſiue cuiuſuis figuræ, eſſe terminatum eſt neceſſariũ: ſed ꝙ omne corpus ſit tale, eſt verum, ſed non per ſe notum. Aduerſarius enim dicere poteſt eſſe aliquod corpus, vt infinitum, cuius nulla eſt figura.

Non eſt per ſe notum corpus omne terminatum eſſe.

DILVCI. *At uerò neq; numerus ita ut ſeparatus & infinitus: numerus .n. omnis aut id qđ numerũ habet numerabile eſt. Si igitur numerabile numerari põt etiã pertranſiri poterit infinitum.*

Idem ſyllogizat in quantitate diſcreta, & primo proponit concluſionem dicens, Neq; numerus ita vt ſeparatus & infinitus eſſe põt. & dixit ita vt ſeparatus, quia omnis numerus ſiue in ipſis vnitatibus fuerit, & ſic eſt ſeparatus: ſiue in ipſis rebus, hominibus, equis, bobus conſtitutus, & ſic eſt cõiunctus: eſt igitur concluſio, ꝙ nullus numerus eſt infinitus, ſiue ſit ſeparatus ſiue coniunctus. Deinde ſumit vnam ſuppoſitionem, videlicet, ꝙ omnis numerus & omne numerum habens eſt numerabile: & ecõtra, omne numerabile & numerum habens eſt numerus. Tunc ſyllogizat ſic per impoſſibile, omnis numerus numerari poteſt: aliquod infinitum eſt numerus: igitur aliquod infinitũ numerari põt: concluſio eſt impoſſibilis, & non propter maiorem, igitur propter minorem: & ita eius contradictorium eſt verũ nullum infinitum eſt numerus: & per conſequens ſequitur nullum numerum eſſe infinitum per conuerſionẽ in terminis. inquit, Si igitur numerabile ſiue numerus omnis numerari poterit, tunc ſubintellecta minori infert, etiam pertranſiri poteſt infinitum: & tunc arguas vt prius. Hæc etiam ratio eſt logica, aut quia ex cõmunibus pluribus ſcientijs, vt dicit Auer. nam hæc propoſitio, omnis numerus eſt numerabilis, & oẽ numerabile in potentia poteſt eſſe in actu, eſt cõmunis plurib' ſcientijs, vt Mathematicę & Phyſicæ. Aut quia hæc propoſitio non eſt vera, niſi de numero quo anima numerat, & non pro rebus numeratis, vel numerabilibus, vel diſtinctis, vt ſunt partes alicuius continui. Expoſitor autem aſſerit vtraſq; eſſe dialecticas & non demõſtratiuas. Prima quidem dialectica eſt, quia concedens corpus infinitum, non concederet de ratione corporis, terminari ſuperficie. Secunda vero, quia qui multitudinẽ poneret infinitam, non diceret eã eſſe numerum, vel numerum habere, quia numerus addit ſuper multitudinem rõnem menſurationis. Eſt. n. numerus multitudo menſurata per vnum, vt dicitur in. 10. Metaphy. Mihi autem placet hæc moderatio.

Syllogiſmus.

Qua expoſitor. S. Tho. hic.

DILVCI. *Phyſicè uerò magis conſiderantibus ex his. Neq; n. compoſitum, neq; ſimplex eſſe poteſt. Compoſitum quidem igitur corpus nullum eſt infinitum, ſi elementa multitudine finita ſint: neceſſe eſt. n. plura eſſe æquariq; contraria ipſa ſemper & nõ unum ipſorum infinitum eſſe.*

Hactenus logice, nunc Phyſice, & hoc proponit Phyſice vero magis conſiderantibus ex ijs patebit. Aiad-

E uerſione dignum, ꝙ Ariſt. rem hanc diſputat hic, & .3. Cœli. Hic quidẽ ſupponendo nõ eſſe aliud corpus pręter quatuor elementa: nam opinio antiquorum erat ꝙ cœlum eſſet de natura quatuor elementorum. ſyllogizat ac ſi non ſit aliud corpus præter elementa. conſueuit. n. procedere ex cõmunibus, anteq̃ propriam inueſtigat, ſecundo ſupponit elementa eſſe numero finita. In tertio vero de Cœlo, poſtq̃ in primo de Cœlo demonſtrauit cœlum eſſe alterius naturæ ab elementis, & in lib. 2. de Gener. ꝙ non ſint niſi quatuor elemẽta, non ex ſuppoſitione, ſed ſimpl'r demonſtrat nullũ eſſe corpus infinitum. Et hæc eſt cauſa replicationis problematis in. 3. illo de Cœlo. Quare in his rationibus petit Ariſt. tanq̃ poſterius declaranda elementa non eſſe infinita, vt dicetur in. 2. de Gener. & nullum eſſe corpus præter elementaria. Syllogiſmus igitur apud Themiſt.
F eſt hypotheticus diuiſiuus ſic, ſi ſit corpus aliquod infinitum, aut compoſitum, ſiue mixtum, aut ſimplex id erit. Tria igitur facit apud Themiſt. quia primo probat ꝙ non mixtũ, deinde remouet cauillum, tertio ꝙ neq; ſimplex. Quòd quidẽ igitur non mixtũ, ſyllogizat ſic: Si eſt mixtum aut ex omnibus elementis, aut pluribus, aut vno. Probat primo ꝙ non ex vno, quia oẽ corpus naturale ingenitã atq; inſitam quandã vim habet in ſe, vt vel caliditatẽ, aut frigiditatẽ, aut humiditatẽ, aut ſiccitatem, quare non põt eſſe infinitum, quia ſua vis erit ẽt infinita, & ita cætera miſcibilia deſtruet. inquit, Neque. n. cõpoſitum, neq; ſimplex eſſe põt: cõpoſitũ quidem igitur corpus nullũ eſt infinitum, ſi elẽta multitudine finita ſint: vt ſupponendũ eſt, & quoniam miſcibilia debent eſſe plura, inquit, Neceſſe eſt. n. plura eſſe ad hoc vt ſit mixtio, æquariq; contraria ipſa ſemper, & nõ vnũ
G ipſorum infinitum eſſe: quia ſic non mixtio, ſed deſtructio eſſet. Non igitur poteſt corpus mixtum eſſe infinitum ratione vnius elementi infiniti.

Vnde philoſophus habet qđ poſſit ſupponere elementa eſſe finita multitudine. Vide Eg. hic.

Mixtũ corpus infinitum eſſe non põt ratione elementi infiniti in eo exiſtentis.

Nam, ſi ignis quidem ſit finitus aer uerò infinitus: quanq̃ unius corporis potentia minor ſit illa alterius, atq; pars ignis æqualem aeris partem ui exuperet, modo exuperatio illa numerum habeat aliquem, infinitum nimirum corpus perſpicuũ eſt exuperare finitum, atq; corrumpere.

In tranſlatione hac nihil adiecimus, nihilq; abſtulimus, niſi ꝙ orationes male in latinum ſonantes præpoſteras fecimus, vt ſenſus clarior eſſet: vnde, qui barbaris afficeretur tranſlationibus, vtatur noſtra pro explicatione vera Ariſt. Ariſtoteles igitur remouet cauillũ, vt paraphraſizat doctus Themiſtius. dicet enim quiſpiam, corpus infinitum eſſe, ſed minori potentia con
H ſtitutum q̃ infinitum: nam & ſi magnitudo aeris exuperare magnitudinem ignis dicatur, vis tamen corporis minoris pollentior atque amplior ſit quàm maioris. Soluitur, hæc rectè dici tunc, cum vtrũq; corpus finem habeat & terminum aliquem, id eſt cum vtrũque finitum ſit. Quum verò alterum fine careat, alterum non careat, ratio nulla eſt: & ita licet aer ille, qui maior eſt igne, imbecillior ſit igne, ſi tamen per adiectionem magnitudinis quãtumlibet auctus fuerit, erit aliquando poteſtate æqualis igni, eo quòd poterit maiorem etiam aſſequi ſi augeatur identidem. Quare, ſi in infinitum creſcet, etiam infinitum ignem excellet: & ita cauillum nullus eſt. Verba patent tranſlationibus ipſis.

An rõnes iſtæ cócludãt. Vide Gratiadeum. Eſcu. lec. 8. huius.

Nec unũquodq; infinitum eſſe poteſt, nam corpus quidẽ eſt, quod omni ex parte dimenſionẽ habet: infinitum aũt indeterminate DILVCI.

minate extensum est: infinitū profectò corpus per omnem erit dimensionem in infinitum dimensum. A

Probauit mixtum non posse esse infinitum, propterea quia sit ex vno elemēto infinito, & soluit cauillum: nunc probat q mixtum esse non potest infinitum, quia omnia vel plura elementa eius sunt infinita, & hoc proponit dicens: Nec vnumquodq; elementorum, vel plura illorum infinitum esse potest. Probat hoc enthymematicè assumens in antecedente duo, & inquit, Nā corpus quidem est quod omni ex parte dimensionem habet, vt longitudinem, latitudinem, & altitudinem: hoc est primū. Infinitum autem est extensum indeterminatè, hoc est, sine termino & fine: hoc est secundum. Ex his infert conclusionem, & inquit. Infinitum profectò corpus per omnem erit dimensionem in infinitum dimensum: Tunc supplēda est ratio, q videlicet non patitur secū aliud in mixto: & ita nec omnia nec plura esse possunt infinita: nullum igitur mixtum esse potest infinitum. Sed dubitare solent vnde teneat consequentia hæc Aristo. ex illis duabus sumptionibus. Auer. supplet vnam regulam cōmunem, videlicet q qn aliquid fuerit compositū ex duobus, necesse est vt definitio illius compositi sit composita ex definitionibus illorum duorum, verbi causa: Qm corporis definitio, corpus est illud quod expanditur ad omnes partes, & definitio infiniti est illud quod non habet finem, ex his sequitur q corpus infinitum extendatur fm omnes partes in infinitū: & vult per partes sex differentias positionis, vt sursum & deorsum pro longitudine, ante & retro pro altitudine, dextrū & sinistrū pro latitudine. Addit Auer. vltra rationem Arist. aliam, & inquit, Et si nos posueri mus infinitum esse in quadam parte sic, & quadam nō, tunc vnum infinitum esse posset maius altero: nā posset addi sibi ex ea parte qua finitū est aliud corpus contiguum, & tunc cōgregatum ex ambobus erit maius quouis illorum: & ita propositum. Recentiores disputant contra Auer. an rationes hæ duæ valeant, & breuibus soluunt illas. Primam quidē eo, quia definitio cōposita erit, corpus infinitū est corpus sine fine, habens tres dimensiones. Nam ex eo quia corpus habet tres dimensiones, & ex eo quia infinitum est sine fine, non q habeat dimēsiones infinitas, sed est corpus sine fine: & habens tres dimensiones. Secundam verò, quia nihil prohibet infinitum excedi ex ea parte qua finitum est. Contra hos fiunt multæ captiunculæ, quæ non sunt dignæ recitatione. Verū pro defensione Arist. & Auer. sumendum est, infinitum quoties additur alicui reddere illud infinitum cui additur, & omne præsuppositum requisitum ad illius rationem, verbi causa: Si additur longitudini reddit lineam infinitam, si latitudini reddit longitudinem & latitudinem infinitas, quia esse nō potest latitudo non præsupposita longitudine: igitur, si additur altitudini siue corpori reddet altitudinē infinitam: & omnia præsuppositiua, vt latitudinem & lōgitudinem, quia non potest altitudo esse non præsupposita latitudine, & longitudine. Ex his apparet, vis rōnis Arist. & Auer. q nō potest esse corpus infinitum, quin sit omni ex parte infinitum: quia esse non potest corpus infinitum quin intelligatur infinitudo addi altitudini, & non potest addi altitudini, quin addatur omnibus præsuppositis, & ita quin sit omni ex parte infinitum: & hanc deductionem ignorant iuniores & reprehensores illorum. Ex his omnibus patet elementa ipsa actu remanere in mixto, aliter rationes Arist. nullæ essent.

Dubitatio.
Respon. Auer.
Disputatio recentiorum.
Defensio Aristo. & Auer.
Intelligēs istarum rationū vim, elementa ipsa actu remanere in mixto non ambiges.

At verò neq; potest infinitum corpus esse unum ac simplex, aut simpliciter, aut ut aliqui sentiunt, id quod est præter elementa, ex quo hæc generant. Sunt enim qui hoc infinitum faciunt, sed non aerem aut aquam, ne ipsorum cætera ab infinito illo corrumpātur: habent n. inter se contrarietatem, quando aer frigidus, aqua humida, ignis calidus sit quorum si unum esset infinitum, corrupta iam esset cætera. Propterea nunc aliud infinitū esse autumāt, ex quo hæc sunt. DILVC.

Hactenus q infinitum non possit esse, aiunt. nunc q nec simplex. & primò ponit hoc, & inquit, At verò neq; potest infinitum corpus esse vnum ac simplex, hoc est, continuum & nō mixtum: aut simpliciter, aut vt aliqui sentiunt id quod est præter elementa, ex quo hæc generant, vt posuit Anaximāder. qui constituit naturam quandam mediam inter ignem & aquam, vt vaporem. Hęc est intentio. Sed antequam rem prosequatur, B probat nullum elementorū esse posse infinitum ad intentionem illorum, per hoc ne præ magnitudine virium suarum reliqua corrumpat. Sunt. n. mutuæ in elementis cōtrarietates, vt aer humidus aqua frigida, ignis calidus. Si igitur vnum ex illis infinitum posuissent, videbant reliqua statim corruptum iri: est. n. natura compertum, vt imbecilliora à valentioribus obterantur: propterea dederunt aliud infinitum esse, ex quo hæc sunt, quod sit igni & aeri amphybium anceps q;. Quod vero ad verba attinet, Arist. vult aerē esse frigidū, aquā humidam, aut quia non curat de exemplis, aut forsasse in græcis codicibus est transpositio, & debet legi aerē humidum, aquam frigidam. De mente igitur veterum colligimus nullum simplicium posse esse infinitum, restat disputem de corpore medio siue amphybio, igni & aeri, siue de vapore, quod propter infinitum ex eo factam generationem asserunt infinitum esse: postea de C elementis reddemus.

Vide & Lido. q. 10. huius. Et Albe. de sa xo. q. 2. huius.

Sed impossibile est tale corpus esse, non solū ex ea parte, quia infinitū est: (De hoc. n. cōmune quod dicitur, est dicendū de omni similiter & aere & aqua & quouis alio:) sed ex ea parte qua est tale sensile corpus, præter ea quæ vocantur elementa. Omne. n. in id dissoluitur, ex quo etiā constat. Quare præter aerē, et ignē et terrā, et aquā, corpus hic aliud quoddā esset: quod quidē nullū apparet tale. DILVCI.

Tale corpus mediū amphybium aeri & igni pōt dupl r impugnari. vno mō ex ea parte qua ponitur alteri9 naturæ ab elemētis, alio mō ex ea parte qua infinitum est. Confutat igitur ipsum, primò ex ea parte qua ponitur alterius naturæ ab elmtis, quia ex ea parte qua ponitur infinitū, habet cōem contradictionē, veluti simplex corpus quod ponitur infinitū: & hoc proponit & verba translata patent. Cōtradictio igitur propria est, D si tale corpus amphybiū esset, ex quo cuncta cōstarēt, tunc resolutio aliquando fieri in illud appareret: mō, nullum apparet corpus præter elementa & mixtum: igitur tale corpus nullū est. Sed ambiges, Primò, quia Arist. negare nō potest vapores qui corpus sunt mediū inter aerem & aquam, neq; exalationem quæ amphybia est igni & aeri, vt patet in Meteoris: igitur tale corpus est negandum. Secūdò, quia in resolutione mixti nullum elementum putum videtur, quia elementa pura videri non possunt: igitur rō Aristo. posset esse contra Aristo. Dici potest ad primū, q Arist. non negat corpora illa media, sed vult nullum esse medium ex quo cuncta cō stāt, quia in resolutione nō videm9 semper illud remanere. Ad secundā dico, q licet non videntur elementa pura videntur corpora in quibus elementa pura præ-

Dubitationes. Prima.
Secūda dub.
Solutio prima
Solutio scda.

dominantur, ex quibus fiunt,& in q̃ resoluuntur mixta: quicquid velint alchymici.

DILVCI. *Neq; igitur ignis, neq; aliud quicq̃ elementorum infinitum esse potest: Omnino enim & præter id quod infinitum sit ipsorum aliquod, uniersum ipsum (quamuis finitum sit) impossibile est aut esse aut fieri unum quid ipsorum, uelut Heraclitus sentiebat, dicens omnia tandem conuerti in ignem.*

Confutato corpore illo medio ex ea parte, qua ponebatur medium, nunc cõmuni ratione refellit omne simplex corpus infinitũ, siue sit mediũ siue elũtum extremũ:& primò arguit cõtra corpus simplex:& syllogismus est, si aliquod elementorum esset infinitum, tandem vniuersus mundus conuerteretur in illud. & hoc destruit dicens: Omnino.n.& præter id, quod infinitũ sit ipsorum aliquid, vniuersum ipsum (quamuis finitũ sit) impossibile est aut esse aut fieri vnũ quid ipsorum: q.d.ꝙ est impossibile vniuersum conuerti in aliqđ elementorum, siue elementum sit finitum siue infinitum, velut Heraclitus sentiebat, dicens omnia tandem conuerti in ignem. Sic igitur vniuersum cõuerti in ignem, est nõ modo impossibile ex ea parte qua ignis esset infinitus, sed ex ea parte qua impossibile est simpliciter, & ita consequens est simpliciter impossibile. Propterea adiecit,& præter id quod infinitum sit ipsorum aliquid, quia siue aliquod ipsorum sit infinitum siue non, vniuersum conuerti in aliquod ipsorum est simpliciter impossibile. Auer. verò resoluit textum ad duas positiones: vna est ꝙ aliquod elementorum est infinitũ quicquid sit illud, alia est Heracliti, quæ ponit omnia finita: sed quod aliquod eorum, vt ignis, excellit cætera viribus & potentia adeo vt demum omnia corrumpat in suiq; naturam vertens: vult modo ꝙ Arist. contradicat primæ positioni ponentis aliquod illorum infinitum. Secundæ verò cõtradicet in libro Cœli. & in meteoris: vbi probabit simpliciter mundum non posse corrumpi. Hæc ex cõmento colligi possunt.

Qua Auer. Comen. 46.

DILVCI. *Eadem autem ratio & ad illud unũ conueniet, quod præter elementa Naturales faciunt: Omne enim in contrarium ex cõtrario, ceu in frigidum ex calido mutatur.*

Nunc applicat eãdem rationem illi corpori medio, quod Naturales propter generationem autumant. Nã illud tale oportet habere quandam contrarietatem ad ea elementa, quæ ex illo fiunt, siquidem omnis mutatio sit ex contrario in contrarium: Quare tale corpus medium ratione contrarietatis destruet cuncta, velut de elementis dicebatur.

DILVCI. *Oportet etiam hinc considerare de quolibet, utrũ esse possit uel non possit corpus aliquod sensile infinitũ. Quòd itaq; nullũ penitus sensile corpus esse possit infinitũ, hinc patebit. Nã oẽ sensile corpus alicubi esse aptum est, atq; locus est quidam cuiusq;, & idem partis ac totius, ceu uniuersæ telluris glebæq; unus, itemq; ignis & scintillæ.*

Hactenus speciatim ꝙ non sit corpus infinitum ꝓbauit, nunc vniuersalius rem proponit, dicẽs: Oportet etiam hinc considerare de quolibet, vtrũ esse possit vel non possit corpus aliquod sensile infinitum. Hæc est intentio generalis de quolibet, qua quidem supposita petit duo. Primum, ꝙ omne sensile corpus suapte natura aptum est alicubi esse, contra etiã, cuiusq; corporis sensilis semper est locus quidam naturalis. Secundum est, ꝙ idem sit locus alicuius totius corporis sensilis & cuiusque illius partis, ceu vniuersæ telluris & vnius glebæ, iteq; ignis & scintillæ. Hę sunt duæ petitiones, quas Arist. in hoc processu cõstituit. Auer. autem addit ter- E tiam, videlicet, ꝙ omne corpus habet locum naturalẽ, & locum non naturalem, ita vt in naturali quiescat, & cum est extra ipsum mouetur ad illũ naturaliter. Hanc Arist. tacuisse asserit, quia sequitur ex secunda.

Vide & Bur. & Alber. de sanc. qõ. 11. huius.

Qua Auer. Comen. 48.

Quare, si id similare sit, aut immobile erit, aut semper mouebitur: quod quidẽ est impossibile. Cur potius deorsum q̃ sursum, aut ad quẽuis locũ moueretur? Dico autem, ut si gleba sit, quorsum ipsa mouebitur, aut ubi manebit? corporis. n. similaris locus ipse infinitus est. Occupabit igitur uniuersum locũ? et quonãmodo? quæ nã igitur ipsius quies? aut ubi nã erit? & quis præterea motus? an ubiq; manebit? non mouetur ergo, aut ad omnem locũ mouebitur: non ergo quiescet.

Mihi locus iste difficillimus est tam in grecis, q̃ in latinis verbis, videtur tamẽ mihi cum Themistio esse sic textus introducendus. Si corpus vllum infinitum sit, F aut ex partibus consimilibus constabit, quod græci tũ homogeneum, tum homoides vocant: aut ex partibus disparibus, hoc est, membris genere & natura differentibus, quod heterogeneum, aut anomœon dicunt. Primò destruit ꝙ nõ homogeneũ, quia vbi homogeneũ, locus censebitur idem totius & partium, atq; æquè infinitus totius & partium. Tunc arguit, vt exponit Themist. quare, si id similare & homogeneũ corpus sit pars illius subaudi aliqua, aut ĩmobilis erit, aut semper mouebitur. Ecce quomodo distinctionem refert ad partem illius, non ad totum, vt Expositores placterizant: asserit autem vtrũq; esse impossibile, quia tolleretur definitio naturæ, vbi alterũ quoduis siue motus siue quies tolleretur. Et primò probat ꝙ non mouebitur pars illius, quia non est determinatum vbi assignare quo moueatur, cum locus sit infinitus: aut ipsam oportet moG ueri ad omnem illius infiniti loci partem. inquit, Nam cur potius deorsum q̃ sursum, aut ad quemuis locum moueretur? vt si gleba sit pars illa, quorsum ipsa mouebitur? Sic igitur patet illã moueri non posse. Quod verò neq; quiescere, simili rõne declaratur, & inquit, Aut vbi manebit? corporis.n. infiniti illius similaris locus ipse infinitus: est igitur si debet manere in qualibet illius infiniti loci parte, oportet illã occupare vniuersum locum illum infinitum, & hoc non videtur. Primò, quia non apparet quonam modo possit finitum quid occupare infinitum. Secundò, quia nõ videtur quæ nam sit illius partis quies, vtrũ versus dextrum vel sinistrum, aut vbi nam futura sit. Tertio, non videtur quis fuerit ille motus quo peruenit ad partem illius loci in qua quieuit, an vbique manebit? non ergo mouetur, aut ad omnem locum mouebitur neque ergo quiescet, & ita neutrum dici potest.

An hæc ratio philosopho sit sufficiens. Vide Gratiadeũ, & an infinitas corpori infinito sit cõ quotis violenta. vide Granadenum Esca. loc. 9. huius.

An infinitum in actu implicet repugnantiam ex terminis. vide cano. q. 3. huius.

H Sed dubitatur, primò quia per hanc cõmunem probarem terram nõ esse: quia, si esset, vel eius aliqua pars est immobilis, vel semper mouebitur. non semper mouebitur, quia non magis ad vnam loci totius partem quàm ad aliam. non quiescit per idem: igitur si ratio de infinito valet, & de terra vniuersa ac quolibet elemento valebit.

Dubitationes. Prima.

Secunda dubitatio est, quia dicerẽ infinitum esse, & nullam ipsius partem posse moueri, sed quiescere semper quiete totius. Dubitatio verò quã fecit nouus expositor, non est ad propositum: credit.n. Arist. duxisse ad hoc impossibile, ꝙ corpus illud aut semꝑ quiescet, aut semper mouebitur. Hæc non ad propositum, qm̃ syllogismus Aristote. de parte illius procedit, & non de vniuerso illo. Propter hæc dici potest ad primam, ꝙ Arist.

Secunda.

Egid. hic. Contra nouũ expositorem. Solutio.

ꝙ Aristo. In ratione supposuit vnum esse locum totius & partis, & locũ illius infiniti esse infinitum, & ꝙ illius pars aliqua moueatur: modo nõ est ad propositum de terra, q̃m locus terræ est finitus, vt centrum totius, ad quod quælibet pars mouebitur, si sit separata à toto: ac locus illius corporis est infinitus, ad cuius partem omnem potest moueri pars aliqua: & omnis pars. Ad secũdam dici potest saltem de possibili, posse aliquam partem moueri, vt Primo huius contra Parmenidem dixit: modò, hoc posito in esse, sequitur prædictũ impossibile, vt dictum est, & hoc sufficit. Auer. autem, pace sua dixerim, locum hunc non rectè interpretatur, vt patet legenti ipsum: facit enim syllogismum diuisiuum trimembrem, & destruit illius quamlibet partẽ, vbi ꝓpectò in textu mõ illo non legitur, vt ex nostris & veteribus translationibus planè cõstat: sæpe.n. ex malis quas habebat translationibus, bonus Auer. dormitat.

A duersus Auer.

Dubitatio. tertia.
Vide & Burl. hic.
Prima positio.

Dubitant iuniores, quia non videtur locum esse eundem totius & partis. nã tũc pars esset æqualis toti, quia locus est æqualis locato: igitur si idẽ esset locus totius & partis, idẽ esset æquale vtrisq;, & ita illa essent æqualia inter se. Hic iuniores disputant inter se. quidam dicunt eundem esse locum totius & partis continuæ toti, non tamen eodem modo: nã totius per se, partis verò per accidens. At partis discontinuę idem est locus ꝑ se, qui totius, ita vt scintilla ignis discontinua non situatur naturaliter, nisi occupet totum concauum ignis: vnde, si ad imaginationem nihil ignis esset in concauo ꝑter vnam scintillam, illa se extenderet quousque totum concauum occuparet. Aristo. igitur loquitur de parte, quatenus illa est à toto discontinua, quia per illam hoc modo sumptam syllogizat: non autem de parte continua toti, cum illa vt sic nec per se moueatur, nec per se locetur. Hanc positionem (vt mihi videtur) iuste refellunt alij Iuniores, & maximè quo ad illud, quod concedunt de occupatione totius concaui facta ab vna scintilla. Primò, quia sic vnum minimum esset aptum occupare per solum motum localem totum lunæ concauum rarefaciendo se, quod nullus diceret. Secundò, quia tunc aliqua pars illius ignis, per solum motum localem esset apta acquirere maiorem raritatẽ q̃ sit summa, vt in casu vbi per imaginationem vniuersus ignis à concauo remoueretur, vna scintilla sola remanente: nã illa (vt dicunt) deberet se extendere per totum. Tertiò sequitur ꝙ vnum minimum ignis per imaginationem effici posset æquale vniuerso igni, vt si remoueretur vniuersus ignis, solo vno minimo remanente. hæ rationes rationales sunt vt mihi videtur. Non enim auribus boni viri sonat, vt scintilla vna ignis summe rara in ꝓpria sphæra existens, possit vniuersum concauum occupare remoto vniuerso igne. Propter hæc aliter fingũt & (vt mihi videtur) deterius: volunt enim ꝙ remoto vniuerso igne, illa scintilla non occuparet totum, quia esset in toto concauo ratione partis, velut leo est in cœlo ratione aeris, qui tãdem est in cœlo. Propterea Arist. vult, non ꝙ gleba moueatur occupando totum locum infinitum, sed sufficit ad illum ẜm se totum, vel ẜm partem se habere. Sed hæc responsio vitat vnum, sed incidit in peius: vitat.n. illud absurdum de occupatione totius, q̃ faceret scintilla, sed reddit rationem Arist. imbecillam, nam dicerem partem illã semper quiescere: quia semper esse potest in parte totius lòci infiniti: & sic esset in vniuerso loco, quia in illius parte: & generatim quicquid ipsi dicerent, nos responderemus rõni Arist.

Idem est locus totius & partis nõ quidem continuæ, sed discõtinuæ, locus inquã idẽ specie, non autem numero.

A Ego verò cum Themistio sentio, qui ita scribit, Nõ ꝙ eadem exequataq; moles sit vtrunq; complectens, sed ꝙ quemadmodum ipsi toti supernus aut infernus peculiaris est locus, sic item peculiaris & partibus, ecce quæ inquit. Vbi primo debes scire, ꝙ si esset corpus aliquod naturale infinitũ, ipsum esset naturaliter sursum & naturaliter deorsum, naturaliter in dextro & sinistro, & reliquis positionis differentijs: nam esset occupans omnem locum, & ita cum debeat habere locum naturalẽ oẽs bi loci essent sibi naturales. Ex his sequitur vt quælibet illius pars, vt scintilla siue gleba, etiam habebit sibi peculiarem omnẽ illum locum, vt sursum & deorsum: quia idẽ est locus specie totius & partis in similaribus. Tunc quo ad propositionem Aristo. dico, ꝙ ipse vult eũdem esse locum specie totius & partis, vt supernum locum esse totius ignis & scintillę, non autem eundem B esse locum numero, quia scintilla rectè & naturaliter locatur, si in cœli ea parte collocetur, quæ est ad ortũ, ad quemuis alium situm: similiter gleba naturaliter est in loco si sit in inferno situ, vbicũque fuerit. Quo verò ad rationem, illa Arist. ratio videtur efficax, quia sumit partem aliquam illius discontinuam à toto, cũ sit possibile: & arguit ꝙ erit semper in motu & semꝑ quiescẽs: semper in motu, quia nunq̃ erit in loco sibi naturali tãtum, quia cum idem sit locus totius & partis, & vniuersum illud habeat omnem locum, etiam pars illa: & ita nunq̃ quiescet, quia nunq̃ erit in loco aliquo ita vt non sit apta esse in alio: & sic nũq̃ quiescet, quia nullibi põt quiescere, cùm nullus sit locus sibi naturalis solus. Et sic patet vis rationis & sensus propositionis.

Prima. Solutio.

Sin uerò uniuersum ipsum dissimilare sit, dissimilaria quoq; erunt loca ipsa: & primò quidem corpus uniuersi ipsius non C *erit unum nisi tactione.* DILVCI.

Confutat nũc alteram syllogismi partem: & probat, ꝙ vniuersum illud quod asserunt infinitum, nõ potest esse heterogeneum siue anomœon, hoc est, dissimilare, quia tunc loca partium vniuersi erũt dissimilaria: & hoc improbat primò quia tunc corpus vniuersi illius infiniti non erit vnum, nisi contactione: quod reputat impossibile. Quod verò ad verba græca attinet, vniuersum siue mundus græcè est πᾶν Rationabiliter verò Arist. applicauit syilogismum ad vniuersum siue mũdum, aut quia antiqui infinitum, quod posuerunt, voluerunt esse mundum, vt Primo Cœli habetur: aut quia si habetur ipsum mundum non posse esse infinitum, de quo magis videtur, statim habebitur nullum aliud esse posse.

D *Deinceps illius partes, aut specie finitæ sunt, aut infinitæ. Finitæ quidem etiam esse nequeunt, erunt enim aliæ quidẽ infinitæ, aliæ uerò non infinitæ, si uniuersum infinitũ sit, ut ignis aut aqua. Sed tale corruptio esset in contrarijs ipsi, uelut antea dictum est. Et propter hoc Nullus Naturalium, infinitum ipsum unumq; ignem, aut terram fecit, sed aut aquam, aut aerem, aut horum medium, quoniam horum locus manifeste determinatus erat. At illa utrobiq; esse possunt, sursum uidelicet & deorsum.* DILVCI.

Quia rõ tacta videtur non esse absurda, & quia posset concedi infinitum esse, & nõ vnum simpliciter, sed contactu, vt concedunt de mũdo: hac de cã facit secũdam rõnem, & erigitur sic, Partes illæ dissimilares, hoc est, diuersæ genere siue specie, aut numero finitæ sunt, vt quatuor, vt est rei veritas, aut numero infinitæ. Primò ꝓbat ꝙ esse nõ pñt numero finitę, vtpote quatuor

quia oportet vt aliæ illarum sint finitæ aliæ infinitæ, si debet vniuersum esse infinitum: non n. potest aliquod vniuersum infinitum esse, nisi partibus numero constet infinitis, aut numero finitis, sed dimensione infinitis: & ita oportet vt aliquæ sint finitæ, vt ignis & aqua. Modò hoc esse non potest, quia tale siue talis concessio poneret cætera finita corrũpi & sola infinita remanere, vt dictum est. Cõfirmat hoc à signo, quia Nullus Naturalium posuit ignem & terram infinita, & cũ quia contraria, ne præ nimia magnitudine cætera corrumperet, tum quia loca ipsorũ determinata sunt, vt deorsum terra, ignis sursum: intermedia verò quia non contraria, & quia loca sunt non ita determinata, posuerũt infinita. Quæ ratio docet non posse esse aliquod elemẽtorum infinitum, qđ sit pars dissimilaris illius vniuersi, quia cætera corrumperet. propterea ait: Q̃m horum. s. ignis & terrę locus manifeste determinatus est, vt ignis supernus, terræ infernus. At illa videlicet intermedia vtrobiq; esse pñt, sursum videlicet & deorsum, cũ sint grauia & leuia in respectu. Sic igitur patet partes dissimilares vniuersi infiniti, non posse esse numero finitas.

Vide & Barle hic.

At si infinitæ & simplices sunt, erunt & loci infiniti et elementa infinita. Quod si hoc esse nequeat, erunt et loci finiti, & uniuersum finitum sit necesse est.

Nunc destruit aliam partem, & probat partes illas dissimilares nõ posse esse infinitas. Nam, cùm illæ sint partes vniuersi, erunt elementa & simplicia corpora. Modò nec loci, nec elementa, esse possunt infinita: qđ nunc petit vt posterius declarandum.

Impossibile nanq; est, ut non coæqua sint locus & corpus. Neq;. n. locus ullus simul maior esse potest, q̃ quantumcũq; esse potest corpus. neq; corpus maius q̃ locus ipse: nã aut uacuũ aliquid erit. simulq; cum hoc corpus non infinitũ, aut corpus aliquod erit, quod nusquam aptum natum est esse.

Quo quidem ad trãslationem, in græcis codicibus innenimus verba Arist trãsposita. veluti à Gręcis expositorib⁹ habemus: ideo rectè verba & orationes latinas fecimus, nec quicq̃ prætermisimus. Quo vero ad sensus, quia ex infinitate corpotum conclusit infinitatem locorum, vt ostenderet esse id non iniuria factum, docet qualem corpus & locus inter se rationem habent, quæ ex trãslationibus nostris est manifesta. Ex omnibus his Auer. in calce commenti colligit syllogismum, quem Arist. intendit qui sic cõponitur: omne quod est in loco sibi æquali, est finitum, q̃m infinitum non dicitur æquale: oẽ corpus simplex est in loco sibi æquali: igitur omne corpus simplex est finitum.

Qua Auer. Comen. 49.

Sed hic emergunt dubitationes, quæ ex verbis commenti solui possunt. Prima est vnde valeat illud enthymema, sin verò vniuersum ipsum dissimilare sit, hoc est, partium diuersæ speciei, dissimalaria quoq; erũt loca ipsa? Respondet Auer. & inquit, & ista propositio apparet ex hoc, quia omne corpus simplex habet locũ naturalẽ: vbi igitur vniuersum esset corpus heterogeneũ, eius partes essent elementa diuersa specie, & corpora simplicia: modò vnicuiq; corpori simplici locus competit peculiaris & vnus. Secunda dubitatio est quia ipse ponit partes talis vniuersi esse contrarias. qđ falsum est de cœlo ipso, cui nihil est contrarium. Rñdet Auer. & hoc non est verum nisi de corporibus quæ mouẽtur motu recto, & hoc significat ꝙ perscrutatio eius hic, est de hac natura, q̃m non apparuit hic aliam naturã esse. Sic igitur dictum Aristo. est verum, supposito cœlo esse eiusdẽ naturæ cũ elementis, donec res hęc perficietur. 3. Cœli. quo fit vt cœlum ipsum habeat aliquid cõtrarij.

Prima dubi.

Secunda dubi.

Solutio Auer.

Tertia dubitatio est, quare loca ignis, & terrę sunt terminata, atq; nullo modo conuenientia: at loca mediorum sunt interminata, cũ aquæ sursum & deorsum ferantur, similiter aer? Respondet Auer. hoc pro tanto esse, quia ignis non habet nisi leuitatem tm̃, terra grauitatem solum: ideo loca eorũ sunt definita & valde contraria, aqua verò & aer habent vtrũq;. s. grauitatem & leuitatem: aer. n. est leuis in loco aquæ & terrę, & in grauitate assimilatur aquæ, in leuitate autem assimilatur igni. similiter est aqua, vt quæ grauis in loco ignis & aeris, & leuis in loco terræ. Sic igitur ignis & terra definita habent loca, quia simplices habent motiuas qualitates, intermedia verò indistincta, quia qualitates habẽt mixtas. Sed hic dubitatur, quia tunc aer & aqua componerentur ex terra & igne. propterea Auer. 4. Cœli cóm. 26. inquit: Et non est intelligẽdum ex hoc quod dicit, ꝙ duæ potentiæ existunt in medijs his, quemadmodum contraria existũt in medio. Verbi gratia, sicut album & nigrum existunt in rubro, q̃m si ita esset, tũc aqua & aer cõponerentur ex terra & igne: sed est intelligendum, ꝙ duæ potentiæ existunt in eis sm̃ comparationem, ex quo non sequitur vt sint composita & reliqua. Simpl. verò autumat media elementa componi ex extremis, & mixta esse etiam ex qualitatibus extremis: quæ res in libro Destructio Destructionum disputata est disputatione prima, in solutione vndecimi dubij, sed in libro de cœli disputabitur melius, quia hic res hæc obiter tacta est. Dubitaretur etiã quarto, cur addidit positionem hãc de elementis, videlicet ꝙ extrema non possunt esse infinita, sed media sic? Rñdet Auer. positionẽ hanc esse additam, aut vt ab illa sumat vnũ contrarium corrumpere alterum cum sit fortius illo, aut vt habeat illa esse finita ob locorum determinationẽ, vt fuit dictum in textu. Hæc ex cõmento colligi possunt.

Tertia.

Solutio Auer.

Replica.

Respon. Auer.

Respõ. Simpl.

Quarta.

Respon. Auer.

Anaxagoras uero de ipsius infiniti quiete absurde loquitur: asserit. n infinitum ipsum seipso firmari, idq; ex eo euenire, quia in seipso est, quando nihil aliud ipsum contineat: quasi ubi aliquid sit, ibi esse aptum consistere.

DILVCI.

Anaxagoras enixus est reddere causam, cur immensum illud chaos imobile esse voluerit. Asserebat enim chaos illud infinitum seipso fulciri, idq; ex eo euenire, quia in seipso est, quippe cum nihil aliud ipsum contineat: quasi vbi aliquid sit asserens, ibi esse aptum consistere: & sic euitare est enixus quæstionem.

Sed hoc non est uerum. nam esse potest aliquid ui alicubi, et non ubi aptum est esse.

Sed Arist. hoc absurdum resellit. primò, quia illius fundamentum est falsum, nã non eo loci, in quo quæq; res est, semper naturalis est quies. potest. n. inuita atque vi res aliqua aliquo loco detineri, in quo naturaliter nõ quiescit, vt lapis in tecto pendens: & sic fundamentum falsum est. Auer autem reducit fulcionem Anaxagoræ ad oppositum. arguit. n. ipse sic, Infinitum non habet locum ad quem moueri possit: igitur quiescit: quiescit alicubi: igitur aptum est quiescere ibi: aptum quiescere ibi, igitur naturaliter quiescit. Reducit igitur argumentum in contrarium, quia propter carẽtiam loci, in quẽ moueri possit, non debemus arguere nisi quietem violentam, vt si gleba descenderet vsq; ad culmen castri, & ibi detineretur, patet eam ibi vi quiescere. Tunc ad formam dicerem, infinitum si esset, quiescere ob carentiam loci ad quem moueri potest. sed negatur, si quiescit,

Qua Auer. Com. 50.

An verum [...] quod infinit[...] corpore [...] to sit [...] quietis [...] ta et non [...] us natural[...] Vide Gra[...] deum E[...] loc. 9. [...]

quieſcit, ꝙ ſit aptum quieſcere ibi, quia poteſt aliquid vi detineri. Hæc ex calce commenti colligi poſſunt.

DILVCI. *Inſuper etiam, quamuis quia maxime non mouetur totum, ob hoc q. in ſeipſo firmatur, atq; in ſeipſo eſt, immobile eſt neceſſe eſt: propter quid tamen non eſt aptum moueri dicendum erat. Non enim ſat eſt hoc modo dicendo euadere: hac nãq; ratione fieri poteſt etiã aliud quoduis corpus non moueatur nihil tamen prohibeat eſſe aptum moueri.*

An ſi eſſet ſimpliciter infinitum ipſum eſſet mobile.

Vide Gratiadeũ Aſcu. loc. 9. huius.

Secundò reprehendit Anaxagoram quo ad aliud. arguebat enim, chaos illud infinitum in ſeipſo firmatur, atque in ſeipſo eſt: igitur eſt immobile. obijcit modo Ariſt. dicens: Propter quid tamen non eſt aptũ moueri dicendum erat. Non enim dicendo modo illo, quia in ſeipſo eſt, ſat eſt euadere: hanc nanque ratione fieri poteſt etiam aliud quoduis corpus nõ moueatur, nihil tamen prohibeat eſſe aptum moueri. Igitur dicta cauſa nulla eſt.

Etiam, cum terra non fertur nec ſi infinita eſſet, quatenus coerceretur à medio, tunc non, quia non eſt aliud ad quod ferretur, in medio ipſo quieſceret: ſed quia nõ hoc pacto apta eſt ferri: liceret tamen dicere terram ſeipſam fulcire. Quòd ſi neq; in terra exiſtente infinita hoc cauſa eſſet, ut ipſa ſit in medio, ſed quia grauitatem habet quæ quidem grauitas manet in medio: ſimiliter infinitum etiam manet in ſeipſo propter quandã aliam cauſam. & non quia infinitum eſt, atq; ſeipſum firmat.

Tertiò reprehendit Anaxagoram quo ad aliud. aſſignabat enim cauſam, cur infinitum non mouetur: & dicebat hoc ex eo eſſe, quia non erat locus extra ipſum, ad quem moueri poſſet. & ob hoc dicebat ipſum naturaliter quieſcere. Contra obiicit, dato ꝙ terra nõ moueatur, & ſit infinita, & coherceatur à medio, quatenus vltra ipſum tendere non poteſt, nõ propter hoc ipſa quieſceret, quia extra eam non eſt locus ad quem moueri ſit apta, ſed ob grauitatem, quæ ſua pte natura facit quieſcere in medio: igitur infinitum ipſum nõ ex eo quieſcit, quia infinitum non habet locum extra ad quem moueri poſſit, ſed propter aliam quandam cauſam. Sed quia verba fuerunt in græcis codicibus non parum obſcura, vt tranſlationes clariores ſint, lege literam, etiam cum terra non fertur, quatenus cohercceretur à medio: neque ſi infinita eſſet, ferretur etiã quatenus cohercceretur à medio, extra quod nullus eſſet locus ad quem moueri poſſit: In medio tamẽ ipſo quieſceret, non quia non eſt aliud ad qđ ferretur, ſed quia non hoc pacto apta eſt ferri: reliqua verba tranſlationibus perſpicua ſunt. Nolo tamen ignores me nõnulla verba mutaſſe, vt ſenſus clariores fierent: vti verbũ illud Modo; nam græcè eſt μέντοι, quod licet ſonet ſed, aut tamen, hic nullo modo illud ſonare põt. Amplius verbum illud, Tunc græce eſt ἀλλὰ, quod latinè ſonat ſed, hic verò ſonat tunc, vt mihi videtur: reliqua vt iacent tranſtuli. Sic igitur vis rationis eſt, terra vbi infinita eſſet, quieſceret in medio, & non propter infinitudinem, ſed propter grauitatem, quæ à propria ſpecie quieſcit in medio: igitur, ſi vniuerſum infinitũ eſſet, quieſceret non propter infinitudinem, ſed aliã ob cauſam: & ita Anaxagoras abſurde ratiocinatus eſt in huius rei cauſa. Ex verbis Auer. in præſenti commento colliguntur tres declarationes huius rationis. Prima eſt, quæ accidunt quieſcenti quatenus eſt quieſcens, non ſunt cauſæ per ſe quietis: ſed finitudo & infinitudo accidunt quieſcenti quatenus eſt quieſcens: igitur non ſunt per ſe cauſæ quietis. Minor patet, quia nõ eſt differentia in terra quo ad hoc, ꝙ ſit finita aut infinita, in A dando ꝙ medium eſt cauſa quietis terræ, quia ſiue ſic ſiue non, ipſa terra quieſcit in medio, quia grauis, quod à ſpecie in medio reſidet. Secunda eſt, quod eſt cauſa quietis violentæ, non eſt per ſe cauſa quietis naturalis alicuius: ſed infinitudo eſt cauſa quietis violentæ, quia facit quieſcere omnẽ locum violenter occupando: igitur non eſt cauſa quietis naturalis per ſe. Tertia ratio q̃ tangitur in calce cõmenti eſt ad impoſſibile, ſi infinitudo eſt cauſa quietis per ſe, tunc oẽ qđ quieſceret, propterea quieſceret, quia eſſet infinitũ. Tenet conſequentia, nam per ſe eſt de omni & neceſſario, dr̃ Primo poſteriorũ. Hæ tres rõnes colligi poſſunt in commento.

Quo ad verba.

Sũm ronis.

Qua Auer. Comen. 51. Prima ratio Auer.

Secũda ratio.

Tertia ratio.

DILVCI. *Inſuper etiam perſpicuum eſt partem quamuis eodem modo quieſcere oportere. nã ut infinitum in ſeipſo manet ſibiipſi innitens, ſic etiã omnis ipſius pars, quãuis ſumpſeris in ſeipſa manebit: ſiquidẽ totius et partis ſimilaria loca ſint, ceu uniuerB ſæ terræ atq; glebæ idem eſt locus infernus, ignis præterea totius et ſcintillæ ille qui ſupernus. Quare ſi ipſius infiniti locus ſit in ſeipſo conſtitutus, ẽt partis idẽ erit: quo fit, ut in ſeipſa ſit.*

Quarto confutat id, quod Anaxa. dixit, videlicet, ꝙ infinitum eſt in ſeipſo, & ideo quieſcit: cõtra arguit (vt mihi videtur) hypotheticè à deſtructione conſequentis ſic, ſi totum illud infinitum eſt in ſeipſo, vti in loco, tunc qualibet eius pars erit in ſeipſa, vti in loco. Tenet conſequẽtia, quia in homogeneis vnus eſt locus totius & partis. Conſequens eſt impoſſibile, quia pars non occupat omnem locum, vti infinitum illud. Auer. aũt hanc propoſitionem, videlicet. idem eſt locus totius & partis, intelligit ſi pars ſit ſeparata à toto, & idem ſpecie & non numero, quia totius locus eſt maior, partis minor. Hanc interpretationem ſumpſit à Themiſt. & ſi quis verba bene obſeruet, eſt in textu. ait. n. Ariſt. ToC tius. n. & partis ὁμοειδεῖς ſunt loci, verbũ. n. ὁμοειδεῖς græcè, ſonat latine eiuſdem ſpeciei aut ſimiles ſpecie quod nos tranſtulimus ſimilaria loca vt vteremur vno verbo ad vnum verbum: ſed de hac re antea ſatis dictũ eſt. Sic igitur completa eſt prima via, qua improbatur infinitum ex parte loci.

Qua Auer. Comen. 52.

Dubitare ſolebam in pueritia, vtrum dato infinito poſſit ſibi competere locus. Nouus expoſitor (quem alias defendebã) opinatur ꝙ infinitũ, vt corpus quantum, eſt in ſeipſo, vti in loco mathematico, non tamẽ, vt infinitum, eſt in ſeipſo tãquam in loco naturali. Sed hæc reſponſio nõ placet. quia aut loquitur de loco p ſe, aut de loco per accidens. Si loquitur de loco per ſe, ſic eſt falſum tam vt corpus naturale, q̃ vt corpus mathematicum, qm̃ nihil eſt extra ipſum quod poſſit eſſe locus eius. Si loquitur de loco per accidens etiam infiniD tum ipſum eſt in ſeipſo per accidens, vt corpus naturale, vt dicetur de amphora vini, quæ eſt in amphora vini. 4. huius. Propterea ſolit' erã aliter dicere, ꝙ tenẽdo vniuerſum locari p ſe p centrũ, vt tenet Auer. in. 4. huius cõ. 43. & 45. teneri põt tale infinitũ eſſe in loco per centrũ eius, vt de vniuerſo ſentit Auer. Tenendo verò põnem ipſius Them. ꝙ vniuerſum eſt in loco per partes, hoc eſt, quia partes ſunt in loco per ſe: ſic teneri põt infinitum eſſe in loco per partes quarũ vna eſſet in alia, & ſic in infinitum: veluti ignis in ſphæra lunæ, & hæc in ſphæra Mercurij, & ſic in infinitũ. Sed Ariſt. confutauit locum per ſe, vt ex rationibus perſpicuum eſt: verũ res hæc eget vlteriori contemplatione, ſed nunc ſatis.

Dubo Eg. hic Reſponſio Prima.

Confutatio. Quo hac ratio ſit cotra Anaxagoram. Vide Eg. hic. Secunda reſponſio.

Infinitũ ſi ſit, locus erit eius centrum.

DILVCI. *Omnino autem patet fieri non poſſe, ut ſimul corpus aliquod dicatur infinitum, et locus aliquis tribuatur corporibus, ſi oẽ corpus ſenſile aut graue ſit, aut leue, & ſiquidẽ graue ad*

medium suapte natura feratur. leue verò si sursum: nam infinitum etiam corpus necessario sic erit: At fieri non potest aut ut uniuersum utrumuis, aut utrūq; subeat dimidiū. Quo nanq; modo illud diuides, aut quo pacto ipsius infiniti erit hæc quidē pars supra, illa uerò infra uel ultima, uel media erit.

Hæc est secunda ratio sumpta ab ipsius corporis naturalis proprietate: & potest sic cōponi, omne corpus naturale fertur aut sursum, aut deorsum: infinitum per te est corpus naturale: igr̃ fertur aut sursum, aut deorsum. Maior patet per hunc syllogismū, quia omne graue deorsum, oē leue sursum fertur. sed oē corpus naturale est graue vel leue: igitur omne corpus naturale fertur aut sursum aut deorsum. Modo, conclusio est impossibilis, videlicet ꝙ infinitum feratur aut sursum, aut deorsum, & hoc inquit: At fieri non potest aut vt vniuersum vtrumuis, hoc est alterum duorum, vtpote aut graue tm̃, aut leue subeat, aut vt vtrūq; simul dimidiū, graue videlicet, & leue subeat. Nam quonam modo illud diuides? aut, pro hoc est, quo pacto ipsius infiniti erit, hæc quidē pars supra & leuis, illa verò infra & grauis, aut vltima media, quæ sit grauis vel leuis? Hoc.n. fieri non potest, cum in ipso infinito nihil sit prius nihil postea: & ita nihil medium: & hoc pacto litera resolui potest in syllogismos.

Quæ Auer. Com. 53.

Infinitum nec graue nec leue est, neq; ex his mistū, nec sursū vel deorsum ferri pōt.

Auer. verò in pñsenti cōmento declarat tria aliquantulum vltra literam. Primum est, ꝙ neq; si graue neq; leue: nam si esset graue, tunc in rerum natura nullum aliud est corpus leue: nā infinitū totum occuparet, & nihil aliud extra se pateretur, simili ratione tale infinitum esse non potest præcise leue, quia nullum aliud in mundo esset graue. Secundò declarat non posse esse ſm dimidium graue, & ſm dimidium leue, qm̃ impossibile est diuidere infinitū in duo dimidia æqualia, cū primo, quia vtraq; pars esset infinita, & ita pars æqualis toti, tum scd̃o quia vnum infinitū esset extra aliud, quia alterum dimidium quod est infinitum, est extra aliud etiam infinitum. etiam tertio, quia infinitum est quod ſm omnem dimensionem est tale, vt disputatum est supra. modo nullum dimidium potest esse ſm oēm dimensionem tale. Tertiò declarat, ꝙ infinitum non potest moueri neq; sursum neq; deorsum, nam sursum & deorsum sunt termini motuum: modo infinitum nō mouetur nisi motu infinito. Ait tamen sursom & deorsum esse fines motuum finitorum patere per se, sed in libro cœli declaratur ad maiorem confirmationem, si id est manifestum per se, aut est probādum si est per se ignotum: quid tamen sit videtur reponi inter per se nota. Hæc colliguntur ab Auer.

DILVCI. *Præterea omne corpus sensile in loco est, loci uerò differentiæ ac species sunt sursum & deorsum, ante & retro, dextrum ac sinistrum: quæ quidem non solū nostra ex parte sunt positioneq;, sed in ipso uniuerso distinctæ. at tales ipsi infinito inesse non possunt.*

Tertio arguit ex parte loci drīarum sic, omne corpus est sursum aut deorsum, ante, aut retro, in dextro aut in sinistro: sed nullum infinitū esse potest in aliquo horū: igitur nullum infinitum est. Minorē supponit vt notam, maiorem probat, quia hæ sunt differētiæ loci.

Quæ Auer. Comen. 54.

Vide & Burle. hic.

Auer. vero presenti cōmento parte illa, sed, si intellexerimus, facit digressionē. vbi debes scire, vt dicetur. 4. huius cō. 5. ꝙ differentiæ loci possunt dupliciter considerari, aut vt partes, aut vt drīæ, siue species, hoc est, vt vbi atq; termini motuum. Si vt partes sic sunt in ipso

E vniuerso naturaliter distinctæ: qm̃ mundus habet dextrum & sinistrum, ante & retro, sursum atq; deorsum: dextrum quidem mundi ortus est, sinistrum occasus: ante vero culmen, retro vero imum: sursum vero austrū, septentrio deorsum, vt declaratur. 2. cœli cō. 15. Si vero vt termini motuum, siue vt vbi, hoc est, vt species vel differentiæ, sic duæ tm̃ sunt natura distinctæ, videlicet sursum cœli, hoc est, concauū, deorsum centrum, cęteræ vero ad nos habentur. Quærit igitur primo cum asserit loci differētias esse sex, quid ipse velit, an partes, an vbi siue species: & probat primo, ꝙ nō intelligit vbi siue species, quia tunc loci differentiæ erunt sex, contra ea quæ dicta sunt in libro Cœli, vbi dictum est illa esse duo tm̃, sursum, s. & deorsum. Posset responderi huic, ꝙ duæ sunt species naturales, sed sex quo ad nos. contra obijcit & inquit. Et ipse expressit hic ꝙ istæ differentię

Positionis differentiæ, vel sumuntur vt partes, & sic determinatur i uniuerso naturaliter, ut antē sunt species vbi, vel termini motus, & sic duæ ex illis in vniuerso terminata sunt, videlicet sursum & deorsum, cætera vero tantum respectu nostri.

F sunt naturaliter, non positione: igitur expositio nulla. Propterea epilogando rationem inquit, Quare si intellexerimus per sursum locum ignis & aeris, per deorsum locum terræ & aquę, vt exponunt Them. & alij & ipse, sequitur quæstio hæc, siue hoc impossibile, ꝙ dextrū & sinistrum, ante & retro sint loca naturalia in mūdo: contra declarata in Cœlo & mundo. deinde ibi: {Et si intellexerimus.} Arguit ad oppositum & probat, ꝙ p eiusdem sex differentias non potest intelligere partes, quia tunc dictum istud non esset verum, nisi de corporibus animatis, vt habetur in libro cœli: sola.n. animata habent has sex loci partes: & ita quæstio videtur ambigua pro vtraq; parte, deinde ibi: Ad hoc autem, Soluit: & licet quid velit Auer. non pateat, tamen (vt mihi apparet) velle videtur, ꝙ hæc sex insunt corporibus vt partes, & ita non differētias positionis, sed partes intelligit. Et pro intellectu verborum debes scire ꝙ hæc

Solutio Auer.

G sex, vt partes indistinctæ, insunt omnibus corporibus per se & absolute, & non in respectu: per se quidē, quia omne corpus mūdi est aut dextrum aut sinistrum, aut genus: nō in respectu vero, quia vt partes sunt aut mēbra aut virtutes, vt dicemus in. 4. vt vero partes oppositæ, videlicet dextrum & sinistrum, ante & retro, sursum & deorsum: quia vt sic opponitur, absolute quidē solis animantibus competunt artificiosis per similitudinem, naturalibus corporibus per respectum: ita vt partes insunt omnibus per se, vt oppositæ solis animantibus inesse videntur, cæteris aut similitudine aut respectu: & hoc inquit. Ad hoc autem dicamus ꝙ istæ partes, subaudi non opposito modo sumptæ, insunt per se omni corpori, & non in respectu horum, siquidem absolute omne corpus aut dextrū aut sinistrum aut id ge

H nus sit: sed hæ quatenus oppositæ, dextrum & sinistrū, & sursum & deorsum. ante & retro, & quatenus sunt naturaliter distinctæ, nō inueniuntur nisi in rebus animātibus: & ita partes hæ, vt indistinctæ, sunt in cunctis, vt oppositæ & distinctæ non nisi animātibus competūt. Tunc ad propositum, hæc sex infinito non insunt neq; quatenus partes, neq; quatenus oppositæ, applicat sententiam verbis, & sermo patet. Deinde ibi: Sed quæret aliquis. mouet circa solutionem aliam quæstionem, nā ex textu isto videtur ꝙ mundus sit in loco, quia asserit ex sex esse distincta in toto. i. mundo: modo nō possunt esse hæc distincta in toto, nisi ille sit in loco: at in. 4. huius dicit mundum non esse in loco nisi per accidens, igitur est cōtradictio. Rńdet Auer. ꝙ licet mundus nō sit in loco per se, quia tamē istę differentię loci sunt per se in partibus mundi, ideo mūdus est in loco rōne partium,

Mundus quō est in loco.

tium, vt videbitur In.4. est igitur solutio q̃ ista sex quatenus partes oppositæ in loco, sunt in mundo partiũ, per se quatenus mundus: & ratione partiũ mundus est in loco. Animaduersione dignum, in mundo has sex virtutes esse quatenus sunt animæ potestates, quibus ipsa incipit motum, terminat, continuat, atq; circumuoluit: nã cœli & vniuersi anima per dextreitatis vim, motum incipit, propter illã sinistreitatis, ipsum terminat, per illam anterioris, continuat motum, per illam posterioris circumuoluit, per sursum ac deorsum vti p axes motum sustentat: sed de his in.4. Hæc nũc dicta satis.

Nota positionis differentias quomodo motum respiciāt.

DILVCI.

Etiam simpliciter impossibile est locũ infinitum esse: in loco autem est omne corpus: impossibile est corpus aliquod infinitum esse. At uerò quod alicubi est, in loco est: & quod in loco est, alicubi est. Si igitur infinitum quantum esse non potest, (nam quantum erit quoddam, ut bicubitum aut tricubitũ, hæc enim significat ipsum quantum:) sic & quod est in loco, id alicubi est, hoc est, aut sursum aut deorsum, aut in aliqua alia differentiarum sex, quarum unaquæq; finis est quædam. Quòd igitur actu corpus infinitum non sit ex his perspicuum est.

An possit eẽ aliquod corpus actu infinitum. Vide Iand. q. 10. huius. & Alb. de saxo. q. 2. huius.

Quarto Arist. syllogizat sic, impossibile est locum infinitum esse: omne corpus est in loco: igitur impossibile est corpus aliquod infinitum esse. Probat maiorem, & huius probatio consistit in hoc, si locus est infinitus, aliquis locus est infinitus, vt si quantum est infinitum, aliquod quantum est infinitũ. Sed nullus locus est infinitus, quia neq; supremus neq; infernus, neq; aliquis id genus, qm̃ quilibet est finis alicuius distantiæ: quemadmodum etiam nullum quantum est infinitũ, vt neq; tricubitum, neq; bicubitum. Igitur locus non infinitus: quæ fuit maior, vnde probationẽ hanc ponit hoc modo, At vero quod alicubi est, in loco est, & è cõtra etiam, quod est in loco, est alicubi, hoc est, in aliquo loco: veluti supple si quantum est infinitum, quantum erit quoddam, vt bicubitum aut tricubitũ, (hæc.n. vti species significat ipsum quãtum, quod est genus) sic & quod est in loco, id alicubi est, hoc est, aut sursum ant deorsum, aut in aliqua alia differentiarũ sex, quarũ vnaquæq; finis est quidam alicuius interualli, vt locus sursum finis est spatij à centro ad concauum, & similiter alij. Epilogat, & sermo patet.

Qua Auer. Comm. 55.

Auer. vero de textu facit duas partes, quarũ primam resoluit in duos syllogismos hoc modo, nullus locus est infinitus: omne corpus est in loco: igitur nullũ corpus est in loco infinito. Secundus est, nullũ corpus est in loco infinito: omne infinitũ est in loco infinito: igitur in secunda figura, nullũ corpus est infinitũ. Maiorẽ primi syllogismi vult probari in textu dupliciter, primo sic, oĩs differentia loci est finita: supius & inferius & id genus sunt differentiæ loci: igiť finitæ sunt. Secundo sic, omnis species loci est finita: superi' & inferius & id genus sunt species loci: igiť finita sunt. Hæc est vna expositio Auer. Alia expositio vult per illa sex, nõ species siue differẽtias loci sed partes integrales, quas vbitates vocat. & tunc syllogismus est, omne, cuius partes sunt in loci partibus finitis, est finitũ: omne corpus sensile est cuius partes sunt in partibus loci finitis: igitur omne corpus sensile est finitũ. Hæc sunt, quę ab Auer. colligi possunt. Sed hæc expositio, vt mihi videtur, licet sit vera, non tñ est ad textum: primo.n. in textu non est nisi vnus syllogismus, & probatio maioris illius, vt legimus. Secũdo, nõ est duplex probatio maioris, vt Auer. legit, quia græcus textus non est copulatiuus sed aduersatiuus. Tertio, per illa sex non videtur posse intellige-

Reprehensio.

A re partes integrales, vt sentit in secũda expositione: nã Alicubi quod græce est πȣ sonat in aliquo loco: modo hoc pronomẽ aliquis nõ solet addi nisi speciei vel parti subiectiuæ, propterea exponẽdus est textus, vt Themistius sentit, de parte subiectiua, siue de specie, vt nos exposuimus. Hæc mihi videntur.

DILVCI.

At uero q̃ plura emergant impossibilia, si non sit penitus infinitum, perspicuum est. Temporis.n. erit aliquod principiũ atq; finis. & magnitudines non erunt in magnitudines sectiles & numerus etiam infinitus non erit. Cum igitur his sic determinatis neutrum eorum ob hæc, uidelicet quæ diximus, contingere uideatur, perspicuum quoque erit partim quidem id esse, partim uerò non esse.

Arguit in contrarium, quia plura, negato infinito, penitus sequuntur impossibilia. & primo sequitur contra Physicos, q̃ temporis erit principiũ & finis: hoc.n. B pro tanto est impossibile, pro quanto Physici tenent mundum æternũ. Secundo contra Geometras, q̃ magnitudines non erũt sectiles in magnitudines, quia erit deuenire ad inuisibilia. Tertio cõtra Arithmeticos, q̃ numerus nõ crescet per appositionẽ in infinitũ. ꝓpterea inquit, Cum igitur ijs sic determinatis neutrum eorum (ob hæc videlicet quæ diximus) contingere videtur, hoc est, cum ambæ contrariæ sint falsę, videlicet nullo modo infinitum est, omni modo infinitum est: perspicuum quoq; erit partim quidem id esse verum, partim vero non esse verum: & ita erunt hæ subcontrariæ simul veræ, videlicet aliquo modo infinitũ est, aliquo modo infinitum non est. Animaduersione dignum, tria esse principia præcipua. In Naturali quidẽ philosophia tempus esse æternum. quo & motores cœlorũ æternos, & impatibiles nanciscetur Arist. in Octauo huius. quo etiam principio vtitur q̃ Metaphysicus, C quatenus eo sumpto multa tradit de eius subiecto. In Geometria, magnitudinem siue continuum esse diuisibile in infinitũ. quo ablato tota geometria, tollitur. In Arithmetica vero, numerum appositione crescere in infinitum, quo etiam principio conclusiones arithmeticæ sequuntur. Recte igitur hæc tria sumpsit Arist. Secundo animaduersione dignum, vt in libro de interpretatione diximus, quoties cõtraria sunt simul falsa, semper esse subcontrarias simul veras. veluti quia hæ sunt ambæ falsę, oĩs hõ albus est, null' hõ albus est, sequitur q̃, aliquis hõ albus est, & aliquis hõ albus nõ est: cũ igitur determinatũ est has esse simul falsas, omni mõ infinitum est, nullo modo infinitum est, propter rationes tactas, iure sequitur has esse simul veras, aliquo modo infinitum est, aliquo mõ infinitum non est. Restat igitur solum exponere quo nã modo hæ sint simul veræ.

An aliqua dimensio sit infinita. Vide Alb. de saxo. qõ. 12. huius.

An sit aliqua multitudo simpliciter infinitum. Vide Iādu. q. 11 huius. Vide et Can. q. 3 huius ar ticu. 2.

Animaduerte consequentiā.

D *Dicitur itaq; infinitum esse, uno quidem modo actu, alio uero potestate: quod etiam uno quidem modo additione est. alio uero diuisione etiam existit. Itaq; magnitudo actu quidem infinita non est, uti diximus, diuisione aũt est nõ est difficile lineas indiuiduas refellere: restat igitur infinitum potestate esse.*

Ad verificandas illas subcontrarias præmittit distinctionem & inquit. Dicitur itaq; infinitũ esse, vno quidem modo actu, alio vero potestate. rursus infinitum potestate, vno modo est additione, vt in numeris, alio modo diuisione vt in continuo. Tunc ad rem veniendo, illæ subcontrariæ sunt simul veræ, qm̃ magnitudo actu quidẽ infinita non est, vti diximus, diuisione aũt est, quia non est admodum difficile lineas, quas ponũt Platonici, indiuiduas refellere, vt dicetur in.6. qua rõne fit vt infinitum in rerum natura sit potestate. actu

Infinitum in actu no est, sed in potentia ad actu non semper tota reducibile.

vero

vero non sit. Numerus.n.ex ea parte qua infinitus est, potestate additionis infinitus est: magnitudo vero potestate diuisionis: at tempus quatenus continuum potestate diuisionis, quatenus numerus potestate additionis: est enim tempus & continuum & numerus: vt dicetur in.4.huius.

Quæ Auer. com.56.

Auer. autem vult numerum esse in additione infinitum esse per se notum: propterea nullibi Arist. probauit, at magnitudinem esse diuisione infinitam egere probatione. Propterea in.6.declaratur: in tẽpore vero latet non ex ea parte qua tempus est, aut numerus, aut magnitudo: sed ex ea parte qua eius substantia latet. Propterea in Quarto & Octauo probabitur: reliqua quæ dicit inutilia sunt.

DILVCI.

Non oportet autem infinitum potestate ens, sic accipere ut actu demum fiat, quemadmodum si potest hoc statua esse, demum etiam hoc statua sit. Sed cum multifariam aliquid esse dicatur, sic quoq; ipsum infinitum erit, perinde ut dies atq; ludus, ex eo quia semper aliud atq; aliud fit. nam in his est ut potestate esse & actu: sunt.n.ludus ac olympia, & quia fieri non possunt, & quia fiunt.

Esse potestate contingit vt esse actu. est autem actus siue esse vno modo perfecte, quia, vt Them. inquit, cũ primum aduenit potestas extinguitur atq; totaliter delctur. Alio modo imperfecte, quia etiam aduenienre adhuc potest esse, ceu dies & ludus. igitur potestate esse vno modo est ad actum perfectum, alio modo ad actum imperfectum. Tunc ad rem venio, cum Aristo. dixisset infinitum esse in rerum natura, non actu, sed potestate inquit: Non oportet autem infinitum ens sic accipere, vt actu demum fiat, in quo esset omnis potestas, quemadmodum si potest hoc statua esse, demum etiam hoc statua sit. Igitur infinitum esse potestate, nõ est accipiendo potestatem ad actum perfectum, sed cũ multifariam aliquid esse dicatur, videlicet perfecte & imperfecte, sic quoq; ipsum infinitum. Perinde, vt dies atque ludus ex eo quia semper aliud atq; aliud fit. Nam in his est & potestate esse & actu: sunt.n. ludus & olympia, & quia fieri possunt, & quia actu fiunt: & ita potestas accipitur vt est ad actum imperfectum. Breuiter igitur infinitum non actu est, sed potestate, & potestate non quidem ad actum perfectum, sed ad actum imperfectum: in quo quidem est semper aliquid factum, aliquid potestate fieri, atq; actu quicquam, aliud potestate. Quod vero ad translationes attinet, scias nos nihil addidisse nihilq; imminuisse, nec verbum vllum vsurpasse, sed orationes mutaui, vt sensus clariores essent: nam in græco modo illo clarior oratio habetur, quæ ad nos non ita sonare, vt parum in græcis literis Peritis patet.

Translationes quales.

Aliter autem in tempore ipso, atq; in hominibus infinitudo ipsa patet, aliter in diuisione magnitudinum. Generatim nanq; infinitudo hoc modo est, ut semper aliud atq; aliud sumatur. Nam licet id, quod accipitur, sit semper finitum, semper tamen aliud atque aliud est.

An magnitudo sit diuisibilis in infinitũ. V. de Landu. q.12. huius.

Placet mihi expõ Thomæ in hoc loco, quicquid dicat Auer. quod Aristo. videlicet comparet infinita inuicem, & primo infinitum temporis siue generationis ad infinitum quod est in magnitudinibus. Pręponit tñ primo intentionem, & inquit: Aliter autem in tempore ipso, atq; in hominibus infinitudo ipsa patet, aliter in diuisione magnitudinum. hæc est intentio, & per homines innuit infinitudinem in gñatione, & per tempus infinitudinem in mensura. Deinde accipit quod-

E dam cõe omnibus infinitis, & inquit: Generatim nãq; ratio infiniti siue infinitudo ipsa hoc modo in oĩbus est, vt semper aliud atq; aliud sumatur. Nam licet id quod accipitur sit semper finitum, semper tamen aliud atq; aliud est. hæc est ratio communis omnibus infinitis, videlicet vt semper quantũcunq; accipientibus restet aliquid accipere.

Quæ Auer. comen.57.

Auer. autem declarat multa, primo, quonam modo infinitum est potestate, & quonam modo actu: & vult infinitum esse potestate, non quidem ad actum simpliciter, ad quem exeundo cessat omnis potestas, veluti de idolo & cupro patet. Est vero actu, hoc est, extra nihil aliquantulum in re, quatenus est in actu permixto potestati. Hoc autem declarat ex rerum differentia, nam rerum aliæ sunt simpliciter actu, quæcunq; cum sint, cessat potentia ad esse: aliæ omnino potestate, vt

F materia & priuatio, aliæ in actu admixto potentiæ, vt motus, tempus, & id genus. Ad propositum, infinitum est de genere eorum, quæ habent actum potentiæ admixtum. Secundo declarat quonam modo infinitum se habeat ad ens, quod habet actum potentiæ admixtum: & vult q; sit aut accidens illius, vr.n. accidere infinitudo ipsa ipsi enti, quod habet actum potentię admixtum, quatenus non est de ratione illius: aut, vt dicit, vr esse species eius, cui magis adhæret, quia ens in actu hoc modo vr esse vniuersalius infinito ipso, cum etiam prædicetur de finito. Multiplicat etiam expositiones Auer. frustra, quia procedunt ex malis translationibus. Tertio in calce commenti vult rationem infiniti esse in semper accipiendo, quam omnibus conuenire autumat: verum hoc accipere potest esse aut mente, veluti fit in numero & magnitudine, aut re, vt

G fit in tpe & motu, in quibus vna parte abiecta, semper alia emergit in re. Hæc ex commento colligi possunt.

DILVCI.

Adhuc autem, cum esse multifariam dicatur, infinitum, nimirum ipsum non sic oportet sumere, perinde ut hoc aliquid, ceu hominem aut domum, sed ut dies dicitur atq; ludus: quorum esse non exortum est ut substantia quædam sed ut id quod in generatione semper atq; corruptione consistit finitum quidem, sed aliud atq; aliud semper.

Secundum cõe omnibus infinitis sumit ex hoc, q; non oportet ipsum infinitum esse actu substantiali, vt indiuiduum & hoc aliquid, sed vt dies ac ludus: quorũ esse non exortum est vt substantia quædam indiuidua & hoc aliquid, sed vt id quod in generatione semper atq; corruptione consistit finitum quidem, sed aliud atque aliud semper. Hoc est secundum commune omnibus infinitis.

H *Verum in magnitudinibus quidem hoc accidit, permanente eo quod sumitur: in hominibus autem atq; tempore corruptis, quæ sumantur, ita ut non deficiant.*

Auer. cõ 58. An p aliquã potentiam possibile sit ab aliquo numerus actu aliter infinitum. Et an possibile sit esse aliquã magnitudinem actualiter infinitã. Vide Corsium parisien. q.2. huius.

His suppositis, nunc comparat infinitum in tempore siue in generatione, ad infinitum in magnitudine. & inquit, Verum in magnitudinibus quidem hoc accidit, permanente eo quod sumitur, hominibus vero atq; tempore corruptis quæ sumuntur, ita vt nunquam deficiant. Hæc differentia ac comparatio.

Auer. vero vult Aristo. hactenus declarasse quonam modo infinitum est, & q;, cum voluerit declarare quonam modo additio & diminutio inueniuntur in infinito, reuersus est à principio rememorare essentiam infiniti, & distinguit actum, qui est in eo, ab alijs actibus entium, sicut distinxit potentiam ab alijs potentijs. Est igitur expositio q; Arist. declarat quonam modo infinitum

nitum sit in actu, vtrum sit in actu, non quo cæteræ res sunt in actu, an alio modo, vtpote infinitum in actu mixto potentiæ, cæteræ res in actu puro, quemadmodum declarauit quonam modo infinitum sit ens potestate. Hæc expositio, licet videatur vtilis, non tamen conuenit textui, vt patet legēti ordinem & verba textus. Vlterius Auer. ait ens trifariam dici, aut actu puro, aut potentia pura, aut ſm compositionem, hoc est, participationem actus & potentiæ: & ita vult infinitum esse ens mixtum ex potentia & actu, & hoc est genus eius. Hæc ex commento.

DILVCI.

At uero infinitum quod in additione, & quod in diuisione est, idem quodammodo est: fit.n. in magnitudine finita per additionem è contra. Nam quatenus diuiditur, consideratur in infinitum demptio, sic cum additur, ad magnitudinem determinatam uidetur adiectio.

B

Thē. expositio.

Doctissimus Themist. medullitus literam attingere solutorie eam paraphrasizat. vult, & Arist. probare non solum in diuisione, sed etiam in adiectione infinitudinem conspici. Nam, si quantum de finita magnitudine demeris, tantūdem alteri adieceris, quemadmodum exibit in infinitum ademptio, ita exibit in infinitū adiectio, ita vt sectioni adiectio quasi ex altera parte respondeat, vt quicquid hinc est demptum, illinc appositum videatur. Hæc est expositio Themist.

Expō Auer.

Magis vero ad verbum Auer. quem expositores sequuntur, vr̄ exponere, videlicet ꝙ vult comparare inter infinitum ī additione, & infinitum in diuisione penes differentiam & cōuenientiam, & hoc proponit dicens: At vero infinitum, quod in additione, & quod in diuisione est, idem quodammodo est. hæc est conuenientia. Et quia dixit esse idem quodāmodo, declarat cur adiecit quodammodo, & inquit: Fit.n. subaudi infinitum in additione in magnitudine finita per additionē econtra. Igitur nō est simpliciter idem, sed quodammodo, quatenus appositio est diuisio econtra facta. Et declarat quonam modo fit è contra, & inquit: Nam quatenus subaudi magnitudo ipsa diuiditur, consideratur in infinitum dēptio: sic cum additur ad magnitudinem determinatam vr̄ adiectio. recte igitur dictum est additionem esse è contra diuisionem. Debes scire ꝙ diuisionis est ire ad materiā, quatenus est resolutio quædam atq; corruptio, in qua nihil restat præter materiā: propterea diuisio proficiscitur ad infinitum & materiam, quæ capacitate est infinita: appositio est generatio, propterea proficiscitur ad formam, quæ finis est generationis: ideo est ire ad finitum. Hinc fit vt appositio sit per se finita, quatenus generatio est in formam, per accidens est infinita, quatenus est diuisio vice versa facta: At diuisio per se est infinita, quatenus corruptio est atq; resolutio in materiam, per accidens vero est finita, quatenus cum appositione coincidit. Recte igitur dictum est additionem esse quodammodo diuisionem, & vice versa factam.

Appositio per se finita est, p accidens infinita. Diuisio autem per se infinita, per accidens finita.

Etenim si quis in magnitudine finita, definita magnitudine sumpta eadem aliam accipiet ratione, non eandem totius magnitudinem sumens, non pertransibit unquam magnitudinem illam finitam. Sin uero hoc modo rationem adaugeat, ut semper magnitudinem eandem sumat, pertransibit tandem, propterea ꝙ omne infinitum quouis consumitur finito.

Videtur Aristo. vt placet Themist. soluere contingētem dubitationem. nam quæri potest, an omnis sectio siue diuisio, & oīs adiectio possit esse infinita. Vbi debes scire, vt pulchre à Themist. colligitur, ꝙ diuisio

A magnitudinis fieri potest aut seruata eadem proportione, vt si acceptam quantitatem primum dimidiaueris, atq; subinde in dimidia alia diuidas id quod reliquū est, & rursus de residuo idem facias, eandem proportionem seruare videberis: Aut fieri potest seruata eadem quantitate, vt si semper æquales portiones magnitudinis deseces. Tunc respondet ꝙ diuisio & additio omnis infinita est, quoties non eadem quantitate seruata diuidas magnitudinem, sed eadem proportione seruata. Nam, si semper æquales portiones magnitudinis deseces, aliquando vniuersam exhauries: propterea secanda est magnitudo vt in infinitum abeat, eadem proportione, non eadem quantitate partium seruata. Hæc optima expositio partis.

Eadem proportio. *Eadem quantitas.*



DILVCI.

Alio igitur modo non est infinitum in rebus, sed hoc modo potestate uidelicet atq; diuisione, actu uero etiam, ueluti diem ac ludum dicimus esse: & potestate hoc pacto est ut materia, & non per se ut ipsum finitum. Et additione igitur hoc modo potestate infinitum est, quod quidem aliqua ex parte dicimus idem esse ei quod in diuisione est: quippe cum semper aliquid ipsius sit extra sumendum.

C

Concludit nunc in vtrisq; conuenientiam: & vult, ꝙ infinitudo insit vtrisq; potestate, non autem actu, nisi modo quo diem & ludum dicimus esse actu. & qm̄ multifariam est aliquid potestate. Et ne sit contentio nominis, addit: Et potestate hoc pacto est vt materia, & non per se, vt ipsum finitum siue forma. Additione igitur hoc modo potestate infinitum est, quod quidē aliqua ex parte dicimus idem esse, ei quod in diuisione consistit, quippe cum semper aliquid ipsius sit extra sumendum. Quonam modo hæc sint quodam modo eadem, nunc ex iis patet. Animaduersione dignum, vt ex commento colligitur, ꝙ materia est similis infinito, quatenus esse eius est in potentia, quod materiæ competit: at forma est similis finito, quatenus esse eius est in actu, quod competit formæ: propterea recte infinitum materiæ comparauit, finitum vero formæ.

Quæ Auerro. com 59. Infinitum materiæ, finitum formæ tribuitur.

D

Non tamen omnem finitam exuperat magnitudinem, ut in diuisione, in qua omnem finitam exuperat atq; minor est.

Data est similitudo, nunc dat differentiam inter illa, quę est, ꝙ in appositione non licet qualubet addita adhuc addere maiorem, cum sit deuenire ad quātitatem mundi siue cœli vltimi, qua maior dari non potest: at in diuisione qualubet data, semper est dare minorem, & minorem in infinitum: propterea cum ait, In qua omnem exuperat finitam. intellige in minoritate, propter hoc.n. addit, atq; minor est. Sic igitur in appositione non licet qualubet data dare maiorem, in diuisione vero licet qualubet data dare minorem.

An per appositionē in magnitudine non excedatur omnis magnitudo determinata.

Vide Gratiadeum Esc. lec. 10. huius.

Igitur ut omnem in additione exuperet, neq; potestate esse potest, siquidem non sit per accidens actu infinitum quale Naturales corpus infinitum asserunt extra mundum, cuius substantia aer est, aut aliquod id genus infinitum. Itaq; si infinitū

actu

actu sensile corpus hoc pacto esse non potest, perspicuum est neque per additionem posse esse hac ratione potestate infinitum, nisi, ut dictum est, obuersaria diuisioni.

Hactenus ꝙ qualibet data magnitudine non sit semper dare actu maiorem, ex differentia inter diuisionem & additionem syllogizauit: nunc concludit, ꝙ neq; potestate, & hoc proponit & inquit: Igitur, vt omnem in additione exuperet, neq; potestate esse potest, siquidem non sit per accidens actu infinitum, quale Naturales asserunt extra mundum: cuius substãtia aer est, aut aliquod id genus infinitum. Demum epilogat, quod translatione patet. Debes scire ꝙ additio potest considerari vt obuersaria diuisioni hoc modo, ꝙ q̃tum de finita magnitudine demeris tantũdem alteri adiceris, & hoc modo potestate potest ire in infinitum, periode vt ipsa diuisio: & ex hac non sequitur vt detur aliquid maius magnitudine cœli. Alio modo considerari potest absolute, & sic non potest actu neq; potestate crescere in infinitum, quia non possumus excedere magnitudinem cœli. Propter hæc adiecit Aristo. nisi (vt dictum est) obuersaria diuisioni, qua rõne non sequitur aliquod esse maius cœlo, quippe cum hæc viceuersaria additio fieri possit ex diuisione finiti in infinitum, quæ nunquam potest augeri vltra magnitudinem eius, è quo fit diuisio.

Infinitum in additione neque actu, neq; potestate est, nisi obuersaria diuisioni.

Quæ Auerro. com. 60.

Auer. vero multa addit non inutilia. nec ab re. Primum est syllogismus, quem sic componit, si magnitudo potest esse maior qualibet magnitudine, potest infinitum esse aliqñ in actu: sed non potest infinitum vllũ esse actu: igitur magnitudo non potest esse maior qualibet magnitudine. Maior patet. quia si potest magnitudo esse maior qualibet magnitudine, aliqñ erit ita, aliter possibile nunquam erit: & si hoc est, patet illud esse magnitudinem infinitam. Secundum est, cur non sequitur idem in diminutione, videlicet, ꝙ, si magnitudo põt esse minor qualibet, aliqñ erit. & assignat duas causas dissimilitudinis. Prima est, quia possibile est aliquid diminui in infinitum, & non accidit impossibile si nõ diminuatur, immo si diminuatur, fit impossibile, quia aut diuisio cessabit ad nihil, aut ad aliquod indiuisibile. Nã si diminutio venit vsquequo venire potest, aut restat quicquã, aut nihil: si nihil, habetur altera pars impossibilis: si aliquid, aut diuisibile, aut indiuisibile: si diuisibile, non est facta omnis diuisio: si indiuisibile, habetur altera pars impossibilis. Sic igitur potest quicquam in infinitum diuidi, quod nunquã erit diuisum: & breuis causa est, quia illa potẽtia est permixta actui, & ad actum semper permixtum potentiæ. At, id, quod potest crescere in infinitum quandoque crescet, vti si hoc semper potest esse homo, aliquãdo erit, quia potentia ad crementum est ad actum non permixtum potentiæ, sed ad actum purum ac simplicem. Secũda dissimilitudo est, quæ fortasse est causa proximæ causæ, quia diminui est ire ad nihil, hoc est, diminui est corrumpi, corumpi vero est resolutio ad materiam: igitur diminui est ad actum permixtum potentiæ: id enim, quod vadit ad materiam, vadit ad actum permixtum potentiæ. Crescere vero est generare, generatio est via in formam: igitur est ire ad actum non permixtum potentiæ. Propterea recte dicitur, ꝙ infinitas propter materiam, finitas vero propter formã reperitur: si quidem ire in materiam sit ire ad actum potentiæ admixtum, ire in formam sit ire ad actum purum. Ex ijs patet cur valet hoc, potest crescere in infinitum, igitur aliquãdo crescet: & non valet hoc, potest diminui in infinitum, igitur aliquando diminuetur. Tertium est, quoniã modo infinitum in appositione est econtrario diuisioni, & verificat hoc dupliciter. Vno modo, vt illud, quod ab vna tollitur magnitudine alteri addatur, aut ꝙ magnitudo primo diuidatur in duas medietates, postea diuidatur altera illarum & addatur alteri: vbi patet ꝙ vtroq; modo procedit in infinitum appositio, veluti diuisio, quoniam hęc appositio est viceuersaria diuisioni. Hæc colligũtur ex expositione Auer. circa textum.

Radix infiniti quod diuisionem sequatur magnitudinis, & eius quod appositionẽ sequitur.

E

Deinde mouet quæstionem ibi. Sed est hic quæstio nõ modica, nam vt est vnum principium in Geometria, ꝙ possibile est accipere ab omni linea semper lineam minorem, ita aliud, ꝙ possibile est accipere ad omnem lineam, lineam maiorem. Est igitur qõ, cur Arist. concedit diuisionem magnitudinis procedere in infinitũ, & negat additionem procedere in infinitum, cum additio procedat in infinitum veluti diuisio? Est igitur difficultas qõnis, cur diuisio procedere potest in infinitum & non additio, cum vtrũq; sit principium apud Geometram. Confirmat qõnem tam per verba Alfarabij, q̃ per verba Auic. Innuit Auerro. solutionem, ꝙ aliter Naturalis considerat magnitudinem, aliter Geometra. Naturalis.n. magnitudinem & id genus considerat, quatenus est terminus & accidens corporis naturalis, at Geometra quatenus abstrahitur è corpore naturali: & tunc dr̃, ꝙ apud Geometram possibile est magnitudinem diminui & crescere in infinitũ, cum ipse considerando abstrahat è materia ipsa: at apud Naturalem, licet possibile sit diminui in infinitum, non est possibile crescere in infinitum. Sed obijcies. tum primo, quia etiam apud Naturalem non potest magnitudo diminui in infinitum, quia tunc negarentur minima naturalia, quæ vbiq; ponit Auerrõ. tum secundo, quia veritas non repugnat veritati. Igitur Geometra non debet vti propositionibus, quarum oppositum sentit Naturalis: quare, si Naturalis negat magnitudinem crescere in infinitum, Geometra non debet illam ponere. Innuit solutionem Auer. vbi debes scire, ꝙ magnitudo potest considerari vno modo vt quanta est absolute, & sic est de consideratione Geometræ, qua ratione potest & minui & crescere in infinitum: alio modo, vt in materia absolute, & sic potest diminui in infinitum, qm̃ non repugnat ex parte materiæ diminui quantum in infinitum, qua ratione non sunt minima naturalia: & hæc consideratio est Naturalis. Tertio vt in materia quali siue sensili, & hoc modo repugnat minui & crescere in infinitum, qua ratione datur maximum & minimum: & sic etiam considerationis naturalis. Tunc ad primum dico, ꝙ non datur neq; maximum neq; minimum, considerando quantum vt quantum sub consideratione mathematica: & hoc concedit Auer. vbiq;. considerando vero naturaliter ipsum quantum, si quidem ex parte materiæ absolute consideratur, datur maximum & non minimũ, tum quia datur maxima materia, vt illa mundi, & non minima: tum secundo, quia non datur maior linea q̃ sit illa diametri mundi. Si vero ex parte materiæ qualis & sensilis, datur maxima & minima materia, & ita cõceditur minimum & maximum: quo fit vt non sub quacunq; naturali consideratione detur minimum & maximum. Hæc ad primum. Ad secundum dicẽdum ꝙ eadem propositio nunquam potest esse vera respectu vnius, & falsa respectu alterius eodem modo, sed bene

Quæstio. Auer.

F

Solutio.

Replic. Prima.

G

Secunda.

Solutio.

H

Solutio ad primum.

Solutio ad secundum.

bene modo diuerso, vt in proposito: est.n.hæc vera, magnitudo potest crescere in infinitum, accipiendo magnitudinem in eo ꝙ magnitudo: nam vt sic est res opinabilis, & penitus sine materia. at quatenus in materia vel in materia sensili, nou potest crescere in infinitum: sunt.n. diuersæ rationes, vt homo quatenus aĩal est sensilis, quatenus rationalis est capax disciplinæ. Quòd autem eiusmodi propositiones opinabiles sint veræ, licet nõ siut sic in materia, probat exemplis. uam Geometra imagiuatur figuras habere positionẽ. punctum motum facere lineam, & id genus, quorum nullum est in re ipsa. Hæc colliguutur ex commento, licet aliquantulum obscure.

Dubitationes Iuniorum. Prima. Secunda. Vide Aur. hic.

Dubitant iuniores satis pulchre, primo cur valet, in cremento potest crescere iu infinitum magnitudo, igitur crescet: & non de diminutione, potest diminni in infinitum, igitur diminuetur? Secundo non vr̃ ꝙ causa diminutionis in iufinitum sit ipsa materia, tum quia si poneretur magnitudo separata prorsus à materia, adhuc esset diuisibilis in infinitum: igitur non materia est causa illius: tũ etiam quia cœlum caret materia, quod tñ est diuisibile in infinitum.

Tertia. Tertio dubitatur quia non vr̃ ꝙ finitas per formam reperiatur, nam forma & materia sibi correspondent, igitur si potest materia diuidi in infinitum, etiam forma poterit.

Quarta. Quarto dubitaut quia non vr̃ ꝙ augeri sit ire ad formam, quia id augetur quod plus & plus de ipsa materia acquirit, vt in libro de Generatione dictum est.

Solutio Iuniorum. Iuniores bene dubitant, sed male satisfaciunt ad quæsita. Afferunt.u. duas causas cur de cremento valet, & non de diminutioue, quarum prima est quia non potest maior dimẽsio esse nec generari illa, quæ nunc est, quia dimensio est æterna materiæ: bene tñ potest dimensio diminui, quia ex illa non sequitur impossibile. Secundo, qnia ex omnibus possibilitatibus ad crementum effici potest vna possibilitas totalis, quæ debet reduci ad actũ, vt aliqua illarum, non tñ ex omnibus possibilitatibus ad diminutionem effici potest vna possibilitas totalis: ideo si reducitur ad actum in vna, non est necesse vt reducatur ad actum in omnibns. Sed prima cãpetit principium, adducit.n. æque ignotum pro ratione ad quæsitum. Aduersarius.n. diceret dimensionem posse crescere in infinitum, nunqnam tñ esse cretam, vt de diminutione asseritur: & ita adhuc restat causa diuersitatis. Scd'a licet sit Auer. infra, etiam friuola vr̃ nisi declaretur, quia adhuc restat dare causam, cur ex oĩbus possibilitatibus ad augmentum sit vna totalis, & non ex omnibus ad diminutionem: hę.n. sunt excogitationes tenues atq; aniles fabulæ.

Propria solutio. Potest igiť dici, vt Auer. dicebat, ꝙ augeri est ire ad esse, atq; formã, nam esse, forma, & perfectio idem est. modo per auctionem res proficiscitur ad suiipsius perfectionẽ, quippe cum in maiori quanto maior sit perfectio atq; virtus, cæteris paribus: perfectio vero est forma, actus, & esse, quare per auctionem res currit ad formam. Ex hoc sequitur, ꝙ quantam contingit esse magnitudinem in potentia in mundo, tantam coutingit esse actu. nam mnndns est perfectus & constat ex omni materia totoq; possibili, quod ad eius facit perfectionem: nulla.n. potest esse perfectio quæ nõ sit in mundo, & ita si potest magnitudo augeri in infinitum, erit qñq; actu aucta, immo ab ęterno aucta fuisset, nisi mundus esset imperfectus. Diminui vero est ire in imperfectionem, quia vt in maiori quanto est maior virtus cæteris paribus, sic in mi-

A nore minor: modo, imperfectio est non esse, priuatio, & materia, & ita ire ad minus est ire ad imperfectionẽ. Ex hoc sequitur contra, ꝙ non quantam contingit minui magnitudinem, tantam coutingit esse minutam: quia siue hoc ponatur siue nou, mundus semper est æqne perfectus. Vtrum vero omne possibile sit reducibile ad actum, & quale, in libro Priorum diximus: quibus patet solutio ad primum, & causa differentiæ.

Solutio Iuniorum. Ad secundum respondent etiam iuniores, ꝙ Auerro. per materiam & formam non partes essentiales compositi intelligit, sed per materiam vult partes quantitatiuas, per formam vero ipsum totum, quod quidem ex illis constat: tunc intelligitur sic, ꝙ diuisibilitas & infinitudo sunt in magnitudine ratione materiæ, hoc est, partium quantitatiuarum, auctio vero ratione formæ, hoc est, ratione totius, quod terminat ipsa auctio,

B velut diuisio in partes ipsas quãtitatiuas. Per hunc modum soluit omnes dubitationes.

Confutatio. Sed hanc responsionẽ iuste reprehendunt Noui, primo quia Auer. apertè loquitur de materia accepta pro altera parte compositi, Secundo, quia sic auctio posset esse ratione materiæ in infinitum, quia non repugnat considerando dimensionem in abstracto: hoc autem est contra Auerro. in commento. vt patet legenti.

Responsio ppria. Propter hæc defendo verbum Auer. vt iacet, ꝙ per materiam & formam intelligit partes essentiales compositi. & ad Primum dico, ꝙ, si poneretur magnitudo separata à materia, esset diuisibilis absq; materia, sed non absq; supplente vicẽ materiæ: agens.n. quod illam separaret habere vicem materiæ, & propterea diuisio est ratione materiæ. Ad hoc catholici indncunt exemplum de sacramento altaris, vbi patet ibi quantitatem esse sine materia, sed

C Deus supplet vicem illius, & vt materia est causa diuisibilitatis. Ad secundum patet solutio. Auerro.n. non ponit materiam in cœlo sm̃ potentiam ad vtrunq;, sed bene eam materiam quę est in potentia sm̃ dimidium. contingentis, & hæc sufficit proposito nostro.

Solutio tertia. Ad tertiam dubitationem dici potest, ꝙ aliud est quod diuiditur, aliud ratio diuisionis: id.n. quod diuiditur est materia & forma, quia sibi correspondent, & sunt ipsum totum: sed ratio diuisionis est materia, ratio vero auctionis est forma. Ad quartam dico ꝙ aliud est terminus auctionis, aliud subiectum auctionis. omne.n. quod augetur est quod plus habet de materia ex parte subiecti, at ex parte termini est illud qđ habet plus de forma. Multa pulchra anno pterito diximus de hoc q̃sito in primo de Gñatione, q̃ quærat Studiosus lector.

DILVCI. An infinitum possit excedi & an sit dare maius ĩfinito. Vide cano. q. 3. huius artic. 3.

Qua ratione & Plato propterea duo infinita inuexit, ut

D *& alterum in augendo, alterum & in infinitum abeundo atq; decrescendo excellere uideatur. Verum dum facit duo, bis non utitur, quippe cum neq; per diuisionem in numeris in infinitum procedatur, unitas enim minimum est: neq; per additionem, usq; nanq; in denarium numerum adauget.*

Siue Aristote. narret positionem Platonis nunc, vt eam ex dictis reprehendat, veluti videtur Auer. siue vt per ipsam declaret ea quæ pauloãte dixerat, inquit: Qua ratione & Plato propterea duo infinita inuexit, magnum videlicet & paruum, vt & alterum augendo, magnum videlicet, alterum & in infinitum abeundo atque decrescendo, paruum.s. excellere videatur. dedit enim hæc duo tanquam rerum principia, quia ipse cum Pythagora sentit infinitum esse inter principia statuendum. sed inuehit aduersus ipsum, & inquit: Verum dum facit duo, iis duobus non

Vide Iand. q. 10 huius. Vide Cursum Parisien. q. 2. prim. huius.

vtitur

Et an veludat repugnãtiam ex terminis. Vide can.q. 3 bonus art. 2. Vide et Sco. di. 2 q. 1. 2. & sequaces.

vitur in assignatione principiorum. Sunt enim numeri apud ipsum principia, in quibus nec per diuisionem nec per additionem proceditur ad infinitum, si quidē per diuisionē status ad vnitatem, quæ est minima: per additionem vero ad denarium inde veluti in orbem alternando reciprocare circulo videtur. Ecce quo modo duo pōnit, non tamen duobus vtitur. Sed de positione Platonis hactenus: quia ad rē non est. Hæc de quæstione an sit infinitum ipsum. Solent vero ambigere iuniores an sit infinitum, & alij an possit esse per aliquam potentiam. verum cum in Primo omnes conueniant, ꝭm vero sit catholicum quæsitum, iure prætermittimus.

DILVCI.

Apparet autem infinitum esse aliud, quā ut nonnulli asserunt: non. n. id infinitum est, cuius nihil est extra, sed id cuius aliquid semper est extra.

De infiniti. Quidnitate. Tractatus.

Hactenus de quæstione an infinitum sit. nunc quid sit disputat: est. n. quæstionum hic ordo naturalis. F Animaduersione tamen dignum veteres sic definisse infinitū, quod esset id, cuius nihil est extra, cuius proponit modo Arist. intentionem & inquit, Apparet autem infinitum esse aliud q̄ vt nonnulli asserunt: non enim id infinitum est, cuius nihil est extra, sed id cuius aliquid semper est extra. Hæc est intentio partis in genere & in specie. Quod vero ad translationes attinet, verbum Apparet, græce est συμβαίνει quod licet latine sonet accidit, sic vt sensus essent clariores, transtulimus apparet Simili modo verbum illud: Aliud grece est ἐναντίον quod sonat contrarium: nos vero, Aliud, in latinum mutauimus eandem ob causam: quæ quidem ignari volentes seruare ad vnguem, plerunq; falluntur præstadio: tanta. n. additio textus reddit barbaros & obscuriores.

Translationes

Huius rei indicium est, nam & eos annulos infinitos vocāt, qui fundam non habent, quasi semper sit aliquid extra sumendum. G Verum per similitudinem quandam id asserunt, non tamen proprie: oportet enim & hoc esse, & nunquam idem rursus sumi. at in circulo nō ita fit, sed semper quod deinceps est, duntaxat est aliud.

Probat nunc propositam intentionem à signo dicens: Huius rei indicium est, nam & eos annulos infinitos vocant, qui fundam (quæ græce est sphendona, latine etiam pala) non habent, quasi semper sit aliquid extra sumendum. igitur infinitum est extra quod semper est aliquid sumendum. Sed quoniā ex hac definitione sequitur finitum esse infinitum, corrigit exemplum & definitionem, & inquit. Verum per similitudinem quandā id asserunt, non tamen proprie: oportet enim & hoc esse, hoc est, vt semper aliquid sumatur extra, & nunquā eadem rursus sumi, quæ nō sunt in proposito. Nam in circulo licet nō idem sumatur, tamen mediate H idem rursus sumetur. Sic igitur infinitū vtrunq; exigit, & vti semper aliquid extra apprehendi posit, & vti idē nunquā repetatur, quod non est in annulo. Nam licet immediate semper aliud atq; aliud sumatur, tamen aliquando idem repetetur. Est igitur definitio infiniti, infinitum est extra quod semper est aliquid sumendum, & nunquā repetitur idem: hæc est definitionis & exempli correctio.

Qua Auer. Com. 62.

Auer. vero duo inquit. Primum est, ꝙ exemplum de annullo non valet temporibus nostris, qm̄, vt diximus, ex illo sequetur finitum esse infinitum. Secundum est, ꝙ duo exiguntur ad rationem infiniti, & vt semper sit sumendum aliquid extra, non quidem in imaginatione, sed in re: at vt illud quod semꝑ sumitur, sit aliquid quod nunquam fuit prius, quod quidem non est in cir-E culo, quia in illo sumitur idem quod prius per reciprocationem. Hæc ex cōmento. Debes scire, ꝙ veteres voluerunt totum, oē & infinitum esse idem, & quia totū est id extra quod nihil est, credidere etiam infinitū id esse, extra quod nihil est. At temporibus Arist. positio hæc fuit correcta, nam non est verum totum & oē esse infinitum: ꝓpterea definitio infiniti est, ꝙ sit id in quo nūquā idē est sumendū, sed continuo aliud atq; aliud.

Infinitum est id, in quo nunquam idē est sumendū, sed semper aliud atque aliud.

Infinitum igitur id est, cuius secundum quantitatem accipientibus aliquid semper extra licebit apprehendere.

DILVCI.

Ex his infert descriptionem ipsius infiniti, & inquit: Infinitum igitur id est, cuius ꝭm quantitatem accipiētibus, aliquid semper extra licebit apprehendere. Dixit secundum quantitatem, vt innuat infinitum non nisi in quanto reperiri, quia in quali, vt ait Auer. reperiri nō potest. Debes scire ꝙ duplex est infinitum in potētia, quod iuniores atq; sorticolæ nō ab re syncategorematice vocant: aliud in actu, quod categorematice appellatur. Infinitum quidem syncategorematice, id est, cuius semper aliquid licet sumere ꝭm quantitatem alteri communicantem: qua ratione finitum actu est infinitum in potentia. Infinitum vero actu siue categorematice, id est, cuius aliquid semper extra licet sumere ꝭm quantitatem nulli cōmunicantem. At ratio cōmunis infiniti est, quam Arist. dedit: competit enim vt patet, vtrisq;. Hæc est definitio infiniti.

An hæc diffinitio sit conuenienter assignata. Vide Capreolum paris.q. 2 - bonus.

At uero id, cuius nihil est extra, perfectum ac totū est. hunc enim in modum totum ipsum definire assueuimus, dicentes id esse, cuius nihil abest, ut hominem totum, aut cistellam. Atq; ut singulare, sic & id quod proprie uniuersum est, id erit cuius nihil est extra. Id uero cuius aliquid abest, eo absente, non uniuersum est.

Hactenus correpta est descriptio infiniti, nunc cuius sit ratio illa, & cui competat, declarat & inquit: At vero id cuius nihil est extra perfectū (quod græce est τέλειον) ac totum siue vniuersum (quod græce est holō) est: hunc. n. in modum totum ipsum definire assueuimus, dicentes id esse, cuius nihil abest, vt hominem totum, aut cistellam totam solemus dicere, quando nihil eis deest, quod attineat ad rationem hominis, aut cistellæ. Hinc transit ad descriptionem mundi, & inquit: atq; vt singulare totum, aut cistellam totam solemus dicere, qn̄ nihil eis deest, quod attineat ad rōnem hominis, aut cistellæ. Hinc transit ad descriptionē mundi, & inquit: Atq, vt singulare totum, vtpote aut homo aut cistella dicitur totum, qn̄ ei nihil deest, quod ad illius rōnem attineat) sic & id qđ proprie vniuersum est siue mundus, id erit, cuius nihil est extra: propterea constat ex tota sua materia, & omni possibili, vt dicitur in lib. cœli. Id vero, cuius aliquid abest, eo quidem absente, non vniuersum ac vt totum erit, sed mancum ac pars siue imperfectum, Definitio igitur data ab antiquis nō infinito competit, sed toti, omni, & perfecto.

Quod mūdus sit.

Auer. vltra textum probat, ꝙ extra mundum nihil est, quia tunc inueniretur corpus actu infinitū, qđ quidē est impōe. Consequentiam probant iuniores suo mō, & bene sentiunt: potest tñ facilius deduci, quia illud, quod esset extra mundum, aut esset corpus rectū, aut circulare. non circulare, quia pari rōne extra illud esset aliud, & sic in infinitū: si rectum cū corpus rectū nō terminetur nisi ad aliud, & nihil est ad quod terminetur, iure erit infinitum illud. Secundo debes scire, ꝙ hæc est differētia inter totum particulare, vt cistellam, & totum

Qua Auer. Comen. 63. Deductio consequentia. Extra mundum nihil est.

& totum vniuersum, vt mundum: ꝙ totum particulare est id extra quod nihil est quod pertineat ad eius speciem, vt Soc. licet extra ipsum aliquid sit quod pertineat ad genus, vt leo vel capra. Totum vero vniuersale est vniuersum, i. cuius nihil est extra, siue pertineat ad eius speciem, siue ad eius genus: & hac ratione solus mundus est totum vniuersale. Hæc ex commento colligi possunt.

DILVCI. *Verum totum atq; perfectum, aut idem penitus sunt, aut sua natura cognatissima sunt, quatenus perfectum nihil est prorsus, quod finem non habeat: qui quidem finis terminus est.*

An infinitum habeat rationem totius. Vide Egid. hic.

Cui definitio Veterum competat, modo patet. ex quo rursus quonam modo perfectum & totum conueniant, etiam patet: qua ratione euenit vt differētiam inter totum & perfectum adiiciat, qñ post conuenientiam ex oriatur differentia: & vult totum & perfectum aut eandem omnino aut finitimam significationem habere. Nam totum vocamus, facta ad partes relatione, quarum nulla desit: perfectum vero facta relatione ad finem & terminum. Qua etiam ratione fit, vt perfectum sit communius toto ipso, quia perfectum & in compositis & simplicibus inuenitur, at totum non nisi in compositis.

Totum & perfectum quid.

Quocirca putandum est melius Parmenidem Melisso dixisse, quippe cum hic ipsum infinitum totum appellet, Parmenides uero totum dicat finitum è medio æque distans. Nō enim fieri potest, ut infinitum toti ipsi ac uniuerso perinde hæreat, ut linum lino nectitur.

Ex his laudat Parmenidem supra Mlissum, quatenus Parmenides asserit vniuersum esse finitū per hoc, ꝙ circunferentia eius fm quodlibet sui æque distat à centro. Melissus vero vniuersum asserit infinitum per hoc, ꝙ extra ipsum nihil est. Modo patet ex dictis, Melissum aberrasse omnino, Parmenidemq; melius sensisse. Quòd vero ad trāslationes attinet, verbum illud Aeq; distans græce est ysopales, quod nonnulli æque pugnans transtulerunt: ego vero (cum vt sic non multum sit notum) modo illo transtulit. Addit tamen Aristote. aduersus Democritum. Non enim fieri potest vt infinitum toti ipsi ac vniuerso siue mundo perinde hæreat, vt linum lino nectitur in filantronibus, vti prouerbialiter dicebatur: immo extra mundum nihil est, vt toties est probatum.

De translatione.

DILVCI. *Et quāquā de infinito prærogatiuam recipiant eiusmodi, ut omnia contineat, & uniuersum in seipso habeat: propterea quia similitudinem quandam habet ad totum: nam ipsius immensæ perfectionis materia existit, atq; potestate totum est & non actu tamen ad diminutionem atq; additionem contrariam diuisile est, totumq; atq; finitum non per se, sed per aliud: & non continet, sed quatenus infinitum est, continetur: immo ut infinitum ignotum est, quippe cum materia formā non habeat.*

Nunc improbat nonnullas prærogatiuas ipsi infinito tributas ab antiquis, videlicet vt oīa contineat, & vniuersum in seipso habeat, & motiuum harum, & inquit: Et quāquam de infinito prærogatiuam recipiant eiusmodi vt omnia cōtineat, & vniuersum in seipso habeat. Cuius rei motiuū apponit, dicens: Propterea quia similitudinem quandam habet ad totum. nam ipsius magnæ siue immensæ perfectionis materia existit, atq; potestate totum est, & non actu. deinceps confutat hęc dicens: Tñ ad diminutionem atq; additionem contrariam diuisile est, (quo modo ipsum totum non est: est .n. limitatum ad additionem, & nō ad diminutionem) totumq; atq; finitum supple est, non per se & ratione

An infinitum secundū quod infinitum possit ab intellectu humano cognosci. Vide can.q. 4 huius.

A qua infinitum, sed per aliud ratione finitudinis: & non continet, sed quatenus infinitum est, continetur. nam vt infinitum habet rationem materiæ, & vt habet rationem materiæ est altera pars compositi, & vt altera pars compositi continetur non continet. subiungit: immo vt infinitum ignotum est, vt toties dictum est, quippe cum materia formam non habeat, vt infinitum est, qua cognoscatur. quibus patet prærogatiuas illas infinito non conuenire: nec fundamentum valere. Quod vero ad translationes attinet, verbum illud prærogatiuam, græce est σεμνότητα, quod nonnulli dignitatem, nonnulli præclaram conditionem transtulerunt: magis tamen ad sensum nos prærogatiuum transtulimus, quicquid verbum sonet.

DILVC. *Quare perspicuum est, infinitum ipsum partis magis quā totius rationem subire, siquidem materia pars sit totius, perin-* B *de ut æs statuæ eneæ.*

Ex iis concludit oppositum & inquit, Quare perspicuum est infinitum ipsum partis magis ꝗ totius rationem subire, siquidem materia pars sit totius, perinde vt æs statuæ æneæ: modo dictum est infinitum ipsum esse materiam, quare magis partis ꝗ totius, rationem subit. Debes scire, vt ex Auer. colligitur. cōmen. 65. ꝙ tres sunt prærogatiuæ quæ infinito attribuuntur: Prima est, ꝙ infinitum non est totum per se, sed per aliud: Secunda, ꝙ infinitum, quo infinitum, continetur: Tertia, ꝙ infinitum quo infinitum est ignotum. Quo vero ad primam vult Auer. infinitum esse totum per aliud, hoc est, per formam, ratione cuius finitur & determinatur. Quo vero ad secundam ait infinitum contineri quatenus est pars compositi, & materia illius. Quo ad tertium ait illam esse veram quo ad materiam infiniti, C quæ per se ignota, cognoscitur tñ per formam. Vlterius debet scire ꝙ Auer. ob malas translationes laborat declarare, quid per delatum intelligat Aristo. quod ipse in litera sua habebat: sed cum hæc expositio sit ad nihil, supersedendum est: possunt tñ colligi plura. Primum est quo differunt materia & forma & accidentia: nam materia nec est in subiecto, nec dr̄ de subiecto: forma & accidentia aut sunt in subiecto, aut dicuntur de subiecto. Secundum est, quo conueniunt, nam hæc tria, materia, forma, & accidens, non possunt reperiri nisi in alio. Tertium est, ꝙ materia & forma & accidentia ita se habent, ꝙ materia non potest esse sine forma, propterea est propter formam, vt forma est illius perfectio: forma etiam est propter materiam, vt est subiectum illius: similiter & accidentia sunt propter materiam, vt propter subiectum. Hæc colligi possunt D ex eius falsis translationibus. Ex quibus colligunt iuniores, & non imperite, Auer. omnia quæ Aristot. infinito tribuit, materiæ tribuisse, ita vt per infinitum nihil aliud velit nisi materiam primam, & tunc illas proprietates illi competere nemo dubitat: est. n. ipsa totum per aliud, quia ratione formæ. Amplius continetur & non continet, cum sit pars compositi. Rursus est ignota per se, cum non nisi ratione habita ad formam cognoscatur. Hæc ex Auer. Hanc expositionem verificarunt iuniores ꝙ aliquid dici potest infinitum subiectiue, quia est subiectum dimensionis, quæ est aut esse potest infinita, aut formaliter, quia ipsum est ipsa infinitudo, aut quod est infinitum formaliter, vt dimensio. Tunc volunt materiam esse infinitum subiectiue, & non formaliter. Multa etiam addunt in defensionem Auerro. quæ sunt bona ad illius positionis declarationem, sed bla-

Quæ Auerro com. 65. Tria de infinito dicuntur.

Exp. Auer.

Infinitum esse ipsam primam materiam, cui videntur infiniti conuenire, nō est vsquequaque certum fuisse Philosophi, vel Auer. intentum.

surſum, ſi.n.eſſet quies media, tunc graue quieſceret ſurſum à ſe nullo detinente. Secundus caſus eſt de faba proiecta ſurſum, quæ occurrit turri, aut molari deſcẽdenti, vbi patet in puncto reflexionis non quieſcere. In iſto quæſito quidam vniuerſaliter tenẽt ſemper inter oẽs motus reflexos mediare quietem tẽporarium, tum per demonſtrationem Ariſt. tum per experientiã, quia cum faba humefacta proijciatur in parietem, & reflectatur ab eo, paries inuenitur humectatus, qua rõne *Confutatio.* quieuiſſe fabam per tempus in illo vr̃. Tunc rident ad caſum de faba occurente turri aut molari, ꝙ in deſcẽſu molaris aut turris pellitur aer deorſum, qui inueniẽs fabam, aut lapillum impedit motum ſurſum, non tñ trahit deorſum, ideo quodlibet illorum quieſcit per tempus anteꝗ tangat molare, aut turrim cadentẽ. Hæc rñſio eſt falſa, nam poſitio ꝙ molare nec deſcẽdat, nec incipiat deſcẽdere, niſi in eo inſtanti in quo faba deberet tangere ipſum, patet aerem non impetu detinere fa*Secũda reſpõ. Egid. hic.* bam. Nouus expoſitor fingit fabam moueri per ſe mo tu aſcenſus, cum vero tangit molare, mouetur per accidens ad motum molaris, at Ariſt. intelligit in motu per ſe. Sed contra, primo, quia tunc faba ſimul accede *Confutatio.* ret & recederet ab aliquo, niſi interſit quies. Et hoc vr̃ impoſſibile tam ꝑ ſe ꝗ per accidens. Secundo melius ponatur ꝙ faba proijciatur ita fortiter ad molare, vt ab illo retro ſaltet, quo in caſu non poteſt dici ꝙ quieuit, quia cõtinuo molare mouebatur, nec ꝙ moueatur mo *Tertia rñ.* tu molaris, quia retro ſaltauit. Alij fingunt fabam illã quieſcere in puncto reflexionis non quiete tempora*Confutatio.* ria, ſed quiete ſubitaria, ſiue momentaria. Sed hæc reſponſio peccat. Primo quia nullibi Ariſt. quieſcere aliquid voluit in momento temporis, ſed oẽm motum & quietem poſuit eſſe in tempore vbiq;. Secundo quia ſi humefacta faba occurrat molari cadenti, & ſit ita fortiter proiecta vt ſaltet retrocedẽdo, molare inuenitur humefactum à faba, vbi nõ potuit eſſe, niſi ſaba quie*Propria rñ.* uiſſet cum molari in tempore. Circa hæc igitur dico, *Primum.* primo ꝙ quicquid dicat, pnſitio Ariſt. non deſtruitur. Nam Ariſt. probare intendit ꝙ nullus motus eſſe põt naturaliter continuus & perpetuus, niſi circularis motus, ſi motus reflexus ſit vnus, ſiue plures, idem habetur, vbi.n.ſit vnus & continuus, vel vnus & per momẽtum diſcontinuus, cum iſtud non ſit niſi violenter, habetur ꝙ rectus nõ poteſt ſuapte natura eſſe continuus & perpetuus, ſed ſi eſt, erit violenter etiam dato ꝙ per accidens ſit continuus, etiam propoſitum nõ deſtruit.
Secundum. Vide etiam Co.tex.62. huius. Secundo dico (pro mẽte Ariſto.) ꝙ motus reflexus non poteſt eſſe continuus, qñ reflexio ſit à natura mobilis, quod illo motu mouetur, & hoc probat rõ Ariſt. vbi.n.reflexio ipſa eſt naturalis, mobile quieſcere debet in termino reflexionis in actu, modo idẽ actu quieſcere in aliquo puncto, & actu recedere ab illo eſt im*Tertium.* poſſibile. Dico tertio ꝙ ſi reflexio eſt violenta ab aliquo impellente, vel occurrente, minime poteſt eſſe motus continuus, declaratur per rationem Ariſto. qñ oĩs motus cuius mobile actu adeſſe alicui dr̃, & actu abeſſe ab illo, neceſſario eſt diſcontinuus, qñ adeſſe in aliquo eſt vti illo ꝓ fine, abeſſe vero eſt vti eo ꝓ principio. Sed motus reflexus eſt talis, nam ipſius mobile actu adeſt alicui puncto, cum vtatur illo pro fine, & vlterius non procedat actu abeſt, cum vtatur illo pro principio, recedatq; ab eo in quo actu aderat. Sic igitur patet ꝙ ſiue reflexio ſit naturalis, ſiue violenta, ſemper motus reflexus eſt diſcontinuus & non vnus, qñ ſiue ſit natu-

A ralis ſiue violenta reflexio, ſemper mobile actu adeſt alicui, & actu abeſt ab eodem. Dico quarto ꝙ ſi refle- *Quartum.* xio ſit naturalis quies media temporaria, hoc facile patet, quia ſi acceſſus fuit naturalis, receſſus eſt violẽtus, & ita ipſum mobile reſiſtet per tempus trahenti deorſum, ſi acceſſus eſt violentus, receſſus eſt naturalis, & ita virtus quæ pepulit ſufficit reſiſtere ipſi mobili ne ſubito reflectatur, at ſi reflexio eſt violenta, in puncto reflexionis ipſum mobile non quieſcit per tempus, neque continuo mouetur reflectendo, ſed dicitur nõ mo ueri vlterius, reflecti vero immediate poſt momentum in quo non vltra mouetur. Sed replicabis, qñ aut in *Replica.* eodem momento in quo acceſſus deſinit, receſſus incipit, at in alio, atq; alio, ſi in eodem, igitur acceſſus & re ceſſus ſunt vnus motus continuus, continuus.n.eſt, cu *B* ius partes copulãtur ad terminum cõem. Si in alio atq; alio, igitur iſti duo motus erunt deincepitij, atq; conſequenter habiti. Sed hoc eſt falſum, quia tunc tempus mediaret inter illa duo momenta, vt in exemplo de lineis deincepitiis dicitur. Sorticolæ dicerent ꝙ ſecũ- *Reſponſio.* dus motus, puta, receſſus in eodem inſtanti momento incipit, in quo primus deſinit, ſed aliter & aliter, primus.n.deſinit in illo momento vt in ſine intrinſeco ſibi, bene.n.vt in Sexto dictũ eſt authoritate Themiſtij, in ſucceſſiuis quibuſdam datur terminus vltimus intrinſecus, in quibus nõ eſt dare primum. Nam datur vltimum mutatum eſſe in motu, non tamen primum, Licet nec prima nec vltima motus pars dari poſſit, erit igitur vltimum intrinſecum primi motus. Secundi vero motus erit primum extrinſecum, cum nihil ſit illius intrinſecum. Ex iis patet in tali momento non *Prima illatio.* moueri mobile motu acceſſus, nec moueri idem mo*C* tu receſſus, & tamen non quieſcit, qñ in illo non eſt aptum moueri. Secundo patet, ꝙ licet non actu quie- *Secunda.* ſcat mobile in aliquo puncto, actu tamen poteſt eſſe in illo, dummodo vtatur eo pro fine, & non vlterius proficiſcatur. Tertio ſequitur ꝙ licet in motu continuo *Tertia.* cum mobile ipſum in puncto medio motus eſt, tunc *Vide ẽt Iand.* nec moueri nec quieſcere dicatur, tñ motus eſt conti- *q.17.huius.* nuus, qñ momentum illud in quo mobile eſt penes punctum medium eſt cõe vtriſq; partibus, & actu intrinſecum ambabus, vti copulatiuum illarum in motu reflexo ipſo violento, cum momentum reflexionis ſit intrinſecum precedenti, & extrinſecum ſequenti, ideo erit motus ille diſcontinuus. Vltimo ſequitur eſſe ali- *Quarta.* quem motũ diſcontinuum, in quo nulla mediat quies, vt in violento & non naturali. Dilucidius dici poteſt in eodem in inſtanti, quo acceſſus deſinit receſſum in*D* cipere, ſic exponendo in hoc non eſt receſſus, ſed immediate poſt hoc erit receſſus. Illud.n.inſtans medium erit vltimum & intrinſecum acceſſus, quia in illo eſt acceſſus, eo modo quo dicimus in inſtanti eſſe motum, & immediate poſt illud non erit acceſſus, principium vero receſſus extrinſecum, quia in illo non, ſed immediate poſt illud erit receſſus. Ex quo patet drĩa inter inſtans copulans primã medietatem motus cum ſecũda, & iſtud inſtans finiens acceſſum, quia in illo eſt vtraq; medietas in copulante, at in hoc acceſſus ſolum eſt, receſſus vero non eſt aliquo mõ. Hæc ſunt dicenda pro Themiſtij defenſione, tñ dubia ſunt, quia his cõceſſis, tunc molare non moueretur motu cõtinuo. Si.n.acceſſus & receſſus ſunt diuerſi motus fabæ, tũc prima pars motus molaris, ꝗ ſuit vſq; ad acceſſum fabæ, & ſecunda quæ erit cũ receſſu non erũt vnus motus cõtinuus.

Præterea aut in toto tpe sequenti ad instans applicationis recedet faba, aut non in toto, si in toto ergo accessus & recessus copulantur ad vnum cōem terminū, & sic erunt vnus motus continuus, si non in toto tpe sequenti, tunc molare non mouebitur motu continuo, non.n. potest motus molæ esse continuus, si accessus & recessus sunt discōtinui. Quare melius dico ꝙ p accidens rōne violentantis illi sunt continui, per se vero non, non.n. est absurdum aliqđ moueri motibus contrariis & accessu & recessu per accidens, vt in casu, sed de hoc melius commen. 70. Ad illud vero de faba humefacta occurrenti molari vel parieti, & retro saltanti. Auer. facile solueret, diceret.n. ꝙ alteratio fit multotiēs subita, qñ per minima fit. Quid vero dicerent calculatores, considera. Aduerte tñ (vt dixit Auerro. supra cōmē. 62.) ꝙ in duobus casibus motus ipsi reflexi pñt cōtinuari, vnus est respectu diuersorū mobilium, vt in chordis, nam pulsata vna cum ipsa desinit pulsari, tūc alia incipit pulsari. Etiam in motu locali potest exēplificari, vt ponendo ꝙ Soc. moueatur ab A in B in vna hora adæquate, & in fine horę in quo Soc. mouet Plato incipiat moueri ab eodē B, vt fit in tripudiis, & patet ꝙ illi sunt motus reflexi, inter quos non datur quies media, nec momētaria, nec tēporaria. Et hoc est, ppterea, quia motus illi sunt diuersorum mobilium. Secundus casus Auer. erat qñ secundus motus esset perfectio pei mi, vt in gñatione & alteratione fit. Tertius casus additur ab aliquibus de naui ponendo ꝙ Soc. moueatur in naui quiescente ab ortu versus occasum in hora, & ꝙ in fine horæ qñ Soc. desinit moueri, nauis incipiat moueri ab occasu versus ortum, patet ꝙ Soc. mouetur motibus reflexis contrariis, inter quos non datur quies media. Idem fit de musca mota in lancea. Et hoc est, quia Soc. mouebatur per accidens, verum quære commento. 70. melius. G

Perspicuum etiam est si quis punctum tēporis quod prius posteriusq́ue diuidit non ipsi rei posteriori tribuat semper, idē esse simul atq; non esse. Punctum igitur temporis utrisq; cōe est priori videlicet, ac posteriori, estq; unum et idem numero, ratione uero nō idem. Alterius.n. finis, alterius principium. Semper tamen rei posterioris est affectio.


Soluit dubōnem de gñatione & corruptione, solet .n. dubitari accipiendo momentum in quo desinit aliquid vel in illo incipit aliud, vel in alio atq; alio, si in eodem vnū desinit & aliud incipit. tunc idē subiectum simul esset, & non esset, si in alio atq; alio, tunc in tempore medio subiectum stabit sine priori & posteriori forma, & sic. materia sine forma. Rñdet qđ idem & vnum numero est momētū in quo res posteriori incipit esse, & prima desinit, sed est vnū subiecto & numero, duo rōne, qm finis prioris, & principium posterioris. Ad formam dico, ꝙ tale momentum licet sit cōe vtrisq;, tñ tenet se cum posteriori, est.n. intrinsecum principiū posteriori, & extrinsecum priori, & hoc sorticolæ aiūt sub aliis verbis, ꝙ rei permanentis corrumpendæ non datur vltimum intrinsecum, siue per pōnem de pñti, sed bene vltimum extrinsecum per remotionem de præsenti, sed bene datur primum per pōnem, quia est intrinsecum rei genitæ vel tempori mensuratę rē genitam, quod etiam dici potest primum mutatum vel genitum esse ex parte rei, sed ex parte temporis primum momentum rei genitæ, est.n. primum esse sequentis, & primum non esse præcedentis. H

E RECOGNITIONES.

Erat.q. difficillima Xenocratis, cuius meminit The. Sexto huius, hæc si post gñationem sequit corruptio, tūc in eodē instanti esset gñatio & corruptio, qm aut in vltimo instāti vitæ est mors, siue corruptio, aut in alio & alio, si in vltimo instanti vitæ est mors, tunc in eodē instanti erit vita & mors, qm in vltimo instāti vitæ est vita, & in illo est mors p te, ergo in eodē est vita & mors simul. Si in alio est vltimū vitæ, & primū mortis, ergo in tpe medio materia nec erit sub morte, nec sub vita, & sic stabit materia sine forma. Rñdet Aristo. primo dando solutionē ad formam, deinde in terminis cōficit iterum cauillum Xenocratis in libro de morte soluendo ad formā ponit hanc regulā, videlicet rei permanentis non daṫ vltimū, sed bene primū, & sic primū instans rei sequentis est primū non esse rei pcedentis, F quare dicendū non esse dabile vltimū instans vitæ, sed primū instans rei sequentis est primū non esse vitæ pcedentis, vñ non est deueniendū ad vltimū esse p affirmationē, ita vt in illo sit & imediate post hoc nō sit, sed ad vltimū p negationem, qđ proprie dr primū nō esse rei pcedentis & primū esse rei sequentis. Ad argumentū ergo Xenoc. dico ꝙ in eodē est finis vitæ p negationē, & principiū formæ cadaueris, illud.n. instans est primū cadaueris & primū non esse vitæ pcedentis, qđ pōt dici vltimū vitæ p exclusionē siue per negationem sm Them. & sicut dico de vita, ita de oī re pmanente est dicendū, nulla.n. res peemanens finitur per finem sibi intrinsecum, sed p finem extrinsecū. hinc patet calculatorū regula, videlicet ꝙ rei permanentis non daṫ vltimū, sed primū instans esse, Amplius patet res pmanentes finiri non per vltimum esse, sed per primū non esse.

Sit tempus A C B, res autem sit D, quæ quidem in A tempore alba sit, in B uero non alba, in ipso ergo C alba erit simul atq; non alba, in quouis.n. ipsius A temporis puncto rerum est dicere album esse, si toto illo tempore est album, et in quolibet etiā ipsius B nō albū esse. Sed ipsum C, est in utrisq;.

Exemplaris ostensio, qua dubitatur q. id, quod generatur, uel corrumpitur in eodem instanti fit, & non fit.



Dedit solutionem ad cauillum, qui erat Xenocratis in lib. de morte, nunc format rationem in terminis more Geometræ, vt formauit Epicurus, & arguit sic casu posito D corrumpendum quod actu est album & debet fieri nigrum in toto tempore A C, est verum dicere ipsum esse album, & idem in toto tempore C B, est verum dicere non esse album sed nigrum, igitur in puncto C, medio vtrisque commune simul erit album, & non album.

Non

Nō ergo est dandum in omni, sed in quouis præter ipsum nunc ultimū qd' est C, quod quidē iā posterius est, nā siue non albū fiebat, siue corrūpebatur in oī A factum aut corruptū est in C. Quare albū aut non albū esse primū in illo uerū est dicere, aut cum est factum nō est, & cū est corruptū erit. Aut simul album & non album, ens & non ens esse necesse erit.

An ē instans si terminat cum re posteriori, & non cum priori. Vide Egid. hic.

Dedit responsionem ad cauillum non factis terminis, nunc factis terminis rñdet rursus, q in illo casu non est dandum in oi puncto ipsius temporis A C esse album, sed in quouis præter ipsum nunc vltimum, quod est C, quod quidē iam posterius est. Cuius cām per impossibile dicit, nam siue non album ipsum D mobile fiebat, hoc est siue ipsum D debebat de albo effici non albū, & hoc quo alterationem, siue corrūpebatur in oī A C, & hoc quod ad substātiam, factum aut corruptum est in C, itaq; quod C erit primū n on esse illius præcedentis, & primū esse cōsequentis. Quare album esse primū in illo verum est dicere, si de nigro debebat fieri albū, aut non album, si debebat de albo fieri nigrum. Nam aut sic oportet dicere, aut cū est factum nō est, & cū est corruptū non erit oportet dicere, aut simul albū & non album, ens & non ens esse necesse erit, quę cū sint impossibilia, dicēdum est vt diximus. Et sic patet solutio.

Quod si id qd' prius fuit nō ens, necesse est fieri ens, & cū fit non est, fieri non pōt ut tēpus ipsum in indiuidua tēpora diuidatur. Nā si in A, tpe ipsum D fiebat albū, factū est autē simul, et est in alio indiuiduo tpe, ut in B, qd' est deinceptitum priori, si in A fiebat nō erat, in B uero est, gñationem aliquā mediam oportet esse, quare & tempus id erat in quo fiebat.

Ex dictis infert contra antiquos, primo, q tps non fiat ex idiuiduis temporibus, & hoc deducit ex dictis, & facit tale enthymema, si quod fit prius nō fuit, & fit ens, hoc est si gñatio est de non esse ad esse, igitur tempus non fit ex indiuiduis temporibus. Deducit consequentiam, & supponit q in alio tpe D fit album, & alio est album, & est factum album, vt si fit album in A tpe, in B alio tpe erat albū & factū album. Hæc suppō patet in Sexto, & hic etiam est data, tñ probat eam. Nam si fiebat album in A nō erat album in A, quia tunc idem simul fieret & factum esset, quod nō est possibile. Hac suppositione stante q videlicet, in alio tempore fiebat vt in A, & in alio factum est, vt in B aliquam mediam generationem oportet esse, quare & tempus id erat, in quo id fiebat, sic igitur positio de indiuiduis temporibus non potest stare cum veritate prædicta.

RECOGNITIONES.

Excerptum Aristo. ex dictis est, q non possit tēpus cōponi ex indiuisibilibus, probat qm̄ nulla via esset soluēdi argumentum Xenocratis & Epicuri, si. n. tempus ex indiuisibilibus componitur oportet dicere, aut in eodem indiuisibili esse mortem & vitam, aut in alio atq; alio: si in eodem, tunc simul quis viueret, & moueretur, si in alio & alio, tunc materia in tempore indiuisibili medio staret sine formis, hoc argumentum, tenēdo tempus componi ex indiuisibilibus solui non pōt, qm̄ omne quod est, & quod fit, & quod corrūpitur, & quod non est, oportet vt in tempore indiuisibili fit, vel fiat, corrumpatur, vel non fit, & sic sequitur argumentum, at tenendo tempus componi ex partibus diuisibilibus aliquid est in tempore, quod non est in instanti, & sic potest aliquid corrumpi in tempore, & esse corruptum in instanti, & tolletur ratio Xenocratis, qui vero dicit tempus componi ex momentis, cogitur dicere

A quod fit, vel quod factum est, & quod corrūpitur, vel corruptum est, vel quod non est, non esse nisi in instāti & quæ dicit Aristoteles, firmantur in hoc, q si ipsum tps componitur ex momētis, simul est fieri, & factum esse, qm̄ non pōt fieri res in tpe diuisibili, & esse facta in instanti, cū apud eos non detur tps diuisibile, & sic oportet dicere aut materiā esse sine formis, aut formas duas esse in eadem materia in eodem tpe indiuisibili.

Non. n. eadem & iis ratio erit qui non indiuidua tempora fatentur, nam factum est, atq; est in ipsius temporis in quo fiebat ultimo puncto, cui nihil attiguum est, nihilq; deinceptitum, licet indiuidua tempora deincepitia sint.

Ostendit nunc q ea positio quæ dicit tempus constare ex temporibus diuiduis conuenit veritati dictæ de generatione & corruptione, atq; oī mutatione, & inquit. Non. n. eadem & iis ratio erit qui nō indiuidua

B tempora fatentur, quæ erat contra ponentes tempus constare ex indiuiduis, & ita hæ veritates consonant, subdit causam dicens, nam D ipsum factum est, & est in actu in ipsius temporis in quo fiebat vltimo pūcto, vt in C, cui pūcto C, nihil attiguum est, hoc est nullum aliud punctum immediatum est, nullumq; deincepitium, immo quibusuis punctis temporis datis, semper mediat tempus, licet post illud C, sint indiuidua tempora deincepitia, nam post illud est tempus in quo sunt momenta infinita, & hoc Sorticolæ aiunt immediate post C, instans quod est præsens est aliquod instans, nullum tñ instans est immediate post C, sed tempus, nā bene tempus esse potest momento continuum, non autem momentum. Sic igitur cum veritate prædicta, patet stare hanc secundum veritatem.

RECOGNITIONES.

C Nunc ostendit, q qui dicunt tempus non cōponi ex atomis potest saluare argumentum, quia pōt dicere ipsum fieri esse in tempore præcedenti diuisibili, & continuo, ipsum factū in C instanti, qd' est momentum, & primum instans esse, & propterea dicit, {non .n. eadem erat rō in non atoma diuidentibus, sed ipsius temporis in quo fiebat, factum est in vltimo signo, cui nihil} hoc est nullū signū {est habitum, ac consequenter,} cum non sit instans immediatum instanti, & sic possunt saluare in alio tempore rem fieri, & in momēto esse factam, {sed} fm veteres {indiuisibilia tēpora sunt consequenter,} & sic non possunt saluare. Ex iis sequitur fm Aristo. q licet instans non sit instanti immediatum, tñ tempus est immediatum instanti, sicut licet punctum puncto nō sit immediatum, tñ linea est immediata puncto, qm̄ diuisibile bene potest esse immediatum indiuisibili. Sed dubitatur primo, qm̄ anti-


D qui possent saluare non simul esse fieri & rem factam esse, qm̄ possunt dicere rem fieri in pluribus temporibus indiuisibilibus, & factam esse in vltimo tempore indiuisibili. Secundo dubitatur, qm̄ sequitur instanti tempus est immediatum & in tempore est instans, igitur instanti immediatum est instans, valet enim immediate post hoc instans est tempus, & in tempore est instans, igitur immediate post hoc erit instans. Tertio dubitatur, propter quod C, instans communc potius se tenet cum sequenti, ita vt sit primum instans esse sequentis, & non se tenet cum præcedenti, ita vt sit vltimum instans præcedentis, & vltimū non esse sequentis. Ad primam dicēdum, q si tempus componitur ex indiuisibilibus, vt veteres dixerūt, oportet dice-

re totum tempus esse indiuisibile, & quodlibet tēpus, quod tu signabis esse omnino indiuisibile, patet Sexto huius qm̄ compositum ex indiuisibilibus est indiuisibile, cum indiuisibile additum indiuisibili non faciat maius, Sed totum aggregatum erit indiuisibile, tūc dicendū φ hoc positio, non potest esse ipsum fieri, quin sit factum, qm̄ si in tempore præcedenti aggregato ex pluribus temporibus indiuisibilibus sit ipsum fieri, in tempore præcedenti indiuisibili erit ipsum fieri, qm̄ tempus præcedens, cum sit compositum ex indiuisibilibus est indiuisibile, & si ipsum fieri erit in tempore indiuisibili, igitur erit in illo ipsum factum esse, & sic nunquam fieri esse poterit, quin sit factum esse, Ad secundum dicendum immediate post hoc instans, qđ est præsens, esse tempus, & concedo in tempore esse instans, nego tñ instans esse immediatum instanti, qm̄ in tempore immediate post hoc sunt infinita instātia, inter quorum quæcunq; semper est tempus medians, & sic semper ante quodlibet instans est tempus, & instans. Ad tertiam rñdet Auer. in cōmen. φ commune illud instans, quod dicitur C, potius se tenet cum sequenti, qm̄ sequens est esse, & qñ aliquod cōe est, potius se debet tenere cum nobiliori. Sed hæc ratio est rhetorica, qm̄ id quod sequitur est ens, & non ens, ens genitum, & non esse præcedentis, veluti illud quod præcedit, est esse, & non esse, esse proprium, & non esse sequentis. Quare non videtur magis cum vno q̄ cum altero se debere tenere, propterea dicendum, φ ideo se tenet cum sequenti, qm̄ non potest se tenere cum præcedenti, qm̄ si posset se tenere cum forma præcedenti, tunc posset esse vltimum intrinsecum formæ præcedenti, & si est vltimum intrinsecum formæ præcedenti, tunc verum erit dicere in ipso esse formam præcedentem, & immediate post illud nō esse, modo hoc est impossibile, qm̄ si in illo pręcedēs forma est, post illud adhuc erit, qm̄ forma pręcedens non potest corrumpi nisi per alterationem, quare si in illo erit, adhuc post illud erit, cum alterationis non sit vltimum, per quam res corrumpitur, & hæc est vera causa, quam Auerro. ignorauit. Aristo. in. 6. Physicorum assignauit, dixit. n. oēm gñationem, omnemq; corruptionem fieri per alterationem, si igitur rei permanentis daretur vltimum esse, alterationis, per quam corrumpitur daretur vltimum esse, & sic posset alteratio, per quā res illa corrūperetur, esse in instanti, verum de re hac alibi diximus, qm̄ etiam alterationem esse subitam concessimus.

Quæ cum ita sint perspicuum est si in A, toto tempore aliquid fiebat, non esse maius id tempus in quo factum est & fiebat, eo tempore quo toto duntaxat fiebat, rationes igitur quibus aliquis, tanq̄ propriis rē hanc credet, hæ et tales sunt.

Secundo principaliter infert. Aristote. ex dictis, non esse magis tempus generationis & geniti esse, quàm tempus generationis tantum, quoniam tempus generationis erat totum A, vsq; ad C, exclusiue, id io quo erat res genita primum est ipsum C, momentum, mo do tempus cum vno momento non est maius tempore sine illo momento, qm̄ indiuiduum cuicunq; additur neq; maius neq; minus facit, veluti non est maior linea cum puncto B, quam sine puncto illo, deinde epilogat & sermo patet. Colligunt autem iuniores in his textibus multas regulas de primo, & vltimo rerum, quæ cum sint claræ, & à nobis in Sexto plerunq; expositæ, omittantur.

E *Logice autem si considerabimus, etiam hoc idem accidere videtur, oē. n. quod continue mouetur, modo nihil obsistet, in quod latione venit, in id etiam prius ferebatur, ut si in B uenit etiā in B ferebatur, et non solum cū prope erat, sed statim etiam cum moueri cœpit. Cur. n. nunc magis quā prius. Similiter etiā in cæteris, sed id quod ex A, fertur in B, ueniet rursus ad A, continuo motu, igitur cum ex A fertur in C, tum & fertur ad A, eo motu, quo mouetur ex ipso C, quare contrariis motibus simul mouebit, recti. n. motus cōtrarij sunt.* Tex. 70.



F Hactenus per rationes naturales, quas propria vocat, quia huic sciētię conuenientes, nunc per cōes siue probabiles, & arguit primo sic. Si motus reflexus est vnus & continuus, idem mobile recederet ab aliquo, & ferebatur ad illud. Ad huius deductionem supponit, omne quod venit tandem ad aliquid continue prius ferebatur ad illud contiuue, modo nihil prohibeat, vt si ipsum D mobile venit in B, etiam in B, ferebatur, hæc suppositio est intelligenda, vt ait, non tantum cum ipsum D prope est ipsum B, sed etiam cum remotum, quia non videtur magis qñ prope, q̄ antea, & vt dico dē B, ita de omnibus punctis, ad quæ tandem ipsum D veniet. Ex iis igitur sumatur hæc maior, oē quod venit ad aliquid motu continuo, prius ferebatur ad illud, cui addit minorem dicens, sed id quod ex A, fertur in G B, veniet tandem continuo motu rursus ad A, igitur cum ipsum D, ex A, fertur in C, siue in B, tunc etiam fertur ad A, eo motu, quo mouetur ex ipso C, versus B. Ex iis sequitur impossibile prædictum, videlicet φ idem in simul & semel moueretur motibus contrariis, recti. n. (vt ait) motus contrarij sunt. Addit autem verbum illud propter circularem, in illo. n. motu mobile fertur ab vno puncto & ad illud punctum, vt sol ad ortum & ab ortu, sed isti motus non sunt contrarij, veluti sursum & deorsum motus, in talibus. n. idem mobile ferri à centro, & ferri ad centrum videtur impossibile simul & semel.

Insuper etiam sequitur simul cum hoc ut ex eo moueetur in quo non est, quod si hoc sit impossibile, necesse est stare in C, non ergo unus hic est motus, motus nāq; qui statu intercipi- H *tur non est unus.*

Secundo ad idem infert φ aliquid ferretur ex aliquo puncto in quo non est, non. n. potest mente sana concipi vt testudo feratur ad scholas ex foro in quo tunc non est, nec erat, deduco consequentiam. Nam cum D ipsum ab A, fertur in A, vel fertur in A, ab ipso A, aut ab alio, videlicet ab ipso C, non ab ipso A, quia non oportet ferri ad ipsum, cum sit in ipso, habitibus. n. præsentibus in subiecto cessat motus, igitur fertur ex non A, & per consequens ex C, sed ipsum D, non erat in C, per casum, igitur aliquid fertur ab aliquo in quo non est nec hactenus fuit. Deinde epilogat totam rōnem, & sermo patet. Sed dices retorqueo argumenta de motu solis ab ortu in ortum, & sequit̄ primo aliquid ferri ad aliquid quod habet, vt si sol moueretur ab ortu, tunc fereretur ad ortum, & esset in ortu. Præterea tūc

moueretur ad ortum ab eo in quo non esset. Dicẽdum in circulari nullum esse punctum quod non sit principium & finis, ideo nõ est absurdum solem moueri ad ortum, & esse in ortu, quia punctus ille est naturaliter finis & principium, mouebitur.n. ab illo vt est principium, & in illud, vt est finis. Præterea in motu circulari sol potest moueri ab eo in quo est, vt ab ortu in quo est, nõ mouebitur ab eo in quo non est, at in recto hæc sunt absurda quia ibi est punctus naturaliter finis, & punctus naturaliter principium. Hæc sunt supplenda.

Auer. vigorat rõnem primam Arist. hunc in modũ, supponit.n. sem pin motu esse deperditionẽ termini à quo, & acquisitionem termini ad quem. Ex hoc arguit, si mobile motu vno reflexo moueretur, tunc eundem terminum continuo deperderet, & eundem continuo acquireret, quod est impossibile, cum acquisitio & deperditio respectu eiusdem sint rationes contrariæ. Et si quæratur absolutè vtrum ĩ motu recto deperditio sit in eadem parte in qua est acquisitio, an in alia, vř respõdere Auer. ꝙ sic, qñ, videlicet terminus nõ est vnus qui est à quo, & ad quem, in motu.n. recto inter cõtrarios terminos facto eadem pars mobilis est quę deperdit & acquirit, ait tñ ꝙ hæc pars non est permanens, & terminata, qm̃ continuo subijcitur aliis atq; aliis deperditionibus & acquisitionibus. Sic igitur patet, ꝙ acquisitio & deperditio respectu diuersorum terminorum sunt de facto in eadem parte, respectu eiusdem termini non est possibile, ipse tñ ait sic, & vtrunque illorum est in parte transmutati, alia à parte in qua est reliquum, sed sunt non determinata in se, nec quo ad nos, quasi dicat, ꝙ licet idem mobile numero acquirat & deperdat respectu diuersorum terminorum, non tñ ſm eandem partem determinare, sed ſm diuersas indeterminate, non ſm vnam determinate, quia non permanenter, cum continuo sit alia atq; alia. Secundum diuersas quatenus mobile ſm vnam partem est in termino à quo, & ſm aliam in termino ad quem, igitur ſm eandem, & ſm diuersas. Secundum eandem ratione habita ad mobile, ſm diuersas ratione habita ad terminos, penes quos mobile tenet vnam partem ad vnum, & aliam ad alium. Vlterius dicit ꝙ rationes dicendæ sunt logicæ, quia vtuntur propositionibus communibus pluribus scientiis, dicitur.n. ratio logica multifariam, aut quia per instrumentum logicæ, & sic omnis ratio est logica, nam omnis est, aut enthymema, aut exemplum, aut inductio, aut syllogismus ad id genus, quæ instrumenta sunt logicæ. Aut dicitur, quia est ex propositionibus communibus multis scientiis, vt hæ rationes, hæ.n. vtuntur illa, opposita non possunt esse in eodem, & illa, transmutabile est in potentia ad terminum ad quem, quæ etiam est communis. Tertio potest addi ꝙ dicitur logica, quia per regulas logicæ, vt qñ à diuisis ad cõiuncta, qñ à parte ad totum, & in alijs id genus. Quarto dici potest logica, quia per extranea non conuenientia pluribus scientiis, sed extranea à sciã in qua fit ratio. Aut quinto, quia per probabilia, & famosa. Ad propositum hæc ratio dicitur logica, quia vtitur propositionibus communibus, illa propria, quia vtebatur propriis propositionibus. Vlterius Auerro. glossat propositionem Aristo. erat enim, ꝙ oẽ motum continue peruenit ad vltimum terminum, ait esse intelligẽdum in motu naturali, & in motu aĩali, in vtroq; .n. mobile intendit terminum ad quem, & in vtroque venit ad illum, nisi impediatur, naturale quidem ab ali-

An cuiuslibet rei permanentis sit dabile primum instans sui esse et non vltimum, & cuiuslibet

A quo violentante. Animal vero à nouo proposito, vel aliquo violentante vel fortius concitante, propterea addit nisi impediatur, nam impedita non perueniunt ad terminum primo constitutum. Hæc in commento sunt. Animaduerte (vt prius diximus) ꝙ motus reflexi non possunt continuari vt Aristo. dicit omni impedimento deducto (vt Aristo. inquit) nisi aliquid prohibeat, ergo ratione prohibentis potest secundus continuari primo, vt in casu de faba obuiãte molari. Primus .n. motus potest esse naturalis sursum, vt si moueretur portio ignis, per accidens autem ratione prohibentis secundus poterit priori continuari etiam (vt Auer. dicit) si vterq; est violentus accessus & recessus possunt esse continui à violentante, vt de faba obuiante molari. Ex his sequitur aliquid posse moueri motibus contrariis altero per se, altero ratione violentantis, similiter
B idem potest contrariis motibus moueri vtroq; violenter. Præterea per accidens potest aliquid moueri ab eo in quo non est, vtpote ratione prohibentis, vt patet.

rei successiue, sit dabile primum & vltimũ instans sui non esse. Vide Ioan. de mag. q. 6 huius. Vide etiam Bur. q. 6 huius.

RECOGNITIONES.

VIs rationis est hæc, ponatur D moueri ab A in C, & ab ipso C, iterum in A, vel in C quiescit, vel nõ. Si quiescit, ergo motus reflexus non est vnus & continuus, si autem in C non quiescit, igitur D mobile quod mouetur ab A in C, & motu continuo A C, iterum in A mouebitur duobus motibus contrariis. Quod vero ad verba attinet, Aristo. ponendo suppositionẽ, addit, {si A nullo prohibetur,} & hoc propter casum de faba occurrente sibi molari, & sic Aristo. soluit argumẽtum iuniorum de faba, nam per accidens idem mobile, vt faba potest moueri contrariis motibus, & sic motus re
C flexus per accidens potest esse vnus, continuusq;, qm̃ non ratione eius, quod mouetur, sed per accidens ratione molaris descẽdentis, faba.n. per se mouetur sursum, per accidens vero ratione occursus molæ deorsum, & sic simul sursum & deorsum motu continuo, & vno, sursum quidem per se, deorsum vero per accidens ratione prohibentis. At vbi non fuerit prohibens, motus reflexus non poterit esse vnus, qm̃ tunc aliquid per se moueretur duobus motibus contrariis, simul autem & ex hoc mutatur in quo non est. Contra qm̃ eodem modo argumentabor de motu circulari, mouetur.n. sol ab ortu in occasum, & continuo motu redit in ortum, igitur potest moueri ab eo in quo non est, qm̃ vel mouetur ab ortu in quo est, redeundo in ortum, vel ab occasu, in quo non est: non ab ortu, qm̃ in eo est, & sic nõ mouebitur in ortũ, habitibus.n. præsentibus cessat
D motus. Si ab occasu, igitur mouebitur ab eo in quo nõ est. dicendum aliter esse in rectis, & in circularibus, & ideo pro solutione supponenda sunt duo, primum ꝙ motus circulares facti in diuersis lineis non sint oppositi, vt motus solis ab ortu in occasum per lineam medij cœli, & ab occasu in ortum per lineam mediæ noctis. Sed motus ab ortu in occasum per lineam medij cœli & ab occasu in ortum per eandem sunt oppositi, nam tales motus sunt recti, facti tñ in lineis circularibus. Secundo suppono aliter esse de motu circulari, & aliter de recto, nam de natura motus circulares est, vt idem sit principium, & finis, quoniam habetur verum terminum naturaliter, cum nullus sit terminus, nullum etiam principium. At de natura motus recti naturalis, vel animalis est vt terminus à quo, sit oppositus termino ad quem, vt patet in omnibus, tunc dicendũ ꝙ istæ

 duæ

duæ non valent contra motum circularem, qm̃ in illo verum est aliquid moueri in eum pũctum, in quo est, non.n.in motu circulari verum est ꝙ habitibus præsentibus in materia, cesset motus, cum de natura sua sit vt copulet principium fini. In recto autem hæc sunt impoßibilia, qm̃ de ratione sua est, vt terminus à quo, & terminus ad quem sint oppositi, & sic cessat prima ratio, cessat etiam secunda, qm̃ sol non mouetur ab eo in quo non est, sed ab ortu in quo est, & redit in ortum. At in recto oportet, qm̃ in recto habitibus præsentibus cessat motus, & sic motu recto nihil potest moueri ab eo, in quo est.

Tex.71. *Præterea ex iis ẽt magis uniuersaliter de oĩ motu idem patebit. Nam si oẽ quod mouetur, motuũ dictorũ aliquo mouetur, etiam qđ quiescit, aliqua quiete ex iis quæ illis opponuntur quiescit, nullus.n. alius præter hos erat motus, id autem quod non semper hoc motu mouetur, eorum motuum dico qui specie differunt modo nõ sit pars totius, necesse est, ut opposita quiete prius quiescat. Est.n. quies priuatio motus.*


Secundo ad idem arguit, & supponit duo (vt mihi vr̃.) primum, ꝙ oẽ quod mouetur, aliquo motuũ definitorum in Quinto, necesse est moueri, vt gñatione, aut auctione, aut alteratione, aut latione, & hoc propterea, quia nõ sunt plures motus siue mutationis spẽs, q̃ illæ in Quinto enumeratæ, cum ad quatuor tm̃ prædicamẽta sit motus siue mutatio, etiam quod quiescit, necesse est vt quiescat aliqua qete opposita alicui illorum motuum vt vel quiete opposita lationi, aut auctioni, aut alicui id genus huius ratio est, quia nullus alius est motus præter illos, nulla quoq; quies. Secunda suppositio est, quod oẽ quod non mouetur aliquo horum motuum enumeratorum in Quinto, necesse est vt quiescat aliqua quiete opposita ei motui, quo est aptũ moueri, vt alterabile si non actu alteratur, necesse est quiescat quiete opposita alterationi, & augmentabile si non augetur, etiã quiescat quiete opposita, auctioni, & in aliis id genus similiter. Sed contra secundam sup- *Dubitatio. 1.*
positionem dupliciter est instare. *Secunda.* Primo, quia hippocentaurus non mouetur motu locali, & tñ non quiescit à latione, cum non sit. Secundo sit vnus motus alterationis albatio, cuius vna medietas sit A B, & alia B C. Tunc arguo M mobile non mouetur secuoda parte albationis, videlicet B C, dato ꝙ incipiat moueri, sed pars albationis est albatio, igitur non mouetur albatione, & tñ non propter hoc verum est M, quiescere ab albatione, quia posui ipsum moueri parte prima albationis A B. *Solutio.* Ad has obiectiones respondetur, prima tollitur, quia Arist. supponit constantiam subiecti, vt videlicet mobile sit, secundã soluit per id quod subdit dicens, modo non sit pars totius, & ita bene concedo M, non moueri B C parte albationis, & tñ non quiescit ab albatione, quia mouetur prima albationis parte. Est igitur suppositio secunda, quicquid non mouetur aliquo toto motu illorum, nec aliqua parte illius, quiescit quiete opposita alicui motui illorum, quicquid sit, illa ratio nulla est, nam bene concedo M non moueri B C parte albationis, non tñ concederem M, non moueri aliqua parte albationis, vt Sorticolæ etiam sentiunt. Debes scire ꝙ hæc ratio facienda appellatur vniuersalior, quoniam prior fuit de motu locali, hæc est communis omni speciei motus.

A B C

M

An generatio mẽsuretur tpe vel instanti. Vide Egid. 70.[illegible]

Si igitur hæc ita sint, et motus quidẽ recti contrarij sunt, neq; ẽt contingat ut aliquid motibus contrarijs simul moueatur, id quod ab A fertur in C nõ ex C, quoq; simul fertur ad E *A; atq; cũ non simul utrisq; feratur motibus, & mouetur dicto motu ex A in C. prius in ipso C quiescat necesse est, hæc .n. est illa quies quæ opponitur ei motui quo pgitur ex C ad A. Ex iis igitur pspicuum est non esse hunc motum continuũ.*



His suppositis, vlterius ponit tertiam suppositionẽ, ꝙ nihil potest in eodem tempore moueri motibus cõtrariis, vtpote sursum & deorsum insimul, huic addaẽ F minor, sed motus ex A deorsum in C sursum, & è contra ex C in A sunt contrarij, igitur ipsum D non potest simul iis motibus cõtrariis moueri eodem tempore, & hoc inquit. Si igitur hæc ita sint, & motus, quidem recti contrarij sunt, neq; etiam contingit, vt idem motibus cõtrariis simul moueatur, ex iis sequitur hæc tertia suppositio, videlicet ꝙ id quod ab A fertur in C, nõ ex C quoq; simul fertur ad A: hæc est tertia. Ex iis põt intentum enthymematice inferri hunc in modum, atq; cum non simul vtrisq; feratur motibus, & mouetur dicto motu, videlicet ex A in C prius in ipso C, quiescat necesse est. *Dubitatio.* Sed dices contra Arist. consequentiam nõ valere, nam cauillator cõcedet ipsum D anteq̃ moueatur in A quieuisse, sed nõ in C, sed in spatio medio inter A, & C, quia non est inconueniens aliquid moueri & quiescere simul & semel, vt D, quiescit cum moueẽ G sursum versus C quiete opposita motui facto ex C in A, & mouetur motu ex A in C, & sic nõ sequitur ipsum quiescere in C, sed in C, vel in spatio ante C, quod etiã tunc mouebatur. *Responsio.* Ad hunc cauillum refellendum subdit, hæc.n. est illa quies quæ opponitur ei motui quo pergitur ex C, in A: in quibus verbis dat intelligere ꝙ ipse loquitur de quiete in termino à quo, hæc.n. opponiẽ motui, vt priuatio habitui, modo terminus à quo secundi motus est in C. igitur debet quiescere in C anteq̃ feratur ad A per secundam principalẽ suppositionem. *Syllogismus.* Ex iis potest syllogismus formari sic. Oẽ quod mouetur ad aliquid prius quieuit in termino à quo cõtraposito illi termino, sed D mouetur ad A: igitur quieuit in termino contraposito ipsi A, & sic in C ipso qđ ipsi A cõtraponitur, & per hæc patet ꝙ non oẽs hæ suppositiones sunt vtiles ad syllogismũ, sed bene ad cauil- H los posibiles fieri contra rõnem, prima.n. suppositio videlicet ꝙ non sint plures motus illis traditis in Quinto facta est, quia aliquis potest concedere nullum motum reflexum esse vnum & continuũ de his motibus dictis in Quinto, sed est alius adhuc motus, qui est reflexus & continuus, de quo non valet ratio, ideo Aristot. ad hoc supposuit nullum esse motum alium præter illos, secunda suppositio fuit maior nostri syllogismi, vt patet, tertia suppositio, ꝙ nihil idem mouetur ex A in C, & ex C in A simul & semel, etiam facta est propter cauillos, nam aliquis posset cauillando dicere idẽ posse illis motibus moueri, contra hoc accepit quòd nihil motibus contrariis mouetur. Hæc sunt quæ mihi videntur circa literæ expositionem. Auerro. autem parũ de serie textus curans rationem reducit ad duas propositiones, prima est, quicquid mouetur aliquo motu di-


ctorum

ctorū in Quinto, necesse est vt moueatur à quiete opposita illi motui, hoc est, necesse est vt prius quieuerit in termino à quo, termino ad quē mouet contraposito. secunda oē quod mouet duobus motibus oppositis necesse est vt singulariter & seorsum moueat nō simul & semel in eodem tpe. Ex iis sequitur, vt oē motū qd duobus oppositis motibus mouetur, necesse est vtroq; motu moueatur quietē quadā intercepta, quē consequentiā quā rōnē valeas, ex textu constat. Secūdo declarat differentiam inter hanc rōnem, & rōnem paulo ante factam, & vult q conueniant & differunt, conueniunt quidem in ea propositione quæ dicit impossibile duos contrarios motus esse simul in eodem, differunt vero quo ad modū deductionis, nā prima inferebat, si motus reflexus est vnus, igitur cōtrarij motus in eodē. Secunda facit opposito modo, si nō possunt esse contrarij motus, in simul, igit quod mouetur oportet, vt singulariter & seorsum moueat quiete intercepta, hęc est dria, & conuenientia. Vlterius Auer. illam propositionem, nihil mouetur motibus differentibus specie intelligit, qñ vnus motus non est alterius finis, velut est illuminatio domus quæ sequitur motum candelę. De hac dictum est commento. 62.

Tex 72. *Adhuc autem & hæc ratio magis dictis propria erit. Si simul. n. corruptum est non album, & album est genitum, si igitur alteratio quæ itur in album ex non albo, atq; ex albo ad non album continua sit, nulloq; tempore quies intersit simul corruptum est non album, & factum est album, & factum est non album, horum. n. trium idem est tempus.*

Non album.	Album.
A	B

C Tertio arguit etiam p impossibile, si motus reflexus est vnus atq; continuus, igitur simul aliquid est corruptum in non albo, & factū non albū. Vbi debes scire q tria sunt, corrūpi nōn album, fieri albū, fieri non albū, quibus si addatur quartū, videlicet corrūpi album, esse possunt sex coniugationes. Quarū duæ claræ constāt, vt corrumpi album fieri non album, & corrumpi non album, & fieri album. Ex hoc arguo, vbi alteratio ex A, in B esset vna & cōtinua cum alteratione ex B in A, tunc simul essent tria, videlicet corrūpi album, fieri al-



bum, & fieri non album, quorum duo sunt opposita & incompossibilia, videlicet fieri album & corrumpi album, tertium etiam est incompossibile, licet non di-

A recte, consequentia patet, nam si alteratiō ex A in B, fit corrumpi non album, & alteratio ex B in C, est fieri non album, & hic motus est vnus, & continuus, igitur simul & semel D, mobile alteraretur corruptione non albi, & generatione non albi, quæ sunt incompossibilia. Sed dubitabis forsitan dicendo q D, nigrum in prima parte temporis corrumpitur in non albo & fuā nigredine in secunda parte temporis fit non album, & generatur in sua nigredine. Modo hæc non sunt incōpossibilia sm diuersas temporis partes. Huic dici potest q Aristo. supponit vnum commune omnibus rationibus q quicquid mouetur ad aliquid q cito incipit moueri ad illud, tam cito mouetur motu denominato ab illo, vt quicquid incipit moueri ad album incipit albari. Ex hoc arguitur D. mobile incipit moueri ex A in B, igitur mouetur corruptione non albi ponendo q motus ille sit corruptio non albi. Amplius D, mobile incipit moueri motu ex B in A, qui incipit moueri ex A in B, quo per te vnus est motus continuus, qui est ex A in B, cum eo qui est ex B in A, & ita quicquid incipit moueri vno illorum incipit moueri alio, quare p tunc cum D, mouetur motu ex A in B, hoc est corruptione non albi, mouebitur etiam motu ex Bin A, qui est per casum generatio non albi, & ita simul & semel erit D motum generatione non albi, & corruptione non albi, & ita cum est non album mouebitur corruptione non albi, & generatione non albi, & dum est album mouebitur gñatione albi & gñatione non albi. Solutio. An generatio sit idem quod motus. Vide Egid. t. 70. huius.

D		
A	Corruptio non albi.	B
A	Generatio non albi.	D B

Ex iis potest componi syllogismus sic, quicquid mouetur aliqua parte alicuius motus continui & vnius, mouetur toto illo motu, ipsum D. mouetur A B motu qui est pars totius motus A B B A. Igitur simul & semel mouebitur motu A B B A. Et cum A B sit corruptio non albi, & B A generatio non albi, igitur D, mouetur simul & semel corruptione non albi & generatione non albi, & sic patet ratio Aristo. quam non intelligunt iuniores. Quod vero ad verba attinet sciētias græcum codicem esse mancum.

Præterea non sit tempus continuus sit, motus etiam continuus erit, sed deinceps itius, quo nāq; modo contrariorum motuum, ut dealbationis & denigrationis idem erit finis.

D Soluit cauillum, nam duorum motuum potest esse idem tps, vt dealbationis & denigrationis, videlicet hoc sa vel dicas, igitur denigratio & albatio sunt vnus motus. Rñdet negādo consequentiam, potest q esse idem tps duorum motuum, & nulli motus vnus non erunt, vt albationis & denigrationis diuersorum mobilium. Nam ablationis & denigrationis non potest esse vnus finis, igitur nec possunt esse motus vnus, cum vnitas motus ab vnitate finis accipiatur Quinto huius, & ita possunt esse attigui, nōn tamen vnus.

D	generatio albi. nigri	
A	corruptio non albi	B
	generatio non albi. nigri	D
	corruptio albi.	

RECOGNITIONES.

ET si hæc rõ satis pulchre in cõmentarijs sit exposita, tñ pro declaratione dilucidiori, animaduerte, ꝙ Arist. per corruptioné non albi intelligit corruptioné nigri, nigrum.n. est uon album, & sic per corruptioné non albi, intelligit corruptioné nigri, ergo corruptio non albi est generatio albi, qm̃ corruptio nigri est generatio albi per generauonem vero non albi, intelligit generationem nigri propter eandem cãm, & intelligit ẽt corruptioné albi, non.n. põt nigrum generari, quin album corrumpatur, his expositis, Aristoteles ponit casum ꝙ D, mobile moueatur corruptione non albi in C, terminum ad quem, hoc est corruptione nigri, quæ nihil aliud est q̃ gñatio albi, & sic ponit casum D moueri ex A in C, gñatione albi, deinde moueri C, in A generatione non albi, hoc est generatione nigri, quæ nihil aliud est q̃ corruptio albi. Quare ponit casum D moueri ex C, in A corruptione albi, casu stante, quærit vtrum in C, quiescat, vel non. si quiescit, non ergo motus reflexus ex A in C, & ex C in A, est cõtiuuus. Si vero non quiescit in C, Sed motu vno, atq; continuo mouetur D ex A in C, & ex C in A: ergo D, simul mouebitur corruptione non albi, hoc est generatione albi, & generatione non albi, hoc est corruptione albi. Quare idem D, mouebitur quatuor motibus, qui sunt duo oppositi tantum, videlicet gñatione albi, & corruptione albi, vel quod idẽ est corruptione uon albi, & gñatione non albi, vnde dicit. {Amplius aũt & hæc rõ magis propria est ijs quæ dicta sunt de generatione, & corruptione} tunc supponit id quod dictũ est, videlicet ꝙ idẽ sit corruptũ esse non albũ, & genitũ esse album, qm̃ non albũ est nigrum, & sic idẽ est corruptum esse nigrũ, & genitum esse album, & è conuerso idem est generatum esse non albũ, & corruptũ esse album, qm̃ nõ album est nigrũ, & dicit {simul.n. corruptum est nõ album} hoc est nigrum, {ꝙ factũ est albũ,} hac suppositione stanti, argumentatur, {si igitur continua est alteratio ad albũ,} quod est in C, ex non albo hoc ex nigro, {& ex albo} in A, non album, hoc est nigrum, {& non manet} D, in C albo {aliquo tempore, simul corruptum est non albũ} hoc est nigrũ, & subaudi factũ est album, {&} etiam {factum est non albũ,} hoc est corruptum album, {trium.n. erit idem tempus} & per tria intelligit corruptum esse non albũ, & factũ esse album, & factum esse non album, & non solũ trium erit idem tempus, sed quatuor, qm̃ simul corruptũ est non albũ.i. nigrum, & factum est album, & factum est non album.i. nigrum, & corruptum est album, quæ quidem sunt absurda, quoniã sequitur D, moueri duobus motibus contrarijs insimul.s. generatione albi, & corruptione albi, & corruptione nigri, & generatione nigri.

Ad motus qui per orbem fit unus atq; cõtinuus erit, cum nullum impossibile accidat, id.n. quod ex A mouetur simul mouebitur ad ipsum A eadem appetitione. Ad quod nanq; peruenit, in id ẽt mouetur, sed non simul contrarijs motibus mouetur, neq; oppositis, non.n. omnis motus quo ex hoc itur, contrarius aut oppositus est ei quo itur ad hoc, sed contrarius quidem est rectus, cui quidem is contrarius est, qui est secundum locum, ceu is qui per diametrum fit, distat.n. plurimũ, oppositus aũt est qui fit per eandem longitudinẽ, nihil prohibet ut talis motus cõtinuus sit, nulloq; tẽpore deficiẽs.

Ex ijs cõcludit ꝙ solus motus circularis est perpetuus & cõtinuus. Quod hac rõne patet, nam est aliquis

An motus cir-

E motus cõtinuus & perpetuus, vt est demonstratũ, & ille non põt esse alteratio, nec gñatio, nec auctio, nec latio recta, igitur est circumlatio: hoc tñ persuadet, quia hoc posito non sequuntur impossibilia deducta in motu recto, non.n. sequitur idem moueri motibus cõtrarijs, cũ in circulo nulla sit cõtrarietas, proprie.n. cõtrarius & oppositus est rectus recto, videlicet qñ fiunt & sunt fm eandem diametrum, sic igitur merito distantiæ non potest esse in orbiculari motu contrarietas.

culari sit vnus & continuus.

Vide Egi. hic.

Insuper etiam qui quidem orbicularis motus est is ab eodem est in idem, at rectus ab uno in aliud.

Secũdo ꝙ in orbiculari nõ sit cõtrarietas psuadet secundo rõne terminorũ, nam orbicularis est ab eodẽ se ipsum in seipm, at rectus ẽ ab vno siue à seipso ĩ aliud.

Etiam qui in orbe fit, nunquam fit in eisdem, rectus vero
F *persæpe in eisdẽ agitatur, is igitur motus qui semper in alio atq; alio fit, cõtinue fieri põt, qui aũt in eisdem persæpe fit, nõ põt. Nõ moueri cõtrarijs motibus simul necesse esse.*

Tertia via mediorum idẽ syllogizat sic, oĩs motus qui semper in alio atq; alio fit medio, perpetuus esse põt, qui vero in eodẽ & per idem mediũ, esse non põt perpetuus & cõtinuus: sed motus in orbe fit in alio atq; alio medio, rectus vero in eodem medio, igitur orbicularis esse põt perpetuus, rectus non. Quòd vero qui ꝑ idem mediũ fit, nõ possit esse perpetuus, eo patet, quia non põt esse nisi reflexus, quem demonstrauit non esse perpetuum, per hoc, quia aliter motibus contrarijs idem simul moueretur, rectus.n. si debeat esse perpetuus, oportet vt per idem interuallum reflectatur, & propterea esse non potest perpetuum orbicularis per alia proficiscitur media, si quidem vnus secundum
G vnam partem vergat ad vnam semicirculi partem, alius ad aliam, & cum non fiat per eandem

H viam, ideo non est reflexus, & per cõsequens põt esse perpetuus. Huius exemplum est sol in B puncto constitutus mouetur ab ipso D, ortũ per culmen meridiei in A, & occasum in B, medium imum C, demum rediẽs in A diceretur aũt per idem medium redire, si ab ipso D rediret in C, & inde in B, & inde in A, demum in D. hac.n. rõne fieret per idem mediũ, & hac rõne esse non põt continuus & perpetuus, qm̃ est reflexus, & in puncto reflexionis per antedicta, oportet esse quietem, vniuersaliter.n. dictum est inter omnes motus reflexos tam orbiculares, quàm rectos esse discontiuuationem. Ex ijs patet veritatem rationis Aristo. omnino.

Quare fieri nequit, aut ut in semicirculo quicquam, aut in alia ulla circunferentia continue moueatur, sæpe enim per eadem moueri, contrarijs mutationibus mutari necesse erit,

non

non. n. principiũ finis ibi coniungitur, in circulo vero coniungitur, igitur hic solus est perfectus.

Ex ijs infert nullũ aliũ motũ esse perfectũ nisi orbicularem, & syllogismus est, omnis ille motus qui principio finem cõiungit, est perfectus, solus circularis principio finem copulat, quare hic solus perfectus erit: minor patet, quia motus factus in recto spatio, aut in semicirculo, si debet esse perpetuus, debet esse reflexus, & sic accidit idem moueri per eadem media contrarijs motibus, & ita nullus illorum copulat principio finem.

Quæ Auer. com. 72. An in circulo reperiatur contrarium. Vide Egi. hic.

{Ex cõmento colliguntur quatuor.} Primũ φ non solũ est de facto circulatio perpetua & cõtinua, sed de possibili. Vñ dici põt φ est de inesse, necessario inesse, & posi inesse, de inesse quidem, quia declaratum est de inesse aliquẽ motum esse perpetuum & continuum, & hic esse non põt gñatio, nec alteratio, nec auctio, nec latio recta, restat vt de inesse sit circulatio. De necessario vero inesse, si debeat gñatio & corruptio esse perpetua de posi inesse vt Auer. ait, quia posse est illud quo posito inesse non accidit impossibile, mõ Arist. in litera declarat φ posito motu circulari perpetuo, nullum emergit impossibile, hoc est primum. Secundũ est causa quare motus recti naturales facti reflexe sunt cõtrarij, & ad hoc assignat duas rões, naturalẽ quidẽ, qm̃ loca ẽ quibus & ad q̃ sunt naturaliter cõtraria, vt sursum & deorsum loca, mathematicam vero, quia contraria sunt q̃ maxime distant. 10. Meta. talis aũt distantia vt declarãt Mathematici est secundũ lineã rectam, & non secundum circularẽ, quod nunc debet supponi, quare motus recti facti de contrarijs terminis in contrarios terminos nõ sunt perpetui, tertiũ est solutio dubij, põt aliquis cauillare contra Arist. vř. n. in sphæra reperiri maxima distãtia, qm̃ de rõne sphæræ est cẽtrum, & circũferentia, cũ per hæc describatur ab Euclide, sed centrum maxime distat à circũferentia, igitur põt in sphæra fieri motus inter terminos oppositos. Auer. innuit rũsionẽ q̃ nõ, indiget hac cõsideratione ad propositũ, cum loquatur in motu & respectu motus circularis mõ motus circularis nõ fit à cẽtro ad circũferentiã nec ẽ contra. Similr non indiget solone qõnis Zenonis, arguebat. n. Zeno sphærã non moueri, quia non mutat locũ, & ita vř Ari. falsum supponere, inquit. φ nec solutionẽ huius requirit, quia est soluta. in. 6. Vlmo declarat dñiã inter principium, & finẽ in motu recto siue spatio recto, & principium & finẽ in circulo, ait. n. φ in spatio recto principiũ & finis differunt subiecto & rõne, cũ differunt spẽ, & sint contraria loca, sintq; termini maxime distãtiæ. At in circulo differunt sola rõne, sed subiecto idẽ sunt. Scdo in spatio recto principiũ & finis sunt inuẽti naturaliter, at ĩ circulo nullus est finis naturalis, nullũq; principiũ naturale, vt Ptolemæus ait in lib. apotelesmatũ, sed hæc sunt sola nostra acceptione. Hæc sunt in cõmẽto.

Ex hac uero diuisione perspicuum est etiam nullum cæterorum motuum posse esse continuum, in omnibus enim ijs per ea media accidit sæpe idem fieri, ut in alteratione per media ipsa, et in motu ad quantitatem per magnitudinem mediam, & in generatione & corruptione similiter.

Quæ de latione pauloante dixit, ad cæteros motus applicat & probat simili rõne nullum cæterorũ esse ꝑpetuũ sic, nullus motus qui per eadẽ media reflectitur esse põt cõtinuus & perpetuus vt fuit dictum, oĩs alius motus si debet esse perpetuus per eadẽ media reflectit. vt alteratio si debet esse ꝑpetua, ꝑ colores medios eos

A dẽ in eũdo & redeundo procedere debet, auctio ꝑ medias magnitudines, gñatio per medias easdem dispositiones, igitur nullus cæterorum esse potest perpetuus.

Nihil enim interest pauca quispiam an multa media cõstituat, in quibus est mutatio ipsa, & addat medium aliquod an auferat, per eadem enim sæpe motum fieri accidit. Tex 74.

Sed contra aliquis obijciet, primo, quia potest aliquid mutari de albo in nigrum per media plura vt per rubrum, pauonaceum fuscum, & alia id genus, redire tñ ad album ex nigro põt non per tot media, secũdo põt mutari terra in ignem per alia elementa media, vt per aquam & aerem, at contra mutari põt ignis in terram imediate Secundo de Gñatione, igitur non est verum qđ acceptũ per eandẽ viam ac media eadem semꝑ fieri reciprocationẽ. Rñdet Aris. & vult φ oĩs reciprocatio fiat, aut ꝑ oĩa eadẽ media, aut saltẽ pauciora, aut aliqua

B vel aliquod vnum. Mõ sic est in proposito, licet. n. reflexio ex nigro in album non per tot fieret media, sufficit φ per aliquid illorum. Secũdo licet ignis reciprocetur in terram per nullum elementorum medium, reciprocatur saltem per easdẽ dispositiones, vt Physici sciunt.

RECOGNITIONES.

Respon. Aristo. supponit duplex mediũ. esse per se, quod vocatur mediũ transitus, & tale medium tantum situs in alteratione est terminus ad quẽ remissus, & terminus à quo diminutus ẽt, & in generatione sunt dispositiones mediæ, aliud est medium per accidens quod dicitur medium cõparatione, vt rubrum & pauonaceũ, & id genus, & in generatione ignis ex terra sunt elemẽta media. Tunc vult Aristo. φ loquendo de medio per accidens non refert per plura, aut pauciora, aut per nullum, aut per eadem, aut non eadem reflecti, at loquen

C do de medio transitus, semper est idem medium.

Ex ijs igitur perspicuum est nequaq̃ recte sensisse naturales, qui uniuersa sensilia semper moueri inquiunt, nam motuum dictorum aliquo moueri, potissimumq; secundum illos quibus contingit alterari, necesse est, fluere enim semper ac minui aiunt illa. præterea generationem ac corruptionem alterationem esse dicunt, at ratio nostra præsens generatim de omni motu dixit, nullo quicquam motu prorsus præter circumlationem moueri posse, ut nec alteratione, nec auctione, quod igitur nulla mutatio una sit atq; continua nisi circumlatio, sint nobis tot dicta.

Ex ijs refellit Heracliti & Cratilli põnem, qui oĩa cõtinuo fluere minuiq; contendebant, hi. n. sensilia oĩa spaliquo dictorum motuũ moueri, potissimũ alteratione qua cuncta fluere videntur dixerunt, addentes gñationem & corruptionem ab alteratione non differ

D re, hoc aũt ꝑ tanto falsum esse patet, quia ꝑsens nostra rõ declarat nihil perpetuo aliquo motnum posse mouẽ ri nisi circulatione. Hæc de perpetuitate circulationis satis. Auer. narrat primo argumentũ quo Heraclitus & Cratillus mouebanẽ dicere oĩa continuo fluere. Et ait argm̃ esse sumptum à cibo, nisi. n. esset continua aĩalis consumptio nulla esset cibi necessitas. Respõdet Auer. eos errasse, quia non distinxerũt inter mutationem in potentia & mutationem in actu, nã licet calor semper possit consumere, non tñ sp consumit, imo quandoq; auget, vt in lib. de Gñatione dictum est. Vlterius contradicit loquentibus suæ legis, nam illi cõueniunt cum antiquis, eo quia aiunt nullum accidens idem numero esse mane & sero, quẽadmodum medici dicunt de sanitate. Cõtra quos ait eos errasse, nam licet recte dicant quo

Quæ Auerro. com. 74.

quo ac cõclusionẽ, nõ quo ad rõnem, qua illud dicere mouentur, naturales.n. mouetur argumẽtõ sensili accepto à cibo, at illi mouenẽ fundamento facti, hoc est rõne ea, quia vniuersum est factũ, & à deo depẽdẽs, mõ volunt ꝙ dependentia sit alia atq; alia. Hæc Auerro.

RECOGNITIONES.

ARist. rñdet ad materiam Argumenti Heracliti, & Cratilli bene, non tñ ad formam, qm postq̃ alaha orta sunt semper alterantur, cum semper calidum agat in humidũ. dicẽdum igr̃ ꝙ licet res postq̃ ortæ fuerint semper sint in alteratione, non tñ sequitur alterationẽ esse motum continuum & perpetuum, qm licet alteratio tua duret vsq; ad finem vitæ, & alteratio mea etiã, altera quæ incipit, nõn est illa, nec est aliqua vna alteratio vnius mobilis perpetua.

Tex. 75. *Quod aũt lationum circumlatio sit prima, perspicuũ erit. omnis.n. latio, ut etiam prius diximus, aut orbicularis, aut recta, aut mixta est, sed hæc quidem ille priores sint, necesse est, siquidem ex illis cõstet, recta uero orbicularis est prior, quando simplex atq; perfecta magis sit.*

Nunc ꝙ circumlatio sit prima declarare proficisci tur, hoc.n. à principio accepit. Syllogizat sic, circũlatio est prior latione recta, igitur est cũm prima, nam motus localis est primus cæterorũ, ꝙ sit prior recto declarat, quia omnis latio, aut est orbicularis, aut recta, aut cõmixta ex his mixtum non potest esse prius simplicibus componentibus, recta non potest esse prior circumlatione, imo circumlatio est prior recto, primo, quia simplicior & perfectior vt declarabitur postea.

Per rectã quidem. n. lineam infinitam nihil potest ferri, non enim hac ratione infinitum reperitur, atq; neq; si esset, aliquid per ipsum moueretur omnino, nam non fit, quod fieri nequit, at transire quippiam infinitum. impossibile est, eã autem latio quæ super finita recta linea fit, si reflectatur, cõposita erit duóq; motus, si non reflectatur, imperfecta est ac corruptibilis, at imperfecto perfectum corruptibili incorruptibile & natura, & ratione & tempore prius est.

Quod autem simplicior & perfectior sit recta latio ne circumlatio, probat, infinitum & incorruptibile perfectius est finito & corruptibili. Sed latio circularis (vt dictum est) infinita est, recta finita & corruptibilis, igitur circumlatio perfectior. probat minorem, nam si recta latio est infinita, aut est, quia fit super lineam rectã infinitã, aut super rectam finitam per reflexionem, nõ primum, tum, quia illa nõ datur. Tertio huius, tũ, quia & si daretur, nihil in illa moueretur, nam quod nõ est possibile fieri, non potest incepisse, si per reflexionem, illa est composita, vt diximus: & ita patet ratio.

Præterea motus, qui ppetuus esse põt, prior est eo qui ppetuus esse nõ põt, sed circũlatio põt esse perpetua. Cæterorum aũt nullus, ut nec localis, nec aliud ullus esse põt, stationẽ.n. fieri oportet quæ quidem cum est, desinit motus.

Secundo arguit idẽ sic, motus qui põt esse perpetuus est prior eo qui nõ põt esse perpetuus: sed circulatio põt, nullus aliorũ põt esse perpetuus, cũ oportet statio nẽ interponi, q̃ motum desinere facit, igitur circũlatio prior. Auer. aũt in cõmen. declarat tria de textu digna annotatione, primũ quod sunt genera motus localis, & vult vt sint tres, rectus purus, circularis purus, & mixtus, huius causam affert, à numero magnitudinum per quas fiunt. Nam aut fit super rectam puram, aut super circularem puram, aut mixtam, vt curuam, vel gyrati uã, q̃ ex recto cõstant & circulari. secundo colligit propositiones syllogismi, & vult syllogismum fundari in duabus propõnibus, & cõponit syllogismũ literæ sic, oĩa quorum vnũ est diminutum, alterũ perfectum, sp perfectum est prius diminuto, motus circularis est pfectus, rectus vero diminutus, igitur circularis illo erit prior. tertio soluit dubiũ, vñ videlicet valet, si motus rectus nõ põt desinere, rectus non põt incipere, & nõ valet in circulari, constat.n. circularem non posse desinere, & tñ incipit, & est. In nuit Auer. solutionẽ, & inqt. Qm motus super lineã rectam est ad aliquid terminatum. s. illud ad quod peruenit postq̃ transijt magnitudinem super quam mouetur, & si non, tunc motus esset ociosus. Est ergo solutio ꝙ in recto terminus ad quem, est in spatio naturaliter constitutus naturaliterq; intẽtus, at in circulo minime, & idẽo si in illo non põt desinere mobile moueri, nec incipere põt, nisi esset frustra, eo quia non attingeret finẽ ob quem naturaliter, est, in circulari dato ꝙ non desinat, non est frustra, qa. ibi nullus est naturalis finis, propterea subdit, tũc ergo necesse est si motus infinitus sit vt cõpleatur post pertransitionẽ. Et quia infinitum pertransiri est impossibile, & motus impossibile est vt sit infinitus. addit hanc rõnem esse fere eandẽ cum illa Sexti. Hæc in cõmento.

Tex. 76. *At uero cum ratione accidit, circumlationem unum motum esse atq; continuum, & non illam lationem quæ super linea recta fit, lationis quidem enim rectæ, & principium, & finis, & medium definitum est, & omnia hæc in ipsa habentur. quare unde mouerj incipit, ibi etiam desinit. In his enim omnibus terminis quiescit id omnẽ quod mouetur, aut in eo ex quo incipit, aut in eo ad quẽ accedit, at in circũferẽtia hic indefinita sunt, cur.n. magis quoduis punctorũ terminus esset. Similiter.n. quoduis & principium & medium est, ut sp id quod mouetur in principio sit atq; fine, & nunquam.*

Ea quæ hactenus de perpetuitate circulationis dixit, nunc rõne, & quasi congruentia persuadet, & iuxta paraphraxẽ Themistij sormo sic syllogismũ, omne id quod semp est in principio, medio & fine, & nunquã est in principio medio & fine, perpetuum est; id quod in orbe rotatur semper est in principio medio, & fine, & nunquã in principio medio & fine. igitur est perpetuum: maior est omnibus manifesta, sintor.n. vnumquodq; cum est in fine, & tunc non in principio, vbi vero sit in fine, simul atq; in principio, non sinitur, cũ sit in principio, minor in litera patet, quia in orbe orbicu lari q; motu nec est punctum aliquod qd sit finis, quin possit esse, & sit principium, nec aliquod quod sit medium, quin sit principium finis & medium.

Quocirca orbis ipse mouetur & aliquo modo quiescit. Nam semper eundem possidet locum, causa autem est, quoniam illa omnia ipsi accidunt centro, etenim principium & medium & finis magnitudinis est, quo fit ut quia hoc extra circumferentiam est, non est ubi, quod fertur quiescat, quasi transierit, semper.n. circa medium fertur, quod quidem cum ad ultimũ non feratur propterea in eodem manet, semperq; quodãmodo uniuersum quiescit, mouetur q; continuẽ.

Ex dictis infert veritatem in parte eius quod Zeno dixit. Zeno.n. dicebat sphæram atq; orbem non moueri, quia semper eundẽ obtinet locum, infert mõ Arist. hoc esse in parte verum, & in pate falsum. Ex ea.n. parte qua sphæra est semper in suo fine, vñ semper quiesce re, ex ea vero parte, qua ipsa est semper in suo principio, videtur semper moueri, sed Arist. aliam addit rõnem ꝙ illa semper moueatur, & semper quiescat, ait enim

Qua Auer. ca. 75.

An sit possib le quod tota sphæra secũdũ se totam quiescat et secũdũ se totam moueatur. Vide Egi.

enim orbem semper quiescere propterea quod nunq̃ toto orbe locum egreditur. Cur aũt simul moueri cœlum & stare dicatur, eám assignat, quia principiũ & finis rotundorum proprie suum est cẽtrum, propter qđ (vt Mathematici aiunt) aliud est principiũ orbis, aliud circũferentiæ orbis, alius ẽt finis orbis, alius finis eiusdẽ circumferẽtiæ. Principium quidem orbis centrum est, idẽ & finis est eiusdẽ, principium quidẽ (vt Them. inquit) quia definitio globi, & rõnis eius essentia de cẽtro & cardine nascitur, nihil.n. aliud est globus circulusúe q̃ æqualis vndiq; secus à centro distãtia, finis verò, quia lineę à summo curuamine in directũ extractæ recipiuntur, & procumbunt oẽs in centrum, suntq; ibi dẽ conuiæ. Sic igif finis & principium orbis totius centrum est, cum oĩa ab ipso, in ipsoq; redeãt, at principiũ & finis circumferentiæ, licet non sint naturales, sunt ab institutione quoduis punctum in illa cõstitutũ, ad qđ linea à cẽtro ducta terminaf. Ex his põt rõ fieri hunc in modum, oẽ id quod fertur circa locum, non ad finẽ nec ad principium, sed circa finẽ, locum & principiũ perpetuum est & perpetuo motu mouetur: sed orbis est huiusmodi, vt his mõ constat, quare perpetuo mouetur.

Auer. in cõmento vtilia quatuor tangit, primum est in quo differt hæc rõ, qua nunc probat perpetuitatem motus circularis, ab ea quã antea dedit, & vult ꝙ prior causa fuit magis probans circũlationem esse perpetuã de possibili inesse, hęc de necessario inesse. Amplius ibi dedit causam remotã, qm̃ probauit syllogismo ad impossibile, hæc est causa propinqua vt dicetur, secundo declarat, qualis est hæc demonstratio, & vult ꝙ sit mixta quasi ex naturali & mathematica, nec hoc est contra rationem, qm̃ plura dicta in mathematica põt esse causæ eorum quæ dicuntur in naturali, vt ẽt in medijs scientijs id euenire dicit, in Geometria.n. dictum est ꝙ termini lineę rectæ sunt maxime distãtes, & hæc causa quare motus rectus est de loco contrario in locum contrarium. In Geometria dr̃ etiã ꝙ oĩs dimensio recta est finita, & hæc est causa ꝙ motus rectus est finitus. In Geometria dr̃ ꝙ in circulo oĩs punctus põt esse finis principium & mediũ, & hæc est causa quare circularis motus est perpetuus, & addit ꝙ hæc causa non tm̃ dat esse possibile, sed dat esse, & necessario inesse ꝙ motus circularis purus sit perpetuus, tertio reprehendit quosdam, qui euitantes cauillum Zenonis de motu orbis, dicebant orbem fm̃ totum non mutare locum, sed bene fm̃ partes. Auer. ait orbem mutare locum fm̃ totum & partes, cum partes sint totum ipsum, sed dr̃ ꝙ mutãt partes & totum locum fm̃ formam, non fm̃ subiectũ, vt Sexto huius visum est. Vltimo quid Arist. per cẽtrum intelligat exponit, & ponit expõnem Themistij, qui per centrũ intellexit punctum medium orbis mathematice sumptum, & hoc vocat principiũ (vt diximus in expõne literæ) & finem. principium quatenus oĩa orbis à centro proficiscuntur, finem vero quatenus oĩa in ipso desinunt, põt aũt intelligi & centrum naturale, & sic est corpus contentum circa quod mouetur, nã oĩs orbis in hæc duo diuiditur, in centrum, videlicet sic sumptum & circumferentiã, & tunc finis & principum erit tale centrum fm̃ materiam, non aũt fm̃ rationem, sed de his in litera satis. Hæc in cõmento.

Accidit aũt hoc cõuersim, et.n. quia mẽsura motuũ circũlatio est, ipsam primã esse necesse est esse, ipso.n. primo oĩa mẽsurantur, & rursus quia prima est, mẽsura est cæterorũ.

A Secũdus principaliter idem probatur per rationem conuertibilem, videlicet circulatio est prima, quia omnium aliorum motuum mẽsura est, omne enim quod mensuratur, aliquo sui generis primo mensuratur. Cõtra etiam, quia est prima mutationum omnium, ideo cæterorum est mensura. Hæc est ratio conuersiuæ.

Præterea ẽt sola circumlatio esset uniformis, nam quæ recto mouentur motu, à principio ad finẽ difformiter feruntur, oĩa nanq; quo magis ab eo recedunt in quo quieuerunt, uelocius feriũtur, at sola in circũlatione neq; principium est, neq; finis suapte natura in ipsa est sed extra.

Tertio latio vniformis difformi prior est, circumlatio est vniformis, cum semp quod circumfertur æqualiter se habet ad centrum quod est finis principium & medium ad extra Latio recta difformis est, quia vel est violenta vel naturalis. si naturalis, in fine augetur, si violenta, in fine remittitur. *An motus rectus sit mixtũ duo imperfectus. Vid Gratiadeum. Esto lo. 20. huius.*

B

RECOGNITIONES.

HIc Arist. declarat alia ratione ꝙ cœlum, sine sphęra semper moueatur, & simul hoc declarando, ẽt declarat quo modo semper quiescit, vt Zeno dixit, differt autem hæc rõ à priori, qm̃ prior rõ accipiebatur ex puncto designato in circumferentia, qui est principium, medium, & finis, hæc ratio sumitur ex centro, circa quod fertur sphæra, nã cum centrum punctum sit extra circumferẽtiam & sit principium medium, & finis motus sphæræ, ideo sphęra semp quiescit, & semp mouetur, verum punctum in sphæra, est principium medium & finis in sphæra, centrum vero est principiũ medium, & finis extra sphæram.

C *Quod aũt latio sit prima motuũ, testãtur oẽs qui motus mentionẽ fecerũt, principia.n. ipsius his tribuũt, quæ motu illiusmodi mouent. Disgregationéq; & congregatio motus in loco sunt, hoc aũt mõ cõcordia & discordia mouent, quatenus altera ipsarum segregat, altera congregat.*

Nunc ꝙ opinioni suæ conueniãt omnes positiones antiquorum, qui de motu mentionẽ fecerunt, ꝓbare enititur, oẽs.n. principia rerũ & oĩs motionis ea faciunt, q̃ motus in loco causæ sunt, & primo ab Empe. probari põt hoc, hic.n. rerum principia facit concordiam & discordiam, has aũt esse rerum causas ait, quatenus cõgregatione & segregatione mouent, modo oẽs sciunt congregationem & segregationem esse motũ in loco.

Anaxagoras quoq; mentem quæ prius mouit segregare contendit.

Secũdo idem authoritate Anaxagoræ patet, ipse.n. mentem rerum principium facit, hanc vero res motu, qui segregatio, efficere ait.

D *Eadem & his sentiunt qui nullam causam dicunt, sed propter uacuum moueri aiunt, hi etenim motu locali naturam moueri inquiunt. Modo motus qui per uacuum fit, latio est atq; ut in loco motus, cæterorum aũt motuum nullum primis corporibus inesse, sed his qui ex illis constare putant. augeri nanque & minui, atque alterari congregatione indiuiduorum corporum, segregationeq; illa asserunt.*

Tertio idem authoritate Democriti & Leucippi cõfirmat. Nam hi dicunt duo, primum ꝙ vniuersa natura & omne quod mouetur, in vacuo mouetur, & non nisi latione, secundo primis corporibus vt indiuiduis nullum præbent motum præter localem, atoma enim hoc est indiuidua, continuo moueri in vacuo contendunt corpora vero ex atomis composita aiunt, alijs

quoq;

quoq; motibus moueri sed congregatione segregatio neq; atomorũ, & ita ẽt apud hos latio prima habetur.

Eadem & hi arbitrantur qui densitudine raritudineue generationem ac corruptionem conficiũt. congregatione. n. ac segregatione hæc disponunt.

Quarto idem probat authoritate Epicuri, qui densitudine & raritudine cũcta gñant, quatenus cõgregatione, segregatione res ex illis conficiuntur, vbi cõstat mo tum localem eos primum efficere. Nec credas hãc authoritatẽ esse Epicuri, quia Epicurus fuit post Arist. sed dicitur esse Epicuri, quatenus illam sequens est Epicu.

Præterea vltra hos accedunt his qui animam motus causam faciunt, id enim quod seipsum mouet earum rerum quæ mouentur principium inquiunt, animal autem omneq; animans motu in loco seipsum mouet.

Quinto authoritate Platonis idem approbat, hic. n. omnium rerum principium animam, siue mentem seipsam mouentem secundum locum faciunt, cum omne animal, omneq; animans solo motu in loco feratur.

Insuper ẽt id solum proprie moueri dicimus quod motu in loco fertur, nam si quid quiescat quidem in eodem, augeatur autem aut diminuatur, uel alteretur, id aliqua ex parte moueri dicimus, simpliciter autem non moueri q, igitur semper motus sit, eritque omni in tempore, & quid est principiũ sempiterni motus, quis insuper primus sit motus, & quis solus perpetuus esse possit, & quod primum mouens immobile sit, dictum est.

Vltimo per testimonium plebis & oĩum vulgarium rem suã probat. Vulgares. n. solum rem moueri & proprie asserunt, quotiens loco mouet, vñ si res eodẽ in loco quiescat, & augeatur vel alteretur, ꝓculdubio eã moueri non assererent, quia lationem solã cognoscũt, & eã existimãt solã. Deinde epilogat, & oĩa translatione perspicua sunt. Auer. aũt hæc testimonio oĩum sumit motum dici analogice de latione & cæteris, & cũ illud quod est alio prius sit causa alterius, iõ vult motũ dici ꝑ prius de latione tãq̃ de causa cæterorum. Hæc sunt q̃ habentur de motus ꝑpetuitate & primitate. Sed hic est vna contradictio, nã Auer. 12. Meta. com. 41. asserit de possibilibus non esse, quod solus ipse motus localis est æternus. Ex hoc habetur ꝙ motus cœli suapte natura est possibilis non esse, ait tñ ꝙ à motore perpetuo efficitur æternus, hic aũt ait ꝙ nullus motus sua natura est aptus esse ꝑpetuus nisi localis, & de locali ipsa circũlatio, igr̃ sua natura est motus perpetuus, & ita vr̃ contradictio. Secundo dubitant, nam ponaẽ sphericum quoddã corpus infra hunc mundum in sphæra, videlicet actiuorum & passiuorũ, & incipiat moueri circulariter, constat ꝙ hic sunt oĩa q̃ sunt in cœlo, primo hic est centrũ quod semper est mediũ, finis, & principiũ, secundo nullus est punctus naturalis, qui sit finis, quin possit esse principium, & mediũ, & ita sequit̃ talẽ motum esse perpetuum. Ad primũ dici põt ꝙ dr̃ia est (vt dixit Arist.) inter circumlationẽ, & cæteros motus. Nã circumlatio licet possit non esse, etiã põt perpetuo esse, cæteri vero æqualiter pñt esse & non esse, & nullus eorum perpetuo esse, & sic hæc stant simul, suapte natura nãq; est possibile vtrunq;. Ad secundum quidam dicunt ꝙ motus ille sua natura ẽt potest esse perpetuus, veluti motus cœli, non autem est perpetuus, quia non habet motorem perpetuum. Vel dici põt ꝙ non potest esse perpetuus, qm̃ non est pure circularis, componitur enim ex ascensu quarundam partium & descensu aliarum, & sic etiam à motore perpetuo non posset perpetuari, nisi violentum posset esse perpetuum.

Que Auer. cõm. 72.

Dubitatio.

Secũda dubĩ.

Solutio.

RECOGNITIONES.

HIc Aristo. authoritate omnium, q uide motu fecerunt mentionem, probat, lationem, siue localem motum esse primũ, qm̃ primus motus est, q no primus motor, atq; primum principiũ mouet gñando & corrumpẽdo cætera: sed motus localis est motus, quo primus motor, siue primum principium mouet gñando & corrumpendo cætera, igr̃ est primus motus. Minor probaẽ inducendo oẽs opiniones veterum, qui de rerum principijs loquentes, oẽs dixerunt illa esse prima principia, inquantum mouent locali ipso motu, & dixit apud oẽs, qui de motu mentionem fecerũt, qm̃ excludit Parme. & Melissum, qui non dicunẽ naturales.

F *Quod autem hoc impers necessario sit, nullamq; magnitudinem habens nunc dicamus, prius determinatis his, quæ rem hanc antecedunt, quorum quidem unum est, nullum finitum mouere posse quicquam tẽpore infinito, tria nãque sunt, id quod mouetur, id quod mouet, & tertium ipsum tempus, atque aut hæc omnia infinita sunt, aut omnia finita, aut horum aliqua ut duo aut unum.* Tex. 78.

Quod indiuisi habet primus motor.

Hactenus conclusit esse principium motus perpetui sempiternum, & perpetuum, nunc quale sit vult disputare, & proponit probare ipsum esse impers nullã magnitudinem habens, añ tñ q̃ rem ipsam concludat, ꝓponit nullum finitum posse aliquid mouere finitum tpe infinito, vt vero conclusio hæc intelligatur accipit in oĩ motu esse tria, id quod mouetur, id quod mouet, & tertium tp̃s, propterea oportet dicere aut hæc oĩa esse paria quo ad infinitudinem, vt oĩa sint pariter infinita, aut quo ad infinitudinem, vt oĩa sint pariter finita, G aut vt aliqua sint paria duo vel vnum dispar, vult igiẽ primo probare ꝙ non pñt esse mouens & mobile finita, & tp̃s infinitum, hæc est conclusio, & conclusionis expositio crassa, donec disputetur.

An mouẽs primum moueale primum sint diuisibilia. Vi de Egid. hic.

Sit igitur A mouens B mobile, tempus infinitum C. pars itaque ipsius A, quæ quidem sit D moueat parte aliqua ipsius B quæ quidem sit E. & cum non inæquali ipsi C, in maiori nanque maius mouet: sit ut non infinitum sit, sitque Z hoc igitur modo addens ipsi D totum A consumam & addens ipsi E consumam ipsum B, tempus autem nunquam cõsumam, etiam si semper æqualem partem auferam, cum sit infinitum, quare totum A, mouens totum B, ipsum finito in tempore C mouebit, non ergo potest à finito aliquid moueri infinito motu. Quod igitur fieri non possit ut finitum tempore infinito quicquam moueat, perspicuum est.

H

A	mouens	D	pars ipsius A
B	mobile	E	pars ipsius B
C	tempus infinitum	Z	pars ipsius C

Conclusionem expositam nunc more mathematico demonstrat, & constituit terminos dicens. Sit igiẽ A mouens finitum B, mobile ẽt finitum, tp̃s infinitum sit C, vlterius pars ipsius A, mouẽtis quę quidem sit D, moueat partem aliquã ipsius B, q̃ pars mota signetur per E, & cum inæquali tpe & toto C moneat D, pars mouentis & partem rei motę (in maiori nãq; maius mouet) tale tp̃s acceptum, puta Z erit finitum, tunc vis rõnis est, fiat resecatio ab A, addendo ipsi D. per partes ęquales, & resecatio ab ipso B, addẽdo ipsi E, donec fieri potest. Et similiter ab ipso C, tꝑe proportionabiliter secetur

fecetur semper pars tanta quanta erat Z, tunc facta cõsumptione ipsius A & ipsius B & factis tantudem ipso D, & E quãta erant A B, mouens & mobile & ips rema nebunt finita. Et sic nõ oportet ponere ips infinitum.

An in pl. temp. transfer. totum à toto quam pars à parte. Vide Egid. hic.

{In hoc capitulo.} Quia nonnulla cõmenta in fine huius sunt vtilia, & aliquantulum difficilia, volo expo nere ipsa. Præsens igitur cõmentum diuiditur quia pri mo exponit literam, secunda, ibi {sed notandum est} digreditur. Primã partem exponemus colligendo quæ dicit breuibus, sunt igitur tria. Primum est differentia inter conclusionem hic factam & eam quam fecerat. Et est q prius Arist. probauit solum primum motorẽ non esse mobilem neq; per se, neq; per accidens. Hic probat ipsum non moueri neq; per se, neq; per accidens, & non esse corpus, nec potentiam siue virtutem in corpore. Secundo differunt etiam, quia illa probatio non fuit quo ad horam, hæc autem probat etiã ipsum esse extra materiam, quod nõ fecerat prima probatio. Secundum est, forma syllogismi textus, & est hæc, proportio Z temporis ad C tempus est composita ex proportione D ad A & proportione E ad B, hoc est tantã est proportio Z ad C quanta est proportio oĩum partium A ad omnes partes B, & hoc est manifestum; quia tempus vtriusq; motus sequitur semper proportionem motoris ad mobile quod in illo tempore mouetur: sed proportio D ad A est finita, quia D consumit A, & proportio E ad B similiter, quia E consumit B: igitur & proportio Z ad C, oĩs. n. proportio composita ex proportionibus finitis est finita, & ita C tempus non est infinitum. Tertio accipit esse per se notum, nullum finitum posse mouere corpus infinitum, & hoc etiam Arist. sup ponit, eo quia oportet potentiam motoris superare potentiam siue resistentiam mobilis. Hæc sunt quæ ante digressionem colligi possunt à commento.

{Sed notandum.} Hæc est digressio, vbi debes scire q Auic. & sequaces contradixerunt Aristotẽ. Arist. n. supposuit primum mobile & primum motorẽ esse diuisibiles, vt patet per casum argumenti, hoc autem falsum est, cum sint æterna. Rñdet Auer. & dat duas solutiones. Prima est q ratio Arist. valet contra illos qui tenerent formam cœli & motorem cœli esse formam in materia, hoc est dependens in esse & conseruatione à materia. Quo posito patet q fieri põt diuisio, & crementum vnius ab alio, & augeri actus auctione partium materiæ, quo in casu potẽtia partis est minor potentia totius, nam omne corpus materiale est finitæ actionis, & per consequens eius pars est minoris potentiæ. Sic igitur prima responsio est argumentum valere ad hominem, videlicet ad eum qui ita diceret.

{Differunt siue accidens} Rñsio secũda esse potest, q Arist. loquitur conditionaliter, accipit. n. mobile & motorem, & arguit dato q hæc diuiderentur, sequitur tempus esse finitum, Modo conditionalis potest esse vera, cuius antecedens & consequens est impossibile, vt in illa, si lapis volat lapis habet alas. Arist. igitur non sumit illa diuidi, sed ait illa sequi si diuiderentur.

Rationes Auer.

{Amplius cum oẽ.} Vltra Arist. addit duas rationes ad probandum q si motor est in materia sit diuisibilis. Prima est, oẽ cõpositum ex materia & forma est finitum fm actionem, tunc aut actionis finitas est ex par te materiæ, aut ex parte formæ, non ex parte formæ, quia forma vt forma abstrahit à finitate vel infinitate, igitur ratione materiæ. Ex his sequitur q si ponatur in cœlo actio finita vel infinita, oportet ibi existimare ma

A teriam, & per consequens possumus in illo concipere diuisionem aliquam. Et breuiter hæc ratio valet si ponitur motor cœli in materia, sequitur. n. statim vt eius actio diuidatur ad diuisionem materiæ, & sic possunt ibi partes concipi.

{Iẽ oĩ formæ.} Secũdo q illæ partes possunt concipi in illis probatur, nam posita forma in materia, erit illa diuisibilis, & non posita non erit diuisibilis, igitur si ponatur forma & primus motor in materia, recte possunt ibi estimari partes. Ex his duabus rationibus patet rationem esse duobus modis bonam, tum quia vti tur propositionibus conditionalibus, tum quia loquitur ad eos qui ponunt motorem in materia. Hi. n. per has duas rões cogũt ponere illũ & mobile diuisibilia.

{Quod. n. denudatum.} Ex his probat fm veritatẽ quale est corpus cœleste, & quale forma eius, & vult q
B cœlum sit corpus simplex, & forma cœli non sit constituta in materia, & sylls esse potest, oẽ carens potentia est simplex, & è contra, oẽ simplex caret potentia, hæc patet quia potentia est causa cõpositionis ex duabus substantiis: sed corpus cœleste caret potentia, igitur est simplex, & qm nullum simplex mouetur ex se, vt fuit dictum, igitur oportet cœlo attribui motorem aliquem, sic igitur cœlum est compositum ex motore & mobili, & ita mobilia cœlestia sunt materiæ simplices, & motores formæ non in materiis. Et licet hæc materia sit disputata in Primo huius, debes scire q Auer. negat in cœlo illam potentiam quæ est ad vtrunq;, nõ eam quæ est fm dimidium contingentis, illa. n. facit veram compositionem, hæc compositionem efficit æquiuoce. Vlterius vult q forma cœli non sit in materia dependenter, sed potius cœlum est in illa depen-
C denter, est tamen in cœlo quatenus est illius perfectio prima, constituens illud inesse.

{Habito ergo.} Ex his respõdet ad cauillum Auic. breuibus q Aristo. non supponit illa diuidi, sed loquitur hypotetice, & ita errãt, quia contradicunt illato, & non illationi, cætera quæ dicit sunt superflua.

{Et detestationes}. Sed oñ hæc reducuntur ad duas difficultates. Primo quonãmodo casus est verus; videlicet, q motor & mobile sint diuisibilia. Secundo vt q falsum sit quod Aristo. sumit, accipit. n. q in maiori tẽpore mouet totus motor totum mobile q pars partem, quod est falsum, quia qualis est proportio totius ad totum, talis est partis ad partem, & consequenter temporis ad tempus, Sexto huius, igitur quanto tempore totum mouet totum, isto pars mouebit partem. Sed qm tota res consistit in secunda difficultate, ideo
D quidam simpliciter aiunt q Arist. loquitur de motu p comparationem ad spatium, hoc. n. modo pars mouetur in minori tẽpore respectu determinati signi in spatio. Et sic argumentum valere dicunt. Hec rñsio non est ad mentem Arist. Primo quia Aristo. de spatio nihil ait, ait. n. tria esse mouens, mobile, & tempus, & nihil de spatio inquit, dixisset. n. esse quatuor. Secundo abscissa parte à toto, tunc velocitas attendetur penes punctum medium partis & totius, non respectu puncti in spatio, sed totius spatij, vt dicitur Sexto huius, quo in casu non erit fuga ad signum in spatio. Tertio Aristo. loquitur tam in circulari q in recto motu, modo in circulari motus non considerantur respectu determinati signi in spatio. Propter hæc videtur mihi aliter esse dicendum. Vbi debes scire q duplex est diuisibilitas. Vna extensiua, quæ duratio dr rei, alia intensiua, quæ pfectio-

Dubitatio. 1. Vide Egi. hic. Secunda.

Vide Egi. hic. Propria respõ.

Confutatio.

Propria respõ.

perfectio est actionis, est igitur sensus conclusionis Aristo. ꝙ virtus finita in duratione non potest mouere mobile finitum in duratione tempore infinito in duratione, hac conclusione exposita patet id quod Aristo. sumit. Arist.n.sumit partem ipsius A.non quidem magnitudinis A.vt male intelligunt expositores, & peius Auer.sed partem eius quantitatis, quæ ponebatur finita, igitur pars ipsius A, quatenus est minoris durationis. Et accipit partem B, etiam quę est minori duratione apta moueri, q̃ totum B, erat aptum moueri. Qua acceptione habita, patet D partem ipsius A mouere E partem ipsius B tempore minore, eo quia diuisio est penes quantitatem durationis amborum, videlicet mouentis, & mobilis. Et sic cessat oīs cauillus, & primus quidem quia in duratiua quantitate mobilis est dare partes, in minores & minores diuisibiles. Ad secundũ vero patet solutio, qm̃ diuidit mouens penes quãtitatem duratiuam suæ potentię motiuæ, & mobile etiã penes quantitatem qua potest durare moueri. Qua ratione tempus quo pars mouet, erit minus duratione, licet sit simile forte intensione. Et hanc demonstrationem nemo (vt mihi vr̃) percepit, vult igitur habere ꝙ non potest tempus esse perpetuum, & mouens & mobile corrupubilia, & ita si tẽpus est perpetuum, oportet mouens & mobile etiam perpetua esse. Debes scire ꝙ sicut triplex est quantum, ita triplices sunt partes, est quãtum loco, est quantũ duratione, & est quãtum vigore, ita triplex etiam totũ, totum videlicet loco, totum duratione, totum vigore, pars etiam triplex, pars totius loco, pars totius duratione, pars totius vigore, vt igitur pars totius loco minor est toto loco, & pars totius vigore minor est toto etiam vigore, sic pars totius duratione est minor toto duratione. Recte igit̃ Arist. sumpsit ipsum D partem ipsius totius A duratione, mouere E partem ipsius B, quę est pars ipsius B, etiam minor duratione. Hæc de demonstratione Arist.

An mouens finitum moueat tempore infinito. Vide Grat. ad. Esm. lec. 12. huius.

Iterum An mouens finitu possit mouere per tempus infinitũ.

Vide Iand q. 19. huius. Et Alber. de sax. q. 10. huius.

RECOGNITIONES.

Vis rationis est hæc consequentia, pars mouentis mouet partem rei motæ tempore finito, igitur totum mouet totum tempore finito. declaratur accidẽs supponendo duo, primum ꝙ si aliquod totum mouẽs moueat aliquod totum mobile in aliquo tẽpore, pars aliquota illius mouentis mouet partem aliquotam rei motæ, in minori tempore, hanc supponit tanquã perspicuam, nec probat in textu. ſm quod pars aliquota sit, ex qua aliquoties sumpta redditur totum & diminuta diminuitur à toto, his stantibus, volo ꝙ fiat resecatio per partes aliquotas ipsius per mouentis addendo ipsi D, & ipsius B rei motæ addendo ipsi E, donec diminuatur totum per secundam suppositionem, & volo etiam ꝙ fiat resecatio à toto tempore C add(do ipsi Z æqualiter, & vniformiter, sicut sit diminutio motoris & mobilis, & quæro an diminuetur totum tẽpus C sicut diminuuntur A, & B aut non, si sic igitur tẽpus C erit finitum sicut A & B: si non, tunc tẽpus quo pars mouet partem, nec erit minus nec maius, eo tempore, quo totum mouet totum, quippe cum finitum non sit comparabile cum infinito, quod est contra primam suppositionem, præterea tunc remanebit tempus, in quo nec totum mouet totum, nec pars aliqua mouet aliquam partem. In commẽto Animaduerte qm̃ Auer. dicit sic, {proportio temporis Z ad tempus C est cõposita ex ꝓportione D ad A, & ex ꝓportione E ad B} vbi Auer. per compositionem intelligit similiter se ha- E bere, non.n.intelligit ꝙ vere sit composita. Sed ꝙ eodem modo se habeat pars temporis ad totum tempus, veluti se habet pars mouentis ad totũ mouens, & pars rei motę ad totam rem motam, quare per compositionem intelligit coniunctionem duarum similitudinum, quod si ita se habet pars temporis ad totum tempus, sicut pars mouentis ad totum mouens, & pars rei motæ ad totam rem motam, sequitur ꝙ si pars mouentis aliquota per diminutionem secat totum mouens, & pars rei motæ totam rem motam, etiam pars temporis resecabit totum tempus, non ergo tempus erit infinitum, illis vtrisq; existentibus finitis, vnde vis rationis est, proportio temporis ad totum tempus, est sicut proportio totius mobilis ad totum mobile, & totius motoris ad totum motorem, sed quælibet earum est finita, vt patet per resecationem, igitur proportio tempo- F ris ad tempus etiam erit finita, & sic habet conclusio.

Quod aũt finita in magnitudine nulla penitus uirtus infinita esse posset, ex his perspicuũ erit. Si ẽt maior uirtus ea quæ semp in minore tpe facit, ut calefacit, aut dulcorat, aut proiicit, et oĩno mouet. Necesse igitur est ab eo quoq;, qđ finitum quidẽ est, infinitam autẽ uirtutem habet, aliqđ patiens patiatur, et magis quã ab alio. Infinita nãq; uirtus maior est. Tex. 79.

Dynamis græce tum potentia, tum vis, tum virtus, tũ vigor, quod intelligi non potest nisi respectu actionis vt dicemus. Ponit igitur ſm necessarium ad probandum primum motorem esse impertem atq; indiuisibilem. Et est ꝙ in magnitudine finita esse non potest virtus infinita mouens illam. De qua vero finitudine vel infinitudine loquatur, dicemus in digressione. Pro declaratione huius vnum supponit expresse, aliud vult G esse intelligendum. Id quod supponit est, ꝙ maior potentia siue virtus æqualem effectum facit minore tempore, quàm efficeret eundem minor virtus, vt virtus calefaciens maior æqualem efficit calorem in minori tempore quàm virtus minor eundem. Similiter est de virtute dulcorantis, aut proiicientis, aut oĩno mouentis. Hæc suppositio patet pro nunc per ea quæ dicta sunt in cœlo & mundo. Ibi.n.probatum est potentias actiuas mensurari per maxima in quæ possunt, quicquid velint sorticolæ. Talia autem maxima describuntur comparatione ad tempus. Et ita maior virtus ea erit, quæ aut in minori efficit æquale aut in æquali tempore efficit maius, vt dictum est in Sexto. Ex hac suppositione sequitur vnum vtile, sed non ad rem nostrã, videlicet ꝙ patiens in minori tempore patitur æquale à virtute habẽte magnitudinem finitam, qñ illa est in- H finita, quàm à virtute minori. Vnde inquit, Necesse igitur est ab eo quoq; quod finitum quidem est, infinitã autem virtutem habet aliquod patiens patiatur, & magis quàm ab alio, dico magis, qm̃ aut inæquali tempore maius, aut in minori æquale. Et hoc vt ait, quia infinita virtus est absolute maior quacunq; finita. Sic igitur accipiatur ab his ꝙ patiens patitur à virtute maiori, aut æquale in minori, aut maius inæquali. Secunda suppositio quàm debemus hic sumere est, ꝙ omnis motus est in tempore, per quam habemus ꝙ non potest patiens mutari ab agente virtutis infinitæ in non tempore, & ita mutabitur omnino in tempore.

An in magnitudine finita possit esse virtus infinita. Vide Ioan. de Ianduno q. 7. huius & Iand. q. 20. huius. Et Albe. de Sax. q. 11. huius, & Gaet. 2. alios. Et Egid. tex. 81. huius.

Prima supp. *Secũda supp.*

At uero nullũ potest oĩno esse tempus, quo illa mouet, nã si A est tẽpus, in quo infinita uirtus calefacit, aut pepulit, A B uero sit tempus in quo finita quædã mouet, huic si maiorẽ finitam

nitam semper accepero, ad eam tãdem perueniet, quæ moueret in A tempore potest. Finito nãq; si semper addidere, quouis finito illud faciam maius, & si subtraham, idem similiter faciam. Ergo æquali in tempore finita ac infinita mouebit. Hoc igitur cum impossibile sit, etiam fieri non poterit ut finita magnitudo uirtutem habeat infinitam.

A tempus.

A tempus. B

Nunc arguit, & sylls esse debet sic. Si virtus infinita mouet magnitudinẽ finitam, & est in illa, tunc moueret in non tpe, contra secũdam suppõnem. deducitur consequentia. quia det oppositum consequentis, videlicet ꝙ moueat in tpe, sit illud igiꝛ A sit A B tẽpus, quo virtus finita minor moueat aliquod siue illudmet, hic casus patet ex suppõne, dictum est.n. ꝙ virtus minor facit æquale in maiori tpe, sit igitur vna virtus finita q̃ moueat illammet magnitudinem in tpe quouis maiori, dummodo sit illud tps finitum, quo dicaꝛ A B. Tunc addendo huic sp de potẽtia illa infinita aliquam ptem æqualẽ aliquotam finitã, continuo tps minorabit, vt si addidero ad duplũ, tps efficieꝛ minus ad duplum, & ita tãdem oportet venire ad talẽ magnitudinis & potentię finem ꝑ additionem ad illam, & subtractionẽ ab alia, vt virtus illa finita moueat æqualem magnitudinem eodem aut æquali tempore, quod est impossibile.

Commen. 79.

{Cũ declarauit.} Cõmentũ etiam istud põt diuidi in expõnem textus, & digressionẽ, q̃ incipit, in propõne ante assumpta. In prima parte duo sunt annotatione digna, primũ est solutio cauilli ad primam ptem casus. posuit.n. Arist. ꝙ põt intãtum diminui à maiori & addere minori, vt virtus ipsa minor æquali tpe moueat æquale mobile cũ ipsa infinita. Modo dici põt ꝙ nunq̃ põt perueniri ad illam additionẽ, vt possit æquali tpe mouere æquale, & sic Aristo. accepisset falsum. Contra quod Auer. obiicit, ꝙ licet accipere semper intra limites finitudinis, quare cũ semper tps minoreꝛ ad additionem factã illi, tãdem intra terminum finitudinis virtus illa creta & aucta mouebit æquale æquali in tpe. secũdo cauillari põt dicendo ꝙ magnitudo non põt erescere in infinitũ sicut diminui vt diximus Tertio huius, & sic falsus est casus ꝙ fiat additio sp, etiam hoc tollit Auer. ꝙ licet magnitudo nõ possit crescere in infinitum, põt crescere intantũ intra finitudinis terminũ, ꝙ poterit æquale in æquali tpe mouere. tertio Auer. format demonstrationẽ finalem huius Octaui qua ꝓbat Arist. primũ esse indiuisibilẽ dupliciter primo sic, nullũ corpus aut virtus in corpore habet potentiã infinitã, primus motor habet potentiã & actionẽ infinitã, igiꝛ nec est corpus, nec virtus in corpore, aut hypothetice sic, si primus motor est virtutis infinitæ, primus motor nec est corpus, nec virtus in corpore. Sed primus motor est virtutis infinitæ, igiꝛ nec corpus nec virtus ĩ corpore. Auer. igiꝛ vult ꝙ de syllo principali Arist. in præsenti textu ꝓbauerit maiorem, videlicet ꝙ nullũ corpus finitum aut virtus in corpore finito habet ĩfinitam potentiã, hoc modo Auer. ordinat Aristo. processum.

An quodlibet corpus habeat tantũ potentiã finitam. Vide Iterũ huc.

{In ꝓpone aũt.} Mouet Auer. in hac digressione q̃ones duas. Prima est circa verbũ Arist. videlicet ꝙ nullũ corpus habet potentiã infinitã, siue quod idẽ est, cuiuslibet corporis sit potẽtia finita, est.n. dubitatio, vtrum hæc vlis cõtineat corpus cœleste, si.n. cõtinet illud, cœ A lũ est finitæ potentiæ, & ita corruptibile, si nõ cõtinet, tunc demõstratio non est ad propositum, nec est vlis.

{Similiter dubitaꝛ.} Quia Arist. in probatione illius ꝓbauit hãc hypotheticã, si alicuius corporis esset potẽtia infinita moueref in non tpe, mõ q̃ret iunior, quare hoc sequiꝛ dato ꝙ illa virtus infinita esset in corpore. & non sequiꝛ si est extra corpus. Vbi.n. esset extra corpus potest esse infinita, & mouere mobile finitum tpe quodã, si aũt esset in corpore, moueret in non tempore. Sunt rursus aliæ q̃ones, quas dicemus postmodũ.

{Prima quidẽ.} Soluit primã, asserens primo eã esse difficilẽ propter multas in illa inuentas põnes. Ad hãc igitur rñdet Alexander, & vult sub illa vniuersali contineri cœlum, & concedit vlterius cœlum esse corruptibile, ipsum tamen nunquam corrumpendum, quoniã adeptum est æternitatem à suo motore, qui est extra B materiam. qua ratione euadit Alexander à quæstione.

{Sed hoc ergo.} Contra hanc põnem obijcit Auer. primo quia tunc aliquod esset corruptibile in substantiis, quod nunq̃ corrũpetur. & dixi in substantiis, quia in accidentibus nihil ꝓhibet, vt de motu cœli. 12. Met. cõmẽ. 41. dr secundo tunc positio Alexandri concideret cum illa Plato. dicentis aliquod corruptibile posset esse æternum à deo vt in Timæo dixit, & de mundo & angelis. Modo hanc positionem destruit Arist. primo cæli, igitur non est peripatetica, & sic Alexan. errauit.

{Ioannes autem.} Ad hęc argumenta contra Alex. rñdet Ioannes Grãmaticus, & concessit ad primã aliquod esse corruptibile nunq̃ corrũpendum etiam in substantiis. Ad secũdam dicebat hanc opinionem esse Platonis, & veriorem illa Arist. & ideo hanc rationem factam de cœlo reputauit efficacem, contra Aristo.

{Et hæc dubitatio.} Tangit difficultatem quæstio- C nis, qm in Secũdo cæli soluens quæstionem difficilem textu cõmen. 71. addit ꝙ si orbi adderetur astrum aut non moueretur, aut tardius moueretur, & hoc dat intelligere, cælum esse finitum ꝯm potentiam eius.

{Audiens aũt.} Ponit põnẽ Auicennæ, qui inter hos consultat, ait.n. necessariũ bifariam esse, alterũ qđ quidem necessarium est ab alio, sui natura est contingens veluti cœlum, quod sui natura est contingens, sed à motore suo est necessariũ. Alterũ qđ est necessarium à se, ceu motores orbiũ, qui necessarij sunt suapte natura.

{Nos aũt.} Rñdet nunc ad q̃onem ꝯm veritatem, & primo declarat qualis est potentia cœli, & q̃uo finita, & q̃uo infinita, & breuibus vř innuere hanc distinctionẽ ꝙ potentia dici potest infinita intensiuẽ, videlicet in qualitate actionis vel passionis, & extensiue in D q̃titate durationis. Tunc dicit duo ad hanc primã q̃onis partem, primum ꝙ potentia passiua cœli est finita intensiuẽ in qualitate passionis, hoc est patiꝛ ab agẽte certa resistentia ꝯm est potentia passiua cœli est infinita extẽsiue, hoc est incorruptibilis, & æterna, atq; apta pati à motore sempiterno tpe, primum ꝓbat. Tũ quia ita est de passione vti de actione, sed nulla forma magnitudinis finitę põt esse actionis infinitæ, cũ illa sit diuisibilis diuisione corporis, igiꝛ nec potẽtia passiua potest esse infinita in patiẽdo, secũdo arguit, si aliqđ corpus posset esse infinitę passionis, posset esse nullius resistẽtiæ, & sic posset dari vnũ infinitum maius altero, qđ deduco, vbi.n. dareꝛ tale nullius resistentiæ passiuum posset adhuc dari vnũ minus resistens, si in minori esset corpore, & sic vnum infinitum erit maius altero.

{Ex hoc ergo.} Secundum probat, quia cœlum est corpus

corpus simplex, & illius forma est p se subsistens, & non dependens à materia, cœlum igitur quo quidem ad qualitatem patiendi est finitæ potentiæ, & sic aliquantæ resistentiæ, quo verò ad extensionem est infinitæ potentiæ, quia simplex & absq; materia. Hæc est solutio quantum ad virtutem pasiuam.

{Dubitabit aliqs.} Excusat se à duabus qônibus quas ad librũ Cœli remittit, prima est, quonamodo cœlum neq; est graue, neq; leue, sed naturę tertiæ. scd'a est, quo nam mõ hét potẽtiã finitã, has igif in lib. Cœli remittit.

{Dupliciter. n. potentiæ.} Nũc qualis est potentia motiua, cœli declarat, & facit illã distinctionem, ꝙ potẽtia pôt dici infinita in qualitate actionis, illa videlicet, quæ mouet in non tpe vel vltra proportionem oĩs potentię finitæ, & hoc mõ neq; primus motor, nec aliquis motorum cœlestiũ est infinitus, quia mouerent in nõ tpe. Alio modo dici pôt infinita extensiuè, quia potest per infinitum tps mouere, & hac rõne quælibet potentia cuiusq; motoris est infinita, & sic patet solutio tota.

{Motores igitur.} Ex his infert conuenientiam inter motores materiales aĩalium, & immateriales cœlorum, & vult ꝙ ambo sint mouentes à potentia finita in qualitate agendi. Materiales quidem, quia finiuntur propter materiam. Immateriales vero, quia finiuntur à natura rerũ, quę non capit infinitudinem, nec in corpore, nec extra corpus, signũ autem est, quia cœli sunt diuersarum velocitatum, qñ octauus orbis. 36. m. annis complet motuum suum, Saturnus in. 30. & alij in aliis quod non esset si potentiæ essent infinitæ.

{Ergo fm hunc.} Colligit totam solutionem breuibus & vult ꝙ cœli potẽtia sit finita oĩ ex parte, ex parte quidẽ actionis, cũ sit certæ actionis, ex parte pasionis cum sit certæ resistentiæ, huius rei signum est, quia vt dixit Arist. Secundo cœli tex. com. 71. si cœlo adderetur astrum aut non moueretur, aut tardius moueretur, quæ rõ docet potentiam oĩ ex parte esse finitam. Sed magna hic exoritur qõ vnde cœlum habet ꝙ motori resistat, nec valet quod quidam aiunt ꝙ aliter cõsideratur successio in motu aĩalis, & aliter in motu naturali, dicentes in naturali attendi penes proportionẽ Geometricã potentię mouentis ad suã resistentiam, in aĩali verò penes aptitudinem seu inclinationẽ fm eius appetitum ad tm vel tm moueri, vbi. n. sic esset oĩs limitata velocitas esset ex parte motoris sic appetentis motum cum tanta aut tãta velocitate, & non ex parte mobilis, & ita Auer. quem sequuntur, somniasset, cum dixisset potentiam pasiuam cœli esse limitatam in qualitate pasionis, & limitatæ resistentiæ. Hęc itaq; quæstio nunc hic omittatur, sed in libro Destru. destruc. dispu-

H tatui ipsam satis probabiliter pro ea ætate, quod si aliqñ aliter occurret, dicam forte melius, & magis ad Aristo. aures. Hæc de prima quæstione Auer.

{Ad scd'am autem.} Soluit ad qõnem secundam, & primo ad eã absolutè, secundo ad cauillũ tacitũ, solutio absolutè est, ꝙ vbi ponif virtus infinita & in corpore, illa non pôt esse nisi infinita in qualitate agendi, vbi aũt ponif extra corpus, illa ꝓprie non debet dici finita, nec infinita. primũ (licet ipse non declaret) potest declarari per dicta in. 12. Met. cõmen. 41. qñ vbi virtus infinita extẽsiue, hoc est æterna esset in corpore, hoc est cõstituta in esse p corpus (vt nũc Auer. intelligit) esset virtus corruptibilis, igif haberet cõtrarium corruptiuũ. & cũ sit æterna, oportet vt æterno tpe resistat causis corruptiuis, non potest infinito tpe resistere contrariis, nisi

E excedat illa excessu infinito, quare oportet eã esse infinitam non mõ in extensione, sed qualitate agẽdi, & sic mouebit in non tpe, vt rõ Arist. docet fm declarauit, quia vbi illa ponitur extẽsiue infinita, & extra corpus, non oportet vt resistat causis corruptiuis, & ita non oportet vt sit infinita in qualitate actionis, & per consequens non oportet vt moueat in non tempore.

{Nõ ergo sequitur.} Sed accidit vnus cauillus, & quidem difficillimus, nã si motor primus est extra corpus & finitæ qualitatis agẽdi, tunc vtar eadẽ demõstratione Arist. & deducã posse esse vel intelligi esse, aliq̃ virtutẽ finitã ĩ tpe monens ęquale mobile æquali velocitate, videlicet spatio. 24. horarũ & minori, ꝓbo, & vtar rõne Arist. virtus illa est finita in qualitate actionis, ꝑ te, igitur mouet certo tpe cœlum. sit tps illud. 24. horarũ,

F videlicet accipio vnam virtutẽ in materia, quæ ad imaginationem moueat cœlũ tardiori motu, nec oportet fugere ꝙ non pôt dari, quia sic fugiã ab Arist. rône, & volo ꝙ illa fiat ad imaginationẽ dupla & tripla, donec mouebit cœlũ vel ęquale in. 24. horis, & sic virtus finita potest æquali tpe mouere æquale cum virtute infinita. hunc igitur cauillũ euadit Auer. qñ talis virtus, q̃ assumeretur materialis, cum sit in corpore non pôt illi comparari, qñ hæc est diuisibilis in maiori maior, & in minori minor, at illa cœli esset sine corpore & indiuisibilis. quare patet ꝙ Arist. rõ esset efficax, vbi virtus illa infinita poniturin materia, quia tunc esset huic cõparabilis fm magis & minus, & rectè subtiliter euadit Auer. Ex his oĩbus potest accipi expõ conclusionis, & rõnis apud Auer. intendit. n. ꝙ nulla virtus infinita in extensione & duratione potest esse in corpore constituta inesse per illud, quia tunc esset infinita in vigore, &

G per consequens moueret in non tempore, quia si non moueret in non tẽpore aliqua finita posset æquali inæquali tẽpore mouere, & rõ hec valet, quia sunt cõparabiles ambę, vbi verò est extra corpus mouet in tempore, nec ꝓpter hoc sequitur vt aliqua finita in tẽpore posset æquali velocitate mouere, qñ nulla potest illi ac cipi cõparabilis. Sed cõtra hanc expõnem obiicit expositor, tũ primo, quia contradicit Arist. qui paulo ãte dixit & etiã dicet in fine, virtutẽ infinitam mouere mobile finitum tẽpore infinito, vbi patet virtutẽ dicere in finitam extra corpus, tũ secundo, quia eo mõ conuenit formæ finitudo & infinitudo, quo etiam vr̃ter sibi magnitudo, mõ formæ cõpetit magnitudo per se quidem saltẽ gradualis, siue perfectionalis, & per accidens rõne magnitudinis subiecti, & sic licet motor ille nõ esset finitus vel infinitus rõne subiecti, esset talis vel talis rõne formæ & perfectionis. Ioannes euadit ꝙ Auer. loquitur de primo motore, mõ hic nõ est in magnitudine nec subiectiue, nec attributiue, & ꝓpterea nullatenus est finitus aut infinitus. Ad secũdũ euadit ꝙ Arist. infra vtetur potẽtia ꝓ causalitate, mõ cum sit infinitæ causalitatis, ideo nõ est in corpore. Sed hec Ioãnis. rñsio est fuga, primo quia tunc demonstratio Arist. esset particularis solũ de primo motore vt fine, & sic non valeret de cæteris, secũdo, quia frustra Arist. supposuit primum motorẽ mouere ꝑpetuo motu, si solũ vt finẽ mouere vellet, tertio, quia abutitur oĩbus verbis Arist. qui vbiq; per mouens, & principiũ vnde motus, intelligit effectricem cãm. Propterea dico ꝙ Auer. vult motorẽ cœli non esse finitũ vel infinitũ finitudine vel infinitudine q̃ sibi cõpeterẽt rõne subiecti & materiæ, vt in toto cõmẽto exponit, de alia nõ negasset, & vlteri' oportet

Expositio Auerr. pulchra.

Reprehe. exposi toris S. Tho.

Defensio Ioannis.

Confutatio Ioannis.

Defensio Auer.

An ex pro Arist. posset concludi quid. no nulla vo lũtas motus sit infinita. vide Gratiad. q̃sto loc. 21. [illegible]

tet dicere ꝙ aliæ virtutes materiales nõ ſunt cõparabiles ei, quoniã ſunt finitæ vel infinitæ ratione ſubiecti. Rationes igitur expoſitoris probant motores eſſe finitos alia ratione, quam dependenter à ſubiecto vt quia formæ attributæ corporibus mobilibus, & quia actiones ſunt finitæ, quod Auer. non negat, inmo Secundo Cœli com. 38. expreſſe cõcedit, non tamen propter hoc aliæ materiales ſunt illis comparabiles, quonammodo intelligatur alia reſponſio. 12. Metaph. commen. 41. & an deus ſit infiniti vigoris in libello noſtro de amplitudine ſiue infinitudine dei nuper ædito perquire.

An ſi eſſet virtus infinita moueret in inſtanti vel in non tpe. Vide Egi. hic.

RECOGNITIONES.

HAec eſt ſecũda concluſio, quæ ſeruit pro ſuppoſitione ſecunda ad probandum primum motorem eſſe indiuiſibilem, eſt concluſio hæc, { ꝙ autem in magnitudine omnino finita, non contingat infinitam eſſe potentiam, } ſubaudi quæ illam moueat, { ex his, } quæ dicemus { manifeſtũ eſt, } dixi notanter, quæ illam moueat, qm̃ nulla virtus eſt in magnitudine, quin illã moueat, alioquin eſſet fruſtra, nec virtus mouet magnitudinem, quin ſit in illa, tunc ſupponit duo: primum ꝙ comparando maiorem virtutẽ ad minorem maior virtus efficit æqualem effectum illi, quem facit minor in minori tempore. ſecunda ſuppoſitio, ꝗ non explicat, eſt ꝙ omnis motus ſit in tempore, his habitis intendit probare hanc concluſionem, virtus infinita non poteſt mouere mobile finitum tempore finito, & probatio eſt hæc, ſi virtus infinita mouet magnitudinem finitam tempore finito, virtus finita poterit mouere eandẽ tempore finito, probo & ſuppono ꝙ per quantũ creſcit virtus mouens per tantum tempus minuatur, qm̃ aucta potentia ad eandem reſiſtentiam, tempus minuitur, ſit ergo tẽpus in quo virtus infinita mouet magnitudinem finitam hora videlicet a. tempus vero in quo virtus finita mouet eandem ſit dies, qui eſt. 24. horarũ, tunc volo ꝙ de potentia infinita dematur, & addatur, potentiæ finitæ, cũ per hanc additionem tempus diminuatur, crementum adeo fiet, vt tandem finita virtus mouebit eandem magnitudinem in hora, & ſic patet abſurdum. In commen. animaduerte in ſolutione ſecundæ. q. ꝙ ſi virtus æterna ponatur in corpore dependendo à corpore, tunc ſequitur vt ſit ſimul duplici infinitate infinita, quia duratione, hoc eſt æternitate, & vigore, hoc eſt velocitate mouendi, vt bene in commentarijs deductum eſt, at vbi ponitur extra corpus ab illo non dependendo, ſequitur, vt ſolum duratione ſit infinita, hoc eſt æternitate, non autem vigore. ac velocitate motus, quoniam omnis virtus eſt qualitate agendi finita inquantum virtus exiſtẽs in natura. deinde Auer. ibi { non ergo ſequitur, } remouet dubium contra ſe, quoniam ſi virtus extra corpus duratione fuerit infinita, velocitate mouendi finita. virtus aliqua materialis ſaltem quo ad intellectum poterit intelligi æqualis, vel maior quo ad velocitatem mouendi virtute illa infinita duratione, qualitate mouẽdi finita, vt patet formando demonſtrationem Ariſt. Reſpondet ibi Auer. ꝙ data virtute materiali, non poterit comparari virtuti immateriali quantum ad finitatem vel infinitatem agendi quoniam virtus immaterialis, nec eſt finita, nec infinita, quo ad velocitatem mouendi, virtus vero materialis eſt finita, quare non ſunt comparabiles. Sed diuus Thomas miratur hæc. quoniam virtus illa extra corpus mouet, & tempore æterno, & velocitate finita, & ſic licet non ſint comparabiles quo ad infinitatem temporis, erunt tamen comparabiles quo ad velocitatem

Recogni. in cõm. 79.

Argumentum diui Tho.

A mouendi, quæ in vtriſq; finita eſt. Gandauenſis defendens Auer. dicit falſum eſſe primum motorem extra corpus mouere, & ita falſum eſt eum eſſe finitum vel infinitum, cũ nequaquam moueat, per quæ aſſerit demonſtrationem hanc eſſe ſolum intelligendam de primo motore, non autem de cæteris intelligentijs. Sed pace Gãdauenſis hæc friuola ſunt, primo quia Auer. in hoc cõmento cõparauit motores materiales immaterialibus quo ad finitatem mouendi. Secundo quia ſaltem poterit dari virtus materialis, quæ quo ad velocitatem motus poterit comparari cęteris motoribus, tertio quia falſum eſt deum mouere ſolũ vt finem, & non efficientem, vt alibi probauimus. Gandauenſis igitur neſciens ſoluere rationem diui Tho. detruditur ad has fabellas. Quare dicendum aliter ꝙ cũ Auer. aſſerit virtutem extra corpus nec eſſe finitam, nec infinitam, in-

Defenſio. Gandaucn.

Reprobatio.

B telligit finitatem vel infinitatem dependentem à materia, cum quo tamen ſtat eam eſſe finitam qualitate mouendi, quæ non dependet à corpore, ſed finitatem, vel infinitate competenti ſuæ naturæ, hac enim virtus extra corpus finita eſt, cum ſua natura limitata ſit, & ſic recte dicit Auer. materialem, & immaterialem virtutes non eſſe comparabiles, quantum videlicet ad finitatẽ dependentem à corpore, ſed bene quo ad finitatẽ competentem ſuis naturis. nam prima cõparatio fit in quatuor terminis, cum enim dixit motores cœleſtes & motores materiales eſſe cõparari, intellexit comparatione facta in quatuor terminis, ſicut comparantur acumen viſus & acumen gladij, ita enim ſe habent motores cœleſtes ad finitatem competentem ſuæ naturæ ſicut materiales ad finitatem dependentem à materia, cũ vero dicit hic eos non eſſe cõparabiles intelligit quia æqui-

C uoce dicitur in illis & in his finitas, quia finitas materialium dependet à materia, illa vero illorum pendet à natura, & ſic non ſunt comparabiles comparatione facta in duobus terminis. Sed dices, cur non poteſt virtus materialis intelligi æqualis, & maior virtute materiali quo ad finitatem competentem ſuis naturis, vbi enim eſt dare magis & minus eſt dare æquale, ergo ſaltem quo ad finitatem mouendi cõpetentem ſuæ naturæ ſunt comparabiles, & poteſt dari maior, & æqualis, dicendum, ꝙ virtus materialis non eſt illi immateriali comparabilis, quoniam materialis eſt finita duplici finitate ſcilicet duratione, & velocitate mouẽdi, & vtraque dependet à materia. At virtus immaterialis eſt finita altera tantũ finitate, ſcilicet velocitate mouẽdi, quæ pendet à natura, non autem finitate durationis, & ſic nunquam materialis virtus poterit illi fieri per intellectum æqualis aut maior, quin materialis virtus ſemper

D remaneat minor finitate demonſtrationis. Sed adhuc reſtat. q. quoniam ſaltem poſſet intelligi quo ad finitatem mouendi fieri illi æqualis, & maior. quod Philoſophi negant. dicendum ꝙ non poteſt, quoniã virtus materialis eſt finita finitate pendente à materia, virtus vero immaterialis finita intenſiue finitate naturæ, & ſic æquiuoce dicuntur finitæ, quare nõ poteſt altera intelligi æqualis alteri. Sed contra qm̃ Ariſt. comparat has, cum enim ſumit virtutem infinitam mouere magnitudinem finitam tempore finito, & virtutem finitam mouere etiam cum non appetat velociorẽ motum minore tempore, & auget finitam, certum eſt ꝙ comparat infinitam in duratione finitam tamen intenſiue ſm Auer. finitæ in duratione, & intenſiue, ergo eas comparat, ideo conſideratione magna hic locus dignus eſt. quã ad aliud tempus trãſfero, animaduerte tñ ꝙ diuus

Thomas qui tenet ad mentem Aristotelis primum motorem esse virtutis infinitæ in vigore, potest euadere, & dicere quòd deus in materia existens moueret mere naturaliter & sic moueret in non tempore, extra materiam vero existens, moueret per cognitionem & intellectum, & sic moueret in tempore, & si dices, ergo posset intelligi virtus finita in vigore æquari potentiæ Dei, dicam bene posse intelligi æquari virtute Dei qua mouet, non autem qua Deus posset mouere, quatenus deus est virtus infinita. De resistentia cœli magna quæstio fuit, quidam dixerũt successionẽ in motu cœli nõ esse ex eo quia corpus cœleste resistit motori, qm̃ resistere est agere, & omne qđ agit, est in actu, & sic cœlli haberet actualitatem propriã vltra intelligentiam per quam esset in actu. & resistens, propterea asserunt successionem in motu cœli esse ex parte intelligentiæ, quæ non apta mouere velocius q̃ mouet. eo, quo mouet suum orbem, qm̃ velocior motus non esset ad bonum vniuersi, quare intelligentia, vt appetens tantũ motum resistit sibi, quatenus est virtus motiua, vt homo appetens appetitu rationali resistit sibi appetenti agere secundum appetitum sensualem. Quare intelligentia resistit sibi. sed contra, quoniam eius est resistere, cuius est pati motum, sed intelligentia non recipit motum, sed corpus ipsum cœleste, quod est subiectũ motus, igitur eius est resistere. pro solutione ergo dicamus supponendo de mente Auerro. id quod dat esse alicui, dare omnia accidentia consequentia esse, vt patuit. cum igitur secundum Auerroem intelligentia det esse orbi, dabit omnia accidentia, quæ orbi insunt, vt figuram, raritatem, lucẽ, motũ, resistentiam, qua motori resistat ne moueat velocius q̃ faciat pro bono vniuersi, dimensiones, & cætera omnia, quæ orbi accidũt veluti secundum veritatem, corpus humanum habet omnia accidentia à rationali ipsa anima, quorum vnũ est vt corpus resistat animæ mouenti circulo, & tamen in homine nihil est præter animam, & materiam, cætera sunt accidentia quæ consequũtur animam, quæ informat materiam, quorum vnum est resistentia. tunc dicendum q̄ cœlum resistit motori ne moueat velocius q̃ mouet, resistẽtia, videlicet quæ formaliter inest corpori, effectiue autem est ab ipsius cœli anima, & cũ dicitur resistere est agere, falsum est, quoniã quod resistit motori, recipit motum ab eo, ergo resistere est pati certa successione, & cũ dices saltẽ resistẽs est in actu, quod enim mouetur, est in actu, cõcedo cœlum esse in actu, nõ tamen alia actualitate ab ea, quam habet à sua intelligentia, quæ est sua anima, veluti humanum corpus, vt resistens est actu, non tamen alia actualitate ab ea, quam habet à sua anima, ab ea enim habet esse simpliciter, & omnia consequentia illud, quorum vnũ est esse actu, & alterũ est resistere motori, ne moueat ipsum velocius quã mouet, Sed adhuc dubitabis, si cœlũ resistit suæ intelligentiæ quæ est suæ animæ. vel resistit, quoniam corpus cœleste in contrarium motũ nititur illi, quo intelligentia ipsum mouet, vt si intelligentia mouet cœleste corpus ab occasu in ortum, & cœleste corpus niteretur moueri ab ortu in occasum, & si sic, tũc corpus cœleste haberet aliã formã ab anima, vel quia cœleste corpus nititur in diuersum motum, vt si intelligentia moueret ipsum circulariter, & corpus cœleste niteretur moueri sursum vel deorsum, & iterũ si ita esset. corpus cœleste haberet aliam formã, videlicet grauitatem vel leuitatem, dicẽdum q̄ cœleste corpus resistit intelligentiæ non resistentia depẽdente ab alia for-

E ma quã ab ipsamet intelligẽtia, & ideo nõ resistit quia in motum contrariũ nititur, nec in motum diuersum tunc enim niteretur in motum cõtrariũ, vel diuersum, cum resisteret ei resistentia dependente ab alia forma quã ab intelligentia, modo corpus cœleste resistit motori sua resistentia, quæ dependet ab illo, resistit igitur non quia nititur in cõtrarium, nec in diuersum motũ, sed quia non est aptũ moueri velocius quã mouetur, qm̃ moueri velocius quã mouet, nõ est bonum vniuersi, & fortasse hoc voluerunt dicere priores, qui dixerũt resistentiam esse ab ipsa intelligentia, qm̃ cœlũ resistit resistentia quæ dependet ab intelligentia, cum ab ea nõ sit aptũ moueri velocius quã mouetur, cũ illa nec appetat moueri velocius, cũ nõ sit bonum vniuersi, nec cœlum sit aptum moueri velocius quam mouet propter bonum vniuersi. vlterius dubitatur, qm̃ Auer. in com-

F mento facit hanc consequentiam, si aliqua intelligentia esset infinitæ potentiæ motiuæ intensiue, tunc moueret in instanti, hoc est velocius omni motore: modo dicerem consequentiã non valere, qm̃ licet deus esset infinite potentiæ intensiue, tamen mouet motu certa velocitate constituto, quoniam pro bono vniuersi motus velocior esse non potest, dicendum q̄ ex possibili secundum imaginationem non potest sequi impossibile secundum imaginationem, sic sequitur in casu, si enim deus esset infinitæ potentiæ, quatenus esset infinitæ potentiæ esset intelligibile mouere in infinitum velociter, sed infinitæ velox motus est impossibile secundum imaginationem, ergo id, ex quo sequitur, erit impõle ſm imaginationẽ, quare deũ esse infinitæ potentiæ secũdum hæc esset impõle ſm imaginationẽ, tu vero quære hæc in libello de infinitate primi motoris.

G *Neq; igitur infinita in magnitudine finita uirtus esse non potest, atq; tametsi minore in magnitudine plus uirtutis inesse posit, multo tamen magis in maiore est, sit igitur magnitudo infinita A B, sed B C, eius pars uirtutem quandam habeat, qua mouit D, quodam tempore, quod sit Z, Si igitur ipsius B C, duplum accepero, illa in dimidio E, Z, temporis mouebit, si enim hæc proportio. Quare in Z & T, mouebit, Ergo si sic accepero semper, nũquam ipsum A B, transibo, tempus enim dato semper accipiã minus, potestas igitur infinita est, omnem enim finitam uim superat, cuiuslibet autem finitæ uirtutis finitum etiam esse tempus necesse est, nam si in aliquo in tempore mouet tanta, maior minore in tempore quidem finito tamen conuersione proportionis mouebit. Infinita autem omnis uirtus quẽadmodum magnitudo atq; multitudo, omnem finitam exuperat.* Tex. 50.

H

A	mouens Infinitum.	B
B	mouens finitum.	C
D	mobile	
E	tempus in quo B C mouet D	Z
Z	tempus subduplum.	T

Tertium necessarium ad conclusionẽ principalem est q̄ in magnitudine infinita non est virtus finita, & probat hoc dupliciter, & prima ratio põt resolui ad duos syllogismos, primus & principalis est. Oĩs virtus quæ oẽm finitã exuperat necessario est infinita, vt cuilibet patet. Potestas magnitudinis finitæ oẽm exuperat finitam, igitur est infinita. Minor prosyllogizatur hoc modo, omnis virtus quæ in mouendo mouet minori

tempore

tempore quocũq; dato, exuperat omnem finitam, virtus magnitudinis infinitæ in mouendo mouet minori in tempore quolibet dato, igitur exuperat oẽm finitã. Minor patet in textu, quia data parte virtutis alicuius magnitudinis accepte à tota illa infinita, illa mouet certo dato tẽpore, data adhuc dupla virtute in dupla magnitudine etiã ab illa tota accepta, adhuc mouet in duplo minore tempore, & data quantauis cũ illa sit pars totius, semper mouebit maiore in tempore quam tota mouet, & sic minor prosyllogismi patet. De rõne principali pr mo proponit cõclusionem, & inquit. Neque igitur infinita in magnitudine finita virtus esse potest, hæc est conclusio, sed quia aliquis posset cauillare, addit atque tametsi minore in magnitudine plus virtutis inesse posit vt paruo in igne plus q̃ in magno aere, mul to tamen magis erit in multo magis maiore, tãtum.n. accipi potest de aere quod superabit ignem, & ita probat conclusionem simpliciter in terminis & constituit causam, & inquit. Sit igitur magnitudo infinita A B, sed C, eius pars virtutem quandam habeat, qua mouit, D, quodam tempore, quod sit E, Z, si igitur ipsius B, C, partis duplum accepero, illa in dimidio E Z, temporis mouebit, & siue in dimidio præcise, siue non dummodo in minore moueat tempore, sit hæc proportio, videlicet dimidij temporis ad duplum, quare in Z T, dimidio temporis illo dato mouebit, ergo si sic accepero semper, nunquam ipsum A, B, transibo, nam semper quocunq; dato tempore tempus accipiam minus quo tota magnitudo A, B, mouebit, igitur illius potestas infinita est, hæc est probatio minoris prosyllogismi & conclusio principalis, deinde quasi tãgit minorẽ principalis, syllogismi dicẽs, omnem enim finitam vim superat, fortasse cauillabit aliquis, ꝙ non cuiuslibet virtutis finitæ tempus sit finitum, sed infinitæ paruum vel non tempus, & sic falsum est, ꝙ semper quælibet pars moueat tempore finito, contra hoc obijcit quasi dicẽs, cuiuslibet autem finitæ virtutis finitum esse tempus necesse est, cuius signum affert dicens, nam si in aliquo tempore mouet tanta, siue virtus siue potestas maior minore in tempore quidem finito, tamen conuersione proportionis mouebit, dico conuersione proportionis, magnitudinis, videlicet ad tempus, & temporis ad tempus, & magnitudinis ad magnitudinem, at (vt dictũ est) infinita omnem finitam exuperat, quemadmodum de multitudine dicit. Fortasse ꝙ in textu est vnus syllogismus, & est, oĩs virtus quæ proportione tpis in mouẽdo excellit oẽm aliã finitã, est infinita. Virtus magnitudinis infinitæ proportionis tpis in mouẽdo excellit omnẽ finitã, vt in litera patet, igitur est infinita.

RECOGNITIONES.

Conclusio textus est, virtus infinitæ magnitudinis non est finita, prima forma probãdi est B C, pars infinitæ magnitudinis mouet E, Z, tempore minore, q̃ sit tempus quo mouet A B, tota magnitudo infinita, igitur duplum ad B, C, mouebit in duplo minori tempore, vt Z, T, & triplum mouebit in tempore triplo minore, & sic augendo semper B, C, partem. A. B. nequaquam transibimus & per consequẽdo augendo B, C, ad quadruplum & ad quintuplũ, & sic in infinitũ, tempus minorabit in infinitũ. Quare A, B, infinita potẽtia erit, erit ergo ratio in magnitudine certa, erit certa virtus, & in dupla erit dupla, & in tripla erit tripla, ergo in infinita erit infinita. Alia forma est nulla virtus, quæ proportione tpis in mouendo excellit omnem aliam finitã. est finita virtus infinitæ magnitudinis propor-

A tione tpis excellit oẽm finitã potẽtiã vt patuit, qm̃ addendo suæ parti nunq̃ tota exhauritur, & sic excellit oẽm aliã finitã, ergo non est finita, de ratione tãgit minorem ibi, omnem.n. finitã excellit potentiam, & tunc, ibi {sit igitur in quo A B, infinitum} erit probatio minoris. probat.n. ꝙ virtus magnitudinis infinitæ excellit omnem finitam, potest ergo textus resolui ꝙ primo Aristo. probat hanc suppositionem virtus magnitudinis infinitæ excellit virtutem oẽm finitã quę est minor, secunda ibi {infinita ergo potentia,} ponit conclusionem syllogismi. Tertia ibi {oẽm.n. finitam} ponit minorem, deinde ibi {omnis autem finitæ potentiæ} remouet dubium tacitum, quoniã aliquis dicere põt ꝙ non cuiuslibet finitæ potentiæ tempus est finitum, & terminatũ, qm̃ aliqua finita potentia põt mouere in nõ tẽpore, vt virtus grauis in vacuo, ideo probat ꝙ tem-

B pus cuiuslibet potentiæ finitæ sit finitum & determinatum, hoc pacto, tanta virtus mouet in quodam tempore, ergo maior mouebit in minore tempore, determinato tamen secundum cõuersionem proportionis, quæ est ꝙ sicut minor mouet in maiore tempore, ita maior mouet in minore, tunc dat conclusionem, & dicit, {infinita itaq; est omnis potentia, sicut multitudo & magnitudo} infinita {est excellens omne finitũ} hæc fuit conclusio, tres igitur conclusiones sunt probatæ, prima ꝙ mouens & mobile finita esse non posint, & tempus infinitum. Secunda ꝙ mobile & tempus non posint esse finita, & mouens infinitũ. Tertium ꝙ non posint mouens, & tempus esse finita, & mobile infinitum, quæ pro tribus suppositionibus habendæ sunt, vt videbitur. Sed dices hæc tertia conclusio non seruit de monstrationi, qua probabit primum motorẽ esse indi

C uisibilẽ, igiẽ ponit frustra. Respondet Auer. & dicit, ꝙ hæc conuersio, quæ est suppositio siue cõclusio tertia, quæ dicit cõuersio secundæ non facit ad oppositũ declarandũ, sed tñ ostendit eam hic, vt ex hac acquiratur propositum principale, qm̃ est causa propinqua indiuisibilitatis primi motoris, cum enim non sit vera causa, saltem est propinqua verę causæ, qm̃ per eam tollentur aliqua obiecta contra veram causam, vt patebit.

Insuper hoc idem hac ratione demonstrari potest, accipiemus enim cuiusdam finitæ magnitudinis virtutem aliquam generis eius uirtutis. quæ infinita in magnitudine est, quæ uirtutem finitam metietur magnitudinis infinitæ. Quod igitur finita in magnitudine esse non possit uirtus infinita, neq; finita in infinita, ex his perspicuum est. Tex.81.

Secundo idem probat enthymematice sic, si infinita in magnitudine esset virtus finita, accipi posset cuius

D dam finitæ magnitudinis virtus aliqua generis eius virtutis quæ infinita in magnitudine est, quæ metiri posset omnem virtutẽ magnitudinis infinitæ, nam finita potest mensurari ab aliqua parte sui generis, hoc autẽ habet pro impossibili, nã vt magnitudo nõ est à magnitudine mensurabilis, sic ne virtus à virtute, demũ epilogat, & verba translatione patent. Debes scire (vt innuit expositor) ꝙ hæc ratio non multũ differt à prima, nisi ꝙ prima loquitur in magnitudinibus siue eiusdem siue alterius generis. Hæc vero in magnitudinibus eiusdem generis.

At de his quæ feruntur bene se habet aliquam primo dubitationem in medio adducere, na m si id omne quod mouetur, ab aliquo moueatur, quonam modo eorum quæ non se ipsa mouent, nonnulla continuo mouentur, illo quod mouit ipsa non tangente, ut proiecta. Tex.82.

Antequam ad rem veniat mouet quæstionem de proiectis, quonam moueantur, tangit autem quæstionis causam, quoniam omne quod mouetur ab aliquo mouetur, cum igitur proiecta moueantur à proiectore, quonam modo separata, & non tacta ab illo moueri possunt. Hęc quæstio est soluenda prius ante principale conclusionem.

Quod si is qui mouit simul etiam aliquid aliud mouit ut aerem, qui quidem motus mouet, simili ratione fieri non potest primo quod mouit non tangente nec mouente, ut ipse moueatur. Sed simul omnia mouentur cessantque moueri, cum id quod primo mouet mouere desinit, quamuis perinde ut lapis moueat quod mouit.

Antequam soluat secundum veritatem, respondet secundum alios, & quidam putant secundum Platonem. Plato enim dicit quod impulsor impellit aerem, qui aer motus ipsum proiectum mouet, quod proiectum rursus mouet aerem, qui mouet rursus proiectum, & non explicat quomodo. Debes tamen scire quod hæc positio solet exponi quod aer ille qui inter manum & proiectum mediat mouetur à manu, & ille mouet proiectum à principio usque ad finem, nunquam proiectum derelinquens nisi in fine motus. Ideo obijcit contra illam responsionem sic. Omne quod mouet motum ab aliquo motore primo cessat mouere ad cessationem illius, igitur cessante primo cessat aer mouere, unde dicit, sed sic omnia mouentur cessantque moueri, cum id quod primo mouet, mouere desinit, quamuis talis aer motus perinde moueat ut lapis, qui mouet aliud ut motus à manu, constat enim quod cessante manu cessat lapis mouere.

Sed hoc quidem dicere necesse est primum mouens facere ut moueat hoc aut aer, aut aqua, aut tale aliquid quod mouere & moueri aptum est, non tamen simul cesset mouere et moueri, sed desinit quidem simul moueri cum mouens mouere desinit, mouens autem ulterius est, quo circa mouet aliud quid sibi cohærens, sed quo quidem erit eadem ratio.

Soluit nunc secundum veritatem, & videtur hæc responsio quasi expositio primæ solutionis. Vbi debes scire quod Arist. imaginatur aerem, qui est inter proiectum & proijciens impelli, in tali tamen impulsione est duo considerare: moueri, quod ille aer recipit à manu, & mouere, quod facit in aerem sibi proximum: tunc vult quod cessante primo motore mouere cessat aer ille moueri mox, non tamen cessat mouere. & ita mouet ulterius partem aeris sibi proximam, & similis ratio est de secunda, vnde quidam aiunt proiectionem hunc in modum fieri, cum.n. aer, interceptus separatur à manu mouet lapidem, qui lapis diuidit aerem violenter in parte interiori, quo diuiso clauditur aer in parte posteriori, aer sic clausus pellit proiectum. Simul fit diuisio vnius partis aeris, & clausio violenta, sed de hac re postmodum dicetur.

Expō Arist. nō conueniēs.

Cessat autem cum mouendi potentia fit minor in illo quod sibi cohæret, penitus autem desinit, cum non ulterius id facit, quod prius fecit mouens, sed mouetur solum, hæc autem simul cessare, hoc quidem mouere, illud autem moueri, atque vniuersum motum necesse est.

Sed dices, cum semper secunda pars mouet & mouetur, & semper mouet cum mouetur, tunc nunquam cessabit motus proiectionis. Respondet, & imaginatur virtutem remitti continue proportionaliter vsquequo aliqua particula aeris sit mota tantum & non mouens. Prima enim particula mouet secundam, secunda vero imbecillius mouet quartam, quarta rursus imbecillius quintam, adeo proportionaliter, vt sit deuenire ad vltimam quæ moueatur tantum, & non moueat, qua ratione si-

A quo mouetur proiectū sursum post separationē illius à quo proijcitur. Vide Alber. de sa. 20. q. 23. huius, & Gaet. & Bur. hic.

E mul penultima cessat mouere, & vltima moueri, & vniuersus cessabit motus.

Is igitur motus in his fit, quæ interdum moueri, interdum quiescere possunt, atque non continuus est, sed apparet, nam aut eorum est, quæ deinceps ita sunt, aut attigua, quorum quidem non est unum mouens.

Ex ijs infert quod talis motus non est continuus, licet fiat in ipsis, quæ apta sunt quiescere & moueri, quod hac ratione probat, quia non est vnus motor à principio ad finem.

Quocirca & si in aere & aqua talis motus fiat, quem quidam nonnulli antiperistasim dicunt, impossibile tamen est ea quæ dubitata sunt aliter soluere, quam modo dicto, ipsa namque antiperistasis simul cuncta mouere atque moueri faceret, simul atque desinere, quare unum videtur nunc quod continue mouetur ab aliquo, non tamen ab eodem mouetur.

F Debes scire quod quidam dixerunt motum proiectorum esse per antiperistasim, hoc est reuersiuam actionem hoc modo, quod aer ipse moueret lapidem, lapis moueret aerem, & non volebant quod vna aeris portio moueret aliam, & illa aliam donec quiesceret, sed quod aer ipse mouet lapidem, qui lapis mouet rursus aerem, & sese mutuo per antiperistasim procedunt mouendo. Sed contra obijcit, quoniam in ipsa antiperistasi simul ambo mouent & mouentur, incipiunt quoque simul atque desinunt. Modo non est sic in motu proiecti, nam vt dictum est aer prius desinit moueri quam mouere, igitur non fit per antiperistasim, propterea concludit quod videtur vnus motus & non est, cum non sit ab eodem proficiscens, vt patet. Debes scire quod hæc opinio de antiperistasi ab aliquibus exponitur sic, quod proiectum cum separatur à manu, exit velocius quam à suo toto, & tunc quia natura abhorret vacuum, aer existens retro ad impellen-

An motus proiectionis fiat per antiperistasim. Vide Egi. hic.

Pō de antiperistasi

G dum vacuum insequitur ipsum proiectum, & cum insequitur velociter attingendo ipsum proiectum mouet vltra, dicitur autem hæc antiperistasis, quia aer exiens mouet lapidem, & mouetur ab aere insequente. Contra obijcit Arist. quia talis antiperistasis faceret cuncta moueri atque mouere retro vsque ad cœlum, nam aerem primo insequentem alius insequeretur, & illum iterum alius, & sic vsque ad cœlum. Nec valet dicere quod aer sequens rarefit, tum quia mox staret graue, tum secundo quia aer ante proiectionem condensaretur, tum tertio, quia proiectio æque bene fieret in aere raro vt in denso. Opinio Arist. igitur est, quod aer mouet proiectum vt motus, imaginatur enim quod proijciens pellit proiectum, simulque mouet aerem circunstantem cum eo, quoniam aer primo motus mouet pellendo proiectum in aerem secundo loco subsequentem, simulque & illum aerem, deinceps ille se-

Confutatio.

An hoc contingat in aere & in aqua q. quiescente nō pellēte nō quiescat impulsū. Vide Egi. hic. Arist. Pō.

H cundus aer motus pellit proiectum in tertio aere mouendo rursus illum tertium & sic deinceps, cum autem aer motus tardius ac tardius moueatur, tandem est deuenire ad aerem ita tarde motum, quod non sufficit alium mouere, neque proiectum, & tunc cessat prorsus motus. Huius autem exemplum est de circulationibus aquæ proiecto lapide in illa, quæ se multiplicant continue in longiori distantia vsque ad ripas mouendo interdum lignum à loco primæ circulationis vsque in vltimam. Hæc est positio Arist. Contra hanc positionem cauillatores obijciunt per experientias. Prima, quia possemus tunc remotius proijcere plumam quam lapidem, cum pluma minus aeri resistat. Secunda, sequeretur quod cum ego repellerem aduersus te aerem, facerem magnum impetum, & alia multa quæ proficiscuntur ex malo intellectu verborum Arist. Sed pro positione Arist. debes scire quod Arist. non potest negare

Contra Arist. experientiæ.

Expositio positionis Arist.

gare ad motum lapidis non concurrere impetum, cuius rei signum est, quia celerius & magis pellit fortioris brachij, q̃ debilis, & vnus q̃ alius, nec potest negare quin concurrat rarefactio aeris & condensatio, & rursus natura medij, quæ cum leuibus est leuis, cum grauibus grauis. Quare apud ipsum dicendum est quędã se tenere ex parte rei motæ, & alia ex parte momentis, ex parte quidem rei motæ se tenẽt impetus rarefactio siue cõdensatio, hæ.n. augẽt facilitatẽ motus, ex parte agentis se tenent natura medij. Arist. igitur vult ꝙ aer nõ vnus numero sit motor, & huius causa est, quia oportet mouẽs esse separatum & aliud à re mota quantum fieri põt, causa adiuuãs est medij natura, ex parte passi est virtus impressa rei motæ dicta leuitas vel grauitas accidẽtalis, quę nõ cõcurrit vt agẽs, cũ sit simul in re mota, sed potius vt dispositio passi. Recentiores aũt nescierunt distinguere inter dispositiones, & principalia mouentia, & ideo in hos errores delabuntur. Rationes eorum & experientiæ ex ijs soluuntur.

Quæ Auer. comen. 82.

Auer. aũt in hoc commento annotatione digna dicit quatuor. Primum causam huius q̃onis de proiectis, & vult esse dictam, quia potest instari propositioni dictæ, videlicet omne motum habet motorem, & illi videlicet ipsum non mouere nisi cum moueatur cũ sit corpus, ideo quæstionem mouet de proiectis à quonã mouentur. Secundo declarat primam solutionem, prima igit̃ solutio erat ꝙ lapis proiectus mouetur ab aere, qui motus mouet lapidẽ, imaginatur.n. ꝙ cum manus non mouet lapidẽ, statim succedit ei vice sua aer qui mouet lapidem, & simul alium aerẽ, qui succedit in vice illius, & sic vsq; ad finem. Hoc modo Auer. & Themistius exponunt primam responsionem, & replica Arist. exponitur ab eis hoc modo ꝙ hæc responsio non soluit, sed transfert difficultatem, rursus.n. quæstioni locus est quãobrẽ aer ille proximus mouef nullo tãgente, & ita quæstio (vt dicit Auer.) est mutanda de lapide ad aerem, videtur.n. eadem ratio quæ prius, nam cessante primo propulsore videnf & cessare oĩa. Hæc est expositio responsionis & replicæ. Alij (vt diximus) intelligebant responsionem primam hunc in modum. ꝙ aer interiacens intèr manus & lapidẽ mouetur à manu, & ille condurans vsq; ad finem idẽ numero mouet lapidem & cõtra hoc videf replica Aris. ꝙ hæc responsio nihil aliud est q̃ mutare quæstionem de lapide ad aerem, aut aquã. Mouenf autem isti hoc argumento ad hanc expositionem, quia tunc non differret hæc responsio ab illa Arist. nam Aris. etiam vult aerem mouere ipsum proiectum, sed non vnum numero, sed alium atq; alium vt diximus. Tertio Auer. ponit exemplum quonã modo manus mediante aere moto mouet lapidem, & ait, manus.n. nõ mouet illud proiectũ, nisi mouendo prius aerem, vt dicamus ꝙ lapis magnetis attrahit ferrum quod ponitur vltra primum ferrum mediante attractione eius ad primum ferrum, est igitur exemplum ꝙ vt magnes prius natura trahit ferrum vicinius q̃ remotius, licet simul tempore trahere incipiat ambo, sic manus simul tempore mouet lapidem & aerem, lapidem tamen mediante aere.

Respon. Ari.

Quarto, Auer. & Themist. dant responsionem Arist. qui vult ꝙ proiectio fit ab aere hoc mõ, ꝙ aer circũdans lapidẽ simul cũ lapide mouef, & mouet aerem sibi attiguũ simulq; cũ illo proiectũ, rursus tertius motus mouet quartũ simul cũ proiecto, vnde vt primus aer se habet ad pulsorem, sic secũdus aer se habet ad primum. Et vt dicebatur ad talem motum con-

Declaratio responsionis.

A currunt virtus impressa proiecto, scisio anterioris aeris, & clausio posterioris, rarefactio prioris & aliquis occursus posterioris nõ vltra modum sed parua, quæ non facit omnia mouere, demum cõcurrit natura medij, quæ cum leuibus leuitat, cũ grauibus grauitat. Sed principale mouẽs est aer, qui motus mouet, cætera vero concurrunt vt dispositiones, leuitas accidẽtalis vel grauitas vel tale aliud ex parte passi, cum nullum accidens agat in subiecto in quo est, clausio & scissio concurrunt etiam vt dispositiones, clausio ex parte agentis, scissio ex parte rei motæ, rarefactio & condensatio etiam vt dispositiones, condensatio quidem ex parte agentis, rarefectio ex parte patientis, demum concurrit ipsius medij natura, & ex parte momẽtis. Quod omnia hæc concurrant, declaratur, primo concurrit virtus impressa, nam proijciens melius mouet lapidẽ, B q̃ plumam siue stuppam, quia in illo virtutẽ causat maiorem, quia melius applicatur. Secundo occurrit clausio & diuisio medij quia triremis celerius mouef per aquam à mouente, quia diuisio & clausio celerior fit ab illa, q̃ à naui. Tertio concurrit condensatio & rarefactio vt videtur ad sensum in circulationibus aquæ, in quibus mouetur lignum, demum concurrit natura medij, cuius argumentum est, quia dura nõ possunt esse media motus proiectionis, cũ nõ sint apta leuitare, aut grauitare. Quod vero hæc vt dispositiones sint patet, quia motor debet esse separatus à re mota, & continuus, modo hæc duo non videntur competere nisi aeri moto ab ipso propulsore, nec iuniores igitur, nec Egidius potuerunt intelligere positionem Arist. non enim distinguunt inter positionem & principale. Addit demum Auer. ꝙ sua expositio differt ab expositio C ne Themistij, & ꝙ fuit locus iste sibi difficilis, tu vero scias ꝙ quicquid dicit & hic & alibi Auer. est Themistij, non.n. inuenio differentiã inter expositionẽ suam & illam Themistij, bene tamen dicit ꝙ locus est difficilis, nam à recentioribus nullatenus intelligitur. Cuius rei difficultas causa fuit vt Albertilla contradiceret temerarie Aristoteli, ignorans profecto propriã vocem, ad quem errorem labuntur omnes Sorticolæ suorum tẽporũ. Reliqua dicta cõmenti hic facillima sunt.

An proiecta mouentur ex hoc q. vna ps aeris pellit aliã cosimul cũ lapide vel cũ sagitta. Vide Gratiad Esc. l 22 hu.

RECOGNITIONES.

Contra opinionem Aristotelis de motu proiecti obijciunt iuniores. Aristoteles enim opinatur ꝙ aer circundans lapidem motus à manu vel proijciente mouet lapidem ad aerem secundum, & facit, vt aer secundus circundet lapidem eo modo, quo primus illum circuebat, hic secundus lapidem circuens veluti D primus circuebat, motus à priore aere, vt ille primus à manu mouebatur, mouet lapidẽ ad tertium aerẽ, & facit, vt tertius ille aer circuat iterum lapidem, qui motus à secundo aere, mouet lapidem ad quartum, & sic vsq; ad finem. & sic vult Aristo. vt aer alius atque alius lapidem circuens moueat lapidem. Contra obijciunt, quoniam hac positione data plumba æque velociter vel velocius moueretur in aere quã lapis vel ferrum, quoniã aeri mouenti minus resistit, quare oportet ponere vltra aerem alium motorẽ, præterea omnia proiecta æqualiter mouerentur & à forti, & à debili virtute, quoniam si non concurrit nisi aer motus, cum aer motus æqualiter moueatur à forti, & à parua virtute, sic proiecta etiam omnia æqualiter. Adhuc tunc natura medij nihil faceret, contra Aristotelem qui dicit, ꝙ de natura medij est continuare motum versus eum locum, in quem dirigitur, sed quoniã hæc omnia recte

in commentarijs nunc hactenus. Aristoteles ergo pro
ponit dubitationem de proiectis, & dicit, {de his au-
tem, quæ feruntur} hoc est proijciuntur, {bene se ha-
bet dubitare quandam dubitationem primũ} hoc est
anteq̃ demõstret indiuisibilitas primi motoris, est.n.
vtilis hæc dubitatio de proiectis, primo qm̃ ex motu
proiectorum sequitur. vt Auer. inquit, aut aliquid mo-
ueri sine motore, vt proiectũ postq̃ exiuit à proijcien-
te. at mouens, quod proiecit, mouere proiectum illud
non tangendo, aut sequit̃, vt primus motor posset mo
uere cœlum motu non continue, veluti mouet̃ lapis
proiectus à pluribus portionibus aeris sibi inuicẽ suc-
cedentibus in mouendo. Nam posset dici ita esse in mo-
tu cœli, q̃ ille nõ sit ab vno motore, sed ab infinitis si-
bi inuicẽ succedentibus in mouendo cœlũ. Quare est
vtilis hæc dubitatio propter se, qm̃ ex proiectorũ mo-
tu sequitur aliquod horum, secundo est vtilis, quoniã
ex hac sequitur dubitatio eorum quæ dicta sunt, di-
ctum est enim omne quod mouetur habere motorẽ,
modo instãtia est de proiectis postq̃ recesserint à pro-
ijciente, amplius dictum est quod omne mouens cor-
poreum in mouendo mouetur, modo contra hoc est
mouens proiecta, quod mouit, & proiectum cõtinuat
motum suum, & proijciens non mouetur. Tertio vt di
ctum est, hæc quæstio est vtilis, quoniam posset dici pri
mum motorem non esse vnum qui cõtinuo moueat,
quemadmodum non est vnus aer qui mouet lapidem
à principio ad finem. Tunc Aristote. dat dubitationẽ,
& dicit, {si enim quod mouet̃, omne mouetur ab ali-
quo, quæcũq; non ipsa seipsa mouẽt, vt proiecta, quo
modo aliqua} eorum, {mouentur} motu {continuo,
non} contangente illa ipso {mouente,} quod illa in-
cœpit mouere, deinde dat solutionem quandã Platoni
attributam, dicebat enim Plato, q̃ aer lapidem circun
dans mouetur à manu, & hic aer à manu motus mouet
lapidẽ à principio ad finẽ non deferendo lapidẽ, donec
ducat eũ ad finem motus, vnde dicit, {si autẽ} proij-
ciens {simul mouet & aliud aliquid mouens} scilicet la
pidem, {vt aerem qui motus, mouet} similiter lapidẽ
non deferendo eum vsq; in finem, contra obijcit, & di
cit impossibile est primo, scilicet motore {non tangen
te nec mouẽte} amplius aerem, lapidem ipsum vel ae-
rem vlterius {moueri. Sed} oportet subaudi {simul oĩa
moueri, & quiescere} scilicet {cum primum mouẽs ces
sauerit} à mouere, vel à quiescere, si.n. principale mo-
uens cessat mouere, omnia oportet cessare à moueri, &
si cessat à quiescere, omnia oportet moueri, oportet di
co omnia cessare, {quãuis} aer motus à manu facit si-
cut lapis, {si mouet} lapis ferrum quod vlterius {mo-
uet.} Quare vertetur quæstio de aere, nã sicut erat du-
bium de lapide proiecto, à quo moueretur, post reces-
sum à proijciente, sic vertet̃ quæstio de aere, à quo mo
uetur post recessum à manu, deferendo lapidem vsq;
ad finem, deinde reprobata hac Platonis solutione, re-
spondet ipse, & dicit, {necesse est autem hoc quidem
dicere} pro determinatione veritatis, {q̃ primum mo-
uens} scilicet proijciens, qui primo mouet aerem, {fa-
cit vt hic aer} si lapis mouetur in aere {, aut aliqua} si la
pis mouetur in aqua. {aut aliquod aliud quid tale}.s.
corpus liquidum, {quod aptum natura est mouere &
moueri, possit mouere} Quare solutio Arist. proijciens
mouet aerem, qui lapidem circundat, qui motus mo-
uet lapidem in secundum aerem, & facit, vt secundus
aer circundet lapidem, qui motus à primo aere, mouet
lapidem in tertiũ aerem, & facit, vt tertius aer circuat

E lapidem iterum, qui motus mouet lapidẽ in quartum
aerem, & sic vsq; ad finẽ. nõ ergo est vnus aer secũdũ
Aristo. qui motus à manu mouet lapidem à principio
ad finem, sed tot aeris particulæ quot proiectiones, cũ
alter alterum moueat per hunc modum vsq; in finem.
Sed contra quoniam videtur stare argumentum quod
fuit factum contra Platonem, qm̃ tunc manu cessante à
mouere, cessabit primus aer à moueri, & à mouere se-
cundum aerem, & lapidẽ, & sic cessante manu omnia
cessabunt. Respondet {sed non simul cessat} aer {moue
re}.s. lapidẽ {& moueri} à manu, {sed} bene cessat {mo
ueri quidem simul, cum} principale {mouens} scilicet
manus {cessauerit moueri, tamen adhuc est mouens,
quapropter mouebitur quodam contiguum} hoc est
ab ipso aere moto, qui non cessat mouere, mouebitur
aer alius qui est adhuc tertio {alteri} aeri cõtiguus, {&
F in hoc} secundo {eadem ratio est} sicut in primo. ces-
sat enim moueri aere priori cessante mouere, non au-
tem cessat mouere. Sed dices cessante primo & princi-
pali motore, cessant instrumenta mouere, cum omnia
moueant in virtute primi. Respondet Auerroes, q̃ de
natura aeris vel aquæ est, cum accipiunt principiũ mo
uendi ab alio, vt moueantur per se, vt infra dicetur, &
Quarto libro de Cœlo, & sic oportet dicere aerem &
tales non esse præcise instrumenta, nisi quatenus de se
non inciperent motum, sed perseuerare possunt, vt pa
tet, sed vlterius dices, si ita esset, tunc proiectum nunq̃
cessabit moueri, qm̃ primus aer motus mouet lapidem
in secundum, & secundus in tertium; & sic in infinitũ.
Respondet Aristo. & dicit, {cessat autem, cum in ipso
contiguo minor fuerit virtus q̃ vt moueat, tandem au
tem cessat cum non amplius fecerit prius mouens} vt
G posterius moueat adhuc aliud {sed} fecerit vt posterius
{solum} sit {motum patiens,} & non agens motũ, per
recessum enim à principali principio virtus in aeribus
semper diminuitur qm̃ motus est violentus cũ magna
resistentia, diminuitur autem violẽtia & virtus p̱ elon
gationem à principali violẽtante. {hæc autem,} vt in-
quit cũ ita sint, {necesse est} omnia {simul cessare, hoc
quidem mouere} alterum vlterius; {hoc autem moue-
ri} à priori, {& totam motionem.} Ex ijs concludit mo
tum proiectorũ nõ esse continuũ, & dicit, {hic igit̃ mo
tus} p̱iectionis {fit in ijs, quæ pñt aliqñ quidẽ moueri,
aliqñ quidẽ q̃escere, } videlicet in aere, & aqua, & cor
poribus mollibus, {& non cõtinuus, sed videtur} con
tinuus, & q̃ non cõtinuus, probat, & dicit, {aut enim}
portionum aeris {existentium consequenter est, aut}
portionum aeris, quæ mouent, {se tangentium, non
H enim vnum mouens est, sed} mouentia sunt plura {con
tigua ad inuicem.} Ad vnitatem enim & continuitatẽ
motus requiritur non solum vnitas mobilis & tempo
ris, sed motoris, demũ reprobat positionem quandã,
& primo concludit illud quod bene dicunt, & dicit,
{quapropter & in aere, & in aqua fit huismodi motus
proiectionis, & quantum ad hoc bene dicunt, {quem
dicunt quidam antiperistasim esse,} & subdit qđ quan
tum ad hoc male dicunt, & dicit {impossibile autẽ est
aliter dubitata soluere, nisi dicto modo,} & q̃ non pos
sit esse per antiperistasim, probat, & dicit {antiperista-
sis enim simul omnia moueri facit, & mouere, quare
& cessant} omnia simul, {nunc autem videtur vnũ ali-
quid moueri cõtinuo à quolibet} illorum aerum, {non
enim ab eodem,} & sic falsum est motum talium fieri
per antiperistasim. Quod vero ad rationẽ attinet. Ani-
maduerte eos per antiperistasim intellexisse contrariã
actionem,

actionē,quatenus aer mouetur,& aer mouet,nam aer qui lapidem circuit lapidem mouet, mouetur autē ab alio aere ipsum insequente,& ille aer insequens mouet, & mouetur,mouet quidem aerem priorem antecedētemq́;,mouetur autem ab alio insequēte, & sic sequit vt tandem moueatur ignis insequendo aerē,& cœlum insequendo ignem, & sic omnia simul in tali antiperistasi simul mouebunt,& oīa simul cessabunt, hæc ergo est antiperistasis, quatenus aer agit,& aer patit,licet nō aer idē modo,sed idem specie. In cōmento ibi { & hoc quod auctor dicit} digreditur & primo declarat p exēplum qūo primus aer motus à manu mouet lapidē in scd'm aerē, qui circundans lapidē rursum motus à primo mouet lapidem in tertium, & sic vsq; in finem, & dicit,& hoc quod auctor dicit, manifeste videtur sensu in mota aqua,lapide proiecto in illa,videmus.n.lapidē,quæ sequitur lapidē moueri vndiq; in circulū,qui circulus postea transfertur motus ab illa parte ad partē consequentem ēt in circulū, deinde de illa ad aliā donec esset,sed dices aqua est corpus continuū,igit mota vna parte,mouetur quælibet, qm̄ continuū est, cujus motus est vnus. amplius de aere in proiectione dubitatur,qm̄ aer ēt est corpus continuum, igitur mota vna portione aeris,mouetur totus. Rn̄det, pro cuius euidentia,aīaduersione dignum corpus continuū bifariā esse,alterum propria figura terminatum,vt corpus durū,alterū verò figura aliena,vt mollia corpora, tūc vult continuū corpus propria figura terminatū semper totum moueri aliqua sui parte mota,at aer,& aqua sunt corpora cōtinua,alieno termino terminata, & sic non oportet totū moueri altera sui parte mota, & sic stat aliq̄ portionē aquæ moueri, non mota aqua tota, & aliqua portione aeris ēt,non moto toto aere. Si.n. vt inquit,aeris motus esset similis motui corporū, quæ propriis figuris figurantur,oporteret oēs partes aeris, vel aqua moueri vna parte mota,& sic in proiectione expellerentur oēs partes mundi vna in sequendo aliā ne detur vacuū,in tm̄,vt fiat inundatio, & iactura omnium,aut sequeretur penetratio corporū. Sed adhuc dubitares,qm̄ si aer esset aliena figura terminabilis esset rarefactibilis,& condensabilis,& sic motus à manu non posset pellere lapidē in alium aerem, qm̄ nihil pulsum pellit,nisi subeat duritiem quandam, vt sensu patet. Rn̄det Auer.& dicit primo q aer & aqua sint corpora,quæ rarefiunt,& condensantur,& dum condensantur videntur quasi recipere quandā penetrarionē, hoc est quandā constrictionem,si.n. vt inquit non reciperent penetrationem, hoc est constrictionē aliquā, tunc mota vna parte moueret totus aer, & consequēter moueretur totus ignis, & sic in motu proiectionis expelleretur vltimus terminus mundi vt dictū est,scd'o dicit, q partes istæ aeris vel aqua in proiectione non perfecte se penetrant siue constringunt, ita vt nullam subeat densitatem ac duritiē, qm̄ tunc in proiectione solū moueretur ea pars prima aeris vel aqua,quę p̄iici tur à manu,& cum non esset dura, non posset pellere lapidem in scd'm aerē,tertio concludit,q aer vel aqua est quasi mediū inter esse spirituale & corporale, nam vt spirituale constringitur, vt corporale per cōstrictionem acquirit quandā duritiē, vt pulsus pellere possit. q̇rto dicit q nos videmus in aere diuersos motus fieri in partibus,quarū vna non impedit alterā, & hoc merito rarefactionis, merito verò dēsitatis, subit aer pulsus duritiē,& pellit lapidē, & sic videtur quasi aer trāslatus p se,lapis verò ab illo aere durificato pulso, & sic

A vsq; ad finē.quinto declarat q motus proiectionis nō sit vnus, qm̄ pars aeris non est vna à principio ad finē, sed altera alteri succedit,veluti calor multiplicatur per partē post partē in toto subiecto. 6. dicit q motus sagittæ est similis motui nauis in vndis, nā prima vnda mouet nauim in secundā, & secunda in tertiā,& sic vlterius, ex his soluitur ad argumētum qm̄ non oportet vt mota vna parte aeris,totus moueatur,propter penetrationē,& condensationē,& si dicitur,tunc non continuaretur motus,sed statim cessaret, respōdet esse de natura aeris, vel aquæ continuare motum versus eam partem ad quam cœpit moueri.

Cum autem in his quæ sunt, continuus semper sit motus, necesse sit, hic uero unus est, unum quoq; motum magnitudinis cuiusdam esse necesse est, non.n. mouetur id quod magnitudinis expers est, & unius esse ac ab uno, alioquin continuus non erit, sed attiguus alius alij atq; interceptus. Tex. 83.

B

Hactenus de proiectis quæstionem persoluit, voluitq́, habere ex solutione qōnis hanc maiorē, videlicet omnis motus vnus & continuus est ab vno motore vniusq; magnitudinis quæ mouet,nūc addit quasi minorem,& inquit. Cum autē in his quæ sunt, hoc est in vniuerso rerum orbe continuus semper sit motus, necesse sit, hic vero vnus est,hæc videtur minor,addit cōclusionem,& inquit, vnum quoq; motum,subaudi in vniuerso rerū orbe magnitudinis cuiusdā,& vnius atq; ab vno motore necesse est. Hæc est conclusio. Magnitudinis quidem,quia id quod magnitudinis expers est, non mouetur, Sexto huius,vnius verò magnitudinis & ab vno motore,alioquin continuus non erit,sed attiguus aliis abj atq; interceptus,vt per declarata in huius libri Quinto patet. Motus itaq; vniuersi cuiusdā est magnitudinis,vniusq; mobilis, ab vno quoq; motore. Sed dubitant hic,nā.12.Meta.cōm.41. Auerro. vult q motus cœli componitur à duplici motore, igitur falsum & dubium est, quod Arist. conclusit,aut saltē est contradictio inter Auerroē & Arist. Soluit Auer. ibidē q non est inconueniens motum cœli depēdere à duobus motoribus alterius rōnis, ab vno.n. dependet quatenus est infinitæ motionis,ab alio vero quatenus finitæ est motionis. Sed obiicit expositor in lectione p̄cedente,primo q mouere tempore infinito videtur consequi vtrunq;,tam.n. primus motor,quā proximus motor mouet tempore infinito, & sic videntur eiusdē rationis in mouendo. Secūdo cum vterq; motor sit forma extra materiā,quare magis vnus mouet finita motione q̄ alter. Sed Auerro. defendi potest vt diximus in Codicillo de infinitate primi. Vbi debes scire q motus vniuersi cœli congregati ex omnibus orbibus est cōpositus ex diurno,& proprio,diurnus.n. est, qui viginti quatuor agitur horis,proprius verò non vna ratione est,nam octaui orbis sm̄ Ptolemæum est in centū annis gradu vno, Saturni vero in. 30. annis totus, & alij aliis tēporibus,quare cū motus cœli sit cōpositus, etiā motor est duplex,cōis quidē q vniuersum mouet vnico & simplici motu,proprius vero vnicuiq; orbi,q p̄pria reuolutione mouet,sunt aūt alterius rationis,quia cōis est infinitæ motionis,quia mouet independenter, & à se ob nullum alium superiorē,& propter se,quia nō alterius gratia. Alij vero mouent dependenter & ab alio,& pp alium superiorem,qui.n. sic mouet, motione mouet finita, quia suapte natura finitū esset, quia vero ab infinito dependet in duratione, ideo perpetuū est,ex hac respōsione non habetur q deus siue primus

An primū mouens moueat immediate primum mobile. Vide Iand. q. 21. huius.

C

Dubī.

Obiectio expositoris.

Defensio.

D

mus motor sit infiniti vigoris, sed quod si tẽpore infinitus & à se, cæteri vero æterni, sed ab alio. Tunc patet solutio ad obiectiones expositoris.

Mouens quoq; si unum sit, aut motum mouet, aut immobile est. Siquidem mouetur, consequi oportet & ipsum moueri, & simul moueri ab aliquo. Quare stabitur & ad id peruenietur quod mouetur ab eo quod est immobile. Hoc.n. non commutari necesse est, sed mouere quicquã poterit semper. Nam & hoc profecto modo sine labore mouere est.

Secundo probat tale mouẽs mouere sine labore, & vtitur tali syllo, quod mouet penitus immobile, mouet quicquid mouet sine labore: Primum mouens mouet penitus immobile, igitur mouet sine labore, minor declaratur per ea quæ dicta sunt, tũ in septimo, tũ in hoc octauo, quod videlicet, oportet deueniri ad aliqd' qd' mouet penitus immobile, quod quidẽ est primũ, in ordine eorũ quæ mouent & mouentur.

Dubi.

Respõ. Auer. com. 83.

Sed dubitant de causa fatigationis atq; laboris. Rñdet Auer. in hoc cõmento quod fatigatio prouenit ex eo quia mouens in mouendo mouetur, & mouens hac ratione in mouendo mouetur, quia est in materia & ita videtur qd' prima causa mouendi absq; labore sit esse absq; materia, & prima causa mouendi cũ labore sit esse cũ materia. Qua rõne euenit vt motores cœlestes & maxime primus motor moueant sine labore, cum sint virtutes sine materia.

Replic.

Sed hæc responsio videtur dubia. Primo, quia intellectus & volũtas in hoĩe sunt virtutes sine materia, & tñ mouent hominẽ cum labore. Secundo, forma elementi est forma in materia, & tñ mouet corpus naturaliter sine labore.

Defensio noui expositoris.

Nouus expositor quasi defendendo Auerroẽ vult q; illa virtus mouet cũ labore quæ cũ sit in materia, est illa per organa, & mouet immediate, defectu primæ conditionis forma grauis nõ mouet cum labore, quia est in materia & sine organis, defectu secundæ intellectus à regula excluditur, quia mouet mediate, vtpote mediante sensu & imaginatione siue mediante dianoetica parte. Modo ad propositum primus motor mouet immediate vniuersum, & non est in materia nec organica, nec quauis alia.

Replica.

Sed adhuc restat quæstio, primo propter quid, virtus mouens per organa siue existens in materia organica mouet cũ labore. Vbi.n. primus motor moueret per organa, non videt causa quare labore moueret. Secundo quia videtur etiã sine organis mouere cum labore, nam secundo cœli dicitur quod si orbi adderetur astrũ aut non moueret, aut tardius moueretur, hoc autem non esset, nisi cœlũ moueretur cum labore.

An motores cœlorũ sint infatigabiles. Egid. hic. Desensio.

Dici potest ad primũ quod quicquid mouet per organa mouet per transmissionẽ spirituum ad illa, vt docet Arist. in libro de Causa motuum animalium, & tangere videtur Auer. Secundo Cœli cõmento.3. & in libro de substantia orbis, & sic non põt mouere motor membra, nisi spiritus resoluant, & hæc est causa laboris, recte igitur dixit nouus expositor qd' quicquid per organa mouet, videtur mouere cũ labore. Ad secundum dici potest quod cœlum bene mouet cum resistentia, & propterea si orbi adderetur astrum, moueretur tardius, non quidem ob laborem, sed ob resistentiam, hæc de laboris causa, licet alij aliter sentiãt, quæ res transmittatur ad tempus.

An primus motor sit immobilis. Vide Ioan. de magist. q. 4. huius.

Insuper etiam hic motus aut solus, aut potissimum uniformis est, nam neq; id quod mouet ullam subit mutationẽ, neq; id quod ab illo mouetur mutationem habere oportet, quatenus eius motus similis sit.

Tertio ꝓbat quod primus motor mouet motu semper vniformi, & ex parte suimet, & ex parte mobilis, sui quidem met, quia ipse motor nullam subit mutationẽ. Mobilis vero qm̃ cœlũ ipsum qđ mouet ad hoc vt moueatur motu simili & vniformi, & mutationem nõ habet, qua aut varieẽ, aut desinat, aut tale quid patiatur.

E

Auer. vero in calce huius cõmenti vr̃ probare cœlũ ipsum nullam subire mutationem aliam à latione ab æqualitate motus eius. Nam si ipsi cœlo accideret aliqua transmutatio vt alteratio, vel auctio, vel generatio: tunc cœlo accideret inæqualitas in sui motu, vt patet in motu aĩalis.

Qua Auer. comen. 94.

Quod autẽ cœlo non accidat transmutatio, probat Auer. authoritate Arist. dicentis cœlum non recipere transmutationem aliq̃: & rõne hac, quia non componitur ex materia & forma, & quia est necessarium à se, & non ex alio, vt voluit Auicenna qui tenet cœlum esse possibile ex se, sed necessariũ ab alio.

An intelligentiis separatis contingat aliquando aliquã virtutem aliã ab intellectu & voluntate p quã motum infinitũ mobilibus. Vide Gra. Esc. hic. 22. huius.

F

Addit tñ q; cœlum sit necessarium à se, non quidem in agendo, sed in recipiẽdo motum. Sic igitur patet cœlum moueri vniformi motu, quia est absq; transmutatione, & necessarium esse. Dubitant quia motus cœli vr̃ irregularis, & difformis primo ex parte mobilis: nã partes propinquiores polis tardius mouentur. Secũdo ex parte temporis, qm̃ planetæ sunt nunc retrogradi, nunc statiarij: nunc veloces: nunc tardi, vt testantur astronomi, & experientia docet.

Responsio.

Rñdet cõiter oẽs q; licet partes cœli aliquæ velocius aliquæ tardius moueantur; non propter hoc cœlum dr̃ aut difformiter aut irregulariter moueri, nam totum cœlum, & quælibet pars æquales arcus circa centrum in æqualibus tẽporibus describunt. Sed restat videre an penes tempus motus cœli dicaẽ difformis ac irregularis.

Respon. Egid.

Nouus expositor ait dictum Arist. esse verũ solum in motu primo, & diurno, cæteros autem asserit esse difformes & irregulares.

G

Confutatio.

Sed hæc rñsio non est ad Arist. mentẽ. Arist.n. probat motum cœli esse regularem, & vniformẽ: ex parte motoris: quia mouet nullam subiens transmutationem, ex parte verò mobilis, per idem argumentũ. Modo cæteri motus simili rõne se habent: sunt.n. à motore & à mobili intransmutabilibus: igitur pari rõne erunt vniformes.

Respõ ppria.

Potest igitur dici q; planeta per se mouetur regulariter, per accidens irregulariter, vt docet Ptolemæus in Quinto libro Magnæ constructionis. Mouetur quidẽ regulariter circa centrum circelli, circa alia vero irregulariter, & adhuc alij motus sunt regulares respectu vnius cẽtri, & suorũ polorũ, irregulares vero respectu centri alterius orbis, & aliorũ polorum. Hæc in libro Astronomicorũ perquitantur.

An solũ motus primi cœli sit regularis. Vide Egi. hic.

Tex. 84.

At uero aut in medio aut in circunferentia illud sit, necesse est, sunt.n. hæc principia. At ea quæ ꝓpinquissima sunt mouenti, celerius mouentur. Talis autem, est uniuersi motus. Illic igitur est ipsum mouens.

H

Quod quidẽ vnus sit primus motor, & moueat absq; labore, & regulariter, ex his perspicuũ. In quo vero sit vti in loco, nunc docet, & sumit q; primus motor esse non potest nisi aut in medio totius vniuersi, hoc est in centro, vt Plato ait in Timæo, aut in cyclo, hoc est circũferentia totius vniuersi, huius causam affert, quia hæc sunt principia magnitudinis, centrum quidẽ est principium ex quo. Circunferentia vero est finis ad quem, & ita oportet vt primus motor sit in altero horum necessario, persuadet tñ q; debeat esse potius in circunferentia hoc syllo, in eo cui propinquiora celerius mouẽtur, est motor primus circunferentia est id cui propinquiora celerius mouentur, igitur in circunferentia est

primus

primus motor, de' fyllo tangit vim minoris dicens. At ea quæ propinquissima sunt mouenti, celerius mouētur, tale autem mouēs est motus vniuersi: qui diurnus dicitur. Addit conclusionem dicens. Illic igitur est primus motor, siue ipsum mouens: quod per excellentiam dicitur. Auer. autē in præsenti cōmento declarat tria. Primum est quod primus motor est in circunferentia per tres rationes. Prima est quia actio eius vtpote motus magis apparet in circunferentia, modo agēs ibi est, vbi actio magis apparet. Secundo vbi actio videt esse magis æqualis, ibi actio magis est & agēs ipsum. In circūferētia totius videtur actio magis æqualis ac vniformis, vt docent Astronomi. Tertio arguit authoritate omnium legum, vt arguebat Arist. Primo Cœli, nā omnes leges dicunt Deū habitare in cœlo. Secundū est quod sunt duo principia vniuersi quod mouetur, virtus, videlicet quiescendi, qua, videlicet centrum, & vniuersum ipsum quiescit saltem fm subiectum, & virtus mouendi, qua vniuersum mouetur fm partes circa centrum, & propterea recte inquit Arist. quod duo sunt principia in ipso, videlicet medio quiescendi.i. in circūferentia vero mouendi. Alij vero medium & circunferentiam dicūt esse principia circuli, quia per illa definitur circulus. Addit tū Auer. quod virtus faciens quietē est fortior q̄ virtus faciens motū, & asserit causam, quia vbi virtus quietē faciens esset minus fortis, esset facilius vniuersum remouere à quiete fm subiectum, & ipsum ponere in motu, quā ipsum ponere in quiete. Modo videmus totū quiescere fm subiectum, & nō posse moueri fm subiectum. Ipsum vero tolli à motu fm subiectum est de facto. Propterea inquit, si aliter esset hoc est quod posset totum tolli à quiete & poni in motu, totum expelleretur & moueretur fm subiectum à centro. Sed dices, vtrū vna & eadem sit virtus quæ facit vniuersum quiescere & ipsum moueri, & quare si vna sit, dicitur potior in faciendo ipsum quiescere, quā ipsum moueri. Dici pōt quod primus motor est idem qui facit vniuersum quiescere, & vniuersum moueri, sed alia atq; alia rōne, facit quidem ipsum quiescere per priuationem causarum faciētium ipsum moueri motu recto, facit autem ipsum moueri vt forma est attributa circunferentiæ cœli, & sic vna est res quæ facit vtrunq;, dicitur autē ipsum vniuersum à fortiori virtute quiescere, propterea quia minus potest impediri. Moueri vero dicitur à minori virtute, eo quia de facto potest & quiescit saltem fm totum, & ita sunt duæ virtutes fm definitionem, vna vero fm subiectum. Sed circa dicta sunt tres dubitationes, quas soluere videtur Auerroes in cōmento, & hoc est tertium quod in commento colligitur.

Quæ Auer. com. 84.

An primus motor sit magis in vna pte determinata mobilis quam in alia. Vide Contrad. Efin. loc. 25 dubio.

Dubiū in cōm.

Solutio.

Prima dubiū est, qm̄ vniuersus orbis q est proximus primo motui tardissime mouetur vt in. 36. milibus annorum vt Ptolemæus per obseruationē ab Hiparcho tradit, hoc est singulis centenis annis partem vnam per agrādo, Saturnus vero orbis singulis trigenis annis cōplet reuolutionē, Mars tribus, Sol, Venus, & mercurius fere vno anno, Luna mense fere. Huic respondit dicēs, & sic est de moto totius.i. quod quanto magis appropinquatur motori, tanto erit velocior, motor igitur est in partibus velocioribus totius.i. in circulo maximo orbis maximi, qui facit diurnum motum, est igitur solutio quod dictum Aristotelis est intelligendū de motu diario, hoc.n. motu vniuersus orbis velocius mouet quia in æquali tēpore, videlicet. 24. horis maius spatiū peragrat, & sic consequēter. Sed dices contra quia tunc essent duo motores. alter primus qui mouet vniuersum

Prima dubi cōm. Vide etiā Egi. hic.

Respon. Auer.

Replica.

A in die, alter secundus qui monet sphæras in contrariū ab occasu in ortum, & tūc qua rōne primus motor est in circunferentia primi mobilis per hoc, quia ibi ille apparet velocior, sic alius primus motor deberet esse in circunferentia interna orbis lunæ, in qua motus illi cōtrarius apparet magis. Huic rndet Auer. Secundo Cœli, cōmen. 58. circa finem, cuius rōnionem quære, quia alias disputabitur, nunc vero sat fi monstrasse locum. Propter hāc forte replicam Alpetragius dixit in libro de sphæra mota cœlorum motus fieri per incuruationem à primo motore. Alij iuniores vim faciunt in verbis, quia aliud est velocius moueri, & aliud velocius circuere, vniuersum igitur orbē dicunt velocius moueri cæteris, circuere tardius, & in aliis id genus idē. Secunda dubitatio est contra Aristotelē, ait.n. ea moueri celerius quæ ppinquiora sunt primo motori, modo

B primus motor cum sit incorporeus, nec esse pōt in loco, nec aliquid sibi propinquius. Rndet Auerro. & in quit, hanc autē approximatione debemus intelligere fm esse, non autem fm locum quia quod nō est corpus, non est in loco, & potest Auer. intelligere per esse tam operationem siue actum fm, quā actum primum siue essentiam. Operationē quidem vt dictum est: nam motor & motus ppior primo est nobilior, & celerior: fm essentiā vero, quia cuius operatio est prestabilior, ipsum est præstabilius, & ita per esse in loco Auer. intelligit actionē, & locū æquiuoce, vt diximus in Quarto huius. Tertia dubitatio esse solet, quia existēs in medio alicuius rotæ vel circa medium tardius mouetur q̄ quod est in circunferentia, & tū magis est prope principium mouens. Rndet Auer. quod dictum Aristotelis est verū de motu maximi circuli, & diurno, qui est nobi-

Respon. Auer. 3. Dubio.

Respō Auer.

An primus motor sit in circunferētia & non in centro. Vide Egi. hic.

C lior & præstabilior, quia magis recedit à medio. Modo obiectio de rota non est ad propositum, quia partes rotæ sunt continuæ partes vniuersi sunt contiguæ, & sic in illis non est aliqua velocior, aliqua tardior pp continuitatem, at in vniuerso sic, propter discontinuitatem. Hæc ex commento & textu colligi possunt. Debes scire quod si Plato vult animam mundi esse Deum, vt Them. credit, & multi Platonici, tunc probabiliter saluari potest Deum esse in medio, & possunt ambo concordari, Deus enim est in circunferentia vt motor, qā ibi motus apparet velocior, vniformior, & magis. Est in medio vt quietator, quia ibi qes est maior, fortior, atque diutior, qua ratione ambo possunt recte sentire, de re hac diximus in libro de Intellectu: & dicemus in libro Secundo Cœli, commento. 15.

Concordia. Platonis & Arist.

RECOGNITIONES.

D Averroes in commento ait, quod virtus faciēs quietē medij circa quod cœlum fertur, est firmior virtute eius, qua mouetur primū mobile, & si aliter esset, ita vt medium moueretur aut sursum aut deorsum, totum moueretur, & simul cum eo expelleretur, & licet in cōmentariis hæc non reprehenderimus tunc, nunc hæc absurda vidētur, primo qm̄ oppositū quietis medij est moueri, & oppositū motus cœli est quiescere, sed hæc opposita sunt simplr impossibilia, cœlum.n. quiescere fm ipsum est simplr impossibile, & medium moueri sitr, sed ea quorum opposita sunt simplr impossibilia, sunt æqualiter necessaria, quare medium quiescere, & cœlum moueri sunt æqualiter necessaria, & sic virtus q̄ facit motum, erit æqualis virtuti, quæ facit medij quietem. præterea aut virtus faciens medij quietem est vna & eadem cum ea virtute, quæ facit motum primi mobilis, aut altera, si eadem, tunc cum nihil sit seipso fortius,

tius, virtus quæ facit quietẽ nõ erit fortior virtute quæ facit motũ, si altera, tunc aliqua virtus erit fortior virtute primi motoris, quod non credo: & propterea dicẽdum ꝙ virtus faciẽs motũ primi mobilis est virtus primi motoris, at virtus quæ facit quietẽ medij, nõ est virtus aliqua positiua, qm nõ quiescit terra per hoc quòd aliqua virtus eam ibi detineat, sed quiescit per priuationem causarum, quæ possunt motum quiescere, sicut, cœlum est æternum per priuationem causarum, quæ faciunt corruptionem, & sic non est aliqua virtus positiua, quæ facit medium quiescere.

Tex. 85. *Habet autem dubitationem utrum aliquod quod mouetur, continue mouere possit. Sed non quemadmodũ id quod iterum atq; iterum pellit, eo continue mouet, quia motus deinrepitij sunt.*

Mouet circa dicta dubitationẽ, vbi debes scire ꝙ cõtinuitas est (vt Themist. innuit) multifariam dicta, in proposito tamen Aristo. per continuitatem intelligitur eam qua & motus est vnus, & non intercisus, & æquabilis siue vniformis. Propterea mouet quæstionem, & inquit. Habet autẽ dubitationem vtrũ aliquod quod mouetur, continue mouere posit, & exponit cõtinuitatem illam quam intelligit & inquit. Sed non quẽadmodum id quod iterum atq; iterum pellit, eo cõtinuo mouet, quia motus deincepitij sunt, quasi dicat, intelligo per motum continuum, non illum, cuius partes sunt deincepitiæ, quia sic non est dubium aliquod qđ mouetur posse mouere continue, sed supple intelligo per motum continuũ, vnum, & æquabilem, est igitur dubitatio vtrum aliquod quod mouetur posit mouere motu vno & æquabili aliquod mobile.

An quia ipsum impellere, aut trahere, aut utrunq; facere oportet, aut aliquid aliud iuxta aliud succedere, ut in proiectis antea diximus, nam si aere aut aqua uti facile diuisibile existente, aliquid aliud quod mouetur semper moueat, neutro modo fieri potest ut motus unus sit, sed deincepitius, igitur is motus duntaxat continuus est, quo id quod est immobile mouet: Nam cum similiter sese habet, etiam & ad id quod mouetur similiter & continue sese habebit.

Soluit, vbi debes scire ꝙ mouens potest mouere mobile aliquod aut motu naturali, aut violento, & si violento (vt dicebatur in. 7.) hoc fieri potest aut impulsione, aut tractione, aut mixtim, aut proiectione. Impulsione quidem, id violenter mouetur, qñ mouens à re ipsa mota non separaŕ, & se habet mouẽs vt terminus è quo, ceu impellitur rota manibus ab ea non separatis. Tractione vero, cum mouens ipsum se habet, vt terminus ad quem, vt in tractione nauis fit. Mixtim mouetur rota circum circa, nam partes aliquæ sursum trahuntur, aliæ deorsum impelluntur. proiectione autem id mouetur, quod separatur vi ab ipso motore. Rñdet igitur Arist. & inquit. An quia ipsum impellere aut trahere, aut mixtim vtrũq; facere, vt in versione siue vertigine, oportet, aut quarto aliqd aliud iuxta aliud oportet succedere, vt in proiectis antea diximus. Vult igitur in motu violento nihil continue æquabiliter moueri. subdit causam dicens, nam si aere aut aqua vti facile diuisibili existente aliquid aliud quod mouetur semp moueat, neutro modo fieri potest vt motus aliquis illorũ violentorum vnus sit, sed deincepitius. Vult igitur ꝙ motus violentus fiat in medio rarefactibili & condensabili non se habente vniformiter quo ad oẽs suas partes, necesse est propter variationẽ medij, & spatij, & pp diuersam dispositionẽ motoris ad mediũ atq; ad mo-

An primus motor sit aliquo immobilis. Vide Egi. hic. & Io. d magi. q 4. huius.

E bile, talẽ motum non esse vnum & æquabilẽ, & sic nec continuum. Requiritur. n. vnitas motoris, & medij ac spatij, & mobilis ad motus continuitatem atq; æquabilitatem. Ex his patet solutio de motu violẽto, de motu vero naturali, vt inquit Them. nihil dixit, quia illum non esse æquabilem patet, nam in fine velocior est, & ita nullum mouens quod mouetur ac cõtinuitatis rõne mouet, quia siue moueat naturali motu, siue violẽtõ, nunquam hac continuitatis rõne continue mouet. Naturali quidem motu non, qm̃ mouet inæquabiliter, violenter vero minime propter differẽtiam medij: Tunc quasi dans vtilitatem huius qõnis, infert primũ motorẽ qui mouet primũ mobile mouere æquabiliter & continue, ex hoc solo, quia mouet, & non mouetur, nam sic se habet eodem modo semper ad mobile, etiam quia mouet sine medio.

F Auerroes autem præsenti cõmento fructum qõnis vult esse ꝙ per hanc habeatur primum motorẽ esse incorporeum, nam omne mouens corporeũ aut mouet naturaliter aut violenter, si quidẽ naturaliter, nõ æquabiliter mouet. Si vero violenter, non vno motu ꝑpter differentiam medij, cum itaq; primus moueat æquabili & vno motu perpetuo, ipse erit oĩno incorporeus.

Que Aue. com. 85.

Tex. 86. *His uero definitis, primum mouens quod quidem inmobile est, nullam prorsus magnitudinem habere posse perspicuum est. Nam si magnitudinem habet, aut finitam, aut infinitam esse necesse est. Infinitam quidem non, quia nullam magnitudinem posse esse talem in naturalibus, prius ostensum est: finitam uero minime, tum quia habere non potest illa potentiam infinitam, tum etiam quòd infinito in tempore aliquid moueri ab eo quod est finita in magnitudine impossibile esse ostensum est nunc. Primum itaque mouens (cum sem-* G *piterno moueat motu, infinitoq; in tempore) ipsum indiuiduum esse atq; impers, nullamq; prorsus magnitudinem habere perspicuum est.*

Nunc qualis sit primus motor cõcludit ex oĩbus his quæ dixit. Concludit. n. duplici (vt mihi videtur) via ipsum esse omnino magnitudinis expertẽ. Prima quidem, quia immobilis est vt pauloante deductũ est. Omne. n. quod in magnitudine est, corpus existit, omne vero tale in mouendo mouetur. Secunda vero quia magnitudinem habere non potest, vt per oẽs magnitudines deduci potest. Infinitam quidem non, quia illa non datur Tertio huius. Finitam vero minime, tũ quia non haberet potentiã perdurandi tpe infinito, vt disputatũ fuit cõm. 79. Tum quia nihil perpetuo mouetur ab eo quod finitam in tpe habet magnitudinem. Restat igiŕ ꝙ cum sempiterno & continuo moueat motu, sit om- H nis magnitudinis expers. Sed circa hanc deductionem non parua est quæstio. Primo quia ex ea non habetur plus nisi ꝙ magnitudinem non habeat modo quo forma materialis educta de potentia materiæ, Sed ipsum esse in magnitudine per independentiam nihil videtur ratio probare. Secundo, quia vniuersum siue primum mobile quod diurno mouet motu reliquos oẽs mouet raptu quodam, vt ita dixerim, & tñ tale primum mobile est magnitudo finita, & ita falsum videŕ quod ait nihil posse perpetuo moueri à magnitudine finita, vel ab eo quod in magnitudinem est finita. Tertio dici põt ꝙ primus motor magnitudinem habet finitam dimẽsione, infinitam in tempore. Quarto dici potest eam quã habet ipse magnitudinem esse alterius rõnis ab his magnitudinibus, quas habent virtus corporeæ, quibus omnibus Aristotelis rõ videtur penitus friuola. Secũda dubitatio

Dubĩ maxima. An primũ sit vigoris infiniti. Vide Scot. d 2 parte prima & sequẽtes. Vide etiã Iand. qõ. 28. huius.

2. Dubĩ.

dubiú est, quia Arist. (vt diximus) supposuit primú motorem mouere primum mobile perpetuo ac semper ac sempiterno motu, quod theologicum non est, & rónes quibus hoc persuasi (vt visum est) nullæ sunt, ideo emergit qó non parua qua nam róne haberi possit primú motoré, que græci theon sive Deum vocant esse impartibilé, omnisq; magnitudinis experté. ambæ .n. dubiónes hæ sunt non leues. Ioannes Gandauensis qui tenet primú motoré mouere non quidem effectiue, sed vt finis, soluere nó potest primá dubiónem, s.n. (vt ait vbiq;) eius intentio est concludere ꝙ primus motor sit oïno separatus à magnitudine, tú quia non est illius forma, quàm (*Pó Iand.*) quia non est illius motor assistens, eius ró sine dubio friuola est, nó.n. concludit plus nisi ꝙ non est in magnitudine modo quo virtutes materiales sunt in illa, sed ꝙ sit in illa æquiuoce & modo alterius rónis nihil prohibet, ré hanc in primis nostris editionibus libri de Substantia orbis declarauimus. Propterea debes scire ꝙ aliquam formá siue potentiam esse in magnitudine intelligi potest apud peripatheticos dupliciter. Vno modo dependenter, quo quidem modo dicimus animas cæterorum animantium esse in magnitudinibus, sunt.n. in illis dependenter, quia dependent ab illis in esse, & conseruatione. Alio vero modo independenter, quia sunt in illis, non quia dependent ab illis, sed potius è cótra magnitudines illæ quibus insunt dependent in esse & conseruatione, atq; profectione, & operatione ab eis. Tunc dicerent peripatetici duo, primum est ꝙ primus motor non est oïno è magnitudine abiunctus primo, & secundo modo. Secúdum est ꝙ primus motor est è magnitudine abiúctus, hoc est è magnitudine independens sm esse & conseruationé, cum quo tñ stat ꝙ sit in magnitudine æquiuoca vnione, & copulatione. Siquidem agat illa, & per essentiam sit in illa, ꝓbat autem Arist. ꝙ primus motor non sit in magnitudine dependenter. Primo quia est penitus immobilis, vbi.n. esset in magnitudine dependenter, moueretur saltem per accidens ad motum illius. Secundo quia si esset in magnitudine dependenter, aut esset in magnitudine infinita dependenter, aut finita, nó in magnitudine infinita, quia illa non est, nec est in magnitudine finita dependéter, primo quia nulla virtus infinita tempore potest esse in magnitudine finita dependenter, esset.n. corruptibilis, tum secundo quia nó moueret sempiter-

A no & infinito tpe, cum esset virtus finita tépore & genita, & corruptibilis. Sic igitur perspicuú primú motoré esse non posse in magnitudine aliqua depédenter, nisi modo æquiuoco & independenter, quatenus magnitudo ab eo dependet, & ipse per illá agit & operatur. Per hæc ad rónes facile patet solutio. Prima.n. concludit quod volumus, vt per modo determinata patet. Secúda vero non est ad rem. Primum.n. mobile non mouet oïa alia, sed primus motor mouet oés orbes, cum sit at- *Iandini.* tributus vniuerso congregato. Hoc.n. Astronomicum *Po propria.* dictum debet intelligi cum sale. Peripatetici.n. dicunt *An primum principium motus sit vnum solum. Vide Iau. q. 2 a huius.* vnum orbé mouere alium, sed motoré vnius orbis mouere per se vnú, per accidens aliú. Duæ aliæ rónes concludunt propositum. Hæc de Prima dubitatione. Ad *Solutio scda.* secundam (quidam quorum studium est in Metaphysicis potius confusores q̃ inuentores) aiunt ꝙ Deú esse *Dubiones Prima*

B extra magnitudinem patet per hoc, quia mouet & à se, hoc est independenter, & ita siue moueat finito siue in finito motu, dummodo moueat à se & independenter, oïno est extra magnitudiné. Sed hæc probatio est penitus credita, illa.n. propositio, omne mouẽs à se & independenter est extra corpus, est per se nota & Physica. Sed ꝙ primus motor sic moueat à se & independéter, est creditum. Esse.n. primum indepédens est quasi tum in naturali Philosophia, & non minus dubium q̃ sit conclusio. Alij dicunt ꝙ idem concludit posse agere, *2. solutio.* & agere, erit igitur primus motor extra magnitudiné, quia pót agere motú infinitum. Nec hæc solutio placet *Confutatio.* peripateticis, nã quicquid non agit semper apud peripateticos, non potest agere, oé.n. quod nó agit & potest *Vide Sco q. 7. quolib de posse et agere dei 2. d. 2 & 8. primi.* agere apud eos educitur de posse ad esse à motore prio re, & sic tolletur ró primi. Propter hæc mihi videtur ꝙ si ró Arist. hic non sit demóstratiua, Deú esse extra ma

C gnitudinem penitus esse creditú tñ. Omnes.n. rónes præter æternitaté motus sunt ꝓbabiles, vt dixit in hoc libro Auer. nó semel, verum de his in libro Destructio Destructio. & in codicillo nostro de Infinitate primi diligentius diximus. hic.n. & si multa diximus, ea satis breuibus aggressimus. Cum.n. hunc librú in vno anno solum legerimus, laboriosum fuisset oïa aggredi quæ dici solent. De physicis igitur auscultationibus hæc mihi videntur ad Dei omnipotétis laudem & eius Virginis matris Completum in Auiano rure nostro, X V Maij, M D V I fœlicibus astris.

Expositionis Augustini Niphi Philosophi Suessani, cum eiusdem Recognitionibus super octo libros Aristotelis Physicæ auscultationis Finis.

Series Chartarum,


A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss

Omnes sunt quaterniones, præter Ss ternionem:

Tabula per se patet.

Venetijs apud Hieronymum Scotum.
M D L V I I I.




FIAT
AX IN V
RTVTE T·VA

